


SANCTI

# BERNARDINI SENENSIS

*Ordinis Minorum*

OPERA QVÆ EXTANT OMNIA

*tam hucusque impressa, quàm recens inuenta*

*In quatuor Tomos distincta:*

À F. PETRO RODVLPHIO EPISCOPO

*Senogalliæ restituta, et Apostillis illustrata.*

Vti eorum omnium Elenchus indicabit.

VENETIIS APVD IVNTAS. M.D.XCI.

Del Collegio de la Comp.a de Jhs de Granada

N.º

4. 4os

21. a. 5
5

SANCTI
# BERNARDINI SENENSIS
Ordinis Minorum
OPERA QVÆ EXTANT OMNIA
tam hucusque impressa, quam recens inuenta
In quatuor Tomos distincta:
À F. PETRO RODVLPHIO EPISCOPO
Senogalliæ restituta, et Apostillis illustrata
Vti eorum omnium Elenchus indicabit.




Cum Priuilegiis.

VENETIIS APVD IVNTAS. M.D.XCI.

Del Collegio de la Comp.a de Jesus de Granada

# PERILLVSTRI, AC REV.MO F. PETRO RODVLPHIO,

*Epiſcopo Senogallienſi, & Comiti,* S. D.

IN tandem poſt diuturnas lucubrationes, eruditiſſime, ac integerrime Antiſtes, à nobis impreſſa in lucē prodeunt doctiſſima monumenta Diui Bernardini Senenſis, qui Franciſcanæ Religionis lumen effulſit eximium, ab eruditis Religioſis, quāpluribuſq; alijs doctis Viris tātopere exoptata, & expectata. Hæc quidē antea imprimi minimè potuerunt, tū quia difficile admodū fuit complura eius opera inuenire, quę latitabāt, atq; à nullo adhuc Typographo erant excuſſa; tùm ēt, quia tàm negligenter, tamq; obſcurè manu ſcripta fuerunt, vt caracteres ferè obliterati, atq; obſoleti intelligi difficillimè potuerint: nunc autem diuina fauente clementia, & maxima adhibita diligentia, opera ſimul omnia tàm pij, tamq; eruditi Auctoris ex multis, varijſque locis in vnum collecta à nobiſque impreſſa, quaſi è tenebris eruta in lucem efferuntur, atque Chriſtianam in Rempublicam effunduntur. Iam verò ſi priores Tomi, qui iampridem excuſſi fuere, dum eſſes Venetijs, tua imprimis cura, ac diligentia eguerunt, tuoque emendati, & caſtigati iudicio admirabili in medium prolati ingentem tibi laudis honorem attulerunt: quantò magis poſteriores iſti Tomi tua erant lima expolien-

di, tuaq; cenſura corrigendi? quod profectò à nobis perlibenter tētatum, curatumq; fuiſſet, ut tua id ope perficeretur, niſi epiſcopali preſſum te pondere, totq; grauibus occupatum curis eſſe te certò nouiſſemus; atq; etiam niſi tàm longè abfuiſſes, à quo prȩſens exoptabatur auxilium, quod in altera horum operum editione prȩſtò nobis futurum immenſa tua confiſi benignitate ſperamus, cum primum illuſtriori inſignitus dignitate, Venetias te contuleris: vbi ſumma tua cũ laude, & gloria, communiq; omnium vtilitate, ſiqui fuerint errores, emendare, & corrigere omnes facillimè poteris. Itaque Sancti huius Doctoris ex eodem Religionis tuæ fonte oriundi, volumina hȩc omnia à nobis nuper edita tibi Prȩſul optime, & doctiſsime, dicanda, conſecrandaq; meritò conſtituimus: vt nominis tui authoritate ſuffulta & corroborata, tutiùs in hominum conſpectum egredi audeant: etenim iure quodam proprio vindicare tibi opera hæc ipſa potes tanquam tua, in quorum reparationem, atq; amplificationem tantum temporis, ac ſtudij contuliſti, atq; allatas ob cauſas pergrata, perq; iucunda tibi eſſe debent. Benigna igitur, hilariq; fronte munus hoc noſtrum, animi grati indicium, intra cordis tui penetralia, admitte, neq; ſcripta iſta minus digna tanto Authore, teq; tàm inſigni Epiſcopo iudica, quod mediocri caracterum forma ſint excuſſa. hoc enimuerò eſt effectum propter ementium commoditatem, quorum plerique ob auri, argentiq; penuriam, tot tantaq; Volumina ampliori impreſſa caractere ſi fuiſſent, comparare ſibi omnia nequiuiſſent; ex quo non paruum Religioſorum, ſtudioſorumque pauperum detrimentum fuiſſet profecturum. Interim munus hoc iam tuum protege, ac refoue, valetudinemq; tuam cura diligenter, non tàm tua, quàm noſtra etiam, communiq; omnium bonorum, & ſtudioſorum cauſa. Iterum bene vale, noſq;, vt facis, dilige.

# ELENCHVS OPERVM
## S. Bernardini Senenſis,
## IN QVATVOR TOMOS DIGESTORVM, TAM ANTEA IMPRESSA, QVAM NVNC recens adiecta continens.

### TOMVS PRIMVS.

*Quadrageſimale de Chriſtiana religione,*

In quo vberrimi de Reſtitutionibus, ac de Paſsione Domini, Tractatus.

### TOMVS SECVNDVS.

*Quadrageſimale de Euangelio æterno,*

Vbi copioſiſſimus de Vſuris, earumq; Contractibus, Tractatus.

### TOMVS TERTIVS.

*Tertium opus Sermonum appellatum,*

In quo præ alijs de Spiritu ſancto, de B. Virgine, de octo Beatitudinibus, deq; Obedientia euangelica, Tractatus.

## Hactenus non impreſsa ſunt hæc.

### TOMVS QVARTVS.

*Quadrageſimale, Seraphin nuncupatum,*

A Daniele de Purzilijs, Patauino I.C. ex Concionibus, quas Patauij S. Bernardinus habuit, cum nonnullis eiuſdem Sermonibus extraordinarijs collectum, quibuſdam inſuper alijs minime aſpernandis concionibus ab ipſo Purzilio ſubiectis.

*Item Sermones ſeptem,*

Atque etiam Quadrageſimale paruum, Pugna ſpiritualis nuncupatum, 45. continens Sermones, in calce tertij Tomi.

*Vita ipſius Sancti Bernardini,*

Nunc primùm integra atq; abſoluta reddita, vnà cum aliquot Hiſtoricorum teſtimonijs, ad illius mores & res geſtas ſpectātibus, atq; alijs nonnullis, quæ ex prȩfatione Antonij Amicij in vitam ipſam ſatis patent, in initio primi Tomi.

*Argumenta item Sermonum Ferialium,*

Ac Indices duo in principio cuiuſque Tomi, tam Sermonum, quàm rerum memorabilium.

# ANTONII AMICII, I. C.
# IN D. BERNARDINI
## CONFESSORIS VITAM

### Ad prętantiſsimos Ciuitatis Aquilę Magiſtratus, cęteroſq; Ciues,

## Præfatio.

QVEMADMODVM *Aquila, auium regina, ſuo altiſſimo uolatu, ſuoq; perſpicaciſſimo intuitu, eas omnes ſuperat: ita mihi videtur feciſſe magnus, atq; beatus ille Ioannes à Capiſtrano: qui cùm D. Bernardini Senenſis comes chariſſimus fideliſſimuſq; diſcipulus extiterit, atq; vt idẽ in Sãctorum numerum aſcriberetur quinquennium, & amplius, plures peragrauerit prouincias, primus illius ſanctiſſimã Vitam, & res geſtas omnium copioſiſſime, ac fideliſſime, mea quidẽ ſnĩa, cõſcripſit: quãdoquidẽ (vt Nicolaus a Fara, eius in peregrinatione ſex annos comes ꝑpetuus teſtatur) nemo verius, nemo rectius, nemo iuſtius, nemo cumulatius ſua tẽpeſtate eo ſibi vẽdicauerit nomẽ ſanctimoniæ. Quapropter Vitã hanc iure optimo ex omnibus, quę ab illius noſtræq; tempeſtatis viris eximijs elegantiſſimè deſcriptæ ſunt, ſeligendam putaui; tum quia cęteri eam fermè totam deſumpſerint; tum maximè, quia ex eius libro manuſcripto integram exſcripſerim, quam certè mancam imperfectamq; in quodam Sanctuario legimus, & quod peius eſt, alieno nomini, ac eius quidem (quod maiori errore factum eſt) hominis, qui ante 150. ferè annos fuerat, librariorum forte, vti plerumque fit, incuria falsò tributam: quemadmodum alij in ſuis Bibliothecis, quoſdam in Apocalipſim Commentarios hucuſque, quod ſciam, non impreſſos, huic noſtro Sancto Bernardino temerè aſcribunt, quòd eos inter eius libros fortaſſe abſq; nomine aliquo repererint, nullã ipſius phraſim redolentes. Adiecimus tamen poſt Vitam ipſam quædam de moribus geſtiſque D. Bernardini, eius potiſſimùm temporis Hiſtoricorum teſtimonia, atq; etiam diplomata de illius in Diuos relatione, de capiendo templo cœnobioue, deq; corporis translatione, ac denique 12. Cardinalium literas, qui peccatorum veniam illi templo indiderunt, omnia profectò maximis difficultatibus diuturnaque perquiſitione inuenta. Et quoniam parum mihi ipſi feciſſe viderer, ſi arcæ, in qua eius ſanctiſſimum corpus quieſcit, non meminiſſem; quæ è quibuſdam annalibus manuſcriptis accepi, quambreuiſſimè referam. Eſt igitur ſciendum, anno à Chriſto nato 1481. a Sereniſsimo Gallorum Rege Ludouico arcam quandam argenteam pro illius pudiciſsimi corporis tabernaculo, & conſeruatione, ad præclariſsimam Vrbem Aquilã tranſmiſſam fuiſſe, propterea quòd eius filiũ a faucibus mortis inuocatus liberaſſet: quæ ſanè arca ad pondus librarum 1209. valoris quidem vnde viginti millium aureorum, ſeu vt alijs placet, duorum & 20. mil. a quatuor ceruis argẽteis ſuſtinebatur. Erat quoq; argẽteis, anaglipticis ſanè, ſimulacris ornata: cũ in quatuor eius locis ẽt B. Mariæ Virginis imago reluceret. Sic etiam D. Bernardini effigies B. Virgini Regem enſe accinctum offerens, ſicuti ſemetipſum Rex in ſomnis viderat, poſtulata liberandĩ filij potitus gratia. Ea igitur arca ſolennibus cum ſupplicationibus ad D. Bernardini templum deportata, ipſius corpus in altera cryſtallina locatum eſt, quæ argenteæ incluſa in alia quoque ferrea ſex clauibus munita repoſita fuit: quarum quidem clauium tres*

In Præfatione ad Vitã B. Ioan. a Capiſtrano.

Iac. a Voragine, qui anno 1290. floruit.

Sixtus in Bibliotheca ſacra, & alij.

Arcæ argenteæ a Ludo. Gallorum Rege Aquilam miſſæ deſcriptio.

*tene-*

*tenebant Fratres, reliquis apud illuſtres Ciuitatis Magiſtratus remanentibus, ne a ſingulis eorum ſeorſim aperiri poſſet. Erat præterea ferrea illa arca forti craſſoq; clathro ferreo circumſepta, ne quis illuc, niſi duas alias claues hẽret, ingredi poſſet, quas illius loci procurator & ſecularis ad id à Fratribus conſtitutus, a Magiſtratibuſq; ipſis confirmatus cuſtodiebat, ſine quo neutri eam reſerare valerent pro maiori Sancti cuſtodia, & ueneratione; Ac ne quiſquam eam contaminare, ſeu mutare, aut de ea aliquid imminuere auderet, Rex in eius commendationem, literas miſit: idem vero Sixtus IIII. eam benedicens ac conſecrans anathemate inhibuit. Verum his non obſtantibus, a Philiberto tamen Salonio, Aurantio Principe, Prorege tunc & Duce exercitus Caroli V. Cæſ. in bello aduerſus Lotrechium delecto (qui præter regnum tributis oneratum, militibus defenſæ Neapolis, poſt Gallorum vaſtatum exercitum, ad varias ciuitates, vnde nummos pro ſtipendijs, quæ maxima ſui ipſius negligentia conſumpſerat, extorquerent miſsis, eorumque inhoneſtæ, ac non ferendæ inſolentiæ quibuſdam Aquilani agri hominibus iure obſiſtentibus, Aquilam Aprutij Ciuitatem primariam, ac Regni Neap. ſecundam, armis atq; diuitijs inſtructiſsimã, origine vetuſtiſsimã ac nobiliſsimã, magno cũ equitatu adueniẽs ita cũ ea trãſegit vt ſibi 120000. aureos perſolueret, inſuper agri dominiũ ei ablatũ, & militibus pro debitis ſtipendijs, & alijs pro colligẽdis ad Florentiã debellandã pecunijs diſtribuit) impiè ſublata eſt vna cum illa S. Petri Cæleſtini, atq; itidem oẽs eiuſdem Ciuitatis cruces, & calices aliaq; ſacra vaſa non pauca ad 40000. aureorum numerũ, qui demũ vti ſacrilegus gemina glãde traiectus, atq; ab equis peſſundatus in medio exercitu interẽptus ſpoliatuſq;, uix vt agnoſceretur, inuẽtus eſt. Ciuitatis tamen Magiſtratus liberalitate inſignes (vti in oĩbus magnificè ſanè ac ſapiẽter ſe gerere cõſueuerunt) alteram quoq; argenteã arcam conficiendã curauerunt, etſi minoris ponderis, tamen maioris pulchritudinis, ualoris 14000. aureorũ, quæ cryſtallinã, in qua D. Bernardini corpus conquieſcit ita integrum ac ſi adhuc uiueret, intra ſe claudens, quibuſdam rotis artificioſè conſtructis extollitur, ut ambæ ſimul cũ illius venerando corpore, ſtatis præcipue temporibus, nullo obſtaculo impediente populis commonſtrentur. Hæc nempe arca nõ eadem nunc qua prior lege cuſtodita, tam in priori faciẽ quàm in poſteriori tria arcuata inter columnia habet, hinc atq; illinc cuiq; eorum columna, præter angulares erecta, ſacratiſsimoq; Dei Ieſu nomine cum radijs in earum ſpatij medietate expreſſo, vt in unaquaq; facie ſint columnæ octo. Atq; ita a fronte in eorum intercolumniorũ medio, cæterorum maximo, B. Virginis puerũ in ſinu tenentis imago refulget: a tergo D. Bernardini: in dextro uerò ſimiliter prioris faciei, eſt S. Franciſci, in eius poſteriori S. Petri Cæleſtini: in ſiniſtro autẽ rurſus eſt D. Bernardinus, in eius aduerſo S. Maximus. Tũ inter columnas in diuiſionibus nonnullæ martyrũ dimidiatæ, hypanaglipticæ quidem imagines cernũtur: ſuper pinnaculũ uerò tabernaculi ipſam arcã cõtegentis, uarijs inciſionibus elaboratũ, ſtat Aquilæ uolucris ſignũ. Iam quoq; par eſt tabernaculum, ſeu ſepulchrũ magnificentiſsimũ deſcribere, oẽs eas arcas ambiens in quadam capella, quæ per circuitũ ducentorum capax eſt hominum, pulcherrimis eius regionis lapidibus, ut nec marmori cedant, extructum. quod quidem quadratum eſt, in ſingulis faciebus latitudinis brachiorum ſeptem, altitudinis uerò nouem, coronis ac zophoris ornatum, atque pulcherrimis ſtephanomatibus, varijſque inciſionibus decoratum, ut huiuſmodi cælamina tantæ uenuſtatis, tantique artificij inuenire quamdifficillimum ſit. Duas tamen præcipuas habet facies, & ante & poſt, in quibus duæ quoque ſunt maximæ feneſtræ, altera è regione alterius, ex quibus arcæ, argentea ſcilicet & cryſtallina, cum ſancto corpore eiuſdem, cum oſtenditur, uideri poſſunt. In facie igitur priori iuxta pauimentum in baſibus angularibus (inter quas tamen altare collocatum eſt) epitaphia leguntur, in poſterioribus ſimiliter. Paulo uerò ſuperius ex parte dextra feneſtræ, ſtatua*

Philiberti Aurantij Principis mors poſt arcam argenteam ſublatam.

Arca, quæ extat, itidẽ argentea.

Tabernaculi, ſeu ſepulchri deſcriptio.

*S. Petri*

*S. Petri poſita eſt, ex altera S. Pauli. in poſteriori ad dexteram S. Franciſci, ad lęuam S. Antonij Confeſſoris: ſuperius etiam à dextris S. Ioannis Baptiſtæ, a ſiniſtris S. Ioannis Euangeliſtæ. at in medio horum B. Virginis cum filio, a cuius ſiniſtra B. Ioannis Capiſtranenſis, a dextra verò S. Bernardini tenentis offerentiſq; Iacobum Nannium, qui proprijs ſumptibus 9000. aureorum ſepulchrum hoc extruxit. In poſteriori, in dextro latere eſt S. Sebaſtianus, in ſiniſtro S. Catherina, in medio verò epitaphium obitus, in apotheoſim relationis, & translationis S. Bernardini. In ſummo autem hemicyclo exculptus eſt ęternus pater, in poſteriori Pietatis imago, ideſt Chriſtus crucem geſtans, cuius corporis mediam partem ſepulchrum tenet, & in huius hemicycli ora hæc verba leguntur,* DEO OMNIPOTENTI HONOR. *Sed in duabus reliquis faciebus nulla ſtatua, nec hemicycli vlli, tantummodo reliqua cęlaminum ornamenta vndiq; continuantia conſpiciuntur. Nec mihi videtur ſilentio prætereundum eius templum inter Italiæ omnia perilluſtre, altari in primis maiore ob inſigniores ſtatuas auguſtiſſimo, pulcherrimis picturis ac ſacellis magno ære extructis honeſtatum, veſtibus ſacerdotum vſui neceſſarijs, alijſq; ornamentis auro ſericoq; contextis; argenteis vaſis alijſq; ad cœnobij quoque decus ſpectantibus inſtructum, a Ciuitate in patenti campo præter omnes alios ſpectabili ſeiunctum, cuius longitudo eſt brachiorum 150. amplitudo verò 45. Habet item celſum maximumq; tholum, noſtrates Tūbā vocant, plumbeis laminis tectum. Turris verò ſacra, præter piramidem, eſt altitudinis brachiorum 72. Facies autem prima exterior ex albis lapidibus marmoreis iucundiſſimi proſpectus redditur, ianuas habens tres, ad quas per 20. gradus aſcenditur, ampla ſubiacente platea, fonteq; condecorata. Hæc oīa ſcribere libuit pro mea potiſſimùm ſumma pietate, qua ab vnguiculis hūc ſanctiſſimum uirum, noſtriq; omnium patronum proſequutus ſum: cum is confeſſor pręclariſſimus, quaſi quidam primarius lapis & colūna marmorea, uniuerſæ Franciſcanæ familiæ inſtaurator extiterit, cuius doctrina & exemplo non pauci, tam religioſi, quàm ſeculares illius labentis ſeculi ad uirtutem amplectendam uitiaq; uitāda compulſi ſunt, atq; idem pleroſq; uel efferatos populos ad rectam uiuendi uiam, & ad pietatis ac religionis cultum redegerit, innumerorum bonorum operum auctor illuſtris exiſtens, innocens, & ſine macula; profecto, ut quidam uerè ſcripſit,*

Templum quale.

S. Bernardini laus.

Auctor, qui miracula D. Bernardini verſibus [illegible]ſecutus eſt.

Et vitam & mores imitans per ſingula Chriſti,
Solum ipſe in Chriſto, miro flagrabat amore.
Quis memorare queat totum, quanta ipſe per orbem,
Dum ſibi uita comes, ſanctéq; piéq; peregit?

*Lætare itaq; ac plaude,* AQVILA, *non minus nobilis quàm fœlix, quòd Dei clemētia præter cæteros hoc quoq; magno mirabiliq; nouiſſimè ſis decorata patrono; Italiæ ſanè gloria, Franciſcanæ religionis corona, uirtutis ſpeculo, religioſorū Apoſtolicæq; uitæ norma: qui profectò illud ſignaculū ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuit, omnis lapis operimentū ſuum: Et hilari fronte maximoq; affectu Vitam hanc & mores eius reſq; ſanctiſſimè geſtas excipe, quas fusè & copioſè proſecutum eſt ſidus illud præfulgidū, in eccleſiæ Dei cęlo radiās, B. Ioannes a Capiſtrano, cui magnas gratias habere debes: nā cū pro huius tui patroni in diuos relatione indefeſſus plurimos annos conſumpſiſſet, ac proinde non modò eius tam pulchrum, tamq; magnificū, ac tot rebus iā dictis decoratū templum ſit extructū: verumetiam per uniuerſum terrarum orbem eius nomen celebretur, quod omne in tui ipſius decus & gloriā redundat; theſaurum ſacrumq; pignus eius corporis poſſides, quæ quidē res mirum in modum te ornat, illuſtrat atq; decorat.*

Ezech. 28.

VITA

# VITA SANCTI BERNARDINI SENENSIS,

## PER BEATVM IOANNEM A CAPISTRANO CONSCRIPTA.

IN ciuitate inclyta Senarum, quæ ciuitas eſt Virginis nuncupata, ex nobili, & vetuſta familia de Albiceſchis, ortus eſt nobilis vir nomine Tollus Dini Domini Bandi militis, uir prudens, bonæ opinionis, humanus, & ſimplex, qui in annis circa 1377. a Senenſi Dominio deputatus præſul ciuitatis Maſſanenſis in Senenſi agro, & ab vrbe ipſa diſtans miliaribus 30. Magiſtratum ſuū laudabiliter rexit, & gubernauit cum bona gratia ciuiū Maſſanorū, quo tpe quidam ſpectabilis miles nobilis Maſſanus, noīe Dn̄s Bindus Dn̄i Rainerij militis de Aduedutis, rediens a quodam alio Magiſtratu cuiuſdam ciuitatis Italiæ, & admodum ſenex, audiens bona geſta prænominati Tolli tunc Maſſani præſulis, aduertenſq; conditiones eius etiam laudabiles, depoſito Magiſtratu illius procurauit eundem in generum, & ſibi Neram filiam ſuam in matrimonio copulare, & Tollum tanquam filium ſibi adoptare, cum alios non haberet filios præterquam Dianam Neræ ſororem, & quamplurimis annis in antea alteri genero copulatam, & ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Nam Tollus, & Nera ſe coniugio copulant: ſed poſt parum temporis Domino Bindo Tolli ſocero decedente Tollus ibidem Maſſæ, & Nera remanſerunt.

*S. Bernardini patria, genus, & ortus.*

Tollus, & Nera probę conditionis timentes Deum, & in beata Virgine deuotionem habentes, in matrimonio obſequium Deo præſtando maſculam prolem ad honorem Dei optabant: & diſponente Domino bonorum omnium largitore, vota deuotorum parentum completa ſunt. Ecce enim filium genuerunt, qui in lucem prodijt, & natus eſt octaua die Septembris, die natiuitatis Virginis glorioſæ Mariæ, currentibus annis a natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1380. cui impoſitum eſt nomen Bernardinus. Nera Bernardini mater fęlix viam vniuerſæ carnis exoluendo, cum eſſet annorum 22. Deo animam reddidit anno 1383. remanente Bernardino annorum trium: Tollus verò pijſſimus pater, & Diana cognata eius, beatiſſimæ Virginis deuoti, dilectiſſimū filiū Bernardinū pro puerili facultate, & tenella ætate bonis moribus inſtruentes, & deuotis præſertim erga reuerentiā Virginis glorioſæ. Animam tandē Tollus ſuo creatori reſtituit in annis 1386. ſuperſtite unico, & dilecto filio ſuo Bernardino annorum ſex, Diana uenerabilis matrona Neræ matris Bernardini olim ſoror curam pueri, & bonorum ibi ſuorū ſuſcepit, illumq; tanquam filium gubernauit, & aluit annis quinque: & cum de-

*Parentibus orbatur.*

*Indoles, eleemoſynarũ ſtudium, ac religio.*

uota mulier eſſet Virginis glorioſę, puerum optimis moribus, & deuotis inſtruxit eum inducendo ad deuotionẽ beatæ Virginis quantum poterat. Et licet tanq̃ puer quædam pueriliter ageret: attamen omnes alios in multis excellebat. nam ita literis, & grammaticis inſtructionibus proficiebat, & longè alios coętaneos ſuos ſuperabat, & bonæ indolis, & ingenioſus apparebat, tam intellectu, quam etiam in quibuſdam manu conficiendis, quod mirabilis erat aſpectus eius omnibus Maſſanis, adeo ꝙ illũ arbitrabantur euaſurum in clarum, & magni ingenij uirum. Aſſueuit ſe puer taliter eleemoſynis, vt in nullo ferè magis cõtentari uideret̃ q̃ pauperib. eleemoſynas erogare. Et cũ aliquando contingeret caſu parum de pane ſupereſſe in domo, & pauper eleemoſynam poſtulaſſet, & Diana illam denegaſſet, aiebat benedictus puer: Rogo demus pauperi eleemoſynam, & non cęnabo, quia panẽ potius pauperi opto, q̃ mihi. Gaudebat Diana valde intuẽs pueri bonitatem, & optimam indolem, inducendo eum etiam ad ieiunium pro quanto puerilis patiebatur fragilitas, & ſatis ætate tener ad honorem Virginis glorioſæ Sabbati ieiunium cæpit, illudq; toto tempore laicatus cõtinuauit. Cum autem eſſet annorũ 11. & in grammaticalibus prouectus, a neceſſarijs ſuis Chriſtophoro, & Angelo confratribus de Albiceſchis aduocatus eſt Senas patriam ſuam, ſub cura tamen, & cuſtodia Chriſtophori uenerabiliſq; matronę uxoris ſuæ Pia nominatæ nomine, & re: quæ cum filius ei nullus eſſet, Bernardinum puerum pluſquam filium dilexit, & moribus inſtruxit, ſcholas triuialis doctrinæ ſub Honofrio præceptore cõtinuauit, mirabiliterq; vltra omnes coętaneos ſuos doctior fiebat, omnibus affabilis, generoſus, honeſtus, & deuotus. Altaria ſemper domi faciebat, & ornabat in tenerioribus annis: & cum aliquando Pia ipſum ad audiendam prædicationẽ duceret, inde reuerſus pueros conuocabat, eiſque pueriliter prædicabat quæcunque iam de prædicatione audita memoriæ commendabat. Taliq; modo talia faciebat, vt a multis præſagitum fuerit, ipſum futurum ſacerdotem, & prædicatorem ſolẽnem, ut extitit.

*Honophrius præceptor in triuialib.*

*Ioannes Spoletanus, honeſtatis ſpeculum.*

Sed cum Senas adueniret ſpeculum illud honeſtatis, doctrinæ triuialis, & moralis philoſophiæ inſtructor optimus, Ioannes Spoletanus, qui licet antiquus ad huc etiam viuit in humanis, honeſtiſſimus adoleſcens honeſtatis, & doctrinæ cupidus ad illum ſe contulit, a cuius latere quantum licebat, minimè diſcedebat, & per aliquot annos ſecutus eſt eum, apud quem mirabiliter profecit, adeo quòd ab eodem Ioanne prolatum eſt, & proclamatum pluries, a ſcholis ſuis nũquam euaſiſſe aliquem doctiorem Bernardino, nec unquam uidiſſe ſcholarem omni honeſtate repletum, & a quo nũquam uerbum inhoneſtum fuerit auditũ, ſicut de Bernardino cognouit, ita ꝙ nec verbo, nutu, ſigno, ſeu aliqua interpretatione collegit ex illo aliud, quam puriſſimam honeſtatem.

*Honeſtas & pudicitia Bern.*

Teſtantur hoc idem ſui temporis ſcholaſtici coętanei, tantam fuiſſe iuuenis illius honeſtatem, vt ita turbidus uideretur, cum aliquod inhoneſtum dici audiuiſſet, quòd illi rubor in facie verecundiæ apparebat, ac ſi iniuria quis ei alapam intuliſſet: ex quo ſi aliquando contigiſſet, vt ſępe contingit, pueros adoleſcentes, ſiue iuuenes aliquod inhoneſtũ inter ſe confabulari, & Bernardinus caſu ſupueniſſet, ſtatim ipſo uiſo dicebant, Taceamus, quia Bernardinus venit, & ecce iã adeſt, vnde reputabat̃ ab oĩbus exinde quoddam honeſtatis, & bonitatis ſpeculum, & exemplar.

*Impurum quendam ciuem pugno, alterum uero aduenam lapidibus impetit.*

Contigit his temporibus, cum formoſus eſſet, & natura delicatus ualde, quendam ciuem non de minoribus in campo, ſeu magna platea ciuitatis, iuxta fontem, Bernardino turpe verbum dixiſſe, ex quo Bernardinus malignitatem ciuis illius concepit, floridus, & honeſtiſſi-

*Vita Sancti Bernardini.*

honeſtiſſimus adoleſcens, ſtatim auditis uerbis illis, magno ictu pugno ciuem percuſſit illum infra mentum, credens percutere faciem adeo magno ſonitu, aſtantibus propinquis quampluribus ciuibus, quòd ferè totam plateam repleuit auditu, & ciuis ille confuſus, & ab alijs deriſus feſtinus receſſit. Sed cum reuolutis temporibus, & annis multis ſanctus vir Bernardinus ſuper eandem plateam prædicaret populo uniuerſo, prænoĩatus ciuis eiuſdem ſermonẽ audiens, ita cõpũctus, & exuberantib. lacrymis condolens viſus eſt, ac ſi diuerſis flagellis cęſus fuiſſet. Contigit etiam eiſdem temporibus, quẽdam alium malignum, & nequam, nõ ciuem, ſed aduenam pluries inhoneſtis verbis, & nutibus oſtendere turpe deſiderium, & nefarium erga puerum Bernardinum, quem idem Bernardinus pro poſſe corripiens, cum nec ille deſiſteret, tanquam honeſtatis ſpeculum Bernardinus ipſe quoſdam rogauit ſibi coętaneos, & bonæ opinionis adoleſcẽtes, & ſocios, vt eũ adiuuarent a moleſtia illius nequam hominis, & inter ſe collecto conſilio ordinauit quemlibet eorum implere ſinus lapidum, quo facto iniquum illum quæſierunt hominem, quem repertum iuxta portam palatij magnificorum Dominorũ Priorum ciuitatis, ait Bernardinus ad ſocios, non eſt bonum hic rumorem facere iuxta palatium Dominorum, ſed extrahamus eum de campo, deinde eum lapidibus inſequamur. Euenit quod ſtatim homo iniquitatis libidine excęcatus intuens Bernardinum eidem plures florenos oſtendit tali nutu ac ſi diceret: Tui ſunt omnes, ſi mihi aſſentire dignaris. tunc ſapiens adoleſcens annuit, ut plateam exire deberet, quam cum ſtatim egrederetur per uiam portæ Salariæ, illico Bernardinus exclamauit: Inique, ribalde, Sodomite, igne cremãde, alta uoce animãs dixit ad ipſũ, & cæpit ipſe primus lapides eijcere contra illum. Socij uerò una ſecum exclamantes, & vocibus, & lapidibus reſponderunt. Iniquus ille fugiens perſecutionem paſſus eſt ab eis cum lapidibus, & tumultibus uſque ad Poſterulam, cari pendens non modicum a puerorum lapidibus liberari, qui non minus auidè malignum hominem lapidabant, quam Hebræi Stephanum, & ſic iniqui hominis moleſtiam totaliter Bernardinus euaſit. Hæc duo publica ſigna euidentiſſima honeſtatis floridi adoleſcẽtis talem, & tantam opinionem bonitatis, & uirtutis eius apud omnes generauit, & auxit, vt nedum amplius aliquis inhoneſtum aliquod ab eo tentaſſet, ſed quandoq; ẽt ab omnibus uenerandus, & commendabilis redderetur, adeo vt coram eo etiam quicunque ſui domeſtici uerbum aliquod inhoneſtum dicere non præſumerent, ſcientes eum virginitatis, & pudicitiæ feruentiſſimum amatorem, cuius morib. & uita conſpecta tã ſeculares, qui ſecum ab infantia fuerãt conuerſati, quã etiam fratres, cum quibus per annos plurimos conuixerat, & quorum aliqui ſuam confeſſionem audierant, corporaliter manu tactis ſacris ſcripturis ſuo iuro teſtati ſunt, & ſuper eorum conſcientias affirmarunt ſe firmiter credere Sanctum Bernardinum virginitatem perpetuam obſeruaſſe, & mortalis peccati macula nunquam fuiſſe conſperſum, prout ipſe idẽ in quadã ſua grauiſſima infirmitate reuelauit aſtrictus a ſua quaſi matre, Tobia nomine, ſorore conſobrina.

*Virginitatem ſeruauit perpetuam.*

*Tobia eius conſobrina ſanctimonia, quæ illum religioſè educauit.*

Erat enim ſibi ſoror quædam conſobrina, quæ vocabatur nomine Tobia, filia Dominæ Dianæ ſororis Dominæ Neræ matris Bernardini. Tobia vidua erat tertiæ regulæ Sancti Franciſci profeſſa, relicta uiri nobilis Guidonis Bettollia de Tolomęis Deo ſeruiens cõtinuis orationibus, ieiunijs, uigilijs, diſciplinis, caſtigans corpus ſuum, & in ſpiritus ſeruitutem redigens, ut Deo acceptior, & uiuentibus exemplarior redderetur. Hæc fęlix mulier in eodem anno Iubileo, tempore ma-

 gnæ

gnæ peſtis infirmantium mulierum peregrinarum in hoſpitali Mariæ Virginis de ſcala, curam geſſit. Hæc illa fuit, cui fęlix Bernardinus poſt ingreſſum religionis cũ eſſet annorum 31. ex epidimia infirmatus, a medicis diffidatus, & in articulo mortis conſtitutus, ſecretum ſuæ puritatis, et incomptionis tanquam matri Deo gratias agens humiliter patefecit, aſſerens ſe ab omni vitio carnis incorruptum, diuina ſibi opitulante clementia, ſicut de ventre matris exiuit. Hæc illa fuit benedicta mulier, quam in matrem, & loco matris Bernardinus aſſumpſerat, cuius animam in hora mortis ad cœlum euolantem Bernardinus, vtique tunc ſanctus, dum Mediolani prædicaret, ſpirituali viſione conſpexit, & in thalamo a prædicatione deſiſtens prima die Quadrageſimæ mente conſternatus abſceſſit, & cum aſtringeretur à ſocijs vt quare ſic ſe firmaſſet diceret, & quare incompletam prędicationem reliquiſſet præter ſuum morem, cum primò cauſam patefacere recuſaret, deinde magis ac magis aſtrictus ait, tunc Tobiam ſororem meam conſobrinam, quam ſemper in matrem habui: & quæ me ætate per annos 30. ſuperabat, expiraſſe cognoui & animam eius vidi ad cœlos euolaſſe feliciter. Diffuſa eſt autem huius reuelationis fama velociter, totamq; perculit vrbem. Cumq; ad aures tunc ſermo percurreret Illuſtriſſimi Ducis Mediolani, cauto modo abſque Bernardini ſociorumq; notitia accerſito nuncio, deſtinatoq; feſtinanter ad ciuitatem Senarum, ad præfati Domini inſtantiam, & requiſitionem diligenter perſcrutatum eſt, quid de Tobia præfata contigerit, repertum eſt eadem die eademq; hora deceſſiſſe Tobiam, qua Sanctus Bernardinus eius animam ad cœlos migraſſe cognouit.

Adhuc autem Tobia præfata ſuperſtes, & in humanis degens priuſquam Sanctus Bernardinus ſpecialem religionem eligeret, ſpecioſus iuuenis, elegantiſq; formæ, vultu præclarus & venuſtus, quaſi depictus Seraphin videbatur omnibus intuentibus, Tobia præfata q̃ ipſum tanquã fratrẽ ſuũ poſt matris obitum ſuſcepit in filium maternæ dilectionis erga Bernardinum curam, & ſtudium exhibuit diligenter, vt Bernardinus cęleſtibus epulis ac poculis nutriretur, in tantum ꝙ pati non poterat diſgregationem præſentialem tam in infantia, quam in pueritia, & adoleſcentia eiuſdem Bernardini, quem dum minor eſſet, ad eccleſiam ſecum ducebat, miſſas, & diuina officia volebat quotidie auſcultare, prædicationes, & diuina verba cum reuerentia, & attentione ſolerter audire ac memoriæ commendare, vt ipſum Altiſſimo dedicaret, tamquam altera Anna mater Samuelis, & Eliſabet mater Ioannis Baptiſtæ.

Poſtquam autem pubes factus eſt Bernardinus zelotipica Tobia de eiuſdem Bernardini pudicitia vigilantiſſime perſollicita Deum precibus exorabat, & Virginem glorioſam, & omnes Sanctos, vt Bernardinus ab omni ſiniſtro deſiderio ac ſenſuali amore immaculatus, ſincerus, & integer à Domino ſeruaretur. Sanctus autem Bernardinus, huius propoſiti feruentiſſimus exoptator, perpendens flammigerum zelum ipſius Tobiæ, quandoque dicebat, philocaptus ſum, morerer ea die, qua meam amaſiam facialiter aſpicere non valerẽ, & ſæpe dietim ſolebat aſſerere, volo ire ad viſitandum amaſiam, quæ pulcherrima eſt, & nobiliſſima ſuper omnes puellas noſtræ ciuitatis. Tobia multotiens hoc audiens, & ſententiam non intelligens, affligebatur cordialiter intimo percuſſa timore, cogitans Bernardinum de aliqua mortali puella more adoleſcentium philocaptum, ipſe autem de glorioſa Maria Virgine loquebatur. Eſt enim ſupra portam ciuitatis Senarum, quæ ducit Florentiam, imago depicta quædam Virginis glorioſæ cum

*Adoleſcẽs mane & ſero imaginem matris Dei inuiſebat.*

repræ-



repræſentatione triumphalis aſſumptionis eiuſdem, cum figuris multorum Angelorum cantantium, iubilantium, & muſicalibus inſtrumentis, ad honorem, & reuerentiam Virginis benedictæ pſallentium, & organizantium circumcirca, quam figuram Sanctus Bernardinus conſueuerat bis in die, videlicet mane, & ſerò deuotiſſime viſitare, & beatæ Mariæ Virgini dignas pro poſſe laudes exoluere genuflexus: & de ipſa beata Virgine in eadem imagine reprę́ſentata ſe philocaptum ſæpius aſſerebat, quam ſibi dulciſſimam affirmabat. Et ipſi Tobiæ dicere conſueuit, Dormire nequirem in nocte, cuius die pręcedenti effigiem non vidiſſem amaſiæ meę dulciſſimæ. Talia ex Bernardini ore prolata ipſa Tobia auribus percipiens commota quandoq; velut Ioſeph de tumeſcente Virginis vtero ceſpitare cępit, & mente reuoluere, quid nam Bernardinus ex his verbis intenderet. Conſpiciebat nanq; ipſum Bernardinum frequentiſſimè ieiunare, quotidie miſſas audire, orationibus & deuotionibus attentè vacare, veſtitum dormire, carnem ſubijcere ſpiritui, diſciplinis & flagellis edomare, & alijs virtuoſis operibus adoleſcentiæ refręnare conatus, ſiniſtra in eius corde ſuſpicio quieſcere non valebat: ſed ex aduerſo conſiderans ſpecioſitatem ac venuſtam formoſitatem iuuenis, aſtutias dęmonum, corruptibilitatem humani generis, nec non & carnis fragilitatem, cum iam Bernardinus ab eadem pluries infeſtatus, quæ nam eſſet eius amaſia, & in quo loco domicilium obtineret quandoq; dixiſſet, extra portam Cameliæ, extra quam portam quoddam monaſterium monialium ſitum erat: dubitauit ne fuerit ibi excæcatus ac vitioſo amore vinculatus, & ſauciatus Bernardinus. Amaricabatur itaq; proba mulier, timens ne fructum ſuorum ſtudioſorum laborum perdidiſſet: nam & ſingulariſſimo, ac ſtudioſiſſimo zelo Bernardinum inſtruxerat ad bene & caſte viuendũ, & ſuam virginitatem diligentiſſime conſeruandam. Diſpoſuit itaq; in ſeipſa, per ſemetipſam perſonaliter obſeruare Bernardini greſſus, vt proprijs oculis cerneret quo tenderet Bernardinus, & occultas ipſi parans inſidias, extra portam Cameliæ latenter ſe poſuit, & occultè vbi Bernardinum exeuntem videre poterat, & non ipſa videri; & ecce Bernardinus aduenit ſolus coram præfata imagine, & genuflectens genibus ſuas deuotas orationes, & preces Virgini benedictæ cordis medullis humiliter offerebat, feſtinans domum repetens quaq; die. Tobia hæc intuens admirata eſt, & ne fortè ab eodem Bernardino in itinere videretur occultè accedens oculteq; recedens diebus plurimis id reperijt, ſed & vt ipſa & quædam ſua ſpiritualis ſocia certiores efficerentur de ſinceritate, & pudicitia Bernardini, iterum ſubordinat ſuã ſociam perquirere quo Bernardinus pergat ad videndum amaſiam, quæ ſimiliter eo modo quo Tobia, & ipſa pariter Bernardinum aſpexit. Tobia igitur omni ſuſpitione ſiniſtra remota animo hilaris gaudioq; perfuſa ſpiritus ait Bernardino, fili mi benedicte, rogo te ne me teneas amplius in ſuſpenſo, & ne propter te quotidie ſim afflicta. Dicas mihi precor, de qua ſis philocaptus, vt ſi par eſt noſtri generis, eam tibi procuremus in ſponſam. cui Bernardinus reſpondit: poſtquam ſic iubes, mater, quòd nulli alteri propalaſſem arcana cordis mei, tibi pandam. Philocaptus quippe ſum de beata Virgine Dei genitrice Maria, quam ſemper dilexi, quam videre toto cordis affectu eius amoris flamma ſuccenſus totis viſceribus concupiſco, quam mihi ſponſam caſtiſſimam deſponſaui, in qua omnis mea ſpes ſtabilita eſt & firmata: illam ſummè diligo, illam quæro, illam ſemper vellem reuerentia debita intueri. Sed cum non valeam hoc in præſenti ſeculo

*Quãto amore S. Bernardinus flagraret in B. Virginẽ*

obtinere,

obtinere, ſtatui in mente mea eius amore ſuam imaginem quotidie viſitare, & talis eſt amaſia mea. Tobia lætior effecta, & ſpiritu exultans lacrymas continere non valuit, & accurrens ad collum eius ſpirituali gaudio amplexata eſt eum dicens, fili mi benedicte iam læta moriar, ex quo per os tuum certificata ſum de tua ſancta & pia intentione ac deuotione ad Virginem benedictam, nec firmari poterat in mente mea de te ſiniſtra ſuſpicio. Gratias igitur agamus altiſſimo Domino noſtro, & glorioſæ Virgini benedictæ de tuo firmo propoſito, & pio deſiderio ſalutari. Commendabat enim ſe plurimum, & ſæpiſſimè Virgini glorioſæ Mariæ, matri Dñi noſtri Ieſu Chriſti, cui ſemper poſt annos diſcretionis feruida deuotione obſequioſus extitit, vt ipſa dignaretur apud filium ſuum Chriſtum Ieſum, tanquam patrona ciuitatis Senenſis preces pro ſeipſo porrigere dignas, Quatenus ſcilicet in die Natiuitatis benedictæ ortus eſt ex vtero matris, & in eadem die ſacri baptiſmatis vnda renatus, & reuolutis annis viginti duobus eadem die natiuitatis Virginis benedictæ, habitum ſacræ Fratrum Minorum religionis aſſumpſit, & reuoluto anno, eodem die profeſſionem dictæ religionis emiſit, nec non & reuolutis annis duobus primam miſſam, ac prædicationem in die natiuitatis eiuſdem Virginis glorioſæ celebrauit, edidit & expoſuit populis hinc inde concurrentibus ad ſuam nouellam miſſam, nouellamq; prædicationem arduam, & deuotam, ita ipſa Virgo benedicta patrona ſua, & aduocata atq; protectrix continua eſſe dignaretur, vt ſuam virginitatem, & pudicitiam, ac profeſſionem, quam emiſerat vita comite ſinceriter obſeruaret, prout finaliter iuxta eius orationem, & deſiderium diuina gratia ſuffragante, læto ac glorioſo effectui mancipauit, tot & tantis miraculis ad inuocationem ſuorum meritorum, per diuinam miſericordiam Chriſtiano populo demonſtratis, exhibitis, & impenſis.

*Feſtũ natiuitatis B Virginis fuit ei peculiari deuotioni.*

Creuit ergo quotidie in Bernardini tenello ſanctoq; pectore erga Virginem benedictam feruens, & ignita deuotio, vt cum in feſtiuitatibus eiuſdem beatæ Virginis ſermocinaretur ad populos, & laudes explicaret Virginis glorioſæ, tanto accendebatur feruore, quòd facies eius tanquam alterius Seraphin ſolari videbatur irradiare fulgore, prout ego ipſe, qui hęc dicto, proprijs oculis aſpexi, quandoq; & alij quamplurimi ſæpius id viderunt. Compoſuit vtiq; Tractatum nobiliſſimum de Virgine glorioſa, prolixum ſatis, laudes Virginis ſerioſius continentem. Conuerſationem ſuam Bernardinus ab infantia honeſtiſſimam, & catholicam atq; deuotam cum omnibus peragebat libenter, & charitatiuè ſeruiens vnicuiq; lætus, alacer, affabilis, gratioſus, cum his qui potentiores erant probati, & honeſti viri vitam degere eligebat, apud quos in ſanctitate, & virtuoſis moribus proficere magis poſſet, & quammaxime in ſua adoleſcentia cum religioſis, & honeſtis clericis libentius verſabatur. Poſtquam autem adultus factus eſt, & in humanis ſcientijs præſtante Domino eruditus, & ſupra conſodales excellenter inſtructus, ad ſtudium ſacrorum canonum ſe tradidit imbuendum, in quorum facultate peritus, & doctus infra triennium iuuenis ingenioſus valde profecit, & ad diuinum aſpirans cultum ac perpetuum obſequium cæpit infirmis famulari deuotus.

*Facies illi fulget, dũ laudibus B. Virginem extollit.*

*Conuerſatio eius adhuc pueri & adoleſcentis doctrina.*

*Eiuſdem mirabile obſequiũ xenodochio Scalę peſtis tpe.*

Occurrit tunc temporis peſtis valida in ciuitate Senarum, in tantum quòd ſolummodo in hoſpitali antefato Virginis glorioſæ, quod vocatur Hoſpitale ſanctæ Mariæ de Scala, 100. & 60. perſonæ, quæ in dicto hoſpitali pretio ſeruiebant infirmis aduenientibus hinc inde, mortuæ ſunt ex morbo epidimiali, ita ꝙ hoſpitale

plenum

*Vita Sancti Bernardini.*

plenum quaſi infirmis, cum annus eſſet Iubileus, completo centeſimo, videlicet anno Domini 1400. relictum extitit, & ſine aliquibus miniſtris remanſerat propter peſtem. Sanctus hic Bernardinus qui iam annumeratus fuerat, & deſcriptus in confraternitate ſe diſciplinantium ob reuerentiam, & deuotionem ſacratiſſimæ paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in eodem hoſpitali Virginis glorioſæ Mariæ præfatis languidis, & infirmis nedum ciuibus, ſed forenſibus, & extraneis per eandem ciuitatem Virginis benedictæ tranſitum facientib. ad Romam propter indulgentiam præfati Iubilei compatiens, in viſceribus charitatis ſeipſum primo ſolum præfatorum languidorum atq; morboſorum, omni contagionis periculo oblitus morteq; contempta obſequio continuo mancipauit, vt ſaltem aliquos de prædicta confraternitate ſuo nedum verbo, ſed etiam opere, & exemplo diligentius prouocaret. Erat quippe horribilis illa peſtis, quammaxime in eodem hoſpitali, vbi presbiteri, clerici, & notarij, medicinas infirmis, & vnguenta miniſtrantes iam deceſſerant abſq; infinito numero peregrinorum, ita ꝙ præ nimio fętore locus ille ſolo aſpectu videbatur mortem intuentibus comminari, nec pro quocunq; magno pretio quiſquam reperiri poterat, qui in eodem hoſpitali infirmis decedentibus ſpiritualem, vel corporalem conſolationem aliquam miniſtraret, & cum maior neceſſitas incumbebat, tunc maior inerat penuria ſeruitorum. Suſcitauit igitur Dominus ſpiritum adoleſcentis iuuenis Bernardini, cum eſſet tunc annorum 20. vt in eodem hoſpitali ſe ad mortem exponens pauperum infirmorum neceſſitatibus ſubueniret Chriſti Ieſu obſequio ſe præſtare cogitans ſibiq; miniſtrare, dum pro Chriſti nomine pauperibus languidis ſeruiebat, quibus per plures hebdomadas omni zelo, omniq; diligentia miniſtrauit prius quam poſſet aliquos ad tale ſeruitium prouocare.

Denique quaſi martyrij prædicator effectus duodecim ſuos intimiores bonæ indolis, & morum probitate ſuffultos ſocios adijt de eadem confraternitate, eos exhortans vt pro Chriſti nomine, & amore eum iuuare dignentur in miniſterio iam præfato, allegans eis Chriſti verbum dicentis, quod vni ex his minimis fratribus meis feciſtis, mihi feciſtis, & ſi caſu in tali exercitio morerentur, tanquam martyres pro Chriſti nomine putarentur, cum nil optabilius eſſe debeat Chriſtiano quam pro Chriſto mori, qui pro nobis mori dignatus eſt, vt nos ſuo precioſiſſimo ſanguine redimeret, & ſaluaret. Videmus nanq; fratres chariſſimi, vndique peſtem flammantem, omnes morimur, iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, venit meſſis, mors falcem ad ſecandum agitat. Melius eſt nobis mori in diuino obſequio, & miniſterio infirmorum propter Chriſtum, quam viuere in delicijs & vanitatibus huius nequã ſeculi proditoris. Eſt enim Dominus fidelis remunerator, & iuſtus, qui nobis glorioſa corpora, ſua dic referat poſt ruinam, ſi ex hac morimur charitate, reformabit ipſe Dominus corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori charitatis ſuæ: ꝙ ſi mortem euaſerimus hac ex peſte mens noſtra toto tempore huius peregrinæ vitæ lætari poterit, & gaudere ꝙ propter Deum hoc ſanctum opus egerimus charitatis. Hæc & his ſimilia proferens vir Dei ſuos coætaneos animauit pręfatos duodecim ad pium opus exequendum, & primò eos monuit vt omnes fideliter, & legitimè formata contritione præuia, ſua confiterentur peccata cum deuotione, & debita pręparatione ſuſciperent Euchariſtię Sacramentum, qui lęto animo congaudentes magno feruore concepto Bernardinum in pręſidem eligunt, & magiſtrum ad obſequia pauperum infirmorũ

ſe

ſe promptiſſimos hilariter exhibentes. Statim magiſter hoſpitalis & rector, vir
optimus, charitate plenus, & virgo ab omnibus reputatus, Dominus videlicet tūc
Ioannes miles de Tantauonibus, qui licèt iam ſenex pro viribus non ceſſabat om
ne bonum opus exequi, largas manus aperiens ad magna, & ampla ſalaria erogan
da quibuſcunq; uolentibus Domino famulari in præfato obſequio miſerabilium
infirmorum. Cum itaque cerneret adoleſcentem Bernardinum cum ſuis Chriſti
conſortibus hoſpitalis præfati ſeruitio mancipatum, & deditum, ſtatim ſibi totius
domus claues exhibuit, omnem curam infirmorum, atque quorumcunque ne-
ceſſariorum pro languidorum ſubſidio recommittens ſibiq́ue tribuens omnem
facultatem, ut diſponeret, & diſpenſaret omnia tanquam ſi ipſe principalis Domi
nus eſſet omnium bonorum totius domus benedictæ Virginis. Animatus tāto ma
gis ex hoc charitatis, & omnis uirtutis exemplar Bernardinus, quāplurimos alios
iuuenes, & nobiles ciues attraxit ad iam ſępe dictum obſequium infirmorum, de
quibus nonnulli in tali ſeruitio deceſſerunt. Bernardinus autem feruore deuo-
tionis accenſus domum prius ordinat, exercitia, officia, miniſteria, labores, & ui-
ciſſitudines diſtribuens, & diſponens pro loco, & tempore iuxta perſonarum cō
gruentiam, quamuis ipſe ſemper conaretur in omnibus principaliter intereſſe: nā
die noctuq́ue infirmis aſtabat, medicinas, & remedia, cibaria, & alia neceſſaria iux
ta qualitatem infirmorum aſſiduè miniſtrabat, omni ſpurcitiæ languidorum cor-
porum ſe ſponte ſubijciens ultra omnes, non laboribus, non fętoribus maximis,
nō vigilijs, nec uitæ præſentis incommodis quibuſcunq; parcendo, ſed recentior
ſemper, & ſpiritu viuidus apparebat, ea promptitudine, ac ſi patres eſſent, aut fra-
tres, uel proprij filij, ſeruiens, & compatiens vniuerſis. Nec mirum: cum enim ſo-
lo Chriſti amore ad hæc incenſus aſſiſteret, ipſi Deo, qui pluſquam pater eſt, pluſ-
quam frater, & filius, & ſuper omnia diligendus, humiliter ſeruiebat cum ipſis ę-
grotātibus compaſſione, ac dolore commotus lacrymis delicatas maxillas rigans,
& flens largiter cum ægrotis dulcia verba, & ſuauia ad æternam gloriam animan-
tia per ſingulos eructabat, morituris ſacramenta eccleſiaſtica ordinabat, mortuos
die noctuq́ue ſepulturæ tradebat, peregrinos ferè innumerabiles hinc inde adue-
nientes nutriebat. Lectiſternia parabat, & cum ordinati lecti hoſpitalis præ mul-
titudine non ſufficerent, peregrinis ſtrata plurima in terra parabat cū neceſſarijs
tegumentis, ut nulli locus deficeret dormiendi, crebros diſponebat ignes, & fumi
gationes odoriferas ad fœtores abominabiles mitigādos ſpargens totam domum
aceto, & herbis odoriferis, vt etiam ipſi miniſtri infirmis libentius deſeruirent.
Perſeuerauit autem in dicto obſequio ſanus, & incolumis menſes quatuor, & ul-
tra, poſt quos peſte aliqualiter mitigata, ita quòd eius obſequium in hoſpitali ne-
ceſſarium iam non erat, recedens inde intēſiſſimis febribus ipſe Bernardinus in-
currit, & in domo nobilis viri Gilbrandini de Manettis ſibi dilectiſſimi, & ferui-
da charitate coniuncti infirmus iacuit menſibus quatuor, & ultra, donec fuerit re-
ſtitutus priſtinæ ſanitati, patientiſſime tamen infirmitatem tolerans, & diuinam
viſitationem reputans tanquam alter Iob, & Tobias ad augumentum gloriæ ſem-
piternæ, ſuis miniſtris magis, quam ſibi ipſi compatiens, licèt ſumma ac feruentiſ-
ſima charitate diligentiſſimè laborarent.

*Febre acerrima corripitur.*

*Obſequiū charitatiuum in eius amitam Bartholomeā egregiam fœminā.*

Nec ab opere pietatis recuperata ſanitas valuit retrahere Bernardinum: nam
cum Bartholomea matrona ueneranda, olim ſoror Tolli patris eiuſdem Bernardi-
ni, relicta nobilis Trogliardi de Tolomęis, iam ferè nonagenaria, cęca, neruis rela-

xata,



xata, de lecto iam ſurgere non ualeret, & ex obitu cuiuſdam ſpiritualis conſo-
ciæ ſibi debito ſubſidio, ac neceſſario ſeruitio priuaretur, ſtatim delicatus, & pro-
bus iuuenis Bernardinus illam perſonaliter proprijs manib. gubernare, nec ſpur-
cum, & faſtidioſum aliquid euitare decreuit, ac ſi matri proprię deſeruiret, cun-
ctaq́ue perfecit neceſſaria per annum integrum, & ultra quouſque naturæ debito
perſoluto mulier optima, & ſinceriſſima Chriſtiana ad ſupernam patriam euola-
uit, reputata ab omnibus notitiam habentibus uitę ſuæ, ſancta mulier, & deuota
nimis, ieiunijs, vigilijs, orationibus, & macerationibus ſui corporis Deo famulatū
exhibens ſub regula Sancti Auguſtini, in propria tamen domo tempore diuturno,
& tanto deuotionis, mentiſq́; feruore ad nomen Ieſu afficiebatur ardenter, ut quā
docunque in miſſis, uel diuinis officijs, aut in prædicationibus nomen Ieſu eius
auribus inſonabat, Ieſum pluries exclamando ſingultus, & ſuſpiria etiam cum la-
chrymis emittebat. Et licèt ſapiātiſſima foret, uidebatur quandoque ſpiritus feruo
re concepto in recolitione nominis Ieſu tanquam ebria inſanire, & crebrius in
lecto alta, & clara uoce laudes nominis Ieſu corde pariter & ore canebat. Opinan
tur multi, quòd orationes, & lachrymæ illius benedictæ matronę, quas longo tē-
pore pro ſuo nepote Bernardino ſibi dilectiſſimo feruenter effudit, Bernardinum
ad diuinum obſequium inflammauerint, & firmauerint in uia Dei. ſuadebat nāq;
ſemper Domina præfata Bernardino uiam Dei in ſacra religione capeſcendam, &
eam ſub regula Canonicorum regularium Sancti Auguſtini, cui ipſa religata erat
in conuentu, & loco deuotiſſimo de Liceto, ubi ſpirituales viri, & Deo ſeruientes
morabantur. Bernardinus ergo ſuaſionibus dictæ Dominæ inclinatus cum ſpiri-
tualibus illis viris in habitu ſæculari libenter conuerſabatur, approbans ſatis in
corde ſuo mores, & laudabilem uitam illorum patrum. Cepiſſet utique tunc reli-
gionem eandem, niſi quia præfatam Dominam relinquere nolebat, dum uiueret
in humanis. Poſt cuius obitum Bernardinus iam Chriſti charitate dietim magis
accenſus vulneratus diuini amoris iaculo inflammante, Deo ſeruire cupiens, nec
in qua religione ſe diuino cultui manciparet firmiter elegiſſet, ſtatuit habitare ſo-
lius, ut ſeriatim poſſet facilius & commodius experiri, quæ ſibi pro regulari uita
incumberent Deo grata. Domum elegit in hortis iuxta portam de Tufis, & in ſe-
creto loco capellulam, & oratorium ordinat cum altari, & crucifixo, ibiq́; oratio-
nibus, ieiunijs, vigilijs, flagellis, diſciplinis, cilicio, ſarmentis pro lecto utens, & li-
gnum, ſiue lapidem loco puluinaris capiti ſupponens frequentius feruentiuſq́ue
ſolito, & aſperius vacando omnem, quam potuit experientiam de ſeipſo tentauit
uſque ad cibum herbarum, & aquarum potum, ab omnibus alijs cibarijs, & pota-
bilibus abſtinens rigoroſè: Sacram ſcripturam pro ſua ſpirituali refectione quoti-
die meditando, ut tanquam lignum ſecus decurſus aquarum plantatum ſuo tem-
pore fructus uberrimos produceret in ſalutem, nil ſibi dulcius, nil ſuauius uide-
batur, quam omne ſuum ſtudium, omnemq́ue delectationem in ſacris paginis
collocare.

*Vires ſuas multis modis, uti præludijs ad vitam religioſā priuatim periclitatur.*

Cumq́ue tot, & tantis virtuoſis, & ſanctis operibus floruiſſet, & ſolus in pater-
na, maternaq́; ſubſtantia, & hæreditatibus ſucceſſiſſet cęleſtium fęlix, auiduſq́ue
mercator temporalium bonorum commercio ęternas ſibi diſpoſuit comparare de
licias, & pro viliſſimo luto margaritas, & quaſque precioſas gemmas emere ſtu-
duit, & curauit. Vnde orationibus præmiſſis, & precibus apud imaginem crucifi-
xi, cuius religionis habitum eligere debeat & aſſumere, ſupplicabat attentè, in
qua Deo ualeret gratius famulari. Nec defuit ſibi pietas, & clemētia Saluatoris no



ſtri

*Diuino conſilio illuſtratus habitum ſuſcipere Minorũ decernit.*

*Ioannes Riſtorius, vir venerabilis, eius conſultor, & dux, ut facultates ſuas pauperibus erogaret ad ordinẽ illum recipit multa de eo prædicans, atque prædicens.*

ſtri Ieſu,quin exaudierit uota ſua,ut nudus ſeruulus, nudum crucifixum Dominũ ſequeretur,& Seraphici Patriarchæ Franciſci ueſtigijs inhærendo,qui non ſibi ſolum uiuere,ſed alijs proficere,Domino reuelante curauit,cuius ipſe Bernardinus diſcipulum effici cupiens diuino conſilio illuſtratus ſub eiuſdem B.Franciſci regula Domino militare diſponit,deliberat,& concludit.Ad religioſum tunc patrem, Fratrem Ioannem Riſtorij Senenſem, religioſum in Minorum ordine deuotum populo, exhibentem Domino famulatum greſſus dirigit feſtinanter, uirum utique magni conſilij,probum,& laudabilem ab omnibus reputatum,iam ſenio confectum,& longęuis annis uarijs pęnitentijs,& laboribus maceratum:per 30.nempe annos,uel circiter in Boſna contra hæreticos decertauit innumerabiles ferè illis in populis baptizauit,& multos hæreticos ad uerã, & catholicam Chriſti fidẽ reduxit continua firmitate.Deniq; peragratis locis Terræ ſanctæ natiuam repetijt ciuitatem Virginis glorioſæ Mariæ,ciuitatem inquam Senenſem,quę ciuitas beatæ Marię appellatur,in qua poſt tantos labores, & diſcurſus nedum uir optimus, quinimò & ſanctus ab omnibus vulgabatur.Hunc prius S. Bernardinus cum eſſet annorum 22.vel circa ab utero matris, in ſuum peculiarem conſultorem elegit: hunc in ſuum confeſſorem aſſumpſit,dum adhuc in ſæculo non ipſi ſæculo, ſed etiam Domino contra ſæculum militaret ſpreto, contemptoque ſuo proprio genere militari:hunc in ſpiritualem patrem,magiſtrum, ducem, & præceptorem elegit,ſibiq; animam ſuam,vitam,atque uiuendi formam ſub onere ſuæ conſcientię ſubiugauit, eiuſq; conſilio, & doctrina cuncta ſua bona tam paternæ, quam maternæ hæreditatis,quæ ſatis opulenta fuerat,& non mediocriter, ſed copioſa, & fertilis abundanter Chriſti pauperibus hilariter diſpenſauit, partim in hoſpitali iam dicto, partim in alijs eccleſijs, partim in maritandis puellis, partimque cęteris pauperibus,& egenis tanquam uerus obſeruator euangelici conſilij Chriſti Ieſu noſtri redemptoris dicentis adoleſcentulo illo, qui ſe diuina mandata ſeruaſſe iactabat:porrò unum tibi reſtat,ſi vis perfectus eſſe, vade & uende oĩa quæ habes,& da pauperibus,& veni ſequere me.quibus omnibus per fęlicem adoleſcentem tunc Bernardinum debitis pijſque limitibus terminatis nihil ſe gratum Deo geſſiſſe putans,quam ſeipſum cruci deditum Chriſto Ieſu pro nobis in cruce paſſo crucifixum offerret tribus clauis cor ſuum,ſicut amoroſi Ieſu dulciter ac ſuauiter vulnerantibus, obedientia.ſ. indigentia, & continentia: vel, vt expreſſius dicam,humilitate,paupertate, & caſtitate, quin ipſe potius uirginitate perpetua ſeipſum Altiſſimo dedicaret tanquam hoſtiam uiuentem ſanctam Deoque placentem.Et ſic per manus eiuſdem Fratris Ioannis in die Natiuitatis benedictæ Virginis,ſexto idus Septembris,in ciuitate Senarum, in eccleſia Fratrum Minorum, apud altare maius S.Franciſci habitum ordinis Fratrum Minorum magna cum deuotione, & iubilo, ac totius ciuitatis admirabili commotione ſuſcepit ſub anno Domini 1402. ætatis verò ſuæ 22. de cuius Bernardini receptione ad ordinem præfatus conſultor, & receptor ipſius, Frater ille Ioannes in ſuæ mentis ſpirituali prorumpens exceſſu, voce clara ac ab omnibus intelligibiliter reſonante prædixit, tanquam ſpiritu Domini ebrius propheticè loquens,Ordo noſter iam diu talem receptionem non fecit, ex qua tantus & talis fructus apparuerit, & tanta exaltatio fuerit noſtri ordinis, quantus, qualis, & quanta ex hodierna huius Bernardini acceptatione ſequetur.Paucis admodum decurſis diebus poſt habitus ſuſceptionem conſilio, & diſpoſitione eiuſdem Fratris Ioannis, cum cuius benedictione Frater Bernardinus ciuitati Vale dicens è Senis egreditur, curis ſecularibus





*Cõmigrat ad monaſteriũ Cõlũbariæ.*

bus expeditus,lenis,lætus,hilaris, & iocundus ad deuotiſſimos Fratres de Obſeruantia eiuſdem Minorum ordinis conuolauit, qui in loco Sancti Franciſci de Columbaria,pauci tamẽ,attento numero reddebant Altiſſimo animarum ſuarum, & corporum ſacrificium medullatum, & perpetuum obſequium rationabile. Erant nanq; tunc temporis tam rari, & modici Fratres in Italia eiuſdem ordinis de Obſeruantia nuncupati, quòd quaſi fenices vel albæ cornices intuentibus videbantur. Horum ſocietatem, & conſortium ex inſtructione eiuſdem Fratris Ioannis Sanctus Bernardinus elegit, qui ſimplices & abiecti, mundo crucifixi, & ſibi mundus, in ſola cruce Domini gloriantes aſperis diſciplinis, & flagellis carnem ſuam cum vitijs, & concupiſcentijs ſenſualibus crucifigebant aſſiduè, vigilijs,& orationibus, ieiunijs,flagellis,ſe omnibus rigoribus regularibus, & vitæ præſentis aſperitatibus ſubmittentes.Inter hos ergo Fratres Sanctus Bernardinus, anno probationis decurſo, in die Natiuitatis Virginis benedictæ optatiſſimam in ſui prælati manibus deuotam, & hilarem profeſſionem emiſit, in quo loco tam nouitius, quam profeſſus tot, & tanta pęnitentialia peregit opera, tantumq; deſpectum,& vilipendium ſui ipſius,ac tãtum ſui militaris generis,nobiliſq; proſapiæ contemptum in ſeipſo, & de ſeipſo monſtrauit,vt cõmuniter per totum Senenſe dominiũ,cui locus ipſe ſubiacebat,tũ reſpectu generis,tum fama nominis Bernardini ſuis præcognitis virtutibus, ac laudabilibus continuatis operibus tanquam diuino amore inflammatus, ac ſpiritu ebrius delirans ab indoctis,plebeis, & rudibus putaretur Apoſtoli conſilio ſapienter edoctus dicẽtis, Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens: ſapientia enim huius mundi,ſtultitia eſt apud Deum. Emiſſaq; iam profeſſione infra annum clericales,ac ſacros ordines vſq; ad ſacerdotium incluſiuè prælatorum ſuorum promotione verus obediens ſuſcepit humiliter, & deuotè: Et in die Natiuitatis Virginis benedictæ,primam miſſam deuotus Virginis capellanus populorum aduenientibus turbis in eodem loco Chriſti famulus decantauit. poſt miſſam ſolennem prædicationem,ac omnibus audientibus gratam,& mirabilem reputatam felix Bernardinus effecit de Natiuitate Virginis glorioſæ.Quo facto Senarum ciuitatem repetens a rectore hoſpitalis de Scala eremitorium Sancti Honofrij de la Capriola prope ciuitatem Senarum humiliter poſtulauit, vt ibi pauperculum nidulum pro ſe paupere ſpiritu, ſocijſq; pauperculis cõſtrui procuraret, obtinuitq; quod petijt, donauitq; ſibi rector præfatus liberè & expeditè locum prædictum ad diuinum cultum perpetuis temporibus excolendum, authoritate Apoſtolica præcedente, & totius capituli dicti hoſpitalis accedente conſenſu, vbi hodie diuina gratia ſuffragãte,notabilis Cõuentus erectus eſt cum pulcherrima Eccleſia, Sacriſtia, domibus habitabilibus ſufficientibus, cimiterio, hortis, hortalicijs, & alijs neceſſarijs officinis. Mirabilis ergo Deus in Sanctis ſuis,& in maieſtate laudabilis mirabilem effecit Sanctum Bernardinum,in ſęculo cum ſęcularibus conuerſantem,mirabiliorem regulariter conuiuentem, mirabiliſſimum æternaliter conregnantem. Nam poſtquam in religione profeſſus eſt, ſacerdos ac prædicator effectus adeo nomen ſuum per orbem inſonuit, ex ſuis fructiferis efficacibuſq; ſermonibus, vt tam verba, quam geſta ipſius Bernardini diuina potius quam humana ab omnibus cenſeantur. erat reuera, ex quo in officio prædicationis ardenter auideq; profecit prædicatorum Italiæ princeps illuſtris, adeo quod poſtquam ſuos Sermones in tribus Quadrageſimalibus, & in quampluribus tractatibus tam de Spiritu ſancto,tam de laudibus Virginis glorioſæ, tam de trium-

*Fit Sacerdos.*

*Donatur illi locus religioſus prope vrbem Senarum.*

*Fit prædicator illuſtris & efficax operum bonorum.*

phaliſſimo nomine Ieſu Chriſti, tumq; de feſtiuitatibus Sanctorum, & de extra-
uagantibus Sermonibus ad clerum, ad religioſos, & ad ſanctimoniales Deo dica-
tas ſententialiter deſignauit, & pro maiori parte ſua manu deſcripſit, vt nedum
per Italiam ſe fęlices reputent prædicatores ſuorum opuſculorum copias obti-
nentes, ſed & per Hiſpaniam, Franciam, Angliam, & Iberniam, Flandriam, Ala-
maniam, Vngariam, Græciam, vſq; ad orientalem plagam in locis noſtris, in terra
ſancta, & per Cyprum, & Aſiam inter Latinos aliaſq; etiam barbaricas nationes
Sancti Bernardini laudabile pręconium diuulgetur eiuſq; ſanctitatis admirabi-
lis fama præclariſſima vbilibet exaltetur Domino cooperāte, & tam vitam, quam
doctrinam eius miraculis aſſiduis confirmante. Tanta nanq; ſuarum prædicatio-
num atq; verborum efficacia ex huius viri Dei labijs profluebat, tantaq; ſuauitas
ex eius ore manabat, vt eius verba quaſi flammantia iacula auditorum quorumli-
bet charitate feruida, quantumlibet dura corda mollirent vulnerarentq; medulli-
tus ad ſalutem. Vidiſſes nanq; pluries, ſicut proprijs aſpexi oculis, antiquatas ini-
micitias per annos innumeros adeo deletas, & extinctas, atq; ad veram & catho-
licam reconciliationem & pacem Chriſtiana tranquillitate redactas, vt non per
hominem, ſed per Seraphicum Angelum è cœlo demiſſum fieri talia iudicares.
Vidiſſes vtiq; tabuleria, taxillos, chartulas, aliaq; vana, & ſaluti contraria inſtru-
menta tanto impetu, tantoq; feruore ad ſimplex verbum eius offerri, quanto pau
peres, & egeni tempore cariſtiæ, ſiue famis pro eleemoſina ſolent ad hoſpitale
concurrere feſtinanter, vbi pia miſeratione victualia pauperibus diſpenſantur.
Vidiſſes deniq; deuotas mulieres, prius vagas ac pompis, & ornatibus diſſolutas
omnia vanitatis inſignia deponere in veſtimentis, quam in capitum ornamentis,
ſpecula, crines artificiatos, vnguenta, lauamina, & alia, quibus vanæ mulieres vti
ſolent ad politiam inutilem, quin potius & damnabilem ſuæ pellis. Vidiſſes in-
ſuper vſurarios, raptores, prædones, & quandoq; piratas ad præſentiam conuer-
ſos reſtituere mala ablata, certa vel incerta etiam in magna ſumma pecuniarum
ad milia ducatorum. Multos etiam & viros & mulieres non infimi generis, ſed
etiam altioris reiecta pompa ſeculi diſpenſatiſq; diuitijs inter pauperes, ad paupe
rum conſortium euolare, ad crucem Chriſti currere feſtinanter, & ſub Bernardi-
ni ferula in religione Minorum Fratrum de obſeruantia nuncupatorum, pro ma
iori parte, nec non & in alijs religionibus Chriſto Domino perpetuo famulari.
Vidiſſes etiam plurima loca, a primo lapide fundamenti erigi notabiliter pro

*Mira fit multiplicatio Minorum de Obſer. illius prædicatione, & auſpicijs.*

eiſdem Fratribus de obſeruantia nuncupatis. Cum enim tempore, quo Sanctus
Bernardinus religionem ingreſſus eſt forent in Italia forſan vix 130. Fratres eiuſ-
dem ordinis de obſeruantia nuncupati, tempore tamen ſui tranſitus multiplica-
ti fuerant tunc viuentes ad numerum vltra 4000. & totidem faciliter perrexe-
runt ad pęnitentiam beatorum bonorum laborum ſuorum glorioſos fructus vbe
res perpetuo ſuſcepturos; & cum diebus ingreſſus religionis eiuſdem Bernardi-
ni vix in tota Italia forent 20. parua loca, per eoſdem Fratres inhabitata in hora
ſui obitus multiplicata fuerant noſtra loca, etiam in Italia numero forte 200. & tri
ginta, cum tamen ſint hodie circa 270. Fratres autem vltra quinque milia in hu-
manis etiam hodie gratum exhibentes Domino famulatum. Sed quid dixerim de
reliquis diebus noſtris locis, & Fratribus per orbem vndiq; diffuſis, qui noſtri ſo-
cij, & Bernardini principio validi fructiferiq; prædicatores euaſerunt ex nobis
Italicis, quorum præſidio, ſollicitudine ac induſtria per reges, & principes deuo
toſq; Chriſti fideles loca innumerabilia ſunt erecta, ac per eoſdem noſtros fratres

ad



ad diuinum cultum perpetuum inhabitata feliciter nedum intra partes fidelium,
ſed etiam in regionibus infidelium nationum, vt impleta ſit prophetia primi ma-
giſtri Bernardini, Fratris Ioannis ſæpius antedicti de copioſo fructu ſequendo ex
doctrina, vita, moribus, & exemplis, ac laudabilibus operibus Bernardini, qui tan
quam alter Elias ſurrexit in publicum quaſi ignis conflans, & emundans, & ver-
bum ipſius quaſi facula ardens ad inflammandum corda peccantium, & roboran
dum innocentium mentes in ardentiſſimum deſiderium æternæ ſalutis omnem
ſpem firmans, & ſtabiliens in merito crucis Chriſti per effuſionem ſui ſangui-
nis precioſi, & tolerantiam acerbiſſimę mortis in remiſſionem peccatorum in
omnes gentes Chriſti Ieſu miſterium credentes firmiter eiuſq; doctrinam, & le
gem ſimpliciter confitentes, & inuiolabiliter obſeruantes, ſicut Deus ipſe teſta-
tur per Ezechielem Prophetam dicens, Quacunq; die peccator ingemuerit, pecca
tum ſuum, omnium iniquitatum ſuarum non recordabor vlterius: quia nolo
mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat. & Petro interroganti, an
dimittere teneretur fratri in ſe peccanti vſq; ſepties: reſpondit Dominus, non
dico tibi ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties: numerum determinatum, pro inde-
terminato deſignans, prout S. Leo Papa dixit, Nedum quacunq; die, ſed quacunq;
hora, & quocunq; momento, vt patuit in latrone ad dexteram Chriſti pendente.

Accreuit ergo Bernardini fructus continuò, manſitq; ſtabiliter, & illo ſu-
perius operante, qui ipſum elegit, & poſuit in ſignum populorum tanquam
exemplar, & ſpeculum omnium chariſmatum perfectorum. Obtentoq; locello
prædicto S. Honophrij extra ciuitatem Senarum, primum ibi Guardianatum exer

*Quā laudabiliter ſe geſſit in illo recēs cōſtructo Monaſterio, vbi primū cuſtos effectus proprijs humeris fert lapides & ſimilia.*

cuit diligenter, pondus diei portans & æſtus, per ſe ipſum potius incumbentes
labores deferens, quam ſubditis iubens, qui leuius onere diuiſo portaſſent,
macerando ſeipſum, delicatum corpuſculum, lapidum, lignorum, aliorumq; cę-
mentorum oneribus ſubmittens, ac proprijs humeris deferens, pro conſtructio-
ne loci prædicti, pro eleemoſyna pauperum Fratrum victui neceſſaria etiam die-
bus, quibus prædicationis officium ſollicitè peragebat, de thalamo deſcendens
feruens, & hilaris diſcurrebat, in diuino officio nocturno tempore pariter &
diurno, dum in loco præſens erat ad chorum cū Fratribus feſtinabat: & ſi quando
forte alijs oportunis negocijs præpeditus nequieret cum alijs conuenire, cum vno
ſaltem ſocio diuinum officium diligentiſſime perſoluebat, noctes ducebat inſom
nes, lectionibus, orationibus, meditationibus, ac diuinis contemplationibus va-
cans horas diei & noctis perſoluebat attentè, loca quęrens amica męroribus,
vultum, & pectus contuſum ſæpe pugnis, & terram ante ſe nōnunquā deuotis la
chrymis aſpergebat, nunc ſe peccatorem accuſans, nunc de offenſione diuina pro
pter peccata populorum intimè ſe affligens, nunc acerbiſſimam Chriſti paſſio-
nem precioſiſsimi ſanguinis effuſionem, ac turpiſsimam & doloroſiſſimam Chri
ſti vicem ſublimius, contemplando ſeipſum in modum crucis extendens cum
Chriſto crucifixo, nedum corpore, ſed ſpiritu, & mente crucifigebat aſſiduè, &
cum tanto feruore nedum in priuatis exhortationibus, ſed etiam in publicis ſer-
monibus, tam religioſos quam ſeculares ad meditationem ſacratiſſimę paſſionis,
& mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ad deuotionem nominis Ieſu, quod eſt
ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terre-
ſtrium, & infernorum, cum non ſit aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſal
uos fieri, audientes cordialiter inflammabat, vt ſępenumero viderentur de præ-
ſenti vita iam penitus nil curare.

Deni-

*Vicario conſtituto in Tuſcia & extra, per Italiã & extra cœnobia Fratrum et Sororũ primæ, & ſecũdę regulæ multiplicata.*

Deniq; cum eſſet inſtitutus Vicarius in prouincia Tuſciæ, multiplicata ſunt loca ex prædicationibus & exemplis vitę regularis, & optimis moribus ipſius Bernardini ſociorumq; & Fratrum prædictorum, multiplicati ſunt & Fratres, & in eadem prouincia, & in alijs per Italiam, & extra Italiam, nec non & ſanctimonialium de Obſeruantia ſub prima regula Sanctæ Claræ, & aliqua monaſteria, ſub eiuſdem Sanctæ Claræ, ſecunda regula reformata, & quammaxime poſtquam de Tuſcia receſſit, & ad ciuitatem Venetorum, & per Lombardiam diſcurrendo per omnes principaliores ciuitates, quammaxime etiam in ciuitate Mediolanenſium, & Ianuenſium, in Verona, in Mantua, in Placentia, in Parma, in Mutina, & per totum territorium Marchionis Ferrarienſis, & per totam Romandiolam erecta ſunt noua loca, & adauctus eſt numerus tam Fratrum præfatorum, quam ſororum Sanctæ Claræ, nec non & tertij ordinis S. Franciſci, ſub quo multi milites, & nobiles vtriuſq; ſexus, & aliæ honeſtæ perſonæ in proprijs domibus obſequium Deo præſtant, agentes pœnitentiam, & obſeruantes regulam tertij ordinis prælibati, in quo etiam plurimæ Virgines viuentes in communi authoritate Apoſtolica ſpecialia inhabitant Monaſteria ad diuinum cultum perpetuum dedicatæ, in tantum quòd ex beati Bernardini glorioſis laborum fructibus, per totam Italiam, & alia mundi climata cenſeatur fides catholica renouata.

*Epiſcopatus trium ciuitatũ recuſat.*

Deinde fama viri ſancti diutius excreſcente, à tribus ſolénibus ciuitatibus Italiæ, videlicet Sena, Ferraria, & Vrbino extitit feruido deſiderio in Epiſcopum poſtulatus: ſed qui bona temporalia, honores & dignitates ſeculi pro Chriſti amore cuncta deſpexerat, vota regularia, quæ emiſerat, cupiens finali perſeuerantia firmiter obſeruare, & humiliter ac ſimpliciter Deo reddere, quæ promiſit tam apud fęlicis recordationis Martinum Papam V. quam apud ſanctæ memorię Eugenium Papam IIII. ſucceſſiuis temporibus, de prædictis tribus epiſcopatibus indignum pro ſua immenſa humilitate reputans, efficacibus ſermonibus excuſauit, potius eligens in ſua vocatione manere, quam eccleſiaſticis dignitatibus oneris magis, quam honoris animarum regimini pręminere, fructuoſius reputans impenſa ſibi talenta per plures Epiſcopatus, quam per ſolum curam expendere ad multiplicatum lucrum feliciter cumulandum.

*Vicarius fit gñalis per totam Italiam.*

Poſt hęc per curſum temporis generalis Vicarius ſuper omnes Fratres de Obſeruantia nuncupatos, per totam Italiam ex diſpoſitione pręfati Eugenij inſtitutus a miniſtro generali totius ordinis, & ab ipſo Eugenio literis Apoſtolicis confirmatus cum magno profectu prædictorum Fratrum ac Sororum, & pœnitentium tertij ordinis antedicti, familiam ſibi commiſſam iuxta magnam gratiam à Domino ſibi datam, prudentiſſime rexit ac ſaluberrimè gubernauit, creuitq; quotidie ſub eius ferula, & vexillo triplex exercitus anteſcriptus.

*Fonte idolatrico euerſo Aretij erigit eccleſiam B. Virg.*

Nec prætermittendum reputo, quod in ciuitate Aretij, quæ fortè per dietam à Florentia diſtat, Altiſſimo diſponente peregit: erat nanq; extra dictam Aretinam ciuitatem fons quidam à Gentilium tempore immundis ſpiritibus non conſecratus, ſed execratus, ad quem fontem etiam S. Bernardini temporibus multi nedum ciues, ſed etiam circumadiacentes vicini concurrebant hincinde quaſi ad gentium ſimulacra ſuperſtitionibus, incantationibus, & ſortilegijs pro reſponſis, & remedijs paſſionum, ac tribulationum eis occurrentium quandocunque: Bernardinus autem zelo Dei accenſus contra talem idolatriam uiriliter inſurrexit. Completaq; prædicatione animauit populum, vt ſequeretur eundem ad explantandum domicilium ſpirituum malignorum, & demoliendum funditus dictum fontem:

fontem: & ut ibi in honorem, & laudem Virginis glorioſæ Marię conſtrueretur eccleſia, & in die natiuitatis eiuſdem Virginis Miſſa, & officium celebraretur ſolenniter annuatim, & ita factum extitit. nam ſolennis eccleſia magnis ſumptib. eſt erecta, ubi ex meritis Virginis glorioſæ plurima diuina beneficia conceduntur, & ipſe Sanctus Bernardinus indulgentiam ſeptem annorum, & ſeptem quadragenarum pro omnibus eandem eccleſiam in die Natiuitatis beatę Virginis viſitantibus a præfato Eugenio obtinuit gratioſè.

*Militẽ ad religionẽ trahit.*

Nec prætereundum puto, quòd dum S. Bernardinus Mediolani prædicaret, quidam armiger ſtrenuus, & fidus ualdè domino Illuſtriſſimo Duci Mediolani, cui cum duodecim eques tribus ſeruiebat, interrogauit eundem Sanctum, an vtilius pro animę ſuæ ſalute foret ingredi religionem, quam Duci ſeruire. Reſpondit S. Bernardinus, quod melius eſſet ſeruire Deo, quã Imperatori, & cuicunque Regi. Tunc ille commendauit ſe ſibi, vt dignaretur eum recipere ad religionem S. Franciſci, cui Sanctus poſtquam plenè examinaſſet eum de vita ſua, & informaſſet de continentia regulæ, de aſperitate religionis, & de modo uiuendi, & conuerſandi cum fratribus, dixit ei uerbum Euangelicum, Si uis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quę habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Cui vir ille iam diuino flamine illuſtratus reſpondit hilariter hoc libentiſſime ſe facturum. Tunc S. Bernardinus de hac ſua prompta reſponſione gauiſus extendens ſibi manum dixit: Vade, & perfice hilariter, quod dixiſti, quoniam adhuc eris deuotiſſimus Chriſti ſeruus. Confeſſus eſt poſtmodum vir ille deuotus, ex quo ad religionem ſuſceptus eſt per eundem Sanctum, quòd in illo tactu manuum tantum calorem, & deuotionis ardorem ex manu Sancti Bernardini ſuſcepit, quòd tam manus eius, quàm totum brachium uſque ad cor uidebatur ignitum. Feſtinauit ergo ad expeditionem tunc agendorum, quibus omnibus fine laudabili expeditus cucurrit ad brauium ſacrę religionis amplectendum, cui nomen erat Frater Chriſtophorus de Modoecia, a quo etiam proprijs auribus ex ore proprio, non ſine admiratione percepi, ꝙ dum in armis ageret per annos decem, & ultra, nunquam uitio luxuriæ, neq; taxillorum, aut alearum ſe ludis immiſcuit, nunquam Deum, uel aliquem Sanctum nominauit in uanum, quod in tali exercitio paucis creditur eſſe conceſſum.

*P. Cæleſtinus Aqlæ coronat⁹ eccleſiam S. Mariæ de Colle Maio, vbi etiã eius corpus ſeruatur, niſi tantes à baptiſmate abſoluit.*

Vt autem Deus omnipotens finem uitæ præſentis S. Bernardini luculenter oſtenderet, hoc uoluit ſigno clareſcere, ut infra biennium ab infraſcripta ſtellæ apparitione fęlix eius anima ad regna cęleſtia tranſmigraret ex figurata cęleſtium cõtemplatione Sanctorum. Nam dum in ciuitate Aquilana de Virgine matre Domini ſolennius prædicaret in platea Sanctæ Mariæ de Colle Maio, vbi eſt uenerabile monaſterium ordinis S. Petri Cęleſtini, ſub regula S. Benedicti, in qua idem ipſe S. Petrus Cęleſtinus, alias del Morone, humiliter eremi cultor ſanctitatis, & ſpiritu vitæ plenus quaſi nouus eiuſdem ordinis reformator ſtrenuè militabat, exinde ad ſupernum pontificium uocatus, cuius etiam corpus ſanctiſſimum in eodem monaſterio venerabiliter conſeruatur, & in feſto decollationis S. Ioannis Baptiſtę omnibus Chriſti fidelibus eccleſiam eiuſdem monaſterij uiſitantibus a primis ueſperis vſque ad ſecundas verè pęnitentibus, & confeſſis plenariam conceſſit indulgentiam, & (vt ſuo proprio vocabulo vtamur) à baptiſmate abſoluit, de quo vocabulo omnes intelligẽtes viri non mediocriter admirantur, cum in literis Apoſtolicis talis clauſula, ſcilicet, Abſoluimus à baptiſmate, nõ ſoleat exprimi. Eſt itaq; in eadem eccleſia tali die tantus populorum concurſus hincinde aduenientium, quòd me ibidem prædicante multotiens, & eodem die reliquias dicti Sancti manualiter

nualiter, licet indigniſſimo turbis aſtantibus oſtendente, iuxta communem extimationem hominum fuerunt nonnunquam quadraginta milia perſonarum. hoc autem tam plenum indulgentiæ priuilegiũ idem Sanctus Petrus Cęleſtinus Summus Pontifex benignè conceſſit eccleſiæ prælibatæ die ſuperius deſcripta, quia eadem die, & loco ſummi Pontificij Domino diſponente coronam ſuſcepit. Ibiq; dum S. Bernardinus, Virginis benedictæ ab infantia cultor deuotiſſimus, & ſupplex orator, ad reuerentiam eiuſdem Virginis benedictæ deuotiſſimum ſermonem exponeret aſtantibus ibidem turmis populorum innumeris tam fidelium quam Iudæorum ſub præſidẽtia tunc Illuſtriſſimi Domini Ducis Renati de Andegauia, qui in regno Siciliȩ ſe ius prætendebat habere, concurrente cum eodem Sereniſſimo Domino, Domino Alphonſo, Aragonum Rege Siciliæ, &c. Sanctus Dei ſeruus Bernardinus pro themate ſui ſermonis ad laudem, & gloriã Virginis benedictæ propoſuit verba deſcripta Apoc. 12. videlicet, ſignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim, clarè ſpecificans & attribuens verba præſcripta Virgini glorioſæ Mariæ, iuxta tropologicum, & allegoricum intellectum. Attendite precor Domini præſtantiſſimi nedum verba, ſed ſenſum, ciuitatis nomen & ſeriem ac nominum ipſorum ſignificationem, effectumq; euentus non ſine miſterio ſubſequentis.

*Aquilæ ciuitatis laus.*

Ciuitas vocatur Aquila, ſignificans contemplatiuorum ſtatum per Ioannem Euangeliſtam figuratum, iuxta viſionem Ezechielis prophetæ deſcriptam primo cap. Similitudo quatuor animalium, &c. vbi B. Gregorius dicit, Sancta quatuor animalia, quæ prophetiæ ſpiritu futura præuidentur, ſubtili narratione deſcribuntur, cum dicitur, quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, quid per faciem niſi notitia? quid per pennam niſi volatus exprimitur? per faciem vnuſquisq; cognoſcitur, per pennam verò in altum auium corpora ſubleuantur. Facies itaq; ad fidem pertinet, penna verò ad contemplationem. hinc & B. Auguſtinus de ipſo eodem Ioanne Euangeliſta eloquitur dicens: Hæc Aquila ſi modicum altius euolaſſet, totus mundus eam non intellexiſſet, eam capere nequiuiſſet, cum dicit, In principio erat verbum. De hac etiam aquila ſcribitur Ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Aquila igitur ſtatum contemplatiuum in Ioanne Euangeliſta deſignat, nam, vt dicit Plinius de natura animalium, Aquila velut regina auium eſt, quæ inter omnes volucres cœli obtinet principatum: ſic & Ioannes inter omnes Euangeliſtas, Domini noſtri Ieſu Chriſti diuinitatem penetrans exultauit ore, quod aquilino conſpexit intuitu, iuxta quod ſcribit Oſeæ 8. cap. In gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum Domini. & ipſe idem Ioannes Apoc. 4. deſcribit viſionem quatuor animalium ſe vidiſſe quartum animal ſimile aquilæ volanti. Et Apoc. 12. dicit quòd datæ ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, &c. Duæ nanq; alæ, ſunt ſtatus ſaluandorum, videlicet actiuus, & contemplatiuus: actiuus per alam ſiniſtram, contemplatiuus verò per dextram deſignatur. Hinc dicit Dominus Luc. 12. Martha, Martha ſollicita es, & infra. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea. Bona enim pars in ſtatu actiuæ vitæ eſt incipientium, melior eſt proficientium, optima tamen eſt perfectorum & contemplantium, & præter Chriſtum nil vltra quærendum. & de Ioanne dicit, Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. Aquila igitur poſſidens theſaurum ineſtimabilem, corpus videlicet S. Bernardini, claro intuitu ab etymologia vocabulo-





rum, oculorum videlicet acumine ſumpſit originem: nam adeo in altum volans eleuatur, quòd ab humanis oculis videri nequit, & tamen ipſa piſciculos natare videns velociter prædam capit, vt dicit Iſid. 12. etymol.

*Aquilę auis nouẽ proprietates notabiles.*

Et Aquilana ciuitas Sancti Bernardini prædam Ioannis Euangeliſtæ meritis intercedentibus, & Beati Petri Cœleſtini meruit obtinere, vt de ipſis intelligatur, quod ſcribitur 2. Reg. 1. cap. Aquilis velociores, leonibus fortiores, &c. & Prouerb. 30. Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignaro, viam Aquilȩ in cœlo. Tertia proprietas aquilæ eſt, quia radios ſolares reſpiciens, oculos non reflectit, vt dicit Iſid. vbi ſupra. ſic etiam contemplatiui, vt Ioannes & cȩteri, ex quo ſȩculi vanitates deſpexerunt, & ſpiritus dulcedinem deguſtauerunt, ad ea quæ deſpexerunt minimè retrocedunt, dicentes cum Apoſtolo, Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, Phil. 1. Ex hoc etiam Io. Apoc. 8. dicit, Vidi & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœlum, dicentis voce magna, Veh, veh, veh habitantibus in terra. Et Dominus Lucæ 9. dicit, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Quarta proprietas aquilæ ſecundum Plinium, eſt liberalitas: Nam prædam ſola non comedit, niſi arctetur nimia fame. Sic & quilibet contemplatiuus omnia deſpicit propter Chriſtum, vt cũ Petro pro omnibus Apoſtolicis Chriſti ſeruis dicat: Ecce nos reliquimus omnia, Mat. 19. Quinta proprietas eſt, quia duos precioſos lapides, quorum vnus vocatur ethedes, & alius achates, & vnus dicitur fęmininus, alius maſculinus: ſine quibus, vt dicit Plin. parere nequit, ideo in ſuo nido apponit, vt ſuos pullos cuſtodiat à morſibus venenoſis. Sic & contemplatiui duas virtutum prærogatiuas, timorem videlicet & amorem, in eorum cordibus diligenter obſeruant, vt ipſe Ioannes teſtatur, Apoc. 14. dicens, Et vidi alterum Angelum volantem, per medium cœlum habentem Euangelium æternum. & infra, Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius. Sexta proprietas eſt, quia pullos ſuos vngue ſuſpenſos radijs ſolis obijcit, & ſolem aſpicere compellit antequam habeant alas completas, & ſi quem de pullis conſpicit lachrymari abijcit, vel interficit, aut contemnit: probos autem diligit, nutrit & fouet, ut dicunt Ariſtoteles, & Iſid. vbi ſupra. Sic & viri contemplatiui, & ſancti paſtores ſuos filios ſpirituales ad probationẽ ſuſcipientes, bonos diligunt, malos autem reprobant, & temnunt, ſicut ipſe idem Ioannes Euangeliſta dicit 3. Canonica 1. cap. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Econuerſo de malis, & reprobis, 2. Canonica. 1. cap. dicebat, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec dixeritis ei, aue. qui enim dicit ei, aue, communicat operibus ſuis malignis. Et Apoſtolus dicit 1. Cor. 5. Si is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Ex hoc etiam prohibet, ſic aquila comedatur leuiter. Septima proprietas eſt, quia volens ſuos pullos docere, ſuper illos aſcendit vt eam ſequantur: alios roſtro percutit, vt dicunt prædicti. Sic & viri contemplatiui alios inſtruunt, & ſollicitant ac bonis, & ſanis doctrinis pariter & exemplis prouocant ad æterna. Hinc & ipſe Dominus cȩpit facere, & docere. Act. 1. & Io. 13. dicit, Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hinc & Moyſes filijs Iſrael ad exprobandum eorum ingratitudinem, Deuter. 32. dicebat, Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum atq; portauit in humeris ſuis. Octaua proprietas eſt, ſecundum Plin. quod penna Aquilæ habet

in ſe quandam latentem corroſiuam virtutem, in tantum quòd ſi penna aquilæ ponatur inter aliarum auium plumas, corrumpit & corrodit eas, ſicut cordæ factæ de inteſtinis luporum in viola vel in cithara poſitæ, cordas factas de inteſtinis ouium deſtruunt & corrumpunt. Sic & ſancti viri contemplatiui de cœleſtibus ſollicitè cogitantes ignita charitate deuorant, & comburunt omnem maculã peccatorũ, iuxta ꝙ dicit Salomõ Prou. 30. Oculũ q̃ ſubſannat prẽm & infra, effodiãt eũ corui de torrentibus, & comedant eũ filij aquilæ. & Eſa. 4. c. Qui ſperãt in Dño mutabunt fortitudinẽ, aſſument pennas ſicut aquilæ current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Nona proprietas, ſecundum eoſdem, quia aquila inueterata renouat ſe tali modo, uidelicet, quod primo frangit ſibi roſtrum ad petrã allidens, eo quod trũcato roſtro cibum capere non poteſt: deinde in altum euolans, quantum poteſt aſcendit, quouſque calefactę pennę ex labore, & aeris calore incipiant inflammari, & tunc ſtatim ſuper frigidas aquas corruens plumas deijcit, & pennas: & uetuſtate depoſita nouum roſtrum, nouaſque recuperat alas, & plumas. ſic & ſancti uiri, & contemplatiui nituntur per pęnitentiam quotidie renouari, iuxta quod dicit Apoſt. ad Epheſ. 4. Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. ſic & pſalmiſta dicit, Benedic anima mea Dño. & infra, Renouabit, vt aquilæ iuuentus tua. & Iob 9. Dies mei velociores fuerunt curſore. & infra, Sicut aquila uolans ad eſcam. & Ierem. 4. comminando dicit Dominus: Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius velociores aquilis equi illius. & Ierem. 49. comminando ſimiliter Dominus dicit, ſi exaltaueris quaſi aquila nidũ tuum inde detraham te, dicit Dominus. & infra: Ecce quaſi aquila aſcendet, & euolabit, & expandet alas ſuas ſuper Boſram. Boſram interpretatur anguſtia, uel tribulatio, quia ſanctos viros per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei, vt dicit Petrus, Act. 14. Iuſtorum autem tribulatio in gaudium maximum conuertetur. Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. & infra, Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. & infra, Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus, Abdiæ. 1. Qui dicis in corde tuo? quis detrahet me in terram? ſi exaltatus fueris, vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detrahã te, dicit Dominus. Hæc circa nomen ciuitatis Aquilæ deſcripſimus, & ſignificationis proprietatum eius: nunc autem de ſtella proſequendum eſt. Cum itaq; S. Bernardinus in eiuſdem glorioſæ Virginis eccleſiæ platea laudes Virginis exaltaret, aſſiduè cum feruore, quia in themate continetur, Et in capite eius corona ſtellarum 12. intelligens pro 12. ſingulariſſimis prærogatiuis virtutũ, gratiarũ, & meritorum Virginis benedictæ primam ſtellam nobilitatem in diuidui Virginis benedictæ conſiderans cum hora eſſet quaſi ſexta diei, vel inter tertiam, & ſextam, ecce ſtatim ſole ferueſcente in altiſſimis Dei, ſtella lucidiſſima ſuper caput eius apparuit, & tanto ſplendore, quod fulgor ipſius ſolis radios uidebatur excellere, quam omnes ſimul qui aderant cum Duce præfato, hoc magno ſigno cęlitus demonſtrato attonniti ſtupidique manſerunt. Videruntque ſtellam ipſam contra faciem S. Bernardini oppoſitam: tanquam ſi uox cœleſtis indiceret, vultum eiuſdem ſancti irradians: hunc audite, hunc ſequimini, huiuſq; imitatores eſtote fideles. Sicque ſtella diſcurrens ante faciem S. Bernardini ab oculis intuentium non mediocri admiratione diſparuit. ſignum ergo magnum apparuit in cęlo matrem Domini noſtri nimia claritate præfulgidam, hunc ſanctum virum Deo acceptiſſimum, matriſque Domini noſtri Ieſu Chriſti cultorem præcipuum, religionis exemplar, & om

*Stella ſplẽdidiſſima aſcendet capiti S. Bernardini Aquilæ in platea S. Mariæ de colle Maio cõ ſtupẽtis.*

nium



nium uirtutum ſingulariſſimum uas, & ſpeculum ſalutare è vicino in eadem ciuitate Aquilæ extremum vitæ præſentis diem clauſurum beneficijs, & præmijs cęleſtibus exaltandum. Sic & Ezechiel poſt viſionem quatuor animalium, & Cherubin, Ezech. 10. dicit: Et egreſſa eſt gloria Domini a limine templi, & ſtetit ſuper Cherubin, & eleuantia Cherubin alas ſuas exaltata ſunt a terra coram me, & Ezech. 17. dicit: Et facta eſt aquila altera grandis magnis alis, multiſq; plumis. Quia Aquila ciuitas magnificata eſt, plumificata, & exaltata nimis ex theſauro precioſiſſimi corporis S. Bernardini, quod in Aquila ciuitate venerandũ decreuit Altiſſimus ab ęterno. Nec paruipendendum eſſe conſidero, quòd cum fœlicem S. Bernardini obitum in Inſula Siciliæ tunc exiſtens ex mandato ſanctæ memoriæ Eugenij Papæ IIII. ſenſiſſem, ad Aquilanam ciuitatem pergens feſtinanter, vt tanti viri ſignis magnificis coruſcantis diligentia quanta poſſem canonizationem benemerito procurarem, pari modo in platea, & campo eccleſiæ, & monaſterij ſupradicti, aſtante etiam multitudine populorum hora quaſi eadem, uidelicet, inter tertiam & ſextam, ibidem apparuit ſtella præfulgida, in quam aſpicientes, qui aderant cum admiratione alter alterum excitabat, nec tamen eam tunc ego ipſe, qui indignus thalamo præſidens etiam de beata Virgine prædicabam ſtellarum differentiam, & varietatem conſiderans, cum non haberem etiam de apparitione dictæ ſtellæ notitiam per fide dignam relationem, de commotione aſtantium admiratus, quid intra ſe quærerẽt perſcrutabar, cum ſtellam ſupra caput aſpicere non ualerem, tũc mihi indicauerunt apparentiam eiuſdem ſtellę, quæ ſuper caput S. Bernardini coruſcauerat, ibidem euidentiſſimè declaratam. Cumque caput erexiſſem, eandem ſtellam limpidiſſimè conſpexi, Deo gratias agens, & Virgini benedictæ, ſperans & confidens ex diuina bonitate, & Virginis benedictæ præſidijs me fęlicem ſucceſſum, & lętum effectum in canonizatione ſancti Dei viri infallibiliter obtenturum. Itaque factum eſt, Domino diſponente, ut mane ſequenti ex Aquila ad ſanctam Romanam Eccleſiam greſſus dirigens præfatam ſtellam tanquam ducem itineris, & comitem pluries in itinere non ego ſolus aſpexerim, ſed quamplures ſocij, qui mecum erant, inter quos Frater Matthæus de Rhegio de Calabria, Frater Philippus, Frater Ioannes Theutonicus de Auſtria, & plures alij.

*Stellæ præfulgidæ poſt eius obitũ ſuper caput auctoris huius vitæ ibidem prædicantis, ſignificatus.*

Nec omittendum putauerim feruentiſſimum zelum, ac deuotum animum tunc Sereniſſimi Romanorum Regis, & ſemper Auguſti, Sigiſmundi, qui cum Italiam pro ſuſcipienda corona Imperialis dignitatis intraſſet Senam adueniens, & de ſãcto Dei viro fama per orbem vndique conuolaſſet, adeo affectus eſt ad virum Dei & amicitia copulatus, quod ea die, qua ſanctum Bernardinum proprijs oculis nõ vidiſſet, aut in ꝑdicationibus, vel in miſſis, ſiue alibi non viſitaſſet, diem illum ſine luce tranſiſſe decerneret. Cumq; a Senenſi populo maximo cum honore fuiſſet aſſumptus, & pro corona præfata dignis laboraret induſtrijs, & ab eadem ciuitate Senenſi per nouem menſes obſequio condecenti, ſi non totaliter ſufficienti ſaltẽ poſſibili nuncijs, & ambaſciatoribus deputatis apud ſanctæ memoriæ ſummum Pont. Eugenium Papam IIII. concluſaque fuiſſet dies coronationis eiuſdem per Senenſes Legatos, ac mediatores, Reuerendum patrem, & Dominum, D. Carolum Epiſcopum Senenſem, & nobilem virum Bartholomeum Agatzanimo, cum quo Frater Bernardinus familiariter uitam contraxit, Romamq; perrexit: uidebaturnamque Chriſtianiſſimo, ac digniſſimo Imperatori angelicam ſocietatem ſecum ducere, ſi itineris ſui comitem S. Bernardinum haberet. Corona igitur maxima cum ſolemnitate accepta inuictiſſimus Imperator Italiæ Vale dicens, & igni

*Sigiſmundus Imperator optimè affectus in virum ſanctum.*



ſucceſſo

ſuccenſo Baſilienſis ſciſmatis feſtinus occurrens ad extirpandum infructuoſos palmites diligentius laborauit. Sanctus ergo Bernardinus Senam rediens libros quãplures edidit, ut diximus, valdè neceſſarios, & vtiles ad ſalutem populi Chriſtiani.

Valde longum eſſet particulariter ediſſere omnia ſancti Viri opera ſalutaria, quæ Chriſti Ieſu gratia præcedente, accedente, & ſubſequente lęto fuerunt per eundem effectu conſummata, teſtibus omnibus principibus ciuibuſq; Italicis, ac vniuerſis incolis uſq; ad diem conſummationis vitæ ipſius. Cum autem placuit ei, qui tot & tantis donis, tantis virtutibus, tantiſq; beneficijs, gratijs, & muneribus exaltauit, finem imponere ſuis anguſtijs, & laboribus mercedemq; debitam, & ultra infinitum eius animæ retribuere ultimo uitæ ſuæ anno S. Bernardini animam inflammauit, vt originis ſuæ ciuitatis ciues ſalutifera prędicatione muniret tanquam ſi cum propheta dixiſſet: Memẽto mei Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo. Ad Maſſanam igitur ciuitatem dirigens greſſus per totam illam Quadrageſimam ſuos conciues Maſſanenſes, ſuoſq; ſibi materno ſanguine iunctos pabulo cęleſti imbuens, ac inebrians poculo vitæ æternæ, ab vbertate gloriæ domus Domini ſpirituali conſolatione repleuit, vbi Deus ipſe omnipotẽs pro æterna S. Bernardini memoria conſeruanda, atque diuulganda fama perpetua, inſigni ſtatuit miraculo illuſtrare. Nam cum S. Bernardinus in ſua originali Ciuitate per prius verbum Domini ſeminare tardaſſet, non ex contemptu, ſed ex locorum diſtantia, & occurrentibus fructibus copioſis ſalutaribus, & fœcundis, occurrit quidam Hiſpanus valde leproſus, & horribilis ad videndum: quem ciues ęgrè ferentes propter abominabilem infirmitatem extra ciuitatem honeſtis verbis eiecerunt: pauper ille plagatus, vlceribus plenus, & cruſtulis, a planta pedis vſq; ad verticem refugium petijt ad Sanctum Dei virum Bernardinum, vt amore Dei ſibi de vno pari ſubtelarium prouideret: compaſſus inde Sanctus ad pauperem ſubtelares, quibus ipſe in occurrentibus neceſſitatibus vtebatur, piè tradidit poſtulanti, tanquam verus Diſcipulus Seraphici Patriarchæ Franciſci, qui pauperem induens militem ſe nudauit, & frequentatis vicibus ſimile peregit opus, tanquam alter Martinus, & compares in viſceribus charitatis. Sed quid de ſubtelaribus audiamus: Dum mendicus calciatus iter capit extra Maſſanam ciuitatem viſum eſt ſibi forſan per duos iactus baliſtæ ſubtelares plenos lapillis pungentibus vulnera conquirere pedum: Feſtinat ergo ad ſe diſcalciandum & reperit ſubtelares plenos cruſtulis quaſi ſquamis piſcium, & ſe a genibus infra ſanatum. Congaudens autem Deo gratias egit, & iterum ſe calcians proſequitur ſuum iter. Cumq; fortè per tantundem aliud ſpatium ambulaſſet, punctiones in pedibus iterum ſentiebat: & pari modo ſe diſcalcians cruſtulas in calciamento denuò reperit, & ſe à cingulo infra nudatum à lepra ſanum, & incolumem ſe cognouit, iterum ſe calcians & læto animo properans viam ſuam, & in Domino confidens Sancti Bernardini meritis ſe commendat. O Deus immortalis & æterne, quæ lingua poſſet tua infinita beneficia recitare? Pergit denique pauper ille parumper adhuc vltra, & ſimiliter punctiones ſentit in pedibus. At tertio ſe diſcalcians & excutiens ſubtelares totum ſe reperit mundum, liberum & ſanatum ab vngulis pedum vſq; ad verticem: & ne ingratitudine notaretur, totus exhilaratus, lætus & gaudens ad Sanctum patrem Bernardinum, cuius meritis & precibus ſe incolumen recognouit, properat feſtinanter. Ad cuius præſentiam adueniens genuflexus coram eo non ſine lacrymarum copia gratiarum actiones retulit Altiſſimo læto corde, & beneficium quod ab ipſo Deo ſuſceperat, meritis

*Leproſum Maſſæ miraculosè ſanat.*

aſcribit



aſcribit S. Bernardini. Quod audiens Chriſti ſeruus diuinæ bonitati & infinitæ miſericordię & pietati indicat referendum, & mendicum exhortans ad diuinum cultum cum Dei benedictione licentiat, imponens eidem, vt cum ſilentio tranſeat de ſeipſo Sancto Bernardino viuente non faciat mentionem. Sed quia nemo poteſt Spiritum ſanctum prohibere, nonnulli fide digniſſimi ciues, qui per prius leproſum viderant, & cum S. Bernardino, ante & poſt curationem colloquentem aſpexerant ipſum leproſum mundatum diligenter interrogant, quibus ille ſeriosè gratiam ſuſceptam retulit collaudans, & magnificans Deum omnipotentem, qui tot & tanta dona hominibus præparauit.

Poſt hæc Chriſti ſeruus Bernardinus ad Senam regreditur, & expeditis aliquibus ſuis tractatulis, & libellis flagrãti deſiderio cogitabat ſe ad prædicationis officium renouare, & quia nec dum regnum *Siciliæ* viſitauerat cor eius flammigerum quieſcere non valebat, & ſolenniſſimam prædicationem de virtute Iuſtitiæ texens, & de regimine ciuitatis accuratiſſime prædicans, Senenſi populo Vale dixit licentiam poſtulans ac eos in virtute Domini benedicens, & ſequenti die inde recedens verſus præfatum regnum greſſus dirigit cum feruore. Adueniens itaq; ad ciuitatem Reatinam poſt ſuam prædicationem, ſimiliter illi populo, quem in Chriſti Ieſu diuino verbo parturiuit, Vale dicens & in Domino benedicens ad ciuitatem Ducalem eadem die ſe contulit, & mane ſequenti feria ſexta, ante feſtum Aſcenſionis ibidem prędicans ſilentium impoſuit ſuauiſſimis eius ſermonibus, aſſerens ſuum prędicationis officium eſſe completum. Iam enim ſenſerat cor ſuum eſſe commotum, & vt creditur Spiritu ſancto reuelante, percipit ſe ex hac miſeriarum valle in proximo receſſurum. Receſſit ergo inde & ad vicinum oppidum nomine Introducum ſuper aſellum vehit, & ibi infirmitate grauatus prædicare nequiuit. Mane die Sabbato magis oppreſſus ſollicitat, vt ad ciuitatem Aquilę deferatur: & ſi via breuis ſit, nequiuit tamen fluxus moleſtia deuexatus eadem die ciuitatem ingredi Aquilam, ſed manſit in Villa Sancti Silueſtri: at magis debilitatus Dominica die ad ciuitatem Aquilæ delatus extitit magna cum deuotione ac populi commotione mirabili, & deductus ad Eccleſiam S. Franciſci, locatus in lectulo, ſuper quem ego dormire ſolitus eram in cella mihi conceſſa per ordinem, ſtatim aduocantur peritiſſimi ac valentiſſimi artium, & medicinæ Doctores iudicantes ægritudinem ad finem tendere vitæ pręſentis: continuo nanq; fluxu laborans, adhibitis remedijs poſſibilibus liquefiebat nihilominus ſicut ad ignem defluit cera. Et ſuſceptis cum omni reuerentia, & deuotione ac præparatione ſolenni diuinis eccleſiaſticis Sacramentis, Feria 4. in vigilia Aſcenſionis Domini cum appropinquaret ſui feliciſſimi obitus hora, iam loqui non valens, ſignis & nutibus oſtendebat ſe nudum in nuda terra, ex hoc ſæculo velle tranſire: & ſic de lectulo depoſitus in pauimento cellæ extenſus brachijs complicatis, & oculis in Deum erectis, ſpiritum commendans Domino expirauit, die 20. menſis Maij, circa 22. horam, dum in Eccleſia pro Veſperis cantabatur Aña ad Magnificat, Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ad te venio, alleluia. Poſt eius obitum conflictis non modicum Fratrum cordibus, & omnium aſtantium oculis in lachrymis reſolutis, quòd iam tanti patris præſentia ſe cernerent cars cerneren cariturus, de felici tamẽ eius trãſitu gaudẽtes, humanitatis obſequia parant, lauant corpus more vetuſtiſſimo Fratrum, permutant ſocij habitum, & tunicam, & ueſtimenta, quæ per prius tulerat, ad locum de la Capriola cum libris & alijs rebus deferunt extra

*Infirmitas, & obitus S. Bernardini.*

ciuita-

ciuitatem Senarum, ubi diuina clementia diſponente beneficia plurima impenduntur multis infirmis & tribulatis, qui pręfatum locũ viſitant cum deuotione & confidentia meritorum S.Bernardini, & præfato tanguntur habitu, uel ſignantur; in Eccleſia etiam Sanctæ Mariæ de Scala Hoſpitalis Senenſis, Sanctus Bernardinus tot & tantis coruſcat miraculis, quòd ſi omnia ſcripta forent, magna librorum volumina complerentur. Teſtantur etiam imagines argenteæ, & cereæ quaſi innumerabiles pendentes ibidem. Loto itaq; poſt obitum corpore, atq; veſtito ad eccleſiã defertur, & ante magnum altare cum multis luminaribus collocatur. Multitudinis autem credentium turbis concurrentibus diuina beneficia plurima impenduntur languidis, & infirmis diuerſis & varijs ægritudinibus, & morbis laborantibus ad odorem unguentorum ſuæ beatitudinis præſtantur ab Altiſſimo ſalutis remedia copioſa, qui ſolo verbo, & nutu ſanat omnia & reſtaurat vniuerſa, volens nobis oſtendere ut fidelium animas ſuperna, & cœleſtium beatitudine fruentes debita reuerentia proſequamur, quas tam Deo acceptas, & in beatorum numero collocatas credimus, cum fidelibus aliquo calamitatis genere oppreſſos earum ſuffragia plorantibus, & deuote petentibus meritis earundem diuina potentia ſubuenire miraculosè dignat' in teſtimonium beatitudinis ſempiternæ & robur catholicæ ueritatis, domino teſtante, qui ait Marci vltimo, Euntes in mũdum uniuerſum; & infra. Signa autem eos, qui crediderunt, hæc ſequentur, in nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. & Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cęlum, & ſedet à dexteris Dei: illi autem perfecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et ſic patet quòd ad oſtenſionem & confirmationem catholicæ fidei, miracula facta ſunt à Deo omnipotente: nam, vt dicit Nicolaus de Lira, in dicto uerbo, ſicut enim ueritate, quæ ſubiacet facultati naturali cognita intellectus delectatur, & perfectè confirmatur per reductionẽ ad prima principia, per ſe nota: ſic ueritas, quæ tranſcendit naturale lumẽ intellectus, cuiuſmodi eſt doctrina fidei catholicæ, quãtũ ad principales articulos fidei declaratur, & confirmatur per opera miraculoſa, ſoli Deo poſſibilia. Cum .n. talia fuerint ad teſtimonium ueritatis illius doctrinæ declarata eſt ueritas eius, cum Deus non poſſit eſſe teſtis falſitatis, & hoc modo declarata eſt ueritas Euangelica, coram Regibus, & principibus, & potentibus, & ſapientibus huius mundi. Vt igitur tantorum laborum tantæq; ſollicitudinis, & tanti zeli feruentiſſimæ charitatis, pro animarum ſalute perpetua fructus uberes, & ſtabiles perſeuerent, dignatus eſt Altiſſimus fideliſſimi ſerui ſui doctrinam ueram, uitamq; ſinceram tot ſignis, miraculis, & prodigijs cõfirmare ſub uirtute nominis Ieſu Chriſti Domini noſtri ueri Dei filij, & ueri hominis, quod nomen, quantum in eo fuit, S. Bernardinus nouo cultu, nouaq; reuerentia poſſibiliter exaltauit. Quod Deus ipſe approbans in hora mortis eius uoluit decantari antiphonam præſcriptam, Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, ad honorem, & laudem & gloriam ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Miracula ad eius corpus permulta fiunt.*

*Ieſu nomen ſingulariter exaltauit.*

# EX LIBELLO MANVSCRIPTO ENEÆ SILVII, PII II. DE VIRIS ILLVSTRIBVS, QVI IN BIBLIOTHECA *Vaticana aſſeruatur.*

BERNARDINVS Senenſis, nobilibus ortus natalibus, eloquentię ſtudijs adoleſcentiam ſuam, ac iuri Põtificio tradidit; nec caruit vitijs, quæ illa fert ætas; poſt ſpiritu Dei tractus mundo renunciauit, erogatiſq; bonis ſuis erga pauperes religionem ingreſſus eſt, ac ordinem Diui Franciſci ſub rigida obſeruatione profeſſus. Vbi cũ aliquãdiu corpus ſuum maceraſſet, ne gratiam ſermonis quam ſibi Deus tradiderat in caſſũ teneret, prædicationis verbi Dei officium aſſumpſit diuque in Lombardiæ partibus coram populis prædicauit, multoſq; homines a malis operibus abſtraxit & ad frugem vitæ melioris adduxit: nam & in Mediolano, & in Papia, in Bononia, in Vercellis, in Padua, in Verona, in Venetijs, in Teruiſio, tanquam propheta auditus eſt. Erat enim in dicendo facetus miriſq; modis homines, nunc ad lacrymas, nunc ad riſum trahebat, flectebatq; mentes hominum quocunq; volebat. vitia ſic exterminabat, vt quoſlibet in eorum horrorem adduceret: virtutes vero ſic commendauit, vt earum amorem quibuſlibet adduceret. & quoniam vita eius ſancta erat ſine omni macula, qui viuebat in paupertate, nudis pedibus ambulans, vnica tunica ex lana contentus, qui perſeuerabat in ieiunijs, & orationibus, miro modo populos alliciebat fidemque eius faciebat oratio: Præcipuam enim mores faciunt fidem. nam probis viris, & magis, & facilius de omnibus ſimpliciter credimus. Hic & fęminas deponere ornamẽta capitis, coronas, ſerta, crines alienos, & homines fugere aleam ludoſque malos in tantum trahebat, vt omnia huiuſmodi ſibi afferri, & etiam publicè comburi iuberet. Is quoque in tabella pictũ nomen Ieſus deferebat, hominibuſque adorandum oſtendebat, multumq; ſuadebat ante oſtia domorum deping', ob quam rem accuſatus eſt coram Martino Põtifice, ſed minimè conuictus: nam quęcunque is dicebat, & uera erant, & ſancta. Quin tamẽ hanc nouitatem nonnulli male reciprebant, iuſſus eſt hoc nomen ne amplius populis adorandum offerret, ne plus illi, quam ſacramento Euchariſtiæ impenderet honoris, quod tamen ipſe minimè aſſerebat. Is cum Senis prædicaret, me in tantum commouit, vt paululum abfuerit, quin & ego religionẽ ſuam ingrederer, ſed amicorum preces me retraxerunt, quod pro meliori recipio: neſcimus enim quid nobis magis expediat. Huius ueſtes mulierculę, atque ſimpliciores homines cum tranſiret tanquam ſanctũ tangebant. Cum Senis in foro prædicaret ingens turbæ cũ pluuiã magnam minaretur, vellentque omnes recedere, quia ſub diuo erant, timebantque pluuiam: ſtate inquit viri, & genibus flexis adorauit Deum iuſſitque

*Vis in prædicando mira S. Bernardini.*

*Vita concors prædicationi.*

*Ob picturam nominis Ieſu fruſtra incuſatus.*

*Verbo expulit nimbum pluuię.*

in vir-

*Romæ, & Peruſij cõſuetudines facinoroſas inhibuit.*

in virtute Ieſu nubem abire,quo facto ſolutis abſque pluuia nubibus prior ſerenitas redijt. Is poſtmodum Romæ prędicauit,ſed primo contemnebatur ab his,q non audiuerant eum.Cumque nonnulli cauſa irriſionis potius quam deuotionis eum accederent,mutata opinione nunquam eius ſermonem deſerebant, ex quo factum eſt,ut tota eum Roma audiret,Cardinaleſque, ac Papa eius ſermoni intereſſent magnuſque, & mirabilis apud omnes haberetur.Hic & cancellos qui erãt ante domos ciuium,deſtrui mandauit: erat enim moris,vt qui hominem occidiſſet,dum in ſua domo, atque cancellis maneret,per rempublicam capi non poſſe, ſed licere aduerſæ parti illum vi expugnare. itaque plura ſic fiebant homicidia, q̃ Bernardinus prohibuit. Peruſij quoq; mos erat in annos ſingulos ciues inter ſe lapidibus pugnare armatis conto, in quo pręlio quotannis plurimi interficiebant, ſed & hoc Bernardinus vetuit. Cum inter eos prædicaret obtulit ſe diabolum eis oſtenſurum pluribuſq; diebus populũ hac ſpe ſuſpendit. itaque veniebant omnes ad ſermonem viſuri diabolum: poſt plures dies, ſeruabo inquit, quod promiſſum eſt,& cum unum promiſerim diabolum oſtendere,multos oſtendam,reſpice inuicem alter alterum,& ſic videbitis diabolos:nam vos ipſi diaboli eſtis, qui opera diaboli facitis.Scriptum eſt enim,ex operibus eorum cognoſcetis eos, & ſic corã eis vitia exprobrauit,grauemque exinde ſermonem habuit. Poſt hæc mortuo Senenſe epiſcopo uocatus eſt per Ciuitatem,Martinuſque ſibi conſentiebat, ſed ipſe nullo pacto epiſcopatum acceptare uoluit,dicens gratias eſſe diuerſas: alijs enim datã eſſe ſermonis gratiam,alijs regendi.ſimiliter & duos alios epiſcopatus recuſauit.ad extremum,cum annis circiter 40. ſingulis ferè diebus populis prædicaſſet, apud Aquilã Vrbem migrauit ad Dominum,vbi corpus eius reconditum infinitis hodie miraculis claret,& duo iam pro eius canonizatione ſunt obtenta apud Ro. Pont.Conciſtoria. Aſinus quem ipſe aliquando feſſus uia ſolebat aſcendere,quiq; ſuos libros deferebat,cum Senas veniſſet,a mulieribus depilatus eſt,quæ ob memoriam Bernardini aliquid de ſuo habere volebant. ocularia eius Philippus Dux Mediolani ſibi tranſmitti curauit,nam dolorem oculorum patiebatur. fuit homo macerrimus, nam ieiunijs ſe extenuauit,ſed ſemper iocundus,& alacris erat, nec unquam facies eius viſa eſt triſtis, niſi cum de aliquo crimine publico doleret, facetijs multis vtebatur. Plures reliquit ſuarum virtutua imitatores, e quibus præcipuus fuit Albertus de Sarteano, qui eloquentim doctus ſub Guarino literiſque ſæcularibus apprime inſtructus, & ipſe poſtea minor factus ſub Bernardino eloquentiam Dei didicit,prædicauitque populis cũ magna gratia. Hunc,& Eugenius Pontifex Maximus Hieroſolymam miſit,vt ſpecularetur facta Soldani,qui reuerſus,& Egypti,& Indiæ negocia vti ſe haberent edocuit, & quomodo vinci poſſent monſtrauit. Iacobus quoque de Marchia ordinis Minorum,huius Bernardini diſcipulus fuit,qui multis gentibus uerbum Dei annunciauit attenteque auditus fuit.Is Vngariã intrauit:cumq; linguam ignoraret per interpretẽ turbas alloquebat,magnamq, audientiam, & gratiam apud omnes adeptus eſt.Is cũ de vanitate mulierum,atque virorum apud Budam ſermonem haberet,caput mortui ſecum in pulpito habuit,& cũ diu de vanitate humana dixiſſet, vt tandem nihil eſſe hominem oſtenderet,caput mortui oſtendit,& o inquit,gloriamini quantum vultis homines,vt in hanc formam,pulchritudinemque reuertamini neceſſe eſt. Cũ ſeditio Budę foret,& Vngari cõtra Theutonicos ſurrexiſſent,totaque ciuitas in armis eſſet,Crucifixũ,is ſecum attulit hortatuſque eſt,ut dimiſſis odijs ob reuerentiã Crucifixi pacem haberent.ſed Vngari tanquam fęlicius pugnaturi,& monachũ,&

*Renuit epiſcopatũ.*

*Moritur Aquilæ.*

*Corporis eius diſpoſitio, & animi.*

*Eius imitatores præclari.*





Crucifixum extollentes inſecuti ſunt Theutonicos,ingentẽq; cędẽ fecerũt. Tempore Bernardini clari prædicatores habiti ſunt, Antoninus de Malſa qui Græcis & Latinis literis eruditus erat,qui generalis Minorum Magiſter fuit,ac poſt ſuę vrbis Epiſcopus interijt,hic cum de paupertate ſermonem haberet, tędiaq; paupertatis exponeret: nemo inquit quot mala paupertas ſecum ferat dicere poſſet, niſi qui expertus eſt, vt ego qui diu fruſta panis comedi: ſed nunc gratias Deo ago qui me ad integrum panem reduxit:interogatus quoq; an Cardinalis fieri vellet; affert inquit capellum,tuncq; tibi reſpondebo. Claruit tunc & Angelus de Senis qui & ipſe generalis Minorum Magiſter fuit, multæ eloquentiæ magnęq; doctrinæ pater.tunc & Gabriel de Spoleto,qui etiam poſt Epiſcopus fuit,magnus verbi Dei prædicator eſt habitus: fuit autem & Theologus, & Philoſophus præſtans, ſed impari cum Bernardino ſanctitate, ob quam rem nec tantam audientiam habuit & ſibi clangulum inuidebat in ſermonibuſq; detrahebat.

## *EX LIBRO PRIMO FRAGMENtorum Senenſium hiſtoriarum, quas Auguſtinus Dathus conſcripſit.*

ANNVS volutabatur ſupra mille & quadringentos octauus & quadrageſimus, ac peſtilentia,quæ per nonnulla Italiæ loca atq; vrbes cęperat circa medium Auguſti menſis, Senam quoq; inuaſit,ac nonnullos ciues teterrimo morbo abſumpſit,ac finijt nõ ante hybernã tempeſtatem. Per idem verò tempus cum ea clade Sena laborare cępiſſet,ſuperuenerunt miſſi a Summo Pont. Angelus epiſcopus Reatinus, & Ioannes Capiſtranus, vir ſanctitatis & doctrinæ fama celeberrimus ex religione Minorum,qui Bernardini Senenſis a tenellis annis per omnem inde ætatem,uitam,mores,& ad finem vſque progreſſum perſcrutarentur.Tenebat hic Ioannes Senenſem populũ quotidianis concionibus,& quaſi cęlitus adueniſſet, execratus flagitiorum omnium labem, flagrans fidei,& charitatis ſtudio ſalubriter admonebat.Res mira dictu,ac diuinitus inſtituta, vt cum de Bernardini vita inueſtigaretur,noua quotidie in illo Deus per diuerſas Italiæ oras uariaſq; regiones miracula oſtentaret,ita vt non exploranda Bernardini vita, ſed prædicanda ſanctitas,atque efferenda eſſet,quæ tã multis,tãq; præclaris illuſtraretur miraculis. Quorum ex numero ſi vnum ſiluerim,quod ad meos attinet, poſſim merito & ingratus,& impius iudicari. Erat mihi frater germanus Ioannes,minor natu,qui ſub Saluatoris regula Deo ſeruiebat. Is aliquando ruſtico operi intentus,dum ſarmentum amputare cogitat,elabente falce mediam manum grauiore ictu ferit,articulos confringit,contractis neruis manus elanguet. hanc quatuor circiter annos mancam,& velut concretis digitis languidam atque intractabilẽ gerit.At cum ſupplex,& multa ui lacrymarum profuſus in Baſilica S. Donati, ſpectantibus multis,ad Bernardini ceruical manum admouit, ſubito recuperato vigore,ita euiruit,vt ad quemuis ductum facillimè cõuerteretur, vt exinde percommodè illius miniſterio vſus ſit. Quæ res vna cum cæteris, & ijs quidem penè innumeris miraculis maiorem in modum Bernardini illuſtrauit gloriam, &c.

## *EX LIBRO EARVNDEM HISTOriarum ſecundo.*

ATQVE interea cum maior in dies Chriſtianorum turba Romã contenderet ad Iubilei celebritatem, facta iam vbique per omnẽ Italiam diligentiſſima de Bernardini vita perſcrutatione, atque omnifariam exquiſita, Pontifex Nicolaus vnà cum multorum Patrum, & Cardinalium omnium, ac ſacrorum Antiſtitum cætu, ad tanti Cælitis illuſtrandum gloriam accingitur. nam cum & perfectæ ſanctitatis opera præceſſiſſent. eluxiſſentq; tum in vita, tum etiam poſt mortẽ multi generis miracula, & uirtutes, dignus iudicatus eſt Bernardinus Senenſis, q̃ in catalogo Sanctorum, quos ſtatuit ac probat eccleſia, cenſeretur. Itaq; cum infinita quædam omnium ex longinquis nationibus Chriſtianorum, ac remotiſſimis fidelium populis turba conueniſſet, adeſſentq; Senenſium, & Aquilanorum Legati, cum innumerabilis, & conuenarum frequentia quaſi ad tam præclarum, & glorioſũ ſpectaculũ diuinitus cõuocata circũſtaret, sũmo Pontifi. miniſtrante, Bernardini ſanctitas catholicæ eccleſiæ, & apoſtolicæ ſedis auctoritate tum declarata, tum etiam cõprobata eſt. Idque incredibili non ſolum Patrum conſenſu, ſed ét circumſtantium fauore factum eſt, ut omnes vna voce, & miro quodam ardore illius merita, & admirabilem gloriam prædicarent. Nihil prætermiſſum eſt ad legitimam comprobationem: cętus pro inſtituto habitus eſt, initum a Patribus ſolẽne concilium, baſilica Apoſtolorum honorifice parata eſt, inque eius medio altior thalamus, atq; admirabilis conſtitutus eſt, ſeruatæ cerimoniæ omnes, legalia perſoluta donaria: aderat inuiſa ante illa tempora Fratrum Minorum turba, qui tunc Romę habendi cætus gratia conueniſſent. Laudata luculenta oratione a ſummo Pontif. Bernardini vita eſt, præclara & inaudita acta ſolemnia, Sacrorum ritus nulla ex parte non cumulatiſſime exactus, luminaria plura comparata quam quæ eiuſmodi in rebus coniectari poſſint, Senenſibus & Aquilanis largè illa in primis ſuppeditantibus pullorum oblata manuſcula, paria turturum, & columbarũ, aurati uini, cadi, & liba conſimilia adhibita, & affatim reliqua quæ ad id ſacrũ miniſterium deferri ſolent. Nuſquam actum eſt ea in re, vt plerique aiebant, aut largius, aut ſplendidius. Sed infinita uis hominum, & omnium penè gentium incredibilis multitudo, quæ dẽſa pręmebatur, quę vias, quæ tecta, quæ proximas vineas, & culta loca, q̃ propugnacula, & muros cõplebãt, ut numeroſa circũſpectantium agmina ét metiri aĩo difficillimum eſſet. Hæc cũ facta ſunt ubiq; fidelium gentiũ huius Cęlitis ſanctitas celebrata eſt. Ad venerandam autem Bernardini comprobationem tum apud finitiſſimos populos, tum in externis etiam ciuitatibus, ac longinquis regionibus præclara ſunt acta ſolennia. Senenſes in primis tanto munere vſque adeo lętati ſunt, vt ſit excogitare, quam explicare longe facilius, quippe extructis pro palatij foribus ſublimioribus tabulatis, quorum altitudo erat penè cubitorum quinque, latitudo autem cubitorum circiter viginti: ſtratis pontibus aulęa ſuſpenſa ſunt, & ornata omnia ſerico, & purpura, circumſedilia pari ornamẽto in medio ara poſita, quæ gemmato auro, & argento fulgebat: plateæ omnes, oĩa angiporta, areæ oẽs hædera virebant, lauro, buxo, ac feſta fronde ſerti flores, ſparſi iunci, atque corymbi, adiecta velaria, & coronæ ſuſpenſæ ciuitatem omnem, templa, & ſacras ædes exornabant, in quadriuijs, & compitis erecta altaria omnia



pręclaris ſignis, & tabulis niteſcebant. Vbique Bernardini, aut egregiè picta, aut artificioſè exculpta conſpiciebat imago. Vtriuſq; ſexus ciues non iuniores ſolũ, ſed cuiuſq; etiam ætatis homines pro ſe quiſq; ad glorioſum celebrandum ſolẽne accingebantur. Ac propter excelſam turrim ſupra ſacellum haud longe a prætorio præalta tabulata ſurgebant ſtrata magnificè. Eorum erat ferè ſtadij unius altitudo, in quibus ſpectaculum admirabile Beatorum concilia, ac piorum ſedes agerentur, ac ſurgebat quidam humo ad ea vſq; tabulata magno artificio ſummæ tenuitatis, quoad eleuatum pauimentum admirabilis patebat aſcenſus, viæ omnes inumbratæ erant proceris ac defixis arboribus. Varia vbiq; ſpectacula, & ludicra ſigna oculis ſubijciebantur. His igitur ita ſolenniter inſtructis, ac redeuntibus Legatis Roma in dictis ferijs feſtiuitas ſumma omnium ciuium, ac ſubditorum lætitia, & magno populi plauſu celebrata eſt. Et primo quidem die, clero vniuerſo in maiore baſilica aduocato frequenti cœnobitarũ, & ſacerdotum cuiuſque ordinis multitudine collata crucis imagine, ac purpureo velo præuio, omnes veluti inſtructo agmine ad forum proceſſerunt. Extremo loco accitus Pontifex ſplendida amictus, atq; internitẽte auro veſte ſub ſerico vmbraculo geſtabat ſacra manu, alijſq; Patribus congredientibus magna ſubinde ciuium corona, & virorum, ac mulierũ comitante turba, qui himnos lętè perſonantes cum aſcendiſſent tabulatorum faſtigia veſpertinam laudem concinuerunt Bernardini memoriam recenſentes. Poſterno autem die eodem ordine, ac maiore apparatu, præclara celebrata ſunt ſacrificiorum ſolennia, in quibus plurima funalium vis lucebat. Atqui id fuit certè mirandum, quod ex præparato habitaculo reuelatis aulęis cęleſtis domicilij ſpecies ſubito comparuit ſonitu citharæ, fidis, tibiæ, ſimphoniæ, fiſtulæ, & penè omnis generis muſici organi, & ſuauiſſimo hominũ concentu, micantibus vndiq; igneis radijs alius aliũ cælitem repſentabant. Tum ab aſſiſtente Beatorum choro perferri artificiũ, quod prædiximus, qui Bernardini perſonã gerebat magno aſpectantiũ ſtupore ſublatus eſt, & humo in cęleſtem ſedem receptus. Feruebat pietate populus, & omnes intentis animis grates perſoluebant Deo, Bernardinum canentes: Cuius viuentis quidem doctrina, mortui ſanctitas omnium animos ad religionis amorem accẽderet. Erat per eam diem, tum ciuium, tum peregrinorum concurſus admirabilis: Sed quod omnes vehementer admirati ſunt, ex arbore, quæ in media area defixa erat, dum Pontifex Euchariſtiam attolleret, repente prodijt innumera radiorum igneſcentium vis, & alij in obiectos parietes, dum verberant incenſi reſiliunt, alij dum ſurſum euolant inuẽtium aciem fruſtrabantur. Fragor ſimul & lux candens aſpectantes ſtupere cogebat, nec ea humano artificio, ſed diuino potius miraculo fieri putabantur. Id ipſum & prima face noctis itidem factum eſt, turribus & templorum pinnaculis collucentibus, & paſſim vbique magnis ignibus omnia colluſtrantibus tibiarum moduli, tubarum clangor, reboantium timpanorum mugitus, cymbalis accedentibus, & fiſtulis plurimis ingentis æris ſonitus omnia lætitia complebant, & plauſu. Perraro viſum multis ſæculis tantæ iucunditatis ſpectaculum. Sequenti poſt die ſupplicationes factæ tanto cleri, & populi cætu, tanto rerum omnium nitore ac ſplendidiſſimo apparatu, tanta omnium procedentium charitate & deuotione, vt nihil ſupra aut dici, aut cogitari poſſit. Quarto inſuper die eadem pene celebritate in Eccleſia Minorum ſacra ſolenni ritu, & res diuina facta eſt, cum & magiſtratus omnes & cunctus populus intereſſet. Itaque ſacratiſſimo Iubilei anno, frequentiſſimo Chriſtianorum confluxu, viij. Kal. Iunias Bernardini ſanctitas

comprobata eſt. Idibus menſis eiuſdem in vrbe Sena eius comprobationis venerata ſolennitas anno ſexto poſt eius mortem: quod etſi cogitauerat Eugenius IIII. mors tamen peremit eius conſilium, & à Nicolao V. id omne abſolutum eſt, quo eodem fere tempore Rex Alphonſus pacem cum Florentinis fecit.

## *EIVSDEM AVGVSTINI DATHI Oratio de laudibus D. Bernardini Senenſis.*

VELIM hodie dari mihi maiorem dicendi poteſtatem, Illuſtres Magiſtratus, optimates, ac patres ampliſſimi: Velim inquam ſummam dari mihi eloquendi copiam apud magnos viros verba facturo: & tam doctrinę laude, quam ſumma authoritate pręſtantes, M. Cato ille ſenex, vt ex Originum eius lib. 7. conſtat, loqués cõtra Ser. Galbã, hiſce uſus eſt uerbis. Multa me dehortata ſunt huc prodire, anni, ætas, vox, vires, ſenectus. Quanto me plura dehortarent prohiberentq́; hoc tanto aditu laudis, niſi me hodie huius ſolẽnitatis celebritas cogeret, & ueſtrum, qui in hoc auguſtiſſimũ templum ad venerandum Bernardinum conueniſtis, explorata facilitas adiuuaret. Sed quamuis rei, exponendæ magnitudini impar ſit dicentis eloquium: ſpes eſt tamen in eo ſita omnis, qui verè ſcientiam habet vocis, & hominum mentem luce veritatis illuſtrat: labia infantium ſoluit, & fantium ora, tum linguarum generibus, tum ſermonum interpretatione muneratur. Verum ne fruſtra ipſa conteratur oratio, noſtri propoſiti argumentum paucis abſoluamus. Multa ſunt, excelſi atq; illuſtres Domini, quæ præclaram faciunt ciuitatem, atq; vt mittam vrbanarum rerum ſplendorem, iuris ac legum diſciplinam, geſtarum rerum gloriã cæteraq́; generis eius: vera atq; præcellentiſſima laus ſummorum ciuium, & clarorum virorum dignitate, atq; amplitudine conſtat: ſi ciuibus potius ciuitas, quam illi ciuitate floreſcunt. Et apud priſcos quidem qui vanæ ſuperſtitionis ducerentur errore: alij Ioues, alij Mercurios, alij Eſculapios, alij Hercules, alij alios inſolenter iactare ſunt ſoliti. Nos uerò qui Chriſti nomen gerimus, & crucifixum redemptoré colimus, abiecto ſuperſtitionis errore eos celebramus ac ſummis mactamus honoribus, qui religione, qui ſapientia, qui pietate, qui ſanctimonia, qui uera gloria illuſtres fuerunt, qui ſoluti corporum uinculis perſpicuis documentis in cœlum, ac Beatorum domicilium ſunt tranſlati. Vna omnium prima Senenſis ciuitas, iam pridem gloriari poſſit, quæ præter alios celebres, & claros uiros, & omni laudis genere antecellentes opifices primum in omni exercitatione nobiliſſimos, tum Philoſophos, Oratores, vtriuſq; Conſultos Iuris, Theologos, & valde glorioſum eſt, tres per diuerſa tempora Pontifices Maximos, Gregorium VII. qui antea Oldobrandus vocatus eſt anno 173. mox anno 1159. Alexandrum III. qui quatuor ſciſmaticos ſuperauit, mira & præclara geſſit, quæ haud eſt narrandi locus. Poſt verò Pium II. quem ipſi vidimus, multis prædeceſſoribus catholicæ fidei ſtudio, virtute, gloria parem. Præter alios inquam celebres, & claros viros Sanctorum quoq; fæcunditate Senenſis Ciuitas præſtat, & copia. Et ne Galganum Ciſtercienſis ordinis amplificatorem commemorem Cęlitem glorioſum, cuius tam præclarę apud nos extant reliquiæ, cuius ſacrum uerticem cum capillis, & cutem quaſi viuentis, tum in dura ſilice defixum gladium omnes plurimum admirantur. Ne dicam Ambroſium Sanſedonium, Doctorem beatiſſimum, ex prædicatorum



dicatorum ordine, cuius laudes alio ſum tempore proſecutus. Ne dicam Andream Galleranum, dilectum Deo & hominib. ab inuadente aliqñ inimico ereptum, atque idcirco diuinitus ſublatum in ethera. Ne dicam Petrum Petronem Chartuſié ſem, plenum Spiritu ſancto. Ne dicam Bernardum Ptolomęum, qui montis Oliueti religioni primus dedit exordium. Ne dicam deinde Antonium Latinum, Petrú, Ioannem, quatuor Diui Auguſtini ſacros Eremitas. Ne dicam Francum, Chriſti potiuſquam ſæculi militia decertantem. Ne dicam Ioachinum ex Pellicanorum genere, & cum eo Franciſcum utrumq; ex Seruorum ordine. Ne dicam Io. Columbinum, ſectatoré Ieſu & ſanctæ Ieſuatorum fraternitatis inſtitutorem. Ne dicam Sororem, qui in toto terrarum orbe claram hoſpitalem ædem primus condidit. Ne dicam Franciſcum Vineam, & Nicolaum itidem Senenſem, deuotiſſimos Chriſti ſeruos. Ne dicam Aldobranieſcam, ex Pontiorum familia, cumque ea Bonizellam Cacecontiam ſanctiſſimas mulieres, quas Deus glorioſis inſignibus decorauit, ac magnis donauit muneribus. Ne dicam Petrum Pectenarium, virum mira ſanctitate illuſtrem, vt taceam Chriſti athletas Petrum, & eiuſdem patrię, ac Minorum ordinis Ioannem Martinocium, quorum ille pro Chriſto ſuſpenſus patibulo, uel totum biduum inſpectantibus multis, verbum Dei fudit, alter ad Karas pro Chriſti nomine affectus ſupplicio eſt, & martyrio coronatus. Vt taceam cæteros, q multi magni, & ſancti viri comprobãtur, Catherinam ſacram uirginé, & Confeſſorem præclariſſimum Bernardinum nemo eſt, qui neſciat, quorum explorata ſanctitas eſt, & noſtro æuo potiſſimum refulget gloria. Ac de Catherina quidem alias copioſius ſum locutus, hodie ſe mihi Bernardinus offert, de cuius laudibus dicam breuius, quam de tanto Cęlite dici debeat. Fuit igitur Bernardinus, & in ſæculari primum conſuetudine, atq; illa communis vitæ inſtitutione, in qua medij officij, & uirtutum leuiorum ratio continetur, & in illo profecto viuendi genere, in quo recta ſunt omnia, & nr̃o & aliorum iudicio probatiſſimus, nec contentus mandata ſeruare, qui in lege Domini dies meditaretur & noctes, quod quidem ad medium officium pertinere iudicatur, arripuit & ſalutare conſilium, atq; ut perfectũ expleret officium renuncians terrenis opibus nudus ſecutus eſt Dominum. Igitur cum accepiſſet D. Hieronymi ſalutare præceptum, qui ait: Quicquid in te primum inſtitueris, hoc manebit, & ad initiorum tuorum regulã reliqua vita decurrit. ipſa quoq; primæ pueritiæ tempora, & in optimis, ac liberalib. diſciplinis, & in colenda uirtute, ac uitæ honeſtate collocauit. Platonis probauit ſententiam, qui in philoſophos autumans ait, ꝙ in ueri inueſtigatione uerſent, quodq; ea quæ pleriq; vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolét, cõtemnant & ꝓ nihilo putét, ꝑpea iuſtos eſſe. Itaq; Bernardinus lõge melius, q̃ Celtarũ, & Gallorũ Druydę, Indorũ Gymnoſophiſtæ, Egyptiorũ Mẽphitici vates, Perſarum Magi, Græcorũ Philoſophi, Hebræorũ Eſſeni, relictis rebus alijs ad ſalutarem ſapientiã aſſequendam operam omnem ac tempus accommodauit ut veritaté indagaret, indagatam perciperet, perceptam tueretur, rectè comparatam volente Deo cęteris nunciaret. Verè cum Cicerone dicebat, Omnia alia incerta, caduca, mobilia ſunt, vna virtus eſt altiſſimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla ui labefactari poteſt, nunq̃ dimoueri loco. Et rurſus cum illa Stoicorum probata ſententia, Nunquam ego neq; pecunias iſtorum, neq; tecta magnifica, neq; opes, neq; imperia, neque eas quibus maximè aſtricti ſunt homines, voluptates in bonis rebus, aut expetendis eſſe duxi. Ratio in promptu eſt, nam & qui eiuſmodi rebus circumfluunt, maxime tum deſiderant eas quibus vehementer abundant: neque enim expletur vnquam

quam neq; ſatiatur cupiditatis ſitis, neq; ſolum ea quæ habet libidine augendi cruciatur, ſed eſſe amittendi metu. Hanc Cicero ſententiam tradidit optimis argumentis, rationibusq; diſſeruit. Reus autem vita ac factis liquido & perſpicuè illuſtrauit eorum numero iure cenſendus, qui Lactantio Firmiano prodente, contemptis omnibus, & priuatis, & publicis actionibus ad inquirendam, atq; inueſtigandam ueritatem aĩum, ac ſtudiũ contulerunt, exiſtimãtes multo eſſe præclarius ac laudabilius diuinarũ humanarũq; rerũ ſcire, & inueſtigare rõnem quã ſtruẽdis opibus cumulandis honoribus inhærere. Quib. reb. (vt idẽ ipſe p̃clare Lactãtius inqt,) qm̃ fragiles tenereq; ſunt, nemo melior, nemo beatior effici põt, nã ſapienter quidẽ à Sapiente dictũ eſt, Beatus vir qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Præcipit Apoſtolus ac Magiſter gentium, quæ ſurſum ſunt inquit, ſapite: non quæ ſuper terram. At verò diuitiæ, id quod Io. Caſſianus oſtendit, uiſco ſimillimæ perhibentur, quo ſi implicentur aues, ſurſum proculdubio volitare nequeunt: Et nos viſco diuitiarum obliti, vincti, compediti nec humo tolli poſſumus: nec ſupera ac cęleſtia petere. Bernardinus autem qui Apoſtolos meminiſſet aliquando Saluatorem affatos, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: apoſtolorum ſectatus veſtigia, apoſtolicam ſibi vitam propoſuit, atque vt perfectam ſapientiam adipiſceretur, actiuam uitam, quam appellant, cum contemplatione coniunxit, occupatus prædicando, docendo, exhortando, ocioſus meditando, orando, ſcribendo: & qui nunc ſunt populis, & conſequenti poſteritati profuit. Religionem autem complexus & ipſe illam cunctis viribus adamauit, & cęteros ad eandem capeſcendam grauiſſime cohortatus eſt. Nouerat enim bonum eſſe in religione uerſari, et in illa tanquam in Ithabirio monte cum Petro, Iacobo, & Ioanne, quaſi tabernaculis poſitis, Saluatorem Chriſtum, & Dominum gloriæ intueri. Æternum Patrem cum vnigenito Filio, & Spiritu ſancto in Columbæ ſpecie per mentis eleuationem, quantum in carne homini datur, aſſidue contemplari Franciſcum imitatus Bernardinus opes contempſit aſciuit paupertatem, voluptatem aſpernatus eſt, delegit caſtimoniam, ſuam ipſius abnegauit voluntatem, ſe penitus Deo ac totum tradidit. Tria verò illa quæ feruntur bonorum genera, ſiue fortunæ, quæ extra nos ſunt, ſiue corporis quæ circa nos eſſe putãtur, ſeu denique animi quæ intra nos eſſe noſcuntur, hæc ille prorſus abiecit, vt ea aſſequeretur bona, quæ & ſupra nos ſunt et verè bona putanda, in quibus illa vtique conſiſtat charitas, quæ virtutum cumulus eſt, ac bonorũ omnium plenitudo. Quod ſi verè ſapientem appellamus eum, qui non modo ipſe cum uirtute uiuit, ſed alios quoq; ad bene ac piè viuendum impellit, quales eos fuiſſe accepimus, qui primi diſperſos in montibus homines ac paſſim beſtiarum more vagantes ad ſocietatem vitæ conuocarunt. Verè ſapientẽ Bernardinum exiſtimare debemus, cuius ſapiens, & perpolita oratio ad rectã fidem, ad catholicam veritatem, ad orthodoxam religionem deuios compulit, atque ad æternæ ſalutis viam direxit, atq; perduxit. Quo circa cum antea in eorum ordine, qui Chriſti confeſſores cognominantur etijdem pontificatus expertes ſancta celebraret Ecclesia Paulum Tebeum vaſtæ cultorem ſolitudinis, atque eremitam primum, & illius tum uita, tum ætate ſocium Antonium Egyptium, tum Maurum, Iulianum, Gilbertum, Guilielmum Pictauienſem, Thomam Aquinatem, Benedictum Monachorum, & Cœnobitarum omnium principem, & magnæ prolis perentem, Petrum Moronenſem, Ioannem Britanum, Honophrium Anachoritam, Antonium Patauinum, Alexium Ron. Paſtorem presbyterum, Dominicum Hiſpanienſem





ordinis Prædicatorum ducem atque inclitum Patrem, Euſebium inſignem pietate uirum, Bernardum ex Burgundia glorioſæ præconem virginis, e cuius ore dulce fluebat eloquium ſuper mel & fauum; Ludouicum Francorum regem, Egidiũ, Nicol. Tolentinatem, Mamilianum, Hieronymũ presbyterũ magnum, Latij decus, & Chriſtianæ religionis lumen, Franciſcum Minorum auctorem, qui ſtigmata Ieſu Chriſti etiam portauit in corpore, quaſi Patriarcham quendam fęcunda prole pręclarum: Hilarionem uirum ſanctiſſimum, Leonardum ex Galliarum prouincia, Sabbam venerandum patrem, Galganum deniq; noſtrũ, nuper & Senenſem Bernardinum adhibuit, qui Ieſu nomen manifeſtauit hominibus, & fidei firmitatem vehementer adauxit, glorioſus Confeſſor, præco veritatis inſignis. Sed non eſt par tantis laudibus dicendi facultas, ſed nec temporis patiuntur anguſtiæ longius euagari, proinde ſtatuam ipſe mihi iam tandem dicendi modum, ſi ea prius in medium attulerim quæ ad Bernardini pręconium, iam pridem a me ipſo confecta ſunt, & ab eo poſtmodum comprobata, qui fuit glorioſus Pont. Pius II. cuius auctoritate, ut in Archiepiſcopatus Pontificalibus libris extat etiam in hoc ipſo natali intra nocturnarum lectionum officia in eccleſia valeant decantari. Referam illa igitur, quo audientibus uobis plus multo legendis noſtris auctoritatis accedat. Ea vero ſunt huiuſmodi.

Bernardinus patria Senenſis, bonis progenitus parentibus nobili, & claro genere ortus, cum a primis ætatis temporibus optimam ſemper ſectatus eſſet bene ac recte uiuendi viam, ſecundo & 20. ſuæ ætatis anno, contemptis delicijs ſęcularibus, ſprætis humanarum rerum blandimentis, deſpectis fortunæ ludibrijs, ſubijt Beati Franciſci regulam, & ſanctiſſimę Minorum religioni ſe mancipauit, in qua ita ſapientiæ ſtudio, ita diuinarum litterarum diſciplina, & cognitione profecit, ut tertio poſtquam religionem anno ingreſſus erat cęperit concionari ad populos, & in frequentiſſimis hominum concilijs euangelizare uerbum Dei. Qua in re adeo per eam tempeſtatem effloruit, ita præter cęteros palmam & principatum obtinuit, ut non modo in tota Italia, ſed etiam apud pleraſque Chriſtianæ dignitatis nationes, ac gentes celeberrimum haberetur eius nomen: nam mirum qua dicendi copia, quo ſplendore verborum, qua ſententiarum grauitate, quam multiplicibus, ac uarijs ſacri eloquij teſtimonijs pollere ac circumfluere uideretur. Erat illi dulcis in exhortando ſuauitas, uehemens in redarguendo inuectio, ſumma in probando grauitas magna in perſuadendo fides, in laudandis uirtutibus pręcipua ubertas, in flagitijs execrandis mira contentio, incredibile in operando artificium doctrinæ & eloquentiæ præclariſſima laus. Admirabili verò quodam ſtudio atq; induſtria nunc frænis, nunc calcaribus, ad flectendas populorum mentes atque animos utebatur, ac latiſſime quidem huius ſanctiſsimi Patris patebat inſtitutio, ita ut nulla in tota Italia pene ſit ciuitas, in quam non exierit ſonus, & uerbum eius. Clara autem uoce, ac bonis lateribus in eo laudatiſſimo inſtituendi genere uerſatus eſt, perſeuerauitq; ad extremam uſq; ſenectutem, atq; ultimos uitæ terminos. Ita flagitioſos multos atq; improbos à turpitudine, ac ſcelere abuocauit, ad amorem uirtutis, ac beneuiuendi ſtudium rationemq; conuertit. In primis ſuadens, contemnendum eſſe mundum, & quæ in eo ſunt, & ſolum diligendum Deum, ſicut & uerum ſummum bonum exiſtimare debemus. Ad ſcribendum etiam animum contulit, nõ intermittens feruẽtiſſimum pręedicandi munus, permultos diuinæ ſcripturæ locos illuſtrauit, ſermones, & conciones ſuas man-

dauit litteris, & librorum multa ſcripſit, atque edidit uolumina, quæ ut incorrupte ſcripta ſunt, ita etiam magno habentur in pretio, & leguntur quidem à multis, probantur ab omnibus. Multa quoq; in pleriſq; Italię urbibus, atque oppidis erexit ſeruorum Dei ſancta cęnobia. B. Franciſci regulam, in qua magnus ille feruor obſoleuiſſet, & ut res pronæ ad malum plerumq; in deterius prolabuntur ubi flagrantior illa charitas refriguiſſet, hic ſua ſapientia, uirtute, labore, ac diligenti opera ad priſtinam reuocauit ſanctimoniæ integritatem. Innumeram penè tũ iuuenum, tum ſenum etiam multitudinem percalcatis rebus humanis ad ſacræ religionis clauſtra, & ſublimitatem conuocauit, non minus ſanctæ conuerſationis exemplo, quam ſalutaribus ac frugiferis documentis. Multorum inſuper extitit bonorum auctor, & agreſtes nonnullos atq; efferatos populos ad religionis cultum, & ad virtutis diſciplinam redegit, & laudem. Quorundam verò aut ſuperſtitioſam vanitatem aut ſolutiorem vitę licentiam non modo acriter improbauit, ſed etiam ſapienter ſuſtulit. Demum cum multis & præclaris inter mortales editis operibus, bonum certamen certaſſet, & in dies magis ac magis, de virtute in virtutem, profeciſſet prouectus ætate Aquilam pergens, aduerſam valetudinem contraxit, qua & abſumptus migrauit ad Dominum: & cui ſemper firmiterque ſeruierat, ſpiritum Altiſſimo reddidit, & qui 6. Idus Septembres natus erat anno ab exortu Saluatoris Ieſu Chriſti, 1380. 13. Kal. Iunij, qui eſt vigeſimus menſis huius atq; hodiernus dies, rebus exceſſit humanis, annum agens 3. & 60. adhibitis menſibus octo, diebus 12. Aquilani corpus eius aſſeruant: quod ipſum tale eſt, vt verè perhibeat teſtimonium ſanctitatis. Comprobata autem ſuæ perfectione virtutis, perſpicua miraculorum atteſtante gloria, diuina diſpenſante clementia, a ſummo Sacerdote, ac Pont. Maximo, Nicolao V. annis a Chriſti natiuitate labentibus 1450. qui & annus remiſſionis erat, ſumma fere Chriſtianorum omnium populorum celebritate, & conſpectu admirabili Cęlitis ipſius ſplendore, S.R. Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis authoritate iudicatum definitumq; eſt in canone conſtituendum eſſe Bernardinum, annumerandumq; in Sanctorum catalogo, cuius det nobis ſectari veſtigia, qui vt eſt mirabilis in Sanctis ſuis, ita vult omnes homines ſaluos fieri, & cęleſti ſecum gaudio perfrui, per infinita ſæculorum ſęcula. Eia igitur omnes ſumma deuotione, atque animorum lætitia lætum in primis celebrem & feſtum agamus hunc diem.

## *MARCVS ANTONIVS BENALIVS in Commentariis de vita, & geſtis Sanctorum Bergomatum.*

CVM Mediolani conſtitiſſet, eiuſq; vitæ integritas, & dicendi vis bonorum omnium ſermone celebratur, rogatus Bergomum ſe contulit. Franciſcani cęnobij cuſtodia ſtatim ei delata eſt, eius hortationibus Bergomates à peccatis temperarunt, certaque, & pia viuendi diſciplina, a qua iam declinatum erat, longo interuallo repetita eſt hanc vitæ & morum mutationem magna animorum tranquillitas ſecuta eſt. Totius Italiæ inſtituto Bergomates factionum certamine ad inteſtinas diſcordias exarſerant, alij ad Guelfos, alij ad Gibellinos rem trahebant, nihil cuiquam ſanctum, aut ſatis tutum erat. Obtinebat omnia





cędes, nec vllam in partem erat perfugium, non ætate confectis, non inermibus, non infantibus, non imbelli fęminarum ſexui parcebatur: omnia crudelitatis exempla edebantur. non ſolum hæc rabies auctoritate Bernardini ſedata eſt, ſed ex infeſtisſimis hoſtibus fideles ſocij Bergomates inter ſe facti. Intra vrbis męnia templum, cum Virgines moniales inſeruirent, Bernardino auctore conditum eſt, & S. Mariæ, cui Roſarum cognomen indiderunt, conſecratum. Pro Bernardino item merito, Petrus Alzanius domuncula & agello dimidij iugeri, qui ſub vrbe eſt, anno 1424. Minorum ordinem donauit, eius rei adhuc monumentum extat à familia Alzania ad declarandam maiorum pietatem ſeruatum. Ibi alterum templum ædificatum, quod Sanctæ Mariæ itidem dicatum Gratiarum nomine inſigne eſt. Ibi item cœnobiũ, qđ poſteri perfecerũt, inchoatum. ante templum quercus S. Bernardini manu ſata fuit, quæ ita creuit, vt proceritate, & craſſitudine quercuum naturam uincere putaretur. Ea ætate noſtra vento a radicibus eruta, & diſſipata eſt, & eius materies in varijs cœnobij uſib. conſumpta. Non longe ab eo loco Bernardinum prolapſum cecidiſſe ferunt, famaq́; tenet, ubi manus, qua aſſurgendo nitebatur, extenſa eſt, ibi ad numerum digitorum, quinq; locis fonticulorum ſcatebras emicuiſſe. Aucta in vrbe mirum in modum religione, Bernardinus agrum Bergomatem cohortando ad pietatem Euangeliũq́; interpretãdo obijt. In Valle Seriana opidum eſt Cluſonum frequens ac celebre, caputq́; ferme totius regionis: dum ibi prędicandi officio fungens paucos moratur dies, factum eſt, ut nõ procul ab opido montanus quidam vita excederet. triduo poſtquam ſepultus eſt immundi ſpiritus vox ex ædibus exaudita eſt, animam mortui illius ſimulantis, & plurima bona patrisfamilias, ſi ſibi paruiſſet, pollicentis. Rebelles & inuidi ſpiritus in id præcipuè incumbunt, vt in eandem calamitatem, in quam quondam ipſi ſuperbia elati inciderunt, quamplurimos trahant: idq́; illis facilè ſuccedit, ſi ſe per omne obſequium inſinuare in animos incautorum, & fouenda ſpe honorem, qui ſummo Deo debetur, ad ſe traducere poſſint. Verum prudentes Dei miniſtri diabolicas artes optimè agnoſcunt, & ne pro veris, quæ illi fallaciter pollicentur, audiantur, efficiunt. Itaq; nuncio Cluſonum de hac re allato, Bernardinus veritus, ne quis in fraudem laberet, plurimis proſequentibus eo contendit, & in ædibus incluſus, commiſſo cum hoſte certamine, non prius deſtitit, q̃ eum domo illa eiecit.

Cum Bergomi annos 24. verſatus eſſet, eiuſq́; prædicatio omnibus in locis plurimum commendationis haberet, eique cum reliqui omnes fidem haberent, tum ſum. Pontifex cum admiratione quadam dignum honore iudicaret, iterum ac tertiò eum ampliſſima Epiſcopatus dignitate ornare voluit. Bernardinus ratus ſe fructuoſiorem Chriſtianæ reipublicæ, aptioremq́ue ad ſempiternæ vitæ adeptionem fore, ſi ſe inglorium ſeruaſſet, eam dignitatem ſemper recuſauit, &c.

## *EX HISTORIA, QVAM nobis tradidit Georgius Pilo Virunenſis in epitomem per Alexandrum Gattum redacta.*

MINORITANÆ Familiæ decus, Bernardinus Senenſis, qui inter reliquos catholicæ Eccleſiæ Patres vitæ ſanctitate, atq; integritate florentes veneratur, & colitur, Virunum anno Domini 1423. ſe contulit. Quæ ciuitas in vltimis Venetæ Reipub. finibus prope Noricos montes conſtituta, cum Guelfis, & Gibellinis factionibus grauiter vexaretur, diuino actus ſpiritu Bernardinus, publicæq; ſalutis ſtudioſiſſimus, media in platea, feruenti animo, omnes ad pacem colendam inuitauit. Cumq; animaduerterit diſſenſiones, ſectas, odia, bella, cædes, non aliunde, quàm ex factioſiſſimo ciuitatis regimine pendere; ordines, quibus tum in rebus adminiſtrandis Virunenſes vtebantur, acerrimis verbis inſequutus, ciues ad eos corrigendos, aut penitus abolendos hortabatur. Quæ res effecit, vt Delphini Venerij, qui eo tempore ciuitati regendæ præerat, iuſſu, ac Venetæ Reip. nomine in vnum collecto conſilio, Aldobrandinus ex præclara Doionum familia Doctor eximius inſurrexerit, ac omnibus audientibus ea de pace tractarit, quæ ad conciliandos animos tum maxime pertinere videbantur. Neq; id profectò fruſtra. Nam vix habita oratione, cum præſertim ſuadentis Bernardini ciuibus auctoritatem inculcaret, flamma conſumptis peſtiferis ordinibus, vetere ſimultate depoſita, penitus extinctis odijs, amplexata optatiſſima pace concordiam vnanimes omnes ſunt ſequuti. At, cum deinceps publicam Ciuitatis tranquillitatem, quæ ex hac ordinum mutatione, auctore Bernardino, defluxerat, agnoſcerent; immortales D. O. Max. pro accepto beneficio gratias egerunt. Ac, ne ſibi ingrati animi nota turpiter inuratur accepti memores, erectum D. Bernardino templum longis Præsbyterorum, aliorumque ordinibus quotannis celebrare conſueuerunt. Illius etiam multis in locis, veram, ad tantę rei memoriam, pinxerunt effigiem, quam cum ſceleſtiſſimus quidam calce tegere, atq; abolere contenderet, infeſtiſſima, quoad vixit, lepra diuinitus horruit, ac miſerrimè ſquallens laborauit.



# CANONIZATIO SANCTI BERNARDINI.

EXCELSVS Dominus Deus noſter, Rex regum, & Dominus dominantium ab initio ſęculi humilia reſpiciens humanum genus exaltando, & alta faſtigia ſuperborum ſpirituum deprimens, ęqua lance iuſtiſſimi cruciatus ſuis ordinatiſſimis temporum ſucceſſibus, omnia librauit in pondere, numero, & menſura, de nihilo cuncta producens in eſſe, hominem quem ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem de limo terræ plaſmauit, vitæ ſpiraculum tribuens ſuper omnia opera ſua conſtituit, gloria tantæ dignitatis attollens, vt vbi cum ſuis Angelicis ſpiritibus regnat ipſe, ſuos etiam cultores honorificentia ſuperefflúente coronet, & ſui glorioſiſſimi nominis præcones electos ab æterno ſecum decreuerit triumphaliter exaltare; Verę fidei orthodoxæ lumen reuelans primitus Sanctis Patriarchis, deinde Prophetis, & in temporis plenitudine deſcendens hipoſtatice filius Dei Ieſus Chriſtus, verbum æternum à Patre genitum caro factum, vt homines Deos faceret, Deus homo factus eſt, ſigna potenter innouans, & ſapienter immutans, mirabilia ſua feruentiſsima charitate, mortem patiens, vt ſui precioſiſſimi ſanguinis commercio hominem ſua culpa deperditum repararet, pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Nouiſsime diebus noſtris iubar quoddam mirifici ſplendoris, & refulgentis luminis, ad gloriam ſui nominis efficacius propalandā eduxit in lucem, Sanctum videlicet Bernardinum de Senis, cognomento ordinis Fratrum Minorum ſacræ Religionis B. Franciſci, ab adoleſcentia ſua cultorem, & diligentiſsimum obſeruatorem quo ad promptam obedientiam, hilarem paupertatem, & nitidiſsimam caſtitatem; imò vt coniecturari licitè poteſt ex diſcurſu ſuæ conuerſationis, & vitæ integerrimam virginitatem, hunc virum nobilibus ortum parentibus, religione Chriſtiana verus Dei cultoribus nullis oblatis honoribus, nullis dignitatibus Eccleſiaſticis, vel ſecularibus abſtrahere valuit pompa fauorabilis auræ mundialis ab aſperitate, & rigore obſeruantiæ regularis. Spræuit equidem & paruipendit ſuæ proſapiæ militaria inſignia, nec ſe dignum Pontificali infula reputauit, cum trina vice fuerit ad Epiſcopalem dignitatem inſtantiſsime poſtulatus, qui potius Domino Ieſu Chriſto humiliter famulari diſponens, cuncta terrena deſpiciens, carnem cum Chriſto cruci affigens continue macerabat ieiunijs, vigilijs, diſciplinis, continuis laboribus, & ſollicitudinibus orationum, lectionum, meditationum, contemplationum, & cęterorum bonorum operum, non ſibi ſoli viuere, ſed alijs proficere zelo domus Dei animarum ſalutem ſitiens noctes ducebat inſomnes, ſacrarum ſcripturarum lucidiſsimas enucleans veritates, in amplis voluminibus relinquens poſteris dignam ſuorum bonorum laborum memoriam, & fructus diuini nominis gloriæ plenos, doctrinæ ſalutiferę vbertate fęcundos pariter & facundos, mellitos ſermones ordinans, & vtiliſsimos Tractatus componens, lucida veritate conſpicuos, & præclaros. Tanta nanque ſui eloquij ſuauitate in ſuis prædicationibus populos attrahebat, & demulcebat auditores dulcedine verbi Dei, quòd deſidio-

ſos, & inteſtinos hoſtes & diſcordes animos ad concordiam, & pacem, non quam mundus dat, ſed ad pacem Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, amicabiliter reuocabat. Vſurarios à voragine cupiditatis retrahens ad reſtitutionem iniuſtè quæſitorum prudentiſsime inducebat, diſſolutos & vagos vtriuſque generis peccatores ad veram pœnitentiam reuocabat, & ad perfectionis culmen ſacrarum religionum plurimos doctrina pariter & exemplis ſalutiferis, ac ſanis conſilijs animabat, & effectualiter adducebat: plurimas etiam ædificari fecit, & conſtrui eccleſias, & loca Deo dicata ad diuinum cultum ampliandum Apoſtolico fauente præſidio: Hoſpitalia, monaſteria, & pia loca, piaſque ac miſerabiles perſonas multiformiter adiuuando releuauit, erexit atque prouexit. Italicas regiones luſtrauit & prouincias, adeo quòd vbi cultu veræ fidei, vacua prius cenſebantur ſuis prędicationibus illuſtrata religio præfulgeat limpidè Chriſtiana, & abiectis carnis illecebris impietateq; depulſa, ac ſecularibus deſiderijs abnegatis in non paruo numero, mares & mulieres elegerint, tum in ordine Minorum Fratrum, tum in ordine Sanctæ Claræ, vel etiam in ordine Pœnitentium, qui dicitur tertius ordo; à B. Franciſco primitus inſtituto, & ſe voto aſtrinxerint, & quotidie ſe aſtringant ſobriè, & iuſtè, & piè Altiſsimo reddere perpetuum famulatum, & omnem, quantum in ſe fuit, populum qui prius erat in caligine tenebrarum, luminoſum redderet Deo acceptum, & bonorum operum ſectatorem. Vt autem ad profectum Chriſtiani populi ſanctitatis huius diuini præconis eluceſceret multis eundem adhuc militantem in terris Altiſsimus inſigniuit prodigijs, & pluribus poſt eius felicem tranſitum effecit miraculis clariorem, nedum in Aquila ciuitate magnifica, quam Domino diſponente pro ſui iam lapſi corpuſculi dormitione vltima præelegit, verũ etiã innumerabilibus mundi climatibus veridica fama proclamante, & fide dignis teſtibus referentibus quotidianis diuinis beneficijs ſuis glorioſis meritis inuocatis reficitur populus Chriſtianus, cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur: & beati qui non ſcandalizantur in Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum. Nos itaque pro tot & tantis diuinis munificentijs, & donis, & largitatibus, noſtra ætate tam copioſe tamque abundanter impenſis, & ſi non quales & quantas debemus, ſaltem quales & quãtas valemus gratias agimus bonorum omnium largitori, quod diebus noſtris ad confirmationem catholicę fidei, ad confuſionem hęreticę prauitatis, ad extirpationem ſciſmatum, ad exaltationem integerrimi ſtatus vnionis, & obedientię ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ eccleſięque Romanæ copioſiſsimam vtilitatem & firmam ſpem ſalutis, & gloriæ omnium verorum Chriſti fidelium, nec non & ad prouocationem omnium infidelium Iudæorum, & quorumlibet paganorum, vt cognita ex prædictis luce veræ fidei ad Chriſti gremium currant pro æterna gloria capeſcenda, qui eſt lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum ſqualidum & horrendum, dignatus eſt talia operari ex meritis ſui fideliſsimi cultoris, & baiuli ſui nominis glorioſi Sancti Bernardini præfati, cuius laude digna memoria, coruſcante tot miraculis in ſignis, & prodigijs atque portentis crebreſcentibus, acclamantibus vndique populis & petentibus eius canonizationem: Tandem ad inſtantiſsimam ſupplicationem, & requiſitionem Illuſtriſsimi Domini D. Alphonſi Regis Aragonum, nec non nobilium oratorum ciuitatum Senarum, & Aquilæ, ac nonnullorum aliorum Principum, & Comitatuum atque municipiorum F. R. Eugenius Papa IIII. tri-

bus



bus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, videlicet tunc Capuano Andegauenſi, & de Albertis, quo decedente Sanctæ Mariæ nouæ loco eiuſdem de Albertis commiſit examinandam vitam, obitum & miracula, qui Domini Cardinales ex diſpoſitione eiuſdem felicis recordationis Eugenij, ſuos commiſſarios deputarunt Reuerendos videlicet Epiſcopos Aquilanum, & Pennenſem, qui omni exquiſita diligentia ſuum officium exequentes ſolennem proceſſum ediderunt præſentaueruntque eiſdem præſuli, & Cardinalibus antedictis. ſublatis de medio poſtmodum præfato Eugenio, & Capuano, ad maiorem elucidationem præfatæ cauſæ, vt ſuum prout dignum erat, lætum conſequeretur effectum, loco Capuani Sanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa V. ſucceſſor eiuſdem Eugenij ſubſtituit Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem Tarentinum, deſtinauitque Reuerendos Dominos ſubdelegatos, eorundem Cardinales Epiſcopos Vrbinatem & Pennenſem: qui etiam ſolenniorem compoſuerunt proceſſum: & vltra miracula primi proceſſus multo excellentiora miracula reperierunt, & præfatos Papæ, & Cardinalibus retulerunt. Quibus accuratiſſime diſcuſſis, & ruminatis eorum conſcientiæ viſum eſt obnoxios eſſe Deo, ſi quem tantis miraculis Altiſſimus illuſtrabat dignis præconijs, & laudibus in terris attollere denegarent: diſtulerunt attamẽ pro aliquo temporis, interuallo ad omnem ſcrupulum auferendum de mentibus quorumcumque propter pernicioſum ſciſma quod ſupererat. Quo etiam præfatus prædeceſſor canonizationem eandem retardauit. Denique à multiplicibus oratoribus catholicorum principum, & frequentibus litteris continuatis ſupplicationibus excitati, ſublato etiam ex hac luce Tarentino præfato, loco eius Nicolaus præfatus ſubrogauit Reuerendum Dominum B. Epiſcopum Cardinalem Tuſculanum, Nizenum primitus appellatum, deditque inſuper in mandatis cum ſub delegatione præfatorum Cardinalium, Tuſculani videlicet Andegauen. & S. Mariæ nouæ, Reuerendo D. Angelo Epiſcopo Eſculano, vt ad ciuitatem Senarum, Aquilanam, & alias ciuitates, & loca perſonaliter ſe conferrent, prout ſibi commodius videbatur, & omni exacta, & rigida diligentia perquireret, & inueſtigaret omni vigilanti ſtudio, ac ingenio perſpicaci totum vitæ curſum ab origine & ſucceſsiuè vſque ad vltimum vitæ terminum, geſta, mores, & actus eiuſdem Sancti Bernardini. Quo iuſſa Papæ, & præfatorum Cardinalium ſollicitius, & accuratius exequente redditaque ab Altiſſimo tranquilla pace, extirpatoque radicitus ſciſmate antedicto, uiſiſque tribus rigoroſiſſimis proceſſibus antedictis, proclamantibus vndique ſonoroſis precibus ſupplicantium pro canonizatione præfata: Cupientes rem tanti ponderis cum omni puritate ac debita ſolennitate proſequi, ne à vulgaribus forſan de negligentia notarentur. Examinationem ſcripturarum, proceſſuum & miraculorum prædictorum antefato Tuſculano in magnifica Bononienſi ciuitate legatione pro ſancta Rom. Eccleſia dignè fungente Reuerendiſſimo Domino F. Card. Epiſcopo Portuenſi, & Reuerendiſſimis Dominis Gulielmo, tit. S. Martini in montibus presbytero, & Petro S. Mariæ nouæ diacono Cardinalibus, idem Papa Nicolaus diligenti animo commendauit, qui in huiuſmodi negotio ritè & canonicè procedentes vitam huius ſancti viri eiuſque præclara merita, & innumerabilia miracula omni luce clariora omnique impugnatione ſecura primitus in ſecreto Conciſtorio iteratis vicibus retulerunt. Denique in publico Conciſtorio per egregium Iuris vtriuſque Doctorem Dominum Ioannem de Baroncellis, Aduocatum

*Mors Eugenij & præſentacio primi proceſſus.*

Con-

Conciſtorialem alta, & intelligibili uoce ad æternam rei memoriam palàm fecit idem Nicol. Papa recitari, e quibus nonnulla his præſentibus literis inſeruntur, quaſi ex multis pauca collecta, ne tędium pariat intuentibus ſcriptura prolixa.

Quibus omnibus hilari mentę diſcuſſis, & ob deuotionem tantorum diuinorum beneficiorum inundantibus lacrymis, profuſoque vultu piæ mentis ad altiſſimum Regem Regum, & Dn̄m dn̄antium Ieſum Chriſtum oculos dirigens ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, Patriarcharum Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & plurimorum aliorum prælatorum conſilio pariter & aſſenſu, authoritate omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſummus Pontifex antedictus hunc ſanctum, beatumque virū catalogo ſanctorū Confeſſorum aſcripſit, mandans omnibus, & ſingulis prælatis cęteriſque Chriſti fidelibus vniuerſis, ut eiuſdem Sancti Bernardini feſtum tertiodecimo Kal. Iunij, die uidelicet ſui tranſitus 1444. annis ſingulis celebrent, & a ſuis ſubditis faciant ſolenniter celebrari. Canonizatio autem facta fuit 1450. nono Kal. Iunij, pontificatus eiuſdem anno quarto, & ad excitandum fidelium mentes ad maiorem deuotionem quaſi quibuſdam allectiuis muneribus remiſſionibus ſcilicet peccatorum, & indulgentijs inuitans, ut exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores. Et vt ad uenerabile eiuſdem Sancti pignus eo ardentius ipſorum Chriſti fidelium confluat multitudo, & celebrius eiuſdem Sancti Confeſſoris feſtiuitas excolatur, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui cum deuotione, & reuerentia illuc in eodem feſto acceſſerint annuatim, vbi eiuſdem Sancti corpus honorificè requieſcit, eius ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſus ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxauit, vt infra patet.



## *BVLLA CANONIZATIONIS S. Bernardini quam præfatus ſummus Pontifex Nicolaus ſuo proprio intellectu ſuaq; propria manu primitus exarauit.*

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Miſericordias Domini in æternum nos cantare debere propheta admonet, dicens: Miſericordias Domini in æternum cantabo. Magna & inenarrabilia ſunt profecto opera miſericordiæ Dei, quibus iugiter in ſalutem humani generis ſe eiuſdem miſerationis ſinus effundit: quæ ſi quis ab initio creati hominis recenſere uoluerit, non tantum hominum linguæ, ſed ſi quæ illis ſunt non ſufficerent Angelorum, quod inenarrabile eſt, quod cum hominem creaſſet ad imaginem, & ſimilitudinē ſuam, quodq; particeps eſſe poſſet fęlicitatis æternæ, in vnam cœleſtem ciuitatem aſcribendus conſortijs Angelorum, ſi datæ ſibi diuinitus legis non contempſiſſet Imperium. Non paſſa eſt diuina clementia ipſum penitus interire, ſed pro temporum diuerſitate non deſtitit congruentes exhibere medicinas, quibus à lege Domini aberrans in ſalutis ſemitam traheretur: nunc Angelos deſtinando, qui diuinam patefacerent voluntatem, ſuaderent quæ iuſta ſunt, quæ ſancta ſunt, & adimplendam diuinum beneplacitum adiuuarent, nunc mittendo patriarchas gratiæ ſuæ ſpiritu repletos, qui exemplo ſui cæteros inſtruerent ad ſalutem; nunc diuinos prophetas, qui ſpiritu ſuo ſancto illuminati non tantum eius temporis diuina beneficia humano generi commemorarent, ſed etiam futura prædicerent. Et illud maximè quo nihil poteſt inter opera diuinę miſerationis ſublimius excogitari, Quod Dei filius in ſua perſona naturam noſtræ mortalitatis aſſumeret, & adimpleret ea per myſterium paſſionis, & mortis ſuę, quibus a diaboli poteſtate, & peccatorum vinculis ſolueremur. Hæc facta ſunt per illam immenſiſſimam profunditatem, & abiſſum impenetrabilem miſericordiæ Dei, quem nos Chriſtiani induimus, & ipſius ſumus baptiſmate conſecrati per ſingulos dies commemorantes, conamur tum corde noſtri ſpe, fide, & charitate uiuentes ſacrificium immolare; tum per myſterium ſacerdotum illius ſalutaris hoſtiæ, qua peccatum mundi huius abluitur ſacrificium indeſinenter offertur. Hæc inenarrabilia ſunt, & vix poſſunt, niſi exigua quadam, & tenuiſſima ex parte cogitari. Verum ſi quis cogitationem extēderit in diuina beneficia, quæ poſt Domini noſtri Ieſu Chriſti Aſcenſionem ad cœlos humano genere exhibita ſunt, quis illa non dicam diunmerare, ſed quamuis potens eloquio minima ex parte enarrare ſufficiat: quis non ſtupeat tantam vocationem humani generis per apoſtolicam tubam pauciſſimorum hominum à Dei filio Ieſu Chriſto Domino noſtro in vniuerſum orbem terrarum deſtinatorum, euangelicam veritatem humanis auribus intonantium, quorum prædicatione factum eſt, vt nihil terrenum, nihil igneum, nihilque corporeum, nihil deniq; quod corporis ſenſus attingit pro Deo colendum eſſe homines putent, quodque

a vetere,

à vetere, ſeu carnali uita, tam inæſtimabilis multitudo in nouam, & ſpiritualem vitam tranſlata eſt, ut perſuaſa ſit humano generi in ipſis qui Euangelio crediderũt continentia uſque ad tenuiſſimum victum panis & aquæ, & quod maius eſt, non ſolum quotidiana, ſed per conteſtos plures dies perpetuata ieiunia, quod caſtitas uſque ad coniugij, proliſque contemptum, quod patientia vſq; ad cruces flammaſq; neglectas, quod liberalitas vſque ad patrimonia diſtributa pauperibus ꝙ deniq; totius huius mundi aſpernatio vſq; ad deſiderium mortis intenditur. Hæc in plurimis, qui Chriſti euangelio credidere impleta ſunt, & quotidie uidemus impleri, cum terrarum ubiq; videamus, vbi floret Chriſti religio, ſacra cęnobia viris mulieribuſque referta, qui ſeipſos omnipotenti Deo ſacras victimas immolarunt: Cum videmus innumerabiles ferè ſanctiſſimos & deuotiſſimos ſacerdotio fungentes ſuo miniſterio id implere conari, ut ab hac carnali uita in ſpiritualem tranſeant, & a ſæculi huius concupiſcentijs immaculati, illæſiq; permaneant, cum ex innumerabili multitudine populi pars non exigua per Euangelij ſemitam trãſire conatur, implendo mãdata cœleſtia quantum ſinit mortalis infirmitas. Hęc facta ſunt diuina prouidentia per humanitatem, doctrinamque Chriſti, per ipſius paſſionem & mortem, per apoſtolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, ſanguinem, mortes, per Sanctorum prædicabilem vitam, atque in his vniuerſis digna rebus tantis, atq; virtutibus pro temporum oportunitate miracula. Quanta verò eſt illa diuina miſeratio, quod decurſu temporum multorum frigeſcente charitate illam penitus non ſinit extingui, ſed cotinuè eccleſiam ſuam per miniſterium electorum ſuorum renouare, & multiplicare non ceſſat vnicuiq; tempori electos quoſdam quaſi primos magni gregis arietes, & quaſi alteros apoſtolos deſtinando, qui Euangelij ſemitam verè obliteratam, & penè corruentem, & vitæ exemplo, & doctrinæ verbis innouarent, tantæ perfectionis in ſe exemplaria iacientes, quæ poſtea innumerabiles ferè diuino ſpiritu illorum corda tangente faciliſſimè ſequerentur. Hoc factum eſt per miſericordiam Dei ſuperioribus temporibus, & ferè vbique terrarum: ſed nouiſſimis diebus diuina ſe miſeratio exuberanter effudit, cum in multorum cordibus frigeſcente charitate ſacram religionem, quæ ab euangelicæ perfectionis ſemita aberrare videbatur, digno dignata eſt igne ſuccendere, vt videamus pleraſque ſacras religiones ita renouatas, & ita diuino igne ſuccenſas, vt niſi ingrati eſſe velimus diuinæ beneficentiæ immenſas gratias referamus, quod ad excolendam vineam ſuam etiam hac nouiſſima horà operarios deſtinare non ceſſat. Quamplures videmus in hoc miniſterium deſtinatos, ſed temporum noſtrorum præcipuus & magnus inter electos fuit vir iſte ſanctiſſimus, propter quem celeberrimus iſte conuentus agitur S. Bernardinus vir ab ipſis cunabulis perfectioni euangelicæ conſecratus, qui in vineam Domini cultor, & operarius deſignatus iniunctum ſibi opus indeſinenter exercuit, qui ſe immaculatum ab huius ſæculi contaminatione cuſtodiens primum in ſe ipſo iugum Chriſti ſuaue complexus eſt, & adeo vitæ exemplo, & ſacra prędicatione profecit, vt ferè per omnem Italiam renouauerit Euangelium Chriſti, vbiq; ſine offendiculo ſcandaloque pertranſiens, & quantum fieri potuit, ſemper Deo & hominibus placens. Non eſt huius loci propter anguſtiam temporis ſingulas ſuas diuinas, & ferè innumerabiles recenſere virtutes: nam tanta omnipotentis Dei atteſtatione munitur, vt humana laude non egeat. Tanta etenim in ſanctitatis ſuæ teſtimonium coruſcauere miracula, vt etiam ſi qui ſint miniſtri Sathanæ, qui eius cuperent detrahere ſanctitati, tantis viſis ſignis, atq; portentis penitus obmu-

tescant,



teſcant, & qui beneficia Dei tempori noſtro exhibita recognoſcunt agant vberes gratias tantæ ſanctitatis auctori, videntes in hoc glorioſiſſimo viro renouari quod de vnigenito Dei filio dictum eſt; Venient ad te qui detrahebant tibi, & adorabunt veſtigia pedum tuorũ. Tãta etenim tempore Sãctę memoriæ prædeceſſoris noſtri Eugenij Papæ IIII. increbuere miracula, vt ſępe per plurimos timoratos, & religioſos viros, nec non litteris multorum principum, & precipuè chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alphonſi Aragonum Regis illuſtris, & Senen. & Aquilan. populorum precibus, litteris, & nuncijs pulſatus ſit, vt tanta & tam diuina miracula quotidie coruſcantia diligenter mandaret inquiri, vt veritate comperta tanto viro gloriã, quam iam diuina teſtificatione in triumphante eccleſia obtinebat in cœlis, in militante non negaret in terris: Fecit quod rei grauitas & magnitudo poſcebat: & quod alias ſedes Apoſtolica obſeruare conſueuit, commiſit tribus ſanctæ Ro. Eccleſiæ Cardinalib. qui duos venerabiles Epiſcopos delegantes veritatem tantæ rei inquiri cum omni grauitate mandaret, qui exactis aliquot menſibus ad ſedem Apoſtolicã reuertentes, quæ inuenerunt fideliſsime retulerunt. Cum autem idem prędeceſſor noſter rerum veritate perſpecta pulſantium precibus ſatisfacere cogitaret, vocante Deo de hac miſeriarum valle ſubtractus eſt. Nos qui non meritis noſtris, ſed diuina dignatione, illi in onere & honore ſucceſſimus, fuimus per eoſdẽ, quos ſupra retulimus, ſępiſſimè requiſiti, ut quod prædeceſſor noſter impediente morte non fecerat, impleremus. Nos rei grauitatẽ & magnitudinem attẽdentes, deliberauimus maturè & grauiſſimè procedendũ: propterea tribus ex venerabilibus Fratribus noſtris S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus commiſimus, vt duos venerabiles epiſcopos eligerent, quos denuò pro inquirenda veritate delegarent, vt duplici inquiſitione informati rem audacius ageremus: miſerunt ſicut iniunxeramus duos venerabiles Epiſcopos, qui eorum quæ inuenerant in ſcriptis notitiam reportantes fideliſſimè ſingula retulerunt, per omnia conformiter referentes his qui tempore prædeceſſoris noſtri fuerant deſtinati, ſed multo plura clariſſima miracula reportarunt, quæ poſt priorum regreſſum fuerant perpetrata. Nos non ea inquiſitione contenti etiam tertio deſtinare decreuimus, propterea duos alios venerabiles epiſcopos iuſſimus proficiſci, qui profecti per menſes aliquos rediere, vberrima & fideliſſima atteſtatione referentes tãta dietim innouari, & coruſcare miracula, quod ſi ſingula recenſenda eſſent, vix poſſent magnis libris includi, ex omnibus quędam maiora & inſigniora retulerunt. Nos poſtea etiam Senas mittendum eſſe cenſuimus, miſimuſq; venerabilem Fratrem noſtrum Angelum epiſcopum Eſculanũ, qui poſt aliquot menſes reuerſus coruſcãtem diuinã gratiã in miraculorum perpetratione ſub veriſſima, & fideliſſima atteſtatione recenſuit, quem etiã voluimus Aquilã proficiſci vt etiã reportaret ſi in tanti viri ſanctitatis atteſtationẽ perſeueranter diuina miracula coruſcarent. Qui reuerſus prioribus à nobis deſtinatis cõformia reportauit: & inſuper magna, & ſtupenda, quæ poſtmodũ contigerant retulit, quæ nõ in angulis, ſed publicè, & in conſpectu multitudinis fuerant perpetrata. Nos his compertis ne Spiritui ſancto reſiſtere videremur, qui per os propheticum laudari Deum in Sanctis ſuis iubet, pijs & deuotis ſupplicationibus poſtulantium condeſcendere cogitauimus, fecimuſq; per venerabiles Fratres noſtros, S. R. Eccleſiæ Cardinales per nos deputatos omnia per nuncios reportata in ſecreto conciſtorio noſtro diligenter particulariterq; referri, quæ per Conciſtoriũ examinata ſunt. Sed propter grauitatem rei viſum eſt in aliud conciſtorium differri, vt tempore medio quilibet

Cardinalis in domo ſua poſſet illa diligentibus intueri, & in ſecundo conſiſtorio ſcrutatis omnium votis in eandem ſententiam conuenerunt, tanta eſſe euidentiam & noſtrum miraculorum, nec non de vitæ ipſius ſanctimonia, ac fidei integritate tam clarũ, tamq; euidẽs teſtimonium vt in tãti viri canonizationẽ animis cõcorditer ſua vota depromerent, quorũ ſecuti iudiciũ tũc canonizãdũ eſſe decreuimus. Verum ut res cum maiori grauitate procederet iuſſimus in capella maiori palatij noſtri apoſtolici apud S. Petrum prælatorum omnium, qui in curia eſſent fieri congregationem, ipſiſq; ibidem poſitis vnà cum venerabilibus fratribus noſtris propoſuimus rem hanc, omnia recenſentes, quæ vſq; in horam illam in huiuſmodi materia fuiſſent actitata, & ſingulorum uota ſcrutata ſunt, qui in eandem ſententiam deuenerunt, in quam Venerabiles fratres noſtri Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales in Conciſtorio ſecreto conuenerant, poſtea in Conciſtorio generali re propoſita, quod in Conciſtorio ſecreto per nos decretum fuerat publicè decreuimus faciendum, hoc eſt tanti viri canonizationem in eccleſia principis Apoſtolorum hac die Pentecoſtes per nos debere celebrari. Nos igitur, qui huc hodie conuenimus, vt in conſpectu tantæ multitudinis ſanctitati tanti viri teſtimonium perhibeamus, aſſumimus illud Dominicum verbum, quod ſuis imitatoribus dixit: Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Miniſtrauit vir iſte ſanctiſſimus Chriſto, & ſecutus eſt Chriſtum: Miniſtrauit Chriſto, cum ſe laqueis ſęculi exuens, & deponens veterem hominem cum actibus ſuis, & induens nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, iugum leue ſanctæ religionis amplexus eſt: Miniſtrauit Chriſto, cum ſancta religione proficiens dietim maiora virtutum diuinarum augmenta capiebat, præcipuè humilitatis Chriſti imitator effectus pauper ſpiritu, & diues gratia: Miniſtrauit Chriſto, cum multis exemplo uitæ ad ſalutem profecit æternam: Miniſtrauit Chriſto, cum membris Chriſti, hoc eſt fidelibus Chriſti pabulum doctrinæ cœleſtis indeſinenter exhibuit plurimas Deo lucrifaciens animas, quas a diaboli, & ſæculi laqueis exuebat: Miniſtrauit Chriſto, cum per ciuitates, prouinciaſque ſeminans verbum Dei populorum cateruas antiquis odijs diſſidentes omni cordium rancore depoſito in charitatem mutuam reuocabat: Miniſtrauit Chriſto, cum in pluribus locis mores in laſciuiam uergentes, & diutius antiquatos verbi diuini prædicatione dimouit, exhortans tam viros, quam mulieres ſeruare pudicitiam reliquoſque laudabiles mores, ſine quibus nemo verè poteſt eſſe Chriſtianus. Miniſtrauit Chriſto, cum nominis ſui per omnem Italiam celebritate ingente in eadem, quã primo aſſumpſerat humilitate permanſit. Miniſtrauit Chriſto, cũ verbũ Dei indefeſsè prædicare non deſtitit. Miniſtrauit Chriſto, cum ſe vocante ad æternam requiem, nec mori timuit, nec viuere recuſauit. Ergo quia non poteſt veritas ipſa mentiri, quæ eſt vnigenitus Dei filius, qui per os carnis aſſumptæ locutus eſt dicens: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Cum ſciamus hũc ſanctum virum miniſtraſſe Chriſto, & ipſum fuiſſe ſecutum uſq; ad conſummationem uitæ, minimè dubitare permittitur, quin potius certiſſimum tenere, quod vbi eſt Chriſtus Dei filius, ſit etiam miniſter ſuus S. Bernardinus. Ergo quia cum Chriſto ſunt omnes ſancti eius, de omnipotentis Dei miſericordia, qui non deſerit eccleſiam ſuam, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate conſiſi, ac venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Card. ad id accedente conſenſu decernimus, declaramus, & ordinamus Sanctum Bernardinum inter Sanctos Dei ab vniuerſa eccleſia debere deputari, & Sanctum haberi, & tan-

quam



quam Sanctum honorari, & coli: Ipſumque canonizamus, & pro canonizato habere uolumus: mandantes feſtum in numero ſanctorum Confeſſorum, non Pontificum decãtari: Inſuper omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in die feſti ſui eccleſiam, in qua ſanctum corpus ſuum requieſcit, deuotè uiſitauerint, & ad ornatum, ſiue fabricã dictæ eccleſię manus porrexerint adiutrices, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pęnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis temporibus duraturis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, ordinationis, voluntatis, mandati, canonizationis, & relaxationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in Baſilica principis Apoſtolorum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, nono Kal. Iunij, Pontificatus noſtri anno quarto.

*Pe. de Noxeto.*

## *LITTERÆ B. IOANNIS à Capiſtrano ad Ciues Aquilanos pro conſtruendo Templo S. Bernardini.*

### MAGNIFICIS, ET PRÆSTANTISSIMIS Dominis, & Camerario inclytæ Ciuitatis Aquilæ, ſuis benefactoribus ſingulariſſimis, &c.

MAGNIFICI, & excellentes Domini, benefactoreſq; mei deuotiſſimi, humili ac debita commendatione præmiſſa. Etſi magno quodam locorum, interuallo a ueſtris Magnificentijs diſiunctus ſim, uehemens tamen ac incredibilis amor erga uos meus nunquam recedit: ad quod quidem etſi charitatis ordo me inuitat, non deeſt tamen veterata illa, & indiſſolubilis ueſtra erga me beneuolentia ad incitandum, & prouocandum me ad vos amandum, & colendum. Accedit etiam optimus & paratiſſimus ueſter animus, quem uos habere certior factus ſum in noſtræ congregationis celebrandæ ſubuentionem, & præſidiũ, vti ſuperiori tempore a veſtris Magnificentijs requiſiueram: quod quidem tanta lætitia, & iucunditate me afficit, ut difficile dictu ſit: quandoquidem ita meas preces magnifeciſtis, ut in nulla re noſtrę congregationi neceſſaria deeſſe pollicitĩ ſitis, liberali quodam animo. Pro qua quidem re non agam vobis gratias nũc, ſed ſemper ſum habiturus, vberiores tamen referam poſt ipſam veſtram magnificam pollicitationem perſolutam. In præſentia aũt tñ veſtras Magnificentias plurimũ rogabo, ut non moleſtè feratis fratres conſolari, quo ad loci determinationem. Significatum eſt. n. mihi Fratribus magis placere, vt generale Capitulum in loco noſtro deuoto S. Iuliani, quam in conuentu celebretur, multis ac varijs rõnibus

 quas

quas hic volo fore tacẽdas, cum illæ planæ, & notæ vobis ſint omnes. Illam.n. vnã memoraſſe ſat erit, quę a vulgo dici ſolet: Malo in paupertate in proprijs, quam in diuitijs in alienis laribus degere. Sed cum ſciã mores noſtræ pauperculæ fam. vos minimè ignorare, nolo vos aliter monere, niſi vt meo intuitu velitis Fratrum uoluntati ſatisfacere, ut cognoſcant in hac re abſentiam meam illis non eſſe moleſtã quos Aquilam ego aduocaui pro Sancti noſtri nouelli S. Bernardini laude & uræ vrbis ſpirituali conſolatione, ſperans & ego intereſſe. Sed quoniã maius bonum minori præſtare debet & antecellere, priſtinas meas cogitationes me mutare oportet, cum hæc ſit voluntas Dei, vt & Boemis, qui ab obedientia ſanctæ Romanæ eccleſiæ receſſerunt, verbum Dei euangelizem ad eripiendos illos a Sathanæ faucib. quibus quotidie præda fiunt: Illorum quidem multa millia a diaboli ſeruitute liberauimus diuina gratia opitulante; & ſi peracta, magna per ſeſe ſunt, maiora tñ & præſtantiora gerenda contendo. Adeſt.n. magnus & excelſus Deus noſter ſuis admirandis, & ſtupendiſſimis operibus; adeſt & mirum in modum ſuffragatur patronus veſter S. Bernardinus ſuis excellẽtiſſimis meritis, cuius ſacrum pignus Magnificentijs veſtris commendo non mediocriter, vt ſicuti ſæpenumero vos admonui, non permittatis ab omnibus indiſtinctè videri: nam eo erit deuotius, quo rarius monſtrabitur, vt dici ſolet, Omne rarum, carum. Quoad mihi facultas fuit, illã magnificaui nõ modo apud Italos, ſed apud Alamanos, Hungaros, & Boemos, ſ. fideles. Quis.n. narrare queat Capellas, & Eccleſias, quæ ad ipſius ſancti honorificentiam conſtructæ ſunt, poſtquam e Roma diſceſſi? Et vos Magnifici Aquilani mei, qui eius corpus ſacrum poſſidetis, vbi illud tenetis? Clauditur in parua Capella, & a pluribus tangitur, quod auro indui debuiſſet, & pulcherrima noua eccleſia adornari, & cooperiri, vt qui in toto orbe Vrbem magnificam, & glorioſam facit, & notam, magnificetur, & honoretur a uobis, quibus tantum ſplendorem, & decus attulit, quantum totus mundus hac noſtra ætate non meruit habere. Quod cum ita ſit, Magnificentias veſtras ſummis precibus hortatas eſſe velim, vt erectis animis ad ædificandam Eccleſiam tam glorioſo patrono veſtro iam operam dare non craſtinemini. ad quam quidem etſi veſtra ſponte concitati vos eſſe debetis, meæ tñ preces ẽt ſuffragentur, moueantque veſtras Magnificentias ad tam laudabile, tam ſalutiferum, tamq; ſanctum opus aggrediendum, ꝙ ſit non ſolum uobis, ſed vr̃is poſteris omnibus ad memoriam ſempiternam. Vſq; in hodiernum diem ſeptingẽta miracula, quæ omnipotens Deus populis oſtendere dignatus eſt, mei ſocij adnotauerunt, poſtquam iter uerſus has vltramontanas partes direximus, vt taceam infinita alia, quę vel ſcribi non potuerunt ob nimiam hominum frequentiam, vel ignorata fuerunt, nulla facta examinatione. Hæc pauca uolui veſtris Magnificentijs ſcribere non ad meam laudem, ſed vt gratias immenſas Domino agentes mecum dicatis, non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Intelligatis merito quidem conſtruendam a vobis eſſe nouam Eccleſiam in S. Bernardini honorem, qui tot miracula & ſtupenda in populo Dei facit ſigna & prodigia, ac tã immortali nomine Aquilanam vrbem ornat, decorat & illuſtrat. Valete in Chriſto Ieſu, & Sancti nouelli Bernardini memores eſtote, ac me amate vt conſueuiſtis, qui vos diligo & colo. Ex Egburga x. Octob. 1451.

*V.M.D. inutilis ſeruus & orator*

*F. Ioannes de Capiſtrano,*

*manu propria me ſubſcripſi.*

BVLLÆ

# BVLLA PRO CAPIENDO *Templo & cœnobio S. Bernardini.*

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs ciuitatis Aquilanæ, ſal. & Apoſtolicam benedictionem: Inter cętera deſiderabilia cordis noſtri illud pręcipuè intenſis deſiderijs affectamus, vt vbique maieſtas Altiſſimi collaudetur in benedictionibus gratiarum, ſuiq; glorioſi nominis cultus amplietur, & ad horum promotionem eo libentius humilibus ſupplicum votis annuimus, quo ſanè religionis illiuſque obſeruantiæ augumentum exinde cognoſcimus prouenire. Cum itaq;, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, vos pie recenſentes, quòd intra muros veſtræ ciuitatis Aquilanæ nulla ſit domus ordinis Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, & attente conſiderantes quot & quam ſaluberrimos fructus Fratres ordinis, & obſeruan. huiuſmodi ex ipſorum exemplari vita, ac ſalutaribus prædicationibus in Dei Eccleſia continuè afferunt ob ſingularem deuotionem, quam gerunt ad dictum ordinem, tum ob merita glorioſiſſimi Confeſſoris S. Bernardini, cuius ſacratiſſimę reliquiæ in Eccleſia domus S. Franciſci dicti ordinis, infra eandem ciuitatẽ conſiſtunt, & reconditæ habentur, vt dictę reliquiæ eo in maioribus veneratione, & deuotione habeantur, voſq; & cęteri Chriſti fideles dictæ ciuitatis exemplis, & prædicationibus prædictis eo magis proficere valeatis ad ſalutem, vnam domum cum Eccleſia, campanili, campana, cęmiterio, dormitorio, hortis, hortalitijs, & alijs neceſſarijs officinis, pro vſu & habitatione quorundam ex Fratribus ordinis, & obſeruantiæ prædictorum veſtris, ac aliorum fidelium pijs eleemoſynis ſub vocabulo dicti Sancti in aliquo congruo, & honeſto loco præfatæ ciuitatis, & præſertim in domo, ſeu Eccleſia S. Thomæ, Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, ſi illi ſibi concedatur fundari, & conſtrui, & ad illam poſtquam fundata, & conſtructa fuerit, præfatas reliquias transferri, & inibi honorificè recondi ſummopere deſideratis. Nos qui tam ad d. Sanctum, quem aliorum Sanctorum numero & catalogo aggregandum deſcribendumq; duximus, quàm etiam ad præfatum ordinem ſingularem gerentes deuotionis affectum, ac veſtrum pium & laudabile deſiderium huiuſmodi in domino plurimum commendantes veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis in aliquo loco congruo, & honeſto ciuitatis, de quo videbitur vobis & dilectis filijs Iacobo de Marchia, prædictorum ordinis, & obſeruantiæ profeſſori, ſeu Vicario prouinciæ Aprutinæ, iuxta morem ipſius ordinis, ſeu pro illa data ſufficienti recompenſa in domo, vel eccleſia Sancti Thomæ præfata, & ſi illa vobis alias canonicè concedatur, vnam domum cum ęccleſia, campanili, campana, cęmiterio, dormitorio, hortis, hortalitijs, & alijs officinis prædictis, ex eleemoſynis fundandi, & conſtruendi, ſeu fundari, & conſtrui, ac prædictam eccleſiam, poſtquam conſtructa fuerit, ſub vocabulo Sancti huiuſmodi conſecrari faciendi, & ad illam dictas reliquias transferendi, ipſique Iacobo, nec non alijs Fratribus ordinis & obſeruantiæ huiuſmodi domum ipſam recipiendi, & inhabitandi diœceſani loci, & cuiuſlibet alterius licentia deſuper nullatenus requiſita, ac veſtræ parochialis eccleſiæ, & cuiuſlibet alterius ſemper ſalua plenam & liberam authoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur dicto Iacobo, & Fratribus in præfata domo, pro tempore commo

ranti-

rantibus, quod ipſi ac prædictæ domus omnibus & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus gratijs, & indultis alijs Fratribus, & domibus ordinis, & obſeruantiæ prædictorum per nos vel ſedem Apoſtolicam in genere conceſſis, & in poſterum concedendis vti & gaudere liberè ac licitè poſſint & valeant concedentes, non obſtantibus fęl. recordationis Bonifacij Papæ VIII. prędeceſſoris noſtri, qua prohibetur ne Fratres dicti ordinis in aliqua ciuitate Caſtro vel villa aut alio quocunq; loco, domum de nouo conſtrui facere præſumant abſq; ſedi Apoſtolicæ licentia ſpeciali facientes pleram & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuslibet alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ordinis, & hoſpitalis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & indultis, ac litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, per nos vel ſedem prædictã ordini ſeu hoſpitali præfatis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia ac ſub quibuſuis formis, & expreſſionibus verborum conceſſis, quibus omnib. & ſingulis etiam ſi quo ad illorum derogationem de ipſis illorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, præſentibus habenda foret mentio ſpecialis quo ad præmiſſa expreſſe derogamus, & quæ pro infectis habemus illis alias in ſuo robore permanſuris, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1451. decimo Kal. Octob. Pontificatus noſtri anno quinto.

*Gratis de mandato D. noſtri Papæ.*

*L. de Coſciaris.*

# *BULLA TRANSLATIONIS corporis S. Bernardini.*

SIXTUS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licèt dum militans in terris eccleſia triumphantem in cęlis filiali, & deuoto veneratur affectu, ac virtutes, laudes præconiaq; Sanctorum, quantum humana ſinit fragilitas, digniſſimis attollit titulis, deuotis quoque precibus, & ſolenni ritu ſacrificia laudum offert ad decus, & venerationem ciuium ſupernorum nihil illis accreſcat nouæ perfectionis, & gloriæ, & eorum perfecta felicitas noſtris operibus firmari non poſſit vel augeri: quia tamen miſericors & miſerator Dominus per interceſſiones meritaq; Sanctorum, quos in terris celebritate congrua veneramur mirabili prouiſione imperfectionem noſtram ſuppleri voluit, Romanus Pontifex, nonnunquam fideles Chriſti ad colendum ipſorum Sanctorum veneranda ſolennia, quibuſdam quaſi allectiuis muneribus, indulgentijs, ſ. & remiſſionibus inuitare conſueuit, vt illorum fulciti præſidijs, & interceſſio-

ne



ne potiora gloriæ, & retributionis præmia, quæ eorum meritis nequeunt promereri eorundem Sanctorum ſuffragijs aſſequimur. Cum itaque æternus Deus, qui facit mirabilia magna, ſua infinita ſapientia Confeſſorem ſuum eximium, Sanctum Bernardinum in inclyta Fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum educatum produxit, ſingularis vitæ eius excellentiam ſignis, & prodigijs probans ac coruſcantibus crebriſque miraculis manifeſtans, & illius corpus in Eccleſia S. Franciſci ciuitatis Aquilæ, hactenus honorificè conſeruatur, ad eccleſiã domus eorundem Fratrum Aquilan. in honorem, & ſub inuocatione eiuſdem Sancti ædificatam in proxima feſtiuitate Paſchalis Pentecoſten exiſtenti ibi generali capitulo dictorum Fratrum de Obſeruantia, de noſtro mandato transferri debeat, & decenter collocari. Nos qui ad ſanctum ipſum continuè geſſimus, & gerimus ſpecialem deuotionis affectum, & per illius interceſſiones & merita cęleſtis beatitudinis præmia conſequi poſſe ſperamus, cupientes vt translatio ipſa, & præfata in qua collocabitur eccleſia congruis veneretur honoribus, & fideles Chriſti tãto libetius trãslationi eius intereſſe procurent, eccleſiãq; prædictam S. Bernardini congruis ſtudeant frequentare honoribus, quanto exinde maiora ſperauerint pro ſuarum animarum ſalute, poſſe pręmia adipiſci: De omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, eius authoritate confiſi, omnibus Chriſti fidelibus verè præſentibus & confeſſis, qui tranſlationi huiuſmodi intererint, plenariam omnium ſuorum peccatorum remiſſionem elargimur: Illis verò qui poſtmodum eccleſiam ipſam, annis ſingulis in die feſtiuitatis S. Bernardini, à primis veſperis vſque ad ſecundas deuotè viſitauerint, centum annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1472. Kalend. Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

*A Trapezun.*
*A Policarpus.*

*L. Grifus.*
*A Lucentinus.*

*R. apud me L. Grifum.*

COPIA

## *EXEMPLVM LITERARVM 12. Cardinalium ponentium indulgentiam in Eccleſia S. Bernardini de Aquila, in quatuor feſtiuitatibus.*

GVillermus Oſtienſis, Rodoricus Portuenſis, Angelus Preneſtinẽſis, Oliuerius Albanenſis Epiſcopi, Marcus tt. S. Marci, Iulianus tt. S. Petri ad vincula, Stephanus tt. S. Adriani, Auſias tt. S. Sabinæ, Ioannes tt. S. Marcelli, Philibertus tt. Sanctorum Ioannis & Pauli præsbyteri, Franciſcus S. Euſtachij, Frãciſcus S. Mariæ nouę diaconi miſeratione diuina S. Romanæ eccleſiæ Cardinales, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Deum placare credimus, & in cęlis habere propitium cum mentes Chriſti fidelium ad pia charitatis opera debitis exhortationibus inducimus. Cupientes igitur ut eccleſia S. Bernardini de Aquila congruis frequentetur honorib. & a Chriſti fidelibus iugiter veneretur, ac in ſuis ſtructuris & ędificijs debitè reparetur, conſeruetur, & manu teneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus, & alijs ornamentis eccleſiaſticis decenter muniatur in ea quoq; cultus augeatur diuinus, & ut Chriſti fideles ipſi eo libentius deuotionis cauſa confluant ad illam, & ad reparationem ac alia opera præmiſſa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, eius authoritate confiſi oĩbus & ſingulis vtriuſq; ſexus verè pęnitentibus & confeſſis, qui dictas Eccleſias in Conceptionis, & Natiuitatis B. Mariæ Virginis ac Sancti Ioannis Euangeliſtæ, nec non ſtigmatum B. Franciſci decimaſeptima Septẽbris & ipſius eccleſiæ dedicationis feſtiuitatibus a primis veſperis vſq; ad ſecundas veſperas incluſiuè, deuotè viſitauerint annuatim & ad reparationem ac alia opera præmiſſa manus porrexerint adiutrices vt præfertur, nos Cardinales præfati & quilibet noſtrũ per ſe pro ſingulis feſtiuitatibus prædictis, quibus id fecerint ſupplicationibus humilibus dilectorum nobis in Chriſto guardiani, & conuentus dicti loci inclinati cẽtum dies indulgentiarum de iniunctis eis pęnitentijs miſericorditer in Dño relaxamus & quilibet noſtrum relaxat, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes literas exinde fieri noſtrorumq́ue Cardinalatuum ſigillorum iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum Romæ in domibus noſtrarum ſolitarum reſidentiarum ſub anno a Natiuitate Domini 1477. indictione decima, die verò 20. menſis Octobris Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, Domini Sixti diuina prouidentia Papę IIII. anno Septimo.

*De Perreriq.*



## *EPISTOLA LVDOVICI Chriſtianiſsimi Regis Francorum, de capſa argentea, quam ad monaſterium S. Bernardini Aquilam miſit, pro conſeruatione eius corporis.*

LVDOVICVS, Dei gratia, Francorum Rex, nobilibus viris amicis noſtris. Satisfacientes cuidam voto noſtro nouiſſimo, mandamus dilectum Secretarium noſtrum Petrum Chaxxon, qui fert ſecum ad monaſterium ueſtrum B. Bernardini argenteam capſam, quam illi damus ad decus glorioſi illius Cõfeſſoris, & vt reliqæ & oſſa ſancti corporis in ea recondantur. Et quia nolumus vllo vnquam tempore dictum munuſculum noſtrum contaminari, aut in alios vſus conuerti, quàm in hos, in quos illud uouimus, rogamus uos omnes quantum poſſumus anxius caueatis & cuſtodiatis, ne aliquis cuiuſuis dignitatis, aut ſtatus pro quacunq; neceſſitate priuata, ſeu publica, aut etiam religioſa, manus inijciat in dictam capſam, ſed perpetuò remaneat vſui & decori iam dictis, & in hoc complacueritis nobis quammaximè, vnde perpetuò extimabimus nos obnoxios vobis. Valete, ex domo noſtra Pleſſeyaci Parci prope Turoñ. die 22. Menſis Maij 1481.

## *SIXTVS PAPA IIII. PRO EADEM capſa argentea Regis Francorum.*

DILECTIS filijs ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum chariſſimus in Chriſto filius Ludouicus, Francorum Rex Chriſtianiſſimus, pia deuotione ductus mittat iſtuc capſam argenteam pro recondendo B. Bernardini corpore, nos ſanctum eiuſdẽ Regis votum commendatione digniſſimum cenſentes ac volentes, ut iuxta ipſius deſiderium capſa prædicta collocetur, vobis harũ ſerie mandamus, quatenus omni reuerentia debita & adhibitis conſuetis circa hoc ceremonijs ac ſolennitatibus eandem capſam recipiatis, in eaq; corpus illud glorioſum collocari curetis, mandãtes & prohibentes, ne illa in alios vſus ullo unquam tempore deputetur. quod ſi aliquis ſecus fecerit, aut fieri perſuaſerit, excommunicationis ſententiam incurrat. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub anulo piſcatoris, die 28. Iunij 1481. Pontificatus noſtri anno x.

Arca argentea, quæ nunc extat, vnà cum cryſtallina, atque ſacro D. Bernardini corpore, cum illud populis oſtenditur, talis eſt.



EPITAPHIA IN TABERNACVLO MARMOREO, quod ipſam argenteam arcam cum prefato corpore ambit, quodque in præfatione ad vitam deſcriptum eſt, inciſa, ſunt huiuſmodi.

*In baſi quidem prioris faciei dextera.*

Diuo Bernardino.

*SI tua Sancte pater venerantur numina terræ,*
*Si te hominum votis nunc vocat omne genus,*
*Hoc tua magnarum faciunt miracula rerum*
*Auxilia, hoc ægris tradita ſupplicibus*
*Numine quot vitam dederis mortalibus olim*
*Votiua in templis indicat effigies.*
*Saluaſti innumeras gentes terraq; mariq;*
*Impleta eſt meritis quælibet ora tuis.*
*Hinc populi, hinc vrbes, hinc mundus denique numen*
*Implorat ſupplex auxiliare tuum.*
*At tu ne votis, precibus ne deſice noſtris,*
*Affer opem terris auxiliumq; pijs.*

*In ſiniſtra baſi.*

Iacobus Notarij Nannis, Ciuis Aquilanus,
Fide & integritate egregia mercator pro ſua pietate & religione ſingulari hoc opus Diuo Bernardino ſua impenſa faciendum, ornandumque curauit anno a natali Domini M D. V. Diuo Bernardino.

*HAec tibi Diue pater poſuit monumenta Iacobus,*
*Hoc tibi de pario marmore ſtruxit opus:*
*Sacratum corpus raro decorauit honore*
*Qualem vix ætas viderat vlla prior:*
*Ornauit varijs ſignis, varioque labore*
*Docta manus, qualem reddere nulla queat.*
*Hæc pietas, hæc vera fides, hæc munera cælum*
*Hæc præſtant animis mitibus Elyſium.*

### *In baſi verò poſterioris faciei dextra.*

### Laus operis.

*Quis non Phidiacæ putet hæc miracula dextræ?*
*Quis veterum has artes, quis neget eſſe manus?*
*Quis non Praxitelis raros putet eſſe labores?*
*Quisve Scopæ docilem deneget eſſe manum?*
*Quis non Timothi, quis non Bryaxidis artes,*
*Vel quis diuinæ non putet artis opus?*
*Mollius haud vſquam ſpirant ſimulacra per orbem,*
*Nulla alibi viuit mollius effigies.*

### *In læua.*

### Diui Bernardini laus.

*Numina qui in magnis volet implorare periclis,*
*Et voce æthereā ſupplice poſcere opem;*
*Is Bernardini venerandum numen adoret,*
*Namque audit iuſtas, & pia vota, preces.*
*Extitit hic verus Chriſti omnipotentis amator,*
*Atque Deum coluit mente animoque patrem*
*Hic Ieſum immodicis celebrauit laudibus olim,*
*Laudator ſancti nominis huius erat.*
*Hic lumen fidei populis monſtrauit, & vrbes*
*Innumeras ſanctis moribus inſtituit.*
*Sede ſub æthereā tandem poſt fata receptus*
*Maxima Syderei gloria fama Chriſti eſt.*

### *In quadro ſupra feneſtram.*

Diuus Bernardinus Senenſis diem ſuum Aquilæ obiuit 12. Kal. Iunias, anno MCCCCXLIIII. Eugenio Pont. Max. regn. Cuius corpus in ædibus Diui Fran. ſepultum fuit: inde a Nicolao V. Pont. Max. Romæ 8. Kalend. Iunias, anno MCCCCL. in numerum Sanctorum aſcriptus. quo anno erat magnus Iubileus, & eiuſdem Nicolai Pont. iuſſu Templum dedicatum 10. Kal. Octob. anno MCCCCLI. tranſlatum templũ iuſſu Xiſti IIII. Pont. Max. 17. Kal. Iunias, anno MCCCCLXXII. quo die celebratum etiam fuit Capitulum generale Fratrum Minorum de Obſeruantia in eodem Templo.

## Templum autem tale eſt.



## DISPVTATIO INTER MVNDVM ET RELIGIONEM coram Papa. Et primo mundus proponit contra Religionem, à Papa petendo audientiam, quam poſuit S. Bernardinus poſt 16. Sermonem de ſacra Religione.

O Chriſti Vicarie, monarcha terrarum:
Vir matris eccleſiæ, flos patriar charum:
Sacrarium gratiæ, cella ſcripturarum:
Miniſter Iuſtitiæ, & meta cauſarum:
Meæ querimoniæ aurem præbs parum.

Papa beatiſſime (teſtante ſcriptura)
Ex te pendent animæ, & earum cura:
Ergo Pater audi me. Tibi dicam plura;
Si permittunt lachrymæ, & cordis preſſura,
Quæ mihi ſæuiſſimè fiunt contra iura.

Cœli ſecretarij, & vos Cardinales,
Vos cœleſtes radij doctrinæ canales,
Pauli quidem ſocij, Petri laterales,
Aſtetis propitij, ſitis curiales.

Totam ſimul flagito curiam Romanam,
Vt in meo placito ſe præſtet vrbanam.
Rem nouam non agito, ſed rectam, & planã:
Tantum pacem expecto ſeruare mundanam.

Reſpondet Papa mundo dando audientiam.

In libris Canonicis inuenis expreſſum,
Quod qui à maleficijs ſe ſentit oppreſſum,
Ad vultum Pontificis habeat acceſſum;
Qui ſcriptis autenticis puniet exceſſum.

Ergo fili dicito, à quibus vexeris;
Et cur magis ſolito à mundo conturberis:
Et ſi in propoſito procedis ex veris
Confeſtim pro libito totus liber eris.

Nunc arguit mundus contra Religionem.

Sicut ſciunt ſinguli, factus ſum à Deo;
Et per fraudem Zabuli diſtractus ab eo:
Sed in fine ſeculi ex Crucis tropheo
Iam veniam retuli pro Peccato meo.

Ergo quid Religio? quid clauſtrales vitæ?
Inquieto iurgio, concitata lite
Clamant quod deficio, quod non viuo ritè:
Quod ad pœnas venio mortis infinitæ.

Minores præ alijs, & prædicatores
Meis deſiderijs ſunt rebelliores:
Laudant in eccleſijs mei contemptores
Meos beneficijs comparant amores.

Iſtos inquam ſentio graues abigeos
Qui de grege proprio tollunt mihi meos
Et ſuo collegio ſtatim iungunt eos,
Hos ergo conuenio vt erga me reos:

Tales in me ſæuiunt, in me debacchantur.
Sermones conſiciunt, vt me perſequantur:
Veſtes adinueniunt ne mei credantur,
Qui me plus deſpiciunt fœlices vocantur.

Iam ſuis cœnobijs iuuenes procurant,
Et promiſſis varijs illos aſſecurant,
Suis ceremonijs ſic eos indurant,
Quod iam de ſuſpirijs parentum non curant.

Quos volebam facere duces palellos
Per vicos incedere, video miſellos:
Certè dum anguſtiæ exponunt tenellos
Contra ius Moſaycum in lactes maternos
Duris cruciatibus decoquunt agnellos

Et dum iſti penetrant intima caſtrorum
Dumq; cellas confouent iuſſu ſeniorum;
Dumq; cœlos impetrant communes cunctorũ
Dolore diametrant cor patrum ſuorum;
Vt quid bona perpetrant auctores malorum:

Heu puto iam ſæuior infelix factorum:
Propria transfodior manu filiorum,
Quibus eſſet dignior pœna taliorum:
Iſtis enim mitior eſt ira brutorum.

Ergo lux conſilij Iudex reuerende
Iſtius diſſidij euentus attende
Stateram iudicij ſuper hoc appende,
Et finem litigij non vltra prætende.

Modo papa proponit Religioni.

Quid dicis Religio, habet ſe res ita?
Quod talis diſſenſio de te ſit audita,
Quod infleris odio; quod pacis oblita,
Nunc vaces litigio, malis irretita?

Reſpondet nunc Religio ad præmiſſa.

Abel ſacrificio, Abraham cœlibatu:
Aaron officio, Moyſes primatu:
Si placet, incipio ſimplici affatu
Dicere quæ ſentio de mundano ſtatu.

Et ne ſenſu proprio nimis abundare
Dicar: & mendacio ſermones inflare;
Volo teſtimonio ſanctorum probare,

Non

Non via, ſed inuio mundum oberrare.

Mundata per calculũ Seraph incendentis
Iam loquar ad populum induratæ mentis:
Et per adminiculum lapidum torrentis
Procedam ad iugulum Golicha ingentis

Scio quod opinio Ioannis eſt talis,
Quod tota diuiſio ſtatus mundialis
Sit factus: ambitio, libido carnalis:
Quorum reſolutio mors eſt infernalis.

Mundo per Apoſtolum cõcludã expreſsè,
Qui dicit Diabolum Deum huius eſſe,
Vt notet per ſymbolum, quem habet peneſſe:
Vtrumq; maliuolum & fraudis impreſſæ,

Gamaliel congruit propoſito meo
Nullus, inquit, deſtruit, quod venit à Deo.
Mũdus tranſit: Corruit hoc probare quæſtio;
Igitur non habuit deſcenſum ab eo.

Mundus antiphraſicè ita nuncupatur,
Mundus hic erraticè iugiter rotatur:
Sacro quidem codice rebus comparatur
Quæ vel ſunt maleficæ, vel quibus erratur.

Vidit hunc Antonius laqueis retitum
Nec non vnus alius facibus ignitum
Hunc cernunt exterius fatui mellitum
Sed probant interius eſſe felle litum.

Hic eſt locus ſcandali: Turris Babylonis
Domus Anacratali; cubile Draconis:
Laberinthus Dedali, Rota Iſionis;
Nec non & fons Tantali, & decus ſimonis

Hic eſt Nabaal inſcius, et nudus Anathematus
Hic Goliat ſpurius. Demophõ elatus:
Draco babylonius: Cerberus ſpumatus
Hic Abſolon impius: Actheon mutatus.

Hic eſt urna Elydon: olla prophetarum.
Hic ſedes eſt Neridon: & locus pœnarum.
Hic locus Gorgonidon: Cantus ſirenarum.
Hic cantus Ciclopodon: Vallis ſalinarum

Nutu diabolico ſe Babel erexit
Noua redit Hierico; Georra ſurrexit
Iam ſefini tragico laurea contexit
Dato Deus africo, auſtrum retrouexit.

Tantum creſcit igitur nefas mundanorũ,
Quod factor extollitur ad aſtra polorum
Miror quod non ſoluitur princeps ſuperborũ
Et terra non ſcinditur ſub plantis eorum.

Sed non eſt qui ambigat de vita clauſtrali
Quin Dominum diligat ritu ſpeciali:
Religio religat freno ſpiritali
Vt ad Deum dirigat gratia finali.

Primitus Religio fuit inſtituta
Vt ab omni iurgio prorſus abſoluta
Crucis beneficio faceret adiuta
Quod cœli perditio foret reſtituta.

Mundus arguit modo contra Religionem.

Publicanum audio contra Phariſæum
Ego me deſpicio, tundo pectus meum:
Sed hic è contrario laudat ante Deum
Dei maledictio deſcendat in eum.

Si huius eloquium Pontifex attendis,
Iactantiæ vitium tantum comprehendis:
Si mihi ſpatium vt loquar impendis,
Imponam ſilentium & finem dicendis:

Antiquis temporibus regularis vita
Mirandis virtutibus erat inſignita:
Contenta radicibus, & pilis veſtita,
Sed vt patet omnibus, modò non eſt ita.

Degebant in abditis ſuis primitiui,
Erant pleni meritis cordis exceſſiui:
Plane nunc aduertis, quod deriuatiui
Ab eorum ſemitis ſunt valde decliui:

Monachi antiquitus ſe legi diuinæ
Subiecere penitus: ſed hos paulatine
Cæcauerunt redditus, et burſæ uicinæ
Et ſic acres primitus, fracti ſunt in fine.

Tamen ſine dubio, nec Fratrum Minorũ
Deficit Religio, nec Prædicatorum:
Sed credo quod ſpatio dierum paucorum
Frigeſcet deuotio, & feruor eorum.

Iam venerunt nouiter ordines diuerſi
Multiformi pariter colore reſperſi
Turbant mirabiliter vultum vniuerſi
Vtinam totaliter perirent ſubmerſi.

Religio reſpondet nunc mundo.

Laudem non deſidero, gloriam non quæro:
Sed exempla refero pro ſciendo vero,
Eodemq; numero fui, ſum, & ero
Et ad idem propero, & in idem ſpero.

Sed concedo breuiter quod primi patroni
Poſſunt multiformiter modernis præponi:
Tamen probabiliter non poteſt opponi
Quod iſti ſimiliter non ſint valde boni.

Sic mater Eccleſia ſponſa Redemptoris.
Habuit primordia tam miri feruoris,
Quod videtur alia reſpectu prioris:
Vna tamen gratia, vna vis amoris.

Fui virtuoſior in ſtatu priore
Quia tunc propinquior eram cum motore
Tunc eram formoſior, vt manens in flore,
Sed nunc ſum diffuſior in fructu maiore.

Et non volo dicere quod multi clauſtrales
Sub agnino vellere non ſint criminales:
Nam qui nolunt fugere vias mundiales,

Opor-

Oportet incidere in culpas mortales.
Et ſi in tot millibus ſint decem, vel centum
Qui vacent erroribus, qui condant talentum;
De cœteris omnibus fiet argumentum,
Quod vnum in moribus teneant accentum.
Nonne plane legimus, quod Apoſtolorum
Fuit duodecimus dux crucifixorum
Tamen Rex altiſſimus, & Sanctus ſanctorũ,
Erat paſtor intimus huius, & illorum.
Dicis quod deficio, quod ad detrimentum
Quotidie venio, ſed experimentum
Habes pro contrario, nam & incrementum
Vbiq; ſuſcipio, atq; fulcimentum.
Et quod de ordinibus duobus dixiſti
De mendoſis faucibus falſum eruiſti
Malis tuis gratibus ſemper erunt iſti
Veraces præ omnibus ſectatores Chriſti.
Tria præter alia ſunt, per quæ ſeruantur:
Primum eſt penuria: ſuper quam fundantur:
Secundum ſcientia, in qua profundantur
Tertium concordia, per quam fœderantur.
Iam deſcribã paululum ordinem Minorũ:
Qui contemnunt ſeculum, & culmen honorũ:
Et peram, & baculum, & ſpem metallorum,
Qui ſibi per cumulum virtutum, & morum
Quærunt habitaculum in regno cælorum,
Veſtis, pedes, cingulum ſigna ſunt iſtorum.
O fœlix tunicula, quæ crucem figuras
Sed ò fœlix corda, quæ cœlum menſuras,
O beata plantula, quæ per vias duras
Cœlica cubicula corpori procuras.
Franciſcus Italicus fuit huic patronus,
Vir pauper, et mendicus, et ſanctus, et bonus,
Vix eſt pagus vnicus: Vix eſt mundi conus,
Quo non ſit autenticus ſucceſſorum ſonus.
Stigmatum quinario eſt intus, & foris
Foſſus priuilegio ſuperni fauoris.
Non .n. cauterio humani laboris
Fit hæc transformatio, ſed per uim amoris.
O miranda nouitas ſtigmatum Franciſci,
Quæ orandi charitas fecit adipiſci;
Illas plagas inclytas facit reminiſci,
Et animas perditas facit renanciſci.
Lapis ſecundarius huius fundamenti
Extitit Antonius, vir tanti momenti,
Quod Papa Gregorius loco cognomenti
Vocauit hunc ſæpius Arcam teſtamenti.
De Prædicatoribus poſſem multa fari;
Pleni bonis moribus ſunt, & Chriſto chari,
Accincti virtutibus, honeſtate clari:
Vacant totis viribus verbo ſalutari.
Confeſſor Dominicus fuit his fundator,
Totus euangelicus fidei Zelator;
Hic extitit publicus errorum damnator,
Nunc eſt factus cælicus Dei contemplator.
Petrus ſtirps Beniuoſa huic patri ſucceſſit,
Qui quaſi Deicola per mundum inceſſit;
Hic commenta ſub dola hæreſum oppreſſit,
Cum trina aureola ad regnum proceſſit.
Hi ſeruant munditiam corporis, & mẽtis,
Rigantes eccleſiam doctrinæ fluentis,
Et per euidentiam exempli monentis
Inuitant ad gloriam Chriſti reſurgentis.

Mundus reſpondet nunc Religioni.

Quanto magis ponderas tuos fundatores,
Tanto plus vituperas ſuos ſucceſſores:
Si bene conſideras radicem, & flores
Planum eſt degenerãt, nec vltra, per errores.
Iam iam vellus ouium vertunt in lupinum,
Cellam in palatium, ſolem in caminum,
Olus in conuiuium, melotes in linum:
Lac in eſum carnium, & aquam in vinum
Mutant, nec officium recitant diuinum.
Si prodire videris Abbates iſtorum
Vadunt cum tot faleris, & turmis equorum
Et cum tot armigeris, & turba curſorum,
Principes hos dixeris, & Duces caſtrorum,
Non patres putaueris monaſteriorum.
Minores præ alijs, atq; Iacobitæ,
Quamuis diſtent iugiter, quanquã bonæ vitæ
Sint, & nunc concorditer viuant ſatis vnite,
Tenebunt communiter modum viæ tritæ.

Religio reſpondet nunc ad oppoſita contra eam.

Mendax es, & inſcius: Rationes certas
Tradidi ſuperius de hoc, & apertas,
Quod ſi ſit interius domina paupertas
Non erit vlterius peccandi libertas.
Præſumptor in omnib. nõ eſt modus æquus,
Quod tu de clauſtralib. proloquaris mæchus,
Nunquid de coloribus iudicabit cæcus?
Siue de ſaporibus diſputabit pecus?
Sunt ordines alij, quos & tu ſupportes
Si ſunt æquinarij, ſint ſimul & fortes,
Vt concham ſupplicij euitabunt fortes
Et cœleſtis præmij non erunt exortes.

Mundus adhuc obijcit contra Religionem.

Non eſt qui ambigat, quod non regularis
Vita, multum habeat boni ſalutaris:
Et ſi mihi liceat, vt tu confundaris.



Probo quod præualeat vita ſecularis.
Sicut apertiſſimè per Paulum habetur,
Certanti legitimè corona debetur,
Ergo cum per maximè ſeculo certetur,
Seculari animæ amplius reddetur.
Idem dicit, nubere melius quam vri,
Ergo præ eligere debent intraturi
Statum in quo liberè viuant, & ſecuri
Quàm gradum conſcendere altum ruituri.
Chriſtus non apparuit ſicut eremita,
Imò eſſe voluit communis in vita,
Cuius ſignum præbuit edens cum leuita:
Ergo ſibi placuit quòd eſſemus ita.
Quod eſt difficilius, vt dicit moralis,
Eſt & virtuoſius: Ergo cum clauſtralis
Saluetur facilius, quam vir mundialis,
Non habebit amplius boni virtualis.
Dare quam accipere magis eſt beatum,
Ergo præeligere debes illum ſtatum
Quo poſſis diuidere ſummam facultatum,
Et piè reficere fame cruciatum.
Et ita ſummopere purgare peccatum
Quam turpiter petere, quod eſt reſignatum.
Quia de peiurio plurimum timetur
Omnino iuratio cunctis diſſuadetur.
Igitur religio timenda videtur,
Cum eius tranſgreſſio grauis reputetur.
Si tamen cœleſtia contemplari velis
Per actiuam expiacor à corruptelis
Et exempli gratia, Iſrael fidelis
Poſt Liæ connubia fuit vir Rachelis.
Nihil ex triſtitia, aut neceſſitate
Pauli eſt ſententia, modo iucundate,
Iſti agunt paria pari charitate:
Hic agit ex gratia, & ex libertate
Alter præceptoria pulſus poteſtate
Et forte contraria ſua voluntate,
Quis horum per omnia magis agit gratè.
Auctor eſt flagitij, non auctor virtutis
Viam arctans alij, vel ſibi ſalutis,
Ergo ſicut inſcij comparantur brutis
Qui ſeſe cœnobij inuoluunt ſtatutis.
Paulus ad Epheſios iubet obedire
Parentibus filios, ergo non exire
Debent lares proprios, & clauſtrum ſubire,
Quando patres proprios vident diſſentire.
Quæ ſunt culpæ prauia debes præcauere
Sed quòd ex inopia multi deliquere
Sacra per eloquia poteris habere
Ergo ex penuria non debes gaudere.
Nam intrantẽ cernimus cũ magno feruore
Cui eſt menſis ſeptimus meta ſuæ moræ,
Ex leui fit azimus, & vermis ex flore
Et tunc error vltimus peior eſt priore.

Mundus petit ſententiam ferri per Papam.

Decreta cum legibus poſſem allegare,
Et iſtis ordinibus multum obuiare,
Nec vnum de millibus poſſem replicare:
Nunc Papæ & fratribus placeat formare
Cum bullis patentibus ſcriptum ſalutare,
Quod nullus ſe opibus audeat priuare,
Prohibens iuuenibus votum regulare.

Papa reſpondet nunc mundo.

Non in noſtra curia talis mos habetur,
Quod vlla ſententia ſtatim fulminetur,
Sed pars aduerſaria prius audietur;
Vt patens iniuria iuſtius mulctetur.

Religio reſpondet nunc modo.

Audiui ſtultitias Eliud Buzitis
Voluentis ſententias verbis imperitis:
Dilatauit fimbrias truffis infinitis:
Tot enim blaſphemias: quid patres auditis.
Diligenter igitur prædictis inſpectis
Facilè occurritur ipſius obiectis
Syllogiſmis vtitur, elenchis confectis
Verbis innititur falsò intellectis.
Dicis in principio de magis certando
Sed patet reſponſio, ita declarando.
Si maior promotio eſt in triumphando;
Eſt tamen præſumptio in hoc attentando.
Es Adam cœleſtior, fortior Sanſone
Aut Dauid deuotior: Maior Salomone:
Quiſq; ſit deterior in tentatione
Tu quomodo iunior ſiſtis in agone?
Dicis quod eſt nubere melius quam vri:
Non eſt ſenſus literæ quod plus ſint ſecuri
Quibuſlibet nubere, alias arſuri.
Sed Paulus vult dicere quod vadant nupturi
Qui nolunt aſcendere gradum cordis puri.
Dicis, Chriſtus veniens ſicut nos viuebat,
Reſpondeo; quotiens illa faciebat,
Infirmis compatiens, talem ſe præbebat,
Vt erat expediens illis, quos docebat.
Deſertis eſuriens perfectos monebat:
Sed de templo fugiens infirmos fouebat.
Ad illud, quod dicitur de difficultate
Hoc ſubintelligitur in auctoritate

*Cum idem efficitur pari charitate:*
*Alias non ſequitur, ſalua veritate.*
*Quod plus valet aſſeris dator acceptatore*
*Dico quod conuinceris gloſſarum tenore*
*Que paribus cæteris dicunt iſtud fore:*
*Igitur abuteris gloſſante maiore.*
*Ad illud reſponſio de viiuramenti*
*Diſſimilis ratio patet intuenti:*
*Non .n. iuratio confert facienti,*
*Votum & Religio proſunt profitenti.*
*Vna mecum habeo Rachelem, & Liam*
*Sorores poſſideo Martham, & Mariam*
*Binam vitam teneo, vt per binam viam*
*Me regno ſydereo cooptare ſciam.*
*Ad id quod obijcitur de neceſſitate*
*Reſponſio dicitur, quod ex voluntate,*
*Qua votum aggreditur, & hilaritate*
*Cenſetur quod ſequitur, & fit totum grate.*
*Illud quod poſt ſubditur, totum denegatur,*
*Nam ſi clauſtro viuitur, via non negatur*
*Sed arcta eligitur qua citò pergatur*
*Quæ pulchrior creditur, qua minus erratur.*
*Dicis temerarium qui patrem offendit*
*Hieronymus filium laudare contendit*
*Qui matris ſuſpirium nequaquam attendit*
*Et per patrem proprium conculcatum tendit*
*Ad crucis martyriũ, ꝙ clauſtrum prætendit.*
*Et Pauli ſententia ſic intelligetur,*
*Vt obedientia, quæ patri debetur,*
*In ſolum familia regenda notetur,*
*Ad cætera alia nequaquam tenetur.*
*Dicis quod inopia eſt pernicioſa*
*Aut eſt voluntaria, aut non, ſed exoſa,*
*Si ſic meritoria eſt, & virtuoſa*
*Si non caret gratia, & tunc eſt damnoſa.*
*Ad illud reſponſio de apoſtatante,*
*Sæpe fit vt vitio carnis inſtigante*
*Exit à cœnobio cauſtim non præſtante*
*Et de judicio peior eſt, quam ante.*

Religio modo petit ſententiam ferri per Papam.

*Huius imprudentiam ponderate viri*
*In quorum præſentiam præſumpſit mentiri.*
*Peto per iuſtitiam mihi ſubueniri*
*Per Romanam curiam volens me muniri.*
*Ergo Pater omnium, ac ſucceſſor Chriſti,*
*Factum per iudicium patenter audiſti.*
*Impone ſilentium, erubeſcant iſti*
*Abſcide litigium. Vultu cedant triſti.*

Papa fert modo ſententiam contra mundum.

*Cauſa quæ hic vertitur attentè audita*
*Iam in parte cernitur quaſi expedita,*
*Hos & fratres igitur diffinimus ita*
*Quod mundo præponitur regularis vita.*
*Cæterùm ſubtilius cauſam ponderantes*
*Iubemus, diſtrictius in ſcriptis mandantes*
*Vt alter alterius onera portantes*
*Non ſitis vlterius inuicem turbantes.*
*Non eſt vita aliqua, nec aliquis ſtatus*
*Qui per Apoſtolica iura ſit probatus*
*Quin in mente diuina ſit præordinatus*
*Quin ducat ad cœlica, quin ſit Deo gratus.*
*Volentes et numerum horum maiorari,*
*Duximus nunc iterum decreto firmari*
*Quod adultum puerum liceat tonſari:*
*Et ſic eum liberum cum his conuerſari.*
*Hanc qui contrauenerit confirmationem*
*Incurſurum nouerit ſe damnationem,*
*Nec habere poterit relaxationem,*
*Niſi hic præmiſerit ſatisfactionem.*

Finis diſputationis inter mundum & Religionem.



# INDEX GENERALIS SERMONVM,

## *QVI IN QVATVOR TOMIS Operum S. Bernardini continentur.*

### A

ABrahæ ſacrificio, tomo 3. pag. 464
Aduerſa malis quare detur. eo. to. 530
Aduerſa, quare dentur iuſtis. to. 1. 47
Alearum ludo. eo. tomo. 307
Amore proprio, ſeu priuato. to. 3. 270
Amore mundi, & malis eius conditionibus. eod. to. 287
Amore inter Deum, & animam. eo. to. 447
Amoris diuini excellentia. to. 2. 24
Amoris diuini gradibus, qui Magdalenę, vel alteri Sancto appropriari poſſunt. eo. to. 683
Amoris diuini mercantia, & theſauro. eo. to. 44
Amoris inflammatis affectibus Dei ſui, & proximi. eo. to. 31
Anima, quomodo trahatur ad amorem Dei. to. 4. 104
Anima facta aterrima propter peccatũ. eo. to. 214
Animæ pulchritudine. eo. to. 196
Animæ luminibus tribus. eo. to. 45
Animæ dignitate. to. 3. 279
Animæ dignitate, & de altiſſimis beneficijs a Deo ſibi collatis. to. 1. 374
Animæ iuſtę triplici ſtatu. to. 3. 443
Animarum ſitibus, & deſiderijs generalibus, & matrimonio, & fornicatione ſpirituali. to. 2. 675
Animarum ſanctarum gloria conſubſtantiali, ſiue eſſentiali. to. 1. 526
Annunciatione Virginis glorioſę. to. 3. 540
Aſcenſione Domini. to. 3. 240. & 259.

### B

BAptiſmate. ſer. extraor. 14 to. 4. 77
Beatitudinibus octo euangelicis. to. 3. 166
Beatorum gloria accidentali. to. 1. 543.
Beatorum exercitia, quæ erunt. tom. 1. 551
Blaſphemia horribili, & eius impietatibus. to. 1. 298
Bonis duodecim, ſeu gratijs, ad quæ bona opera valent facta in mortali culpa. to. 2. 691

### C

CAlamitatib. ſenectutis. to. 3. 317.
Charitate, ſeu dilectione vera, & ſancta. to. 4. 32
Charitate diuina emenda. ſer. extraor. 5. to. 4. 33
Charitatis, ſeu diuini amoris origine. to. 2. 10
Charitatis laudib. mirabilibus. eo. to. 15
Chriſtiana vita. to. 3. 134
Chriſtiana pietate. eo. to. 158
Communione ſacratiſſima. to. 4. 226
Confeſſione peccatorum. to. 3. 355
Confeſſione vera. to. 1. 95
Confeſſione ſacra, & eius origine, & fructibus. to. 2. 241
Confeſſione excuſatiua, diminutiua, &

humiliatiua.to.4. 92
Confeſſionis qualitate, neceſſitate, & vtilitate. to.4. 87
Confidentia ſui ipſius mala. to. 3. 312
Coniugij honeſtate. to. 1. 109
Coniugati pudicitia.to. 1. 116
Conſcientia bona,& mala.to.2. 521
Conſcientia decepta. ſer.extr.6.tom.4. 39
Conſcientiæ malæ triplici ſtatu, & illuſtratione,& reformationæ eiuſdem. to.2. 534
Conſenſu virginali.to.3. 92.& 98
Conſuetudine mala.to.4. 62
Conſuetudine mala, deq; contra eam remedijs.to.1. 138
Contemptu mundi.to.1. 366
Contemptu mundi.to.3. 543
Contractibus vſurarijs.to.2. 370
Contritione vera.to.2. 74
Contritione.to.4. 100. & 165
Conuerſatione bonorum,& malorum. eo.to. 72
Conuerſione ad Deum.ſer. extraor.17. eo.tomo. 95
Conuerſione,& ſatisfactione peccatoris, & Magdalenæ.eo.to. 192
Conuerſione peccatorum. to.3. 419
Corpore Chriſti,& de mirabilib. eius, quę contingunt circa hoc ſacramentum.to.2. 546
Corporis Chriſti ſacramento. tom.4. 219
Corporis Chriſti varia ſuptione, quod tam boni quam mali aſſumunt. to.2. 565
Corporum beatorum gloria conſubſtātiali.to.1. 531
Correctione proximi.to.4. 96
Correptione fraterna.to.2. 256
Crucis ſacratiſſimæ titulo triumphali, in quo nomen regis Ieſu triumphaliter exaltatur,& glorioſiſſimè commēdatur.to.1. 358

D

DEtractione peſtifera.to.1. 153
Detractione odibili,& execrabili. tom.2. 267
Detractione, & remedijs contra eam. tom.2. 280
Dilectione diuina.to.3. 304
Dilectione proximorum.to.2. 60
Dilectionis diuinæ mandato.to.1. 317
Diſputatio contra obedientiam. tom.3. 489
Diuite vitioſo, & eius, & pauperis retributione.to.4. 67
Doloribus duodecim,quos peccator in hora mortis patitur.to.1. 88
Dominica reſurrectionis.to.2. 642
Dominiorum origine,& rerum tranſlatione.to.2. 298
Donis Spiritus ſancti,& quomodo cōmunicantur diuino amori.to.3. 1
Duplicitate.to.1. 213

E

ECcleſiaſtici gradus quanta veneratione honorari debeāt. to.1. 128
Eleemoſyna.to.1. 42
Eleemoſynæ fructibus.to.3. 374
Epiphania Domini. to.3. 404
Eſurie iuſtitiæ, ſeu famelica iuſtitia. to.3. 198
Æternitate infernalium tormentorum. to.2. 118
Examinatione rerum venalium. tom.2. 334

F

FArdantibus ſe capilloſq; adulterinos portantibus,& fœminis caudatis. to. 1. 345
Fide.to.4. 6
Fide viua,& mortua. to.2. 51
Fidei Chriſtianæ firmitate.to.1. 3
Fidei neceſſitate, æquitate, & dignitate. tom. 1. 11
Fidei nobilitate. to. 1. 22
Fidei improbabilitate contra præſumptuoſos,& curioſos ſigna quærētes. to.2. 125
Fides ſola eſt uera, & determinata, ad quam de neceſſitate quilibet obligatur. to. 1. 16
Filio prodigo.to. 1. 160
Flammis ſeptem amoris.ſer.extr.8.to.4. 46
Franciſco.to. 4. 88

G

GLoria paradiſi, & modis contemplandi.eo.to. 269
Gloria ſpirituum beatorū in regno Dei. to.1. 500

H

HOmine nouo,& peregrino. to.2. 654
Honeſta Domina. to. 1. 352
Honeſta, & vana Domina. to.4. 171
Honore parentum.eo. to. 51
Honore, & cultu Dei, ſeu ſanctiſſimæ Trinitatis.to.1. 53
Honore parentum. to.1. 194
Honore parentum. to. 2. 160
Humilitate.in extraor.to.4. 119

I

IDololatriæ cultu.to.1. 58
Ieiunio ſacro.to.1. 26
Ieſu nomine proficuo. to.4. 205
Ieſu Chriſti Domini noſtri glorioſo nomine.to.2. 483
Ignorantia hominum multiplici. to.2. 184
Incantationibus vitandis.to.4. 42
Incarnatione Domini.eo.to. 177
Impedimenta, ſeu occaſiones duodecim, quare homo non credit. tom. 1. 182
Impræſtitis Venetorum.to.2. 390
Inimicorum indulgentia.to.1. 189
Inſignia diſtinguenda inter partes deteſtantur.to.1. 175
Inſpirationibus.ſer.extr.11.to.4. 62
Inſpirationibus, & inſpirationum varietate.to.3. 21
Inſpirationum diſcretione. to.3. 30
Inſpirationum merito.to. 3. 55
Intereſſe & acceptione vltra ſortē. to.2. 410
Ioſepho,ſponſo B.Virginis.to.3. 456
Iudicio temerario. to.4. 123
Iudicio temerario,præſumptuoſo, & falſo. to.2. 132
Iudicio extremo.eo.to. 28
Iudicio extremo.in extr.eo.to. 242
Iudicio generali.to.2. 100
Iudicio vltimo.to.1. 67
Iuramento,& periurio.to.1. 330
Iuſtitia Chriſtiana,integra, ordinata,& zelante.to.3. 147

L

LAzaro reſuſcitato.to.4. 31
Ligni vitæ ſanctiſſimi ſacramenti fructus duodecim.to.1. 395
Lucta multiplici.to.3. 188
Ludo.to.4. 151
Luxuria.in extr.eo.to. 26.& 131

M

MAgdalenę ſanctiſſimæ ardentiſſimo amore.to.2. 447
Malorum multitudine, quæ ex uanitatibus ſubſequuntur. to.1. 338
Mariæ Virginis feſtiuitatibus, & maximè Natiuitatis, Conceptionis,& Aſſumptionis.to.2. 511
Marię glorioſo nomine.ſ. quod dicitur ſtella maris.to.3. 75
Et quod amarum mare. eo. to. 81

Et

Et quomodo Maria Domina interpretatur.eo.to. 86
Mariæ Virginis B. matris Dei ſuperadmirabili gratia,& gloria.to. 1. 510
Marię Virginis glorioſæ ſeptem verbis, in quibus ſeptem gradus, ſeu proceſſus amoris inſinuantur.to.3. 104
Marię Virg.glorioſę purificatione.to.3. 116
Mariæ virg.glorioſæ aſſumptione. to.3. 124
Martyrio,& perſecutione iuſtorũ.to. 3. 230
Matrimonio.to.4. 79
Mendacio execrando.to. 1. 206
Mendacio multiplici.to.3. 345
Mercatoribus,& artificibus in generali.to.2. 310
Mercatura.to.4. 133
Miraculis.eo.to. 37
Miſeria conditionis humanæ.to.3. 535
Miſericordia Dei.to. 4. 260
Miſericordiæ perfectione.to.3. 208
Mititate triplici, & pro qua terra uiuentium pro beatitudine danda eſt. to.3. 183
Mortuis.to.3. 503
Mulieribus vanis.to.2. 460
Multiloquio,& eius remedijs.to.3. 506
Munditia cordis.to.3. 215
Mutuo,& quomodo, & quando quilibet teneatur mutuũ dare gratis. to.2. 349

N

NAtiuitate triplici Domini Ieſu Chriſti.to.3. 515

O

OBedientiæ euangelicę ſumma perfectione.to. 3. 476
Obſeruatione Sabbati, & celebratione feſtorum.to.2. 80
Occultatione diaboli.ſer.extr. 13.to.4. 76
Oratione Dominica.to. 1. 34
Oratione ſacratiſſima.to.3. 261

P

PAce & concordia inimicorum.to.2. 499
Pacis multiplici bono.to.3. 224
Partialitatibus impijs.to.1. 169
Partialitatibus cordis, oris, & operis. tom.2. 230
Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. tom.4. 235
Paſſione domini.to 1. 404
Paſſione ſacratiſſima,& myſterijs crucis Chriſti. to.2. 577
Paupertate ſpiritus.to.3. 174
Peccato contra naturam . tomo 2. 139
Peccatoris lapſu,& releuatione. tom.4. 75
Pęnitentiæ impedimentis duodecim. tom.1. 122
Periculis duodecim, quæ peccatoribus in vltimo fine ſuperueniunt. tom. 1. 80
Perſeuerantia ſtabili.to.2. 719
Populi quare ſuper eos futura Dei iudicia non cognoſcunt, nec uerentur, cauſa multiplex. tomo 2. 178
Præparatione ad ſumendum corpus Chriſti.to.4. 184
Præparatione ad ſanctiſſimum ſacramẽtum.to.2. 632
Proſpera peccatoribus, quare a Deo tribuuntur. to. 1. 147
Proſpera mundi, quare iuſtis dentur. tomo 3. 394
Protectione diuina,& quomodo a Deo per Angelos iuſtorum ciuitas,& anima ab aduerſitatibus cuſtodita. to.2. 68
Pugna & ſaccomando paradiſi,ſiue cęleſtis Hieruſalem.to. 1. 556
Purgatorio.to.2. 699
Purgatorio.ſer.extr. 15.to.4. 82
Purgatorij ſtatu, hoc eſt de purgandorum pœnalitate,iucunditate,atq; neceſſitate.to.2. 708
Purificatione.ſer.extr.7.to.4. 50

R

REctoribus,& prælatis.to.3. 367
Regimine principum,& quorumcunque regentium to. 2. 149
Regno Dei.ſer.extr. 1. to.4. 1
Regno cœlorum.to. 3. 411
Regno, & dñio vniuerſali Ieſu Chriſti. tomo 1. 493
Religione ſacra.to. 1. 102
Religione,& quod melius eſt bonum facere ex voto ex libera voluntate. to.2. 106
Reſtituendum cuinam ſit,vbi, & quando.to.4. 157
Reſtituere quis teneatur.eodem tomo. 139
Reſtitutio fieri debet.eo.to. 118
Reſtitutione alienorum, & quis reſtituere obligetur.to.1. 219
Reſtitutione temporalium rerum, & quãdo,& cui,& vbi, & quid, & quis reſtituere obligetur. to. 1. 257
Reſtitutionibus.to.4. 128
Reſurrectione Domini. eodem tomo. 254
Reſurrectione Chriſti capitis noſtri. tom. 1. 476
Reſurrectione neceſſaria humanæ naturæ, & perpetuitate futura . to.1. 487

S

SAccomando paradiſi. ſer. extraor. 4. to.4. 23
Sacramentum circa dominicum ſe male habentes.to. 1. 390
Sacramentum ſanctiſſimum ad ſuſcipiendum quomodo quilibet ſe præparare debet.to. 1. 246
Saluatione fidei Catholicæ. tomo 2. 199
Salutatione angelica.to. 1. 347
Samaritanæ conuerſione . tomo8. 288
Satisfactione.in extr.tom.4. 135
Sceleribus duodecim , propter quæ Deus patrias ſæpe flagellat. tomo 2. 166
Scientiarum ſtudijs. ſer. extraor.3. to.4. 10
Seminatione dæmonij.ſer.extr.10.eod. tomo. 53
Semine inſpirationis.ſer.extr. 12.eo.to. 67
Signis per quæ cognoſci poteſt quando Dei iudicia ſunt propinqua. to.2. 173
Soccidis animalium.to.2. 384
Societate bona,& mala.to.3. 384
Sodomitarum excęcatione, induratione,& deſperatione.to.4. 57
Sodomitarum punitione.eo.to. 59
Spe.eo.to. 3
Spiritus ſancti fructibus.to.3. 65
Spiritus ſancti manifeſtatione. tom.3. 70
Spirituum malignorum exercitu. to.3. 295
Statibus tribus hominum.to. 4. 34
Stigmatibus B.Franciſci.to. 2. 664
Supplicijs infernalibus omnium damnatorum.to.2. 191

T

TAciturnitate boni,& mali. tom.3. 470
Temporis venditione.to.2. 321
Tepiditatis vitio.ſer.extr.7.to.4. 42
Timore Dei.to.1. 200
Tormentis carnalium. to.3. 399
Tribulationibus. to.3. 525
Tribulationibus,& earum vtilitate. tomo4. 16

Purga- Vani-

V

VAnitatibus mundanis, & pompis. to. 1. 322
Verbo Dei. to 3. 134
Verbo Dei animam viuificante. to. 4. 32.
Verbi Dei magna efficacia, & eiuſdem fructibus. to. 2. 75
Veritate deſiderabili. to. 3. 328
Veritate multiplici. to. 3. 338
Viduitatis ſtatibus tribus. ſer. extraor. 3. tomo 4. 18
Vilitate hominis. to. 3. 538
Virginitatis laudibus, & de duodecim domicellis matris Dei. to. 2. 472
Vſura quantum aduerſetur Deo, & vſurarium idolatrare facit. to. 2. 422
Vſuræ prohibitione per legem naturæ ſcriptæ & gratiæ. to. 2. 358
Vſuræ iniquitatibus. eo. to. 431
Vſuræ prauitatibus. eo. to. 438
Vſurarum voragine. eo. to. 340
Vſuris. to. 4. 110

FINIS.

# ARGVMENTA SERMONVM FERIALIVM, QVI IN HOC QVADRAGESIMALI DE CHRISTIANA RELIGIONE CONTINENTVR.

DOMINICA IN QVINQVA. *in mane.*

*Sermo primus.*

DE Chriſtianæ fidei firmitate, vbi ponuntur duodecim fidei firmitates.

INFRA DIEM

*Ser. II.*

De fidei neceſſitate, æquitate, & dignitate.

FERIA SECVNDA.

*Ser. III.*

De hoc, quod fides eſt vna, & determinata, ad quam de neceſſitate quilibet obligatur.

FERIA TERTIA.

*Ser. IIII.*

De fidei nobilitate, vbi 12. declarantur eiuſdem nobilitates.

FERIA QVARTA.

*Ser. V.*

De perfectione ieiunij ſacri, & qui tenentur ieiunare, & qui non.

FERIA QVINTA.

*Ser. VI.*

De Dominica oratione, quæ tota ibi per ordinem declaratur.

FERIA SEXTA.

*Ser. VII.*

De elemoſinæ pietate, & quomodo debet dari.

SABBATO POST CINEREM.

*Ser. VIII.*

Quare aduerſa dentur iuſtis, multis rationibus demonſtratur.

DOMINICA IN QVADRAGESIMAE.

Ser. IX.

De diuino cultu, ſeu de cultu Sanctiſſimæ Trinitatis.

INFRA DIEM.

Ser. X.

De cultu idolatriæ, & de initio ac dilatatione eius.

FERIA SECVNDA.

Ser. XI.

De iudicio generali, & quare Deus indignabitur contra mundum, vbi textus illius euangelij declaratur.

FERIA TERTIA.

Ser. XII.

De vera contritione, & quæ requiruntur ad eam, & de gradibus eius.

FERIA QVARTA.

Ser. XIII.

De 12. grauiſſimis periculis, quæ inſperatè ſuperueniunt peccatoribus in vltimo fine.

FERIA QVINTA.

Ser. XIIII.

De duodecim doloribus, quos patitur peccator in hora mortis.

FERIA SEXTA.

Ser. XV.

De vera confeſſione, quomodo quilibet ad eam ſe debeat præparare, & quę requiruntur in confeſſione, ac quæ circumſtantiæ peccatorum confitendæ ſunt.

SABBATO POST PRIMAM *Dominicam Quadrageſimæ.*

Ser. XVI.

De ſacra religione, quare melius ſit viuere inter bonos religioſos, quam in ſeculo remanere.

DOMINICA II. IN QVADRA. *in mane.*

Ser. XVII.

De vſu matrimonij, & coniugij honeſtate.

INFRA DIEM.

Ser. XVIII.

De pudicitia coniugali.

FERIA SECVNDA.

Ser. XIX.

De duodecim impedimentis pęnitentiæ veræ.

FERIA TERTIA.

Ser. XX.

Quanta veneratione honoranda ſunt templa Dei: & quam malè ſit in prædicatione detrahere prælatis.





FERIA QVARTA.

Ser. XXI.

De conſuetudine mala, & de remedijs contra eam.

FERIA QVINTA.

Ser. XXII.

De rationibus, quare proſpera peccatoribus à domino tribuuntur.

FERIA SEXTA.

Ser. XXIII.

De peſtifera detractione, & de conditionibus eius.

SABBATO DE FILIO *Prodigo.*

Ser. XXIIII.

Vbi moraliter euangelium declaratur.

DOMINICA III. IN QVADR. *in mane.*

Ser. XXV.

Contra partialitates, & maxime contra Guelphos, & Gibellinos.

INFRA DIEM.

Ser. XXVI.

Contra inſignia diſtinguentia inter partes.

FERIA SECVNDA.

Ser. XXVII.

De 12. impedimentis, quare homo credenda non credit.

FERIA TERTIA.

Ser. XXVIII.

Quomodo quis tenetur indulgere, ſeu dimittere inimicis.

FERIA QVARTA.

Ser. XXIX.

De honore parentum, qui honorandi ſunt & quo honore.

FERIA QVINTA.

Ser. XXX.

De timore Dei, & quas gratias in animam ſecum portet.

FERIA SEXTA.

Ser. XXXI.

De execrando mendacio, & quomodo nunquam mentiri licet.

SABBATO.

Ser. XXXII.

De duplicitate, & de mendacio Sanctorum.

DOMINICA IIII. IN QVADR. *de mane.*

Ser. XXXIII.

Incipit tractatus de reſtitutionibus, & primo qui reſtituere teneantur.

INFRA DIEM.

Ser. XXXIIII.

Quis etiam reſtituere obligetur, maximè de his, qui in alienis damnis præſtant cauſam efficacem.

FERIA SECVNDA.

Ser. XXXV.

Etiam quis reſtituere debet, vbi ponuntur 20. genera hominum, qui vſuris præſtant cauſam efficacem.

FERIA TERTIA.

Ser. XXXVI.

Quid & quantum homo reſtituere obligetur, vbi ponitur de reſtitutione ſpiritualium & corporalium.

FERIA QVARTA.

Ser. XXXVII.

Etiam quid & quantum homo reſtituere debet de temporalibus.

FERIA QVINTA.

Ser. XXXVIII.

Quando homo reſtituere obligetur.

FERIA SEXTA.

Ser. XXXIX.

Cui homo reſtituere debet.

SABBATO POST QVARTAM *Dominicam Quadrag.*

Ser. XL.

Quo loco, quomodo & quare aliena reſtituenda.

DOMINICA DE PASSIONE *in mane.*

Ser. XLI.

De horrendo peccato blaſphemiæ, & impietatibus eius.

INFRA DIEM.

Ser. XLII.

Contra taxillos & alearum ludos, & vnde tales ludi miſticè originem habuerint.

FERIA SECVNDA.

Ser. XLIII.

De mandato diuinæ dilectionis, & quomodo Deus amandus ſit.

FERIA TERTIA.

Ser. XLIIII.

Contra mundanas vanitates, & pompas, & quantum Deus odio habeat eas.

FERIA QVARTA.

Ser. XLV.

De iuramento & periurio.

FERIA QVINTA.

Ser. XLVI.

De multitudine malorum, quæ ex vanitatibus oriuntur, ac etiam ſubſequuntur.





FERIA SEXTA.

Ser. XLVII.

Contra fardantes ſe, & capillos adulterinos portantes, atq; contra fęminas caudatas.

SABBATO.

Ser. XLVIII.

De domina Honeſta, quæ eſt omnis mulier pudicè, & honeſtè in matrimonio viuens.

DOMINICA IN RAMIS *Palmarum, in mane.*

Ser. XLIX.

De titulo triumphali, & magnificatione nominis glorioſi regis Ieſu.

INFRA DIEM.

Ser. L.

De contemptu mundi, & mundanorum conditione fallaci.

FERIA SECVNDA.

Ser. LI.

De animæ dignitate, & altiſſimis beneficijs à Deo ſibi collatis.

FERIA TERTIA.

Ser. LII.

De ſalutatione angelica, quæ tota per ordinem declaratur.

FERIA QVARTA.

Ser. LIII.

De his, qui diuerſimode malè ſe habent circa Dominicum Sacramentum: & quomodo homo obligetur ad illud.

FERIA QVINTA. *In Cœna Domini.*

Ser. LIIII.

De 12. fructibus ligni vitæ, id eſt ſanctiſſimi Sacramenti.

FERIA SEXTA. *in Paraſceue.*

Ser. LV.

De ſacratiſſima paſſione, & quare Chriſtus voluit in Cruce mori.

SABBATO SANCTO.

Ser. LVI.

Quando quilibet debet ſe præparare ad ſuſcipiendum ſacratiſſimum Sacramentum.

DOMINICA IN RESVRRECT. *in mane.*

Ser. LVII.

Incipit tractatus de gloria paradiſi, & primò de reſurrectione capitis noſtri Ieſu Chriſti, & de apparitionibus eius.

INFRA DIEM.

Ser. LVIII.

De humanæ naturæ neceſſaria reſurrectione, & perpetuitate futura.

FERIA SECVNDA.

*Ser. LIX.*

De vniuerſali regno, & dominio Ieſu Chriſti.

FERIA TERTIA.

*Ser. LX.*

De gloria ſpirituum beatorum in regno Dei.

FERIA QVARTA.

*Ser. LXI.*

De ſuperadmirabili gloria, & gratia Virginis matris Dei.

FERIA QVINTA.

*Ser. LXII.*

De ſubſtantiali & eſſentiali gloria animarum ſanctarum.

FERIA SEXTA.

*Ser. LXIII.*

De gloria conſubſtantiali corporum beatorum.

SABBATO IN ALBIS.

*Ser. LXIIII.*

De accidentali gloria, quæ eſt in beatis.

DOMINICA IN OCT. RESVR. *de mane.*

*Ser. LXV.*

Quæ erunt exercitia beatorum.

INFRA DIEM.

*Ser. LXVI.*

De pugna, & ſaccomando paradiſi cęleſtis Hieruſalem.

FINIS.

# SERMONVM,

## QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR, ELENCHVS.

ADVERSA, quare dentur iuſtis. pag. 47
Alearum ludo. 307
Animarum ſanctarum gloria ſubſtantiali, ſeu eſſentiali. 526
Animæ dignitate, & de altiſſimis beneficijs a Deo ſibi collatis. 374
Beatorum gloria accidentali. 543
Beatorum exercitia, quæ erunt. 551
Blaſphemia horribili, & eius impietatibus. 298
Confeſſione vera. 95
Coniugij honeſtate. 109
Coniugati pudicitia. 116
Conſuetudine mala, deque contra eam remedijs. 138
Contemptu mundi. 366
Contritione vera. 74
Corporum Beatorum gloria conſubſtantiali. 531
Crucis ſacratiſſimæ titulo triumphali, in quo nomen Regis Ieſu triumphaliter exaltatur, & glorioſiſſimè commendatur. 358
Detractione peſtifera. 153
Dilectionis diuinæ mandato. 317
Doloribus duodecim, quos peccator in hora mortis patitur. 88
Duplicitate. 213
Eccleſiaſtici gradus, quanta veneratione honorari debeant. 128
Eleemoſyna. 42
Fardantibus ſe, capilloſque adulterinos portantibus, & fœminis caudatis. 345
Fidei Chriſtianæ firmitate. 3
Fidei neceſſitate, æquitate, & dignitate. 11
Fidei nobilitate. 22
Fides ſola eſt vera, & determinata, ad quam de neceſſitate quilibet obligatur. 16
Filio prodigo. 160
Gloria ſpirituum beatorum in regno Dei. 500
Honeſta Domina. 352
Honore & cultu Dei, ſeu ſanctiſſimæ Trinitatis. 53
Honore parentum. 194
Idolatriæ cultu. 58
Ieiunio ſacro. 26
Impedimenta, ſeu occaſiones duodecim, quare homo non credit. 182
Inimicorum indulgentia. 189
Inſignia diſtinguenda inter partes deteſtantur. 175
Iudicio vltimo. 67
Iuramento, & periurio. 330
Ligni vitæ ſanctiſſimi ſacramenti fructibus duodecim. 395
Malorum multitudine, quæ ex vanitatibus ſubſequuntur. 338

Mendacio execrando. 206
Oratione Dominica. 34
Partialitatibus impijs. 169
Paſſione Domini. 404
Pœnitentiæ impedimentis duodecim. pag. 122
Periculis duodecim, quæ peccatoribus in vltimo fine ſuperueniunt. 80
Proſpera peccatoribus quare a Deo tribuuntur. 147
Pugna, & ſaccomando paradiſi, ſiue cęleſtis Hieruſalem. 556
Regno, & dominio vniuerſali Ieſu Chriſti. 493
Religione ſacra. 102
Reſtitutione alienorum, & quis reſtituere obligetur. 219. & ſeq.
Reſtitutione temporalium rerum, & quādo, & cui, & vbi, & quid, & quis reſtituere obligetur. 257. & ſeq.
Reſurrectione Chriſti, capitis noſtri. pag. 476
Reſurrectione neceſſaria humanæ naturæ, & perpetuitate futura. 487
Sacramentum circa Dominicum ſe male habentibus. 390
Sacramentum ſanctiſſimum ad ſuſcipiendum, quomodo quilibet ſe pręparare debet. 467
Salutatione Angelica. 384
Timore Dei. 200
Vanitatibus mundanis, & pompis. pag. 322
Virginis Beatæ Matris Dei, ſuperadmirabili gratia, & gloria. 510

*F I N I S.*

# I N D E X R E R V M N O T A B I L I V M,

## QVÆ HOC OPERE CONTINENTVR,

### ALPHABETICA SERIE DIGESTVS.

ABYSSVS, *quid ſignificet. Sermo.55. pag.459.e*
*Abſtinentia, ſumma eſt medicina. ſer.5. 30.b*
*Acetum in ſpongia, cum arundine, Chriſto oblatum, quid ſignificaret. ſer.55. 444.b.c.d*
*Actus humanus tranſit ſuper materiam indebitam dupliciter. ſer.31. 209.f*
*Adam, qua ætate formatus. ſer.63. 539.a*
*Adiuratio, quid ſit. ſer.55. 417.c*
*Adorare, quid ſit, & quid ſignificet. ſermo.26. 178.c*
*Adoratio, quid ſit. ſer.9. 54.f*
*Adoratio conſiſtit in quatuor actibus. ibid.*
*Aduentus Chriſti ad iudicandum, qualis. ſer.11. 71.a. & ſeq.*
*Aduerſa, cur nobis dentur. ſer.8. 48.d*
*Aduerſa, quas vtilitates afferant iuſtis, vide infra, Tribulatio.*
*Aduerſa non ſentire, ſignum eſt odij diuini. 152.g. vide exemplum. ſer.22. 153.a*
*Adulatores, quibus comparentur. ſermo.32. 214.c*
*Adultera, quomodo reſtituere debeat. ſermo.38. 274.b. & ſeq.*
*Adultera, an teneatur reuelare filium ſpurium. ſer.38. 274.c.d*
*Adulteræ reuelanti filium ſpurium, cur non ſit credendum. ſer.38. 275.f*
*Adulteræ, quæ remedia danda ſint, vt ſuæ conſcientiæ conſulat. ibid. g. & ſeq.*
*Aduocati, quando debeant reſtituere ratione vſuræ per eos exactæ. ſer.35. 238.f.g*
*Aduocati, quando reſtituere teneantur. ſermo.34. 228.h. & ſeq.*
*Affectiones inordinatæ, quæ ſint cauſa infidelitatis, & hæreſis. ſer.27. 187.e*
*Affectiones omnes ad ſpem, & timorem reducuntur. ſer.30. 204.h*
*Affectionum quatuor venti. ſer.21. 142.d*
*Affines, & cognati tenentur infirmis ſuadere ad cogitandum de animæ ſalute. ſermo.13. 86.h. & ſeq.*
*Agilitas tria requirit. ſer.62. 526.b*
*Alexander in perſona ſacerdotis adorauit Deum. ſer.20. 132.f*
*Altare, cur ſic dictum, & quid ſignificet. ſer.15. 96.d*
*Amana, quid ſignificet. ſer.61. 526.a*
*Amen, quid ſignificet. ſer.6. 42.c*
*Amentia eſt detractionis origo. ſer.23. 154.b*
*Amor, quid ſit. ſer.27. 184.d*
*Amor Dei nunquam eſt otioſus, & magna operatur. ſer.43. 318.e*
*Amor ſui eſt beſtia, quæ habet ſeptem capita. ſer.5. 30.f*
*Amor parentalis periculoſus. ſer.16. 106.b*
*Amor peccandi impedit pœnitentiam. ſermo.19. 122.h*
*Amor peccandi eſt puteus abyſſi. ſer.19. 123.c*
*Amor, vide etiam, charitas, & dilectio.*
*Amoris formæ effectus, qui. ſer.18. 119.b*
*Amoris vis maxima. ſer.57. 482.g*
*Angeli aſſiſtunt templo Dei. ſer.20. 130.c*
*Angeli ſaluati per Chriſtum. ſer.59. 497.e*
*Angeli Chriſti fide ſaluati. ſer.59. 496.d*
*Angeli boni vicerunt malos, ſed non proprijs viribus ſer.60. 509.e*
*Angeli cognouerunt myſteria Chriſti ex reuelatione. ibid. g.h.*
*Angeli amor in Deum, quantus. ibid. 510.b*
*Angeli creati boni. ſer.60. 500.g*
*Angeli in gratia conſtituti per meritum Chriſti. ſer.60. 502.h*
*Angeli, & homines ſunt fratres. ſer.60. 507.d*
*Angeli, & homines, cur Dei oues dicantur. ſer.51. 381.g*
*Angeli inter ſe ſpecie diſtinguuntur. ſer.60. 502.c. & ſeq.*
*Angeli delectantur in humanitate Chriſti. ſer.57. 477.c*

*Angeli ſuperbientis nomina ſeptem.ſer.60. 505.d.& ſeq.*
*Angeli,quomodo peccauerint.ibid.* 504.f.g
*Angeli eruditi,& humiliati per naturam inferiorem.ibid.* 507.d.e
*Angeli,quomodo appareant.ſer.55.* 420.a
*Angeli, quo pacto intrarunt ad fruitionem æternæ beatitudinis.ſer.60.* 507.c.d
*Angeli vicerunt propter ſanguinem agni. ibid.b*
*Angeli de tribus gaudent.ibid.* 506.g
*Angeli non ſine probatione regnum æternum ſunt conſecuti.ibid.* 507.a
*Angeli non egebant redemptore, ſed mediatore.ibid.* 508.d
*Angelis reuelata fuit filij incarnatio. ſer.6. 37.a*
*Angelis facta eſt reuelatio incarnationis. ſer.59.* 496.b
*Angelorum,& hominum auerſionis gradus diuerſi.ſer.60.* 505.e
*Angelorum præmia.ibid.* 508.b.& ſeq.
*Angelorum pulchritudo.ibid.* 501.c
*Angelorum morulæ,antequàm beati fierent. ibid.* 502.b.& ſeq.
*Angelorum ordines,& hierarchiæ,quomodo differant.ibid.e.f*
*Angelorum pulchritudo,quanta.ibid.f*
*Angelorum numerus,quantus.ibid.a.b*
*Angelorum pugna,qualis.ibid.* 503.d.e
*Angelorum bellum in cœlo factum explicatum.ibid.c.& ſeq.*
*Angelos inter ſe pugnare poſſe.ibid.*
*Angelus primus, quomodo fuerit accuſator aliorum.ibid.* 507.g
*Angelus cuſtos datus cuiq; hoĩ.ſer.20.130.c*
*Angelus domini, interdum eſt diabolus. ſermo.50.* 378.b
*Angelus contritionis ſymbolum.ſer.12. 76.b*
*Angelus malus, cur princeps mundi dicatur.ſer.60.* 506.b
*Angelica ſalutatio,qualis ſit.ſer.52.* 384.g
*Angelica in ſalutatione tria conſideranda. ſer.52.* 384.h
*Angelicæ ſalutationis tria myſteria.ib.385.e*
*Angelicæ naturæ tres dignitates.ſe.60.506.f*
*Aĩa varijs ſordidatur peccatis.ſer.44.325.h*
*Anima,magna res eſt.ſer.51.* 382.b
*Anima facta,& apta ad amãdũ.ib.380.c.d*
*Anima neceſſario amat.ibid.d*
*Anima,quomodo dicatur facta ad imaginẽ, & ſimilitudinem Dei.ibid.c.d.e*
*Anima,quãtũ fuerit dilecta a Deo.ibi.382.g*
*Anima,qũo cũ Deo copuletur.ſer.62.* 527.e
*Anima tribus virtutibus redditur Deo grata.ibid.f*
*Anima per tres gradus tendit in obliuionem Dei.ſer.24.* 162.d.& ſeq.
*Anima triplici timore infirmatur.30.* 201.d
*Anima ſua dignitate omnes excellit creaturas,ſimul ſumptas ſer.51.* 377.a
*Anima non eſt plene beata, niſi ei corpus reſtituatur.ſer.63.* 531.g
*Anima ſua dignitate infinities ferè excedit cœli pulchritudinem.ſer.51.* 379.g
*Anima in qualibet parte corporis eſt.ſer.30. 203.h*
*Anima ad imaginem Dei formata, tres habet potentias.ſer.62.* 527.b
*Anima in die iudicij, a quibus accuſetur. ſer.14.* 93.h.94.a.& ſeq.
*Animarum regimine nulla ars difficilior. ſer.15.* 97.g
*Animarum cura,ars artium.ibid.h*
*Animæ vident Deum ante diem iudicij. ſer.55.* 466.b
*Animæ pedes,qui.ſer.30.* 204.h.& ſeq.
*Animæ,cum Deo cõparatio.ſer.51. 380.f.g*
*Animæ capacitas quæ,et quãta.ſer.62.527.c*
*Animæ natura, viginti modis comparata cum Deo.ſer.51.* 380.b.& ſeq.
*Animæ pulchritudo, quanta ſit,declaratur ſimili.ibid.a.b*
*Animæ cubiculum eſt corpus.ſer.65.* 553.e
*Animæ tria beneficia collata ſer.51.* 375.b
*Animæ quanta magnitudo.ibid.* 379.d
*Animæ dignitas ex creaturis cognita.ibi.d.e*
*Animæ dignitas cognoſcitur illuſtratione diuina.ibid.g*
*Animæ dignitas, quibus auxilijs cognoſci poſſit.ibid.* 376.a.& ſeq.
*Animæ pulcherrima deſcriptio, & eius elegans explicatio.ibid.b.& ſeq.*
*Animæ dignitates vigintiquinque.ibid.h*
*Animalia noua nondum viſa per ſeminis cõmixtionem generari poſſunt.ſer.10.* 67.f
*Annulus matrimonialis, quid ſignificet. ſermo.48.* 354.d.e
*Apocalypſis,quid ſignificet.ſer.49.* 361.h
*Apum naturã longo tempore non cognouit quidam philoſophus.ſer.51.* 378.f
*Apparitio duplex.ſer.57.* 486.d
*Arbores fortes,& magnæ,q̃ ſint.ſer.8.* 49.f
*Arca vnde ſic dicta.ſer.59.* 496.d

*Arca*

INDEX.

*Arca myſtice,quid ſignificaret.ibid.d*
*Arca teſtamenti myſtice ſacerdotes ſignificat.ſer.20.* 135.h
*Arma ſpũalia,quæ ſint.ſer.66.* 561.a.et ſeq.
*Arma multa, quibus contra dæmonem nos muniri poſſumus.ſer.55.* 460.d.e.f
*Arrogantia,vnde oriatur.ſer.6.* 40.b
*Ars ſonandi quatuor requirit.ſer.65.* 553.h
*Ars difficillima,aĩarũ regimen.ſer.15.97.g*
*Artem,qui exercet, debet ſcire,an ſit licita. ſer.36.* 251.g
*Artes quas exercere, aut non exercere liceat.ibid.* 250.h.& ſeq.
*Artes indifferenter,quæ.ibid.*
*Artes pernicioſæ,quæ,& an ſit peccatum eas exercere.ibid.* 251.d.e.f
*Artes alias ex ſe non malæ, quæ poſſint prohiberi.ibid.f*
*Artium tria genera.ſer.36.* 250.g
*Artiũ malarũ inuentor lucifer.ſer.42.307.h*
*Artifices omnes tenentur ſcire, & exequi diligenter ſuam artem.ſer.34.* 230.b
*Artifices ornamentorum, an peccent inueniendo curioſa.ſer.36.* 251.h
*Artifices vanitatum multis modis peccant. ſer.46.* 339.g.& ſeq.
*Artifices,q̃ per ſuas artes ſunt cauſa, vt alijs inferatur nocumentum, ad quid teneãtur. ſer.36.* 250.f.& ſeq.
*Artifices vanitates inuenientes damnati. ſer.44.* 325.b
*Articuli fidei ſunt portæ regni cœleſtis. ſermo.66.* 564.h
*Articuli,qui explicite credendi.ſer.3.21.b.c*
*Articuli fidei,vnde cognoſci poſſunt.ibid.b*
*Aſtrologia iudiciaria dãnata.ſer.10. 64.a.b*
*Attritio et cõtritio,qũo differãt.ſer.12. 76.f*
*Attritio,quid efficiat.ibid.g*
*Attrito homini,q̃d Deus tribuat.ſer.12.77.d*
*Attritio,quantum valeat.ibid.*
*Auaritia,quãtũ diſpliceat Deo.ſ.11.68.d.e.f*
*Aue,quid ſignificet ſer.52.* 385.g
*Auicennæ opinio de vera fælicitate.ſer.1.7.e*
*Aurea beatorũ ẽ p̃miũ ſubſtãtiale.64.543.h*
*Aurea,cur detur beatis.ibid.* 545.f
*Aureola beatorum,quid ſit.ibid.* 544.b.d.e
*Aureola,cur ſic dicta.ibid.d*
*Aureola,quibus debetur.ibid.e.f.g*

B

B*Arrateria,vide infra, Ludus.*
*Baſan,quid ſignificet.ſer.50.* 371.b
*Beati ſunt cœli,in quibus Deus eſt.ſer.6.37.f*
*Beati habebũt omnes ſenſus perfectos.ſer.63. 539.c.& ſeq.*
*Beati omnes,quot modis communicabũt alijs ſuam beatitudinem.ibid.* 541.d.& ſeq.
*Beati,qua ætate erunt in patria.ibid.* 539.a
*Beati,an moueãtur motu locali.ſer.65.554.d*
*Beati perpetuo Deũ benedicunt.ſer.41.303.g*
*Beatitudo,quid ſit ex Aug.ſer.63.* 530.h
*Beatitudo animæ redundat in corpus. ibid. 536.f.g*
*Beatitudo,quãti empta a beatis.ſer.65.552.c*
*Beatitudo animæ principaliter in voluntate. ſer.62.* 530.f
*Beatitudo,vide etiam,Gloria.*
*in Beatitudines duo ſpectantur.ſer.61.* 523.c
*Beatitudinis æternæ magnitudo,quanta. ſermo.51.* 384.c
*Beatitudinis magnitudo,quãta.ſer.53.531.d*
*Beatitudinis æternæ explicatio.ſ.66.564.b.c & ſeq.*
*Beatorum gloria deſcripta.ſer.11.* 74.g
*Beatorum cantus,triplex in patria.ſer.554.e*
*Beatorum cantus vocalis.ibid.* 555.b
*Beatorũ gaudiũ de ſocietate.ſer.64.* 549.c.d
*Beatorum exercitia,quæ.ſer.65.551.a.et ſeq.*
*Beatorum turba,cur innumerabilis dicatur. ſer.66.* 563.f
*Beatorum dilectio erga Deum, quanta. ſermo.59.* 500.c.d
*Beatorum gaudium triplex.ſer.64.* 547.h.& ſeq.
*Beatorum tria præmia.ſer.62.* 528.d
*Beatorum delectatio per odoratum,quanta, & qualis.ſer.63.* 541.g.h
*Beatorum delectatio per auditum, quanta. ibid.* 542.a.b
*Beatorum corporum ſplendor, quantus. ibi.d*
*Beatorum delectatio ex pulchritudine.ibid.g*
*Beatorum tres differentiæ.ſer.61.* 523.e
*Beatorum accidentalis gloria explicata. ſermo.64.* 543.e.& ſeq.
*Beatorum ſecuritas de ſua beatitudine. ſermo 63.* 531.a
*Beatorum gloria eſſentialis, cur aurea nominetur.ſer.64.* 544.b
*Beatorum corporum dotes explicatæ.ſer.63. 532.d.& ſeq.*
*Beatorum gloria accidentalis ex viſione Beatæ Virginis.ſer.61.* 523.c.& ſeq.
*Beatorũ gaudij cauſæ quatuor.ſer.65.* 552.e
*Beatorum tripudium explicatum.ibid. 551. c.d.& 553.a.& ſeq.*

*Beatorum,*

Beatorum, ſeu electorum exercitus deſcriptus ſer 66. 558.c.& ſeq.
Beatorum exercitus capitanei, qui. ibidem 559.d.& 560.a
Beatorum corpora non erunt tenuia. ſer. 63. 534.g
Beatorum corpora, an futura colorata. ibidem a.b
Beatorum numerus ſignatus. ſer.65. 558.d
Beatorum viſio corporalis, qualis futura. ſer.63. 539.d.e.f
Beatorum guſtus corporalis, qualis futurus. ibid. 540.a
Beatorum corpora omni carebunt deformitate.ibid.d
Beatorum corpora habebunt vngues, & capillos. ibid.h
Beatorum corpora habebunt inteſtina. ibidem 541.c
Beatorum cantus intellectualis.ſer.65.555.h
Beatorum laudes, quibus Deum celebrabũt. ibid. 556.a.& ſeq.
Beatorum locus & patria, quanta ſit. ſer.65. 551.d.e
Belum, idoli nomen. ſer.10. 60.a.b
Bellum hominis interius contra ſe per actus intellectus. ſer.2. 13.c.d
Bellum ad ſpirituale, quomodo aliquis armandus ſit. ſer.66. 561.e
Bellum gerentes, quomodo reſtituere debeãt. ſer.33. 224 b.& ſeq.
Benedictio, quid ſit. ſer.9. 57.e
Beneficia quæ recipiantur in eccleſia. ſer.20. 130.e
Bene viuere, quid ſit. in prœmio. 1
S. Bernardus, qua ratione quendam a mala conſuetudine reuocauerit. ſer.21. 146.g.h
Blaſphemia eſt ſermo infernalis. ſer. 41. 304.a
Blaſphemia B. Virginis grauiter punita in lege Machometi.ibid. 305.e
Blaſphemia eſt grauius peccatum, quàm homicidium.ibid. 300.h.301.a
Blaſphemia directe tendit contra Deum. ibid. 299.e.f
Blaſphemia duplex, repentina, & ex habitu.ibid.
Blaſphemia triplex.ibid. 298.g
Blaſphemia affirmatiua, quæ ſit.ibid.
Blaſphemia omnis eſt in Deum.ibid.
Blaſphemia eſt grauiſ. peccatum, quia eſt contumelia in creatorem.ibid. 301.g
Blaſphemia dupliciter fieri ſolet.ibid.h
Blaſphemia addit ſupra infidelitatem, & hæreſim.ibid. 300.d
Blaſphemia, & ſpiritus blaſphemiæ, quomodo differant.ibid.a.b
Blaſphemia ex triplici cauſa fit.ibid.a
Blaſphemia comprehendit in ſe multa horribilia mala.ibid.c
Blaſphemia immediate offendit Deum, & proinde omnibus peccatis grauius. ibi.f.g
Blaſphemia diſcernit filios diaboli a filijs Dei.ibid. 303.a
Blaſphemiæ duodecim terribilitates. ibidem 298.g.& ſeq.
Blaſphemiæ ingratitudo.ibid. 302.d
Blaſphemi ſunt Iudæis deteriores, qui non poterant blaſphemias audire.ibid. 300.e
Blaſphemi acriter reprehenſi.ibid. 301.c
Blaſphemi puniri deberent a principibus. ibid. 306.f
Blaſphemi ſunt inferni ciues.ibid. 304.b
Blaſphemi miraculoſe a Deo puniti. ibidem 305.g.h
Blaſphemi ponunt ſibi Deum in ſignum. ibidem 303.c
Blaſphemis reſiſtendum eſt.ibid. 307.f
Blaſphemos, qui non impediunt cum poſſint, ſunt blaſphemiæ participes.ibid. 306.b
Blaſphemos punientes iuuantur Sanctorum precibus.ibid. 307.a
Blaſphemorum linguæ, ſunt dæmonum fiſtulæ.ibid. 304.b
Blaſphemorum qui ſint participes. ibidem 306.b.c.& ſeq.
Blaſphemus ex qua patria ſit, ex eius loquela cognoſcitur.ibid. 303.g
Blaſphemus ingratus de beneficio incarnationis, cum Chriſtum blaſphemat, eſtq; Iudæis nequior.ibid. 302.f
Blaſphemus in Chriſtum, non minus peccat, quàm, qui eum crucifixerunt.ibid.f
Blaſphemus, ſua lingua quaſi gladio Deum ſcindit.ibid. 303.a
Blaſphemus, ſi poſſet in cœlum mittere manus, Deum & Sanctos ſcinderet, vt quidam imagines ſcindunt.ibid.
Blaſphemus morte dignus, quia patri maledicit.ibid. 301.e
Blaſphemantium duodecim maledictiones. ibid. 304.c.& ſeq.
Blaſphemantium punitiones ſeptem. ibidem 305.a

Bona



Bona maiora non conſeruantur, niſi laborioſe fuerint acquiſita. ſer.5. 51.b
Bona corporis, & externa non ſunt contemnenda, niſi ob bonum animæ. ſer.36.256.h
Bona temporalia ſublata, vt reſtituenda ſint. ſer.37. 257.g.& ſeq.
Bona tẽporalia, quæ dat Deus peccatoribus, cuiuſmodi ſint. ſer.22. 149.e
Bona opera non noſtra, ſed Dei ſunt. ſer.26. 179.h
Bona opera per peccatum mortificata reſtituantur per pœnitentiam. ſer.40. 297.d
Bona quæ ſequantur ex abuſu bonorum, quæ Deus dat peccatoribus. ſer.22. 151.a.b
Bona fides in emenda re aliena, quid valeat. ſer.34. 232.f
Bonitatis participatio, duplex. ſer.29. 196.a
Bonum triplex. ſer.48. 355.c
Bonum maius, quod eſſe dicatur. ſer.41.300.d
Bonus vir debet habere quatuor in ſe. ſer.28. 192.d

C

CAlceamenta, quid ſpiritualiter deſignent. ſer.24. 166.a
Canonici libri, & eorum quibus attribuuntur. ſer.1. 5.e
Canonici libri, quomodo recipiendi. ſer.1. 5.g
Canonici libri quanta diligentia ſint recepti. ibid. 6.b
Caput cur inclinare debeamus. ſer.9. 54.g
Caput ornatum mulieris, quas contineat ſtultitias. ſer.47. 349.d.& ſeq.
Caput mulieris eſt Babylonica turris. ſer.47. 349.f
Caput ornatum mulieris, eſt vexillum diaboli.ibid. 350.a
Caput ornatæ mulieris, quid ſit.ibid. 349.c
Capita mulierum ſunt diaboli laquei. ibidem 351.d.& ſeq.
Cara carè venduntur. ſer.65. 552.c
Caro, quomodo nos tentet. ſer.6. 41.e
Carnem quiſque domare poteſt per ieiunium. ſer.5. 27.h.28.a
Caſtitas facit puram, & pulchram animam. ſer.16. 106.a
Caſtitate ſubijcitur homini eius corpus. ibidem. 103.c
Cathedræ nomine, quid deſignetur. ſer.20. 128.f
Cauda mulierum, vide etiam, mulier.
Caudarum inuentor diabolus. ſer.47. 347.b
Caudæ in veſtibus muliebribus, quãdo introductæ. ſer.44. 324.
Caudæ veſtium mulierum ſunt gladius, quo multi occiduntur. ſer.47. 348.h
Caudæ veſtium latiſſime damnatæ, & quæ in illis abuſiones continuentur. ibid. 346.g.& ſeq.
Caudæ veſtium mulierum, quid ſint.ibid.
Caudæ mulierum, ſunt quadrigæ dæmonum. ibid. 348.g
Cauſa efficax, quæ nuncupetur. ſer.46. 339.h
Cauſa ſecundaria verè dicitur cauſa. ſer.32. 226.c
Cauſa ſecundaria eſt ſimpliciter cauſa. ibidem. 216.g
Cæcus cani de via, & baculo de aqua profunda credit; & de animarum ſalute martyribus, & Chriſto non creditur. ſer.1.c.8.e. & ſer.27.c.184.e
Cœlum triplex. ſer.6. 37.d.e
Cœlum vnde dictum. ſer.61. 518.f
Cœlum quid deſignet. ſer.60. 505.b
Cœli altitudo, quanta ſit. ſer.51. 377.g
Cœli viæ duæ. ſer.66. 565.g
Cœlo de tria fides docet. ſer.51. 379.b
Centurionis hiſtoria, myſtice explicata. ſer.6. 34.e
Cæremoniæ eccleſiæ, quorſum referendæ. ſermo.9. 56.b
Cerui natura. ſer.49. 364.b
Cæſar pro Deo haberi voluit. ſer.10. 60.c
Charitas, vide etiam, amor, & dilectio.
Charitas non eſt ſine dilectione Dei ſupra omnia. ſer.12. 78.a
Charitas non eſt, quæ propriam deſtruit charitatem. ſer.15. 99.d
Charitas, quomodo remanebit in patria. ſermo.43. 319.a.b
Charitate ſine ſaluatur nemo. ſer.13. 82.e
Charitatis actum peccatorem habere in fine vitæ, cur ſit difficile.ibid. 81.f.g
Chryſtallus, quomodo fiat. ſer.21. 139.h
Chriſti prima dignitas, quæ. ſer.59. 493.e
Chriſti pedes, qui.ibid.
Chriſti dignitas, & gloria ſer.61. 515.f.g
Chriſti tres eminentiæ. ſer.59. 494.f
Chriſti dignitas, & eminentia ſupra omnes creaturas.ibid.h
Chriſti manſuetudo. ſer.58. 418.a
Chriſti amor in nos ĩ ſua morte. ſer.55. 447.h
Chriſti ſpiritus, quem patri commendauit, qui ſit.ibid.
Chriſti meritum, quale. ſer.60. 507.e

Chriſti

Chriſti ſitis erga nos triplex.ſer.55. 444.e.f
Chriſti ſitis in cruce poſiti, quotuplex. ibidem. 443.h
Chriſti voluntas ſine paſſione ſatis fuiſſet ad redemptionem.ibid. 364.a
Chriſti largitas in ſatisfaciendo.ibid.b.
Chriſti gutta ſatis ad ſatisfaciendum.ibid.c.
Chriſti depoſitio de cruce.ibid. 452.g
Chriſti ſepelitio.ibid. 453.d
Chriſti apparitiones poſt reſurrectionem variæ.ſer.57. 480.c.& ſeq.
Chriſti vocis energia, et virtus.ſer.55. 412.d
Chriſti conſtantia.ibid.f
Chriſti latus lancea percuſſum.ibi.451.b.c.d
Chriſti crura, & oſſa, quid ſignificent. ibid.d
Chriſti ſolius mors potuit nobis ſufficere. ibidem. 466.e
Chriſti paſſio pro peccatis noſtris.ibi.406.b.c
Chriſti conſummatio in cruce, triplex. ibidem. 445.f.g
Chriſti meritum potuit Angelis prodeſſe, etiã ſi nondum Chriſtus fuiſſet.ſer.60. 507.f
Chriſti corpus in hoſtia, cur ſub ſpeciebus velatum ſit.ſer.56. 468.h
Chriſti doctrina, qualis ſer.55. 434.f
Chriſti oratio in horto facta explicata. ibid. 408 a.& ſeq.
Chriſti in cruce pendentis clamor, quantus. ſer.30. 206.b.c
Chriſti clamor in die iudicij quantus.ibid.e
Chriſti clamores quibus terruit peccatores. ibid. 205.e.& ſeq.
Chriſti pro anima peregrinatio, eius dignitatem oſtendit.ſer.51. 382.c.d
Chriſti labores pro animæ humanæ salute quanti.ibid.
Chriſtus ſiue pauperes, quando ſuccedant in rebus reſtituendis. 284.f
Chriſti varia nomina.ſer.55. 457.a.& ſeq.
Chriſti in paſſione tria conſideranda.ibid.f
Chriſti amor in omnes partes fuſus.ibid.g
Chriſti innocentia cognita ab omnibus, quàm a Iudæis.ibid. 426.f
Chriſti veſtis in quatuor partes ſciſſa. ibid. 435.a
Chriſti tunica inconſutilis, quid ſignificaret. ibid.b.
Chriſti largitas in cruce oſtenſa.ibid.h
Chriſti paſſio, quomodo ſe habeat ad remiſſionem peccati. ibid. 464.g
Chriſti vox in iudicio.ſer.11. 70.g
Chriſti triumphalis maieſtas in die iudicij. ibid. 71.g.& ſeq.
Chriſti latus apertum non vulneratum, cur. ſer.55. 451.h
Chriſti ſententia in die iudicij irreuocabilis. ſer.11. 74 d.& ſeq.
Chriſti iudicantis maieſtas, qualis. ibidem 71.a.& ſeq.
Chriſti in cruce poſiti tres confœderationes. ſer.55. 441.& ſeq.
Chriſti proditio in paſſione explicata. ibid. 411.d.& ſeq.
Chriſti increpatio contra animam peccatricem in die mortis.ſer.14. 93.g
Chriſti cor accenſa fornax.ſer.55. 432.f
Chriſti amor erga crucifixores.ibid.h
Chriſti oratio in cruce, Dimitte illis, &c. quomodo intelligenda.ibid. 433.a
Chriſto morienti omnis creatura compatitur.ibid. 449.c
Chriſtum pati, cur fuerit neceſſe. ibid.454.f. & ſeq.
Chriſtum poſt reſurrectionem apparuiſſe primum Petro.ſer.57. 484.g
Chriſtum, an apparuerit B.Virgini, cur Euangeliſtæ non dicant.ibid. 485.g.h
Chriſtum poſt reſurrectionem apparuiſſe primum B.Virgini.ibid. 486.a
Chriſtus, cur proprio ore orationem Dominicam fecerit.ſer.6. 34.h
Chriſtus, quomodo in cruce a patre derelictus.ſer.55. 442.f
Chriſtus paſſus eſt, vt minueret diaboli imperium.ibid. 459.c
Chriſtus paſſus eſt, reſpectu Patris.ibi.454.f. Reſpectu ſui.455.f. Reſpectu Spiritus ſancti.457.d. reſpectu dæmonis.458.e.f. contra peccatum originale.461.c. & propter nos. 463.b
Chriſtus Angelorum Rex, quia pro omnibus gloriam meruit.ſer.59. 498.f
Chriſtus vniuerſalis mediator omnium.ibid. 495.e.f
Chriſtus habet poteſtatem vniuerſalis meriti.ſer.60. 507.c
Chriſtus honorauit ſacerdotes.ſer.20. 134.b
Chriſtus, quomodo in morte inclinauerit caput.ſer.55. 448.e
Chriſtus, doctor, martyr, & virgo. ſer.64. 545.h
Chriſtus finis omnium.ſer.55. 447.f
Chriſtus quanta charitate ſe nobis det, in Euchariſtia.ſer.56. 469.f

Chriſtus.



Chriſtus cur voluerit in cruce mori. ſer.55. 454.b
Chriſtus per paſſionem meruit ſui nominis clarificationem.ibid. 456.d.e
Chriſtus, & Ieſus. quid deſignent.ibid.e f
Chriſtus, cur in Hieruſalem pati voluit.ibid. 433.f
Chriſtus in cruce poſitus omni ex parte nudus.ibid.g
Chriſtus, ante & poſt cibum gratias Deo agebat.ibid. 406.h
Chriſtus pauper natus, & pauper mortuus eſt.ibid. 434.h
Chriſtus lignum humile dictus.ſer.60. 507.c
Chriſtus primogenitus mortuorum. ſer.57. 478.e
Chriſtus captus, quomodo, & quando. ibid. 413.f
Chriſtus quantæ fuerit paupertatis. ſer.50. 368.c
Chriſtus coronatus ſpinea coronea. ſer.55. 425.f.g
Chriſtus redemit genus humanum a quadruplici corruptione ſer.56. 467.a
Chriſtus orando, quomodo factus in agonia. ſer.55. 409.e
Chriſtus, vt homo, cur mirabiliter honoretur.ſer.59. 489.e.f.& ſeq.
Chriſtus quantum diligatur a beatis. ibid.d. & ſeq.
Chriſtus Angelorum mediator. ibidem. 496.b
Chriſtus, quomodo portauerit crucem.ſer.55. 455.g.h
Chriſtus, quomodo confortatus ab Angelo in horto.ibid. 410.d.& ſeq.
Chriſtus orandi formam nobis præſcripſit. ibid. 409.b
Chriſtus cur percutienti non præbuerit alteram maxillam.ibid. 415.e.f
Chriſtus tria operatus eſt pro animæ ſalute. ſer.51. 383.b.c
Chriſtus in cruce poſitus omnes ad ſe vocat. ibid.h
Chriſtus in cruce poſitus, omnia ad ſe, quomodo traxit.ſer.55. 444.h.& ſeq.
Chriſtus paſſus eſt in omnibus membris. ibi. 445.h
Chriſtus quas potentias moriendo confregerit.ibid. 461.d
Chriſtus glorificatus in Angelis bonis, & malis.ſer.59. 497.b.& ſeq.
Chriſtus totius gratiæ auctor. ſermo.55 443.e.f
Chriſtus nullum verbum otioſum pronunciauit.ſer.30. 205.h
Chriſtus morte ſua ſanctos liberauit.ſer.55. 462.c
Chriſtus duo per ſuam paſſionem meruit. ibid.g
Chriſtus ductus eſt Angelus.ſer.11. 69.b
Chriſtus eſt lapis angularis. ſermo.6.36.h. 37.a
Chriſtus quanta ex charitate mortuus ſit. ſer.55. 464.d
Chriſtus cur finxerit ſe longius ire. ſer.32. 218.d.e
Chriſtus cur fuerit dignus aperire librum, & ſoluere ſeptem eius ſignacula. ſer.55. 466.a
Chriſtus cum eſſet Rex, quomodo negauit ſe Regem eſſe.ibid. 421.a
Chriſtus occurrit omnibus morientibus. ſermo.14. 93.e
Chriſtus ſolum ex cauſa finali morti ſubiectus.ſer.55. 463.c
Chriſtiana lex honeſta continet præcepta, & & doctrinam.ſer.1. 7.b
Chriſtiana fides ſi erraret, error tribuendus eſſet Deo.ibid. 9.b
Chriſtianæ religionis fundamentum eſt fides.in proœm. 2
Chriſtianæ fidei firmitates duodecim. ſermo.1. 3.a
Chriſtianis ſolis præceptum eſt, vt vocent Deum patrem.ſer.6. 36.a
Chriſtianus quid potiſſimum petere debeat. ibid. 38.d
Chriſtianus quis dici non poſſit. ſermo.46. 343.a
Cibus dæmonis, qui ſit.ſer.24. 162.g
Cibi ſuperfluitas generat morbos varios.ſermo.5. 30.b
Circunſtantiæ, quæ aperiendæ in confeſſione. ſer.15. 101.e
Circunſtantiarum peccatorum varia genera.ibid.f
Ciuitas eſt ciuium vnitas.ſer.66. 564.d
Ciuitates quando debeant reſtituere ratione vſurarum exactarum.ſer.35. 239.a
Cognitio ſui neceſſaria.ſer.51. 375.e.f
Cognoſcitur aliquid tripliciter. ſermo.62. 530.a
Collaudatio, quid ſit.ſer.9. 57.e

Collyrium, quid ſignificet. ſer. 54. 397.c
Collyrium, quid ſit. ſer. 8. 50.f
Colloquia peruerſa inficiunt animam. ſer. 25. 172.f.g
Comeſſatio, & ebrietas, ingenium obruunt. ſer. 5. 29.e
Communio cum reuerentia, & diſcretione ſumenda. ſer. 53. 392.a
Communio, vide etiam, Euchariſtia.
Communio in pluribus caſibus neganda, vel differenda eſt. ibid. 393.f
à Communione qui, & quantum abſtinere debeant. ibid. f. & ſeq.
Communione indignum, quibus modis peccatum hominem reddat. ibid. 394.d.e
Communionem poſt iterum peccare, cur ſit periculoſum, & quæ mala inde oriantur. ibid. g.h
Communionem erga tria hominum genera ſe male habent. ibid. 390.d.e
Communionem erga homo ſeptem habet obligationes. ibid. g. & ſeq.
Communionem non ſumentes, non debent eſſe orationum participes ibid. 393.a.b
Communionem, qui non ſumunt, ab eccleſia expellendi ſunt. ibid. 392.d & ſepultura priuandi eccleſiaſtica. g.h
Communionem ſumpturus, cur debeat abſtinere a copula carnali ſer. 18. 121.f
Communionis ſacramentum, cur ſic dictum, & cur viaticum. ſer. 54. 403.a.b
Communionis neceſſitas ratione temporis, & quanta. ſer. 53. 391.a.b
Communionis ſuſcipiendæ varij vſus. ibi. c.d
Communionis ſumendæ præceptum, qua ætate obliget. ibid. g
Communionis ſuſceptio requirit abſtinentiam a copula carnali ſer. 18. 121.d.e.f
Commutationum æqualitas non conſiſtit in indiuiſibili. ſer. 37. 261.b
Concionator, vide etiam infra, Prædicator.
Concluſio poteſt credi ratione neceſſaria, & probabili. ſer. 32. 216.a
Concordia catholicorum admirabilis. ſermo. 1. 4.b
Concubinarij damnati. ſer. 48. 355.f
Condemnatus ad mortem, an ſi fugiat, ſe reſtituere debeat. ſer. 37. 266.b.c
Confeſſio præparatione requirit. ſer. 15. 95.g
Confeſſio facta ſine propoſito communicandi ſemel in anno, nihil valet. ſer. 53. 393.c
Confeſſio ſemel facienda in anno, quomodo. ſer. 15. 100.d
Confeſſio, quando facienda ibid. e
Confeſſio ſine contritione vana. ibid. 97.e
Confiſſio requirit amaritudinem. ibid.
Confeſſio diſcretionem requirit. ibid. d
Confeſſio triplicem requirit diſcretionem. ib. e
Confeſſio, vide plura infra, Pœnitentia.
Confeſſio peccati obliti, an ſit neceſſaria. ibid. 102.c
Confeſſio debet eſſe integra. ibid. 101.a
Confeſsio de attrito facit contritum. ibid. 100.f
in Confeſsione quæ circunſtantiæ aperiendæ. ibid. 101.e
Confeſsionem ad finem quadrageſimæ protrahere, quàm ſit ſtultum. ibid. 100.f.g
Confeſsiones audire, qui non debeant. ibid. 99.c.d
Confeſsionis effectus varij. ſer. 16. 102.g
Confeſsionis præparatio, triplex. ſer. 15. 96.a & ſeq.
Confeſsionis circunſtantiæ quot, & quæ. ibid. 101.h. & ſeq.
Confeſſario neceſſaria eſt vitæ probitas. ibid. 98.g
Confeſſarios ignorantes, qui adminiſtrare permittunt, mortaliter peccant. ibid.
Confeſſarius ignarus audiendo confeſsiones, mortaliter peccat. ibid.
Confeſſarius, cur debeat eſſe iuſtus. ibid. h & ſeq.
Confeſſor bonus, quanta diligentia quærendus. ibid. 99.e
Confeſſor, qualis eligendus. ibid. e.f
Confeſſor, qualiter ſe gerere debeat erga artifices. ſer. 36. 251.g
Confeſſor conſulendus debet eſſe peritus, & ſpiritualis. ſer. 17. 114.c
Confeſſor proprius, qui dicatur. ſer. 15. 99.b
Confeſſor, quæ teneatur ſcire. ibi. 98.b. & ſeq.
Confeſſor debet ſcire dirigere pœnitentem. ib.
Confeſſor, qui cum periculo ſuæ animæ audiat confeſsiones. ibid. c
Confeſſores ignorantes qui quærunt, quid faciant. ibid. f
Confeſſori tria ſunt neceſſaria, vt poſsit peccatori conſulere. ibid. 97.e
Confeſſori neceſſaria eſt ſcientia. ibid. f.g
Confeſſori neceſſaria eſt authoritas. ibid. 99.g
Confeſſoris ſtatus, quàm periculoſus. ibi. 98.a
Confeſſarius debet eſſe iuſtus, & in iuſtitia ſolidatus. ibid. 99.b





Confirmationis ſacramentum, præparat hominem ad pugnam. ſer. 25. 173.b
Confitenda ſunt peccata, cum modo. ſer. 15. 100.h
Confitens non debet ſe excuſare, ſed accuſare. ibid. 101.f
Confitens ſi relinquat aliquod peccatum, quid faciat. ibid. d
Confitentes ſcienter peccata ſua ignoranti ſacerdoti, tenentur iterum confiteri. ibi. 98.e
Confitenti vnum peccatum ſolum, vel non omnia. cur Deus non dimittat illa. ibi. 101.b.c
Confitentibus doloſe, & imperfecte Deus non indulget. ibid. b
Confiteri, quid ſit. ibid. e
Coniugium, & coniux, vide etiam infra, Matrimonium.
Coniugem amare, vt adulteram, fœdum eſt. ſer. 17. 112.c
Coniuges exigendo debitum, quando peccent. ibid. e
Coniuges dupliciter coeunt contra naturam. ibid. g
Coniuges, quibus ſignis cognoſcere poſsint ſe ad reddendum debitum eſſe obligatos. ibidem. 116.c
Coniuges non habent ſui corporis dominium. ibid. 111.g
Coniuges, quomodo debitum reddere debeāt. ibid. 112.a. & ſeq.
Coniuges, quando non debent coire. ibid. c
Coniugum inordinatæ affectionis ſigna. ſermo. 18 117.f. & ſeq.
Coniugum frænum, triplex. ſer. 17. 112.a.b.c
Coniugale debitum debet eſſe diſcretum. ibi. 113.h. & ſeq.
Coniugale debitum cum obedientia reddendum ordinata. ibid. c
Coniugalis obedientia, qualis ſit. ibid. d.e
Coniugalis actus frequentatio, quæ mala pariat. ſer. 18. 118.g. & ſeq.
Coniugalis actus ex triplici circunſtantia redditur malus. ibid. 119.h. & ſeq.
Coniugalis debiti, abuſus tres. ibid. & 120.a
Coniugalis actus, quæ ſit regula. ſer. 17. 114.b
Coniugalis debiti exactio, quando ſit peccatum ven. vel mort. ſer. 18. 121.a.b.c
Coniugalis actus, quatenus conceſſus. ibid.
Coniugati, quid ſcire debeant. ſer. 17. 110.h
Coniugati non excuſantur ſi ignorent, quæ ad ſuum ſtatum pertinent. ibid. 111.b
Coniugatorum debitum. ſer. 48. 356.f
Conſcientia reformata, ortus homo reformatur. ſer. 30. 203.d
Conſcientia bona, eſt theſaurus hominibus. ibid.
Conſcientia, eſt liber apertus. ibid. 204.b
Conſcientia eſt locus pedum Chriſti. ibid. h
Conſcientia eſt regnum Dei. ſer. 6. 38.e
Conſcientiæ teſtimonium, quantum ſit. ſer. 30. 203.d
Conſcientiæ examinatio triplex. ſer. 56. 470.h
Conſcientiæ bene examinatæ ſigna. ibidem. 471.b
Conſenſus multorum in rebus non euidentibus, eſt a cauſa ſuperiore. ſer. 1. 4.c
Conſilia tria de perfectione acquirenda, cur a Chriſto data. ſer. 16. 104.b
Conſilij, & auxilij differentia in damno inferendo. ſer. 34. 227.f
Conſtantini Imperatoris reuerentia in ſacerdotes. ſer. 20. 134.a
Conſtantinus Imperator, quanta reuerentia dignos putauerit prælatos. ibid. 136.d
Conſuetudo mala, bonorum conſuetudine tollitur. ſer. 21. 147.b
Conſuetudo in male agendo inueterata, quàm ſit mala. ibid. 138.d. & ſeq.
Conſuetudo mala animam interimit. ibid. 139.a
Conſuetudo peccandi, remoueri poteſt ex conſideratione malorum, quæ ex ea oriuntur. ibid. 145.g
Conſuetudo peccandi tollit peccati intelligentiam. ibid. 142.e
Conſuetudo quantum poſsit, exemplo demonſtratur. ibid. f.g. & 143.b
Conſuetudo approbata vim legis habet. ſermo. 33. 225.h
Conſuetudo facit, vt peccata nulla videantur. ſer. 21. 143.h
Conſuetudo mala peccandi, quibus remedijs tolli poſsit. ibid. 144.d. & ſeq.
Conſuetudo noua facile tollitur. ibid. e.f
Conſuetudo mala quantum fugienda. ibid. 141.c
Conſuetudo a ratione, & veritate excluditur. ibid.
Conſuetudo ſine veritate, qualis ſit. ibid.
Conſuetudo mala minuit naturalia bona. ibid. e
Conſuetudo mala omnia bona comminuit. ibid. f
Conſuetudo mala, quantum poſsit. ibid. h

Conſuetudo, peccata grauiora facit. ſer.21. 141.a
Conſuetudo mala, conſuetudine contraria tollitur. ibid. 146.g
Conſuetudo ſecunda, natura eſt. ibid. 143.a
Conſuetudo ducit in deſperationem. ibid.d
Conſuetudo mala a bono retrahit. ibid. 139.d
Conſuetudo mala, ligat hominem in peccato. ibid.e
Conſuetudo mala, cor indurat. ibid.h
Conſuetudo mala facit ſeruum diaboli. ibid. 140.c
Conſuetudo mala, facit hominem deſpicabilem. ibid.d.e
Conſuetudine mala, homo per præſcriptionem venit in poteſtatem diaboli. ibid f.g
Conſuetudinis malæ effectus ſeptem peſſimi. ibid. 141.a.& ſeq.
Conſuetudinis quanta vis. ibid. 143.a
Conſulentes damnum illatum, quomodo reſtituere debeant. ſer.34. 228.a
Conſummatum eſt, verbum a Chriſto in cruce prolatum, quomodo intelligendum ſit. ſer.55. 446.h.& ſeq.
Conteri, quid dicatur. ſer.12. 75.e
Contritio debet eſſe de omnibus peccatis. ibid. 77.b
Contritio, qualis eſſe debeat. ibid.
Contritio abundans, quæ ſit. ibid. 79.d
Contritio abundans, non eſt in præcepto. ibid.f
Contritio exuberans, quæ. ibid.g
Contritio requirit amorem. ibid. 78.b.c
Contritio ſufficiens, quæ ſit. ibid.h
Contritio, quæ efficiat in anima. ibid. 79 a
Contritio non requirit neceſſario dolorem ſenſibilem. ibid. 77.g
Contritio, quæ conterere debeat. ibid. 75.g.h
Contritio qua re fieri debeat. ibid.h
Contritio, & dolor de peccato debet eſſe ob amorem Dei. ibid. 78.b
Contritio in quibus potentijs fiat. ibid. 76.d
Contritio quam ob cauſam fieri debeat. ibid.
Contritio, confeſsio, & ſatisfactio, quid efficiant. ibid.e
Contritio quid ſit, & cur ſic dicta. ibid. 75.e
Contritionem veracem habere, eſt difficile. ibid. 77.b
Contritionem habere, cur facile ſit. ibid.f
Contritionis ſignum. ibid.c.d
Contritionis qualitates tres. ibid.e
Contritionis duæ molæ. ibid. 75.b.76.a.
Contritionis dolor, quomodo menſuretur. ibid. 77.b
Contritionis dolor, quantus eſſe debeat. ibid. 78.a
Contritionis contrarietas vnde oriatur. ibid.f
Contritionis veræ effectus. ibid.g
Contritionis triplex gradus. ibid.h
Continentia triplex. ſer.64. 547.b
Contractus dupliciter eſt vitioſus. ſer.37. 259.d
Contractibus in duo ſunt attendenda. ibid. 261.e
Conuerſatio cum bonis peccandi conſuetudinem remouet. ſer.21. 147.a
Conuerſio facienda in iuuentute. ibidem. 144.e.f
Conuerſio ſubita, difficilis. ibid.h
Cornua mulierum damnata. ſer.47. 351.f
Corpus Chriſti eſt ſacrificium ſacrificiorum. ſer.9. 55.e
Corpus glorioſum, an poſsit eſſe cum alio corpore. ſer.63. 535.c
Corpus Chriſti, vide etiam, communio.
Corpora noſtra, vnde habeant imperfectionem. ibid. 532.g
Corpora beata pro ſua voluntate ſe manifeſtabunt. ibid. 534.d
Corporalis creaturæ magnitudo quanta. ſermo.51. 377.f
Correctio qualis eſſe debeat. ſer.20. 137.a
Correctionis finis, qui. ibid.
Corui natura ad ſananda vulnera. ſer.12. 79.c
Creata ſunt omnia propter Chriſtum. ſer.59. 495.a
Creatio animæ rationalis, magis demonſtrat attributa Dei. ibid. 494.d
Creatio rerum non explicata. ibid. 493.h.& ſequen.
Creatura ſex gradibus aſcendit ad Deum. ſer.61. 521.f
Creaturarum magnitudo, & præſtantia, non ſufficit ad cognoſcendam animæ dignitatem. ſer.51. 397.g
Creaturarum corporatarum pulchritudo, quanta. ibid. 577.g.h
Creaturarum varietas, & virtus. ibidem. 378.a.b
Creaturæ cuiuſque viliſsimæ nobilitas maxima. ibid.g




INDEX.


Creaturæ omnes laudant Deum, & blaſphemus ſolus vituperat. ſer.41. 302.e.f
Creaturæ corporalis tres conſiderationes. ſermo.51. 377.b
Credenda ſunt tria neceſſario. ſer.9. 53.e
Credenda non poſſunt eſſe infinita. ſer.3.19.a
Credendi ratio ſola Dei auctoritas. ſer.1.6.d.e
Credendorum ſubtilitas eſt in cauſa, cur non credantur. ſer.27. 183.e
Credendorum fundamentum, quod ſit. ſer.9. 53.e
Credendorum numerus finitas ratione cogitationis. ſer.3. 18.g
Credendorum numerus determinatus ratione affectionis. ibid. 19.b
Credendorum numerus terminatus ratione executionis. ibid.e
Credendorum diuiſio. ſer.3. 17.f
Credendorum varia genera. ſer.27. 185.c
Credere, quid ſit. ſer.2. 16.e
Credere Deo, affert ei gloriam. ibid. 14.c
Credere nolle Deo, eſt ei ignominioſum. ibid.
Credi quæ non poſsint. ſer.27. 185.d
Credibilia non percipiunt, qui auertunt oculos a veritate. ibid. 184.c.d
Creditor rem ſuam clam recuperando, quinque pericula ſubire poteſt. ſer.33. 221.f
Creditor quibus in caſibus non debet velle ſibi ſtatim reſtitui. ſer.38. 272.b
Creditori liceat ne rem ſuam clam recuperare. ſer.33. 221.c
Credulitas miſericordiæ diuinæ effectus, eſt prohibere deſperationem ſalutis. ſer.1. 6.f
Credulitas eſt religionis fundamentum. ibidem. 3.b
Credulitas debet eſſe integra, & ſine errore. ibid. 3.c
Crimen occultum, qui in iudicio negat, an peccet. ſer.36. 225.g.& ſeq.
Crux facta, eſt cathedra ſapientiæ. ſer.55. 456.a
Crux fuit baculus, vel arundo Chriſti piſcantis, & diuinitas eſca. ibid. 458.f
Cruci ex diuina prouidentia titulus affixus. ſer.49. 359.c
Crucis latitudo, longitudo, &c. explicata. ſer.55. 456.c.d
Crucis Chriſti figuræ. ibid. 405.b
Crucis ſalutatio, tempore paſsionis. ibid. 406.a
Crucis Chriſti titulus. ibid. 434.a.b
Crucis titulo, triplex ſpes noſtra inſinuata. ſer.49. 359.c
Crucis titulus, vario idiomate ſcriptus. ibid. 358.h
Crucis titulus, quantum ſit glorioſus. ibid.d.& ſeq.
Cultus Dei qualis eſſe debeat. ſer.2. 13.f.g
Cultus diuinus ſuper quo ædificandus ſit. ſer.3. 17.h
Cultus diuinus tria ſpectat. ſer.9. 54.d
Cultus primus Dei eſt adoratio. ibid.f
Cultus diuini tres actus, circa Dei clementiam. ibid. 57.c.& ſeq.
Cultus ſanctiſsimæ Trinitatis, in quo conſiſtat. ibid. 58.f.g
Cultus qui debetur diuinæ potentiæ, ſapientiæ, & clementiæ. ibid. 54.c.& ſeq.
Cultus externi opus poteſt fieri ex diuerſis virtutibus. ibid. 58.f
Curantur difficilius vulnera mentis, quàm ventris. ſer.13. 82.d
Cupiditas, ſeu amor proprius omnium malorum radix. ſer.16. 103.h
Curioſitas eſt hæreſis cauſa. ſer.27. 185.c
Cuſtodes ex officio, ſi ſint negligentes, an reſtituere debeant. ſer.34. 230.c.d

D

DAmaſcus, quid ſignificet. ſer.43. 321.e
Damnati non ſunt capaces meriti Chriſti. ſer.55. 462.g
Damnatorum multitudo, reddet pœnas inferni grauiores. ſer.19. 125.g
Damnatorum cæcitas in die iudicij, quanta. ſer.11. 74.a.b
Damni illati cauſa, efficiat qui dicantur. ſermo.34. 228.f
Damni cauſam dantes, quo pacto reſtituere debeant. ibid. 226.h.& ſeq.
Damni cauſam dantes, varij; & quomodo reſtituere debeant. ibid. 227.d.& ſeq.
Damnum dupliciter inferri poteſt. ſer.33. 222.f
Damnum corporale triplex. ſer.36. 253.f
Damnum ſpirituale triplex inferri proximo poteſt. ibid. 247.f
Damnum triplex proximo inferri poteſt. ibid.e
Damnum inferentes ſunt in triplici genere. ſer.33. 219.b
Debita licite contracta, quando ſoluenda ſint. ſer.38. 270.g
Debita ſua repetere, quibus, & quando liceat. ſer.28. 191.c.& ſeq.

Debita dimittenda noſtris debitoribus, vide, Iniuriæ.
Debitor poteſt rem alterius habere ſecundum triplicem eius voluntatem. ſer. 39. 285.b
Debitor, quam debeat obtinere licentiam, ſi non ſtatim reſtituat. ſer. 38. 271.c
Debitorum triplex differentia. ibid.
Decimæ non ſolutæ, reſtituendæ ſunt. ſer. 37. 259.a
Decretum, quid ſit. ſer. 55. 461.b
Defectus potius eſt in cauſa a qua manat, quàm in effectu. ſer. 31. 211.a
Delectatio, quid ſit. ſer. 49. 360.g
Delectatio mentem humanam allicit. ſer. 46. 338.a
Delectationis tres gradus, per quos anima tendit in peccatum. ſer. 24. 162.a. & ſeq.
Deliciarum abundantia tres culpas generat, ob quas ſpernendæ ſunt. 371.b
Dæmon habet quoſdam modos ſimulandi opera Dei. ſer. 26. 176.e
Dæmon, quomodo quædam mirabilia faciat. ſer. 10. 67.c.d
Dæmon, quo pacto nos tentet. ſer. 6. 41.f
Dæmon in imaginibus ludificabat gentes. ſer. 10. 60.d.e.f
Dæmon in hora mortis grauius tentat. ſermo. 13. 83.b
Dæmon in idolis reſponſa dare, cur cæperit. ſer. 10. 60.b
Dæmon quid Deo dicet, cum accuſabit peccatorem in die iudicij. ſer. 14. 94.d
Dæmon, vt habeat poteſtatem vexandi corpora. ſer. 55. 460.g.h
Dæmon diſſuaſit Chriſti mortem. ibid. 426.d
Dæmon occulta malitia idololatriam dilatauit. ſer. 10. 67.c
Dæmon diuinæ poteſtati ſubiectus non poteſt, niſi quod illa permittit. ibid. 64.e.f.g
Dæmon, cur hominum corpora obſideat. ibidem. 65.b
Dæmon idololatriam diſſeminauit. ibid. 62.f
Dæmones quo pacto, & cur poſſint futura vere prædicere. ibid. 63.d. & ſeq.
Dæmones multis modis impediunt peccatores, ne accedant ad pœnitentiam. ſer. 19. 122.c
Dæmones ſunt inter ſe concordes. ſer. 25. 170.c
Dæmones quatuor cauſæ, cur poſsint prædicere futura. ſer. 10. 63.c. & ſeq.
Dæmones diſſeminarunt idololatriam ficta potentia. ibid. h
Dæmones triplicem ſui potentiam demonſtrarunt. ibid. 64.a. & ſeq.
Dæmoni attribuere futurorum prædictionem, eſt aperta infidelitas. ibid. 63.d
Dæmonis tentatio magna. ſer. 13. 83.d
Dæmonis malignitas ſer. 10. 65.c
Dæmonis vis Ieſu nomine reprimitur. ſer. 49. 361.b
Dentes, vnde dicti ſint. ſer. 23. 155.h
Deſperatio impedit pœnitentiam. ſer. 19. 227.h
Detractio replicatoria, quæ. ſer. 23. 156.f
Detractio effrænis, quæ. ibid. h
Detractio venenoſa, triplex. ibid. b. & ſeq.
Detractio venenoſa, quæ. ibid. c
Detractio, ſpinæ comparata. ibid.
Detractio oritur ex inuidia. ibid. 145.d
à Detractione omnia originem habent mala. ibid. 160.b
Detractione ex multa ſequuntur mala. ibid. 145.d. & ſeq.
Detractionem audire, quàm ſit pernicioſum. ibid. 159.f.g.h
Detractionem audiens, quibus modis peccare poſsit. ibid. d. & ſeq.
Detractionis cauſæ variæ. ibid. 154.a. & ſeq.
Detractionis ſpecies tres. ibid. 156.c. & ſeq.
Detractionis elegans vituperatio. ibid. 160.e
Detractor, leoni comparatur. ibid. 155.e
Detractor, ſepulchro comparatur. ibid. 157.a
Detractor, comparatur ericio. ibid. e
Detractor, ſuperius, & inferius fætet. ibid.
Detractor, comparatus vrſo. ibid. g
Detractorem audientes, ne peccent, quibus remedijs vti poſsint. ibid. 158.c. & ſeq.
Detractores audientes, quid facere ſoleant. ibid. 156.f.g
Detractores audientium tria genera. ibid. 158.b
Detractores, cur canibus comparentur. ibid. 155.h
Detractores, quomodo audiendi. ibid. 158.e & ſeq.
Detractores fugiendi. ibid. e
Detractores aliorum carnibus ſaturantur. ibid. 155.f
Detractores indigni cibo. ibid. 156.a
Detractori facile credere, & aures præbere, non caret vitio. ibid. 158.b
Detractoribus aures accommodare, quando ſit



ſit peccatum veniale. ibid. 159.b
Detractoris cor poſsidetur a dæmone. ibid. 154.c
Detractoris os, clibani ori comparatum. ibid. 156.g
Detractoris natura deſcripta. ibid. d.e
Detractorum iniquitas quanta. ibid. 153.g
Detractorum linguæ, cur dentes vocentur. ibid. 155.h
Detractorum crudelitas quanta. ibid. f.g.h
Detrahit nemini, qui ſe cognoſcit. ibid. 158.g
Deuotio, quid ſit. ſer. 56. 475.f
Deum amare ſupra omnia, nihil rationabilius. ſer. 1. 7.a
Deum eſſe credere, eſt religionis fundamentum. ſer. 9. 53.f
Deum non eſſe adorandum, dici non poteſt ſine eius contumelia. ſer. 3. 19.f
Deum iurare, quid ſit. ſer. 11. 69.e
Deum creaſſe mundum negare, intolerabilis error. ſer. 9. 53.h
Deum patrem filium genuiſſe negare, eſt maior error, quàm negare Deum eſſe creatorem. ibid. 54.a
Deum cognoſcere, amare, eiq; obedire quiſque de neceſsitate ſalutis tenetur. ſermo. 3. 21.d.e. & c.
Deus ſolus certitudinaliter præuidet futura. ſer. 1. 3.c.d
Deus omni tempore dedit generi humano viam ad ſalutem. ibid. 11.e.f
Deus non derelinquit eos, qui ipſum toto corde quærunt. ibid. f
Deus eſt incomprehenſibilis. ſer. 2. 12.e
Deus non poteſt mentiri. ibid. f
Deus nemini gratiam denegat. ſer. 16. 105.e
Deus occulto ſuo iudicio permittit, vt diabolus quædam operetur. ſer. 10. 66.e
Deus, quomodo regnet in nobis. ſer. 6. 38.f
Deus, cur iuſtos vituperari permittat. ſer. 8. 51.e
Deus, cur permittat iuſtos in hac vita cruciari. ibid. 48.b. & ſeq.
Deus ſolus futura contingentia noſcit. ſermo. 10. 63.b
Deus, quid ſignificet. ſer. 9. 54.d
Deus, quomodo dicitur eſſe in cœlis. ſer. 6. 37.d
Deus eſt vnus. ſer 9. 53.g
Deus, quot modis dicatur pater noſter. ſer. 6. 36.c
Deus, cur dicatur pater noſter. ibid. 36. g.h
Deus tria vult in nobis. ibid. 38.h
Deus, quibus modis poſsit cognoſci. ſer. 4. 23.f
Deus eſt primus pater, cui debetur primus honor. ſer. 29. 194.b
Deus poſt Adæ lapſum, non requirit perfectam rationem æquitatis. ſer. 37. 260.g
Deus non poteſt facere, vt mendacium non ſit peccatum. ſer. 31. 210.c
Deus indignatur contra eos, qui templum violat. ſer. 20. 129.d.e.f
Deus dat proſpera peccatoribus, vt eos ad ſe trahat. ſer. 22. 148.b
Deus non videtur, niſi radio ſuæ lucis. ſer. 27. 185.a. & e
Deus varijs modis offendi ſolet. ſer. 41. 300.f
Deus cur timendus ſit. ſer. 43. 319.f. & ſeq.
Deus lux eſt, quam qui non videt, cæcus eſt. ſer. 27. 184.a
Deus dando bona peccatoribus, triplex nobis dat exemplum. ſer. 22. 149.a
Deus multa facit ad ſuam gloriam, per homines, qui ea non intendunt. ſer. 49. 359.a
Deus multis modis videbitur a beatis. ſermo. 62. 530.b
Deus quieſcit in anima, quaſi in ea ſedens. ſer. 47. 351.h
Deus, cur creauerit omnia propter ſeipſum. ſer. 59. 485.d
Deus interrogat cor, non manum. ſer. 42. 311.d
Deus flagellat populos ob vanitates, & nimios ornatus. ſer. 46. 344.c.d
Deus, cur omnia creauerit. ſer. 59. 493.g.h & ſeq.
Deus, quomodo ex creaturis cognoſci poſsit. ſer. 62. 529.f.g
Deus, cur nos creauerit, et redemerit. ſer. 55. 478.a
Deus odit tres curioſitates. ſer. 44. 322.b
Deus quantum dilexerit animam humanam. ſer. 51. 381.g. & ſeq.
Deus illuminat Doctores eccleſiæ. ſer. 1. 4.f.g
Deus peccatoribus proſpera confert. ſer. 22. 147.e
Deus, cur diligendus ab omnibus. ſer. 65. 556.f
Deus nullum bonum relinquit irremuneratum. ſer. 21. 148.f
Deus, quo pacto ſit amandus. ſer. 43. 320.g.h & ſeq.
Dei miſericordia erga pctõrem. ſer. 24. 165.e

Dei.

Dei potentiæ triplex exhibetur honor. ſer.9. 57.b.& ſeq.
Dei miſericordia larga eſt.ſer. 43.317.c
Dei ſedes,& ſcabellum, quæ ſint. ſermo.30. 205.b
Dei præſentia relucet in templo.ſer.20.129.b
Dei opera ignorantur a nobis. ſer.27. 183.d
Dei nomen ſanctificare,quid ſit.ſer.6. 38.b
Dei iudicia tria generalia.ſer.11. 68.c
Dei indignatio, contra mundum die iudicij. ibid. 69.b
Dei potentiæ triplex debetur cultus. ſer. 9. 94.f.& ſeq.
Dei ſapieotiæ triplex debetur cultus. ibid.56. c.& ſeq.
Dei potentia ob quatuor actus nobis inclinatur. ibid. 55.g
Dei indignatio contra homines.ſer.11.68.g.h
Dei nomen tripliciter in nobis ſanctificatur. ſer.6. 38.a.& ſeq.
Dei regnum triplex.ibid e
Dei facies triplex,quæ a Beatis videtur. ſermo.62. 529.a
Dei iudicia,abyſſus multa ſer. 22. 147.g
Dei ſapientia, clementia, & potentia in conuertendo peccatore.ibid. 148.b
Dei auxilio,vincenda eſt peccati conſuetudo. ſer.21. 145.a
Dei ſapientia,et miſericordia,quanta.ſer.60. 507.d
Dei templum,duplex.ſer.59. 495.b
Dei exercitus,præcones duodecim. ſer.66. 559.c
Dei cancellarij quatuor.ibid.a
Dei, & Mariæ Virginis, in nos charitas. ſer.61. 513.h
Dei præceptum venit ad omnes creaturas. ſer.60. 501.e
Dei ſiuè electorum exercitus,deſcriptus. ſermo.66. 558.e.& ſeq.
Dei cytharæ,quæ.ſer.65. 553.e
Dei verba, quanta cum reuerentia excipienda.ſer.20. 131.c.d
Dei triplex cognitio.ſer.62. 530.b
Dei dilectio in patria erit magna.ibid.d
Dei poſteriora,quæ ſint.ibid. 529.d.e
Dei cultus,in religione neceſſarius.ſer.2.12.g
Dei beneficia ſunt veluti ignes ad calefacienda corda noſtra.ſer.1. 6.b
Dei teſtimonia non poſſunt eſſe falſa. ibid.9.a
Dei ſapientiæ debetur cultus timoris, pudoris,& doloris.ſer.9. 56.d.& ſeq.
Dei cognitio,non pendet a rebus.ſer.10.63.b
Deo quis adhærere dicatur.ſer.26. 178.d
Deo de varij diuerſarum ſectarum errores. ſer.1. 10.c.d.e
Deo iniuria illata eſt grauiſſima per idololalatriam.ſer.10. 62.b.c.d
Deo tres tribuuntur honores. ſermo. 9. 54.e. & ſeq.
Deo viuere,quid ſit.in proœm. 2
Deos ſi mundum diſtribuiſſe, gentium error. ſer.10. 61.b
Deos in orbem introduxit timor.ibid. 59.b
Deorum varia genera.ibid. 61.b
Dij factitij,qui.ibid. 60.h
Dijs pro qui haberi voluerint.ibid.c
Diaboli arma,quæ ſint.ſer.55. 461.f
Diabolus in varias ſe formas transfigurat. ſer.10. 66.h.& ſeq.
Diabolus quibus vitijs muniatur, ne ex corde peccatoris exeat.ſer.23. 145.g
Diabolus,quomodo eiectus de mundo,per paſſionem Chriſti.ſer.60. 506.c
Diabolus,cur dicatur drago.ibid. 505.e.f
Diabolus,cur ſic dictus.ſer.55. 458.g
Diabolus,rex magnus.ibid.h
Diadema beatorum,quid.ſer.64. 547.g
Dies,in quibus ieiunandum eſt. ſermo.5. 32 b.c.d.e.f
Dies alta,allegoricè quid ſit.ſer. 53.390.g
Dies,quid ĩ ſcriptura ſignificet.ſer.60.507.f
Dilectio debet eſſe cum triplici prudentia. ſer.43. 321.d
Dilectio excellit omnes alias virtutes in tribus.ibid. 317.b
Dilectio Dei eſt vita.ibid.h
Dilectio Dei alijs eſt virtutibus efficacior.ſermo.43. 318.d.& ſeq.
Dilectio Dei triplicem utilitatem affert. ibid. 320.e
Dilectio,quomodo remanebit in patria. ibid. 319.a.b.c
Dilectio Dei,qualis eſſe debeat.ibid.320.h
Dilectio debet eſſe dulcis, & vnde iſta dulcedo oriri poſſit.ibid.h.& ſeq.
Dilectio Dei triplici eget fortitudine. ibid. 321.h
Dilectio Dei erga animam humanam,quanta.ſer.51. 381.g
Dilectione ſine, aliæ virtutes non putantur virtutes.ſer.43. 318.a
Dilectionis præceptum, cur ſeruari debeat. ibid. 319.f.& ſeq.





Dilectionis gradus tres.ſer.20. 193.g.h
Dilectionis præceptum, cur dicatur maximum.ſer.43. 317.h
Dilectionis præceptum maximum, quia non deficiet.ſer.43. 319.a
Dilectionis promptæ ſigna quatuor. ſer. 9. 57.g.& ſeq.
Diligendus eſt proximus propter tria ſer.28. 193.d
Diligentes Deum ſperare debent. ſermo.43. 320.b
Diligentibus,quæ Deus promiſerit.ibid.b.c
Difficilia tria iudicauit ſapiens, & quæ illa ſint.ſer.13. 82.e
Digitus manus Dei, eſt Spirituſſanctus. ſermo.11. 69.e
Dionyſij Areopagitæ de ſolis defectu tempore paſſionis Chriſti teſtimonium. ſer. 55. 441.h
Diſcordia ſcelera multiplicat.ſer.25. 173.c
Diſcordia,quid ſit.ibid. 169.a
Diſcordia impedit iuſtitiæ exercitationem. ibid. c.d
Diſcordia, & diſſenſione nihil ſtultius ſub cœlo.ibid. 171.d.& ſeq.
Diſcordia,quæ crudelitatis genera procreet. ibid.h.& ſeq.
Diſcordia nullum malum magis peſtiferum. ibid. 172.c.d
Diſcordia eſt iniuſtitiæ pabulum. ibidem. 169. g
Diſcordia eſt bellorum cauſa.ibid.h
Diſcordiæ effectus varij.ibid. 170.a
Diſcordiæ effectus, & quanta ex ea naſcantur mala.ibid.g.h
Diſcordiæ ſunt cauſa, ne fiat vera pœnitentia.ibid. 174.b.c
Diſcordiarum,et diſſenſionum caput eſt diabolus.ſer.26. 176.a
Diſcordiarum varij effectus. ibid. 169.c. & ſeq.
Diſcordiarum,& partium inſignia ſunt idololatriæ ſigna.ſer.26. 176.h.& ſeq.
Diſcordes multa habent impedimenta, ne ſaluentur.ſer.25. 174.e.f
Diſcordes homines ſunt dæmonibus peiores. ibid. 170.e.f
Diſcordes, & partiales ſunt proditores contra Chriſtum.ibid. 173.g
Diſcordium opera omnia ſunt veneno infecta.ibid. 172.g.h
Diſpenſatio in iuramento ad quem pertineat. ſer.45. 334.c.d
Diſſenſio,vide ſupra, diſcordia.
Diuinatio cur ſit dicta.ſer.10. 63.b
Diuinatio verbi vis,quæ.ſer.13. 80.c
Diuitiæ cur contemnendæ ſint.ſer.50.367.d. & ſeq.
Diuitiæ habent laborem, dolorem, & timorem.ibid.
Diuitiæ decipiunt hominem.ibid.368.d.faſtidium.f.tranſeunt.h
Diuitiæ cuius ſint, quando appareat. ibidem. a
Diuitiæ, quot modis inquirant peccatorem. ibid. 370.e.f
Diuitiæ ſunt veluti ſterquilinium.ibid.g
Diuitiæ ſuperfluæ ſunt ſæpe cauſa perditionis.ſer.7. 44.e
Diuitiæ naturales animi, & corporis, quæ. ſer.2. 16.a
Diuitiarum abundantia, quæ mala afferat. ſer.50. 372.a
Diuitiarum calor damnatus. ibid. 367.d. & ſeq.
Diuitiarum triplex culpa ob quam contemni debent.ibid. 370.d.& ſeq.
Diuitiarum abuſus quas culpas in anima operetur.ibid.
Diuitiarum abundantia plerunque obeſt.ibi. 371.d.e
Diuites, & magnates in fine vitæ derelinquuntur.ſer.13. 86.f
Diuites, & magnates, cur non de anima cogitent in fine vitæ.ibid.
Diuites obligati ſunt ad ſuſtentandos pauperes.ſer.7. 44.e
Diuitum peccatorum dolor,quantus tempore mortis.ſer.14. 90.e.& ſeq.
Diuitum auarorum mors, qualis eſſe ſoleat, exemplis demonſtratur.ſer.13. 84.a.b
Diuitum mors amara.ibid.83.e.& ſeq.
Diuitum miſeriæ.ſer.50. 367.g
Doctores noſtræ fidei non fuerunt inter ſe contrarij, quia illuſtrati fuerunt a Deo. ſer.1. 4.f
Doctores,in ijs quæ fidei ſunt,non diſcordãt. ibid.h
Doctores,cur paſtores dicantur, & quæ ſint eorum paſcula.ſer.55. 375.f
Doctores non damnantes vanitatem veſtimentorum,reprehenſi ſer.44. 323.g.h
Doctores eccleſiæ quanti faciendi. ſer.20. 128.f

Doctoris, & concionatoris munus, quale. ſer.17. 110.a

Doctorum aureola ſer.64. 544.f

Doctorum conſenſus in noſtra fide, eius demonſtrat firmitatem.ſer.1. 4.d

Doctrina qualis eſſe debeat.ſer.55. 414.g.h

Dolor,vide ſupra,contritio.

Dolor duo in anima generat.ſer.9. 56.h

Domina honeſta, vide infra, Mulier honeſta.

Dominica oratio excellit alias ſua breuitate. ſer.6. 35.c

Dominica oratio,cur breuis.ibid.c

Dominica oratio, omne petibile continet. ibi.f

Dominicæ orationis excellentia,quia a Chriſto compoſita.ibid. 34.h

Dominicæ orationis petitiones, quomodo ordinentur.ibid. 37.h

Dominicæ orationis tres primæ petitiones anagogice explicatæ.ibid. 39.e.f

Dominicæ orationis, exordium triplicem continet beneuolentiam.ibid. 36.e

Dominium in rem aliquam triplex. ſer.39. 278.b

Dona Dei data per acquiſitionem, quæ ſint. ſer.2. 15.g

Donationes,quæ non valeant ſer.37. 267.a. & ſeq.

Dotes corporis beati, quæ dicantur. ſer.63. 533.b

Dotes corporum beatorum, vnde habebunt originem.ibid. 536.d.& ſeq.

Dotes corporis beati reddunt illud ſpiritui conforme.ibid.h

Dotes corporis beati inæquales.ibid. 537.h. & ſeq.

Dotes corporis beati, quomodo recipiant magis,& minus.ibid. 538.b

Duplicitas quotuplex ſit.ſer.32.213.e.et ſeq.

Duplicitas cordis quæ,et quotuplex.ibid.f.g. & ſeq.

Duplicitas oris,eſt tripliciter culpabilis.ibid. 217.d

Duplicitas oris,quando ſit licita.ibid.215.h. & ſeq.

Duplicitas oris quæ,& in quo conſiſtat. ibid. 214.d.e

Duplicitas ſancta,quæ.ibid.f.g

Duplicitas operis triplex.ibid. 217.h

E

Ecleſia vnde formata ſit.ſer.55. 451.e

Eccleſia Dei, eſt veluti paradiſus. ſermo.20. 131.e.f

Eccleſia eſt regnum Dei.ſer.6. 38.f

Eccleſia eſt vna,& cur ſit vna.ſer.1. 5.a

Eccleſia malignantium, quæ ſit. ſermo.42. 308.b.c

Eccleſia quæ ſit,et quæ ibi fiant.ſer.9. 55.g.h

in Eccleſia quæ fieri non debeant. ſer.20. 131.h.& 132.a

Eccleſia locus terribilis,& domus Dei.ibid 132.b

Eccleſia cur Chriſti mortem nobis repræſentet.ſer.53. 395.b

Eccleſia non ſolum peccata facta punit, ſed etiam faciendis obuiat.ſer.33. 223.b

in Eccleſia qualiter ſtandum.ſer.20.131.g.h

Eccleſia,vide etiam infra,templum.

Eccleſiæ quanta veneratione ſit digna. ibid. 129.a.& ſeq.

Eccleſiæ bona tribus modis ſurripi poſſunt. ſer.39. 278.f

Eccleſiæ dæmonis plebani.ſer.42. 308.h

Eccleſiæ dæmonis Cardinales, & Epiſcopi, qui.ibid.f.g

Eccleſiæ priuatæ dæmonis,quæ ibid. 309.a

Eccleſiæ malignantium oratoria, quæ.ibid.b

Eccleſiæ malignantium inſtrumenta, quæ. ibid.c.& ſeq.

Eccleſiæ malignantium,altaria,libri, & cætera inſtrumenta.ibid.

Eccleſiæ malignantium miſſa, quomodo celebretur.ibid. 310.b.& ſeq.

Eccleſiaſticæ perſonæ, quando reſtituere debeant eccleſiæ bona.ſer.39. 278.f.g

Eccleſiaſticæ perſonæ,vide ſacerdotes.

Eccleſiaſtici gradus quanti faciendi. ſer.20. 128.d.& ſeq.

Effraim,quid ſignificet.ſer.50. 370.h

Eleemoſyna facienda ob indigentiam. ſer.7. 46.c.d

Eleemoſyna quibus non facienda.ibid.e.f

Eleemoſyna cum ordine facienda. ibid. 47.b

Eleemoſyna vnde ſuſcipiat incrementum gratiæ.ibid.c

Eleemoſyna facta cum difficultate, ſeu triſtitia,& cum hilaritate,vtra melior.ibid.d.e

Eleemoſyna quid ſit,& vnde dicta.ibid.h

Eleemoſyna quatuor requirit ad ſui perfectionem.ibid. 43.a

Eleemoſyna vera ſeptem conditiones requirit.ibid.c

Eleemoſyna debet eſſe gratioſa, & quid ad hoc requiratur.ibid.d







Eleemoſyna cito facienda.ibid.

Eleemoſyna liberaliter danda.ibid. 46.b

Eleemoſyna facienda propter Deum, non propter importunitatem petentis.ibi. 45.h

Eleemoſyna facienda eſt ex ſuis.ibid. 44.f

Eleemoſyna non facienda ex rapina, & furto.ibid.g

Eleemoſyna facienda eſt cum recta intentione ibid. 45.b

Eleemoſyna ex quibus ſit facienda.ibid.44.d

Eleemoſyna debet eſſe larga.ibid.b

Eleemoſyna,quid ſit.ſer.9. 58.a

Eleemoſyna duplex.ibid.

Eleemoſynam potius faciunt pauperes,quàm diuites. ſer.7. 41.c

Eleemoſynam facientes quidam dupliciter errant.ibid. 46.e.& ſeq.

Eleemoſynam, quomodo faciant hypocritæ. ibid. 45.f.g

Eleemoſynas facientes ſolent tuba canere tribus modis.ibid.c.d

Eleemoſynæ cito faciendæ exemplum. ibid. 43.h

Eleemoſynæ faciendæ modum Chriſtus docuit.ibid. 45.c

Emmanuel,quid ſignificet.ſer.61. 517.g

Æquitas ſimulata non eſt æquitas. ſer.32. 219.b

Ericio poma furanti dum fugeret,ſpinis dorſi ſui illa infixa ſunt.ſer.14. 94.a

Error triplex obligat ad reſtituendum. ſermo.37. 264.e

Errores varij circa attributa diuina. ſer.1. 10.c.d.e

Euangelio creditur, quia ab eccleſia proponitur.ibid. 7.h

Euangeliſtarum ſymbola explicata. ſer.66. 559.a.b

Euchariſtia cur ſic dicta.ſer.54. 402.f

Euchariſtia,cur animam viuificare dicatur. ibid. 396.d.e

Euchariſtia continet verum corpus Chriſti. ibid.d

Euchariſtia,lignum eſt vitæ.ibid.f

Euchariſtia, quomodo mentem illuminet. ibid. 397.a

Euchariſtia cum ſuſpitione peccati mortalis ſumi non debet.ſer.56. 469.a.b

Euchariſtia, quando ſumi poſſit ſine confeſſione actuali.ibid. 470.d.e

Euchariſtia,cur delectet,& reficiat.ſer.54. 397.e.f

Euchariſtia,quomodo mentem roboret.ibid. ibid. 398.a.b

Euchariſtia iuuat ad ſurgendum a peccato. ibid. 401.h.& 402.a

Euchariſtia cum peccato per ignorantiam non culpabilem ſuſcipi poteſt.ibid.400.a.b

Euchariſtia, cur dicatur ablutio ſcelerum. ibid.d

Euchariſtia,quomodo a peccato purget.ibid. 398.h

Euchariſtia inſtaurat nutrimentum ſpirituale.ibid. 399.a

Euchariſtia,quomodo in peccato mortali ſuſcipi poſſit.ibid.e.& ſeq.

Euchariſtia, quomodo ſit ſacramentum, & ſacrificium.ibid. 400.e.& ſeq.

Euchariſtia in ſumenda, variæ conſcientiæ conſiderantur.ſer.56. 469.g.& ſeq.

Euchariſtia,vide,communio.

Euchariſtiam male ſumentes duodecim maledictiones incurrunt.ibid. 471.e

Euchariſtiam ſumpturi, quo pacto ſe præparare debent.ibid. 473.b.& ſeq.

Euchariſtiam cum ſcientia peccati mortalis, quòd ſuſcipit,cur peccet.ibid. 399.d

Euchariſtiæ ſacramentum ſuper omnia venerandum.ſer.20. 129.d

Euchariſtiæ miraculum.ibid.g

Euchariſtiæ ſacramenti cum manna collatio.ſer.56. 468.e.& ſeq.

Euchariſtiæ ſacramentũ,quomodo,& quando ſumi poſſit.ibid. 469.h.& ſeq.

Euchariſtiæ ſacramentum conſeruat ſpiritualia bona.ſer.54.403.d. tribuit perſeuerantiam.f glorificat.h

Euchariſtiæ figura.ibid. 398.c

Euchariſtæ conſiderationes, ſeu contemplationes tres.ibid. 395.f.& ſeq.

Euchariſtiæ fructus duodecim.ibid. 396.d. & ſeq.

Euchariſtiæ ſacramento augentur omnes virtutes.ibid. 402.f.& ſeq.

Euchariſtiæ ſacramenti appellationes tres. ibid.g

Euchariſtiæ illuminatio, quibus figuris demonſtrata.ibid. 397.b

Euchariſtiæ ſacramentum ab aduerſarys noſtris liberat.ibid. 401.d

Euchariſtiæ ſacramentum quantam diſcuſſionem conſciẽtiæ requirat.ſer.56. 473.d e

Euchariſtiæ ſumendæ ratio.ibid. 474.d

Euchariſtiæ ſumptio ſatisfacit pro peccatis.

*tis.ſer. 54. 400.e.& ſeq.*
*Euchariſtiæ ſacramentum dantes indignis, quantum peccent.ſer.56.* 472.*b*
*Euchariſtiæ ſacramentum quibus negandum.ibid.f*
*Euchariſtiæ ſacramentum fide adorandum, non curioſitate examinandum.ibid.*469.*a*
*Euchariſtiæ ſacramentum, quomodo non ſit conſeruandum.ibid.c*
*Euchariſtiæ ſuauitas, & ſapores.ibid.d*
*Euchariſtiæ ſacramẽtum figuratum in manna, & eius conditionibus.ibi.*468.*a.et ſeq.*
*Euchariſtiæ ſacramentum requirit fidem. ibid. b*
*Euchariſtiæ ſacramentum datur ſolum eccleſiæ & in præſenti vita.ibid.c.d*
*Exempla malorum hominum, ſunt cauſa cur homines non recedant a peccato. ſer.* 19. 125.*f*


F


*FAcies mulierum ornatæ, quid oſtendant. ſer.47.* 350.*g*
*Facies hominis, quæ.ſer.*20. 203.*f*
*Facta ſunt figuratiua, ſicut & verba. ſer.*32. 218.*d*
*Falli nemo vult, fallere tamen multi. ſer.*31. 210.*g*
*Falſitas quid ſit, & quando ſit peccatum. ibid.* 207.*e*
*Falſum, vt falſum ex ſe contradictionem includit.ibid.* 210.*e*
*Fama, quomodo reſtituenda ſit.ſer.*36.255.*c. & ſeq.*
*Fama bona excedit omnia bona temporalia. ibid.a*
*Fama, quibus modis auferri poſſit. ibid.* 256.*e.& ſeq.*
*Famam an tollat, qui crimina ab alijs audita refert.ibid.* 257.*c.d*
*Famam reſtituere eſt difficile.ibid.* 256.*g*
*Fames duplex.ſer.*14. 93.*b*
*Fatuus quis dicatur.ſer.*36. 248.*d*
*Febris ſpiritualis triplex.ſer.*30. 201.*b.c.d*
*Febris myſtice, quid ſignificet.ibid.a*
*Fœcunditas nimia maturitatem tollit. ſer.*50 371.*f*
*Fide nihil certius.ſer.*2. 16.*d*
*Fide quæ creduntur, ratione percipiuntur. ſer.*27. 185.*d*
*Fide ſublata omnis veritas tollitur. ſermo.* 4. 24.*d*
*Fide pro retinenda, ſanguis fundendus. ſer.*4. 26.*e*
*Fidei deſcriptio.in procem.* 2
*Fidei deſcriptionis quædam.ibid.* 23.*f.g*
*Fidei triplex diſtinctio.ſer.*3. 19.*b*
*Fidei neceſſitas ex parte cultus, qui exhibetur Deo.ſer.*2. 13.*f.g*
*Fidei neceſſitas ex parte Dei.ſer.*2. 12.*d.e*
*Fidei deſcriptiones quædam.ibid.a*
*Fidei neceſſitas ex parte hominis.ibid.b*
*Fidei firmitas, vnde probari poſſit. ſermo.*1. 10.*b*
*Fidei firmitas ex Iudæorum longa captiuitate oſtenditur.ibid.* 11.*a*
*Fidei lumen quomodo infundatur. ſer.* 27. 185.*b*
*Fidei lumen non reſplendens, nox eſt vbique.ibid.* 187.*c*
*Fidei præſtantia quanta ſit.ibid.* 188.*d*
*Fidei effectus varij.ibid.*
*Fidei virtute animæ coronantur in gloria. ſer.*4. 26.*a*
*Fidei actus eſt meritorius.ſer.*2. 14.*f*
*Fidei actus eſt laude dignus.ibid.* 15.*b*
*Fidei fructus duodecim.ſer.*4. 26.*f*
*Fidei doctrina non poteſt intelligi ſine reuelatione.ſer.* 1. 4.*a*
*Fidei ſecunda firmitas eſt ſcripturarum concordantia.ibid.c*
*Fidei ſecunda nobilitas, quia purgat a peccatis.ſer.*4. 23.*b*
*Fidei alia firmitas inhoneſtas, & irrationabilitas errorum aliarum ſectarum. ſermo.*1. 7.*d*
*Fidei tertia nobilitas eſt viuificare. ſermo.*4. 23.*d*
*Fidei quarta nobilitas, eſt illuminare. ibidem.e*
*Fidei firmitas, miraculorum claritas. ſermo.*1. 8.*f*
*Fidei firmitas Martyrum aſperitas. ibidem.a*
*Fidei Chriſtianæ firmitas honeſtas credendorum.ibid.*6.*d*
*Fidei Chriſtianæ ſolus Deus teſtis. ibidem. c.d.e*
*Fidei in Prædicatoribus, & Apoſtolis, quæ conſiderari poſſint.ibid.* 9.*f.g*
*Fidei perſecutores ad fidem conuerſi. ibidem.g*
*Fidei effectus, timor diuinæ iuſtitiæ. ibid.* 7.*a.b*
*Fidei tres ſingularitates.ſer.*3. 17.*a*


Fidei




*Fidei ardore anima triumphat contra tentationes.ſer.*4. 25.*b*
*Fidei alia firmitas, eccleſiæ permanentia. ſer.*1. 10.*g*
*Fidei alia firmitas, eſt diuinæ prouidentiæ æquitas, & pietas.ibid.* 11.*e*
*Fidei tertia firmitas, auctoritas ſcribentium. ibid.* 5.*b*
*Fidei prima firmitas eſt pronunciatio prophetica.ibid.* 3.*b*
*Fidei Chriſtianæ duodecim firmitates. ibidem.a*
*Fidei effectus inflammare charitatem. ibidem.* 6.*g*
*Fidei defectus impedit pœnitentiam. ſer.*19. 124.*f*
*Fidei Chriſtianæ quarta firmitas diligentia recipientium.ſer.*1. 6.*a*
*Fidei Chriſtianæ contrariæ ſectæ poſſunt conuinci de multis erroribus, naturali lumine.ibid.* 11.*f*
*Fidei firmitas ex Dei honorificentia oſtenditur.ibid.* 10.*b*
*Fidei lumen, quantum ſit.ſer.*4. 23.*a*
*Fidei alia nobilitas diſtinguere inter bonos, & malos.ibid.b*
*Fidei alia nobilitas, homines ſimul iungere. ibid.c*
*Fidei nobilitas, deſponſare Chriſto.ibid.* 24.*e*
*Fidei nobilitas, protegere a contrarijs. ibidem.g*
*Fidei alia nobilitas, quæ eſt probare perfectos. ibid.* 25.*a*
*Fidei nobilitas, quòd per eam fiant miracula. ibid.c*
*Fidei cur attribuantur miracula.ibid.*
*Fidei nobilitates, ſeu dignitates variæ. ibid.* 22.*d*
*Fidei prima nobilitas, quod ſit fundamentum ædificij ſpiritualis.ibid.e.f*
*Fidei definitio tradita a Paulo explicatur. ibid.f*
*Fidei obiectum eſt veritas non viſa. ibidem.g*
*Fidem explicitam, qui habere teneantur. ſermo.*3. 20.*a*
*Fides quid ſit.ſer.*27. 185.*d*
*Fides eſt donum ſupernaturale.ibid.* 184.*b*
*Fides implicita cui ſufficiat.ſer.*3. 22.*b*
*Fides ſufficiens, quæ dicatur.ibid.* 20.*b*
*Fides ſupplet vicem baptiſmi. ſermo.* 4. 25.*c*
*Fides quibus affectionibus tollatur. ſer.* 27. 187.*f*
*Fides debet eſſe vna ex parte hominum. ſermo.* 3. 18.*b*
*Fides, quomodo admittat rationes, & quid in ea valeant.ſer.*27. 185.*d.e*
*Fides abundans, quæ dicatur.ſer.*3. 19.*d*
*Fides deficiens, quæ dicatur.ibid.* 21.*c*
*Fides cur Catholica dicatur.ibid.* 18.*e*
*Fides informis, quomodo ſeparetur a formata.ſer.*4. 22.*b*
*Fides eſt principium omnium virtutum. ibidem.* 23.*a*
*Fides vna ex parte Dei.ſer.* 3. 17.*g*
*Fides vna, & cur vna ſit. ibidem. a. b. c. & ſequen.*
*Fides quæ ad ſalutem neceſſaria ſit. ſermo.* 3. 21.*b*
*Fides quando non habeat meritum. ſermo.*2. 14.*f*
*Fides dat gloriam Dei. ibid.c*
*Fides quacunque cognitione naturali ſublimior.ibid.* 16.*d*
*Fides prima virtutum, eiuſq; præſtantia, & effectus.ibid.* 12.*a*
*Fides Chriſtiana ſola Dei attributa agnoſcit. ſer.*1. 10.*b.c.d*
*Fides cur caput, & fundamentum dicatur. ſer.*2. 12.*a*
*Fides in omni cultu neceſſaria. ſermo.* 2. 12.*c*
*Fides quibus de cauſis ſit neceſſaria. ibidem. d.e.f.g*
*Fides Chriſti, tria includit. ſermo.* 59. 496.*f*
*Fides eſt ex reuelatione diuina. ſermo.* 1. 3.*c*
*Fides ſola de Deo vere ſentit, & ei honorem, nihil ei detrahendo tribuit. ibidem* 10.*f*
*Fides eccleſiæ non poteſt deficere. ibidem.* 10.*g*
*Fides ad veritatis cognitionem mundum adduxit.ibid.b*
*Fides Chriſtiana ſola nihil detrahit. ibidem c.& f*
*Fides vera, quæ ſit.ibid.* 3.*b*
*Fides non eſt ſeruanda in malis promiſſis. ſer.*45. 334.*g*
*Fides eſt religionis fundamentum.in proœ.* 2
*Fides eſt ſpiritualis ædificij fundamentum. ſer.*1. 3.4


Fides

Fides eſt virtus, & gratia.ſer.2. 16.d
Fides formata, quæ.ſer.4. 23.g
Fides, vt vitam tribuit, quibus comparetur rebus.ibid. 23.d
Fides excludit euidentiam.ſer.2. 13.g
Fides includit firmam adhæſionem.ibid.
Fides facit intellectum promptum, & diſcretum.ibid.g.h
Fides eſt ſicuti lampas.ibid.h
Fideles etiam mortui miracula faciunt. ſermo.1. 9.b
Filiæ, quæ officia debeant præſtare ſuis matribus.ſer.29. 199.c.d.& 200.b
Filij, quot modis debeant ſeruire parentibus. ibid. 198.h.& ſeq.
Filij, quibus in rebus teneantur ſubuenire parentibus.ibid. 199.f
Filij debent parentibus obedientiam. ibid. 197.f
Filij timere debent parentes.ibid.d
Filij, vt debent obedire parentibus.ibid.h.& 198.a.b.& d
Filij debent conſolari parentes.ibid. 198.c
Filij debent ſeruire parentibus.ibid.g
Filij, quæ officia debeant præſtare parentibus.ibid. 199.a.b
Filij perſonam negare, error grauiſſimus.ſermo.9. 54.a
Filij, quæ præmia conſequantur ex eo, quòd parentibus obediunt.ſer.29. 200.d.e
Filij qui parentibus fuerunt inobedientes, quid facere debeant ipſis mortuis. ibid.e.f
Filios nutricibus alendos dare, eſt inordinati amoris cauſa ſer.18. 118.c
Filij, quomodo debeant honorare parentes. ſer.29. 196.e.f.& ſeq.
Filij debent diligere parentes.ibid.g
Filij, cur non ament parentes; & quid eos ad amandum poſſit excitare.ibid.h
Filius an poſſit ingredi religionem, relictis parentibus.ibid. 197.a
Flagella, quibus Deus caſtigat peccatores, quæ ſint.ſer.46. 344.d
Fluuius, vnde dictus.ibid. 342.a
Fortitudo neceſſaria in amando. ſermo.44. 321.b
Fortunæ rota, quomodo pingatur. ſermo.50. 372.f
S.Franciſcus ſignifer.ſer.66. 559.d.exercitus Dei.
S.Franciſcus vulneratus in bello ſpirituali. ibid. 568.c
S.Franciſcus ter martyrij cauſa mare tranſiuit.ſer.64. 546.h
Fratris nomine, quid intelligatur. ſermo.36. 249.b
Fruitio, quid.ſer.62. 530.d
Fucus muliebris damnatus.ſer 47. 346.d
Fures, quomodo reſtituere debeant. ſer.33. 221.b
Furti nomine, quid intelligatur.ibid. 220.b
Furtum, vt non ſit peccatum, poteſt a Deo fieri.ſer.31. 210.c
Futura prædicere, cur dæmones interdum poſſint.ſer.10. 63.d.& ſeq.
Futura, quæ cauſam habeant determinatam, & quæ indeterminatam, & fallibilem. ſer.10. 62.h.63.a
Futura ſolus Deus nouit.ibid. 63.b
Futurorum triplex genus.ibid. 62.f
Futurorum præcognitio eſt Dei, vel a Deo. ibid. 63.b
Futurorum prædictio, cur diuinatio dicatur. ibid.

G

GEbellinorum, & Guelphorum diſcordiæ latiſſimæ damnatæ, & vituperatæ. ſer.26. 168.& ſeq.
Gentium errores circa ſtellarum, & imaginum vim.ſer.10. 61.e.f.g.h
Gentium corda, comparata cum cordibus Chriſtianorum, ſunt diuino amore frigida. ſer.1. 7.a
Genuflexio varijs modis fit, & quomodo facienda.ſer.9. 55.a
Gethſemani, quid ſignificet.ſer.55. 407.d
Gloria, & regnum Chriſti explicata.ſer.59. 493.c.& ſeq.
Gloria accidentalis beatorum, quæ. ſer. 64. 543.e
Gloria ſanctorum triplex.ſer.62. 526.b
Gloria ſubſtantialis beatorum, quæ. ibid. h 528.e
Gloria beatorum, quanta futura. ſermo.43. 321.b.c
Gloria hominis in quo ſita.in proœm. 2
Gloria conſubſtantialis beatorum, conſiſtit in corpore.ſer.63. 531.g.& ſeq.
Gloriæ beatorum tres actus, & tria obiecta. ſer.61. 528.c
Gloriæ ſubſtantialis obiectum ſecundarium. ibid. 530.b
Gloriæ beatorum deſcriptio.ſer.11. 74.g
Glorificatio quid ſit.ſer.9. 57.f

Glorioſum



Glorioſum corpus, quomodo ſit peruium. ſermo.63. 533.d.& ſeq.
Gratia fortior natura: & quid per gratiam detur.ſer.60. 504.h
Gratia non extinguit naturam, & natura non confundit gratiam.ſer.55. 441.b
Gratia iuſtificans ſtatim tota anittitur, gratis data paulatim.ſer.13. 84.e
Gratia omnis per Mariam ad nos deſcendit.ſer.61. 515.c
Gratia diuina omnibus præſto eſt.ſer.15.95.e
Gratia quid ſit in humana mente. ſer.16. 105.e
Gratia præueniens, quæ.ſer.24. 163.c
Gratia quid ſit.ſer.62. 529.c
Gratia conſequens, ſeu releuans, quæ. ſer.24. 164.c
Gratia conſequens, quæ bona generet in anima.ibid.d
Gratia ſubſequens, quæ.ibid.h.& ſeq.
Gratia ſubſequens, quæ bona creet in anima. ibid. 165.a
Gratiam gratis datam cur Deus non tollat, ſtatim poſt culpam.ſer.13. 84.e.f
Gratiarum varij gradus.ſer.30. 201.g
Gratiarum genera duo.ſer.13. 84.d
Gratiæ, quomodo a Deo in nos veniãt.ſer.52. 386.h
Gratiæ gratis datæ varia genera.ſer.13.84.f
Gratiæ præuenientis tres effectus. ſer.24. 163.d
Gratitudinis actus in diuino cultu, qui ſint. ſer.9. 57.c.d
Græcorum abuſus in communionis ſacramento.ſer.53. 392.a
Gula cœlum clauſit.ſer.5. 31.f

H

HAbitus meretricius, meretricium oſtendit actum.ſer.44. 325.a
Habitus corporis, animum deſignet.ibid. a. b.326.a
Hœdus, quid ſignificet, & eius natura. ſermo.51. 375.h
Hæres, vnde ortum habuerit.ſer.1. 7.g
Hæreſis naſcitur ex ſtultitia.ſer.27. 186.f
Hæreſis originem habet a ſuperbia.ibid.d
Hæreſis inducitur a mala vita.ibid. 185.h
Hæreſis cauſæ duodecim.ibid. 182.h.& ſeq.
Hæretici nõ habent vera miracula.ſer.18.h
Hæretici iure coerceri poſſunt.ſer.2. 14.a
Hæretici, & infideles veſpertilionibus comparantur.ſer.27. 186.g
Hæretici, & infideles, per tenebras volunt videre lucem ibid.h
Hermetis Triſmegiſti de Dijs opinio late expoſita.ſer.10. 61.a.b.d
Hieroſolyma, ſeu Hieruſalem, quid ſignificet.ſer.12. 75.a
Hypocritæ damnati.ſer.32. 219.a
Homo debet eſſe cultui diuino obligatus. ſermo.2. 13.a
Homo debet eſſe Deo ſubiectus.ibid.b
Homo cõtra ſe dimicare debet propter Deũ. ibid.b.c
Homo ſignificatur nomine omnis creaturæ. ſer.58. 491.h
Homo ordinatus a Deo ad ineffabilia. ibid. 487.f
Homo, quot modis poſſit ad animæ dignitatem cognoſcendam venire.ſer.51.375.d.e
Homo natus ad laborem, non ad honorem. ſer.50. 369.e
Homo quantum in ſe eſt, debet ſe Deo conformare.ſer.31. 210.b.c
Homo interdum plus loquitur facto, quàm verbo.ibid. 209.c
Homo ad quæ ieiunia obligetur.ſer.5. 31.h. & 32.a
Hominem quæ in hac vita ſolicitent. ſer. 6. 40.a
Homines, quæ affectare ſoleant ſer.50.366.h
Homines, quæ de neceſſitate ſalutis ſcire teneantur. ſer.17. 110.g
Homines, cur fiant hæretici cauſæ duodecim. ſer. 27. 182.h.& ſeq.
Homines cur non credant, cauſæ quatuor. ibid. 183.h.& ſeq.
Hominis duplex aſpectus.ſer.7. 42.f
Hominis gloria, in quo ſita.in proœm. 2
Hominis ſubſtantia, in quibus ſita ſit.ſer.24. 161.e
Hominis opus non placet Deo, niſi placeat ipſe prius.ſer.56. 471.d
Hominis ſtultitia in non fugienda peccati occaſione. 145.e.f
Homicida quo pacto reſtituere debeat. ſermo.36. 254.d
Homicidium quantum Deus deteſtetur. ibidem e.f
Honor quid ſit.ſer.59. 499.c
Honor quid ſit.ſer.29. 194.f
Honor quibus debeatur ibid.f.& ſeq.
Honores mutant mores.ſer.50. 371.h
Honorandi parentis præceptum, non tollitur

per

per religionis ingreſſum.ſer.29. 197.c
Honorare parentes,quid ſit.ibid. 196.c
Hortatio pulcherrima ad animam, vt a rebus terrenis abſtineat.ſer.24. 163.e.f

I

IAcob dicendo ſe eſſe Eſau, an mentitus fuerit.ſer.32. 214.h.& ſeq.
Iacoboni Tudertini carmina citata. ſer. 14. 90. a
Idololatria quando cepit, & finiuit. ſer. 10. 71.d
Idololatria, quomodo inter Chriſticolas diſſeminata.ibid. 62.e.& ſeq.
Idololatria, quàm graue peccatum ſit. ibid. a.b.c
Idololatria,quid ſignificet.ibid. 59.c
Idololatria a fide Chriſtiana eſt ſublata. ſermo.1. 10.b
Idololatria a dæmone diſſeminata. ſer. 10. 62.f
Idolatria quanta olim fuerit.ſer.26. 177.c
Idolatria ceſſauit poſt Euangelium.ibid.
Idololatria, quomodo inter Chriſtianos ſurgat.ibid. d.e.f
Idololatriæ initium, & origo apud Aegyptios.ſer.10. 59.e.f
Idololatriæ initium apud Græcos.ibid.h
Idololatriæ initium ſecundum Hebræos. ibidem. 60.a
Idolorum triplex differentia. ibidem 59. d. & ſeq.
Idolum vnde dictum.ibid.b
Idolum quid ſignificet.ibid.c
Idolum quid Latine ſignificet.ibid.g
Ieſu nominis inuocatio ſingulare præſidium contra dæmones.ſer.55. 460.c.d
Ieſu nomen tres dignitates.ſer.59. 389.c.d
Ieſu nomen, quàm ſit glorioſum.ſer.49.363.h & ſeq.
Ieſu nomen deſiderabile.ibid. 364.a
Ieſu nomen quadruplicem gratiam diffundit. ibid. 361.e.f
Ieſu nomen illuminat. ibid.g
Ieſu nomine ſcriptum, explicatum. ſer.66. 558. g
Ieſu nomen inflammat.ſer.49. 362.d.e
Ieſu nomen,oleum effuſum.ibid.e
Ieſu nomine mens humana roboratur. ibi.f.g
Ieſu nomen inuocatum a' grauibus periculis liberat.ibid. 363.b.c
Ieſu nomen ſuaue.ibid. 364.d.e
Ieſu nomen admirabile.ibid. 365.b
Ieſu nomen venerabile.ibid.g
Ieſu nomen dilatatum ad omnes nationes. ibid. 366.b.c
Ieſu nomen laudatur.ibid.f.g
Ieſu nomine, anima liberatur a dæmonibus. ibid. 361.a
Ieſu nomen quadruplicem dulcedinem, & conſolationem affert animæ. ibid. 359. e. & ſeq.
Ieſus,quid ſignificet.ibid. d
Ieſus eſt pax, quæ exuperat omnem ſenſum. ibid. 360.b
Ieſus Saluator dicitur, & cur.ſer.55. 456.a
Ignorantia flagellis fugatur.ſer.8. 50.f
Ignorantia eorum,quæ pertinent ad ſuum ſtatum non excuſat.ſer.3. 20.a
Ignorantia religionis, vel artis viuendi, in omnibus damnanda.in proœm. 1
Ignorantia bene viuendi, nihil indignius. ibid.
Ignorantia eſt nutrix omnium vitiorum. ſermo. 26. 175.f
Ignorantia veritatis eſt periculis plena. ibid.
Ignorantia,quàm ſit damnoſa.ibid.g.h
Ignorantia quantum peccatori noceat.ſer.19. 125.d.e
Ignorantia menſuræ capacitatis intellectus, eſt cauſa hæreſis.ſer.27. 183.b
Ignorantia excludit voluntarium. ſer. 37. 267.a
Ignorantia qui peccat, facilius miſericordiam conſequitur.ſer.24. 160.f
Ignorantia iuris,non excuſat.ſer. 17. 110.g
Ieiunantes Deus paſcit.ſer.5. 29.g
Ieiunare,qui non teneantur.ibid.32.h.& ſeq.
Ieiunia,quæ nos obligent.ibid. 31.h.& 32.a
Ieiunij fructus duodecim.ibid. 27.d
Ieiunij fructus,refrænatio carnis.ibid.f
Ieiunij beneficio,occulta myſteria reuelantur. ibid. 29.f
Ieiunij effectus varij numerantur.ibid.31.f.g
Ieiunij diſpenſandi cauſa.ibid. 34.a.b
Ieiunij vis maxima,& laudes.ibid. 31.b.c.d
Ieiunij alius fructus ſatisfactio.ibid. 28.b
Ieiunij alius fructus eſt declinare a culpa. ibid.c
Ieiunij nonnulli effectus.ibid.c.d.e
Ieiunij effectus alius placare Deum.ibid.f
Ieiunio homo ſe offert Deo in ſacrificium. ibid. 30.g
Ieiunio homo refert triumphum de ſuis inimicis.ibid. 31.b

Ieiunium

INDEX.

Ieiunium eſt uirtutum fundamentum. ſer.5. 27.d
Ieiunium cur placet Dei iram.ibid. 28.h
Ieiunium intellectum illuminat.ibid. 29.b
Ieiunium ſpirituali delectatione replet. ibidem. g
Ieiunium ſanitatem corporis reparat,& conſeruat.ibid. 30.a
Ieiunium vnum in gratia factum plus valet, quàm centum in culpa.ſer.15. 100.f
Ieiunium quando ſit in præcepto.ſer.5. 32.b
Ieiunium de conſilio.ibid.f
Ieiunium eſt impetratiuum.ibid. 33.b
Ieiunium triplex.ibid. 31.h
Ieiunium in gloriam cœleſtem inducit. ibid. 31.f
Ieiunium cœli portas aperit.ibid.e.f
Ieiunium qua intentione præceptum ſit. ibid. 33.d
Ieiunium ſpiritum, & corpus roborat. ibid. 30. d
Ieiunium remouet amorem ſui omnium vitiorum radicem. ibid.e
Imago, & ſimilitudo Dei differunt. ſer.51. 380.c.d
Imagines cur introductæ.ſer.26. 180.h
Imaginum ſuperſtitio apud Gentiles. ſer.10. 60.d.e.& 61.e.f.g
Impaſſibilitas triplex.ſer.63. 535.g
Imperitia eſt cauſa cur res fidei non credantur.ſer.27. 183.h
Impio omnia cooperantur in malum. ſer.14. 92.d
Impiorum cor,quale ſit.ibid. 90.a
Impiorum lamentatio in hora mortis. ibid.d
Impiorum reprobatio qualis in die iudicij. ſer.11. 73.d.& ſeq.
Impius,vide etiam infra,Peccator.
Incantantium ſuperſtitiones.ſer.10. 66.f
Incarnationis dominicæ beneficium per fidem,charitatem in nobis.ſer.1. 6.g
Incarnationis beneficiũ eſt veluti mõs igneus ad cor inflammandum.ibid. 6.g.h
Incerta bona,quomodo reſtituenda ſint. ſermo.37. 267.e
Incredulitas diſplicet Deo.ſermo.2. 14.c.& 15. d
Indignatio Dei contra homines. ſermo. 11. 68. h
Indulgentia largiſſima debitorum, quæ ſit. ſer. 28. 192.f
Indulgentia quid.ſer.9. 58.b
Indulgentia plenaria impetrata a Diuo Franciſco,vbi habeatur.ibid.
Indulgentiæ conceſſæ ratione ſacramenti euchariſtiæ.ſer.56. 474.f.g
Inexercitatio eſt cauſa cum non credantur rei fidei.ſer.27. 183.h
Infamari poteſt aliquis tripliciter. ſermo.36. 255.b
in Inferno non eſt ſolatium habere ſocios. ſermo.19. 125.g
Infidelitatis, & hæreſis cauſæ variæ. ſer.27. 182.h.& ſeq.
Infidelium,& hæreticorum peruerſitas quanta.ibid. 184.e
Infirmitas ſæpe oritur ex peccato. ſermo.13. 86.f
Infirmos ad pœnitentiam qui ſuadere teneantur.ibid.h.& ſeq.
Ingratitudinis deſcriptio.ſer.41. 302.d
Inimici hominis tres.ſer.54. 401.d
Inimicis, an ſigna dilectionis ſint demonſtranda.ſer.28. 192.b
Iniuriarum indulgentia triplex. ibid.191.h. & ſeq.
Iniuria in tribus rebus ſuſtinetur.ibid.193.b
Iniuria quando fiat.ſer.36. 248.f
Iniuria triplex.ſer.28. 191.d
Iniuriam qui fecit,debet ſe cum proximo conciliare.ibid. 192.g
Iniuriam remittere, eſt de neceſſitate ſalutis. ibid. 193.a
Iniuriam paſſo ſatisfaciendum eſt,& quomodo ſer.36. 249.c.d
Iniuriarum remiſſioni cur tribuatur peccatorum remiſsio.ſer.6. 40.h
Iniuriarum remiſsio neceſſaria. ibid. g. & ſequen.
Iniuriarum remiſsio,quàm ſit vtilis. ſer.28. 189.e
Iniuriarum remiſsionis perfectæ varia ſigna.ibid. 192.f.& ſeq.
Iniurias qui non remittit,an peccet recitando rationem dominicam.ibid. 189.h
Iniurias ad dimittendas tria nos cogunt. ibi. d.& ſeq.
Iniurias qui remittit,vehementer trahit ad ſe Dei gratiam.ibid. 191.a
Iniuriæ cur dimittendæ. ibidem. 189. a. & ſequen.
Innocens quis iure dicatur.ſer.22. 150.d.e
Innocentia qua ratione acquiratur. ſer. 22. 150.d.e

*Intellectus humani hebetudo eſt in cauſa, cur non credantur res fidei.ſer.27.* 183.e.f
*Intellectus hominis debet contra ſe pugnare, & credere propter Deum.ſer.2.* 13.c
*Intellectus humani capacitas limitata eſt a Deo ſer.27.* 183.c
*Intentio mala facit operationem malam. ſer.41.* 299.e
*Intentio dantis præceptum ieiunij, quæ. ſer.5.* 33.d
*Intentio iudicat omnes homines.ſer.35.* 238.g
*Intentio triplex.ſer.32.* 218.g
*Intentionis rectæ quatuor fructus. ſermo.9.* 58.c.d
*Inuenta reſtituenda ſunt.ſer.33.* 220.d.e
*Inuenta, quomodo reſtituenda.ibid.f*
*Ioan.Euang. Aquilinus, explorator regni cœleſtis.ſer.66.* 564.a
*Ioannis beneficium, in eo quod factus eſt Virginis filius.ſer.55.* 441.c
*Iordanis, quid ſignificet.ſer.16.* 103.h
*Iordanis, quomodo interpretetur.ſer.12.* 79.a
*Iordanis, quid ſignificet.ſer.46.* 342.a
*Iter facientes, quomodo excuſentur a ieiunio. ſer.5.* 33.d
*Iudas quid ſignificet.ſer 66.* 560.a
*Iudas quando ſe ſuſpenderit.ſer.55.* 419.f
*Iudæ proditoris vituperatio pulchra. ibid.* 412.a
*Iudæi inſenſati, & rudes, non admittendo vetus teſtamentum.ſer.1.* 7.f
*Iudæi a Deo derelicti ſunt.ibid.* 11.b
*Iudæorum calamitates enumeratæ.ibid.b.c*
*Iudæorum gens miſera, & calamitoſa, ſupra omnes gentes.ibid.c*
*Iudæorum iudicium terribile in ſeipſos, in Chriſti condemnatione.ſer.55.* 415.b
*Iudæorum ignobilitas poſt Chriſtum. ſer.61.* 511.g.h
*Iudex in ſua cauſa nemo eſſe debet, quomodo intelligendum.ſer.33.* 221.h
*Iudicis mens quatuor impeditur affectibus. ſer.25.* 169.d
*Iudicia tria generalia Dei.ſer.11.* 68.c
*Iudicij die fiet rerum innouatio.ibid.* 69.g.h
*Iudicij die Dei iuſtitia indignabitur contra mundum.ibid.* 70.a
*Iudicij dies cur terribilis.ibid.e*
*Iudicij ignis qualis.ibid.e*
*Iudicij diei deſcriptio.ibid.* 71.a.& ſeq
*Iudicij die data ſententia irreuocabilis. ibid.* 74.d.& ſeq.
*Iudicij futuri ordo, & deſcriptio. ibid.* 70.e & ſeq.
*Iudicij die indignabitur cõtra mundum Dei ſapientia.ibid.* 69.e
*Iudicii die Dei potentia indignabitur contra mundum.ibid.b*
*Iudicii die qualis peccatorum retributio.ibid.* 73.c.& ſeq.
*Iudicii die, quæ ſit futura remuneratio iuſtorum.ibid.* 72.b.& ſeq.
*Iudicium humanum quatuor modis peruertitur.ſer.25.* 169.f
*Iudicium finale horrendum.ſer.11.* 68 a
*Iudicium omne perit, cur res tranſit in affectum.ſer.27.* 187.f
*Iuniperi proprietates. ſer.54.* 398.d
*Iuramenta corrupta, & vitioſa, quæ. ſer.45.* 332.d
*Iuramenti prohibitiõ, quomodo intelligenda. ibid.* 331.d
*Iuramenti conſuetudo mala.ſer.21.* 142.h
*Iuramento in quis diſpenſare poſſit. ſer. 45.* 334.c
*Iuramentorum duæ ſpecies.ibid.* 332.c
*Iuramentum de malo, non eſt ſeruandum. ibid.d*
*Iuramentum Dei quid deſignet. ſermo.11.* 69.e.f
*Iuramentum requirere ab eo, qui iurat per idola, an liceat.ſer.35.* 236.a.b
*Iuramentum coactum an obliget. ſermo.45.* 333.b
*Iuramentum tribus modis dicitur incautum. ibid.* 335.e
*Iuramentum dubium triplex.ibid.g*
*Iuramentum qualiter ſit exigendum. ibid.* 336.a.b.c
*Iuramentum quot modis frangatur. ibid.* 334.e.f
*Iuramentum tres comites habere debet.ibi.* 332.e
*Iuramentum cur neceſſarium.ibid.b*
*Iuramentum tripliciter dicitur falſum.ibid.b & ſeq.*
*Iuramentum triplex.ibid.* 333.d
*Iurandi conſuetudo quantam vim habeat. ibid.* 336.h
*Iurans coacte obligatur, ſed poteſt a iuramento abſolui.ibid.* 334.a
*Iurans coacte ſe aliquid daturum, quid facere debeat.ibid.*
*Iurare quando liceat.ibid.* 331.e







*Iurare licere, probatur.ibid.f*
*Iuſtitiæ partes duæ.ſer.24.* 166.a
*Iuſti debent eos amplecti, qui ipſos vituperãt. ſer.8.* 51.e
*Iuſti cur in hac vita premantur.ibid.* 50.b
*Iuſti dicuntur cœli, in quibus Deus eſt. ſer.6.* 37.e
*Iuſti in hac vita indigent tribus.ſer.12.* 150.c
*Iuſti ob quas cauſas gaudere debent ob conuerſionem peccatorum. ſermo.24.* 166.e. & ſeq.
*Iuſtis cur mors non ſit amara.ſer.14.* 91.g
*Iuſtis omnia cooperantur in bonum.ibi.* 92.d
*Iuſtis cur aduerſa dentur.ſer.8.* 48.d
*Iuſtis aduerſitates conuertuntur in gloriam. ſer.6.* 42.a
*Iuſtorum remuneratio die iudicii explicata. ſer.11.* 71.b.& ſeq.
*Iuſtorum vita, quæ ſit.ſer.5.* 27.b
*Iuſtorum ſunt omnia, vel in re, vel in ſpe. ſermo.24.* 166 g
*Iuſtorum indignatio contra magnos peccatores, vnde oriatur.ibid.f.& ſeq.*
*Iuſtorum indignationis tres cauſæ. ibid. a. & ſeq.*
*Iuſtos ab improbis vituperari eſt ex magna Dei miſericordia.ſer.8.* 51.c.d
*Iuſtus & peccator, diuerſa ratione mortem timent.ſer.14.* 89.e
*Iuuentus apta ad conuerſionem.ſer.21.* 142.a
*Iuuentutem aptam eſſe ad conuerſionem multis ſimilibus explicatur. ibid.* 144.e


*L*


L*Achrymæ ſpirituales vnde oriantur. ſer.30.* 202.f.g.h
*Lachrymarum virtus, quanta.ſer.12.* 79.h
*Latria quid ſit.ſer.10.* 62.a
*Latro bonus in cruce, quibus beneficiis a Chriſto affectus.ſer.55.* 436 a.& ſeq.
*Latronis boni meritum, æmor, &c. ibid.d.g. & ſeq.*
*Latronis boni priuilegia.ibid.* 437.h.& ſeq.
*Latronum duorum, qui cum Chriſto ſunt crucifixi, cur diuerſus exitus.ibid.* 439.c.d.e
*Laudari ab aliis eſt maximum periculum. ſer.8.* 51.d
*Leges iniquas condentes, quando ſint obligati reſtituere.ſer.34.* 228 b.c.d
*Libanus quid ſignificet.ſer.45.* 321.d
*Liber Ouidii de arte amandi apud Chriſtianos debet haberi pro prohibito.ſer.3.* 20.e
*Libri approbati, & reprobati ab eccleſia, qui.ibid.c.d.e*
*Libri diuinæ ſcripturæ ſunt eorum, quibus attribuuntur.ſer.1.* 5.e
*Libri non recepti per canonicis.ibid.* 6.b
*Libri de quibus eccleſia dubitat.ſer.3.* 20.f
*Libri non canonici, quomodo recipiendi. ſermo.1.* 5.h
*Libri ſunt eorum, quibus attribuuntur.ibid.e*
*Libri canonici, quomodo recipiendi.ibid.g*
*Licentia triplex, quæ debitoribus eſt neceſſaria, ad non ſtatim reſtituendum. ſer.38.* 271.c
*Lingua doloſa eſt nouacula acuta. ſer.32.* 217.g
*Lingua mala omnium malorum origo. ſermo.23.* 160.b
*Linguæ malæ, ſeu detrahentis elegans vituperatio.ibid.b.c*
*Linguæ, numero ſeptuaginta duo. ſermo.55.* 466.h
*Lorica ignea myſticè, quæ ſit.ſer.23.* 145.b
*Lucis, & luminis ſuſceptiua, quæ ſint. ſer.63.* 534.b
*Lucifer cur ceciderit.ſer.8.* 51.b
*Lucifer qua ratione ſuam conſtituit eccleſiam.ſer.42.* 308.b.c
*Lucifer caput eccleſiæ malignantium. ibidem.d*
*Lucifer in ſua eccleſia ſuos habet officiales. & miniſtros.ibid.e.f*
*Lucifer inuentor omnium malarum artium. ibid.* 307.h
*Lucifer eccleſiæ malignantium auctor. ibid.* 308.b
*Luciferi in perdendis animis diligentia. ibid.a*
*Lucrum turpe duplex.ſer.37.* 259.e
*Lucrum turpe, an reſtituendum ſit. ibid.d. & ſeq.*
*Ludi inuentor Lucifer.ſer.42.* 308.c
*Ludi malignitates quinque.ibid.* 310.h.& ſequen.
*Ludi impietatem participantium duodecim genera.ibid.* 313.g.& ſeq.
*in Ludis, quomodo miſſa eccleſiæ diaboli celebretur.ibid.* 310.b
*Ludi qui prohibiti.ſer.37.* 262.d
*Ludo acquiſita, an reſtituenda ſint. ibid.d. & ſeq.*
*Ludo acquiſita, vt reſtituenda ſint. ſer.42.* 314.b
*Ludorum duo genera.ſer.37.* 262.d

Ludorum inſtrumenta qui vendunt, peccati ſunt participes.ſer.42. 315.d.e
Ludum ſpectantes qualiter peccent. ibid. 316.a
Ludum e medio tolli, quãta curauerit Diuus Bernardinus.ibid.f.g.h
Ludum permittentes, participes peccati ſunt. ibid. 314.f
Ludus malus, quæ de ludo malo dicantur, lege etiam ſupra, eccleſia malignantium.
Ludus blaſphemiæ, & periuriorum fons.ibi. 311.e
Ludus alearum, & taxillorum eſt prohibitus.ibid.h
Ludus eſt cauſa iacturæ temporis, quæ magna eſt.ibid. 312.a
Ludus corrumpit iuuentutem ibid.311.g
Ludus ſcandalizat iuſtos.ibid.g.h
Ludus iræ, rixæ, & homicidiorum cauſa. ibid. 312.e
Ludus ad deſperationem inducit.ibid.f
Ludus quàm ſit pernicioſum, exemplis oſtenditur.ibid.
Ludentes, quomodo vſuram exerceant. ibid. 311.d
Ludentes mendaces.ibid.e
Ludentes ſiunt infames ibid. 313.e.f
Ludentes contemnunt eccleſiæ præcepta. ibi. 311.b
Ludentibus qui barraterias vendunt, & emunt, vehementer vituperati. ibid. 316. b.c.d.e
Ludentibus qui domos præbent, ſunt ludi participes: & vehementer hic damnantur. ibid. 315.b.c.d
Ludentium domus, quid ſint.ibid. 311.e
Ludentium domus, eccleſia & epiſcopatus diaboli.ibid. 308.f.g
Ludentium inſpectores ſunt ludi participes. ibid. 315.h.& ſeq.
Ludentium lucrandi cupiditas quanta. ibid. 311.b
Luna tria habet.ſer.48. 353.d
Lunæ natura, quæ.ſer.61. 522.g
Luſor facit ludum Deum ſuũ.ſer.42. 313.a.b
Luſor ſub pallio otij fugiendi, otium nutrit. ibid.d.e
Luſor domeſticus prædo.ibid. 311.c
Luſores infeliciſsimi.ibid. 314.a
Luſoris quanta ſtultitia.ibid. 313.b.c.d
Luſoribus, ſeu aleatoribus fauens, quantum ſit deteſtandus.ſer.36. 252.a
Luſorum eſt maliguantium eccleſia. ſer.42. 308.c
Luxuria exerceat omnes animi, & corporis vires.ſer.24. 162.b
Luxuria quantum diſpliceat Deo. ſer.11. 68.d.e
Luxuriæ deſcriptio.ſer.18. 119.c
Luxuriæ frequentatio, quæ mala pariat.ibid. 118.g.& ſeq.119.d
Luxuries ſpecies, quæ grauiores.ſer.17.113.a


M


MAgia naturalis.ſer.10. 67.e
Magnanimitas conſuetudinem malam tollit.ſer.21. 146.a
Magnificentiæ ſecum afferunt ſeruitutem, dolorem, & timorem.ſer.50.369.d.& ſeq.
Mala opera ſunt cauſa, ne Dei lumen videamus.ſer.27. 186.a.b
Mali proſperitate falſi difficilius corriguntur.ſer.22. 152.f
à Malo liberari cur petamus a Deo. ſer.6. 41.h
Malo bene vti non eſt peccatũ.ſer.35.235.g
Malorum perfectio, facit vt bona videantur maiora.ſer.8. 52.b.c
Malum dicitur aliquid dupliciter. ſer.31. 209.e
Malum maius, quod dicatur. ſer.41. 300.d
Malum exemplum quantum obſit. ſer.36. 252.b
Malitia triplex in homine.ſer.6. 40.f
Malitia in ſcripturis diuinis pro afflictione ſumitur.ſer.8. 49.a
Maiorum dictis fides habenda eſt. ſer.27. 184.b
Manaſſes, quid ſignificet.ſer.50. 370.h
Mane, quid ſignificet.ſer.44. 327.g
Manichæi duo principia poſuere.ſer.9. 53.g
Manichæorum error de principio malo. ſermo.1. 7.g
Mannæ conditiones explicatæ.ſer.56. 468.e & ſeq.
Manus Dei, & Chriſti, quæ ſint. ſermo.11. 69.c.d
Mare quid moraliter deſignet.ſer.8. 47.b
Mare quid myſtice ſignificet.ſer.30. 205.a
Maria Virgo cur diligenda ſupra omnes ſanctos.ſer.52. 384.f
Maria Virgo magis inuocanda, quàm alij ſancti.ibid.
Maria Virgo tres benedictiones attulit mulieribus ibid.d







Maria Virgo adſtat Deo, ad poſtulandum pro nobis.ibid. 390.b
Maria Virgo nobiliſſima creaturarum. ſermo.61. 511.d
Maria Virgo nobiliſſima ſecundum carnem.ibid.e.f
Maria Virgo in omni neceſſitate inuocanda.ſer.52. 389.g
Maria Virgo cur mundi adminiſtrationem omiſerit, licet eſſet omnium rerum domina, & regina.ſer.61. 514.g.h
Maria Virgo ſola potuit habere Deum filiũ. ibid.a
Maria Virgo eſt collum, per quod in corpus gratiæ deſcendunt.ibid. 515.c
Maria Virgo quantum humano generi dederit: & quantum nos amauerit.ibi.513.h
Maria Virgo eſt ſignum, quod apparuit in triplici cœlo.ibid. 518.c
Maria Virgo, cur dicatur magnum ſignum. ibid. 517.f
Maria Virgo quid meruerì potuerit. ibid. 512.f
Maria Virgo cur Regina miſericordiæ dicatur.ibid.g.& ſeq.
Maria Virgo triplici Sole amicta. ibidem. 519.a.b
Maria Virgo contempſit omnes res mundanas.ibid. 522.h
Maria Virgo quantam gloriam accidentalem afferat beatis.ibid. 523.c.& ſeq.
Maria Virgo, quomodo dicatur Ioannis mater, & ipſe eius filius.ſer.55. 440.e.f
Maria Virgo eſt mater omnium amantium Chriſtum.ibid.g.h
Maria Virgo eſt Dei magnificentia. ſer.61. 520.a
Maria Virgo Deum magnificat ſuper omnes creaturas. ibid.c
Maria Virgo ſua gloria excedit omnes beatos.ibid.d.& 521.c.& ſeq.
Maria Virgo immunis a uæ.ſer.52.385.g.h
Maria Virgo immunis ab originali culpa. ibid. 386.a
Maria Virgo corpore, & animo aſſumpta. ibid.b
Maria, interpretatur, Maris ſtella.ibid.d
Maria Virgo multis modis alios gratia excellit.ibid.f.g
Maria Virgo triplici gratia plena.ibid.f
Maria Virgo eſt collum, per quod gratiæ ad nos fluunt.ibid. 387.b
Maria Virgo fons, & fluuius gratiarum. ibid.c
Maria Virgo multipliciter in gloria omnes excellit.ibid.d
Maria cum Dominus quomodo eſſe dicatur.ibid.d.e
Maria benedicta in mulieribus, quomodo dicatur.ibid. 388.a.b
Maria Virgo tres gradus in mulieribus eſt adepta.ibid.
Maria Virgo eſt conſummatio, & perfectio totius creaturæ.ſer.61. 515.h.& ſeq.
Maria Virgo eſt cauſa totius ornamenti, & ſplendoris eccleſiæ.ibid. 516.d
Maria Virgo quantum retribuat Deo pro ijs, quæ Deus tribuit homini.ibid.f
Maria Virgo quodammodo plus dedit Deo, quàm Deus nobis.ibid.h
Maria quantum gratia conceptionis exceſſerit omnes creaturas; conceptus notandus.ibid. 521.h.& ſeq.
Maria Virgo quanta largitate gratiæ, & gloriæ donata fuerit a Deo.ibid. 522.d
Maria gratia plena, cur dicatur.ibid.
Maria Virgo triplici honore honorata fuit. ibid.g.& ſeq.
Maria ſalutantem ſemper reſalutat. ſer.52. 385.b
Maria Virgo conceptione filij, & iure hæreditario domina omnium rerum. ſer.61. 504.f
Maria tria mala ſuſtulit, quæ Eua attulit. ſer.52. 388.d.e
à Maria omnis gratia in nos deſcendit. ſermo.61. 515.c
Maria, quid ſignificet.ſer.55. 405.d
Maria Magdalena prima nuncia gloriæ reſurrectionis.ſer.57. 483.h
Mariæ Virgini omnes ſeruiunt creaturæ.ſermo 61. 514.d
Mariæ Virginis inuocatio valet ad remouendam peccati conſuetudinem.ſer.21.145.c
Mariæ Virginis dignitas, quòd ſit mater Dei.ſer.52. 389.b
Mariæ Virginis perfectiones ſunt nobis incomprehenſibiles.ſer.61. 517.a
Mariæ Virginis exaltatio quãta ĩ gloria.ib.d
Mariæ Virginis duodecim gratiæ, & excellentiæ.ibid. 511.b.& ſeq.
Mariæ Virginis figura.ſer.55. 496.g
Mariæ Virginis amore Deus mundum præſeruauit. ibid. 512.a.b

*Mariæ Virginis meritum, quantum.ibid.e.f*
*Mariæ Virginis potentia.ibid.* 513.d.& ſeq.
*Mariæ Virginis encomium.ſer.52.* 385.d
*Mariæ Virginis typus.ibid.a*
*Mariæ Virginis dolor ex paſſione Chriſti, quantus.ſer.61.* 524.e
*Mariæ Virginis ſapientia quanta. ibid. h. & ſeq.*
*Mariæ Virginis candor triplex.ibid.525.a*
*Mariæ Virginis gloria, quo differat a gloria beatorum.ibid.* 519.d
*Mariæ Virginis præſtantia ex eo, quòd ſit mater Dei.ibid.g.& ſeq.*
*Mariæ Virginis pulcherrima laus ex Ambroſio.ibid.518.c.ex Bernar.g*
*Mariæ Virginis, encomium.ibid.* 526.d
*Mariæ ventris fructus benedictus, quomodo.ſer.52.* 388.h.& ſeq.
*Mariæ figura Iudith.ibid.g*
*Mariæ gratia comparata cum gratia Chriſti.ſer.64.* 520.f
*Mariæ Magdalenæ lamentatio ad ſepulchrum. ſer.57. 481.a. & ſeq.quæ ſumpta eſt ex Origene.*
*Martyres quot, & quanta paſſi ſint. ſer. 1.* 8.b
*Martyrium verum quid requirat, vt aureolam conſequatur.ſer.64.* 544.g.h
*Martyrum conſtantia, quanta.ſer.1.* 8.d
*Martyrum patientia fidei veritatem demonſtrat.ibid.b*
*Martyrum cicatrices non ſunt eorum aureola.ſer.64.* 545.b
*Matres vituperantur, quòd ſuas filias ornent.ſer.46.* 338 g
*Matribus quantum debeant filij. ſermo.29.* 199.g
*Matrimonialis actus culpabilis ex triplici tempore.ſer.18.* 120.h.& ſeq.
*Matrimonialis actus frequentatio, quæ mala pariat.ibid.* 118.g.& ſeq.
*Matrimonialis debiti reddendi regula. ſermo 17.* 116.d
*Matrimonialis debiti petendi ratio non eadem in muliere, & viro.ibid.d.e*
*Matrimonialis debiti reddendi cauſæ, quæ. ibid.d.& f*
*Matrimonij bona, quæ.ſer.48.* 354.a.& ſeq. 355.d.& ſeq.
*Matrimonij excellentia in vtraque lege. ibi.* 354.a
*Matrimonij vſus, quando ſit peccatum mortale.ſer.18.* 117.c.& ſeq.
*Matrimonij quanta ſit vtilitas.ſer.44.* 356. & ſeq.
*Matrimonij inquinatio vnde procedat. ſermo. 18.* 117.a
*Matrimonij actus propter voluptatem tantum, an ſit peccatum.ibid.b*
*Matrimonio iuncti ante conſummationem, quid facere debeant.ſer.17.* 111.a
*Matrimonium ſæpe eſt cauſa magnæ pacis. ſer.48.* 357.e
*Matrimonium a quo fuerit inſtitutum. ibid.* 354.a
*Matrimonium quadrupliciter commendatum in noua lege.ibid.b*
*Matrimonium, vide etiam ſupra coniugium, & coniuges.*
*Matrimonium quàm ſit delectabile. ibid.* 355.d.& ſeq.
*Medici honorandi.ſer.20.* 133.d
*Medici in quanto periculo verſentur in curandis infirmis.ſer.13.* 86.f
*Medicorum officium in ſuadendis ægrotis, ad vocandos animæ medicos.ibid.*
*Melior nemo eſt, quòd alius ſit peior. ſer.20.* 137.g
*Memphis quid ſignifiect.ſer.50.* 372.b
*Mendacia quæ videntur dicta a ſanctis viris in ſcriptura, quomodò ſaluari poſſint. ſer.32.* 214.& ſeq.
*Mendacij malitia oſtenditur ex ſeptem capitibus.ſer.31.* 209.h.& ſeq.
*Mendacij iter graue.ibid.* 206.h
*Mendacij plena ſunt omnia.ibid.* 208.g
*Mendacij, & mentientium pœnæ variæ. ibi.* 211.g.& ſeq.
*Mendacio ex quanta oriantur incommoda. ibid.d.e*
*Mendacio abſtinere eſt ſignum bonæ mentis.ibid.b*
*Mendacium triplex.ibid.* 207.c
*Mendacium, mentiri, et falſitas inter ſe differunt.ibid.d*
*Mendacium quid ſit, & quando ſit peccatum.ibid.f.& 208.a*
*Mendacium ſemper continet falſum, ſed non contra.ibid.h*
*Mendacium cur nunquam liceat. ibid. 209. d.& ſeq.*
*Mendacium, nulla diſpenſatione etiam diuina eſt licitum.ibid.e*
*Mendacium operis, an ſit grauius mendacio, & oris.ibid.* 208.h





*Mendacium criminis quodnam ſint. ibid.* 209.d
*Mendacium eſt quoduis peccatum.ibid.a*
*Mendacium non eſt dicendum pro alicuius libertate.ſer.17.* 114.d
*Mendacium quando non ſit in ore. ſer. 32.* 216.a.b
*Mendacium debet homo fugere, quia ipſe eſt imago ſummæ veritatis.ſer.31.* 210.b
*Mendacium eſt contra communem legem, & ius ſingulorum.ibid.h*
*Mendacium de mundo Dei, facit mundum diaboli.ibid.* 211.f
*Mendacium tollit hominum communicationem.ibid.c.d*
*Mendacium operis quid ſit.ibid.* 208.d
*Mendacium myſticum quid.ſer.32.* 214.g
*Mendacium grauiter punitum. ſermo.31.* 212.b.c.d
*Mendacium, vel prope mendacium eſt aſſerere dubium pro vero, & certo.ſer 1.* 5.b
*Mendax peior, quàm luxurioſus. ſermo.31.* 211.h
*Mendaces operæ, qui ſint.ibid.* 208.f
*Mendacis pœna eſt, vt ei non credatur.ibid.* 211.d
*Mentiens ſemper facit contra naturalem rectitudinem voluntatis.ibid.* 210.g
*Mentiens eſt formaliter mendoſus. ibid.* 211.b
*Mentiri quid ſit.ibid.* 207.f
*Mens humana, quomodo ordinetur in Deũ. ſer.6.* 37.h.& ſeq.
*Mens humana debet eſſe Deo grata. ſer.2.* 13.e
*Mens illuminatur tribulationibus. ſermo. 8.* 50. d.e.f.g
*Menſtruorum tempus.ſer.17.* 112.d
*Mercennarij qui dicantur.ſer.24.* 162.h
*Meretricio acquiſitum, an reſtituendum ſit. ſer.37.* 261.h.& ſeq.
*Merita conſeruantur per tribulationes. ſermo.8.* 5 .a
*Meritum perfectiſſimum, quid requirat.ſermo.60.* 508. d
*Meſſis, & vindemia ſpiritualis, quando ſit. ſer.49.* 357.h
*Michael, quid ſignificet.ſer.60.* 503.h
*Militiæ ſpiritualis ordo.ſer.66.* 560.a
*Miniſtri eccleſiæ quantum debeant eſſe puri.ſer.9.* 55.h
*Miracula ſunt fidei certiſſima teſtimonia: ſer.1.* 8.g
*Miracula Dei, & diaboli, ſiue Antichriſti, differunt.ibid.* 9.h
*Miracula, ſeu mirabilia, quomodo fiant a dæmone.ſer.10.* 67.d.e
*Miracula facta fuiſſe, quomodo demonſtrari poſſit.ſer.1.* 9.d.e
*Miracula cur attribuantur fidei.ſer.4.* 25.c
*Miraculum quid ſit.ſer.1.* 8.h
*Miraculum factum virtute fidei. ſermo. 4.* 25. e.f.g
*Miraculum de ſacramento altaris. ſer.20.* 129.g
*Miraculum miraculorum, credere ſine miraculis.ſer.1.* 9.e
*Miſeriarum remedium eſt obliuio. ſer. 10.* 59.g
*Miſericordia Dei in nos, ſpem nobis tribuit ſalutis.ſer.1.* 6.c
*Miſericordia Dei magna eſt, quòd iuſti a malis vituperentur.ſer.8.* 51.c.d
*Miſericordia Dei larga.ſer.43.* 317.c
*Miſericordia, & iuſtitia Dei æqualia. ſermo. 19.* 127.e
*Miſericordia venali nihil turpius. ſermo.7.* 46.c
*Miſericordiæ opus commendatum a Chriſto in die iudicij.ſer.11.* 72.f.g
*Miſericordiæ opera cur commendentur die iudicij.ibid. g.h*
*Miſericordiæ opera quæ, & quot ſint. ibidem 73.a.b*
*Miſſa pro quibus non ſit dicenda. ſermo.25.* 175.c
*Myſteria, quibus non ſint pandenda. ſer.55.* 422.d
*Mola quid deſignet.ſer.12.* 76.b
*Moriendi fiduciam quæ præſtent. ſer.16.* 107.f.g.h
*Morientis dolor ex priuatione.ſer.14.* 90.b & ſeq.
*Morientis dolor afflictionis.ibid.* 89.a
*Morientis dolores deſcripti.ibid.b*
*Morientis variæ cogitationes, quæ eum cruciant.ibid.c.& ſeq.*
*Mors duplex.ibid.* 93.a
*Mors cur dicatur obitus.ibid.e*
*Mors cur non ſit amara iuſtis.ibid.* 91.b
*Mors amara peccatoribus bona, multa hic poſſidentibus.ſer.13.* 83.e.& ſeq.
Morte in tria timenda.ſer.14. 94.e


Morte

*Morte in ſeptem audientur tonitrua. ſer.14. 94.b*
*Mortis timor, & dolor impedit perfectum vſum intellectus.ſer.13. 81.a.b*
*Mortis iuſtorum deſcriptio.ſer.14. 91.b*
*Mortis dolor ex ſeparatione.ibid.d*
*Mortis dolor ex dubitatione.ibid. 92.a.b*
*Mortis pericula, & cruciatus nata ſunt impedire vſum liberæ rationis.ſer.13. 80.b*
*Mortis in articulo pericula duodecim.ibid.f. & ſeq.*
*Mortis dolor excitatione.ſer.14. 92.b*
*Mortis tempore cur peccator ſui obliuiſcatur.ſer.13. 81.d*
*Mortis tempore duodecim dolores patitur peccator.ſer.14. 88.b.& ſeq.*
*Mulier poteſt debitum quandoque viro negare.ſer.17. 115.c.d*
*Mulier quomodo poſſit licite vitare amplexus, & concupiſcentias viri.ibid.f*
*Mulier honeſta, quibus virtutibus debeat eſſe ornata.ſer.48. 353 a*
*Mulier honeſta vanitates mundi contemnit. ibid.c*
*Mulier honeſta duodecim gratijs, ſeu ſtellis debet eſſe ornata.ibid.g.& ſeq.*
*Mulier, ſeu domina honeſta tripliciter figuratur.ibid. 352.b*
*Mulier vna vana in vna ciuitate, omnes alias ad vanitatem trahit.ſer.46. 341.b*
*Mulier caudata ſerpenti comparatur.ſer.47. 348.e*
*Mulier caudata inter monſtra poteſt collocari.ibid. 347.c*
*Mulier fucata eſt animarum bubo, ſeu ciuecta.ibid. 351.a*
*Mulier in eccleſia velata orare debet. ſermo.20. 130.c*
*Mulier debet eſſe ſubiecta viro.ſer.47.349.e*
*Mulier negans debitum viro, quomodo peccet.ſer.17. 114.g*
*Mulieres pulcherrima oratione hortantur ad non ornandum caput.ſer.47. 350.c.d*
*Mulieres ſe ornantes ignem accendunt. ſermo.36. 252.b*
*Mulieres cur ſe ornent.ſer.18. 117.b*
*Mulieres, quæ ſe ornant pro pudicis, & honeſtis haberi volunt.ſer.46. 342.b.& ſeq.*
*Mulieres ornando ſe mentiuntur. ſermo.32. 218.b*
*Mulieres concupiſci deſiderantes damnatæ. ſer.44. 326.e.f*
*Mulieres quot modis peccent, dum capillos adulterant.ſer.47. 345.f.& ſeq.*
*Mulieres ſuis vanitatibus offendunt Deum, proximum, & ſeipſas.ibid.b. & 346.a.b*
*Mulieres damnatæ quòd ſuos filios non lactent.ſer.18. 118.c*
Mulieris *ornatum caput, quid ſit. ſermo.47. 349.c*
Mulieris *bonæ quanta vtilitas in domo. ſermo.48. 357.a.& c*
Mulieris *ornatæ caput, quot contineat ſtultitias.ſer.47. 349.d.& ſeq.*
Mulieri *caudatæ ſuperbia.ſer.47. 348.d*
Mulierum *ornatus ſignum inordinati amoris.ſer.18. 117.b*
Mulierum *excuſatio, quòd ſe ornent ſublata. ſer.47. 350.f*
Mulierum *ſe ornantium excuſatio ſublata. ſer.46. 342.g*
Mulierum *vanitas, & ſuperfluitas, late demonſtratur, & reprehenditur. ſermo.44. 328.d.& ſeq.*
Mulierum *in ſe ornandis diligentia reprehenſa.ibid. 325.d.& ſeq.*
Mulierum *ornatus damnatus.ibid.e.f*
Mulierum *ſe ornantium excuſationes damnatæ.ibid. 326.f.& ſeq.*
Mulierum *ſe ornantium excuſatio ſublata. ſer.46. 341.c*
Mulierum *ſe ornantium excuſatio ſublata. ſer.47. 346.c*
Mundana *proſperitas impedit pœnitentiam. ſer.50. 373.b.c.& ſeq.*
Mundanarum *rerum cura, quàm ſit periculoſa.ſer.16. 106.b.c*
Mundanarum *ſtudium tripliciter conſcientiam implicat.ſer.50. 373.f.g*
Mundanis *diuitijs dediti, qua via incedant. ibid. 374.a.b*
Mundi *deteſtatio.ibid.e*
Mundi *contemptus triplex.ibid. 367.b*
Mundi *ſapientia, ſeu potius ſtultitia, in quibus conſiſtat.ſer.16. 102.b*
Mundus *eſt quædam vallis ſylueſtris. ſer.19. 122.e.f*
Mundus *plenus mendaciorum.ſer.31. 208.g*
Mundus *contemnendus eſt ob mundanorum horribiles pœnas.ſer.50. 372.g.b*
Mundus *eſt veluti Iuda, qui oſculo prodit. ibid. 370.a*
Mundus *eſt veluti ſtabulum, reſpectu paradiſi.ſer.65. 551.g*


Mundus




*Mundus cur mari comparetur. ſermo.21. 146.c*
*Mundus quo pacto nos tentet.ſer.6. 41.f*
*Mutilator membrorum qua ratione reſtituere debeat.ſer.33. 226.a.b*
*Mutuas pecunias accipere ab vſurario in neceſſitate, an liceat.ſer.35. 235.f.g.b*

*N*

*Natalis Domini licet veſci carnibus, etiam in ſexta feria ſer.5. 32.c*
*Nazarenus quid ſignificet.ſer.49. 359.c*
*Negligentes iure Dei adiutorium perdunt. ſer.27. 184.g*
*Negligentia eſt cauſa cur homines non credant.ibid.*
*Nomen vnde dictum.ſer.6. 38.a*
*Nomen ſortitur nemo ſine cauſa. ſermo.46. 342.b*
*Nomen vnde dictum.ſer.62. 527.b*
*Notarij & tabelliones, quando reſtituere teneantur.ſer.35. 236.f*
*Nouitij religioſi quando excuſentur a ieiunio.ſer.5. 33.c*
*Nubes quid myſtice ſignificent. ſermo.30. 202.g*

*O*

*Obediendum quando non ſit. ſermo.17. 113.d*
*Obedientia duplex.ibid.c*
*Obedientia anima fit locus Dei, & ſubijcitur Deo.ſer.16. 103.b.c*
*Obedientia homo fit paruulus.ibid. 104.a*
*Obedientia coniugalis qualis & quanta ſit. ſer.117. 113.d.e.f.& 116.a*
*Occaſionis remotio valde confert ad tollendam peccati conſuetudinem. ſermo.21. 145.d*
*Ocij quanta ſit pernicies, & quàm ſit fugiendum.ſer.42. 313.e*
*Oculi myſtice quid ſint.ſer.55. 409.c*
*Odij vis quanta ſit.ſer.23. 155.c*
*Odium quid ſit.ſer.27. 184.d*
*Odor quid ſit.ſer.63. 541.f*
*Odor ſpiritualis triplex.ſer.51. 374.g*
*Offenſa quando fiat.ſer.36. 248.f*
*Omnipotentiæ ratio quæ ſit.ſer.1. 10.b*
*Opera bona quo pacto facienda. ſermo.7. 42.f*
*Opera ſine charitate, non plane Deo placent. ibid. 45.b*
*Opera tria ſublima, ieiunium, oratio, & eleemoſyna.ſer.5. 27.a*
*Operarij quomodo excuſentur a ieiunio. ibidem. 33.e*
*Opus factum ex voto magis meritorium. ſer.16. 108.b*
*Orandi modus a Chriſto demonſtratus. ſermo.55. 409.c.d*
*Oratio quid ſit.ſer.56. 475.d*
*Oratio eſt opus ſatisfactorium pro peccato ſuperbiæ.ſer.6. 34.d*
*Oratio maior, quæ ſit.ibid. 39.d*
*Oratio communis Deo placet.ibid. 37.b*
*Oratio Dominica, vide ſupra, Dominica oratio.*
*in Oratorio quid ſit faciendum. ſermo.20. 131.f*
*Ordo mirabilis in creatura. ſermo.51. 377.c*
*Oreb quid ſignificet.ſer.54. 403.g*
*Ornamenta ſuperflua qua ratione cognoſcenda.ſer.44. 323.a.& ſeq.*
*Ornamenta, ſeu fucamenta mulierum vendere, an ſit malum.ſer.37. 260.b*
*Ornamentorum vſus immodicus ex conſuetudine redditur peior.ſer.21. 141.b*
*Ornatus ſuperfluus, cur Deo diſpliceat. ſermo.44. 326.c.& ſeq.*
*Ornatus mulierum, quot mala hominibus afferat.ſer.46. 338.f.g.& ſeq.*
*Ornatus vanus, quale peccatum ſit. ſermo.44. 325.f*
*Ornatus mulierum quantum maritis noceat. ſer.46. 339.d.& ſeq.*
*Ornatus, & vanitas mulierum nocet parentibus.ibid. 338.g*
*Ornatus mulierum quantus eſſe debeat. ſermo.44. 223.b. damnatus. 324.a. & ſequen.*
*Ornatus hominum non decet mulieribus. ibid.b*
*Ornatus honeſtus mulierum permiſſus. ſermo.47. 346.c*
*Ornatus mulierum damnatus. ſermo.36. 252.b*
*Ornatus Chriſtianorum qualis. ſermo.47. 346.d*
*Ornatus mulierum damnatus.ſer.32. 218.b*
*Ornatus mulierum late deſcriptus. ſer.44. 328.d.& ſeq.*
*Ornatus mulierum, quorum peccatorum ſit cauſa.ſer.46. 343.d.e.f*
*Ornatus nimius mulierum minuit bona temporalia.ibid.b.& ſeq.*

Ornatus mulierum multa Dei flagella adducit.ibid.b.& ſeq.
Ornatus mulierum eſt indicium inordinati amoris.ſer.18. 117.b
Ornatus mulierum unde naſcatur. ibid. b. & ſeq.
Ornatus mulierum nocet alijs mulieribus. ſer.46. 341.e.& ſeq.
Ornatus mulierum nocet pauperibus. ibid. 342.c
Ornatus mulierum quorum malorum ſpiritualium ſit cauſa.ibid.f
Ornatus mulierum nimius impedit populorum multiplicationem.ibid. 343.c
Ornatus mulierum nocet ijs,a quibus iuuantur, & quæ eas comitantur. ibidem. 340.c.d
Ornatus & vanitates mulierum, ſunt hominum fragilium incentiuum. ibid. b. & ſeq.
Ornatus mulierum ſanctorum ſentētijs damnatus.ibid.
Oues quid in ſcriptura ſignificent. ſer.11. 71.b
Ouidij liber de arte amandi debet pro prohibito haberi.ſer.3. 20.e

P

PAlma in beatis quid ſit. ſermo.64. 546.h
Panis quid myſtice ſignificet. ſermo.24. 163.h
Panis triplex, quo indiget homo. ſermo.6. 39.h
Panis quotidianus qui.ibid. 40.b
Paradiſi lux quanta.ſer.65. 552.a
Parentes quid facere debeant erga filios, in præcepto communionis.ſer.53. 391.f.g
Parentes quomodo ſe gerere debeant erga filios.ſer.29. 197.d
Parentes qui filias turpes, vel inuitas in monaſteria includunt, vituperati. ſer.46. 343.d
Parentes permittentes ſuos filios ludere, vt peccent.ſer.42. 314.f.g.h
Parentes corporales cur honorandi. ſer.29. 195.b
Parentes ſpirituales qui dicantur.ibid. c.d.e
Parentibus cur non ſit datum præceptum de amandis filijs.ibid. 196.h.& 197.a
Parentibus duplex debetur honor. ſer.29. 196.c
Parochiales aduerſus vſurarios quo pacto ſe habere debeant.ſer.35. 243.g
Parochus quid facere debeat aduerſus eos, qui communionem non ſumunt.ſermo.53. 392.d.e
Partialitas,ſeu partialitates, vide ſupra, Diſcordia.
Participantes in damno inferendo, quomodo reſtituere debeant.ſermo.33.224.a.& ſequen.
Paſſio Chriſti duobus modis valet ad deletionem peccati.ſer.55. 465.b
Paſſio Chriſti memoria ſemper retinenda. ſer.49. 363.d
Paſſio Chriſti prænuntiata Apoſtolis. ſermo.55. 406.g
Paſſio Chriſti,vide etiam,Chriſtus.
Paſſionem Chriſti qui ſentiant. ſermo.55. 404.e
Paſſionem, & Crucem Chriſti cur omnes imitari debeant.ſer.56. 467.d
Paſſiones quæ magis impediant liberam voluntatem.ſer.13. 80.b
Paſſionis Chriſti contemplatio. ſermo.55. 406.f.& ſeq.
Paſſionis Chriſti tempus præfinitum erat. ibid. 411.a
Paſſionis Chriſti cauſa magis quàm paſsio deflenda.ibid. 430.d
Paſsionis Chriſti figura.ibid. 431.a.immolatio Iſaac.
Paſsionis Chriſti modus, cur non expoſitus ab Euangeliſtis.ibid.d
Paſsionis Chriſti tempore quæ myſteria aduenerint ibid. 449.b
Patientia hominibus neceſſaria. ſermo.8. 48.a
Patientia vtitur hominibus malis. ſermo.6. 42.a
Patientiæ culmen in quo conſiſtat. ſer.55. 443.a
Patientiæ Chriſti ſingulare exemplum.ibid.c
Patres doctrinales qui dicantur. ſermo.29. 195.f
Patres ſpirituales ratione baptiſmi ad quid teneantur.ibid.d.e
Paupertate totus mundus homini ſubijcitur. ſer.16. 103.c
Paupertatis effectus.ibid. 104.a.b
Pax quomodo detur bellatoribus ſpiritualibus.ſer.66. 567.b
Pax & victoria ſpiritualis, quomodo acquirantur.ibid.





Pax omnibus in rebus cernitur, & omnia gubernat.ſer.28. 193.h.& ſeq.
Pax ſine charitate eſſe non poteſt. ſer.25. 170.e
Pacem adhortatio.ſer.28. 194.a.b
Pacificus homo quis dicatur ibid. 193.f
Peccandi conſuetudo quid efficiat. ſer.21. 142.e
Peccandi conſuetudo impedit pœnitentiam. ſer.19. 124.d
Peccandi conſuetudo remoueri poteſt ex malis,quæ ex ea naſcuntur.ſer.21. 145.g
Peccandi amor pœnitentiam impedit. ſermo.19. 123.h.& ſeq.
Peccandum ad qui inducit, quomodo ſatisfacere debeat.ſer.36. 249.f.& ſeq.
Peccandum ad tripliciter quis proximum inducit.ibid.f
Peccandum ad inducere, graue eſt crimen. ibid. 248.a
Peccantes publice,publice corrigantur.ibid. 253.d
Peccantis anima gradatim tendit ad peccata.ſer.24. 161.c
Peccantis animæ tres cæcitates.ibid.d
Peccantium exempla cur non ſint imitanda. ſer.20. 137.h
Peccantium exempla impediunt pœnitentiã. ſer.19. 125.f
Peccare poſt communionis ſacramentum,cur ſit periculoſum.ſer.53. 394.f.g
Peccata quæ difficulter curentur. ſermo.13. 82.e
Peccata nihil videntur eſſe ob conſuetudinē. ſer.21. 143.h
Peccata non poſſunt occurrere ei, qui raro ea confitetur.ſer.15. 95.h
Peccata quando nobis remiſſa fuiſſe credere poſsimus.ſer.49. 360.a
Peccata quædam iterata tranſeunt in mortalia.ſer.21. 139.b
Peccata quæ muniant dæmonem, ne ab hominum corde pelli poſsit.ſer.22. 145.g
Peccata manifeſta non ſunt occulta correctione purganda.ſer.36. 253.d
Peccata ſunt ſæpe cauſa infirmitatum.ſer.13. 86.f.& 87.b
Peccata tria horrenda, propter quæ Deus creaturæ iraſcitur.ſer.11. 68.b
Peccata ſua reprehēdi nolle audire quàm ſit abſurdum.ſer.17. 111.e.f
Peccata cur integre confitenda. ſermo.15. 101.b.c
Peccati progreſſus qui.ſer.19. 124.f
Peccati obliti confeſsio, an ſit neceſſaria, cum in memoriam venit.ſer.15. 102.c.d
Peccati pœnitentia quando ſit grata Deo. ſer.13. 81.e
Peccati amaritudo in fine vitæ maxime ſentitur.ibid. 85.f
Peccatum in Spir.ſanc. cur non mereatur remiſsionem.ſer.41. 300.c
Peccatum mortale quid ſit.ſer.18. 117.d
Peccatum duo habet.ſer.55. 464.g
Peccatum vnum non dicitur ſine alio.ſer.53. 393.d
Peccatum eo grauius, quo minus motiuum habet.ſer.41. 399.h
Peccatum non eſt, niſi ſit voluntarium. ſermo.36. 247.h
Peccatum quantum Deo diſpliceat. ſer.56. 467.d
Peccatum omne eſt mendacium. ſermo.31. 209.a.b
Peccatum torrenti comparatur. ſermo.14. 92.f
Peccatum mortale diſtrahit nos a Deo. ſermo.13. 85.b
Peccatum excuſare grauius eſt, quàm peccare.ſer.20. 137.f
Peccatum aliquod retinere in confeſsione, quid ſit.ſer.15. 101.d
Peccatum quantum diſplicere debeat. ſermo.12. 78.a
Peccatum quid faciat in anima. ſermo.12. 76.e
Peccatum veniale non eſt faciendum, vt vitetur in alio mortale.ſer.17. 114.h
Peccator debet peccata recogitare. ſer.15. 96.a.b
Peccator in extrema vita eſt minus dominus ſuorum actuum.ſer.13. 82.f
Peccator in fine vitæ difficile conuertitur ob habitum peccandi.ibid.b
Peccator quomodo longe abeat a Deo.ſer.21. 143.g.& 144.b
Peccator quomodo poſsit ſuos hoſtes vincere. ſer.19. 127.b.c.d
Peccator paſcit porcos.ſer.24. 162.g
Peccator per triplicem gradum gratiæ reſurgit a peccato.ſer.24. 163.b.& ſeq.
Peccator omnis filius diaboli eſt. ſermo.31. 209.b
Peccator & iuſtus diuerſa ratione mortem

timent. ſer.14. 89.e
Peccator ſtulte in fine vitæ de vita ſperat. ibid.e.f.& ſeq.
Peccator mortis tempore, cur ſui obliuiſcatur.ſer.13. 81.d
Peccator, vide etiam ſupra, impius.
Peccator qui pœnitentiam differt, quid circa tempus, quod amittit debeat conſiderare.ibid. 87.d.e.& ſeq.
Peccator eſt filius prodigus.ibid. 85.c
Peccator remotus a Deo, minus eum audit. ibid.
Peccator eſt terra ter a Deo vocata.ibid.d
Peccatorem in fine vitæ vix poteſt bene pœnitere.ibid.h
Peccatores, quibus rebus implicentur.ſer.22. 151.e.f
Peccatores, præſertim diuites, & magnates in fine vitæ derelicti.ſer.13. 86.f
Peccatores cur iuſte perpetuo punientur. ſermo.11. 70.b
Peccatores boni latronis exemplo, differunt pœnitentiam ad finem vitæ, ſed male. ſermo.13. 83.a
Peccatores quæ bona faciant ob quæ remunerantur a Deo.ſer.22. 148.f
Peccatores quibus bonis abutantur in contumeliam.ibid. 150.b.& ſeq.
Peccatores cur exaltentur.ibid. 152.a
Peccatores ob bona temporalia euadunt cæci, ingrati, & derelicti.ibid.d
Peccatores quibus modis impediantur a dæmone, ne accedant ad pœnitentiam. ſermo.19. 122.c
Peccatores in peccando aſſuefacti, quibus comparentur.ſer.21. 142.d
Peccator acrius tentatur in hora mortis a dæmone.ſer.13. 83.b.c
Peccator qui tempore mortis putat ſe acrius pugnare poſſe, quàm tempore iuuentutis, irridendus.ibid.c.d
Peccatori ad ſe reuertenti Deus dat tria ſentimenta.ſer.24. 165.c
Peccatori quot pericula immineant tempore mortis.ſer.13. 80.f.& ſeq.
Peccatori cur Deus tempus tollat. ſermo.13. 87.b
Peccatoribus cur Deus proſpera conferat. ſer.22. 147.e.& ſeq.
Peccatoribus dantur proſpera, vt conuertantur.ibid. 148.b.& ſeq.
Peccatoribus dantur temporalia, ut in illis implicentur.ibid. 151.b
Peccatoribus omnia bona conuertuntur in malum.ibid.e.f.& ſeq.
Peccatoribus dantur proſpera, vt boni exerceantur.ibid. 150.a
Peccatoribus quod immineat iudicium. ſermo.55. 430.a
Peccatoris ſtatus triplex. ſermo.24. 161.b. & ſeq.
Peccatoris negligentia in ſua ſalute, quantum periculum ſecum ferat.ſer.19. 126.b
Peccatoris conuerſio ob amorem Dei, cur ſit difficilis in fine vitæ.ſer.13. 81.f.g
Peccatoris conuerſio in fine vitæ, quàm ſit difficilis ob varia impedimenta.ibid.80.b & ſeq.
Peccatoris vexatio in fine vitæ quanta. ibid. 85.b.86.a.& ſeq.
Peccatoris ignorantia impedit pœnitentiam. ſer.19. 125.d
Peccatoris ignorantia quanta ibid.
Peccatoris dolor quantus ex ſeparatione animæ a corpore.ſer.14. 91.e.f
Peccatoris varij dolores tempore mortis. ibi. 89.a.& ſeq.
Peccatoris anima a quibus accuſetur in die iudicij.ibid. 93.b.& ſeq.
Peccatorum noſtrorum remiſſio, cur tribuatur dimiſſioni alieni debiti.ſer.28. 191.b
Peccatorum infelicitate nihil infelicius. ſermo.21. 151.e
Peccatorum recogitatio quid efficiat. ſer.15. 96.f
Peccatorum retributio in die iudicij qualis. ſer.11. 73.c.& ſeq.
Peccatorum bona huius vitæ poſſidentium, quantus dolor tempore mortis. ſermo.13. 83.e.f.g.h
Peccatorum ſtatus in die iudicij qualis. ſermo.11. 74.d.e
Peccatorum miſeria in die iudicij deſcripta. ibid.e.f
Pedes ſpirituales qui ſint. ſer.30. 203.h.& 204.a
Pœna cur non ſit ſoluenda, niſi poſt condemnationem.ſer.37. 266.h
Pœna a iudice impoſita, quando ſit ſoluenda. ibid. 26. f
Pœnitens qui ſecurus dicatur.ſer.13. 82.f
Pœnitens in fine vitæ cur debeat habere intenſionem doloris.ibid.g.h
Pœnitens quæ debet recogitare.ſer.15. 96.c

Pœnitens



Pœnitens quæ conſiderare debeat, vt peccatorum recordetur.ibid.h
Pænitentia quid ſit.ſer.19. 123.b
Pænitentia ad ſalutem neceſſariam, quinque requirit. ſer.12. 78.d
Pænitentia & vera conuerſio in fine vitæ dubia, & non ſecura.ſer.13. 86.c.d
Pænitentia hoſtis vires debilitat. ſermo.19. 127.b
Pænitentia in fine vitæ vix bona.ſer.13. 85.b
Pænitentia quid.ſer.9. 57.b
Pænitentia, vide ſupra, Confeſsio, & contritio.
Pænitentiam differre quàm ſit ſtultum. ſermo.13. 87.d
Pænitentiæ actus neceſſario requirit liberum arbitrium ibid. 81.a
Pænitentiæ impedimenta duodecim. ſer.19. 122.b.& ſeq.
Perfectorum hominum gradus diuerſi. ſermo.28. 191.c
Pericula duodecim, quæ ſunt in articulo mortis.ſer.13. 80 f.& ſeq.
Pericula, quæ hominem infeſtent. ſermo.16. 105.h
Periurandi occaſionem præbere eſt pernicioſum.ſer.45. 335.b.& ſeq.
Periurandi occaſio, quibus modis dari poſſit. ibid. 336.a
Peierare, qui non poſſit.ibid. 332.a
Periurium quid ſit.ibid. 335.b
Periurij crimen, quàm graue ſit.ibid. 330.f
Periurij pœna.ibid. 337.a.& ſeq.
Periurij crimen miraculo manifeſtatum, & punitum.ibid.
Periurij, quibus pœnis puniantur.ibid.336.f. & ſeq.
Periurium tripliciter committitur. ibidem. 333.e
Periurium in triplici punitur foro.ibid.337. a.& ſeq.
Periurus teſtificari non poteſt. ſermo.35. 236.g
Perſecutores bonorum quid efficiant. ſer.22. 150.c
Petitionum genera omnia in oratione Dominica continentur.ſer.6. 35.f
Petri negatio qualis.ſer.55. 415.g.h
Petro in perſona aliorum commiſſa eſt cura eccleſiæ.ſer.20. 132.e
Pudor & erubeſcentia ex cultu diuino. ſer.9. 56.g
Philoſophi errarunt in rebus politicis. ſer.1 7.h.8.a
Philoſophi fuerunt inter ſe contrarij.ibid.4.g
Pigritia & negligentia impediunt pœnitentiam.ſer.19. 126.c
Pilati teſtimonium pro Chriſto. ſermo.55. 421.f
Pilati vituperatio.ibid. 427.d.e
Pilatus, quis & cuias eſſet.ibid. 421.f
Poetarum libri laſciuij pernicioſi. ſermo.3. 20.e
Pompeius irreuerenter tractauit Dei templum, ac proinde infeliciter victus.ſer.20. 131.b
Pontificatus apud Hebræos tempore Chriſti qualis.ſer.55. 416.e
Populus debet fideliter audire prædicatorem. ſer.17. 110.g
Porta cæleſtis regni.ſer.66. 565.e
Poteſtas, ſeu ſuperioritas triplex. ſermo.29. 197.g
Præcepta affirmatiua, & negatiua, quomodo obligent.ſer.38. 270.c
Prædeſtinationis ſignum magnum quod. ſermo.6. 50.e
Prædicator non debet clerum detrahere.ſermo.20. 137.b
Prædicator debet honeſte, ſobrie, & moderate loqui.ibid.e
Prædicator eſt veluti Sol.ſer.17. 110.a.b
Prædicator non debet tacere peccata.ibid.
Prædicator ad quid teneatur. ſermo.17. 110.b.c
Prædicator, de quibus rationem ſit redditurus.ibid.e
Prædicator indiſcrete clerum corrigendo facit populos peiores.ſer.20. 137.d
Prædicator, qualiter in concionando ſe gerere debeat.ſer.17. 109.h
Prædicatores non debent detrahere prælatis eccleſiarum.ſer.20. 136.b
Prædicatores quomodo reprehendere debent. ibid.c
Prædicatoris indiſcreta clericorum correctio quos effectus producat. ſermo.20. 137.d.e
Prædicatoris finis ſalus animarum. in proœmio. 1
Prælium unde dictum.ſer.60. 503.f
Præcepta data de virtutibus, quomodo intelligenda ſint.ſer.28. 190.b
Præeminentia duplex.ſer.29. 194.g

Præeminentia

*Præeminentiæ gradus varij.ſer.29.* 194.g
*...rægnantes non tenentur ieiunare. ſermo.5.* 33.g
*Prælati, & Doctores, & concionatores tenentur habere fidem explicitam.ſermo.3.* 20.a
*Prælati quanta ſint reuerentia digni. ſermo.20.* 136.d
*Prælatis etiam inutilibus reuerentia eſt habenda.ibid.* 133.c
*Prælatos male reprehendere ſacrilegium eſt. ibid.* 136.b
*Prælatos indiſcrete corrigere, quàm ſit periculoſum.ibid.* 137.b
*Præmium eſſentiale beatorum cur aurea dicatur.ſer.64.* 544.b
*Præparatio ad confeſſionem neceſſaria, & quotuplex.ſer.15.* 95.b.96.a.& ſeq.
*Præſumptio de miſericordia Dei impedit pœnitentiam.ſer.19.* 127.e
*Præſumptio eſt opus diaboli.ſer.19.* 127.e
*Pretij iuſti latitudo, quæ ſit.ſer.37.* 261.c
*Pretium omnino iuſtum cur in humanis contractibus ſeruari non poſsit. ibid.* 260.e.& ſeq.
*Pretium iuſtum non ſeruare in commutationibus, quando obliget ad reſtitutionem. ibid.d.& ſeq.*
*Prætorium quid.ſer.55.* 419.b
*Princeps mundi quomodo dicatur eiectus foras.ſer.60.* 506.b.c
*Principes abuſum veſtium permittentes damnati.ſer.44.* 324.g.h
*Principes honorandi ſunt.ſer.29.* 195.e
*Principes non deberent ſuſtinere blaſphemos. ſer.41.* 306.f
*Principes permittentes vſurarios an reſtituere teneantur.ſer.35.* 239.c.d
*Principum ſtatus, quàm periculoſus. ſermo.16.* 106.a
*Prior tempore eſt potior iure.ſer.40.* 286.f
*Probatica piſcina quæ.ſer.12.* 75.b
*Promiſſa propter duo homines non ſeruant. ſer.31.* 208.a
*Promiſſum malum reſcindendum eſt. ſermo.31.* 208.c
*Propheta non eſt acceptus in patria. ſermo.27.* 182.d.e
*Prophetas qui recte intelligit, non errat. ſermo.1.* 3.d
*Proximus cur diligendus ſit.ſer.28.* 193.d
*Prudentia in amando neceſſariam. ſer.43.* 321.d
*Prudentiæ lumen, quo ſpeculo cognoſcatur. ſer.44.* 323.b
*Pueri quomodo aſſueſaciendi ad ſumptionem ſacramenti euchariſtiæ ſer.56.* 474.e
*Pueri quando teneantur ieiunare. ſermo.5.* 33.a
*Pulchritudo quid ſit.ſer.63.* 542.h
*Pupillus an poſsit a tutore petere lucrum ſuæ pecuniæ.ſer.35.* 237.d.e

Q

*Quadragenarij numeri myſtica ſignificatio.ſer.54.* 398.f

R

*Racha quid ſignificet.ſer.36.* 248.c
*Rapacitas ſequitur deſiderium ſuperfluorum.ſer.6.* 40.a
*Rapinis qui occaſionem dant, an teneantur reſtituere.ſer.33.* 223.& ſeq.
*Raptores reſtituere tenentur, & qui raptores vocari poſsint.ibid.* 220.d
*Raptoris pœnæ.ſer.36.* 252.f
*Ratio humana quando tollat fidei meritum. ſer.2.* 14.h
*Ratio humana quando augeat meritum fidei.ibid.a*
*Ratio mentis dicitur Rex ſapiens. ſermo.43.* 321.f
*Rationes in rebus fidei, quid valeant, & quomodo adhibendæ.ſer.27.* 185.d.e
*Rationalis creatura quorſum creata. in prooemio.* 2
*Receptores quando reſtituere teneantur. ſermo.34.* 231.b.c
*Redemptio noſtra cur fieri debuerit per viam paſsionis, & non per viam proſperitatis. ſer.55.* 465.f
*Redimere quid ſit.ibid.* 463.f
*Regentium ſtatus, quàm periculoſus. ſer.16.* 106.a
*Regni cœleſtis expugnatio deſcripta. ſermo.66.* 566.d.& ſeq.
*Regnum Dei triplex.ſer.6.* 38.c
*Regnum cœlorum ſolum in Euangelio palam, & in principio promittitur. ſer.66.* 557.d
*Regula optima ad intelligendas ſcripturas. ſer.1.* 7.g
*Regularis & ſæcularis vitæ quanta differentia.ſer.16.* 109.b
*Regularis vita, qualis ſit.ibid.*
*Religio eſt locus, quem Deus elegit in habitationem ſibi.ibid.* 103.c
*Religio eſt mons excelſus, in quo Chriſtus ſe transfigurauit.ibid.d*
*Religio puritatem mentis, & corporis elaborat.ibid.* 106.f
*Religio citius purgat.ibid.h*
*Religio cuſtodit a malis occaſionibus. ibid.* 104.f.g
*Religio tria opportuna remedia præbet.ibi.h & ſeq.*
*Religio facit hominem cautè incedere. ibid.* 105.d
*Religio eſt veræ ſapientiæ ſchola.ibid.*
*Religio facit hominem ſecurius quieſcere. ibid.h*
*Religio debet eſſe vna in omnibus hominibus.ſer.3.* 18.c.d
*Religio ignorari non poteſt ſine pudore. in procemio.* 1
*Religio requirit coercendi vim. ſermo.2.* 14.a
*Religione in homo confidentius moritur. ſermo.16.* 107
*Religione in vitæ decus poſitum. in procemio.* 1
*in Religione viuere & eſſe, cur melius ſit. ſer.16.* 103.e.& ſeq.
*in Religione purius viuitur, & cur. ibidem.g.h*
*Religionem diſſuadens, aut ab ea aliquem abducens, ad quid teneatur. ſermo.36.* 250.b.c
*Religionis ſtatus confert ad vitæ renouationem.ſer.21.* 147.b
*Religionis ſtatus omnem aliam ſatisfactionem tranſcendit.ſer.16.* 107.a
*Religionis tria exercitia commendata. ibidem.b*
*Religionis cognitio quàm ſit neceſſaria. in procemio.* 1
*Religionis opera ſunt faciliora, ſecuriora, & vtiliora.ſer.16.* 107.d.e
*Religionis fructus qui.in proœ.* 1
*Religionis præmiatio copioſa. ſermo.16.* 108.a
*Religioſa vita conſiſtit in tribus. ibidem.* 106.e
*Religioſi quomodo poſsint, & debeant audire confeſsiones.ſer.15.* 99.h.& ſeq.
*Religioſi per votum faciunt Deo holocauſtum.ſer.16.* 108.c
*Religioſi tota vita animam ad gratiam diſponit.ibid.* 106.d.e
*Religioſus fugit quæ ducunt hominem ad caſum.ibid.* 104.d.e
*Religioſitatis effectus qui.in procemio.* 1
*Rem ſuam propria auctoritate recuperare an liceat; & quæ ſint in hac re pericula, & cur prohibitum ſit.ſer.33.* 221.c.e.f.g
*Res aliqua tripliciter dicitur penetratiua. ſermo.63.* 534.f
*Reminiſcentia quid.ſer.9.* 58.d
*Reſtituenda quæ prius ſint.ſer.39.* 284.f
*Reſtituenda cui ſint, quæ cum peccato accipiuntur.ibid.* 280.h.& ſeq.
*Reſtituenda eſt pœna a iudice inflicta. ſermo.37.* 265.f
*Reſtituenda vt ſint ludo acquiſita. ſer.42.* 314.b.& ſeq.
*Reſtituenda quomodo ſint incerta. ſer.37.* 267.e
*Reſtituenda ſunt omnia accepta ab eo qui non poteſt alienare.ibid.* 266.h
*Reſtituenda ſunt quatuor rerum genera.ibid.* 258.b.& ſeq.
*Reſtituenda cui ſint incerta bona. ſermo.40.* 288.h.& ſeq.
*Reſtituenda ſunt omnia, quæ illicite retinentur.ſer.37.* 264.d
*Reſtituenda ſunt, quæ per errorem acquiſita ſunt.ibid.e*
*Reſtituenda prius ſunt male ablata, quàm alia debita.ſer.39.* 285.d
*Reſtituenda prius ſunt habita per vſuram, quàm per alios contractus.ibid.h*
*Reſtituenda prius ſunt certa debita, quæ pertinent ad pias cauſas.ibid.b*
*Reſtituendi impoſsibilitas triplex. ſer.38.* 276.e
*Reſtituendi propoſitum plenum & firmum, eſt de neceſsitate ſalutis.ibid.f*
*Reſtituendi impoſsibilitas falſa, quæ ſit. ibid.h*
*Reſtituendi & ſatisfaciendi horror impedit pœnitentiam.ſer.19.* 123.e
*Reſtituendo triplex prudentia eſt adhibenda.ſer.37.* 264.h
*Reſtituendum an ſit quod acquiritur turpi lucro.ibid.* 259.d.& ſeq.
*Reſtituendum quid ſit generali regula docetur.ibid.* 258.a
*Reſtituendum eſt domino, qui habet rei titulum, & dominium rectum. ſermo.39.* 278.c

Reſtituendum cui ſit prius ratione contractuum licitorum.ſer.39. 266.f
Reſtituendum eſt pauperibus, cum non reperitur cui fieri debeat reſtitutio. ſer. 33. 223.d
Reſtituendum an ſit, quod accipitur pro ingreſſu religionis.ſer.39. 284.b
Reſtituenti aliena quæ reſtituantur a Deo. ſer.40. 297.c
Reſtituentium, & non reſtituentium quadam varietas pulcherrimo ſimili explicata ſer.38. 277.b
Reſtituere qui teneantur.ſer.33. 219.g
Reſtituere, qui poſſunt, & non reſtituunt, ſunt in ſtatu perditionis.ſer.38. 277.a
Reſtituere quomodo debeat, qui malum præbet exemplum.ſer.36. 252.b
Reſtituere an teneantur, qui dant occaſionem rapinis.ſer.33. 223.& ſeq.
Reſtituere qui debeant vniuerſali regula docetur.ibid. 219.h
Reſtituere quid, & quantum ſit neceſſe. ſermo.36. 247.d
Reſtituere vt debeat, qui occidit. ibidem. 254.d
Reſtituere quo pacto debeant participantes. ſer.33. 224.a.& ſeq.
Reſtituere qui teneantur quod fuerint damni illati cauſa.ſer.34. 227.d.& ſeq.
Reſtituere quando debeant, qui non defendunt, aut impediunt. ibidem. 230. a. & ſequen.
Reſtituere quando debeat, qui a latrone emit. ibid. 231.d.e.& ſeq.
Reſtituere quid debeat, qui proximum vulnerat.ſer.36. 253.& ſeq.
Reſtituere vt debeant, qui proximum aliquo membro priuant.ibid. 254.a.b
Reſtituere ſtatim quando non ſit neceſſe. ſer.38. 270.h
Reſtituere qui non poteſt ſtatim, quid facere debeat.ibid. 271.c.& ſeq.
Reſtituere an debeat qui tacet cum poſſit impedire.ſer.34. 233.f
Reſtituere an debeant, qui conſentiunt in damno.ibid. 234.a.b
Reſtituere quando debeant notarij. ſer. 34. 234.e f
Reſtituere vt debeant, qui ad peccandum inducunt.ſer.36. 248.b.& ſeq.
Reſtituere vt debeant, qui ſcandalizant. ibid. 249
Reſtituere vt debeant, qui per ſuas artes alijs aliquo modo nocent. ibidem. 250. f.g. & ſequen.
Reſtituere vt oporteat res temporales. ſermo.37. 287.g.& ſeq.
Reſtituere vt debeat, qui occultum manifeſtauit crimen.ſer.36. 255.c
Reſtituere vt debeat, qui occultum negat crimen. ibid.e
Reſtituere vt debeat, qui falſum imponit crimen.ſer.33. 256.d.& ſeq.
Reſtituere an teneatur, qui alicuius boni conſecutionem impedit.ibid. 224.h
Reſtituere non cenſetur qui poteſt, niſi actu reſtituat, aut de reſtituendo det cautionem.ſer.40. 294.c
Reſtitutio facienda pauperibus, an auctoritate ſuperioris facienda ſit.ſer.37. 267.e. & 268.b
Reſtitutio quando facienda ſit.ſer.38. 269.h. & ſeq.
Reſtitutio cur ſtatim facienda ſit. ibidem. 270.c
Reſtitutio an facienda cum mortis periculo, & de adultera.ibid. 274.b.& ſeq.
Reſtitutio quo loco facienda ſit. ſermo. 40. 287.h
Reſtitutio quo pacto facienda, cum dominus abeſt.ibid. 288.a.& ſeq.
Reſtitutio qualiter facienda ratione commutationum, & contractuum.ſer.37. 260.d. & ſeq.
Reſtitutio per mutuam relatationem, an fieri poſſit.ſer.40. 294.d
Reſtitutio cur facienda ſit, ſeu quæ rationes obligent ad reſtituendum. ibidem. h. & ſequen.
Reſtitutio eſt pars ſatisfactionis.ibid.
Reſtitutio quo ordine facienda ſit.ſermo. 39. 284.f.& ſeq.
Reſtitutio eſt neceſſaria ad ſalutem. ſer.32. 219.e
Reſtitutio cui facienda ſit.ſermo.39. 277.g. & ſeq.
Reſtitutio quomodo facienda ſit, & ſine ſcandalo.ſer.40. 289.d.& ſeq.
Reſtitutio vt tollatur per indulgentiam, quæ requirantur.ibid. 290.c.& ſeq.
Reſtitutio actualis an ſit neceſſaria ad tollendam obligationem reſtituendi, quando ſit remiſſio.ibid. 291.c.& ſeq.
Reſtitutio per viam donationis non poteſt tolli, niſi donatio ſit libera.ibid. 292.h



Reſtitutio quibus in caſibus non ſit ſtatim facienda.ſer.38. 272.b
Reſtitutio non eſt facienda cum periculo damni incomparabiliter præualentis rei debitæ.ibid.h. & ſeq.
Reſtitutio rerum temporalium, quando non ſit facienda.ibid. 273.a.c.e
Reſtitutio an neceſſitate vrgente facienda ſit. ibid.f.& ſeq.
Reſtitutionem diabolus impedit per nouem deceptiones.ſer.40. 295.c.& ſeq.
Reſtitutionem committere alijs faciendam non ſufficit, ſi fieri poſſit. ibid. 296.b
Reſtitutionem ad quæ hominem inducere poſſint.ibid. 297.b.& ſeq.
Reſtitutiones, & ſatisfactiones diuerſæ, faciendæ a peccatore.ſer. 19. 123.e.f
Reſtitutionis vinculo totus ferè mundus eſt implicatus ſer.40. 298.b
Reſtitutionis remiſſio ſemel libere facta, reuocari non poteſt.ibid. 294.e
Reſtitutus nemo videtur, niſi fuerit in poſſeſſione. ibid. 293.e
Reſurrectio Chriſti cur tertio die facta. ſermo.57. 478.h. & ſeq.
Reſurrectio Chriſti cur non dilata in longum tempus.ibid.c
Reſurrectio in omni creatura apparet. ſermo.58. 492. b.c
Reſurrectio Chriſti explicata.ſer.57. 476.f. & ſeq.
Reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria triplici ratione.ibid.
Reſurrectio & paſſio Chriſti, quomodo iuſtificent.ibid. 477.a.b
Reſurrectio neceſſaria ob Dei gloriam. ſermo.58. 488.d.e.f
Reſurrectio demonſtratur ex dignitate animæ noſtræ. ibid. 489.d
Reſurrectio demonſtrata ex naturali inclinatione animæ ad corpus.ibid. 490.a. & ex naturali deſiderio.c. & ex diuino ſenſu, & guſtu.f
Reſurrectio demonſtrata ex creaturis quatuor modis.ibid. 491.c & ſeq.
Reſurrectione negata tollitur etiam prouidentia. ſer.58. 487.g.h
Reſurrectione ſublata, iuſtitia diuina tollitur. ibid. 488. a. b
Reſurrectionem humanæ naturæ eſſe neceſſariam varijs oſtenditur rationibus. ibid. 487.d.& ſeq.
Reſurrectionis Chriſti dies, & hora. ſer.57. 479.c.d.& ſeq.
Reſurrectionis Chriſti figura.ibid.f
Reſurrectionis Chriſti tempus: vbi tria tempora conſiderantur. ibidem. 478.c. & ſequen.
Reuerentiæ erga alios effectus. ſermo. 20. 138.b
Reus quando pœnam ſoluere debeat, ſi ſit condemnatus.ſer.37. 265.f.& ſeq.
Reus de occulto crimine interrogatus, quid facere debeat.ſer.36. 256.b
Rex qualis, talia latera eius.ſer.55. 422.h

S

SAcerdos proprius qui dicatur. ſer. 15. 99.h
Sacerdos eſt eccleſiæ os.ſer.20. 132.g
Sacerdos vnde dictus.ibid.h. & 133 b
Sacerdos quanto honore ſit dignus. ibidem. 135.f
Sacerdos malus cur non deſpiciendus. ibid. 133.d.e
Sacerdotes ſunt mediatores inter Deum, & homines.ibid. 132.g
Sacerdotes ſunt aliorum exemplaria. ibid. 133.h
Sacerdotes Angeli nominantur. ſermo. 20. 130.d
Sacerdotes quibus de cauſis honorandi. ibid. 132.c.& ſeq.
Sacerdotes ſunt vicarij Dei ibid.d
Sacerdotes ſemper plurimi facti fuere a viris bonis.ibid. 1 6.f
Sacerdotes ſunt nobiles ibid. 133.g
Sacerdotes ſunt Reges, & dij.ibid.g.h
Sacerdotes malos eſſe Deus permittit populorum culpa.ibid. 1 7.h. 138.a
Sacerdotes quantum debeant eſſe puri. ſer.9. 55.h
Sacerdotes quantum debeant Deum diligere & reuereri.ſer.20. 135.g
Sacerdotes ſunt populi caput. ſermo. 20. 133.b.c
Sacerdotes ſunt vtiles populis. ibidem d. & ſequen.
Sacerdotes officium capitis in populo habent. ibid.b
Sacerdoti magis, quàm Angelo D. Franciſcus reuerentiam exhibuiſſet. ſer. 20. 133.h
Sacerdotibus detrahere, quàm magnum

ſit periculum.ſer.20. 135.b
Sacerdotis auctoritas non impeditur vitæ criminibus.ſer.19. 125.b
Sacerdotis poteſtas ſuperat poteſtatem omnium creatorum.ſer.20. 134.c
Sacerdotis poteſtas quomodo ſuperet dæmonis poteſtatem.ibid.d
Sacerdotis poteſtas quo pacto ſuperet poteſtatem Angelorum.ibid.e
Sacerdotis poteſtas in quibus ſuperet poteſtatem B.Virginis.ibid.g.h
Sacerdotis poteſtas, eſt poteſtas diuinarum perſonarum.ibid. 13.c
Sacerdotium omne ſanctum, ſed non omnis ſacerdos.ſer.55. 411.b
Salutationis Beatæ Mariæ conſideratio tempore paſſionis.ibid. 405.e.& ſeq.
Sancti & ſapientes viri imitandi ſunt. ſermo.3. 21.a
Sanguis & aqua cur ex latere Chriſti fluxerint.ſer.55. 466.c
Sanguis a Chriſto in horto fuſus, quomodo.ſer.55.409.g.h. & quid ſignificaret. 410 a.b
Sanguinis & aquæ ex latere Chriſti effectus. ibid. 451.e.f
Sapiens vir non pugnat verbis cum negantibus veritatem.ibid. 424.f
Sapientes quomodo definiant.ibid. 415.a
Sapientia ſpiritualis quomodo acquiratur. ſer.16. 105.d.& ſeq.
Sapientia mundi in quibus conſiſtat. ibid. 102.b
Sapientiæ donum diſponit ad pacem. ſermo.8. 52.e
Sapientiæ lux quàm bona ſit. ſermo. 60. 504.e
Sapientiæ initium timor.ſer.9. 56.d
Saracenorum, ſeu Turcharum errores, & inhoneſta doctrina.ſer.1. 7.e
Saracenorum de beatitudine opinio ab Auicenna damnata.ibid.
Satisfacere ſibypſi nemo poteſt in ſeptem caſibus.ſer.33. 222.b
Satisfacere ſibypſi propria auctoritate iuſtiſſime prohibitum eſt.ibid. 221.g
Satisfactionis opera, ad ieiunium, orationem, & eleemoſynam reducuntur. ſer. 5. 27.a
Scala Iacob quid ſignificet.ſer.60. 504.b
Scientiæ naturales, quæ ſer.2. 16.a
Scandalizans proximum ad quid teneatur. ſer.36. 249.b
Scandalum tripliciter dari poteſt. ibidem. 248.b
Scandalum triplex impij præbere ſolent.ibid. 252.d
Scriptores diuinæ legis parui eſſe debuere. ſer.1. 4.d
Scriptores diuini non ſunt mentiti. ſermo.1. 5.b.& d
Scriptura triplex.ſer.3. 20.b
Scriptura, qua regula intelligenda ſit. ſer.1. 7.g.h
Scripturæ locutiones vniuerſæ prolatæ, non ſemper vniuerſaliter intelligendæ. ſer.45. 331.e
Scripturæ quæ approbatæ ab eccleſia. ſer.3. 20.c.d
Scripturæ reprobatæ ab eccleſia, quæ. ibid. d.& e
Scutum ſpirituale quomodo ſit confectum. ſer.66. 561.h
Sæcularis poteſtas non debet iudicare prælatos eccleſiæ.ſer.20. 136.e
Sæcularis vita periculis expoſita eſt. ſer.16. 105.b
Sæcularis ſtatus pericula, quæ. ſermo. 16. 106.a
Senes honorandi.ſer.29. 195.g
Senſales an peccent, & reſtituere teneantur, quando venditio eſt illicita. ſermo. 35. 236.c.d
Sententia iniuſta quot modis ferri poſſit. ſermo.34. 229.c
Sepultura eccleſiaſtica, qui priuentur. ſermo.25. 174 g
Serui guſtantes, aut prælibantes aliquid, an frangant ieiunium.ſer.5. 33.f
Signa, quibus internus animus cognoſcitur, quæ ſint.ſer.36. 248.h
Signa, quæ in Chriſti morte facta fuerint.ſermo.55. 419.b.& ſeq.
Siliqua quid ſit.ſer.24. 162.h
Symphonia quid ſit, & deſignet. ſermo.24. 166. d
Simulatio triplex eſt.ſer.32. 217.h
Simulatio fallaciæ non eſt ſine peccato. ibid. 218.g
Simulatio cautelæ aliquando vtilis.ſermo.32. 218.a
Simulatio, ſeu fictio, quæ in ſe contineat. ibid.c
Sion quid ſignificet.ſer.66. 558.c







Societas bonæ quanti facienda. ſermo. 16. 105.a.b
Societas laborem lenit.ibid. 107.d
Sol tria habet.ſer.48. 353.a
Solis obſcuratio in paſſione Chriſti miraculoſa.ſer.55. 441.g.h
Solertia maiore vbi opus ſit.ſer.20. 126.d
Spes noſtra triplex.ſer.49. 359.c
Spes viuendi diu impedit pœnitentiam. ſermo.19. 126.a
Spiritus & caro inter ſe pugnant. ſermo.44. 322. d.e
Spiritusſancti perſonam negare error grauiſſimus.ſer.9. 54.a.b
Spirituales patres honorandi. ſermo. 29. 195.c.d
Spiritualis ædificij fundamentum. ſer. 16. 102.h
Spiritualis exercitus ordo.ſermo.66. 565.g.& ſeq.
Spiritualis militiæ equi, & eorum ornatus. ibid. 562.g.& ſeq.
Spiritualis equus quid ſit.ibid.g
Spiritualis habena, & frænum.ibid.
Spiritualis ſella quæ ſit.ibid.h
Sponſus & ſponſa, quid facere debeant, antequàm copulentur.ſer.17. 111.a
Statuentes aliquid contra libertatem eccleſiæ ſunt excommunicati.ſer.34. 228.d
Strigarum ſuperſtitiones.ſer.10. 66.f
Stultitia inducit hæreſim.ſer.27. 186.f
Subſtantia viuens eſt nobilior non viuente. ſer. 58. 491.e
Superbi comparantur equis. ſermo. 23. 154.a.b
Superbia eſt detractionis radix. ſermo.23. 154.a
Superbia eſt cauſa infidelitatis, & hæreſis. ſer.27. 186.d
Superbia quantum diſpliceat Deo.ſermo.11. 68.c.e
Superbia inſidiatur bonis operibus. ſer. 50. 373.d
Superbia euidentiſſimum ſignum reprobationis.ſer.47. 349.f
Superfluitas facit apoſtatare a Deo. ſermo.6. 40.a
Superfluitates mundanæ, cur Deo odio ſint. ſer.44. 328.d.& ſeq.
Superfluitates in domeſtico cultu damnatæ. ibid. 329.c.& ſeq.
Superfluitatum multitudo vehementer damnata.ibid.h.& ſeq.
Superſtitio damnata.ſer.1. 8.e
Superſtitio quædam circa imagines. ſer.10. 61.a
Superſtitiones imaginum apud gentes. ibid. 60.d.e
Superſtitiones in morbis curandis.ibid.64.h.& ſeq.& 65.d.& ſeq.
Superſtitiones quædam apud Chriſtianos enumeratæ.ibid.64.b.c.& h.& 65.d.e.f
Symbolum triplicem continet ſcripturam. ſer.63. 20.b.e


T


TAcere quando ſit magna prudentia.ſermo.55. 417.b
Talenta quinque nobis data, quæ ſint. ſermo.24. 161.f
Talionis duo genera.ſer.28. 191.d
Templa honoranda ob Chriſti exemplum. ſer.20. 130.g.h
Templo Dei quanta reuerentia ſit habenda. ibid. 129.a.b.& ſeq.
Templo in diuino quæ ſint, & quæ ibi fiant. ſer.9. 55.g.h
Templum, vide ſupra, Eccleſia.
Temporalia bona cuiuſmodi ſint. ſermo.21. 149.e.f.g
Temporis vel minimi iactura, quanta ſit. ſermo.13. 87 d.e
Temporis contritio, & amiſſio, quàm ſit fugienda.ſer.42. 312.a.b
Tempus quàm ſit labile.ſer.13. 87.e
Tenacitas vnde oriatur.ſer.6. 40.e
Tenere quid ſit.ſer.63. 531.b
Tentatio triplex.ſer.6. 41.e
Terra quid myſticè ſignificet. ſermo. 30. 205.b
Terræ nobilitas.ſer.51. 377.g.h.& ſeq.
Terræ ignobilitas.ibid. 378.c.d
Teſtamenta duo omnino inter ſe conſentiunt. ſer.1. 3.d.a.& b
Teſtamentum nouum, Chriſti morte conſummatum, id eſt, abſolutum. ſermo. 55. 447.c
Tharſis quid ſignificet.ſer.21. 146.e
Theologicæ virtutes continent totum ædificium ſpirituale.ſer.1. 3.a
Theologicæ virtutes tres.ſer.62. 527.d
Theſaurus inuentus quomodo reſtituendus. ſer.33. 220.f
Theſaurus bonus eſt conſcientia bona. ſermo.30. 203.d

Thurificatio quid deſignet.ſer.9. 55.e
Timor triplex.ſer.30. 201.d
Timor conſcientiæ,animam reformat. ſermo.30. 201.f
Timor tremorem gignit.ſer.9. 56.e
Timor rurſus peccandi impedit pœnitentiam.ſer.19. 127.a
Timor quid valeat in contritione, ſeu pœnitentia.ſer.12. 78.b.c
Timor in orbem introduxit Deos. ſer. 10. 59.b
Timoris conſcientiæ ſeptem gratiæ. ſer.30. 201.g
Tyberius Cæſar voluit Chriſtum in Deos referre.ſer.55. 422.a
Titulorum varia genera. ſermo. 49. 358.d. & ſeq.
Tonitruum pro Deo adoratum. ſermo. 10. 62.e
Torrens myſtice tribulationem ſignificat.ſermo.55. 407.c
Tribulatio quid in iuſto efficiat. ſermo. 8. 48.e
Tribulatio quibus rebus comparetur. ibid. 49 c
Tribulatio quantum proſit, varijs ſimilitunidibus explicatur.ibi.e.f.g
Tribulatio quodammodo cogit hominem, vt ſaluetur.ibid. 51.e
Tribulatio mentem roborat.ſer.8. 49.e.f
Tribulatio vincula negligentiæ rumpit. ibid. 50.b
Tribulatio triplicem iucunditatem parit. ibid. 52.f
Tribulatio eſt fel,quo oculi Tobiæ ſanati ſunt. ibid. 50.g
Tribulatio conſolationem parit. ſermo. 6. 42.b
Tribulatio efficit, vt viuamus attentius,clamemus affectuoſius, & impetremus copioſius.ſer.8. 50.a.b.c
Tribulatio illuminat.ibid.d. & e
Tribulationes dantur iuſtis pro medicina conſolidatiua. ibid. 49.d
Tribulationes faciunt omnia bona meliora. ibid. 52.c.d
Tribulationes cur nobis dentur. ibid. 48. d. & ſeq.
Tribulationes ſunt medicina præſeruatiua. ibid.b
Tribulationes efficiunt vt boni cognoſcantur.ſer.22. 150.f
Tribulationes afferunt perfectum gaudium. ſer.8. 52.b
Tribulationes nos faciunt conformes Filio Dei tribus modis.ibid.b
Tribulationes iuſtis guſtum ſuauitatis afferunt.ibid.b
Tribulationes conſeruant merita. ſermo. 8. 51.a
Tribulationes iuſtos excitant, & cur. ibid. 50.a
Tribulationum perpeſſio in hac vita habetur pro beatitudine ibid. 52.f
Tribulatis Deus prope eſt.ſer.8. 51.f
Tribulatis quæ dona Deus det. ſermo. 8. 51.g
Tribus vnde dicatur.ſer.55. 466.b
Tributa non ſoluta reſtituenda ſunt. ſer.37. 259.a
Trinitatis ſanctiſſimæ cultus in quo conſiſtat.ſer.9. 58.f.g
Tripudium quid requirat.ſer.65. 551.c
Tutor quando teneatur reſtituere ratione vſuræ factæ vel receptæ. ſermo.35. 238. c.d

V

VAnitas quid ſit.ſer.46. 344.c
Vanitas veſtimentorum reprehenſa.ſermo.44. 323.f.g
Vanitas vetularum in ſe ornandis damnata. ibid. 327.c.328.b
Vanitates mulierum, quantum, & quibus hominibus noceant. ſermo. 45. 338.f.g. & ſeq.
Vanitates mundanæ cur Deo odio ſint. ſermo.44. 326.c.& ſeq.
Vanitates ſuperfluæ,vide,Ornatus.
Veritatis via plana.ſer.31. 206 b
Vanitatum formæ tres.ſer.44. 322.b
Vanitatum malitia,& indignitas quanta ſit. ſer.47. 345.a.b
Vanitatum inuentores damnati. ſermo. 44. 325.b
Vaſa, luminaria, & veſtimenta in eccleſia quid deſignent.ſer.9. 56.a
Veneratio quatuor requirit.ſer.9. 55.g
Veniale peccatum ob nullam cauſam faciendum.ſer.17. 115.a
Ventris ſtrepitum quoſdam adoraſſe legitur. ſer.10. 62.d
Verba ad quid ſint inſtituta. ſermo. 31. 210.f
Verbi diuini vis,quæ.ſer.13. 80.c

Verecundia

INDEX.

Verecundia nimia impedit pœnitentiam.ſermo.19. 124 b
Verecundia non debet impedire pœnitētiam. ibid.b.c
Veritas quomodo clarificetur. ſermo. 55. 417.a
Veritas quando poſſit taceri.ſer.32. 216.a b. & ſeq.
Veritas amatur ab omnibus, etiam ab iis,qui falſo delectantur.ſer.55. 421.c.d
Verum qui dicit, non laborat. ſermo. 31. 206.g
Veſtium ſuperfluitas damnata. ſermo.44. 324.d
Victoria expugnantium cœlum deſcripta.ſermo.66. 567.f
Viæ adeundi ad cœlum duæ.ibid. 565.g
Vindicta relinquenda Deo.ſer.43. 319.g
Vir bonus quatuor debet habere. ſermo.28. 192.d
Vir iuſtus eſt honorandus.ſer.29. 195.b
Viri & vxoris amor.ſer.48. 355.d
Virorum bonorum tria genera. ſermo. 45. 336.g
Virginitas triplex.ſer.64. 546.b
Virginitas quid.ibid.d
Virginum aureola in vita beata. ſermo. 64. 545.b.c
Virtutes naturales,quæ.ſer.2. 15.b
Virtutes cardinales, comparatæ dotibus corporis beati ſer.63. 537.c
Virtutes cardinales,quæ.ibid.
Vita noſtra qualis ſit.ſer.19. 126.a.b
Vita omnis triplici corrumpitur febri. ſermo.30. 201.b
Vitæ huius mundi pulcherrima deſcriptio. ſer.13. 88.b
Vitæ præſentis eminentiæ tres. ſermo. 61. 522.g
Vitæ beatæ magnitudo quanta. ſermo. 43. 320.e
Vituperantes nos, cur a nobis ſuſcipiendi. ſer.8. 51.e
Vnio & concordia amplectenda a Chriſtianis ſer.24. 166.a
Vniuerſi ordo quantus.ſer.51. 377.c
Vota tria religionis, ædificij ſpiritualis fundamentum.ſer. 6. 102.b
Voti ſolemnis & ſimplicis diuerſa vis.ſer.39. 284.g
Votum cur Deo fiat.ſer.16. 108.f
Votum quid ſit.ibid.b
Votum facit,vt opus ſit magis meritoriū.ſermo.16. 108.b.& g
Votum factum Beatæ Virgini valet ad tollendam peccati conſuetudinem. ſer.21. 145.c
Votum turpe non eſt ſeruandum. ſermo. 31. 208.c
Vrſi natura,quæ.ſer.23. 157.g
Vrſus hyeme dum nullum ſignum pomorum apparet, eleuato capite ad arborem ideo inquit, hoc anno erunt multa poma, quia ſic eſſe vellet.ſer.14. 89.g
Vſura triplex.ſer.37. 263.b
Vſura ſigni quæ ſit.ibid.f
Vſura pacti quæ.ibid.g
Vſura quid ſit.ibid. 264.b
Vſuram facientium, aut adiuuantium genera quatuor. ſermo. 35. 237. a. & ſequen.
Vſurarum reſtitutionem impedientes, ad quid teneantur. ſermo. 35. 246. a. & ſequen.
Vſurarij quomodo reſtituere debeant. ſer.33. 222.d.& ſeq.
Vſurarij fideiuſſor ad quid teneatur. ſer. 35. 245.b
Vſurarij vxor, quomodo reſtituere debeat. ibid. 239 f.& ſeq.
Vſurarij vxor, quomodo ſibi conſulere poſsit. ibid. 240.c.d
Vſurarij filia & eius maritus, quo pacto reſtituere debeat ibid. 241.c.& ſeq.
Vſurarij hæredes qua ratione debeat reſtituere.ibid.g.& ſeq.
Vſurarijs, & vſurarijs fauentes, qui excommunicentur.ibid. 246.f.g
Vſurarius cui reſtituere debeat. ſermo. 39. 279.d.e
Vſurarijs patrocinium præbentes quomodo reſtituere debeant.ſer.33. 226.d.e
Vſurariorum ſocij quando reſtituere debeant. ſer.35. 237.a.b
Vſurariorum teſtamenta qualia ſint. ibid. 244.f g
Vſurariorum filij quomodo reſtituere debeāt. ibid. 240.g.& ſeq.
Vſurariorum famuli, conſanguinei, & mercenarij, quomodo reſtituere debeant. ſermo.35. 242.b.& ſeq.
Vſurariorum eleemoſynas recipientes, an reſtituere

ſtituere debeant.ibid. 243.c.& ſeq.
Vſurarios ſepelientes quam pœnam incurrant.ſer.35. 245.g
Vſurarios qui iuuare dicantur, & quando reſtituere debeant.ibid. 235.c.d.& ſeq.
Vſurarios, qui aliquo modo iuuant, quando reſtituere debeant.ibid. 234.a. & ſeq.
Vſurarios iuuantes, quas pœnas incurrant. ibid.c
Vſurarius animo, vel mente, an reſtituere debeat.ſer.37. 263.b. & h
Vſurarius debet reſtituere fructus perceptos ex re pecunijs vſurarijs empta ſecundum aliquos.ſer.33. 223.b.c
Vſurarius quæ obſeruare debeat, vt plene ſatisfaciat.ſer.35. 244.b
Vſurarius reſtituens, duplex facit bonum. ſer.39. 280.a.
Vſurarius debet reſtituere fructus ex re fructuoſa acceptos.ſer.33. 222.e
Vſurarius non tenetur reſtituere fructus rei ex pecunijs vſurarijs emptæ.ibid.f
Vxor poteſt vouere abſtinentiam permittente marito.ſer.5. 34.a
Vxor cur æquo animo ferenda, ſi quod leuiter peccet.ſer.48. 356.d
Vxor in quibus adiutorium præſtet viro. ſermo.48. 356.h.& ſeq.
Vxor vt a viro diligi debeat.ibid. 354 g
Vxor bona quanti facienda ſit. ibidem. 355 a.b
Vxore bona nil pretioſius domi. ſermo.48. 355.b
Vxorem amare tanquàm adulteram fœdum.ſer.46. 339.d
Vulgus habet aliquid ſimplicitatis rectæ, & aliquid fatuæ ſer.32. 217.b

Z

ZElotypia eſt ſignum amoris coniugalis inordinati.ſer.18. 117.g
Zeno Veronenſis Epiſcopus, diſcipulus Diui Ambroſij, atque eius commendatio. ſermo.47. 348.g
Zeno Veronenſis Epiſcopus vidit dæmonem dormientem, ſuper cauda veſtis cuiuſdam mulieris.ibid.

Finis Indicis Primi Libri.

# D. BERNARDINI SENENSIS, ORD. MINORVM,

## QVADRAGESIMALE, De Chriſtiana Religione.

### PROOEMIVM.

NVNC manent Fides, Spes, & Charitas, tria hęc. 1. Cor. 13. *Religionis Chriſtianæ, mundæ, & immaculatæ ſanctimoniam contemplantes: & miſerabili eius ruinæ compatientes: ad multorum animas de profundo vitiorum pelago eruendas, & ad ſemitas veritatis reducendas (duce Domino noſtro Ieſu Chriſto, & dulciſſima Matre eius, & ſanctiſſimo Patre noſtro Franciſco) libet in occurrenti Quadrageſima de Chriſtiana Religione tractare. Tantæ namque neceſſitatis, tantæque vtilitatis eſt notitia eius, vt ſolùm illius ignorantia erubeſcenda ſit, ſicut dicit Philoſophus Apuleius. Ait enim: Interrogatus, an ſcias ſtatuam facere? abſque rubore reſpondebis, neſcio: quia non pudet te non eſſe ſignificum, id eſt, ſtatuarium. Interrogatus, an ſcias bene viuere? non audebis dicere, neſcio. Huiuſmodi enim ignorantia, adeo vbique damnata eſt, vt omnis natio illam gladio, & igne exterminet, & profliget. Cum enim omne animal irrationale ſciat (vt ita dicam) viuere, ſecundum quòd ipſum decet: quid eſt magis, maiorique damnatione in humano genere dignum, quàm ignorantia bene viuendi? Bene autem viuere, eſt viuere ſicut decet. Nihil enim adeo decet vitam noſtram, vti religioſitas vera: nihil adeo poteſt habere decorum, vt illa. Nam totus, & ſolus decor humanæ vitæ, ipſa religioſitas eſt. Ipſa etiam eſt perfectio, ad quam nati ſumus: quæ quidem hic apprehendenda eſt, & ſemper continuis profectibus augenda: & tandem eſt in gloria conſummanda. Nam ſicut Eccleſiaſtici. c. 1. ſcriptum eſt: Religio-*

*Quid faciat Religiositas.*

*ſitas cuſtodict te, & iuſtificabit cor, & iucunditatem, atque gaudium dabit. Religioſitas enim cuſtodit, ſcilicet a culpa & pœna: Iuſtificat autem cor per diuinam gratiam: Datque iucunditatem, ſcilicet animi in præſenti: atque gaudium, ſcilicet conſummatæ beatitudinis in futuro. Vnde huiuſmodi Chriſtianæ religionis fructus idem prorſus eſt, qui & diuini cultus. Omnium autem vtilitatum vtilitas, & omnium fructuum fructus, atque omnium deſideriorum finis optatus, eſt fœlicitas ſempiterna: propter quam omnes ſubſtantiæ nobiles, hoc eſt rationales, & intelligibiles creatæ ſunt. Quia autem nec greſſu, nec volatu, nec natatu, nec alio quocunque motu, quàm ſacratiſſimo cultu Dei: nec alia via, niſi ſinceriſſima, & immaculatiſſima religione illius; hoc eſt, qua ei adhæretur, & vnitur: poſſibile eſt venire ad fœlicitatem æternam: Ideo vtiliſſimum exiſtimaui deſiderantibus Deum, viam huius ſacratiſſimæ religionis de ſanctorum Doctorum, & Magiſtrorum Theologorum traditis aperire: & Tractatum ipſum de Religione Chriſtiana intitulare, vt minus periti diſcant viuere, ſicut Chriſtianos decet. Talis etenim vitæ iam in præſenti glorioſum fructum etiam reportamus, cum vitam cælibem inchoamus, ſicut Apoſtolus. 2. Corinth. 1. ait: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: In futuro autem, poſt hanc vitam expectatur eiuſdem cumulatiſſima plenitudo, quæ erit potiſſima pars fœlicitatis æternæ. Totum Deo viuere, religionis conſummatio eſt, ac ſimul beatitudinis, & gloriæ plenitudo. Quia igitur, ſecundum Chryſoſt. Fides eſt Chriſtianæ religionis primum, & ſtabiliſſimum fundamentum, primaque radix, atque principium diuini cultus: propterea neceſſe habemus, Chriſtianam fidem primo firmiter ſtabilire, quod & intendimus agere vſque ad ſequentem feriam quartam: tunc autem particularius ipſius Chriſtianæ religionis ædificium diſtinguemus. Ad iaciendum huiuſmodi fundamentum Chriſtianæ fidei, ad præſens quatuor contemplationes præmittamus de fide. Prima erit de fidei Chriſtianæ firmitate, in qua oſtenduntur eiuſdem fidei duodecim firmitates. Secunda de fidei neceſſitate: de qua hodie infra diem: vbi oſtendetur, quantum neceſſaria eſt fides. Tertia de fidei ſingularitate: & de hac, feria ſecunda agemus declarantes, quæ homo credere obligatur. Quarta de fidei gratioſitate, & de hac in ſequenti feria tertia, vbi gratioſitatem fidei oſtendemus.*

*Quia ſecũdum Aug. x. de ciuit. Dei, Religio nil aliud eſt, niſi diuinus cultus.*

*Quia ſecũdum Iſid. lib. 8. Etymo. religio eſt qua vni Deo religamus aĩas noſtras.*

*Summa Religio eſt Deo inſeruire.*

*Diuiſio tractatus de fide in quatuor membra.*





# DOMINICA IN QVINQVAGESIMA DE MANE.

*De fidei Chriſtianæ firmitate; vbi declarantur eiuſdem fidei xij. firmitates.*

## Sermo Primus.

A

*1. Cor. 13. De firmitate fidei plura ſcribit F. Pelbartus lib. 3. Roſ in diſtione Fidei. Ioã. Ger. par. 4. Ser. de S. Pet. & Paulo cõſid. 2. De uarijs ſignificatis fidei. d. Bon. lib 3. diſ. 23. Gab. Nominalis lib. 3 diſ. 23. q. 2. Ale. p. 3. q 74. Sco. ĩ 3. diſ. 23. 24. 25. vbi multa dicit obſer. digna Diui Th. 2. 2. 6. & de veritate. q. 14. ar. 3. ad 7.*

NVnc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc. ſcilicet in ſe comprǽhendunt totum ædificium ſpirituale: ſed fides eſt ipſius ædificij ſtabile fundamẽtum, in quo tota Chriſtiana religio ſtabilitur. Ad quod quidẽ firmandũ, vel potius firmiſſimũ demõſtrandum: & ad conuincẽdum oẽs hæreticos, & paganos: atq; firmandum quoſlibet Chriſtianos vacillãtes in fide: duodecim oſtendamus catholicæ, & Chriſtianæ fidei firmitates. Prima eſt prenũciatio prophetica; ſecunda ſcripturarum concordia; tertia auctoritas ſcribentiũ; quarta diligentia recipientium. Addantur aliæ quatuor. Prima eſt honeſtas contentorum; ſecunda inhoneſtas ſingulorũ errorum; tertia aſperitas martyriorum; quarta limpiditas, ſeu claritas miraculorum. Superaddantur aliæ quatuor. Prima eſt diuina honorificentia; ſecunda eſt Eccleſiæ permanentia; tertia eſt Iudæorum captiuitas; quarta diuinæ prouidentiæ æquitas.

B

### Articvlvs Primvs.

*De quatuor fidei firmitatibus. Et primo, quòd Chriſtiana fides eſt uera ex teſtimonio prophetarum. Cap. 1.*

*Quatuor fidei firmitatibus cõmuni oĩũ Theolog ſnĩa & calculo lib. 3 ſen. d. ſ. 23 uidẽt qua-*

PRima igitur Chriſtianę ſidei firmitas eſt prænunciatio prophetica. Cum enim vera fides nihil aliud ſit, quàm digna & debita eorum, quæ pertinent ad fundamẽtum religionis credulitas: ideo neceſſe eſt, vt illa ſit vera, qua de Deo creditur: & quod credendum eſt, ipſum Deum verum colẽdum. Et ſi ipſa credulitas haberet diminutionem, vel imperfectionẽ, aut errorem: neceſſe eſſet habere ſimilia, & affectiones, & operationes, quæ ex ipſa credulitate deſcendunt. Quia igitur in diuino cultu defectus neceſſariæ partis, & in Deũ graue peccatum eſt, & error atq; blaſphemia: ideo neceſſe eſt credulitatẽ prænominatam, quæ fundamẽtum eſt diuini cultus, ac noſtræ religionis, puram eſſe, ac liberam a falſitatis errore, & integram. ſ. ſine diminutione neceſſariæ partis. Huiuſmodi autẽ credulitas, videlicet de Deo, & de his, quæ eius ſunt; quæ nec errorẽ habeat falſitatis, nec diminutionẽ neceſſariæ partis: nequaquam innoteſcere potuit: niſi prophetia, & reuelatione diuina. Propterea manifeſtum eſt fidem, ſeu credulitatẽ, quæ fundamentũ eſt veræ religionis, & principiũ diuini cultus: per ſe eẽ ex prophetia, vel reuelatione diuina: nec per aliũ modũ innoteſcere põt. Solus enim Deus, & non alius naturaliter præuidet certitudinaliter cõtingentia, quæ ſunt futura: ergo ſolus ipſe, vel ab ipſo inſtructus, illa põt certitudinaliter præuidere. Talis autẽ eſt Chriſtianorũ catholica fides: Nulla. n. ſecta prophetijs ſolis in parte iſta innititur: & ſi qua innititur, inquãtũ innititur, cõcordat huic fidei. Propterea in parte illa nõ errat, dummodo propheticorũ eloquiorum intelligentiã nõ peruertat. Quod quidẽ propter Iudęos populos dicimus, qui in multis fidei articulis recte ſentiunt: fideiq; catholicæ in hoc conſentiunt, inducti teſtimonijs prophetarum. Verũ vbi diſſentiunt, ipſa prophetarum eloquia non tam falſa, quàm etiã ridiculoſa interpretatione errori ſuo aptare conant. Quãta aũt admirãda cõcordia ſit impletorũ, & traditorũ per Chriſtũ ad ea, quæ de ipſo, & de ipſius eccleſia prædica, & præfigurata fue-

*tuor actus fidei. Primus eſt credẽdo amare. Secũdus ẽ credendo ĩ deũ ire. Tertius eſt credẽdo ei adhærere Quartus eſt credẽdo mẽbris eius aggregari, & incorporari*

C

*Hãc primã firmitatem innuit Sco. 1. ſent. q 2. prologi via prima.*

D

*Hæc eadem tangit fere eiſdẽ verbis Pelbar. vbi ſup. in 3 p. Roſ. q̃uo firmitas fidei ꝓbatur aptiſſimis exẽplis Sãctorũ, Prophetarũ, Apoſtolorũ, Angelorũ, Sybillarũ, Philoſophorũ, ẽt Demonũ. In hoc eodẽ ꝓpoſito multa dicit Gerſon. par 4.*

A rãt in veteri teſtaméto: ſatis clareſcere põt ei, qui vtrũq; teſtamentũ perſpexerit diligẽter, vbi manifeſte cõprehendet, ꝙ a nullo humano ingenio talis impletio potuiſſet fieri, vel cogitari. Nã ſicut auri grana ſunt inter arenas diſperſa: ſic magnalia, & humilia Chriſti sũt in ſcripturis veteris teſtamẽti per partes hincinde diſperſa. Et hæc ſub talibus modis, ꝙ niſi per operis euidentiã, & iſtis in ſe ſimul ſub debito ordine adunatis, aduerti nequaquã poſſent, vel ad plenũ veraciter intelligi: niſi per ſingulariſsimam, & clariſsimam viſioné, vel reuelationẽ Dei. Et hoc quidem facile eſt aduertere
B ei, qui concordiam veteris teſtamẽti, & noui per experientiã, & perſpicacem intelligentiã cõprobauerit. Hãc viã tangit Aug. 12. lib. de ciuit. Dei. c. 10. d. Vera ſe narraſſe præterita ex his, quæ futura prænunciauit: quæ cum tanta veritate implentur, oſtẽdit. Et Greg. in Homilia Dominicæ de Aduẽtu inquit: Cum multa iam prænunciata, completa ſint: dubium nõ eſt, ꝙ ſequantur etiã pauca, quæ reſtant: quia ſequentium rerum certitudo, eſt præteritorum exhibitio.

## *Quòd ex cõcordia ſcripturarum fides Chriſtiana oſtenditur eſſe vera. Cap. 2.*

C

*Secũda via*

SEcunda autem Chriſtianæ fidei firmitas, eſt ſcripturarum concordia. Secundum enim Sco. in prologo primi libri ſuper ſenten. quæſtio. ſecunda. In non euidentibus, nec principia euidẽtia ſic habentibus ex terminis non conſonant firmiter, & infallibiliter multi diuerſimode diſpoſiti, niſi a cauſa ſuperiori ipſo intellectu inclinentur ad conſenſum, ſed ſcriptores canonis varie diſpoſiti, & diuerſis temporibus exiſtentes in talibus nõ euidentibus, omnino concordabant, & cõſonabãt.. Et hoc pertractat Aug. 18. lib. de ciuit. Dei.
D 40. c. d. Auctores noſtri pauci eſſe debuerunt: ne multitudine vileſceret, quod religione cauſatum eſſe oporteret: nec tamen ita pauci, vt eorum conſenſio non ſit mirãda, neq; in multitudine philoſophorũ facile quis inueneriti: inter quos cũcta, quæ ſenſerunt conueniant: Quod quidẽ ſicut ibidẽ patet, per multa exempla probat, quæ ſunt pulcherrima ad videndũ. Si quis autẽ obſtet, ꝙ poſteriores licet aliter diſpoſiti, q̃ priores in alijs temporibus exiſtẽtes: tamẽ habuerunt doctrinã præcedentium in ſcripturis, atque credendo acquieuerunt, ſicut diſcipuli magiſtrorum doctrinę. & ſic nihil diſſonum a prioribus conſcripſerunt, licet Deus non doceret hos, & illos. Sed contra hoc obijcit Aug. vbi ſup. de philoſophis d. Labore literario monimẽta ſuorũ dogmatum reliquerunt, quæ diſcipuli legerent: & licet in aliquibus eſſent aſſentiẽtes prioribus, vt diſcipuli: alia tamẽ improbauerũt, vt patet ibidẽ de Antiſtene, & Ariſtippo: qui ambo Socratici, tamen in quibuſdã cõtradixerunt. Et quandoq; diſcipulus cõtradicit magiſtro, ſicut patet de Ariſtotele, q contradicit Platoni. Quomodo ergo non cõtradixiſſent poſteriores noſtri prioribus aliquibus, ſi non habuiſſent Doctorem cõ-

*Magna ſidei noſtræ firmitas, pueniẽs a cõi Doctorũ cõſenſu, & ex conſonantia ſacræ ſcripturæ, cuius eſſe ... eſt quantuplex*

*docent ... taẽ, ... re ſalſitate eripere, ... malo, ... cere ad ... nũ, & ... ducere ... ſectum. ... Th. ad ... lect. 2. ... Tim. 3.*

F munem, eorum intellectum ad eadem non euidentia inclinantem? Ratio huius cõcordãtiæ ex exemplo Solis patere põt: qui cũ per diuerſas feneſtras domũ ingrediatur: cuiuſlibet feneſtrę Sol ab altero alterius feneſtræ nullo modo diſcordans eſt. Sic fuit in Scriptoribus ſcripturarum: qui quaſi feneſtræ fuerunt lumini diuerſorũ ad illuminandum domum eccleſiæ Dei. Nam ſicut Deus, qui eſt Sol illuminãs vniuerſum: minime in ſemetipſo diſcordat: ſic & prędicti Scriptores eodem cõcordi lumine illuſtrati, in oĩb. extiterunt concordes. Vnde Pſal. inquit loquẽs de Scriptoribus ſcripturarũ:
G De medio petrarum dabũt voces, id eſt, de medio ſanctę Trinitatis emittent conſonãtiam ſenſuũ in ſcripturis. Atq; originẽ talis concordis doctrinę clarius exprimens ſubdit: Rigans, ſ. tu Deus, montes. id eſt, illos eminentes Sanctos, atq; Prophetas: de ſuperioribus tuis. id eſt, de tuis optimis donis, & illuſtrationibus ſanctis. Quòd autẽ hæc inter hos ſcribentes concordia ſit, ex munere Dei, & nõ ex lectione aliorũ Scriptorum etiã patere põt, ſi attente legantur hiſtoriæ prophetales: vbi reperitur expreſſe, ꝙ Ezechiel prophetauit in Babylone tẽpore, quo Hieremias prophetauit in Iudęa.
H Et cum nõ ſolũ dicerent illa, quæ a Moyſe, quaſi cõmuni magiſtro eorum potuerunt habere, ſed alia multa: in illis equidẽ poterant diſſentire, cum non eſſet euidentia ex terminis, niſi habuiſſent aliquẽ Doctorem cõem, ſupra intellectũ humanũ. Nõ cũ minori admiratione penſanda eſt concordia, nõ ſolũ dictorum, ſed ẽt operũ, & geſtorũ ſanctorũ oĩum, & vere catholicorum, qui in Dei eccleſia extiterunt ab ipſo Chriſto vſq; ad tpa nr̃a. Nam in his, quæ legis, & fidei nr̃æ ſunt, nec in puncto quidem diſcordant: licet in his, quæ ꝑ opinionẽ probabilem currunt, aliqñ aliter vnus, q̃ alter reperiatur

*Id eſt, ... ſua, ſidu ... ctoritate verborum Dei, ... ubus ſons Chriſtus ... eſt petra.*

riatur



A riatur ſentire. Vnde per hæc clareſcere poteſt, quòd & poſteriores, & priores in vnum, eundemque ſpiritum congregati, vnam conſtituunt eccleſiam, ſponſam vnicam Ieſu Saluatoris: in vnam, & eandem fidem: in eandem ſpem, atque in eandem charitatem ſpiritualiter ordinatam, vt verificetur quod Matth. 21. cap. ſcriptum eſt: quòd turbæ, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: pax in terra, & gloria in excelſis.

*Vide q̃ ſcribit Gerſon par. 1. lib. de auferibilitate Papæ ab Eccleſia, cõſid. 16. vbi ponit triplicem vnitatem.*

## *Vera oſtenditur Chriſtiana fides ex ſcribentium auctoritate, & dignitate. Cap. 3.*

B

*Tertia via.*

TErtia firmitas, eſt auctoritas ſcribentium. Nam aut libri ſcripturæ ſunt iſtorum auctorum, quorum eſſe dicuntur: aut non. Primo autem ſi ſunt eorum; cum mendacium maxime in fide, & moribus tanta ſeueritate condẽnetur: quomodo veriſimile eſt eos fuiſſe mentitos, dicendo, Hæc dicit Dominus, ſi Deus non fuiſſet locutus? Si autem dicas illos fuiſſe deceptos, non autem mentitos. Contra. Ait enim Apoſtolus. 1. Corin. 12. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit raptum huiuſmodi hominem, vſque ad tertium cœlum. Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Quæ quidem aſſertiones nõ videntur fuiſſe abſque mendacio graui, ſi aſſerens non fuit de huiuſmodi certus. Aſſerere namque dubium tanquàm verum, & certum: mendacium, vel non longe a mendacio eſt.
D Ex illa namque reuelatione Apoſtoli, & ex multis alijs factis, manifeſte concluditur, quòd intellectus eorum non potuerunt induci ad aſſerẽdum ita firmiter de illis, quorum non potuerunt notitiam ex naturalibus obtinere, ſicut aſſerunt, niſi ab agente ſupernaturali fuiſſent ſupernaturaliter illuſtrati. Si iterum dicas eos propter lucrum fuiſſe mentitos: aperte contrarium patet, cum pro illis, ad quæ homines inducere voluerunt, non ſolum temporalia bona, ſed tribulationes maximas, atque vltima ſupplicia ſuſtulerunt. Secundo autem ſi prædicti libri non ſunt eorum, hoc aſſere-

*De auctoritate Doctorũ, & de eorũ comparatione u de q̃ ſcribit Gerſon p. 1. contra hæreſim de cõmunione laicorum ſub vtraque ſpetie, regula 4. & pꝛæterea, q̃ nos ſcripſimus i noſtro Dictionario, quod nuper Lugduni ĩpreſſum eſt.*

E re graue inconueniens eſſe videtur: quia ſic negabitur quicunque alius liber, & forma illius, cuius liber eſſe dicitur. Quare enim iſti ſoli falſo adſcripti ſunt auctoribus, quorum non erant? quod quidem dicere, abſurdum manifeſte apparet. Amplius: aut illi, qui libros eis aſcripſerunt, fuerunt Chriſtiani: aut non. Primo autem ſi fuerunt Chriſtiani: quomodo tales libros eis tam mendaciter aſcripſerũt? cum lex Chriſtiana tam ſeuere mendacium perſequatur? Pſal. teſtante, qui ait: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quomodo etiam aſſerunt Deum multa fuiſſe
F locutum, quæ ibi narrantur, & perſonis, quibus libri intitulantur, ſi hæc vera non extiterunt? Quomodo inſuper libri iſti ita authentici extiterunt, atque ita diuulgati eſſe talium auctorum: niſi fuiſſent eorum, & ipſi auctores authentici extitiſſent? Vnde Auguſt. 11. libro de ciuitate Dei, cap. ſecundo, loquens de Chriſto, ait. Prius Chriſtus per prophetas, deinde per ſeipſum; poſtea per Apoſtolos, quãtum ſatis eſt, indicauit locutus, Scripturam condidit, quæ canonica nominatur eminentiſſimæ auctoritatis. Et in Decretis, diſtin. 9. cap. ſi ad ſcripturas. idem Au-
G guſt. ait, Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint officioſa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſententia profertur, cuius pondere cõtentioſæ falſitatis obteritur improbitas? Et c. ego, iterum ait: Ego ſolis eis Scriptorum libris, qui canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere: aut ſi in eis aliquid offendero, quod videatur contrarium veritati: nihil aliud exiſtimo, quàm mendoſum eſſe codicem, vel non eſſe aſſecutum interpretem, quod dictum eſt: vel me minime intellexiſſe, non ambigam.
H Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, quantave doctrina polleant: non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt: ſed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes: quod a vero non abhorreat, perſuadere potuerunt. Secundo autem ſi illi, qui prædictos libros ſcripſerunt, non fuerunt Chriſtiani: non videtur veriſimile, quòd voluerint tales libros conſcribere, atque alijs aſcribere, & ſectam, & ritum viuendi magnificare, cuius contrarium credebant, & obſeruabant. Hæc Scotus vbi ſupra.

*Pſal. 5.*

*Libri duplex eſt proprietas, prima eſt ſcię retentio in vniformitate: ſecunda, quia per librum eſt in nobis obliũ recordatio. S. Bon. li. 4. di. 45. par. 1. q. 1. ar. 1.*

A *Quæ pertinent ad fidem Chriſtianam, quanta diligentia ſint recepta. Cap. 4.*

*Quarta via.*

QVarta firmitas eſt diligentia recipiẽtium, quæ ſic patere poteſt. Aut.n. nulli credes de contingenti, quod non vidiſti: & ita nõ credes mundum factũ fuiſſe añ te: nec locum eſſe in mũdo, in quo nõ fueris: nec iſtũ eſſe patrem tuũ, nec iſtã matrem tuam: & ſic talis incredulitas deſtruet totam politicam vitam. Si autem vis alicui credere de contingentibus, quod tibi non eſt, nec fuit euidens: communitati maximè credendum eſt, ſiue illis quos tota B communitas approbat: & maximè ſi communitas illa famoſa eſt & honeſta, & cum maxima diligentia recipit approbanda. Talis vtiq; eſt ſcripturæ canon. Tanta nempe apud Iudæos de libris habendis in canone ſolertia fuit: & tanta apud Chriſtianos de libris recipiendis tanquam authẽticis, ꝙ de nulla ſcriptura pro authẽtica habenda, tanta ſolicitudo inuẽta eſt: præcipuè cum tam ſolẽnes cõmunitates de ſcripturis ipſis curam geſſerunt, tanquam de continentibus ad ſalutem neceſſaria. Vnde Auguſt. lib. 18. de ciui. Dei, 38. c. ait: ꝙ ẽt ſcriptura Enoch, de qua Iudas in canonica ſua mentionẽ facit, non recipitur in canone. Et multæ aliæ ſcripturę, de quibus fit mentio in libris Regum: vbi apertè demonſtrat, ꝙ illa ſola in canone recepta ſunt, quę auctores nõ ſicut hoĩes, ſed ſicut ꝓphetę diuina inſpiratione ſcripſerunt. Et 40. c. ait: Illi Iſraelitæ, quibus credita ſunt eloquia Dei, nullo modo pſeudoprophetas cum veris parilitate ſentẽtiæ confuderunt: ſed concordes inter ſe, atque in nullo diſſentientes ſacrarum litterarum veraces ab eis cognoſcebantur & tenebantur auctores. Hęc etiam Sco.

*De canonicis libris docet ſacrũ Conc. Trid. quorum lõgus tot ſeculorum vſus fuit in Eccleſia. Auguſt.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

D *Vbi ponuntur aliæ quattuor Chriſtianæ fidei firmitates. Prima eſt de honeſtate & rationabilitate credendorum in Chriſtiana fide. Cap. 1.*

*Quinta via. Credibile quid ſit, & quõ hẽt in ſe rõnẽ primæ veritatis, & quæ pertinet ad habitũ fidei*

PRima firmitas eſt honeſtas, ſeu rationabilitas credendorũ & in Chriſtiana fide contẽtorũ. Sanè ſola catholica fides credit Deo. Nã Chriſtianę fidei ſolus Deus veritatis, immo Deus veritas, teſtis eſt. Nam ſiue credat per miracula, ſeu per oracula prophetarum, vbique & in omnibus illi credit, cuius teſtimonijs credit. E Qua de re, ſi in aliquo erraret, quod tamen impoſſibile eſt: non ei eſſet imputandum, ſed ipſi teſtificanti Deo, cuius fidei ipſe eſt dator, teſtificator, & doctor. Sola.n. Chriſtiana fides ad ſpem veniæ, gratię, & glorię ſubleuat humana corda: dum prædicat immenſam magnitudinem miſericordiæ Dei: & tã immẽſam, ꝙ miſeriã noſtrã aſſumere dignatus eſt. Nulla etenim via magis ſuaderi cõitati gñis humani potuit, Deum glorię ſuæ nos velle hẽre cõſortẽs, q̃ p hoc, ꝙ miſerię nr̃ę cõſortiũ inijt, & multo efficacius, ꝙ tã ignominioſã, atq; acerbiſſimã mortẽ ſubijt. Quid.n. magis ad ſpem veniæ mẽtes F erigere potuit, & veriſimilius oſtẽdere valuit, Deũ velle miſereri hoĩbus, q̃ ꝙ pr̃ miſericordiarũ ꝓprio filio ſuo, vt eis parceret, nõ pepcit? & ipſe filius, vt ĩmunes, & illæſi ipſi abirẽt, latrociniorũ ipſorũ dignatus eſt pferre ſuſpẽdiũ? Credulitas.n. horũ eſt, qui ruinã deſpationis in pctõrib. penitus ꝓhibet, & auertit: & ſpẽ magnificã velut colũnã firmiſſimã ĩ corde humano erigit, & cõfirmat. Hæc ſola eſt, q̃ corda ſubuerſa erigere, portare, & fulcire ſufficit. Oẽs.n. aliæ ſectæ, oẽſq; errores, aut fulcimẽta ſpei penitus tollũt: aut debilia adhibẽt fundamẽta, ĩſtar feſtucarũ, vel palearũ, q̃ ſupportare cor G humanũ oĩno nõ pñt. Sola.n. Catholica fides ad verã, & viuificã charitatẽ inflãmat. Sicut.n. ignis ignẽ maxime gñat, atq; cõtactu ſuo, q̃ ſunt ignibilia inflãmat: Sic ignis diuinæ dilectionis bñficio dñicæ incarnationis p credulitatẽ cordib. hoĩum applicatus, ignẽ ſanctæ dilectionis in Deũ, in illis generat, amoreque viuifico incẽdit, atque inflãmat. Cætera nãque bñficia Dei, velut ſcintillę ſunt, ac permodicę prunulæ ad inflãmandum humana corda. Bñficiũ aũt incarnationis, atque redẽptionis, nõ ſolũ eſt ſicut mons igneus cordib. nr̃is inflãmãdis, per credulitatẽ appoſitus: immo incõpara- H biliter maior ignis, q̃ eẽt totus mũdus, ſi totus arderet. Quãto.n. maior eſt Dei filius toto mundo, tãto corda humana magis calefacere dẽt, & inflãmare p hãc credulitatem ei applicatus, q̃ totus mundus corpora noſtra, ſi totus arderet. Quot autẽ ſunt torres, & faces, alijque ignes ad calefacienda corpora calore ſenſibili: ſic ſunt Dei beneficia ad calefacienda corda calore diuini amoris. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ ſi totus mũdus arderet modicus ignis eſſet ad calefaciẽdum quodcunque corpus: immo nullus, comparatione beneficij huius ad calefaciendum

*docet S. Bonau. q. 1. prologi.*

*Credulitatis effectus.*





A corda humana. Quia vero alia beneficia cordibus aliarum gentium implicãtur, q̃ vt diximus, quaſi modicæ ſcintillæ ſunt ad hunc ignem: manifeſtum eſt, oẽs alias gẽtes a diuino amore frigidas eſſe, cõparatione Chriſtianorum, & iõ mortuas, cum calor ille ſolus ſit viuificus, & vitalis. Præterea quid honeſtius, atque rõnabilius, q̃ Deum tanq̃ finem vltimum ſup oĩa diligi, & ꝓximum, ſicut ſeipſum. i. ad id, ad quod ſeipſum debet diligere, ſm Greg. In his.n. duobus p̃ceptis tota lex pendet, & Prophetæ, ſicut dr̃ Matt. 22. Sola etiã Chriſtiana fides mentib. applicat maximũ Dei timorem, dum p eã credi- B tur, iuſtitia eius in vltimo diſtricta in cõtumaces, atque rebelles, eiusque vindicta, & ęterna eſſe duratione, & incogitabili acerbitate. Omnes.n. aliæ ſectæ, & hunc timorẽ, & prædictas affectiones in Deum, aut penitus tollunt, aut pariũt diminutas, diminutione Deo iniurioſa. Quid ẽt honeſtius, q̃ quod Mat. 7. Oĩa quęcunque vultis, vt faciãt vobis hoĩes, & vos facite illis. Ex iſtis quaſi practicis principijs alia p̃cipua in ſcripturis ſequunẽ tradita, oĩno rõni conſona, & honeſta, ſicut de rõnabilitate eorũ ſigillatim clareſcere põt cuilibet ſpeculãti: De p̃ceptis, cõſilijs, & ſacr̃is ſidei orthodoxę, qa in oĩb. vr̃ eẽe quaſi q̃dã explicatio legis naturæ, q̃ ſm Apoſtolũ ad Rom. 1. c. ſcripta eſt in cordib. nr̃is. De honeſtate aũt Chriſtianæ legis ait Aug. 2. de ciui. Dei. c. 28. Nihil turpe, aut flagitioſum ſpectãdum imitãdumq; vnicuiq; ꝓponiẽ, vbi veri Dei, aut miracula narranẽ, aut dona laudanẽ, aut bñficia poſtulanẽ. hæc de morib. Sed & de credibilib. ẽt patet: qa ĩ Chriſtiana fide nihil de Deo credimus, vel ſentimus, quod aliquã importet imperfectionem: immo etiã magis atteſtatur perfectioni diuinæ, q̃ oppoſitum eius. Patet de Trinitate perſonarum, de incarnatione Verbi, & ſic de cęteris ſanctiſſimis, & rationabilibus, atque honeſtis.

*De lege, & honeſtate Chriſtianorum ſcribit D. Aug. li. 6. de vtilitate credendi, c. 8.*

*Hæc lex naturalis ẽ ſumma ratio inſita in natura, quæ iubet ea, q̃ faciẽda ſũt & prohibet contraria. Alex 3. p. & Gab li. 3 d. 37. q. vnica. ar. 1 & Gerſon p. 1. de orig. iuris, et legũ. Bon lib 3. d. 34. Th. p. 2. q 91. ar. 2. & q. 96. ar. 25.*

*Quanta fulgeant honeſtate, & ratione, quæ continentur in Chriſtiana fide. Cap. 2.*

*Sexta via*

SEcunda firmitas, eſt inhoneſtas, & irrationabilitas ſingulorum errorũ. Quãta.n. fuit amentia Paganorum, colentium idola, opera manuũ ſuarum, in quib. nihil eſt numinis, ſicut ſatis oñdunt etiã ipſi naturales Philoſophi: ſed multo efficacius Doctores ſancti. Quid etiam adducere pñt deceptiſſimi Saraceni, illius viliſſimi porci Machometi ſectatores? Quid inq̃ pro E ſcripturis allegare poterũt, quod porcis, & aſinis cõuenit gulã, & coitũ ꝓ vltima beatitudine expectãtes? Quã etiã remunerationem, & ꝓmiſſionẽ deſpiciẽs Philoſophus Auicẽna, q (quaſi extitit illius ſectæ) 9. Metaphyſicę. 2. c. aliũ quaſi pfectiorem finem, magiſq; rõnali hoĩ cõgruẽtẽ ponẽs, ait: Lex nr̃a, quã dedit Machometus, oñdit pfectionẽ fęlicitatis, & miſerię, q̃ ſunt ſm corpus. Sed eſt alia ꝓmiſſio, q̃ apphendiẽ ĩtellectu. Et addit: Sapientib. multomagis fuit cupiditas ad oñdendũ aliã fœlicitatẽ, q̃ corporũ, q̃ q̃uis dareẽ eis, nõ tñ attẽderũt, nec tñ ap- F p̃ciati ſunt eã, cõparatione fęlicitatis, q̃ eſt cõiũctio primæ veritati. Iudęi quoq; inſenſati, & rudes nouũ teſtm̃ cõdẽnãt, qđ qdẽ in veteri teſtõ ꝓmittiẽ, ſicut oñdit Apoſtolus 2. c. ad Heb. oñdẽs, q̃ inſipidæ ſint eorũ cerimonię ſine Chr̃o. Nõne Chr̃m aduenĩſſe, & ita nouũ teſtm̃ ab ipſo prĩcipaliter ꝓmulgatũ, & ſicut authẽticũ fore acceptandũ eorũ ꝓphetię oñdũt? Vñ Gen. 49. c. ſcriptũ ẽ: Nõ auferet ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, q mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio gẽtiũ. Dan. quoq; 9. c. ſcriptũ ẽ: Cũ venerit Sãctus Sãctorũ, ceſſabit vnctio vr̃a. Quid.n. aſini Manichęi fa- G bulanẽ primũ malũ, cũ & ipſi, & ſi nõ fuerĩt primi mali: tñ fuerũt multũ mali: tãtaq; cęcitate obtenebrauit eos malũ, vt nõ intelligerẽt, ꝙ oẽ ens, inquãtũ ens, ẽ bonũ: nec cognouerunt ꝙ vetus teſtm̃, in nouo fuerit authẽtice approbatũ. Vñ ẽt multitudo hæreticorũ habuit ortum, niſi de ſcripturis ſacris male interp̃tatis? ſicut teſtaẽ Aug. in li. 83. q. 69. d. Nõ põt error, q palliaẽ, Chr̃iano noĩe oriri, niſi de ſcripturis nõ intellectis. Et hoc iõ, qa p̃cedẽtia, & ſequẽtia, nõ cõtulerũt, ſolũ circũſtãtia ſcripturarũ, illuminare ſñiam, vt dr̃ ibid. q. 5. Et addit: Nec ẽt alia loca ſcripturæ cõtulerũt: vñ hæreſes H exortæ ſũt p ſe legẽdo, q̃ cõferẽdo repulſę ſunt, quia conferentes ſñias diuerſas adduxerunt, quæ ex ſe mutuo inuicem videri potuerunt, qualiter eſſent intelligendæ. Contra quos eſt Auguſ. verbum contra epiſtolam Fundamẽti: Non crederẽ inquit Euangelio, niſi quia eccleſiæ Catholicæ credo. igitur irrationabile eſt aliquid canonis recipere, & aliquid non, cum Eccleſia Catholica, cui credo, totum canonem æqualiter, vt certum, recipiat. Quid ẽt dicemus de varijs doctrinis, & ſectis Philoſophorũ multa irrationabilia cõtinẽtib. ſicut de politijs diuerſis a varijs Philoſophis diuerſi-

*Eadẽ dicit Sco. in prologo p. 2ª.*

*Vnde hæreſes ortæ.*

A mode ordinatis.in 2.Pol.Ariſt.probat.Politia quoq; ſua in quibuſdā eſt ēt inhoneſta. Nā tradens politiā ſuam inquit: expedit ad tēperātiā coitum facere ſenioribus: dicitq́; nullū orbatū dēre nutriri,atq; horrēdā inſaniā ſupaddit dicēs, ꝙ ſi quis gñauerit filios vltra ſufficientiā diuitiarum, anteq̄ ſentiatur vita: fiat aborſus. Hæc Sco.vbi ſupra.

*Philoſophi, qui fuerunt Patriarchæ hæreticorū, multa temere dixerūt, eouſq; progreſſi, vt Deos prorſus nullos eſſe cenſerēt. Huius generis fuerunt Diagoras Mileſius, Theodorus Cyrenenſis, Eumerus Tegeates.*

## *De aſperitate martyriorum, quibus approbata eſt Chriſtiana fides. Cap. 3.*

TErtia fidei firmitas, eſt martyriorum aſperitas. Per martyria namq; veritas fidei clarius eluceſcit,qñ paratus B eſt homo mori pro veritate, quā prædicat. Nā & Chriſtus pro fidei teſtimonio mortuus eſt:ſimiliter & Prophetæ añ Euāgeliū ꝓ teſtimonio fidei mortui ſūt,ſicut Eſaias, Hieremias,Ezechiel,& alij multi. Pro fide autem Chriſtiana quāta paſſi ſint martyres Dei,oſtēdit Apoſtolus ad Heb.11.c.d.Sācti ꝑ fi.vice.reg. operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Obturauerūt ora leonū, extinxerunt impetū ignis, effugauerūt aciē gladij,cōualuerūt de infirmitate,caſtra verterūt exterorū,acceperūt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij aūt diſtenti ſunt, nō ſuſcipientes redēptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionē. Alij vero ludibria,& verbera experti,inſuper & vincula,& carceres,lapidati ſunt,ſecti ſunt,tētati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circumierūt in melotis, & in pellibus caprinis egētes,anguſtiati,afflicti, quibus dignus nō erat mūdus. In ſolitudinibus errātes,in mōtibus,& in ſpeluncis,& in cauernis terræ.Et hi oēs teſtimonio fidei probati inuenti ſunt.Tāto ardore fidei martyres illi feruebāt,vt in oībus opprobrijs, vituperijs, & ſupplicijs ſemꝑ ſentirent dulcorem ac iucunditatē. Ad hoc enim ſummū perdu D cebat illos fidei feruor, & dulcor, vt quāto grauiora pro Chriſto portauerūt,tāto ſe vltro ad duriora toleranda offerrent. Vnde in ꝑſona martyrū ad Roma.8.c.Apoſtolus ait: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio,an anguſtia?an perſecutio?an nuditas?an periculū?an fames?an gladius? Sicut ſcriptum eſt, quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.Sed in his oīb.ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim,quia neq; mors,neq; vita,neq; Angeli, neq; Principatus,neq; Virtutes,neq; inſtantia,neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro. E Ecce quanta, quantoq́; ardore fidei, sācti Martyres ꝓ fide orthodoxa ſunt paſſi: Quāto igitur ſupplicio digni ſūt, qui neglecta,immo deſpecta illorū fide,ꝓ corporibus ab ægritudine liberādis, recurſum hñt ad vetulas inſenſatas, & magas, aut ad quoſcunq; incātatores,vel incantatrices, q̄ pro alijs,& dementijs ſuis firmādis,in feruenti aqua ꝑ tp̄s viceſimæ partis horæ digitū nō tenerent. Sed hoc alibi latius tractādum eſt. O dementia conſummata. Credit cæcus cani de via,& baculo de aqua profunda:Crediturq́; exꝑto in arte ſua,& nō creditur F Martyrib.sāctis,& Chriſto, q tot & tāta ſupplicia,atq; mortē ſuſtinuerūt ꝓ fide ſua.

*Martyres Chriſti ex infirmitate potentiſ redditi hoſtium incurſiones in fugā verterūt, & inclinarunt.*

*De martyrio vide D. Tho 2.2.q.124.ar.1 2 3.& 4. Bon.4 d.4 cir textū Gerſ.p.1.de Daco.cōſid.2 & p.3.de cōſol.Theolo.Sco.li.3.diſt.15.*

*Totū hūc locū B. Auguſt.4.de doctrina Chriſti c.20 ꝓfert, velut exēplar orationis, quæ vehemētiā cum ornatu coniūxerit.*

## *Quòd per vera miracula teſtatur Deus veram eſſe Chriſtianam fidem. Cap. 4.*

QVarta fidei firmitas, eſt miraculorū limpiditas,ſeu claritas. Nulla n em ꝑ ge gēs, nulla ſecta,miracula hēt p̄ter Chriſtianā fidē,quā ſemper & comitata ſunt miracula,& ſecuta.Nam ab ipſo Abel, vſq; ad legem datā ꝑ Moyſem, & in gente Hebrȩorum mirabiliter multiplicata,atque ab exitu Ægypti,vſq; ad ingreſſum terræ ꝓ G miſſionis comitata,atq; cōſolata ſunt,gentemq́;,& populū Hebrȩorū,nec deſeruerūt eā,donec ipſa deſeruit fidē verā: tunc.n.cū ipſa fide in Apoſtolis,& alijs ex Iudæa credentib. trāſlata ſunt ad eccleſiā, ex Iudæis, & gentib.cōgregatā,ac ꝑ Dei gratiā vſq; in hodiernū diem euidenter ꝑſeuerāt in illa: ita vt ea poſita, videātur etiā miracula poſita:atq; ea remota,videātur miracula remoueri,vt quaſi ſint ipſius fidei teſtimonia, & effectus inſeparabiliter cōcomitātia illam. Nec.n.idolatræ, quos Paganos vocamus: nec gēs Machometi, quos dicimus Saracenos:neq; Iudæi,neq; hæretici legū,ac ſecta H rū ſuarū vnq̄ aliquod miraculū hñt. Nā licet hȩretici ꝓ ſua ꝑfidia moriātur,nunq̄ tñ miracula hñt,vel habuerūt.In cuius myſterium Exo.8. Magi in illo digito defecerūt nō valentes,ſicut Aaron in Cynifes cōuertere puluerem terræ: ideo dixerūt, digitus Dei eſt hic. Miracula aūt appellamus virtutis ſolius diuinæ inſolitas operationes,atq; mirandas,curſuiq; naturæ cōtrarias,quales vtiq; ſunt ſuſcitationes mortuorū, illuminationes cæcorū, mundationes leproſorū, liberationes dæmoniacorū, effugationes, & religationes dæmoniorū, & conſimilia,

quæ

*Hanc vi innuit Sco. vbi ſupra via 1.*

*Nulla ſecta hēt miracula ꝓter Chriſtianā noſtram religionem.*

*Miracula quæ.*



A quæ omnia,niſi virtute diuina fieri nequaq̄ poſſunt. Propterea & varia Dei teſtimonia ſunt:nec quidē Chriſtiana recepta eſt fides, niſi diuinis teſtimonijs.i.miraculis confirmata: nec creditū eſt Apoſtolis & Prophetis, niſi doctrinā ſuā miraculis cōfirmarēt: ergo teſtimonijs Dei creditū eſt: Dei aūt teſtimonia nō poſſunt in aliquo eſſe falſa. Vñ Dei teſtimonijs crediti ſunt articuli fidei & recepti:quare & ipſi oēs veri neceſſario ſūt. Quia ergo tā mirificorū operū teſtimonijs ſolā Chriſtianā fidē cōfirmarȩ,nec ab initio ceſſauit,nec adhuc ēt ceſſat miſericors De⁹: neceſſe eſt hanc ſolā eſſe veridicā, ipſiq; pla B citā,atq; gratā. Amplius nōne in noīe dilectiſsimi Dñi noſtri Ieſu Chriſti crucifixi,& mortui,alij mortui ab eius aduētu, manifeſtè ſunt per Apoſtolos ſuſcitati,& per viros ſanctos ēt hodie ſuſcitantur? Et quod ēt maius, ſeu euidētius miraculū eſt, ipſi Apoſtoli,Martyreſq́; & confeſſores mortui, mortuos ſuſcitant, & alia multa miracula operantur:& ad ipſos iam mortuos viri fideles pro impetrandis miraculis ſæpe recurrunt, atq; ꝑ illos obtinent illa fieri. Apparet igit̄ hanc fidē nō ſolū in viuis,ſed ēt in mortuis fidelibus miracula obtinere. Infideles verò, atq; hȩretici,ſicut nec viui pñt aliquid apud Deū:ſic ēt mortui,nec ſe pñt,nec alios adiuuare. Apparet quoq; ſolidius teſtimoniū de veritate fidei,dū ei fideles ēt mortui miraculis atteſtantur,& quā viui tenuerant,ēt poſt mortē miraculis approbant,& confirmant. Ex his oībus manifeſtè apparet, ꝙ ſi in fide Chriſtiana eſt error,Deo qui neminē poteſt fallere,imputandū eſt. Vñ Rich.1.de trini.2.c.ait:Dñe ſi eſt error,a te decepti ſumus:nā tot & tantis ſignis cōfirmata ſunt,ꝙ nō niſi per te poſſent fieri. Si quis aūt obſtet,miracula illa nequaq̄ fuiſſe facta. Rñdebimus ei, ſi chriſtianus eſt,& hac īfidelitate deceptus, illud qđ ait Maximus in ſermone plurimo D rū Martyrū,vbi inqt:Magni periculi res eſt, ſi poſt Prophetarū oracula,poſt Apoſtolorū teſtimonia,poſt Martyrū vulnera, veterē fidē,quaſi nouellā diſcutere p̄ſumas: & poſt tā manifeſtos duces in errore ꝑmaneas, & morientiū ſudores ocioſa diſputatione cōtēdas. Si qs aūt,vel extiterit īfidelis, vel alia deuota curioſitate fuerit incitatus:Rñdebimus ei, ꝙ vel fuerūt facta miracula in Chriſtiana fide, ſicuti Chriſtianorū ſcripturæ teſtanr̄,aut non:Si aūt fuiſſe facta fateris:ſufficit nobis te veritati conſentire. Si aūt negas oīno illa fuiſſe facta, te cōuincimus multiplici via. Primò.ſ.euidētiſsima rōne ſimul E & auctoritate:ſecundò cōparatione: tertiò experimētatione. Primò quidē rōne pariter & auctoritate. Auguſ.22.li.de ciui.Dei, c.5.vbi inquit: Si illa miracula facta eſſe nō credunt nobis,vnū grāde miraculū ſufficit: qa iā orbis terrarū ſine vllis miraculis credidit,& cætera multū notabilia, q̄ tāgit ī illo ca. Si qs aūt diligēter pēſet tria hæc. Primò, q hāc fidē p̄dicauerūt,ſcd̄ò,qđ p̄dicauerūt, tertiò,quibus p̄dicauerūt: Patēter animaduertet ſine miraculis mundū fuiſſe conuerſum ad fidē, extitiſſe miraculū miraculorū. Primò nāq; cōſidera, qui hāc fidē p̄dicauerūt,ꝓ quo vbi ſup.audi Aug.dicentē: Siquidē qđ credimus dicatur incredibile eſſe: nō F minus incredibile eſt,hoīes ignobiles,infirmos,pauciſsimoſq́;,ac imperitos,q̄ rē tā incredibilē, tam efficaciter mūdo & in illo ēt doctis ꝑſuadere potuiſſe,vt mūdus illa credat,ſicut & credidiſſe vr̄. Secūdò conſidera quid p̄dicauerūt,de quo Auguſt.cōtra epiſt. Fundamēti. Quis tantā multitudinē ad peccata ꝓnā, ad legē cōtrariā carni & ſanguini ſeruandā induceret,niſi Deus? Tertiò quoq; conſidera,quibus p̄dicauerūt. Vñ Auguſ.de ciui.Dei.22.li.c.2.ait: Quid incredibilius, q̄ ꝙ ad legē contrariā carni & ſanguini Doctores pauci,rudes & pauperes, poſſent pluri G mos potētes & ſapientes cōuertere? Quod quidē patet de multis ſapiētibus. primò fidei rebellibus,poſtea cōuerſis: vt de Paulo prius perſecutore: & de Auguſtino prius ꝑ Manichæos aliqualiter ſeducto, poſtea Doctore illuſtriſsimo, de Dionyſio prius pagano Philoſopho, poſtea Pauli ſecretiſsimo, ac illuſtriſsimo diſcipulo: & Cypriano prius ſceleratiſsimo mago,poſtea sāctiſsimo Martyre,Doctore,& Ep̄o, & ſic de alijs innumeris. Secūdo te cōuincimus cōparatione. Vñ Auguſ.li.4.de ciui.Dei.c.18. Si libris magicis & augurijs credūt, cur cū illis libris credere nolūt iſta eſſe facta? Tertiò te cōuinci H mus euidēti experimētatione. Nā quȩdā miracula tāta euidentia ſunt patrata, ꝙ niſi ab oīno proteruis mentibus negari nequaquā pñt:ſicuti ſunt miracula facta a beato Silueſtro corā Cōſtantino Imp. tam in curatione eius leprȩ,q̄ in diſputatione cōtra Iudȩos,q̄ vtiq; facta tanq̄ celeberrima, mundū minime latuerunt. Si quis iterū obſtet, ꝙ miracula faciet & Antichriſtus. Rñdebimus ei,ꝙ magna dr̄ia eſt inter vera miracula Dei, & falſa Antichriſti miracula;& inter miracula Dei & miracula diaboli. De qua dr̄ia tractat Auguſt. de vtilitate credendi. Mirabile inquit voco,quicquid arduū ſupra ſpē, vel fa-

cultatem

*De miraculis v.de Alex. par.2.q.43.mēb.2 ꝓpe finē. Rich.diſtin.17.lib 4.q.3.artic.4. Gab. lib 2.diſt 8.q.2.ar.4. Gerſō par. 2. Ser. de quatuor domibus.*

*Bruliſ. li.2.8.diſt.q.11. Bon.lib.2 d ſt.7. D. Tho.2.2. q.178.ar.1.2.3.p.q 13.2.*

*Tria perpēdenda circa miracula.*

*Argumētū à minori ad maius.*

*Miracula S. Silueſtri coram Cōſtātino cura oēm humanā contradictionem.*

A cultatem mirantis apparet, quędam ſummā admirationem faciunt: quædā magnam gratiam & beneuolentiā cōciliant, qualia fuerunt Chriſti miracula, & alia plura quæ ibi diffusè tractat: noſq; de huiuſmodi differētia latius alibi tractaturi ſumus.

ARTICVLVS TERTIVS.

*De quatuor vltimis firmitatibus, & oſtenſio q̧ ſola fides Chriſtiana honorificat Deum. Cap. 1.*

PRima fidei noſtræ firmitas eſt Dei honorificētia. Sola enim fides Chriſtiana prædicat ea, B quæ maximè honorem Dei ſuadēt. Sola Chriſtiana fides idolatriam de hoc ſęculo effugauit, quæ tamen ab initio legis vſq; ad Chriſtum non ſolum in populo paganorum, ſed nec etiā in populo Iudæorum potuit aliquo modo excludi. Sola Chriſtiana fides dilatat magnificentiam cultus vnius Dei. Nam per fidem Chriſti totus mundus plus acceſsit ad veritatem & etiam intelligentiā, q̄ vnquam potuerit fieri in lege: nunc autem tanta creditur veritas diuinitatis, vt etiā in tribus perſonis ſummè vnus & ſummè ſimplex om- C nino eſſe credatur & a ſapientibus intelligatur. Sola enim Chriſtiana fides eſt, quę in nullo detrahit potentiæ Dei, cum oīs ſecta perditionis eidē ex toto detrahit vel ex parte. Multa enim dicit oīs huiuſmodi ſecta, creatorem non poſſe, vel nō aliter poſſe ea facere q̄ faciat. Sed ipſa ſola catholica fides libertatem potentiæ eius & credit & cōcedit in vltimo: Similiter & amplitudinem & for itudinem, quæ tria ſimul accepta: videlicet libertas, fortitudo & amplitudo potētiæ & hoc in vltimo ratio ſunt ſiue explicatio omnipotentiæ lucida & perfecta. Eſt.n. omnipotentia veriſsima ratione, potentia D libera in vltimo libertatis: & fortis in vltimo fortitudinis, & ampla in vltimo amplitudinis. Sapiētiæ quoque ipſius ēt multi cōtumelioſè detrahunt, & multi fortè non detrahunt, ſed generaliter oēs hæretici & increduli eiuſdem detrahunt bonitati. Alij.n. malè ſentiunt de iuſtitia eius, ſicut qui dixerunt ipſum nunq̄ requirere, vel vindicare peccata, aut ſaltē æternis ea non vindicaturum ſupplicijs. Aut malè ſentiunt de miſericordia: ſicut qui dixerunt nō eſſe reuerſionem animabus poſt lapſum, & ij deſtruxerunt pęniteutiā & oēm aliam viam reuerſionis ad ipſum Deū. Alij de beneficijs eius E tanto nequius, tātoq; pniciosius ſenſerunt, quāto maiora eiuſdē beneficia auſi ſunt diſcredere & negare, qualia ſunt beneficium incarnationis filij Dei & redemptionis generis humani: reparatioq; ipſius & ad gratiā & ad gloriā ſempiternā. Alij cōtra liberalitatem ipſius & largitatem nequiſsimè blaſphemare non verentur, qui negāt eum eſſe remuneratorē dilectorum ſuorum. Similiter contra gratuitam & naturalem eius beneficentiā multi in contumeliam Dei delirauerunt, attribuētes bona, quibus in mūdo iſto vtimur, vel fato, vel ſtellis, vel cœli cuidā naturæ, dicentes herbas & plantas, F fruges & fructus, non a Deo creari, ſed terrā a ſeipſa huiuſmodi producere. Vides igitur, q̧ ſola catholica fides Dei contumelias declinat & fugit, atq; honoris ſui diminutiones abhorret, ſola ſentiens de ipſo magnificè, ſicuti ipſum decet. Sola igitur eſt, qua ipſe honorificatur abſque detractione ſui honoris, vel contumelia ſui. Quare manifeſtum eſt, hanc ſolam eſſe veridicam & ei acceptabilem fidem.

*Qu. ſit fides eſt v. nus & firm. us aſſē ſus ſi ne formidi ne.*

*Diuerſitas credētium.*

*Quòd ſtabilis permanentia eccleſiæ Dei oſtendit veram eſſe Chriſtianam fidem. Cap. 2.*

G SEcūda Chriſtianæ fidei firmitas eſt Eccleſiæ permanētia. Non.n. pōt deficere fides Eccleſiæ Dei, q̄ ſupra firmā petrā Chriſtū fundata eſt. Vñ Matt. 16.c. ait Dñs ad Petrū: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ędificabo eccleſiā meā: & portæ inferi non præua. aduer. eā. Nec ēt deficere pōt fides, quā Deus p præſentiam ſuā ſemper tuetur, ſicut ipſe Mat. 28. c. promiſit d. Ego vobiſcum ſum oībus diebus vſq; ad conſummationē ſęculi. Nō pōt deficere fides, pro qua conſeruanda filius Dei ad patrē orauit. Vñ Luc. 22. ait Dñs ad Petrū: Ego p te rogaui Petre, vt nō deficiat fides tua: & tu aliquā- H do conuerſus confirma fratres tuos. Hinc Auguſt. de vtilitate credendi, c. 8. ait: Dubitamus nos eius Eccleſiæ gremio credere, q̄ vſq; ad conſummationem generis humani ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones epiſcoporum firmata hæreticis circumlatrantibus culmen auctoritatis obtinuit. Et parū poſt ſubdit: Quid eſt aliud ingratū eſſe ori Dei, quàm tanto labore prędictę auctoritati reſiſtere velle. Probatur ēt firmitas fidei nrę ex ſententia vera Gamalielis, Act. 5. Si eſt ex hoībus conſiliū hoc aūt opus, diſſoluet: ſi verò ex Deo eſt, nō poteritis. ſ. diſſoluere eos: ne fortè & Deo repugnare iueniamini.

*Nam fides eſt ſubſtantia ſiue q̄ ditas vel fūdamētū rei D. Th. 2. 2. q 4. art. 1.*

Quòd



A *Quòd Chriſtiana fides ex Iudæorum captiuitate oſtenditur eſſe vera. Cap. 3.*

TErtia firmitas eſt Iudæorum captiuitas, q̄ tanto tpe perdurauit. Si.n. Dñs Ieſus Chriſtus fuit ab eis ex vero zelo & recto percuſſus & reprobatus: tūc ſm legē & Prophetarū promiſſa debuerunt tā tēporaliter, q̄ ſpiritualiter foueri a Deo ēt plus q̄ ante, & pcipuè cum nuſq̄ ab idolatria fuerint ſic immunes, ſicut erāt tēpore Chriſti. Quomodo ergo & ex qua cauſa a tpe illo & citra, ſic ſunt temporaliter captiuati, & ſpiritualiter deſtituti & deſerti a B gratia Dei, vt ex tunc non ſolū nullum verum Prophetā habuerint, imò tam ad intellectum diuinorum, q̄ quo ad ſpirituales affectus & mores, cuius vis iudicio ſanè mētis appareant deprauati & a Dei religione terribiliter derelicti. Quādiu.n. ſteterunt in vera fide, ſxaltauit illos Deus ſuper omne hoīum genus, ſicut patet in terra, quā dedit eis, & in lege, & regno, & templo, & victorijs, & miraculis, & ſignis, & Prophetis, & cultu, & beneficijs. Poſtq̄ autem Dei filium negauerunt, & eius fidem abiecerunt, nulla gens adeo fuit depreſſa & abiecta oppreſſionibus tyrannorum, latronum, ſiccariorū C ſciſmatibus, & depopulationib⁹ mutuis, & diſſentionibus & obſidionibus, peſtibus & cladibus, gladio, fame, captiuitate, nece, ſtrage, ſeruitute, ludibrijs, vēditione, & deſperatione: ſicut legitur ſuper eos eueniſſe oēs has maledictiones, quæ liquidius cernere poterit, ſi quis finem Ioſephi & quinque libros legerit Egeſyppi. In illis quidē legitur, q̧ capta Hieruſalem oēs Iudæi fuerunt capti atque triginta dati ſunt pro denario vno, q̄diu emptores inuenti ſunt. Demūq; poſiti in nauibus cōpellebātur comedere, quæ egeſſerant in captiuitate, libros legis non habere, ac filios non circūcidere cogebantur. Quando etiam contrahebant antequam vxores ſuas, cum quibus contraxerāt cognoſcere auderēt ſub pœna capitalis ſententiæ: adducebant eas ad Cēturiones pręſides vel Iudices, vt eas violādo pręcognoſcerent, vel eas alijs traderent, vel illas ſibi haberent, quantū vellent. Si aūt omnis ſcriptura loquēs de preſſuris eorum oīno ceſſaret, ſaltem hoc humanis oculis vbiq; manifeſtè claret, quòd gens Iudaica, q̄ quondā pulcherrima fuit atque decora & nobiliſſima forma: modo manifeſtè apparet abiectiſſima, viliſſima & turpiſſima, debilis & meretriculoſa vltra omnes alias nationes.

*Iudæus ꝓprie ille eſt, qui legē Moſaicā ad literam tenet a noīe principalis Tribus Iudæ Heber familia cultum Dei tenuit, cæteris idolatria fœdatis a quo Hebræi deducuntur.*

E *Quòd videretur eſſe Deus impius, & iniquus, ſi vera non eſſet fides Chriſtiana. Cap. 4.*

QVarta & vltima Chriſtianæ fidei firmitas, eſt diuinæ prouidentiæ æquitas & pietas. Si Dominus Ieſus Chriſtus fuiſſet erroneus, tunc quantum ad omnia ſupradicta prouidentia Dei fuiſſet impia & iniqua: quia per teſtimonia ſua ſummam occaſionem dediſſet & dari permiſiſſet omnino errandi. Præterea nullatenus credibile eſt, quòd Deus nullam rectā viam ſalutis generi humano prouiderit, aut F quòd non omni tempore genus humanum eſt aptum dirigi & conuerti ad Deū vniuerſalem viam ſalutis, quantum ex ſe eſt, non oſtenderit. Si igitur non ſolùm ex principijs noſtræ fidei, ſed etiam ex principijs naturalis rationis omnis Religio fidei Chriſtianæ contraria poteſt conuinci eſſe erronea in multis, oportet in Chriſto & fide eius rectam & vniuerſalē viā ſalutis eſſe generi humano prouiſam. Quomodo enim credēdum eſt Deum derelinquere illos, qui ſalutem toto corde requirunt? Hanc autē multi feruentiſſimè requirentes ad Chriſtianam fidem conuerſi ſunt, & quanto fer- G uentiores facti ſunt in quærendo, tanto in hac fide confirmati ſunt ſubito pęnitenteſque in ea dē præterita malitia ſua in mirabilem vitam mutati ſunt: plures quoque tormenta aſperrima ſuſtulerunt, quę probabilia nō videntur, niſi Deus hāc fidei viam ſacræ ſcripturæ innitentē ordinari ad ſalutē irrefragabiliter approbaret: Cui firmiter adhærere, in ea feruenter viuere, atque in eadem vſque ad finem ardenter perſeuerare nobis cōcedat, qui eſt benedictus, fidelis & verus ſpōſus Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. H

*Erroneus, vel erraticus ille eſt, qui habet defectū in intellectu.*

DOMINICA IN QVINquageſima infra diem.

*De fidei neceſſitate, æquitate, & dignitate.*

Sermo Secundus.

NVnc autem manēt Fides, Spes, Charitas, tria hæc. Iterum vbi ſupra. Iam perſpeximus Chriſtianæ religionis fidē eſſe ſolā, ſtabilē atq; verā: Nūc verò de ſcḋa cōtēplatione, hoc eſt de fidei oportunitate diſſeramus. Ad dicēdorum tamen intelli-

A intelligẽtiam notandũ eſt, ꝙ fides de qua hic agere intendimus, prima & initialis eſt inter oẽs virtutes, & quaſi capitalis honorificẽtia ſummi Dei. Ipſa nempe caput humanæ mentis, i. intellectum ad adorandum & venerandum Dei altiſsimã maieſtatem primũ incuruat atq; inclinat, iuxta quod. 2. Corint. 10. In captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obſequiũ Chriſti. Et meritò quidẽ: nam quemadmodũ intellectus primus eſt inter oẽs vires humanæ mentis; ita neceſſe eſt, ꝙ eius operatio, q̃ eſt fides, eiuſque obſequium atq; religioſitas, ſit ẽt prima inter oẽs virtutes. Propterea fides dr̃ fundamentum & caput totius religionis, ſeu religioſitatis in vita iſta. Ex quo ſequitur, quòd eius operatio prima eſt in operibus Dei, atque eius obſequium in cultu & honorificẽtia Dei eſt primũ, ſicut teſtatur Pſal. dicens, Oĩa opera eius in fide. Et iterum Apoſtolus ad Hebr. 11. c. ait: Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentũ non apparentiũ. vbi apertè fidẽ eſſe ſubſtantiam dicit, quaſi ſubtus ſtantẽ: quia per eam totũ ſpirituale ædificiũ ſuſtentatur. Itẽ Chryſ. ait: Fides eſt ſanctiſsimæ religionis fundamentum. Ad iaciendum igitur atque ſtabiliendum hoc ſanctiſsimum fundamentum, tria ad præ- C ſens contemplemur de fide.

*Apta cõparatio qua probatur fides, vt ſit prima virtus. ideo rectè ſẽtit D. Tho. fidẽ eẽ ĩ intellectu, vt in ſubiecto. 2. 2. q. 4. ar 2.*

*Pſal. 32.*

## Articvlvs Primvs.

### *Quòd omnino in omni cultu neceſſaria eſt fides.*

PRimò contemplemur fidei neceſsitatẽ, ſecundò fidei æquitatẽ, tertiò fidei dignitatẽ. Primò aũt contẽplemur fidei neceſsitatẽ. Si quis. n. diligenter aduerteret, nõ ſolũ in Chriſtiana religione, uerum etiã in oĩ cultu neceſſariam reperiet eſſe fidẽ: Quod quidẽ tripliciter oſtẽdi põt. D Primò reſpectu Dei, cui cultus fidei exhibetur: ſecundò reſpectu hominis, a quo exhibetur: tertiò reſpectu cultus, qui exhibetur.

### *Quòd neceſſaria eſt fides reſpectu Dei, cui cultus exhibetur. Cap. 1.*

PRimò quidẽ oſtendamus neceſſariã eſſe fidẽ reſpectu Dei, cui cultus fidei exhibetur. Et hoc maximè propter tria. Primò videlicet propter ſuam incomprehenſibilitatẽ, ſecũdò propter ſuam improbabilitatem, tertiò propter ſuam dignitatẽ. Primò inq̃ neceſſaria eſt fides reſpectu Dei propter ſuã incomprehenſibilitatẽ. E Nã eo ipſo ꝙ Deus eſt, excedit intellectũ humanũ, eo ꝙ per intellectũ abſq; fide non põt intelligi, neq; capi, ſicut Exo. 33. c. ipſe Dñs ait: Non videbit me homo & viuet. Et iterũ Io. j. Nemo Deum vidit vnq̃. Et de hoc rõnem aſsignat Apoſt. j. Timoth. 6. d. ꝙ Deus habitat lucẽ inacceſſibilẽ, quẽ nullus hominũ vidit, nec videre pot. Ideo neceſſe eſt, ꝙ fide capiantur, & teneantur, q̃ de ſeipſo nobis ipſe reuelat, cũ intellectũ noſtrũ excedãt. Propterea Eſa. 7. ait: Niſi credideritis, non permanebitis. Cũ igitur opera magni Dei intellectu non poſſint capi, neceſſaria eſt nobis fides: aliàs per F cultũ in nullo eũ honoraremus, ac per hoc non eum coleremus, ſed ſciremus. Hinc. n. 11. ad Hebr. Apoſt. ait: Oportet accedẽtẽ. ſ. ad Deum, credere: quia aliter eum non põt intelligere. Secundò neceſſaria eſt propter Dei improbabilitatẽ. Si enim dicis ꝙ ideo Deo credis, quia certa & cogẽti rõne ſcis. ſ. ꝙ mentiri non põt. Sed contra: quia aut ſcis ꝙ ille qui loquitur ſit Deus per rõnem, aut non. Primum aũt non eſt dare per neceſſariã rõnẽ. Si aũt ſcire non potes, ꝙ ille qui loquitur ſit Deus, ergo ſcis hoc ꝑ fidem, ergo fides neceſſaria eſt. Et dato ꝙ per rõnem certã ſcires, ꝙ ipſa eſt pura ueritas: nõ tñ ex G hoc eſt honor ſibi credere, neq; virtus: quia ſimiliter cuicũq; trufatori fidem dares, ſi ipſum ſcires non poſſe mentiri. Tertiò neceſſaria eſt fides propter Dei dignitatem. In oĩ nãq; religionis cultu oportet ferre honorẽ Deo, quicunq; reputetur pro Deo: aliàs nõ eſſet cultus. Et ex hoc quidem arguo. Aut ei credendum eſt, quia dicit & abſque alia ratione, aut cum ratione. Si aũt cum rõne, ſic nullus ei exhibetur honor, ſicuti dignũ eſt exhiberi: quia ita bene crederes vni mendaciori de mundo, ex quo per rationem dictũ ſuum firmaret & roboraret, ac fulciret. Si autem ſine ratione, hæc autem eſt fides. H Propterea Apoſt. 11. c. ad Hebr. concludit d. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo.

*Neceſſitas fidei ex parte Dei ĩ tribus dependet.*

*Secũda neceſſitas fidei.*

*Tertia neceſſitas fidei.*

### *Quòd neceſſaria eſt fides reſpectu hominis a quo cultus exhibetur, & maximè propter tria. Cap. 2.*

SEcundò oſtendere poſſumus neceſſariam eſſe fidem reſpectu hominis, a quo cultus exhibetur. Et hoc etiam triplici ratione, licet vltimæ duę oſtendant ipſam fidem noſtram catholicam eſſe neceſſariam. Debet enim mens eſſe primò alicui

*Neceſſitas fidei ex parte hoĩs.*



A alicui cultui obligata, ſecũdò altiſſimo ſubiugata, tertiò in Deo gratificata. Primò inquam debet mens eſſe alicui cultui obligata. Quilibet enim, ex quo rationis eſt capax alicuius cultus, neceſſario eſſe debet: ſed ꝑ rationem dato ꝙ omnia per demonſtrationem ſciri poſſent, nõ tñ poteſt quilibet ſtatim ſcire, imò indiget multo ſtudio & inueſtigatione: ergo oportet ꝙ illud fide teneatur, cum infra cultum ſemper teneatur eſſe. Hinc Apoſt. 3. c. ad Ro. ait: Arbitramur hominẽ iuſtificari ex fide. Secundo dẽt humana mẽs eſſe altiſſimo ſubiugata. Eodẽ nẽpe iure & ęque pleno tenetur ſubditus eſſe in B tellectus humanus altiſſimo cõditori, ſicut ipſe affectus ęque debitor eſt obediẽtiæ ad eundẽ. Quòd aũt debitor ſit humanus affectus exhibere Deo debitã ſubiectionẽ, teſtatur diuinũ pręceptũ, Deuter. 6. d. Diliges do. De. tu. ex to. cor. t. & ex to. ani. t. & ex to. for. t. & ex to. men. t. ſicuti Lucas addit. i. diliges Deũ ſuper oĩa. Nam ſm̃ Greg. in Moral. Inculcatio eſt verborum, q̃ ſignat amoris excellentiã, vt ſit ei crebra ingeminatio ad fortius exprimẽdum & imprimendũ altitudinẽ atq; vehementiã mandati diuini & ligamen. Adeo. n. humanus affectus debitor eſt Dei parere mandatis, vt ẽt contra ſe- C ipſum neceſſe habeat operationes ſuas operari, vtpote contra ſeipſum nihil velle, vel amare, deſiderare vel odire, & contra ſeipſum dimicare propter ipſum. Vnde Ioã. 12. Dñs ait: Qui amat ani. ſu. perdet eã: & qui odit ani. ſu. in hoc mun. in vi. ęter. cuſto. eã. Sic ẽt intellectus humanus neceſſariò obligatur contra ſe pugnare & operari propter Deũ. Nulla aũt operatione hoc efficere põt, niſi illa, q̃ eſt credere. Tenetur igitur cõtra ſe credere propter ipſum: de operationibus aũt intellectus ſolùm credere habet bellũ. Cõprehendimus aũt opinari in eo ꝙ credere eſt, qm̃ credere quoddam eſt opinari. Nã D credere nihil aliud eſt, niſi vehementer opinari. Scire autẽ ꝓꝑ fortitudinẽ & firmitatẽ ſuã non habet bellũ, niſi ſophiſticũ, qđ quidem ipſa luminoſitate eius, quod eſt ſcire, non tam vincitur, q̃ diſſoluitur velut nebula & euaneſcit, ſicut illuſio & fantaſma. Ipſum quoq; cogitare & bellũ habet: & bellũ eſt ꝓꝑ cogitationes, q̃ improbiſſimè ſe ingerunt humanę menti. Quod quidẽ euidẽtiſſimũ & duriſſimum eſt in tentationibus blaſphemiæ mentalis. Similiter aũt ꝓꝑ cogitationes mundas, & rectas, q̃ interdũ cũ multa difficultate & vix obtineri pñt, ita vt ꝑ hoc videatur Apoſt. 2. Cor. 3. c. atteſtari & dicere: Non ꝙ ſimus ſufficientes aliquid co- E gitare a nobis, quaſi ex nobis. Tertiò tenet humana mẽs eſſe in Deo gratificata. Cũ. n. tota ſit anima glorificanda, hoc eſt gloria fęlicitatis æternæ veſtienda, nec redderet gloria niſi gratiæ, nec ſuperueſtitio gloriæ, niſi qđ pręueſtitũ inuenietur gratia. tota igitur gratificanda eſt hac ex neceſſitate, ſiue gratia veſtienda. Quare intellectus gratia ſiue gratijs veſtiẽdus eſt, inter quas palã eſt primã eſſe fidẽ, quæ credit animã Deo gratã eſſe ſponſam, ſicut Oſeæ, c. 2. ad talẽ animã Dñs ait: Sponſabo te mihi in fide. Et ad Ro. 14. c. Apoſt. ait, Oẽ quod nõ eſt ex fide, pecF catũ eſt. Ex his igit̃ patet neceſſariã eſſe fidẽ reſpectu hoĩs, a quo cultus fidei exhibetur.

*Non intelligas ꝓpterea credere eſſe opinari, q. opinio eſt cũ formidine d̃ oppoſito, & fides eſt firmus aſſẽſus. Vide Catechiſmum Romanũ in expoſitione primi arti. cu. li.*

*Mẽs humana debet ſiſtere ĩ Deo.*

### *Quòd neceſſaria eſt fides reſpectu cultus, qui exhibetur Deo & maxime propter tria. Cap. 3.*

TErtiò oſtẽdamus neceſſariã eſſe fidẽ reſpectu cultus, qui Deo exhibetur: & maximè ꝓꝑ tria. Primò ꝓꝑ eius incertitudinẽ, ſecũdò propter eius dubitationẽ, tertiò ꝓꝑ eius artationẽ. Primò inquã neceſſaria eſt fides reſpectu cultus, propter eius incertitudinẽ. Cultus nẽpe Dei minimè eſſe poteſt de rebus habentibus neceſſitatis euidentiã, quia iam eſſet ſcientia & nõ G cultus: ergo eſt de rebus, in quibus põt dubietas oriri. Oportet aũt ꝙ ſit ibi firma adhæſio, q̃ non eſt niſi per fidẽ: fides ergo neceſſaria eſt in oĩ cultu. Secũdò ẽt eſt neceſſaria fides reſpectu cultus, ꝓꝑ eius dubitationẽ. Quia. n. in quolibet cultu dubitationes oriũtur atq; errores: ideo neceſſariũ eſt aliquid vtrunq; excludens: aliter non eſſet firmitas in aliquo cultu, ſed fides eſt vtrũq; excludens: ergo fides neceſſaria eſt, q̃ nos adiuuet in duobus: Nã facit intellectũ primò promptũ, ſecundò diſcretũ. Primò. n. fides reddit intellectũ facilẽ & promptũ ad H credendum contra duritiã & dubietatem: Quia ſicut ait Apoſt. j. Cor. 13. Charitas oĩa credit, licet non oĩbus credat, ſed tm̃ his, q̃ veritas ipſa ſuadet. Scđò reddit intellectum diſcretũ ad renuendũ non credenda contra errorẽ. Eſt etenim ſicut lãpas ad effugãdas caligines & errores pręſentes, quę in aĩa fideli cõtinuè lucet. Quòd aũt in omni cultu poſſint dubitationes atq; errores inſurgere patet: quia vel oĩa eſſent probata certiſſima rõne, & ſic non cultus, ſed ſcientia eſſet: vel poſſunt ibi errores vel dubitationes ĩſurgere, & ſic neceſſaria eſt ibi fides. Tertiò quoque neceſſaria eſt fides reſpectu cultus ꝓꝑ eius

*Neceſſitas fidei ex parte cultus, q. Deo exhibetur.*

*Fides eſt ſicut lãpas.*

A eius artationem. Nullus eſt.n.Dei cultus in
quocunq; ſtatu, in quo diſcredens nõ arceat
iuſtè ad expellendũ incredulitatem, ſiue ad
remouendũ erroré, ſi quẽ habet contra cul-
tum illius Dei. Et ſimiliter nõ capiens, quæ
fidei ſunt, iuſtè cogitur ad credẽdum, quod
ipſi maiores credunt. Si igitur iuſta eſt coa-
ctio hæc, & prohibitio errorũ iuſta eſt, ne-
ceſſariò ẽt imperatio credulitatũ, ſiue credi
tionum illius cultus. Nam impoſſibile eſt,
q; ſit iuſta præceptio, niſi ſit debita obedien
tia: ergo in omni religionis cultu neceſſa-
ria eſt fides, ſiue obedientia intellectus ad
credendum ignota.

B **Articvlvs Secvndvs.**

*Quòd rationabilis ſit modus cognoſcendi per fidem abſque naturali ratione.*

SEcundò contẽplemur fidei æ-
quitatẽ. Æquus quidẽ & rõ-
nabilis eſt modus iſte cogno-
ſcendi per fidem: & maximè
propter tria. Primò, quia Deo
eſt glorioſus: ſecundò, quia homini eſt me-
ritorius: tertiò, quia in ſe eſt laude dignus.

*Quòd glorioſum eſt Deo adhęrere per fidem abſque naturali ratione. Cap. 1.*

C PRimò enim modus ipſe cognoſcẽ
di per fidẽ Deo eſt glorioſus. Glo
rioſum eſt.n. Principi, ſi credatur
eius ſimplici verbo abſq; cautio-
ne pignoris vel fideiuſſoris, aut ẽt iuramen
ti. At econtra ignominioſum eſt ei, ſi ſimpli
ci eius verbo non credatur: imò ẽt cuilibet
viro notę bonitatis & ſufficientis facultatis
moleſtũ vtiq; eſt, ſi eius ſimplici verbo non
credatur: quãto magis Regi glorię eſt exo-
ſum, qui vtiq; neſcit fallere, neq; falli, ſi nõ
creditur uerbis eius ſine cautione naturaliũ
rationũ: quã Gręci quærunt; vel ſine cautio-
ne miraculorũ, quam quærũt Iudæi, ſicut 1.
Cor. j. c. Apoſt. ait: Iudæi ſigna petũt, & Græ
ci ſapientiã quærunt: nos autẽ prædicamus
Chriſtum crucifixũ: Iudæis quidẽ ſcandalũ,
Gentibus aũt ſtultitiam: ipſis aũt vocatis Iu
dæis atq; Græcis Chriſtũ Dei virtutẽ & Dei
ſapiẽtiam. Quantũ aũt Deo diſpliceat talis
curioſitas infidelis, oſtẽdit dñs, Mat. 12. qui
quærentibus ab eo ſignum rñdit, d. Genera
tio mala & adultera: mala moribus, & adul
tera per infidelitatẽ, in patrẽ meum: ſignũ
quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignũ
Ionę. Hypocras atq; Pithagoras hanc legẽ
iniunxerũt diſcipulis ſuis, vt nõ eſſent auſi

*Adhærere Deo p ſolã fidẽ poſtpoſito oĩ humano experimẽto, vel naturali ratione plurimũ cõducit Chriſtiano homini, & iſto vide D. Th. 2. 2. q. 2. art. 3. & 4.*

E in ſententijs ſuis interrogare pp quid, ſed
eſſet eis pro rõne dicẽtis auctoritas: quãto
magis diuina auctoritas p efficaciſſima rõ-
ne habẽda eſt. Ex p̃dictis igit̃ claret, q; quæ-
cũq; alia credulitas, niſi illa q̃ purę fidei eſt,
nihil aliud eſt erga Deũ, niſi ignorãtia eius,
quia in illa credit hõ Deo, ĩ alia aũt ſibijpſi.

*Quòd meritorium eſt homini abſq; probationibus credere Deo. Cap. 2.*

SEcundò ẽt modus ille cognoſcendi per
fidem eſt homini meritorius. Cum.n.
homo aſſentit Deo in his, quæ nõ ſunt
ſenſui manifeſta, nec ẽt per ſe nota intelle-
F ctui, nec violentia neceſſariæ probationis
oſtenſa, libera eſt aſſentio illa, & ideo meri
toria. Aſſentio verò qua homo aſſentit, uel
manifeſtis ſenſui, vel p ſe notis intellectui,
vel neceſſario probatis, meritũ non habet,
quia quaſi coacta eſt. Vnde glo. Grẽg. ſuper
illud Hebr. 10. Habẽtes fiduciã in introitu
Sanctorũ in ſanguinẽ Chriſti, inquit: Fides
nõ habet meritũ, vbi humana rõ præbet ex-
perimentũ. Et notantur dicit humana rõ. i.
humanus & naturalis ſenſus. Quæ.n. gratia
eſt creditori, ſi ſub bona cautione credat ver
bo alicuius? Circa hoc autẽ põt quæri, iuxta
prædicti Greg. verbũ, vtrũ ratio inducta ad
G ea, q̃ fidei ſunt, fidei meritum diminuat, vel
accreſcat? Ad quod Th. 2. 2. q. 3. ar. 10. rñdit
d. Quia actus fidei põt eſſe victorioſus, in-
quantũ ſubiacet voluntati, nõ ſolũ quantũ
ad intellectũ, ſed ẽt quantũ ad aſſenſum. Rõ
aũt humana ducta ad ea, quæ ſunt fidei, du-
pliciter põt ſe habere ad voluntatẽ creden-
tis: vno quidẽ modo ſicut pręcedẽs: alio mo
do ſicut conſequens. Primo aũt modo ſicut
præcedens: puta cũ quis aut non haberet vo
luntatẽ, aut non haberet promptam volun
tatẽ credẽdi, niſi rõnes humanæ inducerẽt.
Et ſic humana rõ inducta diminuit meritũ
fidei, ſicut paſſio p̃cedens electionẽ in vir-
H tutibus moralibus diminuit laudẽ virtuoſi
actus. Sicut.n. homo actus uirtutũ moraliũ
exercere debet pp iudicium rõnis, nõ pro-
pter paſſionẽ: ita debet credere homo ea, q̃
ſunt fidei, nõ pp rationẽ humanã, ſed pro-
pter charitatẽ diuinã. Secũdo aũt modo rõ
humana põt ſe habere ad voluntatẽ creden
tis, ſicut conſequens. Cum.n. homo prom-
ptã voluntatem habet ad credendũ, diligit
creditã veritatẽ, & ſuper ea cogitat & am-
plectit̃, ſi quas rõnes ad hoc inuenire põt.
Et q̃tum ad hoc rõ humana meritũ fidei nõ
excludit, ſed eſt ſignũ meriti amplioris: ſi-
cut ẽt paſſio cõſequens in virtutibus mora-
libus

*Vide D. Th. 2. 2. q 2 ar. 9. & 10.*

*An ea quæ ſũt fidei poſſint probari rõne naturali. Tho. q. 2. plogi ponit octo media, q̃ hic tangit p ordinẽ D. Bernardin.*



A libus prõptioris volũtatis eſt ſignũ. Et hoc ſi
gnificatũ eſt Io. 4. c. cũ Samaritani ad mulie
ré, p quã humana rõ deſignat̃, dixerũt: Iam
non propter tuam loquelam credimus: ipſi
enim audiuimus, quia hic eſt verè Saluator
mundi. Præterea Apoſtolus. 1. Pet. 3. Parati
ſemper ad ſatisfactioné omni poſcenti vos
rationé de ea, quæ in vobis eſt fide & ſpe.
Non autẽ ad hoc ſic induceret Apoſtolus,
ſi per hoc meritum fidei minueretur. Ac p
hoc patet, quòd ratio adducta ad articulos
fidei, vel facit ad fidem, & tunc euacuat me
ritum: vel non facit, ſed declarat fidem, &
meritum augmẽtat: ſicut in perſona catho-
B licę fidei, Eccle. 24. c. inquit: Qui elucidant
me, vitam æternam habebunt.

*Quanta laude dignus ſit modus ipſe cognoſcendi per fidem. Cap. 3.*

TErtiò quoque modus iſte cogno-
ſcendi per fidem eſt laude dignus.
non enim eſſet virtuoſum videre lu-
cidum: ſic etiam nec credere quod mani-
feſtè probabile eſt, ſed virtuoſum eſt,
& laude dignum credere Deo, in his
quæ ſenſus & ratio non ſuadet, ſicut fecit
Abraham, de quo inquit Apoſtolus. 4. c. ad
C Roma. Qui contra ſpem in ſpẽ credidit. vbi
glo. Prima ſpes ſecundum naturam fuit, dũ
iuuenis cum iuuencula ſecundum naturam
ſobolem ſperauit, non tamen habuit modũ
contrarium illius ſpei, ſperauit. ſ. vt vetulus
ex vetula ſterili generaret. De eodem habe
tur Gen. c. 15. Dixit dominus ad Abraham,
qui egredietur de vtero tuo, habebit eũ hę
redem. Et in eodem. Suſpice cœlum, & nu-
mera ſtellas eius, ſi potes: ſic erit ſemẽ tuũ.
Impoſſibile enim poterat hoc videri, cum
dominus concluſiſſet Saram, Gen. 16. Simi
liter etiam Beata Virgo beatificatur, Lu. j.
c. quæ Angelo credidit in illa ſublimiſſima
D promiſſione: propterea ait illa glorioſa Eli-
ſabeth, Beata quę credidiſti: quoniam perfi
cientur in te ea, quæ dicta ſunt tibi a Domi
no. At econtra Moyſes & Aaron, Num. 20.
de incredulitate puniti ſunt. Vnde dñs ad
illos ait: Quia non credidiſtis mihi, vt ſan-
ctificaretis me coram filijs Iſrael: non intro
ducetis hos populos in terram, quam datu-
rus ſum eis. Zacharias etiam punitur, Lu. 1.
Ecce, inquit Angelus: Eris tacens & impo-
tens loqui vſq; in diem quo hæc fient: pro
eo q; non credidiſti verbis meis. Propterea
Eccl. 16. ſcrip. eſt, In gente incredibili exar-
deſcet ira. Et Apoc. 21. Dominus ait incre-

*Modus cognoſcẽdi p fidem.*

E dulis, & execratis, & homicidis, & fornica
toribus, & veneficis, & idolatris, & omni-
bus mendacibus: pars illorũ erit in ſtagno
igne ardẽti & ſulphure, qđ eſt mors ſecũda.

**Articvlvs Tertivs.**

*De dignitate fidei, & quantum eius donum excedit acquiſita & naturalia dona.*

TErtiò contemplemur fidei di-
gnitatem. Sicut enim Iaco. 1.
cano. ſuæ inquit: Omne da.
op. & omne do. perſe. deſur.
F eſt, deſcen. a pa. lu. Propterea
diſtinguere poſſumus triplicia data. Primò
data bona, ſecundò data meliora, tertiò da-
ta optima. Prima enim a Deo dantur per
acquiſitionem, ſecunda per inclinationem,
tertia per infuſionem.

*De bonis datis a Deo per humanam acquiſitionem. Cap. 1.*

PRimò autem ſunt quædã data bo
na, quæ ſcilicet dat Deus per ho-
minis acquiſitionem: ſicut ſunt
omnes ſcientiæ a rebus acquiſi-
G tæ: vtputa ſeptem liberales artes, Gramma-
tica, Philoſophia, Theologia, &c. Similiter
& virtutes morales, frequentia & aſſuefa-
ctione operum generatæ. Eodem modo di
uitię, deliciæ & magnificentię temporales:
quæ omnia & multitudo Philoſophorũ at-
que aliorum infidelium a bonorum omniũ
largitore obtinuit, & acquiri poſſunt, ipſo
donãte, a peccatoribus multis etiam dum
permanent in peccatis. Propterea Apoſto-
lus. j. Corinthio. 13. ait: Si linguis hominum
loquar & Angelorum, charitatem autem
non habeam, factus ſum velut æs ſonans,
aut cymbalum tinniens. Et iterum. cap. 11.
H ad Rom. Sine pœnitentia enim ſunt dona,
ſcilicet talia a Deo data.

*Dona Dei infuſa, & acquiſita.*

*De datis a Deo melioribus per inclinationem. Capit. 2.*

SEcundò aũt ſunt data a Deo meliora:
ſicuti ſunt virtutes, & ſcientiæ natura-
les, ſimiliter naturales diuitiæ atq; de-
licię: q̃ quidẽ naturã nõ corrũpunt, ſed illu-
ſtrant & decorant & meliorãt. Virtutes au
tem naturales vocamus naturalem pruden
tiam, naturalem iuſtitiam, naturalem forti-
tudinem, naturalem temperantiam, natura-
lem manſuetudinem, naturalem pietatem,
magni-

A magnificentiam, grauitatem, zelum, lętitiã, amorem, gratiam, mititatem & conſimilia. Scientias naturales vocamus, quæ a natura nobis inditæ ſunt: ſicut noſtrimet & eorũ, q̃ ſunt i animabus noſtris. Cuiuſmodi eſt viuere, intelligere, gaudere, triſtari, timere, ſperare, atque oppoſita eorundem. Horum igitur eſt in nobis ſcientia naturalis, quorũ nobis ignorantia impoſſibilis eſt. Diuitiæ verò naturales in corpore ſunt, ſanitas, fortitudo, pulcritudo, libertas, nobilitas, ſenſuum proſperitas, & cõſimilia. In anima verò, perſpicacitas intellectus, ingenij acutio, & memoria tenax, &c. Diuitiæ verò natu-

*Sciẽtiæ naturales q̃.*

B rales honeſtatis ſunt & honeſtę in rebus videlicet honeſtis, honeſtate naturali, & per ſe nota, ſicut delectari de profectu ſciẽtiarum, delectari in bonis operibus & honeſtis: vt eſt delectari in ſubueniendo egenis, in honorandis parentibus, in ſeruando fidẽ amicis, & ſic de ſimilibus.

*De dato optimo, quod eſt fides ſupra animam a Deo ſuperinfuſam. Cap. 3.*

*D. Tho. 2. 2. q. 6. ar. 1.*

TErtio verò loco atque ſublimiori ſunt data optima: & hęc ſuper naturam ſunt. Propterea naturam no-

C ſtram ſurſum ſupra ſemetipſam trahunt in ſublime, ſcilicet ad gloriam æternalem, propter quod manifeſtè patet talia data optima, maiora & fortiora eſſe naturalibus, necnon & nobiliora & ſublimiora. Ex naturalibus enim ſolummodo deſcenditur ad inferiora, & nullo modo ſupra naturam vel naturalia: per ipſa verò ad ſupernaturalia & æterna. Quia igitur inter naturam & gloriam gratia intermedia eſt: gloria autem in fortitudine, magnitudine, nobilitate, & ſublimitate vltima eſt, ſeu ſuprema. Neceſſariò ex his omnibus ſecunda eſt gratia, & vltima eſt natura, quaſi minor ex omnibus,

D quàm gratia. Ex quo ſequitur, ꝙ fides de qua hic loquimur, quacunq; cognitione naturali maior, fortior, ſublimior, & nobilior eſt. Propterea verum dicit quicunque ait, ꝙ nihil certius fide: nec enim reperies verè fidelem, qui non prius cõcederet affirmationem & negationem de eodem dici poſſe, quàm vnum ex articulis fidei nõ eſſe verũ. Quòd autẽ fides, gratia ſit & virtus, ex hoc manifeſtè apparet, ꝙ nulla virtus contra ſe eſſe poteſt, vel etiam ſupra ſe nulla potẽtia, & hoc per ſe: quia nulla virtus, vel potentia per ſemetipſam eſt maior, vel fortior ſe. Humanus igitur intellectus p ſemetipſum non

*Fides qualibet naturali cognitione eſt ſublimior, & fortior tum rõne obiecti, tum rõne nobilioris, & certioris notitia.*

E põt credere contra ſe: hoc eſt contra omnia, quæ pro eo ſunt, & ſua ſunt, & quodãmodo ipſum adiuuant, illuminant, & naturaliter fulciunt: vel ſupra ſe neque vincere ſe. Cum igitur habeat neceſſe credere cõtra ſe, propterea neceſſariũ ſibi eſt credere contra omnia ſua naturalia adiutoria, & cõtra omnem illuminationem ſibi connaturalẽ. Cum enim credere nihil aliud ſit, quàm illuminari, & videre: propterea neceſſe habet videre contra omne ſuum lumen naturale & illuminari. Videre autem nequaquã poteſt, nec illuminari, niſi per lumen: quare neceſſe eſt, ipſum illuminari fortiori lumine, & fortiori illuminatione, quàm na-

*Credere q̃ ſit iñ dicit. D. Tho. 2. 2. q. 7. artic. 2. quod purificatio cordis eſt effectum fidei.*

F turali. Naturalibus autẽ illuminationibus nulla fortior eſt, niſi gratia, aut gloria: Ideo illuminatio eius cum in præſenti nõ poſſit eſſe gloria, & illuminationes naturales deuincat: neceſſariò erit gratia, q̃ gratis a Deo datur his, qui humiliter ſuſcipiunt illã. Vnde & ad Ephe. Apoſtolus ait: Gratia enim ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis. ſcilicet ſolis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Et Bern. etiam ait: Tranſgreditur enim fides fines rationis humanæ: naturæ vſum & experientiæ terminos. Et j. Corinth. 12. Nemo poteſt dice-

G re dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Ille nempẽ dicit dominus Ieſus in Spiritu ſancto, qui corde, ore, & opere, dominum Ieſum confitetur. Quod nobis adimplere cõcedat ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, qui cũ Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſęcula ſęculorum. Amen.

## FERIA SECVNDA poſt Dominicã in Quinquageſima.

*Quòd fides ſola eſt vera, & determinata, ad quam de neceſſitate quilibet obligatur.* H

## Sermo Tertius.

NVnc manẽt Fides, Spes, Charitas, tria hęc. Iterum vbi ſupra. Per iam dicta clareſcit, ꝙ neceſſarium eſt eſſe fidem, & q̃ æquus & dignus eſt modus credendi. Ideo ad tertiam contemplationem de fide, oculos ſubleuemus, quæ eſt de fidei ſingularitate. Tres. n. ſingularitates cõtinet vera fides. Prima eſt vnionis, ſecunda determinationis, tertia eſt obligationis. Pro-

pterea



A pterea ſecũdum has tres ſingularitates, tria myſteria diſtinguamus. Primum de fidei vnione, ſecundum de fidei determinatione, tertium de fidei obligatione.

### ARTICVLVS PRIMVS

*Quòd fides Chriſtiana ex neceſſitate eſt vna ſola.*

PRimum myſteriũ de fidei vnione. Vnam eſſe fidem proculdubio neceſſarium eſt: in qua neceſſe eſt vniri & adunari populum Dei, qui verè eſt po-

B pulus electorum, ipſum vera religione colentium. Hanc veram fidem probari poteſt eſſe vnicam. Primò ex parte ſui, ſecundò ex parte Dei, tertiò ex parte mundi, ſeu nři.

*Ex parte ſuijpſius fidei probatur ꝙ ex neceſſitate eſt vna. Cap. 1.*

PRimò autẽ dicamus, quòd ex parte ipſius fidei neceſſe eſt eſſe vnicam atque ſolam. Et hoc dupliciter. primò ſecundum ſuam eſſentiam, ſecundò quantum ad crèdita. Primo autem modo fides eſt vna in ſeipſa, ſecun-

C dum ſuam eſſentiam. Non enim oportet vt diuerſificetur propter diuerſitatem creditorum; aut vt multiplicetur propter multitudinem eorundem. Ratio eſt; qm̃ non eſt ab ipſis; ſed eſt diuinæ beneficẽtiæ gratuitum donum, & gratia a ſolo ſummo opifice ſup infuſa. Si autem a rebus eſſet, neceſſariò ſequeretur diſpoſitiones rerum in vnitate, & multitudine, & in identitate, & diuerſitate. Quemadmodum eſt in arithmetica & geometria, quæ diuerſæ ſcientiæ ſunt propter diuerſitatem rerum, de quibus ſunt, & a quibus etiam ſunt, velut vmbræ & imagines earum, relucentes in ſpeculo intellectꝰ:

*Fides vna eſt ſecũdum eſſentiam & quidditatẽ ſuam, multiplex autem ratione credi torum.*

D ſic neceſſariò fides ac credulitas, quæ a rebus ſunt: aut eædem ſunt pro identitate earum; aut diuerſę pro diuerſitate ipſarum. Vis autem intellectiua, quoniam non eſt a rebus ipſis, ſed ab vno datore omnium bonorum Deo: nõ rerum diſpoſitiones ſequitur; vt diximus, ſed imitatur vnitatem eſsẽtiæ ſuæ manens vna & eadem: non obſiſtẽte diuerſitate aut multitudine intelligibilium. Sic & fides ab vno & eodem datore Deo, vna perſiſtit atque eadem non impediente diuerſitate vel multitudine creditorum vel credibilium. Euidens autem exemplum eſt in virtute viſibili & uiſionibus,

*Simile.*

E quæ ex eadem cauſa vna eſt, qua fides, & vis intellectiua: illæ verò diuerſæ & multæ; propter eandem cauſam, qua Arithmetica & Geometria. Fides verò cautionaria & pignoraria, hoc eſt probationibus ſuaſa vel exorta, quoniam a re eſt, quemadmodum & ſcientiæ mortuæ ſequuntur diſpoſitionem rerum: & propter hoc diuerſificatur & multiplicatur ſecundum diuerſitatem & multitudinem rerum, de quibus & a quibus eſt. Secundo autem modo fides eſt vna vnitate creditorum: non quia illa vnum ſunt: ſed quia vna, id eſt, communia credentibus. Communitas autem creden-

*Fides cautionaria & pignoraria.*

F dorum, quæ vſualiter articuli fidei nuncupantur: alia ſunt velut radices primitiuæ & fundamenta primaria: alia ſunt, ſicut rami deſcendentes ab huiuſmodi radicibus, & ſicut partes diuiſionis, de quibus infra dicetur.

*Quod fides eſt vna de neceſſitate ex parte Dei. Cap. 2.*

SEcundò neceſſe eſt ex parte Dei vnicam eſſe fidem. Scriptum eſt enim Ephe. 4. c. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Cum igitur Creator omnium per omnem modum ſit vnus in ſemetipſo: & quicquid eſt in ſeipſo, creator æqualiter ſit in omnibus: propterea quicquid debet ei propter ſe debetur ei ab om-

*Cũ obiectũ, fidei ſit vnicũ. ſ. prima veritas. D. Th. 2. 2. q. 1. art. 1.*

G nibus communiter. Præterea una eſt in ſe veritas diuinalium; quam non diuerſificat: neque uariat in aliquo eorum diuerſitas, uel uarietas: non enim pendet ullo modorum ex hominibus huiuſmodi ueritas rerum, uel diſpoſitionibus eorundem. Vnius autem ueritatis una eſt apprehenſio, quantum ad apprehenſum, uel apprehenſa; licet ſint uarij modi apprehenſionum. Quia igit iſta appræhenſio propter cauſas, quas in præcedenti ſermone diximus: non poſſit eſſe in communitate hominum, niſi credulitas neceſſariò una: ideo communis eſt credulitas huiuſmodi rerum, ſi qua eſt, in com-

*Fides eſt vna ex parte Dei.*

H munitate hominum, ſicut & communis eſt ueritas. Credulitas inquam, ſuper quam tãquam ſuper fundamentum ædificandus ſit diuinus cultus, ueraque religio Dei. Super errores enim, neque ſincerus cultus, neq; uera religio, aliquo modo fundari poteſt: cum error pertinax in rebus huiuſmodi impietas ſit, & blaſphemia aduerſus Deum. Eadem uia eſt oſtendere, quia communis eſt uera credulitas de rebus alijs, quàm diuinis. Eadem enim eſt ueritas

A rerum aliarum ad religionẽ pertinentium: eadem inquam apud oẽs, & ideo communis. De communi autem omnibus veritate communis eſt & neceſſaria vera credulitas: quare manifeſtum eſt de rebus ad religionem pertinentibus ſicut communis eſt & eadem apud omnes veritas: ſic cõmunẽ eſſe veram credulitatem, & eandem apud omnes. Quicquid autem contra veram credulitatem eſt error vtiq; neceſſariò iudicandus eſt, conſequẽs igitur eſt omnem credulitatem, quę communi fidei contradicit; B impietatis eſſe errorem, & ideo gladio & igne exterminandum.

*Quod fides ex parte hominum de neceſſitate eſt vna. Cap. 3.*

TErtiò ex parte hominũ, ſeu mũdi neceſſe eſt fidem eſſe vnam. Cum enim natura hominum eadem ſit apud omnes, & naturalia eadem apud omnes: ideo quæcunque debentur creatori iure naturæ vel naturalium & iure naturali: communiter ei debentur ab omnibus & apud omnes: Quare cultus, qui Deo debetur naturaliter: C ſiue propter ſuijpſius excellentiam, ſiue propter donorum & beneficiorum naturalium obligationem; communis eſt, & idem apud omnes. Quare & credulitas vera de his rebus omnibus ad cultum eius & religionem veram pertinentibus, quæ fundamentum eſt cultus Deo debiti & veræ religionis: eadem eſt quantum ad credita apud omnes, & ſi in modo credendi poſſit eſſe varietas multa. Præterea ſicut religio vna, & communis debet eſſe in hominib⁹: ſic neceſſario vnum & idem ipſius fundamentum oportet eſſe in eiſdem. Nõ eſt aũt dubium quin vnam & cõem oporteat eſſe religionem, qua Deus colatur, eiq; placeatur, & ſeruiatur ab omnibus. Quod autem religionem vnam oporteat eſſe i omnib⁹, D qui religionis capaces ſunt: id manifeſtũ ẽ, quoniam nec debitam vitæ honeſtatẽ cuiquam non ſeruare licitum eſſe poteſt; nec debitum Deo cultum eidem non impendere. Quicunque igitur ſit debitus Deo cultus; illum neceſſe eſt eidem ab omnibus exhiberi. Non enim debitus eſt ei ſimpliciter cultus, qui poteſt ei ſine iniuria ſubtrahi, vel negari. Iuxta hanc viam manifeſtum eſt non eſſe debitam vitæ honeſtatem; quæ ſine dehoneſtatione vitæ poteſt ab homine non ſeruari: videlicet quando eſt capax huius honeſtatis. Eodem modo intelligim⁹, & de cultu: quia proculdubio non eſt ſimpliciter Deo debitus, qui a quocunque, E qui idoneus eſt, ad ipſum colendum; poteſt eidem abſque iniuria denegari. Propterea neceſſe eſt, vnam atque communem fidem fundamentum eſſe religionis in omnibus: cum nunq̃ vlli licitum eſſe poſſit aliam vitã agere, niſi qua colitur Deus, qua ei placetur atque ſeruitur. Ex prædictis igitur patet, vnam eſſe catholicam fidem, quam Latinè vniuerſalem dicimus, ſeu communẽ: quæ dicenda eſt vnius atque communis religionis ſtabile fundamentum.

*Fides eſt vna ex parte hominũ.*

ARTICVLVS SECVNDVS. F

*Quod numerus credendorum debet eſſe determinatus, finitus, & certus, & maxime propter tria.*

SEcundum myſterium circa fidem eſt de eius determinatione. Determinatus. n. finitus & certus eſſe debet numer⁹ credendorum. Et maximè propter tria. Primò ratione cogitationis, ſecundò ratione affectionis, tertiò ratione operationis, ſeu executionis.

*Numerus credendorum debet eſſe determinatus, vt intellectu percipi poſſit. Cap. 1.* G

PRimò enim eſſe debet determinatus & certus numerus credẽdorum ratione cogitationis. Si enim infinitus eſſet numer⁹ credendorum: intranſibile eſſet non ſolum doctrina & eruditione, ſed cogitatu & narratione. Quare neque ad narrationem huiuſmodi credendorum ſufficerent Doctores, neque ad auditum, vel cogitationem eorũ ſufficerent ipſi. Multo igitur minus ad cognitionem, uel credulitatem ipſorũ: ideo impoſſibile eſſet, hominibus credulitas eorum. Sed credulitatem talium neceſſe eſt eſſe fundamentum totius religionis, ſicut ſuperius dictum eſt. Manifeſtè igitu r conſequens eſt religionem non poſſe fundari; cum corda hominum, in quibus ſolum religio fundata eſt: credulitatem infinitam, ſeu infinitorum portare non poſſint, & ipſi operarij, ſeu fundatores hoc eſt Doctores, & prædicatores, fundamentum huiuſmodi, neque docendo, neque prædicando, neque ẽt ſimpliciter narrando, prçiacere ul lo modo ſufficiant. Neque enim humana virtus ad enarrationem infinitorum ſufficit, &

*Credendorũ numer[us] eſt finit[us] quia infinitum eſt [e]nerrari [non] poteſt.*

*De numero credendorũ eſſe, vi[de] D. Tho. 2 p art.*



A cit, & etiam ſi ſufficeret; tempus hoc faciendi in vita iſta nequaquam haberet, cum tempus præſentis vitæ finitum ſit. Infinitis autem narrationibus quantũcũque breuibus: tempus finitum ſufficere nequaquam põt, eo quòd nullum finitum, infinita tanta quacunque quantitate demonſtrata continere poſſit. Ponere igitur huiuſmodi eſſe infinita, de quibus loquimur: eſt deſtruere credulitatem eorum, quæ ſunt fundamentum religionis, & propter hoc religionem infundabilem facere; quare & inædificabilem. Hoc igitur eſt deſtruere religionem, & etiam de medio auferre ſalutarem doctrinam, ac prædicationem fidei & religio B nis. Reſtat ergo finita eſſe & determinata numero credenda iſta fundamentalia religionis humanæ.

*Credenda infinita dicere eſt deſtruere fundamentum religionis.*

*Numerus credendorum debet eſſe determinatus vt certius paſcantur affectiones. Cap. 2.*

SEcundo debet numerus credẽdorũ eſſe determinatus & certus rõne affectionis. Cũ aũt affectionis ſint cã operũ diuini cultus atque apphenſiones ſint cã affectionum ad cultum Dei: ideo neceſſe eſt C diuini cultus operibus ſubeſſe certas & determinatas apprehenſiones; ex quibus procedant affectiones; ex quibus cauſentur opera cultus Dei. Hæ autem appræhenſiones, non poſſunt eſſe certitudines, vel certæ in communitate hominum propter breuitatem intellectus, & paucitatem exercitationis indocti vulgi, omniumque ſimplicium, & ignorantium veritatem: quare ex neceſſitate huiuſmodi appræhenſiones nõ ſunt, niſi credulitates, aut opiniones. Quæ quoniam prima ſunt in eis, quæ ad veram D religionem, & diuinum cultum pertinẽt: neceſſariò principia ſunt & fundamenta, & radices illius. Manifeſtum eſt igitur certas eſſe & numero determinatas appræhenſiones de his, quæ pertinent ad fundamentum veræ religionis: quare & ipſa appræhenſa. Hæc autem ſunt, quæ articuli fidei nominantur: quibus affectiones ad Dei cultum adhærent.

*Determinata apprehẽſiones credendorum præſupponũt credẽda eſſe certa & determinata Vide Sco. in prolog. q. 1.*

*Numerus credendorum debet eſſe determinatus, vt credita poſſint executioni mandari. Cap. 3.*

TErtiò debet eſſe numerus credendorum determinatus & certus, ratione operationis, ſeu executionis. Nã aut aliqua ſunt ſeruitia, quæ communiter exhibenda ſunt Deo, a cunctis hominibus, & E quibus ſine Dei iniuria & blaſphemia contradici non poteſt, aut non. Quòd ſi quis dixerit, ꝙ nulla ſunt huiuſmodi: ſequitur ergo nihil certum habere veram religionẽ, ſiue diuinum cultum. Si enim abſque Dei contumelia, vel blaſphemia, poteſt dici, vel ab vno, vel a pluribus, de quocunque ſeruitio, quod ipſi Deo altiſſimo non debetur. Ergo proculdubio nullum ei ſeruitium ꝑ certo debetur. Si enim ei aliquid debetur, de illo non poſſet dici ſine iniuria Dei, q̃n ipſi debeatur: quare ſi de quolibet ſeruitio poteſt dici ſine iniuria Dei, ꝙ ipſi non debeatur: pro certo nullum ei debetur. Amplius euidenter etenim certum eſt, quòd ſine F iniuria Dei, & contumelia non poſſet dici Deum non eſſe adorandum, venerandũ, orandum, &c. & his ſimilia. Quare manifeſtum eſt aliqua eſſe ſeruitia, quæ neceſſe habent omnes hoĩes Deo exhibere, recognoſcere & confiteri. Hæc autem infinita eſſe non poſſunt: qm̃ ſi infinita eſſent: non ſolũ exhiberi non poſſent, ſed neque etiam recognoſci, neque numerari, neque nominari. Certa igitur & numero determinata ſunt ſeruitia, quæ communitas hominum ex neceſſitate tenetur impendere Deo altiſſimo. Aggregatio autem horum, eſt integer diuinus cultus, qui ex neceſſitate Deo exhibendus eſt, hoc eſt præter voluntaria & G ſupererogata.

*Quare numerus credendorum eſt certus.*

ARTICVLVS TERTIVS.

*Quomodo quilibet obligatur ad fidem & articulos eius.*

TErtium myſterium conſiderandũ de fide, eſt de eius obligatione. Quilibet enim obligatur ad fidem: ſed aliter do H ctus, aliter indoctus. Propterea triplicem fidem diſtinguere poſſumus. Prima eſt fides abundans, ſecunda fides ſufficiens, tertia fides deficiens.

*De fide neceſſaria prælatis & viris doctis. Cap. 1.*

PRima autem dicitur fides abundans, quæ aliter explicata nũcupatur. Talis fides eſt, credere omnes articulos fidei explicitè, id eſt particulariter & expreſsè. Et ſecundum Bonauent. in 3. diſt. 15. q. 3. hoc non exigitur de neceſſitate ſalutis, niſi illis, qui

*De hoc Gab. lib. 3. d. 25. q. 1.*

A his, qui habent alios docere: ſicut Doctores & prælati, prædicatores & confeſſores. Vnde hi tenentur ſcire fidem explicitam & diſtinctam ſecundum exigentiam ſui ſtatus & gradus. Nam talium ignorantia ſi errant, nõ excuſat in his, quæ pertinent ad ſtatum ſuum: ſicut probatur extra de iniur. & dam. da. c. ſi culpa. Concor. Tho. 2. 2. q. 2. Ex ſymbolo autem huiuſmodi obligamur ad fidem & notitiam aliqualẽ trium ſcripturarũ: ad maiorem tamen vel minorem, ſm ꝙ magis poſtulat hoĩs propriũ officiũ, ſeu ſtatus.

*Fides explicita & abũdãs neceſſaria eſt volẽti alios docere.*

B Prima ſcriptura eſt nouum teſtamentũ: propterea in ſymbolo ſcript. eſt, ſecundum ſcripturas: hoc autem eſt dicere; Credo incarnationem Chriſti, Natiuitatem, Paſſionem, Reſurrectionem, & cætera, q̃ de Dño Ieſu Chriſto, dictãte ſpũſancto, in nouo teſtamento ſcripta ſunt. Secunda ſcriptura eſt teſtamentum vetus, quod etiam in ſymbolo continetur, cum dicitur, Qui locutus eſt per Prophetas. Oẽs quippe prophetæ fuerunt, qui libros teſtamẽti veteris cõſcripſerunt, ſicut patet de Moyſe, qui primos quinque libros teſtamenti veteris conſcripſit. Similiter Iob, Salomon, Eſaias, & ſic de alijs ſcriptoribus veteris teſtamenti.

*Oĩs ſcriptura in ſacro ſymbolo myſterioſè continetur.*

C Tertia ſcriptura credenda eſt, quicquid a ſancta Romana Eccleſia in decretis, decretalibus, atque extrauagantibus determinatur, quod etiam in ſymbolo continetur, cum dicitur, Et vnam ſanctã catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. Sunt quoque & aliæ ſcripturæ, quas in triplici differẽtia reperire cõtingit. Et de his variè ſentiendũ eſt. Nam quædam ſunt approbatæ: quædã aũt reprobatæ: quædam vero dubitatæ. Primo enim ſunt ſcripturæ quædã vltra prædictas ab eccleſia approbatæ: ſicut communiter quatuor Doctorũ principaliũ ſcripta. Itẽ opera beati Cypriani, Gregorij Nazanzeni, Athanaſij, Baſilij, Proſperi, Leonis, cum multis alijs, de

*Tria ſunt ſcripturarũ genera de quibus variè ſentiendum eſt.*

D quibus. 15. diſt. c. ſancta Romana Eccleſia. Item opera beati Bernardi. Item opus Alexandri de Ales de ordine Minorum, quod fecit ſuper Magiſtro Sentẽtiarũ, de quo patet Pariſijs in nr̃o conuẽtu authẽtica bulla. Sunt etiam plerique alij, de quibus longum eſſet narrare. Secũdò quædam ſunt ſcripturæ ab eccleſia reprobatæ: de quibus 15. diſt. c. ſancta Romana Eccl. §. hæc & his ſimilia, vbi multorum ſcriptura damnant̃. Item extra, de hære. c. vnico, in clem. condemnatur doctrina libri, qui de anima ſimplici nũcupat̃: vbi explicant̃ plurimi illius libri errores. Per Ioã. quoque. xxij. in quadã extrauagãti, q̃ incipit, Excõicationis ſn̄iam ipſo

E facto incurrũt, qui retinẽt libros, in q̃bus & per quos dæmones inuocantur, i. libros necromantiæ. Sunt quoque prohibiti libri, in quibus continentur ſortes, auguria, diuinationes & conſimilia: de quibus latius alibi differemns. Librũ quoque de arte amãdi ab Ouidio ſcriptum; quis apud Chriſticolas non dicat eſſe prohibitum, cum etiam apud carnales infideles execrabilis putaretur? Quantum quoque periculum, ĩmo ruinoſus caſus ſit, fragilium mentium frequẽtare libros poeticos. i. laſciuos, cum patenti experientia docet Apoſtolus. 1. Corint. 15.

*Libri diuinationũ improbata lectionis, a quibus cauendum eſt inualeſcentium harũ ſummaliua*

F dicens, Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Tertiò quoque ſunt quædã ſcripturæ ab eccleſia dubitatæ. Dupliciter etenim de illis Eccleſia dubitat. Primò, quia firmiter auctores non nouit. Inter hos libros computatur liber de infantia Saluatoris: de pœnitentia Origenis: ſortes Apoſtolorum: Epiſtola Dñi ad Abagarum ſcripta: Reuelatio, quæ Pauli appellatur: tranſitus ſanctæ Mariæ; pœnitentia Adæ, collationes patrum; de quibus omnibus & cõſimilibus multis habetur in præallega. c. ſancta Roma. Eccl. §. in primis. 15. diſt. Tertiò quoque ſunt aliæ ſcripturæ ab eccleſia dubitatæ, vel non approbatæ: videlicet aliquæ opiniones diuerſorum Doctorum etiã approbatorum inter ſe contradicentium in qui-

*Scripturæ de quibus ab Eccleſia dubitatum eſt.*

G buſdam, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem: ſicut patet de Salomone, quem Auguſt. opinatur eſſe damnatum: & Ambro. illum eſſe ſaluatũ: & ſic de multis alijs & ſimilibus, de quibus eccleſia permittit variè ſentiendum tam de antiquis, q̃ de Doctoribus nouis. Secundum enim Sco. & Hoſt. qñ ſunt diuerſa iura & opiniones, q̃ tñ non ſunt cõtra Deũ & bonos mores cæteris paribus, humanior præferenda eſt, extra de tranſac. c. ſi. Alias enim ſtandum eſt illi, q meliori rõni innititur. extra de fer. c. capellanus.

H

## *De fide neceſſaria communi vulgo, ſine qua non eſt ſalus. Cap. 2.*

SEcunda autem dicitur fides ſufficiens. Sunt in humano genere multi, qui propter breuitatem intellectus, aut paucitatem experientiæ, aut defectum doctrinæ, vel gratiæ, non capiunt explicitè & expreſsè, i. in particulari, quæ comprehendunt̃ in ſymbolo, hoc eſt in catholica fide: ſed nullũ eſt genus hoĩum & ĩtellectu naturaliter adeo tardũ, q̃d ſaltẽ in vniuerſali & generali credulitate q̃cquid ad fundamẽtum veræ religio-

*De hoc ſcribit Gab. li. 3. diſt. 14 q. vnica.*



A religionis pertinet, capere non poſſit. Nullus. n. omnino in oĩbus reperitur, qui credere non poſſit verum eſſe, quicquid ſacris eloquijs continetur, quicquid ſpiritu Dei edocti homines docuerunt credendum eſſe. Similiter de Deo verum eſſe, quicquid de ipſo Prophetæ prædicauerunt. Nullus eſt. n. adeo pertinax, qui non facile acquieſcat, vt credat imitandos eſſe Sanctos, & ſapientes viros. Imitandos eſſe inquam in fide, & moribus, & qui non facile credat h̄mõdi hoĩes videre, vel noſſe veritatem, quã indocti, & vulgares homines nondũ capere ſufficiunt. Propterea ſm Bonauen. vbi ſup. Sufficiens fides eſt, cum homo aliquos articulos credit

*Quæ ad ſalutem fides neceſſaria.*

B implicitè, aliquos verò explicitè. Et talis eſt fides neceſſaria ad ſalutem. Articuli autem quos oportet credere explicitè, iſti præcipue ſunt. ſ. vnitas eſſentiæ, & trinitas perſonarum. Sed quia in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti ſe ſignant fideles, & conferuntur Eccleſiaſtica ſacramenta, ideo ipſo actu conſignationis hoc poſſunt ſcire fideles. Similiter de Redemptore oportet credere Natiuitatem, Paſſionem, Reſurrectionẽ, peccatorum remiſſionem. Et hos quidem cognoſcere poſſunt ex ipſis ſolennitatibus, quas Eccleſia ſolennizat, atq; ex actibus ſacerdotum: propterea ab horum cognitio-

C ne nullus excipitur, qui vtitur ratione. Similiter tenetur credere futurum iudiciũ: alios verò articulos ſufficit credere implicitè, & ĩ quadam generalitate, modo huiuſmodi, vt habeat per hos propoſitum credendi quicquid Romana Eccleſia credit in particulari diſſentiendi a nullo, & cum a Catholicis, & & etiam Prælatis, ſeu Doctoribus explicantur, acquieſcendo.

## *De fide, quæ nõ ſufficit ad ſalutem, quæ condemnatur triplici ratione. Cap. 3.*

TErtia fides, deficiens nuncupatur. Nã ſecundum Bonauen. vbi ſup. Credere omnes articulos fidei implicitè, eſt fidei diminutæ. Vnde non ſufficit in haben-

*Fides deficiens, atque diminuta, quid.*

D tibus vſum liberi arbitrij: quia omnino eſſe non poteſt, ꝙ conuerſatus inter fideles non ſit negligens, & cõtemptor ſalutis ſuæ, quin habeat explicitam cognitionẽ de aliquibus articulis ſupradictis. Inſuper fides illuminat ad aſſentiendum illis. Quod autẽ talis fides non ſufficiat ad ſalutẽ, poteſt triplici ratione probari. Nam quilibet obligatur primò ad Dei cognitionem, ſecundò ad Dei dilectionem, tertiò ad Dei ſubiectionẽ. Primò autem de neceſſitate ſalutis, quilibet obligatur ad Dei cognitionem. Nullo enim

*De neceſſitate ſalutis quilibet tenetur ad cognitionem Dei.*

E priuilegio exceptus eſt intellectus humanus a diuino cultu, & vera religione, quẽadmodũ nec affectus. Illa. n. quę ſunt in intellectu, hoc eſt appręhenſiones, principia ſunt, & cauſæ, atq; fundamenta eorum, quæ ſunt in affectu. Similiter ea, quæ ſunt in affectu, hoc eſt affectiones, cauſæ ſunt, & principia, atq; fundamenta eorum, quæ ſunt in effectu. i. in operatione. Quare religio intellectus, cauſa eſt, & principium, atq; fundamentum totius ſequentis religionis, atque diuini cultus. Religio autem intellectus nõ poteſt eſſe, niſi appræhenſio. Appræhenſio

F autem in communitate hominũ non poteſt eſſe certitudo propter cauſas iã prædictas: quare credulitas eſt neceſſaria religio intellectus. Neceſſe eſt autem omnem intellectũ capacem religionis, & religioſum eſſe, ne & Deos iniurietur: & pęnã tantæ iniuriæ in ſtę incurrat. In omni igitur intellectu humano neceſſe eſt fundari credulitatem religioſam: intellectum inquam, qui poteſt eſſe capax illius, quod dicimus propter paruulos, & alios impeditos. Hæc autem credulitas, quia neceſſario eſt de his, quę pariunt in nobis affectiones, ex quibus ſunt operationes diuini cultus, neceſſario eſt de rebus, quas

G diximus, & de ſimilibus. Secundo de neceſſitatẽ quilibet tenetur ad Dei dilectionem, & affectionem. Quemadmodum nullus hominum exceptus eſt, niſi priuilegio diabolico, quod eſt pertinax in domini blaſphemia, vel contumelia, exceptus inquam ab operibus Deo ex neceſſitate debitis, ſic neque ab affectionibus, ex quibus debent eſſe huiuſmodi operationes: quare nec ab appræhenſionibus, quæ cauſant huiuſmodi affectiones. Hæ autem ſunt, ſicut prædictum eſt, appręhenſiones radicales articulorum fidei, & credulitas eorundem. Ex quo manifeſte apparet a credulitate articulorum fidei, nullum hominem credulitatis

*Quilibet tenetur ad Dei dilectionẽ.*

H capacem eſſe exceptum, immo ad illam eodem iure teneri omnes, & ſingulos, quo tenentur ad ipſam religionem, & diuinum cultum. Tertiò quilibet de neceſſitate tenetur Deo ad ſubiectionem. Nulli quidem dubium eſt, neminem Deum colere, niſi qui credit ipſum eſſe, & niſi qui credit de eo illa, propter quæ merito debetur eidem cultus, quem ipſi impendit. Verbi gratia: Nemo exhibet ei ſeruitutis officium, niſi qui credit, & reputat eundem Dominum. Similiter nemo impendit ei latriæ cultum, niſi qui credit ipſum eſſe Deũ.

*Quilibet tenetur Deo ſubijci.*

A Et iuxta hunc modum nemo orat, vel adorat illum, niſi qui credit eum ſe poſſe ſcire & velle iuuare: & ita ſe habet per ſingulas partes diuini cultus ac veræ religionis. Quare manifeſtum eſt, cum generaliter ꝓportiõales ſint partes ſimiles & eorũ tota: quia integro diuino cultui, hoc eſt ex omnibus debitis Deo ſeruitijs aggregato ſubeſt ex neceſſitate fides integra: hoc eſt ex omnibus articulis aggregata: ad quorum credulitatem neceſſariò tenentur quicunque ad exhibitionem diuini cultus & veræ religionis obſeruantiam obligati ſunt. Sciẽ-

B dum eſt autem, ſecundum Alexan. de Hal. & Bonauen. quòd nato & nutrito in deſerto, cui nulla explicatio facta eſt de aliquo articulo fidei: ſufficit præparatiuè, & ſi non expletiuè, fides omnium implicita. id eſt, credere de Deo, quod credebatur in lege naturæ. Et ad hoc illuminat cognitio innata, per gratiam adiuta. quo facto impoſſibile eſt, quin adſit ſubueniens in neceſſarijs gratia Dei, vel per ſe reuelando, vel per Angelum illuminando, vel per hominem prædicando. Quam nobis concedat Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Caſus, de eo qui nutritus eſt in nemore, cui nulla facta eſt fidei explicatio.*

C

FERIA TERTIA.

post Dñicam in Quinquag.

*De fidei nobilitate, vbi duodecim eius nobilitates declarantur.*

## Sermo Quartus.

*Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc.* Iterũ vbi ſupra. Viſum eſt in præcedentibus, quòd ſola vnica eſt fides, & ĩ quib⁹ determinata ſit: quodque omnes obligamur ad eã. Nũc autem re-

D ſtat quartã eius contemplationem conſiderare, quæ eſt de fidei gratioſitate. Duodecim enim ſunt eius gratioſitates: quarũ quatuor pertinent ad incipientes, quatuor ad proficientes, & quatuor ad perfectos. Primò ꝓ incipientibus, quatuor nota gratioſitates, quarum prima dicatur fundatio, ſecunda purgatio, tertia viuificatio, quarta illuminatio. Secundò pro proficientibus quatuor alias gratioſitates conſidera: quarum prima dicitur diſtinctio, ſecunda connexio, tertia deſpõſatio, quarta protectio, ſeu defenſio. Tertiò etiã ꝓ perfectis quatuor addãntur gratioſitates: quarum prima dicitur probatio, ſecunda operatio, tertia triũphatio, quarta coronatio. E

ARTICVLVS PRIMVS.

*De quatuor nobilitatibus fidei pertinentibus ad incipientes. Et primò oſtendit quod eſt fundamentum totius ædificij ſpiritualis. Cap. I.*

PRima quidẽ gratioſitas veræ fidei, fundatio nuncupat̃. Fides enim, ſicut ex p̃cedẽtibus patet, eſt fundamentũ totius ędificij ſpũalis. i. omnis gratiæ & omnis gloriæ. Propterea Apoſtolus. 11. c. ad Heb. fidẽ diffiniens ait. F Fides eſt ſubſtantia ſperandarũ rerum, argumentũ non apparentium. Quã diffinitionẽ declarãs Bonau. in 3. diſ. 33. q. 5. ait. Quòd diffinitio & notificatio eſt rectè aſſignata; cũ nihil contineat ſuperfluum; nihil etiam diminutũ. & hoc eſt, quando per ipſam notificationẽ vel ipſius diffinitionẽ. Primò eſſentia plenè indicatur, ſecũdò apertè manifeſtat̃, tertiò ab oĩbus alijs ſeparat̃. hoc eſt in ꝓpoſito reperire, ſi quis bene aduertit. Primò enim fidei eſſentia indicat̃. Nã fides ſ̃m eſſentiam ſuã aliquid reſpicit ex parte affectus, & aliquid ex parte intellectus, quia habet affectũ ſtabilire & intellectũ illuminare. G Primò enim inquantũ habet affectũ ſtabilire, dr̃ ſubſtantia, quaſi ſubſtans fundamentũ. Secũdò autem inquantũ habet intellectum illuminare, dr̃ argumentũ. Secundò per diffinitionem res apertè manifeſtat̃. Et qm̃ habitus virtutis dupliciter notificari habet. ſ. per finem vltimum & ꝑ ſuũ obiectũ: ideo hæc duo Apoſtolus manifeſtat. Primò finẽ vltimum: Finis aũt ipſius fidei conſiſtit in æterna beatitudine, quã ſperamus: ideo dicit, ſperãdarũ rerum. Secũdò ſuũ obiectũ, quod cõſiſtit in veritate nõ viſa: & ideo dicit, nõ apparẽtiũ. Tertiò per hãc diffinitionẽ res ab oĩbus ſeparat̃. H Habet enim fides ĩformis ſeparari a fide formata, & diſtingui ab habitu cuiuslibet alterius virtutis. Primò. n. diſtingui habet a fide informi, inquãtũ ſuſtentat totã fabricã ſpũalem: ideo dr̃, ſubſtantia ſperandarũ rerũ. Secũdò autẽ ab alijs habitibus virtutũ, inquantũ virtuti nõ in ſe facit adhærere: ideo dr̃, argm̃ non apparentiũ. Et ex hoc ſic patet, quòd p̃dicta notificatio nihil cõtinet ſuꝑfluum, nec diminutũ: nec eſt in ea clauſula, nec dictio ſuꝑflua, immo ẽt nec ſillaba ocioſa. Sicut ergo, ſ̃m Philoſophũ, argentum viuũ principium eſt oĩum metallorum, & albedo cũctorum colorum:

*Deſinitio fidei.*

*Hanc ſic diffi. declarat etiã D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 1.*

*Subſtantia vnde.*

*Quomodo fides informis ſeparatur a fide formata.*

*De vtraq; fide formata. ſ. & informi ſcribũt D. Bon. lib. 3. d. 23. q. 6. D. Tho. 2. 2. q. 6. art. 2.*

*Simile.*



A lorum: ſic fides eſt principiũ oĩum virtutũ atq; donorũ. Eſt etiã radix omnium gratiarũ. Vnde Auguſt. ſuper Ioã. Sicut in radice arboris nulla prorſus ſpecies apparet pulchritudinis: & tñ quicquid eſt in arbore pulchritudinis & decoris, ex illa procedit: ſic ex fidei humilitate, quicquid meriti; quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamẽto procedit. Quod Pſal. verbo vnico manifeſtat, cum ait, Omnia opera eius in fide.

*Pſal. 32.*

*Quod per fidem viuam omnia peccata ab anima expurgantur. Cap. 2.*

B

SEcũda gratioſitas fidei, purgatio noĩatur. Purgat̃ enim anima ab omnibus inquinamentis & culpis, cum in ea fides eſt viua, quemadmodũ eius fortiſſimã concupiſcentiam, timor erubeſcentiæ aut mortis extinguit. & hoc per opinionẽ fortẽ aut dubitationẽ, cum ipſa dubitatio fortis fuerit. Sic vtiq; fides omnem labẽ diluit peccatorũ, ſicut Act. 15. c. ſcrip. eſt, Fide purificãs corda eorũ. Vno enim modo lux diei, alio modo patibulum, atq; alio modo Prætor latrones effugat. Sic nihil prohibet fidei lucẽ fugare vitia & peccata, & vnã quãq; virtutem in aĩa inſerere & plantare. Ideo Prou. 15. ſcrip. eſt, Per miſericordiam & fidẽ purgantur peccata. Itẽ Bernar. in epiſtola qua-

C dã. Sola fides & mentis ad Deum cõuerſio, ſine effuſione ſanguinis, & ſine perfuſione aquæ, ſalutem ſine dubio operat̃ volẽti, ſed non valenti, prohibente neceſſitatis articulo baptizari, quod ẽt patet de cõ. diſ. 4. c. baptiſmi. vbi oſtẽdit, quòd fides ſupplet, vbi deficit baptiſmus, vel aliud ſacramentum.

*Fides vt eſt cõuerſio mentis in Deum.*

*Quòd animæ vita, eſt vera fides. Cap. 3.*

TErtia fidei gratioſitas, viuificatio dicitur. Fides enim vita eſt animę, & ſine fide mortua eſt. Vnde Abac. 1. Iu-

D ſtus meus ex fide viuit. Et ad Rom. 1. Iuſtus autem ex fide viuit. Tantæ nanque viuacitatis eſt hæc virtus; vt mortis torporẽ quo mens humana ad ſalubria moueri non permittitur, omnino amoueat: timoris etiam fortiſſimi & amoris motus incitat vel excitat. vnde ſimilis eſt radio & calori ſolari, cuius uigore reuiuiſcunt plantæ, & herbæ, arbores, & cuncta uirentia terræ. Similis eſt radici: nam vita radicis, uita totius arboris eſt, quæ ſi areſcit & moritur, tota uis arboris perit. Item ſimilis eſt cordi omnia in corpore viuificanti.

*Virtus fidei viuax quæ mortis torporẽ non admittit.*

*Quod lumen animæ eſt fides vera. Cap. 4.* E

QVarta fidei gratioſitas vocatur illuminatio. Illuminatur nanque per ipſam intellectus humanus ad inuiſibilia cognoſcenda. Vnde Matt. 9. c. Dominus ait cæcis. Creditis, quia hoc poſſum facere vobis, & tetigit oculos eorum dicens? Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum. Vnde Auguſt. Quid eſt fides, niſi credere quod non vides. Credimus enim vt cognoſcamus: quia intellectus noſter attingere nõ poteſt ea, quæ ſunt ſupra naturam, niſi per fidei virtutẽ. Circa

F quod aduertendũ eſt, quòd Deus dupliciter cognoſci põt. ſ. cognitione naturali, & cognitione accidentali. Naturalis. n. cognitio duplex eſt. Prima ante peccatũ, qua homo cognoſcebat Deũ apertè in creaturis. Secũda poſt peccatũ: & hoc per ſpeculũ in enigmate; ſicut ſcrip. eſt. j. Cor. 13. Videm⁹ nunc per ſpeculũ in enigmate. Accidentalis triplex eſt. Prima eſt acquiſita ꝑ rationes naturales: & hãc habuerunt philoſophi, & dicit̃ ſcientia. Vnde Apoſtolus ad Rom. 1. Qui cũ cognouiſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificauerũt; aut gratias egerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ, &c. Secũda eſt quę habet̃ teſti-

G monijs ſcripturarũ, & miraculorũ: & hæc cognitio dr̃ fides informis & mortua. Tertia eſt, quæ habet̃ ex charitate: & hæc dr̃ fides formata & viua: & ꝑ talẽ cognitionem aſſentit aĩa primæ veritati, propter ſe, & ſupra oĩa. Vnde adueniente ea pereũt oẽs alię cogitationes accidẽtales, ad minus quo ad actus. De hac fide Augu. ait. Fides eſt res audax & improba ꝑueniens quo non ꝑtingit intelligẽtia. Ipſa enim eſt, quæ aſcẽdit ſuper Cherubin, & volat ſuper Seraphin, ſenas alas habẽtia. Et Bern. ſuꝑ cantica. Quid eſt,

H quod nõ inueniat fides? attingit inacceſſa; deprehẽdit ignota; cõprehẽdit immẽſa; apprehendit vniuerſa. Ipſam nẽpe æternitatẽ ſuo ſinu quodãmodo circuncludit. Et de lumine fidei Eccl. 11. dr̃: Dulce lumen & delectabile oculis eſt videre ſolẽ. i. ꝑ fidem cognoſcere Deum. Vnde Auguſt. diffiniens q̃tum ad obiectũ & principium motiuũ, ipſam fidẽ ait Fides eſt illuminatio mentis ad ſummã veritatẽ. Et idem ſuper Ioã. Noli intelligere vt credas; ſed crede vt intelligas. igitur intellectus merces fidei eſt. Chryſoſt. etiam inquit ſuper Matt. Fides lampas eſt; quia ſicut lampas illuminat domum; ita fides animam: hac luce animæ irradiantur;

*Deus poteſt cognoſci dupliciter. & cognitio naturalis duplex.*

*Simile.*

A ad cęleſtia diriguntur, & occulta eius myſteria declarantur. Tanta eſt enim luminoſitas huius virtutis cum viua eſt, vt tenebras noxiæ incredulitatis, aut periculoſæ ignorantiæ de his, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, nullatenus patiatur.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De quatuor nobilitatibus fidei, quæ pertinent ad proficientes. Et primo, ꝙ fides diſtinguit inter reprobos, & ſaluos. Cap. 1.*

PRima gratioſitas pertinẽs ad proficientes, diſtinctio dici poteſt. B Per fidem enim diſtinguũtur reprobi ab electis. Vnde Ro. 4. Signum accepit circuncißionis ſignaculũ iuſtitiæ fidei: diſtinguuntur ſapientes ab inſipientibus. Vnde Apoc. 14. Hæc eſt ſapientia Sanctorum, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem. & infra. Nã ſine fide, falſa eſt virtus, etiã in optimis moribus. Vnde Apoſt. 14. c. ad Ro. ait: Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et Lu. 11. Dominus inquit: Qui non eſt mecum. ſ. per veram fidem, aduersũ mę eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. ſ. merita per fidem formatam diſpergit. Et Heb. 11. Apoſt. ait: Sine fide impoßibile eſt G placere Deo.

### *Quod per fidem omnes homines inſimul coniunguntur. Cap. 2.*

SEcunda gratioſitas, dicitur connexio, ſeu coniunctio. Omnia enim membra militantis Eccleſiæ per fidem inſimul connectuntur, & coniungũtur. Per quid. n. connectitur parentibus, filius, niſi per fidẽ, quia neſcit illos ſuos parentes eſſe, niſi per fidem? ſic de fratribus, & ſororibus, & omni alia parentela. Propterea etiam per fidẽ credimus, aliquẽ eſſe reũ accuſantium teſti- D monio, quia eis credimus. Tolle fidem, & tollis omnem veritatem, & naturalẽ, & ſupernaturalem. Vnde Bern. ſuper can. Dicamus fidem vitem, virtutes palmites, botrũ opus, deuotionem vinum. De hac cõnexione, Eſa. 11. Erit fides cinctoriũ renum eius. Renes ſunt partes infirmiores, vel inferiores. Partes verò ſuperiores humeri ſunt. Sic fides habet primo caput. ſ. Chriſtum: partes ſuperiores, id eſt, humeros, animas in cœlis regnantes: & partes renum. i. conuerſantes in mundo: & habet etiam crura. i. exiſtentes in purgatorio. Charitas autem, vt dicitur Col. 3. eſt vinculum perfectionis, q̃a E charitas nunquam excidit, ſicut dicit Apoſt. 1. Cor. 13. Et connectit membra vtriuſq; eccleſiæ militantis. ſ. & triumphantis cum capite noſtro Ieſu Chriſto.

### *Per fidem anima a Domino deſponſatur. Cap. 3.*

TErtia gratioſitas dicitur deſponſatio, quia per fidem Chriſto ſpõſo anima deſponſatur, vt quaſi fides ſit annulus deſponſationis eius, ſicut Oſeę 1. ſcriptũ eſt: Sponſabo te mihi in fide. Et 1. Timot. 2. Saluabitur per filiorum. i. per bonorum operum generationem, ſi permanſerit in fide. i. F ſi in fide perſeuerauerit. In huius autem myſterium, Lu. 15. Annulus in manu filij prodigi datus eſt, vt per annulum deſponſatio denotetur, ſicut 2. Corint. 11. Apoſt. ait: Deſponſaui enim vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto. Per manum verò opera demonſtrantur, quia ſicut Iacob. 1. cano. ſuę c. 2. ait: Fides ſine operibus mortua eſt.

*Anima per fidẽ eſt ſponſa Dei.*

### *Fides defenſat animam a contrarijs ſuis. Cap. 4.*

QVarta fidei gratioſitas, protectio, ſeu defenſatio dicta eſt. Protegitur. n. & G defenditur anima per fidem a mũdi ſuperbia, luxuria, & auaritia. De quibus 1. Ioan. 2. Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Et Deut. 8. In ſolitudine illa magna. i. in mundo eſt ſerpẽs flatu adurens: hoc eſt luxuria, & ſcorpio brachijs amplectens: hoc eſt ſuperbia multa ambiens: & dipſas, qui eſt ſerpẽs hominem occidens per ſitim, cum momordit eum, & hoc eſt auaritia. Contra hæc. 1. Pet. 5. ſcriptũ eſt: Aduerſarius veſter diabolus, &c. Vnde fides figuratur in columna nubis in die refrigerans populũ in deſerto. Exo. 13. c. Et ꝑ H noctẽ illuminans eum. Vnde Eph. vlt. In oĩbus ſumentes ſcutum fidei. Et Pſ. Scuto circundabit te veritas eius, &c. totũ vſq; Cadent a latere tuo mille, &c. Et Dan. 6. Nulla læſio inuẽta eſt in eo, qui credidit Deo. Ad hoc Amb. ſuper, Beati immaculati. Fides inexercitata langueſcit acerbis, ocioſa tentatur incommodis, remiſſas excubias callidus inſidiator irrumpit: aſſueto autem bello virum hoſtiaria fraus inſtruit, & glorioſę prouehit palma victoriæ. Pax ergo fidei corruptela mala eſt.

*Anima per fidem defenditur a contrarijs.*

ARTI-



## A ARTICVLVS TERTIVS.

### *De quatuor nobilitatibus fidei, quæ pertinent ad perfectos. Et primo, ꝙ per fidem anima comprobatur. Cap. 1.*

PRima fidei gratioſitas cõueniens ad perfectos probatio nominatur. In tribulationibus enim probatur vera fides. Vnde. 1. Pet. 1. ſcriptum eſt, Modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio fidei veſtræ precioſior ſit auro, ꝙ per ignem probatur, &c. Iudith 8. Tentati ſunt patres B noſtri, vt probarentur: ſi verè colerent Deũ ſuum. Memores eſſe debemus, quomodo pater noſter Abraam tẽtatus eſt, & per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus eſt. ſic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes tranſierunt fideles: hæc ibi. Et Bern. de duodecim gradibus humilitatis. Qualis ſit cuiuſq; fides, tribulatio probat.

*Fides vera igne tribulationis probatur.*

### *Quòd omnia miracula virtute fidei perpetrantur. Cap. 2.*

C SEcunda fidei gratioſitas eſt operatio. ſ. miraculorum, quę quidem virtuti fidei tribuuntur. Vnde Matth. vlt. Deus ait: Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijciẽt. linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manum imponent, & bene habebunt. Attribuuntur autem miracula virtuti fidei, ſecundũ Bonauen. in centiloquio: quia eſt prima virtus, quæ ſupra ſe eleuat intellectum, captiuans eum in obſequium Ieſu Chriſti: & ideo meretur de congruo apud Deum opus arduum impetrare: ad quod non ſe extendit poſſibilitas admirantis. Et hoc eſt, quod tangitur in diffinitione miraculi: Miraculum eſt arduum, & inſolitum opus ſupra ſpem, & faculta- D tem admirantis conſiſtens. Ideo Matth. 15. Cananeæ Dominus ait: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis: & ſanata eſt filia eius ex illa hora. Matth. quoq; 17. Dominus ait: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. ſ. firmam, patientem, humilem, & fortem: dicetis huic monti, tranſi, & tranſibit: & nihil erit vobis impoßibile. Vnde Exo. 14. Cum extendiſſet Moyſes manum, diuiſa eſt aqua, & ingreßi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: eratq; aqua quaſi murus a dex- E tris, & a ſiniſtris eorum, & læua. Et iterum Matth. 9. Dominus ait: Si potes credere, omnia poßibilia ſunt credẽti. Et iterum Matth. 21. Ficulnea ex maledictione Domini arefacta mirantibus diſcipulis, ait: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis: ſed & ſi monti huic dixeritis, tolle te, & iacta te in mare: & ita fiet. Et omnia quæcunque petieritis in nomine meo, & in oratione credentes, accipietis. Exemplum notabile a pleriſque narratur, quòd cum Gentiles Catholicos oppreßiſſent, eoſque non ſinerent uiuere ſub tributo: rector illius patriæ epi- F ſcopos, & clericos cõuocauit, vt de catholica fide redderent rationem. Solenni diſputatione iam facta: iamq; confutatis & conuictis erroribus paganorum, ait iudex fidelibus: Si dixerit Ieſus Chriſtus, Si habueritis fidem, &c. vt dictum eſt: reſpondentibus illis, quòd ſic, ait: Ergo vos tali die montem illum, qui eſt in terra mea, in mare, ſecundum legem veſtram, transferatis, aut lex veſtra falſa apparebit, & vos ſicut infideles ſuſtinebitis ſentẽtiam capitalem. Cum autem ad quinquagintatres dies præſignata fuiſſet, indixerunt Catholici ieiu- G nium, & orationem. Cumque ad præfixum diem mæſti Catholici, & clerici peruenirent: fidelis quidam cauſam mæſtitiæ requiſiuit. Et cauſa audita, aſſumpto martello die pręſignata ad montis radicem peruenit. Sequente autem cum multitudine fidelium cum mæſtitia cordis, Epiſcopus ait: Dixitne Dominus hoc in Euangelio noſtro? quibus reſpondentibus, quod ſic, ait: Quomodo ergo vos ſuper hoc trepidi dubitatis? Et intrepido animo, fideque ſecura, cum martello montem percutiens, ait: O mons in nomine Domini Ieſu Chriſti, qui hoc dixit, præcipio tibi, vt hinc transferas te in mare, qui ſtatim paruit H imperanti.

*Miracula quare attribuuntur virtuti fidei.*

*Secundum aũt D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 5. attribuitur miraculorũ operatio fidei, vt virtuti diſponenti.*

*Exemplum ſingulari obſeruat one dignum.*

### *Quòd virtute fidei omnia tentamenta, & malę conſuetudines ſuperantur. Cap. 3.*

TErtia gratioſitas, triumphatio dicitur. Triumphat enim anima per ardorem fidei contra omnia tentamenta. Vnde Apoc. 19. ſcriptũ eſt: Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax. Et 1. Ioan. 5. dicitur: Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum,

*Triumphus animæ per ardorem fidei.*

& hæc

A & hæc eſt victoria, quæ vincit mundũ, fides noſtra. Et ad Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, &c. Et iterum. 1. Reg. 17. Tulit Dauid lapidem vnum, & funda iecit, & percuſſit Philiſteum in fronte: & infixus eſt lapis, & cecidit in faciẽ ſuam. ut innuatur, quòd diabolica tentamenta, & vincula, malorumq́ue deſideria, & mali amores virtute fidei dirumpuntur, proſternuntur, & annihilantur. In ingreſſu enim ipſius moles malarum conſuetudinum de mente, quã illuſtrat cadunt, ſicut Pſal. teſtatur, d. Ipſi videntes. ſ. per lumen fidei, ſic admirati ſunt de malitijs cõſuetudinis malę: conturbati ſunt. ſ. per cõtritionem: commoti ſunt B contra malam conſuetudinem: tremor apprehendit eos. Ibi. ideſt, in anima illa fideli dolores, vt parturientis propter conformationem in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Nauis multos cum portat, conſuetudinem malam deſignat: quæ multos ad æternum ſupplicium gerit. Tharſis, diſſipans ſpecula interpretatur: vt per hoc oſtendatur, ꝙ conſuetudines, in quibus vnus alterum, quaſi ſpeculum reſpiciendo, ſequitur in ruinam per feruorem fidei diſſipantur, & relinquuntur.

*Quod per perſeuerantem fidem anima in gloria coronatur. Cap. 4.*

*Anima in gloria numeratur.*

C QVarta gratioſitas, coronatio nominatur. Per ipſam enim anima in gloria coronatur. Vnde animæ fideli, Apoc. 2. dominus ait: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Vbi dominus dicit tria. Primò petit fidelitatẽ, quæ nihil precioſius ſeruitio Chriſti putet, propter quod Dominum derelinquat: ideo ait, Eſto fidelis. Secundò petit perſeuerantiam. ſ. vt propter tribulationes, & tẽtationes in fide non deficiat. Matth. 24. cap. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. propterea ſubdit, vſq; ad mortẽ. D Cum enim homini nihil terribilius ſit morte: cæteras tribulationes faciliter vincit, qui propter Chriſtum morti non cedit. Et meritò quidem, vſque ad mortem ait: Non enim minus debetur Deo, quam temporali domino. Sunt nanque plerique, qui temporalem dominum ita diligunt, vt ſe temporali morte exponant. Et ſatis quidem iniuſtè: cum iſte in eius ſeruitio plus impendat, quam ille reſtituere valeat. Tale nanq; obſequium ſoli Deo debetur, qui ſolus reſtituere ſufficit omne damnum. Talis nanq; zelus debet in quolibet Chriſtiano eſſe de fide Chriſti, vt potius velit fidelem ſanguinem fundere, quam fidem Chriſti negare. E Tertiò autem talibus promittit coronam: ideo ſubdit, Et dabo tibi coronam vitæ. vita enim delectationem habet: corona verò propter circulum in quo perficitur, æternitatem demonſtrat. Corona ergo vitæ æternæ delectatio, ſeu lætitia eſt, quæ digne illis redditur, qui pro fide Chriſti vſq; ad mortem cuncta aſpera patiuntur. Hæ duodecim gratioſitates fidei, duodecim fructus ligni vitæ poſſunt nominari. propterea, Prouer. 3. cap. myſticè ſcriptum eſt: Lignum vitę eſt his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus. O gratioſa, & amabilis fidei virtus. Quis igitur te non amabit, quæ fun- F damentum es omnis gratiæ, & virtutis? purgas peccata, viuificas animas, illuminas cęcos, diſtinguis electos, connectis membra capiti noſtro Chriſto, animas fideles Deo facis ſpõſas, protegis, & defendis, probas iuſtos, miracula operaris, in omnibus triumphas, atque æterna fęlicitate perſeuerantes in te coronas. Inter quos cõnumerabiles reddat nos Dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

## IN DIE CINERVM.

### De ſacro Ieiunio.

G

## Sermo Quintus.

CVm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Matth. 6. Iam Domino adiuuãte ad ſacrum tempus Quadrageſimę perducti ſumus, in quo ordinandus eſt modus per totam Quadrageſimam continuandus. Cum igitur tractaturi ſimus de Chriſtiana Religione: iamq; de illa in præcedentibus ſtabilitum ſit ſolidum fundamentum, & ædificium ipſius: corda, ora, & opera extendamus. Et vt ordinato progreſſu ſermo rectè, & vtiliter dirigatur, qualibet die Quadrageſimæ de vna Religioſitate agemus. Diebus verò Dominicis de duabus: ita ꝙ qualibet ſeptimana de octo Religioſitatibus diſſeremus, vſque verò ad futuram Dominicam ſolùm quatuor præmittamus. Prima eſt Religioſitas ieiunij: & H de hac in præſenti die, vbi de ieiunio fit mẽtio, dicemus. Secunda eſt Religioſitas exorandi: de qua in ſequenti die, vbi ſacra Dominica oratio exponetur. Tertia eſt Religioſitas largiẽdi: & de hac, feria 6. vbi de eleemoſyna

*De ieiunii vide Gab. in Canone lec. 10. & li. 4. diſt. 16. q. 3. ar. 1 Alex. parte 4. q. 102. a qui accepit D. Tho 4 ſent. diſ 15. q. 1. & 2. 2. q. 157. arti. 5. Rich. in 4 di 15. ar. 3. q. 3. & 4.*



A moſyna tractaturi ſumus. Quarta eſt Religioſitas patiẽdi: de qua, ſabbato futuro diſſeremus, vbi oſtendentur multiplices rationes, quare iuſtis aduerſa dantur. Et meritò hic ordo tenendus eſt. Nam ſublimia quidẽ ſunt hæc tria opera. Prima, cùm ſint principalia opera ſatisfactoria. ſ. ieiuniũ, oratio, & eleemoſyna: Ieiunium contra luxuriam, oratio contra ſuperbiam, eleemoſyna contra auaritiam. Et de his tribus, Tob. c. 12. ait: Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna. Et ſicuti quidam aiunt ad has reducuntur omnes aliæ ſatisfactiones. Nam vigiliæ, peregrinationes, diſciplinæ, abſtinentia, cũctaq; opera affligentia carnem, ad ieiunium B reducuntur. Opera autem miſericordiæ ſpiritualis reducuntur ad orationem: Opera verò miſericordiæ corporalis ad eleemoſynam. Præterea per ieiunium ordinatur homo ad ſeipſum, per orationem ad Deum, per eleemoſynam verò ad proximum. Item fit ſatisfactio de bonis corporis per ieiuniũ, de bonis animæ per orationem, de bonis exterioribus per eleemoſynam. Sed quartum. ſ. aduerſa pati, de quo in ſabbato futuro, hæc tria prędicta probãt, ſi veraciter fiãt. Nam vita iuſtorum eſt benefacere, & mala pati. De primo. ſ. ieiunio ait Dominus: Cũ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, C . ſ. qui hic ſæculum perdunt, & regnũ amittunt. Circa autem ieiunium, quod a ſancta Eccleſia ponitur, quaſi religionis initium, tria conſideremus. Primò eius perfectionẽ, ſecundò eius obligationẽ, tertiò eius exemptionem.

*De ordine religioſitatib. ieiunij.*

*Quomodo homo per ieiunium ad ſeipſum ordinatur.*

### Articvlvs Primvs.

*De duodecim fructibus ſanctiſſimi ieiunij.*

PRima cõſideratio de ieiunij perfectione. De quo Hieronymus ad Demetriadem ait: Ieiunium D non ſolùm eſt perfecta virtus, ſed etiam cæterarum virtutum fundamẽtũ, & ſanctificatio, & pudicitia. Duodecim poſſunt diſtingui perfectiſſimi fructus ſanctiſſimi ieiunij, ſecũdum triplicem ſtatum. ſ. purgatiuum, illuminatiuum, & perfectiuũ. Primi quatuor habent mentem purgare, ſecundi quatuor mentem illuminare, tertij quatuor mentem perficere. Primi quatuor, qui habent mentem purgare, hi ſunt. Primus dicitur refrenatio, ſecundus ſatisfactio, tertius declinatio, quartus placatio. Secũdi aũt quatuor, qui habent mentem illuminare, hi ſunt. Primus videlicet eſt clarificatio, ſecun- E dus cibatio, tertius ſanificatio, quartus fortificatio. Addantur alij quatuor, qui habent mentem perficere: quorum primus dicitur eradicatio, ſecũdus ſacrificatio, tertius triũphatio, quartus glorificatio. Propter hæc. n. in præfatione Quadrageſimæ Eccleſia canit, Qui corporali ieiunio vitia cõprimis. Et hoc, quò ad ſtatum purgatiuum. Mentem eleuas. Et hoc, quò ad ſtatum illuminatiuũ. Virtutem largiris & pręmia. Et hoc, quò ad ſtatum perfectiuum.

*Duodecim fructus ieiunij.*

*De primis quatuor fructibus ieiunij, qui pertinent ad ſtatum purgatiuum. Et primo, ꝙ per ieiunnium vniuerſa vitia refrenantur. Primus fructus.*

F

PRimus fructus dicitur refrenatio. Domat enim corpus, & eius illecebras premit: quanto enim corpus magis fouetur, tanto anima magis attenuatur, & econuerſo. Ratio huius eſt, quia ieiunium partem ſuperiorem regnare facit ſuper inferiorem, & auſteriorẽ eam ab illecebris carnis reddit. Nam exercendo ſe ad auſteros, & amaros actus ieiunij, exercet ſe ad virtutem, vel virilitatẽ, & excutit a ſe omnem mollitiem, & inertiam, ſecundum quam ſubiacet ſuæ carni, & ſibijpſi. Vnde in huius exẽplum ſe ponit Apo- G ſtolus. 1. Corint. 9. c. d. Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo. Per caſtigationem inquit, ſe corpus in ſeruitutem redigere. Et meritò: nam cum corpus in creatione factum fuerit animæ ſeruus, ex patrata culpa factum eſt animæ dominus: ſed per pœnitentiam, & ieiunia in ſeruitutem debitam etiam reformatur, vt meritò per abſtinentiam gulæ anima corpori dominetur: ſicut per inobedientiam gulæ, caro animæ inobediens facta eſt: quamdiu enim Eua in paradiſo abſtinuit, virgo permanſit. Pręterea Heſter, vt dicitur 14. c. humiliauit corpus ſuũ H ieiunijs. Subtractis lignis ollę ceſſat feruor: remota cauſa, remouetur effectus: non poteſt ſine anima moueri corpus: non ſine ſole, radius: non ſine mari, fluuius: nõ ſine fonte, riuulus: nec ſine radice, ramuſculus. Sic nec ſine gula, rebelle eſt corpus. Vnde meritò illi irriſione digni cenſendi ſunt, qui dicunt carnem ſe non poſſe domare, cum homo poſſit ei ieiunando cibum ſubtrahere. Non enim eſt caſtrum adeo forte, quod expugnari non poſſit, ſi ei victualia ſubtrahantur. Nõ eſt pugil adeo fortis, & probus, quæ etiam à debili vinci nõ valeat, ſi fortis neceſſe

*Per ieiunium vitia comprimũtur, eſt. n. ieiunium comifex corpuditatũ, qua mens ad ſupernarũ rerum contemplationem efferturn.*

ceſſe habeat dietam tenere, quam voluerit debilis. Non eſt ignis adeo magnus, & validus, qui lignis ſubtractis non deficiat. Vnde Prouer. 26. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis. Si ad hoc per impotentiam te excuſas, audi ſententiam contra te. Gen. 16. Ecce ancilla in manibus tuis eſt. Ad hoc vide diſt. 35. ſexto die.

*Quòd per ieiunium de præteritis culpis Deo anima ſatisfacit. Secundus fructus.*

SEcundus fructus eſt ſatisfactio. Cum .n. anima ieiunijs refrenauerit corpus; ſatisfactionem de præteritis culpis cōſequi iuſtiſſimum eſt, quod per ieiuniū conuenientiſſimè poteſt fieri. Eſt enim vnum de tribus præcipuis remedijs pœnitentiæ, & vnum de potiſſimis inſtrumentis iuſtitiæ pęnitentialis, ſeu ſatisfactionis, ſicut ex præcedentibus patet. Pro libidine enim perpetrati peccati ſubtractionem delectationi, iuſtiſſimè recompēſat. Qui illicita perpetrat, debet ſatisfaciendo ab aliquibus licitis abſtinere: ſed ieiunium ſatisfacit pro cōmiſſis, & omiſſis, ſicut patet diſt. 26. c. igitur.

*Satisfactionis quæ eſt tertia pars pœnitentiæ virtus.*

*Quòd mediante ieiunio homo a ruina culpæ declinat. Tertius fructus.*

TErtius fructus eſt declinatio. Non.n. ſufficit pro perpetratis criminibus ſatisfacere, niſi etiam ad futura cauenda quis conetur, quod quidem per ieiuniū fit. Cum enim ſit corporis afflictiuum, concupiſcentiam debilitans, futuris peccatis obſiſtit. Vnde Hieronymus ad Demetriadem: Poſt cogitationum diligentiſſimam cautionem ieiuniorum tibi arma ſumenda ſunt, & cantandum cum Dauid: Humiliaui in ieiunio animam meam. Et paulo poſt: Ignita ſunt diaboli iacula, quæ ſimul vulnerant, & inflammant, & a Rege Babylonis tribus pueris præparantur. Sed quomodo ibi quartus ſpeciem habens filij Dei incenſos mitigat ardores: ſic in anima virginali, & rore cęleſti, & ieiuniorum frigore puellaris calor extinguitur, & humano corpori Angelorum conuerſatio præparatur. Auiculæ veniente accipitre ſæpem intrant horti, & vineæ denſitate ſpinarum, & ſæpium fures euadunt. Qui theſaurum ſuum cuſtodire cupit, oſtium claudit. Sic qui cupit animam ſuam cuſtodire, os ſuum claudere debet. Arborum cortex aſpera apparet, ſed ecōtrario medullam ſeruat. Spica plena granis ſub ariſtulis pungentibus ab auiculę aeris manet tuta. Taxus propter aſperitatem pellis a vulpe teneri non ſolet, quia ex corio aſpero carnem eius dentibus nō poteſt lædere. Hinc eſt, quod Sancti olim cum volebant carnis incentiuum extinguere, taxi pellem veſtiebant, quam melotem vocabant. Delicatus inſuper hoſpes, non libenter moram trahit vbi ignis friget. Et Iſid. de ſum. bo. c. vlt. Leuia ieiunia, fortia tela ſunt aduerſus tentamenta dæmoniorum: citò enim per abſtinentiam vincuntur.

*Quomodo per ieiuniū homo ſe defendit a laqueis diaboli.*

*Similia.*

*Quòd diuina iracundia per ieiunium mitigatur. Quartus fructus.*

QVartus fructus dicitur placatio. Cū, vt dicitur ad Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Refrenata petulanti carne, ne rebellet ſpiritui, humiliatur ſpiritus, ne recalcitret Deo: ex quo benignè placatur Deus, ne peccatori, vel ſcelerato populo per iudicia aſpera iraſcatur, qđ totum operatur ieiunium. Vnde Ionæ. c. 3. ſcribitur: Factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò dicens: Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica ibi in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuem, iuxta verbum Domini, & Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itiner. diei vnius, & clamauit, & dixit, adhuc & quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ Domino, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad Regem Niniuæ, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum a ſe, & veſtitus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit, & dixit: In Niniue ex ore Regis, & Principū eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibāt, & homines operiantur ſaccis, & iumenta clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus. Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Ratio autem quare ieiunio placatur Deus, eſt: quia cum vniuerſæ viæ Domini ſint miſericordia, & veritas:

*Pœnitentia Niniuitarū ad prædicationē Ionæ.*



ritas: ſi vnam eius fugis manum, alteri te propinquas. Si miſericordiam fugis, iuſtitiæ approximas, & econuerſo. Igitur cum ieiunium ſit euaſiuum iræ Dei, mentē propinquat miſericordiæ eius. Vnde Ambroſ. Nullum eſt tam graue delictum, quod abſtinentia non purgetur.

*De ſecundis quatuor fructibus ieiunij, qui pertinent ad ſtatum illuminatiuum: Et primò, quod per ieiunium intellectus illuminatur in operandis, & ſpeculandis. Quintus fructus.*

PRimus fructus eſt clarificatio. Eſa. 28. Quem docebit Deus ſcientiam, & quē intelligere faciet auditum, ablactatos lacte, auulſos ab vberibus. Duplex quidem intelligentia per ieiunium acquiritur. Prima in operandis, ſecunda in ſpeculandis. In operandis quidem, quia, vt legitur Exo. 24. Moyſi poſt ieiunium data eſt lex. Vnde Ambroſius in libro de ieiunio, Moyſi ait: De ieiunio legem dedit, ipſumque ieiunantem, non voces magnæ, non fulgura, non nubes vmbroſa, & fumigans Syna terruit: Non enim introiſſet in nubem, & Dei vocem loquentis de medio ignis ſine periculo ſalutis audiſſet, niſi munitus armis ieiunij: quadraginta enim diebus ieiunauit in monte, vt legem acciperet a Domino Deo noſtro. Et in ſuperioribus quidem montis dabatur lex Moyſi ieiunanti: inferioribus verò populo manducanti, pręuaricatio ſacrilega accendebatur epulantium: quo ſpectaculo motus fregit tabulas Moyſes, indignum iudicans, vt ebrio populo lex daretur. hæc ille. Secundò acquiritur per ieiunium intelligentia in ſpeculandis. Nam ad perſpicuitatem, & puritatem orationis, & contemplationis miro modo diſponit. Nonne lectio, prædicatio, & oratio, ieiuno ſtomacho melius capiuntur, & exercentur? Vnde Hieronymus contra Iouinianum. Daniel, atque tres pueri reuelationem ſomniorum ieiunio reuelant: paſtique leguminibus pulchriores, & prudentiores inueniuntur. Eodemque libro inquit, Helyas quadraginta dierum ieiunio præparatus Dominum vidit in monte Oreb: audiuitque ab eo: Quid tu hic agis Helya? Multo familiariori vox iſta, quam illa: Adam vbi es? Illa enim paſtum terrebat, & perditum, hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Iterum Hieronymus: Nihil ſic intelligentiam obruit, vt comeſſatio, & ebrietas. Et alibi inquit, venter pinguis non gignit tenuem ſenſum. De Ioanne etiam Euangeliſta patet: cum ieiunanti in Pathmos inſula Apocalipſis reuelatio facta eſt. Apoſtoli quoq; ieiunantes, & orantes, in igneis linguis Spiritumſanctum acceperunt. Act. 2. Glorioſus quoque Patriarcha Franciſcus, quadraginta diebus in ſolitudine montis orans ieiunauit in pane, & aqua: & ſicut accepit, vt ipſe poſtea aſſeruit, ſacratiſſimam regulam ſcribi fecit. Dan. 9. ſcribitur, quod poſtquam Daniel orauerat Dominum in quadrageſimo ieiunio ſibi Angelo reuelante, myſteriorum ſacramenta cognoſcere meruit. Et Iſid. lib. 2. de ſum. bo. cap. vlt. Per ieiunium occulta myſteriorum cœleſtium reuelantur.

*Potentiæ animæ per ieiuniū illuminantur.*

*Pinguis venter, & macer intellectus.*

*Quod propter ieiunium, ſpirituales, & corporales ſuauitates, & cibi a Domino miniſtrantur. Sextus fructus.*

SEcundus fructus eſt cibatio. Cum enim mens fuerit illuminata ex cognito bono faciliter delectatur: & ſic ex ieiunio diuinæ dulcedini intendendo ſpirituali delectatione inebriatur. Vnde Iob 38. ſcriptum eſt. Quis præparat coruo eſcā, quando pulli eius clamant ad Deum? Super quo Gregorius ait, Qui coruorum parentes contemnunt paſcere eos, donec nigreſcant: ſed videns Deus clamorem eorum, de rore cęli paſcit eos. Similiter autem Deus eos paſcit, quos abijcit mundus, qui ad Dominum clamant, & propter eum ieiunant, teſte Virgine glorioſa, quæ inquit: Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Et in Pſal. quoque dicitur; quia Deus dat eſcam pullis coruorum inuocantibus eum. In huius ſignum, Matth. 4. Cū ieiunaſſet Ieſus, ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Et Act. 10. Cornelio ieiunanti apparuit Angelus: nec tantum ſpiritualem cibum ſubminiſtrat Deus ob meritum ieiunandi, ſed etiam corporalem, ſicut patet de Sancto Paulo primo eremita, qui ieiunium prolongabat quouſq; medietas panis ſibi mitteretur a Domino, cui in aduentu Antonij integer allatus eſt. Danielē inſuper per Abachuc Dominus pauit, ſicut ſcribitur Dan. 14. c.

*Simile.*

*Spiritualis dulcedo animæ per ieiunium.*

Quod

A *Quod per ieiunium acquiritur corporalis ſanitas, & ſeruatur. Septimus fructus.*

TErtius fructus eſt ſanificatio. Iuſte nanq; ſequitur ſanitas ieiunanti diuina ſuauitate guſtata. Sicut.n. electuaria, & cōfortatiui cibi ad valetudinem perducunt debiles: ſic ſpirituales ſuauitates, & refectiones in aliquibus tantum a mente redundant in carnem, ꝙ ex ſanatiua delectatione ſpiritus reſultat in eis ſanitas carnis. Vnde Eccleſia. 37. In multis enim ꝭeſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſq; ad coleram: propter crapulam multi obie- B runt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. Item c. 31. Vtere. q. homo frugi his, quę tibi apponuntur. Et poſt: Sanitas eſt animæ, & corporis ſobrius potus. Item Hieronymus: Superfluitas cibi generat morbos varios, & mortiferos: moderata verò refectio ſanat ægritudinem, procurat ſoſpitatem, & hylaritatem. Galenus inſuper ait, Abſtinentia ſumma eſt medicina. Exemplum de Prælato, qui non poterat curari medicina: ſed factus monachus, propter ieiunia, & abſtinentiam curatus eſt. Qui ad tempus cum viſitaretur a Prælato, dum co- C mederet fabas, interrogatus, quomodo ſanus factus eſſet: reſpondit, fame, & fabis, &c. Iterum doceantur ægroti, vt corpore fiant ſani. Vnde de conſec. diſtin. 5. ne tales. Chryſoſt. ait: Morbi ſaturitate nimia concitantur. Et cap. ſequenti ſcribitur: Legimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe. Caruerunt enim ſollicitudine diſpenſandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt & animam. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui conſumpti relinquunt pęnitentiam. hæc Chryſoſt. vbi ſup.

*Per ieiuniū ſanitas animæ, & corporis acquiritur.*

*Exemplum*

*Horatius.*

D *Quod per moderata ieiunia, ſpiritus & corpora roborantur. Octauus fructus.*

QVartus fructus eſt fortificatio, quæ bene ſequitur ad præcedentia, cum ſanitas in fortitudinem conualeſcat: facit enim ieiunium ad labores promptum, ad patientiam firmum, ad conſtantiam ſolidum, & ad omnem fortitudinem præparatum. Vnde in decretis diſ. 35. ſexto die, dicitur, ꝙ cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis virtutis in ieiunio. 2. Corint. 12. Cum infirmor, fortior ſum.

E *De vltimis quatuor fructibus ieiunij, qui pertinent ad perfectos. Et primò, ꝙ per ieiunium eradicatur proprius amor. Nonus fructus.*

PRimus fructus eſt eradicatio. Per ieiunium nanque eradicatur proprius amor, qui radix eſt omnium vitiorum. Vnde Apoſtolus 1. Timot. 6. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas. A proprio enim amore procedit carnalis amor ſui, & ſuæ vitæ, & ſenſualium delectationum. Item ſenſuum, & carnis vigor ad immanendum delectationibus, & delectabilibus mundi. F Hæc eſt illa beſtia, de qua Apocalip. 13. vbi dicitur: Vidi beſtiam aſcendentem de mari, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper decem cornua, decem diademata, & ſuper eius capita nomina blaſphemiæ, &c. Hic proprius amor aſcendit de mari, quia ſemper amara fugit. Habet ſeptem capita, quia ex eo ſeptem capitalia vitia generantur: decem vero cornua geſtat, quia cunctis Dei præceptis continue aduerſatur: decem vero diademata, glorioatio eſt de vniuerſitate malorum. Habetque ſuper ſeptem capita nomina blaſphemiæ, quia talis amor animā G blaſphemijs plenam reddit.

*Per ieiuniū proprius amor eradicatur.*

*Quod per ieiunium ſe offert homo, quaſi ſacrificium coram Deo. Decimus fructus.*

SEcundus fructus eſt ſacrificatio. Per afflictionem enim ieiunij fit de homine iuſto, Deo ſacrificium veſpertinum, & matutinum. Veſpertinum quo ad corpus, matutinum quo ad ſpiritum. Et de vtroque Pſal. ait: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, id eſt, ſimul cum corpore per ieiunium tribulatus. In hoc autem ſacrificio mactamus, & affligimus membra H noſtra, & diuino cultui mancipamus, & quaſi in holocauſtum carnem noſtram offerimus incendio famis, & inediæ. Ad quod ſacrificium hortabatur Apoſtolos, cap. 12. ad Rom. cum dicebat: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corda veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Quod ideo hoc vltimum adiunxit, ne per ſacrificium indiſcreti ieiunij corpora deſtruantur, ineptaque fiant ad ſeruitium Dei, & ad ſpiritualia dona, quod ſæpe in nouitialibus ſeruoribus ſolet fieri, iuxta ſenten-

*Pſal. 50.*

*Homo per ieiuniū offert ſe Deo ſacrificium veſpertinū.*



A ſententiam Salomonis, Cant. 1. Adoleſcentulę dilexerunt te nimis. de quibus Pſal. ait: Aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt, ſcilicet poſtea, vſque ad abyſſos: anima vero eorū in malis tabeſcebat, quia tales confracti mente & corpore antra tepiditatis, & impatientiæ fiunt.

*Quod per ieiunium ſuperantur dęmonia, & aduerſa, & iuſti quæcunque ardua operantur. Vndecimus fructus.*

TErtius fructus eſt triumphatio. Era- B dicato nanque amore proprio, ſacrificioque ſpirituali per ieiuniū cōſummato, ad triumphalem victoriam carnis, & immundialiū mens aſcendit. Per virilitatem enim ieiunij primò vincuntur dæmonia. Vnde Matth. 4. poſt ieiunium dominus Ieſus de hoſte triumphat. Fames lupum de ſilua pellit, id eſt, diabolum de mente obſcura, ſuperba, & luxurioſa, iuxta illud Iob 40. Sub vmbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus. Secundò ſuperantur aduerſa. Vnde Ambroſius: Eſt quædam gēmæ natura, quam adamantem vocant, nec facile igne conſumitur: quę impoſita focis igneſcit: illico ſubla- C ta de flamma tanquam aquarum infuſione munda reſplendet. Talia erant Hebręorum puerorum corpora, & de ieiunio in adamantis transformata naturam vapore ignis non ad diſpendium ſui, ſed ad gratiam mutabantur. Daniel quoque trium hebdomadarum ieiunio leonis docuit ieiunare, miſſus in lacum in adamantinam ſoliditatem abſtinentiæ rigore membra dūratus non potuit vulnerari. Sic eum conſtrinxerant ieiunia, vt in eius corpore ferarum morſibus locus eſſe non poſſet: clauſa tenebant leones ora, quæ abſtinentia D propheticæ ſanctitatis comprimebat, vt ea ferè aperire non poſſent, veluti quibuſdam vinculis alligata. hęc ille. Tertio operantur ardua. Vnde Ambroſius in libro de ieiunio: Magna eſt virtus ieiunij: denique tam ſpecioſa militia eſt, vt ieiunare delectaret Chriſtum: tam valida, vt ad cœlum homines eleuaret. Et, vt humanis, magis quam diuinis vtar exemplis, Helyas ieiunus, ore clauſit cœlum: ieiunus, filium viduę ab inferis reſuſcitauit: ieiunus, pluuias oratione depoſuit: ieiunus, ignem eduxit de cœlo: ieiunus, raptus eſt ad cœlum: & quadraginta dierum ieiu- E nio, acquiſiuit diuinam pręſentiam: tunc denique plus meruit, quando amplius ieiunauit. Quis enim humana virtute igneos equos, & currus potuiſſet aſcendere, niſi qui naturam corporis incorruptibilis humani ieiunij virtute mutaſſet? hæc ille.

*Simile.*

*Adamātis natura, & proprietas.*

*Exemplis ſacris comprobātur ieiunij fructus & virtus eximia.*

*Quod ieiunium in cœleſtem patriam inducit. Duodecimus fructus.*

QVartus fructus eſt glorificatio, quæ bene ad omnia pręcedentia ſequitur, ſicut cantat eccleſia: Paradiſi portas aperuit nobis ieiunij tempus. Et F 3. Reg. 2. Helyas poſt ieiunium raptus eſt in cœlum. Et meritò, quia gula cœlum nobis clauſit: ſed ieiunium illud nobis aperuit. In huius myſterium poſt ieiunium Quadrageſimę ſtatim reſurrectionis gloria celebratur. Vnde 1. Corinth. 9. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Pro omnibus quaſi ſupradictis audi Auguſtinum in quodam ſermone de oratione, & ieiunio. Ieiunium mentem purgat, ſenſum ſubleuat, carnem ſpiritui ſubijcit, cor contritum & humiliatum facit, G quod Deus non ſpernit, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardorem extinguit, caſtitatis lumen accēdit. Et ſubdit, Ieiunium verboſitatem non amat, diuitias ſuperfluitatem reputat, ſuperbiam ſpernit, humilitatem commendat, præſtat homini ſeipſum intelligere, eſſe infirmum, & fragilem.

*Effectus ieiunij.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De triplici ieiunio, & de temporibus in quibus homines ieiunare tenentur.* H

SEcunda conſideratio eſt de ieiunij obligatione. Ad triplex quidem ieiunium homines obligantur. Primo ad ieiunium naturę, ſecundò ad ieiunium pœnitentiæ, tertiò ad ieiunium Eccleſiæ. Primo obligatur homo ad ieiunium naturæ. Cogit nimepe & obligat lex ipſa naturę, vt quilibet ieiunijs cohibeat in ſe peccata: valet enim ieiunium, vt ex præcedentibus patet, & ad vitandum mala, & ad proſequendum bona. Propterea vnuſquique ex naturali ratione tenetur tantum in ieiunijs, quan-

*De triplici ieiunio multa ſcribunt Doctores, & quomodo ieiunium ſoluitur tripliciter, vide Pet. Pal. li 4 diſ. 15. art. 4.*

A quantum ſibi eſt neceſſarium ad prædicta. Et ideo cum homo ieiunando abſtinet a peccatis, tunc eſt ieiunium virtuoſum. Vnde Ambroſius 89. diſtin. c. quid prodeſt. ſic inquit: Quid enim prodeſt ieiunare viſceribus, & luxuriare venatibus, abſtinere a cibis, & errare peccatis. Secundò obligatur homo ad ieiunium pœnitentiæ, ſcilicet, cum ei in confeſſione pro pœnitentia ieiunia imponuntur, quæ quidem ſatisfactoria ſunt, quia ſubtractione delectationis homo afflictionem aſſumit, & illam, ſicut prædictum eſt, pro peccati libidine recompenſat, ſicut Matth. 17. Do-B minus ait: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. Inſuper, quia concupiſcentiam debilitat, contra peccata futura præſeruat: ſatisfacit etiã pro commiſſis, atque omiſſis, ſicut etiam ex præcedentibus patet. Tertio obligatur homo ad ieiunium Eccleſiæ, quia ſic eſt ab Eccleſia inſtitutum, ſcilicet, quòd aliquibus temporibus homo ieiunare teneatur. vnde præceptum eſt ieiunium. primo per totam Quadrageſimam, exceptis diebus Dominicis, ſicut patet de conſecr. diſtin. 5. c. ieiunia. & c. ſeq. Clericis autem quibuſcunque iniunctum eſt ieiu-C nium incipere a Quinquageſima, ſicut patet diſtin. 4. ſtatuimus. & cap. denique. ſed conſilium eſt, ſecundum glo. Secundo in quatuor anni temporibus, 26. diſt. c. ſtatuimus. Tertio in omnibus vigilijs Apoſtolorum, Philippi & Iacobi, & Ioannis Euangeliſtæ, & Barnabæ exceptis, ext. de obſer. ieiunio. c. conſilium. Quarto in vigilia Dominicæ Natiuitatis, quæ natiuitas ſi venerit feria ſexta, hi qui nec voto, nec ex regula abſtinentia carnium ſunt aſtricti, tali die carnibus vti poſſunt, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ generalis: nec tamen hi reprehendendi ſunt, qui ab eis ob deuotio-D nem volunt abſtinere. ext. de obſer. ieiu. c. explicari. Quinto in vigilia Pentecoſtes, vt notatur 76. diſtinct. noſſe. Sexto in vigilia Aſſumptionis glorioſæ Virginis. extra de obſer. ieiu. cap. 1. Septimo in vigilia Beati Ioannis Baptiſtæ, Sancti Laurentij, & omnium Sanctorum: & hoc de conſuetudine approbata, quæ ligat, ſicut patet diſt. 1. conſuetudo. & diſt. 11. c. eccleſiaſticarum. & c. in his. Octauo in vigilia Beati Bartholomei, quæ obſeruari debet ſecundum conſuetudinem feſti, vel patriæ. ext. de obſer. ieiu. cap. conſilium. Nono debitum eſt ieiunium ſecundum conſuetudinem patriç approbatam, quia talis cõſuetudo obligat, vt E prędictũ eſt: vnde ſi in aliqua regione, ſeu diœceſi, ſit aliquod ieiunium conſuetum, q tamen per ius ſcriptum nõ eſt præceptũ: nihilominus eſt ab exiſtentibus ibi etiam obſeruandum. Decimo in tribus diebus Rogationum ante Aſcenſionem Domini ieiunandum eſt. de conſe. diſ. 3. rogationes. ſed, vt ibidem glo. dicit, cõſilium eſt. vbi tamen eſt approbata conſuetudo ieiunandi, eſt per æquiualentiam ſub præcepto, ſicut ex præcedentibus patet. Cum hoc concordat etiam Hoſtien. Vndecimo ieiunia indicta ab Epiſcopis etiam obſeruanda ſunt, de conſecra. diſtin. 5. ieiunia. & diſtin. 3. c. 1. F Duodecimo, ieiunium Aduentus, ſicut in patria de conſuetudine eſt præceptum, aliter autem non, ſecundum Hoſtien. ext. de obſerua. ieiu. cap. conſilium. licet honeſtum ſit, quod ieiunent clerici, & maximè presbyteri. Similiter eſt de conſilio ieiunare in feria quarta, ſexta, & ſabbato, vt patet de conſecra. diſtinct. 3. cap. ieiunia. & cap. ſabbato. In omnibus autem vigilijs feſtorum, quæ feria ſecunda veniunt, in præcedenti ſabbato ieiunandum eſt, vt in prædicto cap. conſilium, ordinatum eſt, & c. ex parte.

*Thom in 4. & 2. 2. vbi ſupra.*

*Conſuetudo approbata ligat.*

## ARTICVLVS TERTIVS. G

*De duodecim generibus hominum, qui ad ieiunium non ligantur.*

TErtia conſideratio eſt de ieiunij exceptione. Regulariter nempe a ieiunio exempti ſunt, quicunque non ieiunandi rationabilem, & legitimam cauſam habent, ſicut patet extra de obſerua. ieiu. cap. conſilium. vbi ſcriptum eſt, Legi non ſubiacet neceſſitas. Caueat tamen ſibi quicunque ſibi falſo indulget, ne carnaliter decipiat ſemetipſum. Qui enim ie-H iunaret quolibet die pro lucrando florenum: nec tamen poſſe ieiunare ſe dicit pro lucrando cęlum: manifeſtè declarat, quod amplius diligit numum, quam Deum: poſſunt tamẽ aliqui rationabiliter a ieiunio excuſari: quorum primi ſunt pueri, qui ideo excuſantur, quia cibus in eis eſt materia duplicis virtutis. ſ. nutritiuæ, & augmentatiuæ. Quo ad nutritiuam indigent frequenti cibo propter naturæ debilitatem: ſed virtus naturalis illũ digerere nõ poſſet, ſi multus eſſet: ideo frequentiori, & minori, quã alij nutriendi ſunt. Quo ad augmentatiuam verò, etiam indigẽt nutrimẽto maiori:

*Vide Paico ſupra notata.*

*Qui a ieiunio excipiuntur.*

propterea



A propterea dum ſunt in augmento, quod ſecundùm Philoſophum eſt, vt in pluribus, vſque ad finem tertij ſeptennij ad ieiunium non tenentur, niſi fortè interpolatim. Alexan. de Hal. dicit: Si tales ſunt, quòd in eis virtus ſuppleat ætatem, propter duo tamen ante prædictam ætatem ad ieiunium inducendi ſunt. Primò propter vitiorum refrẹnationem, ſ. cum ſunt laſciui & diſſoluti: quia tunc & ſi fortè nõ obligantur ex pręcepto Eccleſiæ, obligantur tamen ex præcepto legis naturæ, quæ dictat a feruenti & exuberanti corporis olla extrahenda eſſe alimentorum fomenta. Secun-B dò propter generalem commotionem & miſericordiæ impetrationem atq; conuerſionem: immo propter imminentem tribulationem, etiam pueris in ſignum pęnitentiæ arctioris, ieiunia indicenda ſunt. Vnde Ioel. 2. Sanctificate ieiunium. Sequitur, Coadunate ſenes, congregate paruulos, & ſugentes vbera, ſcilicet vt eorum exemplo cæteri animentur, & vt eorum innocentia placetur Deus. Cum etiam iumentis Ionę. 3. ſicut viſum eſt ſuperius, ieiunium ſit iniunctum. Secundò excuſantur nouitij & minores religioſi: qui, vt ait Bernard. ſecundùm diſcretionem prælatorum ieiuna-C re debent. Tertij excuſabiles ſunt pauperes: qui tamen, ſecũdùm Thom. ſi poſſunt habere tantum ſimul, quòd ſufficiat ad vnã comeſtionem, a ieiunio non excuſantur: ſi verò habere non poſſunt, excuſabiles ſunt. Similiter quando propter præcedentẽ inediam ieiunium ſufferre nõ valent: concordat Richardus. Quarti ſunt peregrinantes: vbi aduertendum eſt, quòd ſi peregrinatio commodè differri poteſt, aut minui, ſeu anticipari abſq; detrimento: propter hoc non ſunt Eccleſiæ ieiunia intermittenda: aliàs prætermitti poſſunt, ſecundùm Richardum & Thom. & maximè ſi tempus ieiunij im-D portabilis præoccupet in via: vel quia dies feſtus alicui immineret, ad quem hic ex deuotione peruenire deſiderabat, vel quia mora in patria periculum habet, vel ſpirituale, aut originale: hoc tamen intelligimus dę illis, qui tantum affliguntur itineris labore, quòd ſimul itinerare & ieiunare non poſſunt. Nec obſtat, quòd præceptum cõſilio præponendum ſit: quia intentio dantis hoc pręceptum non eſt excludere alias pias & neceſſarias cauſas. Secus tamen eſt de præceptis leuis naturæ, quæ prohibent illud, quod ſecundùm ſe eſt ſemper malum. Quinti ſunt curſores: Secundum enim Alexandrum de Hal. Nulla afflictio, neque peregrinationis, neque itinerationis abſoluit E a ieiunio ab Eccleſia inſtituto, niſi diſpenſante neceſſitate: & hoc auctoritate clauium. Sexti ſunt operantes: qui ſi ieiunando competẽter poſſunt habere victum pro ſe & ſua familia, de qua incumbit ſibi cura: ſeu quia alias ſunt diuites: ſiue quia de minori labore ieiunium ſuum ſecum compatiente ſufficientia lucrari poſſunt a ieiunio non excuſantur. Ex quo patet, quòd intentio maioris lucri non neceſſarij non excuſat tales à culpa, ſi ieiunium frangunt: F nec etiã à peccato immunes ſunt, qui operarios conducere nolunt, niſi cum pacto q ieiunium ſoluant: niſi fortè talis neceſſitas immineret, quòd rationabiliter opus, pro quo laboratur, feſtinantiam poſtularet, concordat Richar. Septimi ſunt menſę nobilium ſeruitores: qui ſi ex cauſa neceſſaria præueniant aliquantulum comedendi horam, ex toto comedendo, vel modicum prælibando, nec ſeruiendo deficiant: & hoc faciant iam poſitis menſis, vel modicum ante, ita quod propter temporis con-G tinuationem vna menſa debeat reputari: non credo quòd peccent, ſicut nec etiam peccant ſeruitores mediocrium perſonarum, qui ſurgunt de menſa dominorum ſuorum, vt pro vino vadant, vel encęnia deferant: & iterum reuertentes ad menſam, comeſtionem continuant iam incęptam: hoc ſentit Rodonenſ. cum quo ſatis concordat Bonauen. Octaui ſunt debiles & infirmi, qui ad arbitrium boni viri dimittere ieiunium poſſunt. Noni ſunt perſonæ antiquæ: & idem dicendum eſt de debilibus & infirmis, ſecundùm Innocen. Decimi ſunt prægnantes, quæ tantum non poſſunt dimittere ieiunium, ſed etiam de-H bent, ſi immineret periculum prolis, ſecundum Rodonenſ. habent etiam ſuſcipere nutrimentum, non tantum pro ſe, ſed etiam pro ſua prole. Inſuper ſolent prægnantes habere deſideria inordinata diuerſorum ciborum, & quandoque ita intenſa, quòd niſi aliquo modo poſſent ſatisfacere appetitui ſuo, eſſet periculum fętus, ſecundùm Richard. Vndecimi ſunt nutrices, quæ etiam poſſunt dimittere ieiunium dum lactant, cum etiam habeant recipere nutrimentum pro ſe & pro prole. Duodecimi ſunt vxores, de quibus notandum eſt, quòd mulieris caput eſt vir in omnibus, excepto coniugij debito. Propterea abſtinentiæ vota poteſt mulier

*Ieiuniũ eſt imperatiuũ.*

*Intentio dantis pceptũ de ieiunio corporali.*

*Serui prælibantes, vel prægustãtes aliquid tpe ieiunij, an ſoluant ieiunium.*

*Prægnantes non tenentur ad ieiunium.*



vouere

A

*Mulier poteſt vouere abſtinentiã vota permittẽte uiro.*

vouere viro permittente, quæ tñ promiſſa implere non poteſt illo prohibente: & hoc propter ſeruitutis conditioné, quia in omnibus ſupradictis debet ſuo viro ſubeſſe. 33.q.v.manifeſtum.& c.ſe.Ieiunia auté Eccleſiæ, ſm Innocen. dimittere nõ debet, ſed fortè propter viri ſcãdalum euitandum põt proprius ſacerdos vel confeſſor diſpenſare faciliter, ar.50.diſtin.ver.cõſuetũ.c.vt conſtitueret.ext.de cle.exco. c.latores.concordat Hoſt. De diſpéſatione autem ieiunij notandum eſt, ꝙ ſi euidens cauſa ſit, poteſt homo per ſe ipſum ſtatuti obſeruantiam præterire, præſertim conſuetudine interuenié-

B

te, vel ſi non poſſet ad ſuperiorem de facili habere recurſum. Si auté cauſa dubia ſit: debet homo ad ſuperiorem recurrere, qui poteſtatem habet in talibus diſpenſare. Et hoc obſeruandum eſt in ieiunijs ab eccleſia inſtitutis, ad quæ omnes rationabiliter obligantur, niſi eis fuerit impedimentũ aliqđ ſpeciale. cõcordat Thom. Qui igitur a ieiunio non eſt exemptus, diſponat ſe in hac ſacra Quadrageſima ieiunare, viſa illius obligatione atq; diligenter péſata illius pefectione: quam intelligere, quærere, & conſequi nobis cõcedat ſacri ieiunij inſtitutor, adiutor, & præmiator Dñs noſter Ieſus Chri-

C

ſtus, qui cum Patre & Spirituſancto viuit & regnat per infinita ſęcula ſęculorũ, Amé.

---

# FERIA QVINTA poſt Cineres.

## *De Dominica Oratione.*

## Sermo Sextus.

*Domine, puer meus iacet in domo paraliticus, et male torquetur. Mat. 8.*

Neceſſitatem patientis atque orantis & ſupplicantis verba ſunt iſta. Præmittitur enim ad

D

literam, ꝙ cum introiſſet Ieſus Capharnaũ, acceſſit ad eum Centurio rogans eum. Et ſubdés orationem ait: Domine, puer meus iacet in domo paraliticus, & malè torquetur. Sicut enim ex præcedétibus patet: Pręmiſſo iam primo opere ſatisfactorio pro luxuria, quod eſt ieiunium, per quod ordinatur corpus ad ſpiritum, ſubijciendo carnem ſub imperio rationis: nunc vero tractãdum eſt de ſecundo opere ſatisfactorio pro ſuperbia, quod eſt oratio, per quam ordinatur homo ad Deum, ſubijciendo ſpiritum ſub imperio ſanctiſſimę volũtatis Dei.

E

Et hoc orans poſtulat Centurio.i.ſuperior ratio dicens: Domine, puer meus.i.ſeruus meus, ad literam. Nam ſm conſuetudinem ſcripturarum ſerui, pueri dicebantur. Vnde 2.Reg.2. Surgant pueri, & ludant coram nobis. Per Centurionis autem puerum, ſuperbus a Deo rebellis ſpiritus deſignatur, qui meritò ſeruus dicitur: quia, vt ſcribitur Ioan.8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et ſeruire Deo, regnare eſt. Hic autem ſeruus in domo carnis iacet vitijs proſtratus. Paraliticus verò, quia omnibus ſpiritualibus virtutibus eſt deſtitutus & malè torquetur, dum ſemper remordente conſcientia cruciatur. Ex his igitur patet, quòd

*Puer Centurionis quis dicatur myſticè.*

F

ſm moralem intelligentiam in propoſitis verbis ſecunda religioſitas. ſ. exorandi myſticè demonſtratur, cũ ſuperior ratio a Domino per orationem poſtulat ſpiritum ab huiuſmodi infirmitatibus liberari. Tractaturi igitur de oratione: qa orationi Dominicę nulla oratio æquari poteſt: ideo omnibus alijs circa hanc materiam prætermiſſis, de illa ſolummodo diſſeramus. Circa quam ad præſens tria cõſideremus. Primò eius excellentiam, ſecundo eius beneuolentiam, tertiò eius continentiam.

### Articvlvs Primvs. G

### *De triplici excellentia Dominicæ Orationis.*

Primò enim conſiderando excellentiam tantæ orationis, triplicé eius diſtinguamus excellentiam. Excellit enim cunctas alias orationes. Primò in dignitate, ſecundò in breuitate, tertiò in vtilitate, ſeu fęcunditate.

### *Propter tria fecit Dominus hanc orationem proprio ore ſuo. Cap. 1.*

H

Excellit enim hæc ſancta oratio, primò in dignitate, cum ab ipſo Domino, qui oratur, compoſita ſit & edita, ſicut Matth. 6. cap. patet. Ex quo manifeſtè apparet, ꝙ nec ſapiétius, nec feruentius, nec inſuper vtilius, vel ſalubrius, potuit ab alio huius orationis forma componi. Fecit autem illam proprio ore, maxime propter tria. Primò ſcilicet vt adhibeatur huic orationi maior reuerentia, ſecundò maior diligentia, tertiò maior confidentia. Primò vt adhibeatur huic orationi maior reuerentia. Vnde Auguſt. Maxima ab omnibus fidelibus reuerentia Do-

*Excellentia orõnis Dominicæ. & ore proprio tradita a Chriſto.*

*Primò.*





A

minicæ orationi exhibenda eſt, quia ab ipſo ſummo Doctore facta eſt, vnde ab omnibus ſciri debet. Propterea ſi tanta reuerentia dignum eſt Chriſti veſtimentum: quod corpus exterius tetigit & mortuũ eſt: quanto magis hæc ſacra oratio, quæ de Chriſti corpore exiuit & viuit, dicente Apoſtolo ad Hebr. 4. Viuus eſt ſermo Dei & efficax.

*Secundo.*

Secundò, vt adhibeatur maior diligentia, ſcilicet in dicendo illam, ruminando illam, ſaporando illam: cum ſint verba miræ altitudinis & virtutis, & altiſſimi filij Dei contineant ſenſus. Vnde Cyprianus. Amica & familiaris eſt illa oratio Dominũ de ſuo

B

rogare. Et Chryſoſt. iterum ait. O quàm felix & beata hæc oratio eſt, cuius ordinem nobis Doctor vitæ ac magiſter cœleſtis inſtituit.

*Tertio.*

Tertio, vt adhibeatur maior confidentia. Cum enim Deus miſericors ſit & iuſtus, exaudire non debet niſi in his, quæ ad ſuum ſpectant honorem & noſtrã ſalutem: hæc autem neſcimus, niſi inſtruamur ab ipſo. propterea dulciſſimus Ieſus, ne vagaremur incerti omnium petédorum nobis in hac oratione formam dedit, vt fideliter orans iuxta in hac oratione contenta de poſtulatis non habeat dubitare, iuxta illud Iaco. 1. Poſtulet in fide, nihil hæſitans.

### *Propterea facta eſt a Domino hæc oratio ita breuis. Cap. 2.*

C

*De oratione multa dicit D Bona. lib.4.diſt. 15. Alex. par.4. qõ. 88. Damaſcenus li.3.c.24. D. Tho. 4.ſen.diſ. 15. & 2. 2. q. 33. ar.4. Cancellarius Par.2.ſermone de orõne. Vide ſummã Raynerij tit. de oratione. & Sum. Ant. c.tit.*

Secundò autem excellit hæc oratio in breuitate. Fecit enim illam Dominus breuem, iuxta vaticinium Iſa. capit. 9. Verbum breuiatum faciet Dominus ſuper omnem terram. Atque ad hanc breuitatem illam reduxit triplici ratione. Primò videlicet pro faciliori recordatione, ſecundò pro clariori cognitione, tertiò pro feruentiori deuotione. Primò pro faciliori recordatione: & hoc quò ad memoriam, ſcilicet vt in diſciplina cœleſti diſcentium memoria non laboret: ſed quod ſimplicis fidei eſt, anima faciliter diſcat, atque inexcuſabilis ſit de illius ignorantia omnis homo. Vnde Auguſtinus. Paucis verbis multiplices res comprehendit, vt ſic citò ſimplicitas fidei ſufficiétiam ſuæ ſalutis adiſceret, & prudentia ingenioſorum profunditate myſteriorum ſtuperet. Secundò pro clariori cognitione: & hoc quò ad intelligentiam. Facilius enim intelliguntur & capiũtur ingenio breuia, quàm phylateria longa. Vnde Dominus cum doce-

E

ret, quid ſit gloria ſempiterna, totum illud ſacramentum diuina breuitate complexus eſt, dicens, Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Tertiò pro feruentiori deuotione: & hoc quò ad voluntaté. Pinguedo enim deuotionis eſt, quæ Deo acceptum reddit ſacrificium noſtræ orationis, ſicut Pſalmus ait. In nomine tuo leuabo manus meas: ſicut adipe & pinguedine repleatur aĩa mea. Plerumque enim ꝑ orationis prolixitatem pia deuotio obtũdi ſolet: propterea Matth. 6. cap. Dominus ait: Orantes autem nolite multum loqui. Et

*Orõnis Dominicę breuitas pẽdet a tribus cauſis, quibus maxima eius excellẽtia exprimit.*

F

Auguſtinus. Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa deuotio, ſed feruens perſeueret intentio.

### *Quod omne petibile neceſſarium ad impetrandum in Dominica oratione concluſum eſt. Cap. 3.*

Tertiò verò excellit hæc oratio ſacra in vtilitate, ſeu fęcũditate: quia quicquid eſt petibile & neceſſariũ ad impetrandum, in iſtis ſeptem petitionibus cõtinetur. Quod quidé ſic patere poteſt. Omne enim petibile, aut eſt pro bonis adipiſcendis, aut pro malis amouendis, aut ad confirmationem vtriuſque. Primò ſi eſt pro bonis adipiſcendis, pro ſe, & pro alijs: aut eſt bonum gloriæ, aut eſt bonum gratiæ, aut bonum naturæ; ad quod reducitur bonum fortunæ. Primò enim petimus bonũ gloriæ ibi, Adueniat regnum tuum. ſecundò bonum gratiæ ibi, Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra. tertiò bonum naturæ ibi, Pané noſtrum quotidianum da nobis hodie. Secundò pro malis amouendis pro ſe & pro alijs. Eſt autem malum triplex. Quoddam tenet rationem præteriti, quoddam præſentis, atque quoddam futu-

*Quicquid petitur a Chriſtiano ꝓ ſalute animæ vel corporis eius ĩ Dñica oratione cõcluditur.*

G

ri: ſiue quoddam eſt malum culpę ſiue trãſgreſſionis: quoddam eſt malum pugnę, ſiue tentationis: quoddam eſt malum pœnæ ſiue tribulationis. Primum petitur amoueri in dimiſſione debitorum, ſecundùm in victoria tentationum, tertium in liberatione a preſſura aduerſorum. Tertiò ad confirmationem, ſeu ad conſummationem vtriuſque, ſcilicet boni adepti, & mali amoti, pro ſe, & pro alijs. Sequitur ſeptimum, quod tamen eſt in ordine primum, ſcilicet, Sanctificetur nomen tuum. Tunc autem verè ſanctificatur nomé Dei in nobis, quando & bonũ neceſſariũ obtinetur, & omne

A malum penitus amouetur. Penſate ergo diligenter dilectiſſimi fratres, qualia ſunt in hac oratione Dominica ſacraměta, quàm multa, quàm etiam magna. Inſuper quàm breui ſermone collecta, vt nihil omnino prætermiſſum ſit, quod in huius cęleſtis, ac diuinæ orationis compendio comprehendatur. Vnde Auguſtinus: Quæcunque alia verba in oratione dicamus, nihil aliud dicimus, quàm in illa oratione poſitum eſt, ſi rectè & congruenter oramus.

*Pěſandá ſunt ſacraměta Dominicę orationis.*

### Articvlvs Secvndvs.

B *Quòd triplex Chriſti beneuolentia eſt in exordio diuinæ orationis.*

Secundò conſideremus Dominicæ orationis beneuolětiam. Triplex enim in exordio huius orationis a deuoto oratore beniuolentia captatur. Primò ex parte rogati cum dicitur, Pater. ſecundò ex parte rogantis, cum dicitur, Noſter, tertiò ex parte aſſenſorum rogati, cum dicitur, Qui es in cœlis.

C *Quòd triplici ratione dicimus Deum patrem. Cap. I.*

Primò enim captatur beneuolentia ab orante ex parte rogati, cũ dicitur, Pater. Docet etenim Chriſtus quomodo poſſimus patris aurem beneuolam inclinare, cum dicere docet, Pater, vt recolamus, quòd Deus ipſe eſt pater. Primò ratione creationis, ſecundò ratione redemptionis, tertiò ratione glorificationis. Primò inquam recolamus, quòd Deus eſt Pater ratione creationis. Fecit enim hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vt dicitur Gen-
D neſ. I. capitulo, & Deuteron. 32. ſcriptum eſt: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? Secundò recolamus, quòd ipſe eſt pater ratione redemptionis. Vnde Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, ſcilicet in precium redemptionis noſtræ. Et iterum Ioan. I. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Vnde Auguſtinus ait: Nunquam inuenitur præceptum in veteri teſtamento, quod orationi pręmitteretur, Pater noſter, ſed ſolum Chriſtianis; Alijs quidem Dominus: nobis enim mandatur, E
vt dicamus, Pater noſter, quia per ſpiritum adoptionis Chriſto mediante ſuſcepimus: vt ſicut Deus noſter pater eſt creatione, ſic ſit pater ſingulari dilectione, & conſolatione. Pater, nomen eſt dulcioris amoris: quia ſecundùm Auguſtinum, hoc nomine patris, charitas excitatur. Vnde Hierem. 3. Ipſemet pater ait, Saltem a malo voca me pater meus: dux virginitatis meę tu es. Et iterum Chryſoſt. inquit: Patrem ſe magis voluit dici, quàm Dominum, vt fiduciam daret impetranti, quia ſerui non ſemper impetrant. Et Bernard. Oratio, quæ F
paterno dulceſcit nomine omnium petitionum noſtrarum impetrandarum fiduciã mihi præſtant. Quia ergo, ſecundùm Chryſoſt. tanti muneris gratiam cõſecuti ſumus, vt non ſolum ſerui, ſed filij efficeremur: quaſi filij agere, ideſt conuerſari, debemus, vt id eſſe quod dicimur, in ſpeciali actu probemus. Tertiò recolamus, quòd ipſe ſit futurus pater, ratione glorificationis, quia omnium beatorum per gloriam pater erit, cum clara facie videbimus eius pulchritudinem, poſſidebimus eius maieſtatem, atque pleniſſime, & completiſſimè, diligemus & perfruemur eius ſuauitatem: quia ſicut Pſalmus teſtatur, Gloria hæc eſt om- G
nibus ſanctis eius.

*Deus dr̃ pater tripharíam.*

*Quòd ad triplicem dilectionem omnium creatorum cum dicimus, noſter, animam dilatamus. Cap. 2.*

Secundò captatur beneuolentia ex parte rogantis, cum dicitur, Noſter, nec dicimus meus, quia ſoli Chriſto hoc dicere competit, qui Dei eſt filius per naturam. Dicimus autem noſter, vt ad triplicem naturam creatam per dilectionem propter amorem Dei anima dilatetur. Primò H
ad naturam ſpiritualem, ſecundò ad naturam rationalem, tertiò ad naturam corporalem. Primò autem orando & dicendo, Pater noſter: habet anima dilatari ad naturam ſpiritualem, ideſt ad totam multitudinem ſpirituum beatorum, qui nobiſcum ſunt omnes filij Dei, iuxta illud Iob. 38. Quis deiecit lapidem angularem terræ, cum me laudarent aſtra matutina: & iubilarent omnes filij Dei. Lapis autem angularis eſt Chriſtus, ſicut ipſemet ait, Matth. 21. capitulo. Nunquid legiſtis in ſcripturis. Lapidem, quem reprobaue-

*Qum Deus ẽ Pater.*



A bauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Hunc lapidem tũc Deus deiecit, cũ Angelis per reuelationẽ incarnandũ Chriſtum eſſe oſtendit: de quo ipſum laudabant aſtra matutina. i. Angeli creati, & iubilabãt omnes filij Dei. i. Angeli iam Beati. Ex hoc patet, ꝙ Angeli etiam, ſicut & nos, filij Dei denominãtur, ad quorum amorem tanquã ad fratres orando anima dilatatur. Secundò verò cum dicimus Noſter, habet per charitatem anima dilatari ad naturã rationalẽ. i. ad totum humanũ genus, ſ. vt duplex amoris præceptum cõpleatur, videlicet Dei, cũ
B dicimus Pater: & proximi, cum pluraliter dicimus Noſter, & nõ meus. In his duobus mandatis tota lex pẽdet & Prophetæ, ſicut ſcribitur Matth. 22. Ex hoc enim oratio noſtra magis exaudibilis eſt. Vnde Chryſoſt. Libenter audit Deus, quando Chriſtianus non ſolũ pro ſe orat, ſed etiã pro proximo. Pro ſe. n. orare naturæ eſt, pro altero gratię: Pro ſe orare cogit neceſſitas, pro altero charitas. Dulcior eſt autẽ oratio ante Deũ, quã nõ neceſſitas mittit, ſed quam fraternitatis charitas promittit. Vnde Iaco. vlt. ſcrip. eſt, Orate pro inuicẽ, vt ſaluemini. Hinc vtiq; eſt, ꝙ Dñs Ieſus Chriſtus vnitatis & pacis
C amator & doctor, priuatim noluit precem fieri, vt quicunq; precatur, non tantum pro ſe fundat orationẽ, ſed ꝓ toto populo oret. Vnde in tota hac oratione docuit ſemper pluraliter loqui, ſicut manifeſtè apparet in vltimis quatuor petitionibus huius ſanctiſſimę orationis. Hinc Greg. 25. mora. inquit: Quiſquis intercedere pro alijs nititur, ſibi potius ex charitate ſuffragatur, & pro ſemetipſo citius exaudiri meretur, quãto deuotius pro alijs intercedit. Hinc Pſalmus ait: Et oratio mea in ſinu meo conuertetur. Tertiò quoq;, cum dicimus, Noſter, ad naturam corporalẽ ex abundanti creatoris di-
D lectione per amorẽ anima dilatatur: tũ quia amore dilecti omnia diligibilia ſunt: tum quia, ſm Auguſt. Deus creauit omnia propter hominem, & hominem propter ſe.

*Vide D. Chriſoſt. in expoſitione huius loci ſuper Mat.*

*Quòd ad triplicem varietatem cęlorum in quibus habitat Deus, cum oramus, eſt anima ſubleuanda. Cap. 3.*

Tertiò captatur beneuolẽtia ab orãte ex parte aſſenſſorum rogati, cum dicitur, Qui es in cęlis. In triplici autẽ varietate cęlorum dicitur eſſe Deus. Primò in cęlis naturæ, ſecundò in cęlis gratię, tertiò in cęlis gloriæ. Primò enim dicitur eſſe in cœlis naturæ, id eſt in corporalibus cœ- E
lis, vt altitudo ſui eſſe nobis ſenſualibus ingeratur per exiſtentiam eius in altiſſimo loco etiã corporali, ac per cœlorum eminentiam, refulgentiam, & influentiam Patris eminentia, filij refulgentia, & Spirituſſancti influentia, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum deſcendit, clarius cognoſcatur, ſicut Pſal. ait: Cœli enarrant gloriam Dei. Secundò eſſe dicitur in cœlis gratiæ, hoc eſt in iuſtis, in quibus habitat Deus. Primò per fidem, Eph. 3. Habitare per fidẽ Chriſtum in cordibus veſtris. Secundò per dilectionem. I. Io. 4. Deus charitas eſt, & qui ma. in charita. in Deo ma. & F
Deus in eo. Tertiò per mandatorum impletionem. Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermonem me. ſer. & pater meus dili. eum, & ad eum ve. & manſi. apud eum faciemus. Tertiò dicitur eſſe in cœlis gloriæ, videlicet in beatis, in quorum intellectu eſt per claram viſionem. in memoria per certam poſſeſſionem, in voluntate per conſummatam dilectionem, ſicut Eſa. 46. Dominus dicit: Dabo in Syon ſalutem & in Iſrael gloriã meam. Ex hoc enim fiducia nobis augetur, cum & ipſi ſoliciti ſunt pro nobis orare Deum: inter quos ſupereminentiſſima eſt Virgo glo- G
rioſa Maria. Poſſumus etiam ad altiorem intelligẽtiam intellectum ſpiritualiter ſubleuare, vt pro eſſe in cęlis, velit Deum oſtẽdere eſſe in altiſſimis ſuæ naturę proprietatibus omnibus creaturis incomprehenſibilibus & cęlatis.

*De⁹ q̃uo dr̃ ĩ cęlis, & de triplici uarietate cęlorum.*

*Beati, ĩ quorũ intellectu ẽ clara viſio, dicuntur cœli.*

### Articvlvs Tertivs.

*In quo ſeptem petitiones orationis Dominicæ per ordinem declarantur.*

Tertiò verò conſideremus Dominicæ orationis continentiam. Et licèt ali- H
ter in ſuperioribus diſtincta ſit: tamẽ pro clariori & faciliori intelligentia aliter ordinetur. Nam primæ tres ordinant animam ad ipſum Deum: quatuor verò ſequentes ſpecialiter reſpectum habent ad hominis defectum. Per tres autem primas ordinatur ad ipſum Deum anima, & hoc dupliciter. Primò quidem per gratiam, ſecundò verò per gloriam. Primo enim in Deum ordinatur per gratiam, & hoc tripliciter. Primò intelligentia per fidem. Secundò memoria per ſpem. Tertiò verò voluntate per charitatem.

A *Petitio prima de triplici ſanctificatione nominis Dei. Cap. 1.*

PRimò enim ordinatur ad Deũ humanus intellectus per fidem. Et hoc docet Dominus poſtulare in prima petitione, cum dicit, Sanctificetur nomen tuum. *Nomen Dei in nobis tripliciter ſanctificatur.* Tripliciter enim per ipſam ſanctificatur in nobis nomen Dei. Primò per Dei cognitionem, ſecundò per noſtri ſanctificationem, tertiò per proximi ędificationem. *Primo.* Primò quidem per Dei cognitionem. Nomen enim a notamine dictum eſt, B vt notamen ablato, ta, per ſyncopam, dicat nomen. *Nomen vnde.* Vnde & nomen notitiam deſignat. Nomine etiam res quælibet cognoſcuntur. Oramus igitur dicentes, Sanctificetur nomen tuum.i. da Domine per lumẽ fidei intelligere ſanctitatẽ tuam, vt per hoc te ſummum bonum iam cognitum diligamus toto affectu, atque honoremus & colamus omni conatu. Secundum autem hũc intellectum, ait Auguſt. *Sãctificare nomen Dei quid ſit.* Sanctificetur nomen tuum, i. ſanctũ innoteſcat, vt nihil ſanctius extimetur. Secũdò ſanctificatur in nobis Dei nomẽ per noſtri ſanctificationem. *Secundo.* Cum enim cognouerimus Deum ſanctitatis C infinitæ, neceſſe vtique eſt, vt & hoc teſtetur ſanctitas vitæ, quod iam fatetur, vel ſentit lingua intelligere. Aliter eſſet fides mortua & informis, ſicut teſtatur Iacobus 2. canon. ſuæ dicens, Fides ſine operibus mortua eſt. Tunc ergo nomen Dei ſanctificatur in nobis, cum ſanctitatem per nos in eo cognitã imitamur. Et ad hoc hortatur Dñs Leuiti. 11. di. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Hinc autem Chryſo. ait: Sanctificamus Deum in nobis, qñ ſcientes eum ſanctum, timemus, & ſollicitè vigilamus, ne fortè violemus ſanctitatem nominis eius per opera mala: ſicut qui præclara D veſte indutus eſt, fugit omnẽ rem ſordidã, ne perdat gratiam candoris eius. *Tertio.* Tertiò ſanctificatur nomen Dei in nobis per proximi ædificationem: vt ſicut Chriſtiani vocamur nomine, ſic virtutem chriſtianitatis monſtremus per exemplum in opere. Vnde Matth. 5. cap. præcipit Dñs dicẽs: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt vide. opera ve. bona, & glo. Pa. ve. qui in cęlis eſt. Hoc enim eſt primum & ſummum, quòd mens Chriſtiana petere debet, ꝙ in ſe laudetur Dei factura atq; glorificetur ille, qui fecit eam.

*Petitio ſecunda de triplici regno Dei. Ca. 2.* E

SEcundò verò per ſpem noſtram memoria ordinatur in Deum, quod poſtulamus in ſecunda petitione dicẽtes, Adueniat regnum tuum. *De triplici regno Dei.* Triplex eſt regnum, quod per ſpem aduenire a Domino poſtulamus. Primum eſt regnum conſcientiæ, ſecundum eſt regnum Eccleſiæ, tertiũ eſt regnum gloriæ. *Primo.* Primò enim petimus aduenire regnum cõſcientiæ, cum dicimus, Adueniat regnum tuũ.i. regnet in noſtra conſciẽtia amor tuus. Iuſtitia nẽpè Chriſti primũ in nobis perficitur, cum quadam difficultate cõpellente nos ipſo Dei amore, tandem F redditur nobis non ſolùm facilis, ſed & delectabilis. Et ideo regnat ĩ nobis amor Dei per iuſtitię libertatem, quaſi in proprio ſuo regno. Et de hoc Apoc. 5. cap. ſcrip. eſt, Feciſti nos Deo noſtro regnũ. Et Dñs Luc. 12. Regnum Dei intra vos eſt. Et iterũ. 2. Cor. 1. Apoſtolus ait: Gloria noſtra, eſt teſtimonium conſcientiæ noſtrę. *Secundo.* Secũdò poſtulamus aduenire regnum Eccleſiæ.i. viſita, defenſa, atque dilata eccleſiam tuã, vt amotis perſecutionibus tyrannorũ, hæreticorum, ac falſorum fratrum, in vera tranquillitate ſeruiendo tibi in nobis cum gloria regnes. De quo regno Apoſt. 14. c. ad Rom. inquit, G Nõ eſt regnum Dei.i. ſancta Eccleſia, eſca, nec etiã potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ, in Spiritu ſancto. Tertiò poſcimus aduenire regnum gloriæ dicentes, Adueniat regnum tuum: quia ſicut Pſal. teſtatur: *Pſal. 144.* Regnum tuum, regnũ oĩum ſæculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationẽ. Vnde iuxta illud Sapiẽ. Iuſti regnabũt cum Deo in ſæcula ſeculorum, Amen.

*Petitio tertia de triplici voluntate Dei, cui petimus conformari. Cap. 3.*

TErtiò ordinatur in Deũ humana voluntas per charitatem. Et hoc poſcimus H cum dicimus, Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra. *Tria vult Deus in nobis.* Tria ſiquidem vult Deus in nobis. Primò videlicet reformationem naturæ, ſecundò multiplicationem gratiæ, tertiò conſummationem gloriæ. *Primo.* Primò inquam vult reformationẽ naturæ, quæ a prima ſua inſtitutione per culpam deformata eſt: & iuxta hanc primam Dei voluntatem hæc petitio tripliciter exponitur. Primò, Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra, i. ſicut fit in ſynderiſi, quæ ſemper malũ refugit & ad bonũ ſtimulat & inclinat: ſic fiat in conſcientia noſtra per expulſionem mali



A mali & dilectionem boni. *Secundo.* Secundo modo, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra: hoc eſt ſicut fit in ratione, quæ ſemper appetit bonũ: ſic ẽt fiat in ſenſualitate, quæ ſemper bonis oĩbus aduerſatur & appetit malum, ſicut Apoſtolus Gal. c. 5. teſtatur, d. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Vnde Cyprianus. Idcirco quotidianis, imò cõtinuis orationibus hoc precamur in cęlo & in terra, voluntatẽ Dei circa nos fieri: quia hæc eſt voluntas Dei, vt terrena cęleſtibus cedãt, & ſpiritualia & diuina præualeant. Tertio modo, Fiat volũtas tua, ſicut in cęlo & in terra: hoc eſt ſicut vo- B lũtas tua fit in iuſto, ſic ẽt fiat in peccatore. Nam ſm̃ Auguſt. Voluntas equidẽ Dei eſt peccatoris ſalus, iuxta illud Ezech. 18. Nunquid voluntatis meę eſt mors impij: & non magis, vt cõuertatur & viuat? Oramus igitur, vt ſancta voluntas eius in peccatoribus conſequatur effectũ per adiutorium ſuum. Secundò vult Deus in nobis multiplicationẽ gratiæ. Et ſm̃ hoc ẽt tripliciter exponat̃. Primo modo, Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra: hoc eſt ſicut volũtas tua fit in cœlo ſui ſpiritualis influxus & infuſio gratię, ſic fiat per examinationis effectum ſubſequente opere. Secundo modo, Fiat volun- C tas tua, ſicut in cęlo & in terra: hoc eſt, ſicut tua voluntas fit in deſiderijs, ſic fiat in volũtatibus, iuxta illud Pſal. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni *Tertio.* tẽpore. Tertio modo, Fiat volũtas tua, ſicut in cęlo & in terra: hoc eſt, ſicut fit tua voluntas in cęlo materiali, & omnia tenent ordinem & curſum ſuũ in pace: ſic & in terra in oĩbus ſeruetur pax & concordia, ita vt ab oĩbus cognoſcatur, quæ ſit volũtas tua, bona, beneplacens & perfecta, ſicut Apoſt. ait ad Ro. 12. Tertiò vult Deus in nobis gloriæ conſummationẽ. Et ſm̃ hoc etiã tripliciter declaratur. Primo modo, Fiat voluntas tua, D ſicut in cęlo & in terra: hoc eſt, ſm̃ Auguſtinum, ſicut in Angelis, ſic ẽt in hominibus. Et Iſaac in collationibus patrum: Non põt eſſe maior oratio, q̃ optare, vt terrena mereantur cęleſtibus adęquari. Nam quid eſt aliud dicere, Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra, q̃ vt fiant homines ſimiles Angelis? & ſicut volũtas Dei ab illis impletur in cęlo: ita etiam hi, qui ſunt in terra: non ſuã, ſed eius vniuerſi faciant voluntatem. Secũdo modo, Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo & in terra.i. ſicut fit in cœlo aſſumptæ naturæ Ieſu, ſic fiat in terra, infirmitatis noſtræ, qui eius.ſ. ſumus membra. Tertio modo, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra: hoc E eſt, ſicut in tuo cęlato & æterno conſilio eſt diſpoſitum, & ordinatum, & factum: ſic fiat in terra, id eſt, in omni creatura, quæ reſpectu tui, eſt terra per extrinſecum opus.

*Secunda expoſitio prædictarum trium petitionum. Cap. 4.*

QVartò autẽ ordinatur anima in Deũ per gloriã. Et ſm̃ hoc prædictæ tres petitiones aliter poſſunt exponi, ſm̃ anagogicum intellectum. In prima.n. petitione, poſcimus intellectũ illuminari, viſione ſummæ veritatis, in qua verè ac F clarè nomen Dei ſanctificatur, quia videbimus eum ſicuti eſt, vt dr̃. 1. Ioã. 3. In ſecũda petitione poſcimus memoriã quietari poſſeſſione ſummę maieſtatis, quod quidẽ nos efficit Reges, ſicut Apoc. c. 1. ſcriptum eſt de Chriſto: Qui eſt primogenitus mortuorum & Princeps Regũ terræ. Et hoc poſtulamus cũ dicimus, Adueniat regnum tuum. In tertia verò petitione petimus noſtram in Dei voluntatem totaliter transformari, fruitione ſummæ bonitatis: & tunc fit in nobis voluntas Dei, ſicut in cœlo animæ, ſic in terra corporis iã beati: quia ſicut dicitur Iob. 22. tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues.

*Petitio quarta de triplici pane, quo indigemus a Domino ſubueniri. Cap. 5.* G

QVatuor autem petitiones ſequentes habent ſpecialem reſpectum ad noſtrum defectum. Nam ad tria prædicta, ſm̃ ꝙ ordinant aĩam ad Deum per gratiam, ſiue per gloriam, duplicem habemus defectũ. *Duplex defectus ĩ nobis.* Primus eſt impotentia, quia ad ipſa ex nobis non poſſumus peruenire. Secũdus eſt malitia, quia illa conamur impugnare. Cõtra primũ, qui eſt impotẽtia, eſt quarta petitio, ideo auxilium poſtulamus dicentes, Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. H Triplici enim pane ad prędicta indigemus. *Triplici pane indiget homo.* Primò pane corporali, ſecundò pane ſpirituali, tertiò pane ſacramentali. Primò ſolùm pro corpore indigemus, ſecũdò ſolùm pro anima, tertiò verò quodammodo eſt neceſſarius pro vtroq;: quia ſpiritualiter, & ſacramentaliter, mãducatur. Primò inquã indigemus pane corporali, ideo poſtulamus dicentes, Panẽ noſtrũ, &c. In qua petitione quicquid eſt neceſſariũ humano corpori, poſtulatur. Sed quia qui tetigerit picẽ coinquinabitur ab ea, vt dr̃ Eccleſ. 13. Ideo ſub neceſſitatis pallio, ne rebus tẽporalibus implicemur atque terrenis inficiamur,

A mur, docet in deſiderio terrenorum.ſ.vitia euitare. *Sex sũt quę nos ſolicitant in hac vita. Primum.* Primũ eſt ſuperfluitas, quæ apoſtatare facit a Deo.i.ab omni bono. Vñ Deut. 33. Dan fluet largiter ex Baſan. Dan enim cauſa, & Baſan pinguedo interpretaẽ, quia ex ſuperfluis cauſa data multi periclitãtur. Propterea ſapiens, Prouerb. 30.c. orabat di. Tñ victui meo tribue neceſſaria, ne forte ſatiatus alliciar ad negandum. propterea petere docemur panẽ. *Secundũ.* Secũdum eſt rapacitas, quæ ex deſiderio ſuperfluorũ ſequi ſolet: iõ dicit, noſtrũ, non alienum: quod quidẽ eſt omne illicitè acquiſitum. *Tertium.* Tertium eſt anxietas. Licet.n. pleriq; abſtineant ab illicitis lu-B cris: rari tñ effugiunt ſuperfluã & indefeſſam ſolicitudinẽ terrenorũ lucrorũ. Vnde ne in lõgum nimis deſideria petitionis nrę velimus extendere, & contra prohibitionẽ Dñi, Matth. 6. de craſtino cogitare, ait quotidianũ, non ad multos annos, in horreis, & cellarijs, vbi ſeruatur: de quo multi pauperes alij poſſent viuere, cũ eis ſuperflua debeãtur. Quotidianus panis, nihilominus dici põt, quicquid pro loco, & tẽpore, diſcreta & debita ſolicitudo reſeruat. *Quartũ.* Quartũ eſt arrogantia: ſunt nãq; pleriq;.q diuitias quas poſſident ſuorum, vel ſuorũ labori & ſolicitudini ac induſtriæ gloriã tribuẽtes, obliui-C ſcuntur illas ſe ſuſcepiſſe a Deo, rapinã contra Dei gloriã arbitrãtes. Contra quos ſubdit Dauid.ſ.tu, cuius ſunt vniuerſa: quia vt Pſalm. teſtatur, Dñi eſt terra & plenitudo eius. Da inquit tanq̃ tuũ, tu qui das eſcã omni carni. *Quintũ.* Quintũ eſt tenacitas, quæ quidẽ ex p̃cedenti arrogantia ortũ habet. Cum.n. homo diuitias ſuas labori ſuo ac induſtriæ tribuit, oĩs diminutio ſubſtãtiæ ſuæ, quaſi exinanitio aĩæ ſuæ eſt: propterea ad retinẽdas diuitias, vngulas curuas habet, vt miluus ex cupiditate factus, ſemper corde, ore, & opere clamat, mio, mio, mio. Cõtra qđ Dñs docet orare ac dicere, nobis, non mihi: Vñ D 47. di. c. ſicut. Eſurientiũ panis eſt, quẽ tu detines: nudorũ veſtimentũ eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio & abſolutio eſt, pecunia quã tu in terra abſcondis. *Sextum.* Sextũ eſt longęuitas ſeu immortalitas. Sunt etenim quidã, qui ſicut nunq̃ mori vellent: ſic ſemper ſe victuros eſſe exiſtimãt, totoq; affectu terrenis immerſi, præſens ſæculũ vanum, & naufragijs plenũ, ſibi cõſtituũt Paradiſum. Contra qđ dicit Dñs, Hodie.q.d. petite, quę neceſſaria ſunt ad p̃ſens tẽpus, quia neſcitis quid vobis ſuperuentura pariat dies. Scđò indigemus pane ſpirituali. Et hũc petimus dicentes, Panẽ noſtrum, &c. Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed de oĩ verbo, E qđ procedit de ore Dei. Vñ Auguſt. inquit: ſicut nullũ eſt maius ſignũ prędeſtinationis æternę, q̃ Dei verba libẽter audire: ſic nullũ peius eſt ſignum, q̃ illa cõtemnere. Ideo Io. 8. ſcriptũ eſt: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Tertiò indigemus pane ſacramentali, qui quotidie cõficitur in altari. Petimus ergo, vt ſicut iſtũ accipimus in ſanctiſſimo Sacramento: ita nobis proficiat ad ſalutem, ſicut Ioan. 6.c. ſcriptum eſt, Qui manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

### *Petitio quinta de triplici ratione, quare homo parcendo offendentibus, conſequitur remiſſionem ſuarum offenſionũ. Cap. 6.* F

SEcundus defectus, ne gratiam & gloriam conſequamur eſt malitia. Et hæc quidem triplex eſt. *Triplex malitia ĩ homine.* Prima videlicet tenet rationem præteriti: & hæc eſt malitia culpæ, ſeu tranſgreſſionis. ſecunda tenet rationẽ præſentis: & hæc eſt malitia pugnæ, ſeu tentationis. tertia tenet rationẽ futuri: & hęc eſt malitia pœnę, ſeu tribulationis. *Prima.* Prima quidẽ malitia, quæ tenet rationẽ prę teriti, eſt malitia culpæ, ſeu tranſgreſſionis: propterea in quinta petitione oramus, Dimitte nobis debita nr̃a, ſicut & nos dimit- G timus debitoribus noſtris. In qua quidẽ petitione, hac nos Dñs certa conditione, & ſpõſione cõſtringit, vt ſic nobis dimitti debita poſtulemus, ſ̃m ꝙ & ipſi dimittimus debitoribus noſtris, ſcientes impetrare qđ petimus, ꝑ peccatis nõ poſſe, niſi & ipſi circa peccãtes in nos, paria faciamus. Sed fortè mirantur quidã, quare hoc plus attribuaẽ actui iſtius dilectionis, q̃ cæteris alijs actibus virtuoſis: cũ magis attribuendũ eſſe videatur actui or̃onis, vel cuicũq; actui charitatis, Deo immediatè vnitiuo? Ad qđ dicẽdum, ꝙ licèt charitas primũ ad oẽs actus ſibi neceſſarios hanc remiſſionẽ impetret, H ſeu hominẽ viuificet: Chriſtus tñ attribuit ei principiũ ad prędictũ miſericordię actũ. Et hoc ex triplici rõne. Primò ꝑꝑ eius excellentiã, ſecundò propter eius correſpondentiã, tertiò ꝑꝑ eius experientiã. Primò inquã ꝑꝑ eius excellentiã, vt oſtẽdaẽ ſingularitas virtutis eius, & ꝙ ſingulariter Deus actũ iſtũ dilectionis præcipuè exigit & acceptat. In cuius myſteriũ pariter & exẽplũ Chriſtus in Cruce pẽdens cunctis alijs præ poſuit illud verbum, Luc. 23. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Secundò attribuit ei hoc ꝑꝑ eius correſpõdentiam: habet



A habet enim quandam condignitatem, & proportionabilitatẽ correſpondentiæ mutuæ, & decentis: quia indulgere, & indulgentiam impetrare ſibi mutuo correſpondent, ſicut Matth. 5. in beatitudinibus meriti ad præmia varias correſpondentias Dominus aſsignauit. Vnde Auguſt. In manibus noſtris, & noſtro arbitrio, poſuit Deus, vnde ſaluemur, & damnemur. Dimitte, & dimittetur tibi: ſi non dimiſeris, nec Deus dimittet tibi. Ineffabilis eſt eius clementia, qui neminem vult perire: viamque breuem, ſalutem inueniendi oſtendit. Et Cyprianus. Excuſatio tibi nulla B eſt in die iudicij, cum ſecundum tuam ſententiam iudiceris, & quod feceris, hoc ipſe patieris. Tertio hoc illi attribuit propter eius experientiã, hoc eſt vt oſtendatur quòd in præſenti vita amoris actus, prout in Deum abſolute refertur, non vtique eſt perfectus, ac per conſequens nec Deo perfecte gratus, niſi ad dilectionem proximi, vſque ad inimicos, & vſque ad indulgentiam offenſarum, ſi patenter extendat: de quo vtique Pſal. ait: Omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Quia enim Deus inuiſibilis eſt, proxi-C mus autem viſibilis: quia ẽt quidam actus diuini amoris ſæpius habent nimis falſam ſimilitudinẽ puri, & ſinceri amoris, quàm habeat actus, quo quis ex corde iniurias parcit, & amplectitur inimicos: idcirco vult Deus, quòd veritas ſui amoris in homine viſibili comprobetur, qui tanquàm Dei imago nobis proponitur loco eius, & in quo ſenſibilius, & infallibilius probari poteſt, ſi homo vere diligit Deum, ſaltem in illis actibus, qui ſenſibiliter noſtræ naturæ repugnare videntur.

### *Petitio ſexta de triplici tentatione. Cap. 7.*

D *Secunda malitia.* SEcunda quidem malitia, ne.ſ. gratiam, & gloriam conſequamur, eſt malitia pugnæ, ſeu tentationis. Et hæc tenet rationem præſentis. Et pro hac ſexta petitio ſubinfertur, cum dicitur, Et ne nos inducas in tentationem. Non enim dicimus, nõ permittas nobis fieri tentationes: quod quidem eſſet obdormitio virtutum, atque euacuatio meritorum. Nec inſuper poſcimus, mitte nobis tentationes, quod eſſet præſumptio meritorum: ſed humiliter poſtulamus dicẽtes, Et ne nos inducas in tentationem: hoc eſt ſi permittis nos duci ad tentationẽ, vt excitemur: non tamẽ permit- E tas per cõſenſum induci, vt ſeparemur. *Triplex tentatio.* Triplex ſiquidẽ eſt tentatio, in quam petimus nos nõ induci. Prima datur a carne, ſecũda a diabolo, tertia verò a mundo. *Caro tentat nos dupliciter, uel retrahẽdo, vel inclinãdo. Primo.* Prima quidẽ datur a propria carne. Dupliciter enim tentat caro. Primo retrahendo a bono, ſecundo inclinando ad malum. Primo quidem retrahendo a bonò. Spiritus enim de ſua natura ſemper inclinatur ad bonũ: ſed caro infecta illi continue aduerſatur. Vnde Apoſtolus Roma. 7. Condelector legi Dei ſecundum interiorem hoĩem, &c. Et Sapien. 9. ſcribitur: Corpus, quod cor- F rumpitur, aggrauat aĩam. Quàm grauis ſit talis tentatio, oſtẽdit Greg. cũ inquit: Nulla peſtis efficacior ad nocendum, q̃ familiaris inimicus. *Secundo.* Secundo autẽ tentat caro, inclinando ad malũ, cũ ſemper inclinet, & quærat illecebras voluptatis. Et de hoc Iac. j.c. inquit: Vnuſquiſq; tentatur a cõcupiſcentia ſua. *Secunda tentatio.* Secũda vero tentatio daẽ a diabolo, ſicut j. canon. ſuę. 5.c. Petrus ait: Aduerſarius veſter diabolus, tanq̃ leo rugiens, circuit q̃rẽs quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Dupliciter enim nos tentat aduerſarius noſter. Primo alliciendo, ſecundo intricando. Primo quidem alliciendo, & maxi- G me ſub ſpecie boni, vt ſaltem curuetur mẽs a rectitudine virtutis. Vnde 2. Corinth. 11. Apoſtolus ait: Sathanas transfigurat ſe in angelum lucis. Secundo autem intricando. ſcilicet, ne mens, quæ cęcidit a peccatis reſurgat. Ideo Iob 40. ſcriptum eſt, Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Tertio quoque tentat mundus, & hoc etiam duplici modo. Primo per aduerſitatem, ſecundo per proſperitatem: atque in decuplo plus per proſperitatem, quàm per aduerſitatem, ſicut Pſalmus ait: Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. id eſt, a proſperis tuis.

### *Petitio ſeptima de triplici modo liberationis a malo. Cap. 8.* H

*Tertia malitia.* TErtia malitia tenet rationem futuri. Et hæc eſt malitia pœnæ, ſeu tribulationis. Et pro hac ſeptima petitio annotatur, cum dicitur, Sed libera nos a malo. Tripliciter autem a malo pęnæ petimus liberari. Primo.n. petimus liberari per ſupportationẽ, ſecundo ꝑ conſolationem, tertio per obliuionẽ. *Quare petimus liberari a malo primo.* Primo enim petimus liberari per ſupportationem a malo tribulationis, & pœnæ. Cum enim dicat Apoſto-

A Apoſtolus 8.c.ad Rom. Quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. hoc eſt, quòd iuſtis omnia aduerſa per ſupportationem, & patientiam conuertuntur in bonum: propterea non oramus, libera nos a tribulatione, & pœnis, ſed a malo: quia aduerſitates cõuertuntur iuſtis ad gloriam, & coronam. Cæterę nempe virtutes vtuntur hominis bonis, ſed patiẽtia vtitur eius malis. Hinc. 2.Corinth.4. Apoſtolus ait,

*Secundo.* Tribulationem patimur, & ſuſtinemus. Secundo per conſolationem. Vnde 2.Cor.1. Apoſtolus de Domino ait: Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Et ibidem B iterum inquit: Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Et Bern. Quantum abundat tribulatio noſtra pro Deo, tãtum abundat conſolatio noſtra per eum.

*Tertio.* Tertio per obliuionem, quæ maxime ex ſpiritualibus conſolationibus ſequi ſolet. Hinc Prouerb.31.c. Salomon ait: Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo: bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. Spiritualis nempe lætitia denotata in vino: ſic humanam mentem abſorbet, vt omnem egeſtatem, atque dolorem, quem in C mundanis varietatibus, & neceſsitatibus patitur, pro nihilo reputet, & illius faciat obliuiſci. Atque verificatur, quod Ioſeph Gen.22. de ſe teſtatus eſt di. Obliuiſci fecit me Deus laborum meorum. In fine vero orationis Dominicæ cõcluſio ſubinfertur. ſ. Amen, in qua eſt optatio adimpletionis omnium prædictorum. Et, ſecundum Hieron. eſt ſignaculum Dominicæ orationis. q. concludendo dicamus, Amen, id eſt, fideliter, ac vere fiant nobis gratiæ poſtulatæ, vt per eas conſcendere mereamur ad gloriam ſempiternam, in qua Dominus Ieſus Chriſtus cum Patre, & Sancto ſpiritu viuit, & D regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

---

# FERIA SEXTA poſt Cineres.

## *De Eleemoſyna.*

## Sermo Septimus.

*TE autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Matth. 6.*

Poſitis in præcedentib. duobus operibus ſatisfactorijs. ſ. ieiunio, & oratione: nunc vero merito ſubdi debet de tertio, quod eſt eleemoſyna: q̃ quidem pro auaritia ſatisfacit: & per hanc ordinantur temporalia bona ad corpus humanum ex dilectionis amore. De ipſa igitur Dominus ait, Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Secundum enim Chryſoſt. per ſuperabũdantiam, vel hyperbolicè locutus eſt Dominus. q. d. Si poſsibile eſſet te, & tuas manus latere opus tuum, conari deberes ad occultandum tibi, & tuæ manui. ergo ex hoc optime exaggeratur quãta diligentia, & cautela ſit opus bonũ omni humanæ gloriæ abſcondendum. Nihilominus parabolicè deſignauit eſſe in homine duplicis intentionis aſpectum: vnus eſt ſiniſter, aſpiciens ad iſta exteriora: ſecundus eſt dexter, aſpiciens ad æterna. Hi autem vtrique manui comparantur: quia ſicut operamur per manum, atque largimur dona: ſic per intentionem facimus, regimus, & largimur opera noſtra. Innuere ergo intendit, quòd eleemoſynę opus, & quæcunque alia opera virtuoſa, recta intentione incępta, nullatenus retorquenda ſunt ad intentionem ſiniſtram: immo totaliter abſcondenda ab illa. Et ibi oſtenditur tertia Religioſitas, ſ. largiendi eleemoſynam ſine intentione corrupta. G Circa quam tria conſideremus. Primo eleemoſynæ deſcriptionem, ſecundo eleemoſynæ conditionem, tertio eleemoſynæ gratificationem, ſeu meritationem.

*De eleemoſyna copioſè agit D.Th. 2.2.q.32 artic.1. D.Bon.li.4 diſ.15. Alex.p.4 qõ. 105. memb.1. Gab.li.4. diſ.16.de eleemoſyna ſpũali. Pal.lib.4. diſ.15.q. 3.ar.4.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*In quo per deſcriptionem, quid ſit eleemoſyna, declaratur.*

PRimo enim conſideremus eleemoſynæ deſcriptionem, vel diffinitionem, id eſt, quid eſt eleemoſyna. Solet a quibuſdam ſic H deſcribi. Eleemoſyna eſt opus, in quo datur aliquid indigenti, ex compaſsione propter Deum. Dicitur enim eleemoſyna ab ἔλεος, quod eſt verbum Græcum: & eſt idẽ, quod miſereor: cuius imperatiuus eſt eleyſon, id eſt, miſerere: a quo eleos. id eſt, miſericordia, & inde eleemoſyna, id eſt, miſericordia. Vel dicitur eleemoſyna, ab ely, quod eſt Deus, & moys, q; eſt aqua, quaſi aqua Dei. miſericordia autem miſeris neceſſaria eſt. Sicut enim ex naturæ inſtitutione, quilibet miſeriam a ſe expellit, inquantum poteſt: ita qui miſericors eſt, a proximo

*Alex.p.4 q. penult.*



A mo ſuo miſeriam amouet, illi ſubueniendo, & bona ſua communicando. propterea in deſcriptione dicitur, quòd eſt opus, in quo aliquid datur indigenti ex compaſſione: nec tamen talis communicatio meritoria eſt, niſi propter diuinum amorem fiat. Vel clarius dici poteſt, quòd in prædicta deſcriptione tanguntur quatuor, quæ ad perfectionem eleemoſynæ requiruntur.

*Quatuor faciũt ad perfectionem eleemoſynæ.* Primo tangitur miſeria, quæ motiuum miſericordiæ eſt. ideo ibi dicitur, indigenti. Secundo miſericordia, quæ naſcitur in nobis ex miſeria aliena: ideo additur, ex compaſſione. Tertio effectus in releuando alie- B nam miſeriam: propterea ſubditur, opus in quo aliquid datur. Quarto eſt intentio recta in Deum, & hæc dat eleemoſynæ rationem merẽdi. Talis tamen diffinitio pertinet ad eleemoſynam, prout ſignificat ipſam dationẽ, nõ ꝓut ſignificat ipsã rẽ datã.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*De ſeptem conditionibus ſecundum quas eleemoſyna debet dari.*

SEcundo autem circa eleemoſynæ conditionem conſiderandum eſt dando C exemplum Zachæi, qui Luc. 19. c. ait ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus. In quibus ſanctiſſimis verbis ponuntur ſeptẽ cõditiones, quas habere debet eleemoſyna, vt grata ſit Deo. Prima conditio eſt gratioſitas ibi, Ecce. ſecunda largitas ibi, Dimidium. tertia bonitas ibi, Bonorum. quarta proprietas ibi, Meorum. quinta ſinceritas ibi, Domine. ſexta liberalitas ibi, Do. ſeptima pietas ibi, Pauperibus.

*Septẽ conditiones ad veram eleemoſynam.*

*Quòd quatuor reddunt eleemoſynam gratioſam, & quòd in vita eſt danda.*

D *Cap. 1.*

*Prima cõditio.* PRima conditio eſt gratioſitas: ꝓpterea dicit, Ecce. In quo quidem verbo ex quatuor literis compoſito innuitur, quòd ad hoc quòd eleemoſyna ſit gratioſa, quatuor communitates habere debet. Primo iucundum affectum, ſecundo hilarem vultum, tertio ſuaue verbum, quarto promptum effectum, ſeu modum.

*Eleemoſyna gratioſa q̃d & q̃uõ.* Primo etenim fieri debet eleemoſyna cum iucundo affectu, ſicut 2.Corinth.9. ſcriptum eſt: Non ex triſtitia, aut ex neceſsitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Iterum quoq; habetur in canone ſacro, 15. diſt. duæ. Eleemoſyna, quæ corporaliter datur, ſi ſine benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit. Secundo fieri debet cum hilari vultu. Vnde Eccleſiaſtici 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Et c.4. Cõgregationi pauperum affabilem te facito. Tertio cum ſuaui verbo. Eccleſiaſtici 18. Nonne ardorem refrigerat ros: ſic & verbum melius, quàm datum? Quarto cum prompto affectu, ſeu modo. Ad hoc Eccleſiaſtici 4. Non protrahas datum anguſtianti. Et Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, vade, & cras dabo tibi, F cum ſtatim dare poſsis. Et Iob 31. Si negaui pauperi, quod volebat, & oculos viduæ expectare feci. ſ. ſicut faciunt quidam inſenſibiles, & inſenſati, qui pauperibus pro eleemoſyna ad oſtium eorum accelerantibus diu nihil reſpondent: demum dicunt, vadas cum Deo: Vnde Sen. Nihil carius emitur, quàm quod cum multis precibus comparatur. Iſta ergo quatuor faciunt eleemoſynam gratioſam. Et hæc exprimuntur in hoc termino, Ecce. Sic etiam accipit Eſa. 12. Ecce Deus Saluator meus. quia Deus in mundum deſcendens, & in eleemoſynam ſe nobis pauperibus donãs, G hæc prædicta quatuor obſeruauit.

*Exemplũ notatu dignum.* Hæc quoque quatuor obſeruauit etiam quædam deuota mulier, quæ cum eſſet in eccleſia, & miſſa cantaretur ibidem, acceſsit ad eam pauper quidam nudus, frigore & algore grauiter cruciatus: pieq; ſibi eleemoſynam poſtulauit, quem cum pia mulier aſpexiſſet: miſericordia mota cogitauit, quòd ſi iret domum perderet miſſam: ſi autem miſſam expectaret, pauper algore cruciaretur: & iucundo affectu, & hilari vultu, illi dulciter ait: Dulciſsime mi frater, expecta modicum, atque victa, arcta neceſsitate pauperis frigeſcentis, cito ad angulum eccleſiæ perrexit, clamque ſupellectilem exuit, H pauperique in eleemoſynam hilariter dedit: miſſam quoque in eodem paſſu, quo illam cantari dimiſerat, reinuenit. Vel iſta gratioſitas denotata in Ecce, innuit, quòd in vita eleemoſyna maxime fieri debet, vt lumen eleemoſinæ moriẽtis pedes præcedat, non ſequatur.

*Exemplũ.* Non ſicut faciunt infantuli, quidam, qui cum de pane, vel caſeo, ſeu pomo, comedunt quod volunt, demum faſtiditi, alteri donant. Vel tales ſimiles ſunt terreo vaſculo, in quo auari pueri recondunt denarios, quos hincinde coadunare poſſunt: de quo vaſe niſi frangatur,

A gatur, nequaquam extrahi valent: contra quos Pſalmus ait: Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum mul. fu. glo. do. eius, quoniam cum interierit, non ſu. omnia, neque de. cum eo gloria eius. Et alibi, dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri, Di. in manibus ſuis.

*Quanta largitate debeat eleemoſyna diſpenſari. Cap. 2.*

*Secunda conditio.*

SEcunda conditio debet eſſe largitas, ſ. in dando eleemoſynas: ideo ſubditur, dimidium. Vnde Tob. 4. Si multum B tibi fuerit, abundanter tribue. Nam nunq̃ ex hoc aliquem ad paupertatem, niſi forte ad voluntariam vidimus, vel legimus deueniſſe. quod ipſe Apoſtolus 2. Corinth. 9. teſtatur dicens: Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Luc. quoq; 6. Dominus ait, Omni petenti te tribue. Sicut ad literam ſeruauit quidam deuotus Dei: qui cum omnia dediſſet amore Chriſti, & propter obſeruantiam huius perfecti conſilij, cum adhuc alij eleemoſynam poſtularent, nihilque ei remanſiſſet, proiecit ſe in manus poſcentium di. Cum iam nihil ad C dandum remanſerit: ſuſcipite memetipſum: exemplo Chriſti, qui cum omnia nobis donauerit, finaliter in cruce expanſis brachijs nobis obtulit ſemetipſum. Vnde Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Sed mirabile quidem eſt, quòd amplius communiter recipiunt in eleemoſynis mendicãtes a pauperibus, quàm a diuitibus: vt manifeſte clareſcat, quòd ipſæ diuitiæ inſatiabilitatem, & ariditatem in auarorum mentibus augmentant. Malum vtique ſignum arboris eſt, cum non fructificat iuxta aquam, ſicut aliæ in terra arida.

*Exemplũ* — *Simile.*

D *Quòd etſi pauperibus eleemoſyna non ſit tribuenda de optimis, tamen dari debet de bonis, non de noxijs, atq; corruptis. Cap. 3.*

*Tertia cõditio.*

TErtia conditio eſt bonitas, quia pauperibus debent dari, non dico optima, ſed bona: non corrupta, neque nociua. Et de hoc ſubdit, bonorum. Vnde Prouerb. c. 3. ſcriptum eſt, De primitijs frugum tuarum da pauperibus. Bonorum etiam inquit: quia temporalia a Deo creata bona, bonis cooperantur in bonum, ſi de illis indigentibus ſubminiſtrant. Aliter. n. E eiſdem ſunt ad ruinam, ſicut columna nimio pondere preſſa ruit: ſed idem pondus diuerſis columnis circunſtantibus, ſi commode diſpenſetur, ſtabit: ſicut Apoſtolus Gal. 6. c. ait, Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Vt intelligatur, quòd diuitum onera, quæ ſunt diuitiæ, & peccata: pauperes quodammodo ferre debent, atque diuites pauperum obligantur infirmitates, & neceſsitates ſuſtentare. Sæpe etiam humores ſuperflui ſunt ad hominis necem, ſic & ſubſtantia ſuperflua ſæpius eſt cauſa perditionis æternæ.

*Simile.*

F

*Quòd de proprio eleemoſyna danda eſt, quamq; impium ſit diſtribuere aliena, ſi certa ſunt. Cap. 4.*

*Quarta conditio.*

QVarta conditio eſt proprietas. id eſt debet homo dare nõ de alieno, ſed de ſuo: ideo ſubdit, meorum. Quod & ſe feciſſe teſtatur Iob 31. c. dicens, De velleribus ouium mearum calefactus eſt. ſcilicet, pauper. Et Prouerb. 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. ſcilicet, non de aliena. Et Eccleſiaſtici 34. Immolantis ex iniquo, maculata eſt oblatio G eius. Et ſequitur: Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi victimat filiũ in conſpectu patris ſui. quod exponitur 1. q. 1. cap. non eſt putanda. Vnde dicitur, quantus etiam ſit dolor patris, perpendamus ſi in eius conſpectu filius victimetur. Ex hoc facile cognoſcitur, quantum apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium de rapina tribuitur. Et iterum 14. q. 5. c. 1. Nolite velle eleemoſynas facere de fœnore, & vſuris. hoc eſt de certis: quia de incertis poteſt eleemoſyna fieri. 14. q. 5. c. qui habetis. & cap. ſeq. Et Iſido. de rapinis, ac bonis alienis eleemoſynam facere non eſt miſerationis officium, ſed criminis potius incrementum: eius quidem criminoſi, & criminis cauſa eſt: quia talis ſibijpſi occaſionem præſtat, vt de peccato per reſtitutionem exire non valeat. Vnde talis eleemoſyna dicitur aquilina, ſeu etiam leonina. contra hoc 14. q. 5. per totum. extra, de iureiuran. ætate. de deci. c. tua nobis. in fine. poteſt tamen tantus exceſſus charitatis eſſe in dante, quòd apud Deũ excuſatur, ſi dat: non dico de rapina, aut furto, aut vſura: ſed de ſubſtantia, quam ad ipſum non pertinet diſpenſare. Sicut accidit cuidam conuerſo Ciſtercienſi, qui ſuas tunicas pauperibus dabat

*De vſuris dico q̃ nõ eſt facien da eleemoſyna. de hoc vi de Conciliũ Vienenſe. & Philonem Hebræum de merc de meretricis reponenda in ſacrario, an liceat*

*Exemplũ*



A dabat contra volũtatem prælati ſui: de quo cum conſuleretur ſummus Pontifex Alexander, dum ad partes Galliæ tranſmearet reſpondit: tu Conuerſe, quotienſcunq; tibi charitas ſuadet, da: & tu Abbas, quotiens eum inueneris inobediẽtem, da. id eſt, verbera. In talibus tamen multum cauendum eſt, cum quandoque diabolus ſe transfiguret in angelum lucis, vt ſub prætextu boni, quandoque fiant mala.

B *Quòd recta intentione eleemoſyna danda eſt, & de triplici genere hominum, qui mala intentione diſpenſant eleemoſynas ſuas, & de remuneratione eorũ. Cap. 5.*

*Quinta conditio.*

QVinta conditio eſt ſinceritas. id eſt, intentio recta pro Deo. propterea addit, Domine. q. d. pro amore tuo. In eleemoſyna enim plus pẽſat Deus animum pium, quàm datum, ſicut patet 42. diſt. c. quieſcamus. Et Leuit. 2. Omne, quod obtuleris Domino, abſque fermento erit. Vnde Matth. 6. Cum facis eleemoſynã, noli tuba canere ante te: ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis, & vicis, vt honorentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuã. In quib. ver- C bis tres veritates circa eleemoſynam a Domino declarantur. In prima namque dirigit intentionem, in ſecunda oſtendit hypocritarum cõditionem, in tertia addit eorum remuneratione. In prima quidem veritate noſtrã dirigit intẽtione, cũ dicit, Cum facis eleemoſynã, noli tuba canere ante te. Sunt nempe plerique, qui canunt eleemoſynas ſuas, tubas præmittendo ante ſe, quidam vero ſecum, alij vero poſt ſe. Primi nanque facientes eleemoſynas, canunt ante ſe, & hi ſunt, qui cum faſtu, & gloria diſtribuunt illas. Secundum enim Chryſoſt. Tuba denotat omnem actum, ſeu ſermonem, per D quem bonum opus iactanter magnificatur, & prædicatur. Secundi autem, qui ſecum deferunt tubas, ſunt qui cum faſtu pomposo, & vano, quibuſdam diebus congregant pro eleemoſynis diſtribuendis multitudinem pauperum ante oſtium ſuum. Tertij, qui poſt ſe deferunt tubas, ſunt, qui capellas, & paramenta, calices, hoſpitalia, & cõſimilia in vita, aut poſt mortẽ ſtatuũt fieri, cũ inſignijs, & armis ſuis, aut cum ſcriptura, vel ſculptura in pariete ſculpta, ſeu depicta. Sed qui executor eſt talis intentionis, vt ad plenum impleat illam, faciat depingi tubicinantium circulum circa arma, ſiue circa literas: vt qui tũbarum præmium ex- E quiſiuit, ipſarum abũdantiorem copiã ſortiatur. Sed qui rectius agere conaretur, cũ talia fiant de impie acquiſitis, & maxime de certis, ſicut fieri aliquando ſolet, ſuſpendat in talibus ſua propria inſignia, ſeu arma, quæ ſunt proprie furium, & latronum patibulũ, vti iuſtitia poſcit, & ipſe meretur. Mira nempe inſania mundanæ iniquitatis, & vanitatis: vt non ſolum velint peccare, dum viuunt: ſed etiam quodammodo peccare conantur, poſtquàm de hoc ſeculo deceſſerunt. Nec tamen vituperare per hoc intendimus eleemoſynas manifeſtas, cum F Chryſoſt. dicat, quòd ſicut lampas accenſa non poteſt celari, ſic nec opus iuſtitiæ, poteſt abſcondi. Non ergo eſt Deo ingrata eleemoſyna, quæ videtur: ſed quæ propterea fit, vt videatur: cuius manifeſtiſſimum ſignum eſt talia inſignia, ſcripturæ prædictæ, & arma ſaltem præbẽt exemplum malum, & habent ſpeciem mali. In ſecunda equidem veritate, oſtendit Dominus hypocritarum conditionem. ſcilicet, in eleemoſynis dandis. Et de hoc ſubdit, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Dupliciter nempe doloſa calliditate, & ſimulatione hypocritę in eleemoſynis gloriam ſuã pro- G curant. Primo in ſynagogis, ſcilicet vt videantur a ſapientibus, & notabilibus viris, qui eis poſſint præbere credibile, & validum teſtimonium bonæ famæ. Secundo in vicis. ſ. vt videant̃ a turbis, & ſic apud omnes eorum bonitas publicetur. Et hoc non ad gloriam Dei, nec propter bonum exemplum, ſed vt honorificentur ab hominibus. In tertia ſiquidem veritate ſubdit eorũ remunerationem, di. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam, id eſt, fumoſam culpam ſibi debitam: ſuam inquit, non Dei. quaſi dicere velit: Sufficit eis, quòd habeant H illam gloriam, quam finaliter omnes ſuo opere quæſierunt, & ſeipſos indignos Dei gloria iudicauerunt. Ex his igitur patet, quanta ſinceritare, & rectitudine in eleemoſynis ad Deum eſt intentio dirigenda. Sunt tamen plerique, qui ex quadam importunitate coacti, eleemoſynas pauperibus porrigunt. De quibus Auguſtinus ſuper Pſal. ait: Qui dat vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viſcera indigentis, & rem, & meritum perdit. nullum etenim munus Deo plene eſt gratum, niſi ex amore procedat. Non poteſt panis ad cibũ placere, niſi fuerit igne decoctus. Vnde 1. Corin-

*Tres veritates de eleemoſyna a Chriſto declarantur.*

*Pulchra perſuaſio, vt tollat̃ humanus faſtus.*

*Intentio operi nomen imponit.*

A 1.Corinth. 13. Apoſtolus ait: Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Penſent ergo auari eleemoſynas pauperibus impie denegantes, quomodo darent in neceſſitatis articulo proximo, vel Domino propriam animam, ſiue vitã, quando pro Deo nolunt ſincere impendere modicam eleemoſynam.

*Quòd eleemoſyna danda eſt libere, non vendenda. Cap. 6.*

*Sexta conditio.*

SExta conditio eſt liberalitas, quia libere pauperibus impendere eleemoſynas debet: ideo ſubditur, do, non dicit B vendo, ſicut quidam quandoq; faciunt, & maxime mulieres quædam, quæ quibuſdã pauperibus fœminis eleemoſynas ideo porrigunt, vt demum in quibuſdam ſeruitijs remunerentur, & iam in præſenti receperunt mercedem ſuam. Sed audiat quælibet talis, quod ei Eccleſiaſtici 20. cap. ait: Super humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non trahas illum. ſ. ad ſeruitiũ tuum. propterea Luc. 14. ait Dominus: Cũ facis conuiuium, voca pauperes, & debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris: quoniam non habent tibi retribuere: retribue- C tur enim tibi in retributione iuſtorum. Et iterum Sen. lib. de clementia ait, Nihil eſt venali miſericordia turpius.

*Quòd pauperis indigentia, atque pietas mouere debet ad eleemoſynas largiendum: & de duobus erroribus eleemoſynas diſpenſantium. Cap. 7.*

*Septima conditio.*

SEptima conditio eſt pietas. id eſt, propter pietatem ex pauperis neceſſitate mouentem: ideo ſubditur, pauperibus: Vnde Bern. In vaſe vacuo liquorem eleemoſynæ fundite, non in pleno. 4.Re- D gum 4. Vaſa vacua præcepit Helyſeus impleri, non plena. Et Gregorius in Moral. Iniuriam facit ortis, ſtillam proijciens in mari. Et Eſa. 58. ſcriptum eſt: Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: tunc orietur in tenebris lux tua. Et iterum eodem cap. Frange eſurienti panem tuum: & egenos vagosq; induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum: & carnem tuam ne deſpexeris. Non enim eſt danda eleemoſyna, niſi indigenti: exemplo naturæ, quæ corporalibus membris ſecundum eorum ne-

*Exemplũ a natura deſumptũ*

E ceſſitatem diſtribuit cibum: terræ quoque ſitienti aqua vtilis eſt, non ſitienti damnoſa. In hoc tamen multi dupliciter errant. Nam quidam ſunt in eleemoſynis dandis inconſiderati, quidam autem curioſi. Primo enim ſunt quidam in dandis eleemoſynis inconſiderati: quod plerunque ex vitio ſimplicitatis habet originem. Non omni quæſtori, & trutanno, ac ribaldo eleemoſyna danda eſt. Vnde Eccleſiaſtici 12. Da iuſto, & ne dederis peccatori. ſ. ad fomentum peccati. Sunt enim quidam, qui quæſtorum exercent officium: & in tabernis, atque alijs inhoneſtis locis conuerſantes turpitudinis oſtendunt exemplum: con- F tra quos extra, de pœnit. & remiſ. c. cum ex eo. immo ſicut 5. q. 5. c. nõ omnis, ſcriptum eſt: Melius eſt cũ ſeueritate diligere, quàm cum benignitate decipere: vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiã negligebat, quàm eſurienti panis frangitur: vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat: & qui freneticum ligãt, & qui letargicum excitat: ambobus moleſtus, ambos amat. Sũt quidam ſimiles cuidam ioculatori: qui licet a ſuo confeſſore de talibus moneretur, tamen ad mortem veniens voluit dimittere Domino ciuitatis, & Epiſcopo diuiti, atque ſtipendiarijs dicens: Vos Religioſi, & Sa- G cerdotes dicitis, quòd debemus Dominũ imitari: ſic ergo volo facere ſicut Deus, qui ſua diuitibus, & potentibus donat: Mercator etenim prudens pecunia ſua in certo tempore egens: non commodat illam homini, qui ad nundinas non eſt venturus: nec aduocato damus ſalarium, quem contra nos expectamus eſſe contrarium. Sic nec paſſim omnibus impijs eſt eleemoſyna largienda, niſi in extrema neceſsitate. 86. diſ. paſce. Secundo ſunt quidam in dandis eleemoſynis curioſi, quod communiter ex auaritia procedere ſolet: nec volũt elee- H moſynam dare ſub prætextu bene locandi eam, niſi videant pauperem iam ſeminecem. q. velint ei duplex beneficium diſpenſare, & vitæ reſurrectionẽ, & eleemoſynæ ſubuentionem. Tanta enim diligentia volunt quidam ſuas eleemoſynas diſpenſare tantummodo iuſtis, vt ante voluerint in pauperem mirabilia videre, quàm eleemoſynam dare. contra quos di. 42. c. quieſcamus, Ioã. Chryſoſt. ait: Quieſcamus ab hac abſurda curioſitate, & diabolica, & peremptoria. Et ſequitur: Si pro nutrimento poſtulat: non in his examines quõ Abraam ſe hoſpitalem circa omnes oſtendebat. Si ſcrutator

*Exemplũ ſimile.*

*Humana curioſitas in eroganda eleemoſyna.*



A ſcrutator eſſet circa refugientes ad ſe: nunquàm Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſsis enim non putaſſet eos Angelos, ſed cum reliquis repelleret: ſed quoniam omnes recipiebat, recepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos ſuſcipis mercedem tibi tributurus eſt Deus: ſed ex voluntate, & honorificentia multa ex miſericordia, ex bonitate. Vnde gloſſa in prædicto cap. quieſcamus, ait, Quòd quandocunque quis eleemoſynam petit pro nutrimento, tũc ſemper, & indiſtincte eſt eleemoſyna danda. 1. q. 2. c. quàm pio. & 11. q. 3. quoniam. Si autem non poſſumus omni- B bus ſufficere, tunc dandum eſt potius bono, quàm malo: & conſanguineo, quàm extraneo, & ſic de ſingulis, ſicut alibi patet. Et ſecundum hoc intelligendum eſt, quod Dominus ait: Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum, cui des. Et Can. 2. Ordinauit in me charitatem. Et id, quod ſcribitur 86. diſt. non ſatis.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De duobus ex quibus eleemoſyna ſuſcipit gratiæ, & meriti incrementum.*

*Ex quib. eleemoſyna ſuſcipit gratia incrementum.*

C TErtio principaliter cõſideremus gratificationem, ſeu meritationẽ. Eleemoſyna enim ex duob. ſuſcipit meriti, & gratiæ incrementum. Primo videlicet ex affectu interiori, ſecundo ex dato exteriori. Primo quidem ex affectu interiori. ſcilicet, dantis: & ſic reſpectu præmij eſſentialis efficacia eleemoſynę magis penſatur ex affectu feruenti dantis, quàm ex dato: ſed reſpectu præmij accidentalis, vt remiſsionis pœnæ, vel alicuius huiuſmodi, magis penſatur eleemoſynę efficacia ex magnitudine dati: niſi ex parte altera intẽtio volũtatis magnitudini exterioris da- D ti præponderet. Poteſt enim tam intenſa voluntas, & affectio feruens eſſe in dando, quòd non tantum omnem abſorbet reatũ, verum etiam totam pœnam, ſicut de contritione Doctores tenent. Secundo eleemoſyna ſuſcipit meriti incremẽtum ex dato exteriori. id eſt, ex parte ipſam eleemoſynam recipientis: inquãtum obligatur ad orandum pro illo, qui eleemoſynam dedit: & maior efficacia in maiori dato exiſtit, inquantum per hoc plures, & magis debiliores efficiuntur. Sed detur, quòd duo ſint æquales in charitate, & eleemoſynas faciãt æquales: ſed alter cum grauamine, alter

*Caſus.*

E vero cum hilaritate: quis horum magis meretur, quantum ad dimiſſionẽ pœnæ? Dicendum, quò d ſi grauamen illud procedit ex radice auaritiæ, vel ex reliquijs eius: nõ eſt ex hoc magis ſatisfactoria, ſed minus: quia procedit ex peccati radice, ex qua non debet commodum reportare. Si proueniat ex radice complexionis propriæ, magis eſt ſatisfactoria, & meritoria, quantum ad dimiſsionem pœnæ, cum ſit magis pœnalis. Si autem obijcitur illud. 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Dicẽdum, quòd hoc intelligitur de dilectione, qua Deus eũ remunerat in præſenti, dans aliquod gau- F dium ſpirituale, quòd non habet, qui dat cum grauamine. Vel dici poteſt, quòd hilaris ſumitur ibi pro voluntario, & ſpontaneo: ſicut etiam innuit Apoſtolus: Non enim inculpatur colericus, ſi non poteſt leuiter ieiunare: ſic nec melancolicus, ſi non poteſt leuiter, & hilariter dare. hæc Guiliel. de Militona. Ex prædictis igitur patet, & quid ſit eleemoſyna, & quomodo danda ſit, atque ex quibus maius ſuſcipiat meriti incrementum: vt quilibet animetur ad eleemoſynas largiendas, per quas & in præſenti conſequatur gratiam, & in futuro gloriam: ad quam nos perducat magnus G eleemoſynarius Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

---

# SABBATO POST CINERES.

*Quare aduerſa dantur iuſtis, multis rationibus demonſtratur.*

## Sermo Octauus.

E*Rat nauis in medio mari. Mat.* 6. Iam in præcedentibus ſermonibus tribus operibus ſa- H tisfactorijs. ſcilicet, ieiunio, oratione, & eleemoſyna declaratis, ad tentationem, & probationem, ſcilicet vtrum talia in vera charitate fiant, appropinquandum eſt. Ipſa nempe mundi aduerſa clarius manifeſtant, ſi iuſtorum opera in veritate fiant, iuxta illud Iac. j. Patientia opus perfectum habet: quod & in Apoſtolis ipſe Dominus etiam monſtrauit experientia, ſicut ad literam propoſitum verbum oſtendit, cum dicit, Erat nauis in medio mari. Moraliter tamen per mare amarum, & fluctuationibus plenum, ſtatus aduerſitatis, & amaritudinis demonſtratur.

*Moraliter quid ꝑ mare itelligitur.*

A ſtratur. In hoc fluctuat: ſed non perit nauis humanæ mentis, dum iuſtus tribulationibus agitatur. In hac autem naui ſunt diſcipuli, id eſt, diſciplinati affectus: qui iam per veram pœnitentiam in tribus præcedentibus operibus mundana veraciter deſpexerunt: quòd ipſa patiens aduerſorum tolerantia manifeſtat. Et in hoc oſtenditur quarta Religioſitas, quæ dicitur religioſitas patiendi, ſine qua nemo adultus ſaluari poteſt. Vnde Apoſtolus 10. c. ad Heb. inquit, Patientia vobis neceſſaria eſt. quia vti Pſal. teſtatur, Mirabiles elationes maris: ſed ſperandum in Domino. Mirabilis in altis do-
B minus: teſtimonia eius credibilia facta ſunt nimis. Sed forte mirantur quidam, quare Deus nauem, hoc eſt iuſtos, in mari præſentis ſeculi permittit tot fluctibus, tot calamitatibus, ac tot tribulationibus agitari? Ad quod dicendum, quòd talia aduerſa eis dantur. Primo pro remedio medicinali, ſecundo pro ſuccurſu ſpirituali, tertio pro dono diuinali.

## Articvlvs Primvs.

### *Quòd iuſtis aduerſa dantur pro triplici medicina, vt ſequitur.*

C
PRimo quidem dantur pro remedio medicinali, vnde formantur tres triplicatæ rationes. Nã dantur primo pro medicina purgatiua, ſecũdo pro medicina præſeruatiua, tertio pro medicina conſolidatiua.

### *Quòd per aduerſa in hominibus iuſtis purgantur tria. Cap. 1.*

PRimo inquam dantur pro medicina purgatiua. Vnde in triplici ratione aduerſa dantur, ſecũdum
D quòd tria in nobis indigent purgatione. ſcilicet, vt purgentur. Primo offenſiones, ſecundo affectiones, tertio conſuetudines. Primo dantur ad purgandum offenſiones: quis inquam tam innocẽs eſt, vt abſque crimine viuat, di. Ioan. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Inſuper, & ſi forte mortalibus culpis quidam in præſenti non ſint aſtricti, fuerunt tamen in eis in præterito irretiti: propterea merito indigent emendari, atq; purgari. ideo Hieron. ait: Rubigo peccati, ſine igne tormenti, conſumi nõ poteſt. Et Greg. inquit. Quod lima ferro, fornax auro, flagella grano: hoc facit tribulatio iuſto. Si-
E cut nouacula pili ſuperflui de corpore amouentur, & acutis pectinibus purgatur lanę, & capita a fecibus ſuis, & panni acrimonia ſaponis, & lixiuio, aut fullonũ herbis mundari ſolent: ſic iuſtorum mentes a tribulationibus toleratis. vnde Malach. 3. de Domino ait. Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui: qui interpretatur aſſumptus. ſ. ad iuſtitiæ ſtatum. id eſt, viros virtuoſos, & iuſtos. Secundo dantur ad purgandum affectiones: quibus ſæpius mens mundanis, & tranſitorijs inhæret. ſ. in temporali gaudio, dolore, ſpe, timore, odio, & deſiderio. Vnde ſecundum ſententiam Salomonis, Prouerb. 22. Ecce deriſorem, & exibit cum eo iurgium, ceſſabuntque cauſæ, & contumeliæ. Item ſicut farculo ſpinæ, & nociuæ herbæ euelluntur de ſatis: ſic radicales affectiones animã corrumpentes de mentibus iuſtorum tribulationibus extirpantur. vnde Pſal. Argẽtum. ſ. igne tribulationis examinatum: terrę, hoc eſt in terrea affectione: purgatum ſeptuplũ propter prædictas ſeptem affectiones: ne ſcilicet iuſti fiant ſicut coruus, qui non rediJt ad Noe in arcam, Gen. 8. vnde Gregor.
G Qui in præſenti quæſitam fœlicitatem inuenit: auctorem qui eam tribuit, nõ requirit. Et Prouer. 20. Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ in interioribus ventris. Tertio dantur ad purgandum malas conſuetudines, & malos habitus, ſæpe inueteratos in nobis. vnde Apoc. 7. de talibus ſcriptum eſt. Hi ſunt, qui venerunt de magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni: qui meritorias facit in eis habitas paſſiones: ablatis habitibus, & conſuetudinibus malis.

*Triplici rõne dantur nobis aduerſa.*

*Simili.*

*Dantur flagella ad purgãdas affectiones.*

*Simili.*

### *Aduerſa propter tria præſeruant iuſtos. Cap. 2.*

H
SEcundo dantur iuſtis aduerſa pro medicina præſeruatiua. Et hoc iterum ex triplici cauſa. Primo, quia remouent peccandi occaſiones: ſecundo, quia dant mentales occupationes: tertio, quia ſunt iuſtorum defenſiones. Primo enim aduerſitates remouent peccandi occaſiones. Sicut enim abſtinentiam, & dietam tenere ab indigeſtionibus præſernat: & per conſequens a morbis, qui ex indigeſtione generantur: ſic paupertas, infirmitas, & quæcunque alia temporalis aduerſitas, præſeruat a culpis,

*Iuſti quare tribulationibus affliguntur.*



A culpis, quæ venire ſolent ex proſperitate magnificentiarum, delitiarum, diuitiarũ, & conſimilium. Vnde mens in tribulatione poſita, eſt locus ille aridus, de quo Matth. 12. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, vadit per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. At econtra de eodem immundo ſpiritu, & loco eius dicitur, Iob 40. Sub vmbra dormit, in ſecreto talami, in locis humentibus. Secundo dant mentales occupationes, ne. ſ. mens noxia cogitando ruat. Ideo ſcribitur Eccleſiaſtici 11. Malitia. i. afflictio vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ maximæ. Ad hoc ponit Hiero. in epiſtola ad Ruſticum, exemplum
B de quodam iuuene, dicens: Quòd in quodam cęnobio quidam adoleſcẽs nulla operis magnitudine flagrantiam poterat carnis extinguere: vnde eum periclitantem pater monaſterij videns hac arte ſeruauit, imperans cuidam viro graui, vt cum iurgijs, atque conuitijs inſectaretur: & poſt irrogatam iniuriam prius ueniret ad querimonias: uocati teſtes pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat. Solus pater monaſterij defenſionem opponebat, ne abundanti triſtitia frater abſorberetur, ita annus decurſus eſt. Quo expleto inter-
C rogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis reſpondet: Pater uiuere me non licet, & fornicari licebit? & per conſequens ſic euaſit. Tertio ſunt iuſtorum defenſiones. Eſt enim tribulatio, ſicut foſſatum muniens caſtrum mentis, a ſuperbia, & a cæteris peccatis, quæ a proſperitate ſequuntur. Vnde Exo. 14. Aquæ erant filijs Iſrael pro muro a dextris, id eſt, a proſperis: a quibus plurimi ſubmerguntur. Eſt etiam ſicut altus murus, & fortis præſeruans a præcipitio, & ab hoſtili impetu inimicorum, id eſt, a luxuria, & cęterorum vitiorum concuſſione. Eſt inſu-
D per ſicut ſæpes muniens ortum mentis, maxime ab auaritiæ culpa. Vnde Oſeæ 2. Sæpiam uiam tuam ſpinis, id eſt, detractionibus, & murmurationibus, atque blaſphemijs, contra te factis.

*Exemplũ de quodã iuuene.*

*Tribulatio foſſæ cõparatur, & quare. Simil:a.*

### *Propter tria iuſti per aduerſa in gratijs, & virtutibus confirmantur. Cap. 3.*

TErtio dantur aduerſa iuſtis pro medicina conſolidatiua. Conſolidatur enim mens humana per aduerſa in acquiſitis gratijs, atq; bonis, maxime propter tria. Primo propter recollectionem,
E ſecundo propter roborationẽ, tertio propter expulſionem. Primo propter recollectionem. Nam uirtus interior mentis, dum a ſuo contrario exterius prouocare ſe ſentit: mox etiã conſopita, omnes ſpiritus uires in ſeipſam reſumit, ſicut experimento certiſsimo patet, ꝙ ignis nõ tactus, nec ullo uento pulſatus, cito deficit per ſeipſum: ſed econtra, aliqua contrarietate, ſicut follibus fabri arctatus, omnes uires ſuas recolligit in ſeipſum. Sic terra frigore coarctata in hyeme calorem recolligit intra ſe. Et humanus ſtomachus ex frigore in hyeme naturalem calorem ad ſeipſum attrahit. In diſputationibus inſuper graui argumento
F obiecto omnes intelligentiæ uires in mente recolliguntur, & fortius uniuntur contra ſuum impugnatorem, & arguentem. Secundo conſolidatur propter roborationem. Ex tribulationibus enim mens fortius roboratur, quod ſequitur ex prædictis. Nam ignis competenti uento pulſatus, in maiorem erigitur flammam, fortiuſque uigoratur, & incaleſcit. Sicut etiam patet de terra, & ſtomacho frigore coarctatis. Propterea Sen. lib. de prouidentia ait: Non eſt arbor magna, neque fortis: niſi quam frequens uentus incurſat. Ipſa enim uexatione conſtringitur, & radices celſius figit.
G Et Gregor. Electorum deſideria dum premuntur aduerſitate, creſcunt: ſic ignis flatu premitur, ut conualeſcat, & unde extingui creditur, roboratur. Tertio conſolidatur propter expulſionẽ. ſ. cõtrarij ſui; quod etiam ex duobus prædictis facile conſpicitur ſequi. Nam lateres igne decocti, ictibus non tam facile cedunt, ſicut crudi. Tyrones nempe per præliorum exercitia fiunt milites ſtrenui, & diſcreti; ſcholaſtici quoque diſputando, & nodoſa ſophiſmata diſſoluendo, fiunt magis ad reſiſtendum con-
H trarijs prompti. Gubernatorem in tempeſtate, in acie militem, intelligas; ſic iuſtis calamitas uirtutis eſt occaſio, non ruinæ.

*Tribulationes dãtur iuſtis, tanquam medicina.*

## Articvlvs Secvndvs.

### *Per aduerſa nempe tripliciter Dominus ſuccurrit iuſtis.*

SEcundo dantur aduerſa iuſtis pro ſuccurſu ſpirituali. unde trahuntur aliæ tres triplicatæ rationes. Nam dantur eis aduerſa ad tria. Primo ad eos excitandum, ſecundo ad eos illuminandum, tertio ad eos conſeruandum.

A *Quòd cum aduerſitatibus Deus propter tria excitat iuſtos. Cap. 1.*

PRimo quidem iuſtis aduerſa dãtur ad eos excitandum: & hoc maxime propter tria. Primo, vt viuãt attentius: ſecundo, vt clament affectuoſius: tertio, vt impetrent copioſius. Primo, vt viuant attentius. Sæpe etenim fit vt iuſtus quædam opera iuſtitiæ exercens, & quaſi omnia deteſtãda relinquens, ſibijpſi quodãmodo ſufficere arbitretur: & quodam pigritiæ ſomno torpeſcens talentum gratiæ ad lucrum ſibi cõceſſum in terra reponat, B vt dicitur Matth. 25. Talem aũt Dñs tribulationis pugno percutiens in latere, per Apoſtolum ait, Ephe. 5. Surge, qui dormis. In huius miſteriũ Act. 12. dum dormiret in carcere Petrus, ecce Angelus Domini aſtitit, percuſſoq́; latere Petri excitauit eum dicens, Surge velociter. Angeliq́; ſuaſu Herodis vincula, & carcerem dereliquit. Sic moraliter percutitur iuſtus laboribus, & erumnis, vt abijciat vincula negligentię, & relinquat carcerem pigritiæ, & torporis. Secundo, vt clament affectuoſius, & inuocent. ſ. auxilium Saluatoris. Vnde Auguſt. Premuntur iuſti in eccleſia, vt preſsi, clament: C clamantes, exaudiantur: exauditi, glorificent Deum. Tria vtique ſunt, quæ faciunt auxilium fortiter inuocare. Accenſus ignis in domo, ſubintrans aqua in naui, & tempeſtas vehemens in mari. Vnde Matth. 8. clamant diſcipuli dicentes: Domine, ſalua nos, perimus. Sic nempe ignis afflictionum, & aquæ tribulationum: inſuper & tempeſtates perſecutionum, iuſtos torpentes excitant ad affectuoſum clamorem. Et tunc quippe, vt teſtatur Pſal. prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Tertio, vt impetrent copioſius. Ex duobus quippe, quæ nuperrime dicta ſunt. D ſ. quia mens vigilat attentius, & inuocat feruentius, neceſſe eſt, quòd aptior fiat ad gratiam acceptandam, & copioſius impetrandam. ideo in perſona Domini ait Pſal. Inuocabit me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

*Quòd cum aduerſis de tribus illuminantur iuſti. Cap. 2.*

SEcundo dantur aduerſa iuſtis ad illuminandum. Tripliciter namq; illuminatur mens expurgata aduerſitate. Primo videlicet ad cognitionem ſui, E ſecundo ad cognitionem Dei, tertio ad cognitionẽ mundi. Primo illuminatur ad cognitionem ſui. Solent nempe homines mente alienati, ligari atq; in plantis pedum contundi, vt per dolorem corporis, redeat ſenſus mentis. Sic vtiq; qui a ſui cognitione alienati ſunt, a Deo per flagella, ad ſeipſos recognoſcendum, miſericorditer coarctantur: ictibus catuli coguntur, atque docentur ſtare: & equi, & boues compoſite ire. Sic filius ꝓdigus, Luc. 15. ad ſeipſum reuerſus eſt. Quis inquam puer, niſi flagellis, & virga abijcit ſtultitiam ſuam, ſicut Prouer. 22. F ſcriptum eſt. Stultitia colligata eſt in corde pueri, ſed virga diſciplinę fugabit illam. Sic vtique ſtulta ignorantia ſui, non niſi flagellorum diſciplina fugatur. Vnde Apocal. 3. Dominus ſuadet iuſto dicẽs: Vnge collirio oculos tuos, vt videas. Collirium quippe ex quodam puluere, atque medicinali aqua permixta, oculisq́; appoſita, ſua acrimonia albuginem oculorum abſtergit. Quid per collirium, quo inungendi ſunt oculi corporales, niſi tribulatio, qua inungendi ſunt per patientem manſuetudinem oculi ſpirituales, vt recognoſcat homo peccata ſua? Nam ſecundum Gregor. oculos, quos culpa claudit: pœna aperit. G Secundo per aduerſitates, mens iuſti illuminatur ad cognitionem Dei. Vnde Eſa. 28. Sola vexatio dabit intellectum auditui. Tribulatio vtique eſt illud amarum fel, quo oculi Tobiæ, id eſt, viri iuſti ad Dei cognitionem fuerunt illuminati, Tobiæ 11. Vnde Iudic. 3. ſcriptum eſt: Hæ ſunt gentes, quas dimiſit Dominus in terra promiſsionis, vt per has erudiret Iſraelem. ſ. ad Dei cognitionem. Vnde de habitis tribulationibus, id eſt, humiliationis regratians Dño Propheta ait: Bonum mihi, quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas. id eſt, voluntates tuas iuſtificantes animas. H Tertio per aduerſa, anima iuſti illuminatur ad cognitionem mundi. Ex forti namque nubium concuſsione coruſcatio in aere generatur. Vnde etiam in noctis tenebris circunſtantia pericula ſubito lumine demonſtrantur. Sic ex tribulationum quaſſatione mũdus iſte plenus periculis, & laqueis, & malignitatibus poteſt cerni, atque cognoſci. Quòd verum eſt, quod ſcribitur 1. Ioan. 5. Mundus totus in maligno poſitus eſt. Propterea 1. Ioan. 2. omnibus conſulit Apoſtolica veritas, dicens: Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt. Et in eodem cap. ratio-

nem

*Triphariam mẽs noſtra illuminatur.*

*Simile.*

*Collirium quid ſit.*

*Mens illuminatũ in tribulationibus ad Dei cognitionem.*

*Mens illuminatũ ad cognitionem mundi per tribulationes.*



A nem aſsignans ait: Quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius, quod intelligens Apoſtolus ad Philip. 3. ait, Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora.

*Quòd per aduerſitates iuſti tripliciter conſeruantur. Cap. 3.*

TErtio dantur iuſtis aduerſa ad conſeruandum. Cõſeruantur enim gratiæ, virtutes, & merita acquiſita, triplici ex cauſa per aduerſa. Primo videlicet ex laborioſo lucro, ſecundo ex amoroſo ſtimulo, tertio ex gratioſo adiutorio. Primo quidem gratiæ, virtutes, & merita, B conſeruantur ex laborioſo lucro. Notabili quidem animaduerſione penſandum eſt, quòd altiora dona, nequaquam conſeruari ſolent accepta, ſi abſque erumnoſo labore fuerint acquiſita, ſicut experientia in ſcriptura ſacra apertius manifeſtat. vnde enim Luciferum a tanta altitudine gratiæ cernimus cecidiſſe, niſi quia tãta dona abſque labore adeptus eſt? Et de hoc Eſa. 14. cap. interrogat eum quodammodo, dicens: Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Vnde Adam, & Eua noſtri primi parentes tam cito ruerunt? quare C Salomon apoſtatauit Deo? Vnde etiam Petrus eccleſiæ paſtor a Domino conſtitutus, & alij plures per proſpera, aut pro tẽpore reliquerunt Deum, niſi quia abſq; ſudoribus, & erumnis, adepti ſunt altiora dona largitatis diuinæ, vt diſcat quilibet noſtrum de acceptis gratijs exultare in Domino cũ tremore. Et ſi ſine labore acceperit dona, poſsideat illa cum magno timore. Secundo cõſeruantur prædicta bona ex amoroſo ſtimulo. Magna nempe, & mirabilis, & omni acceptione digna eſt miſericordia Dei, quæ per malos quandoq; contra iuſtos duras, & graues infamias ſuſcitare permittit, D vt per aquam infamiæ, vinum nimis gratioſi nominis tẽperetur, ne iuſti mens incurrat ſpiritualem ebrietatem, vnde deuiare habeat a vero lumine virtutis: quod quidem Moral. Greg. elegantiſsime ſcribit. 6. q. 1. ſunt plerique, &c. vbi ait. Sunt plurimi, qui vitã bonorum fortaſſe amplius, quàm debent laudant: & ne aliqua elatio de laude ſubrepat, permittit Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere: vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. hæc ille. Magnum ergo periculum eſt laudari, quia tales laudationes homines præcipitãt E in ruinam. Amplectẽdi ſunt enim, qui nos blaſphemant, vituperant, & reprehendũt, quia ne ruamus, vtiq; nos ſuſtentant. Vnde in vitis Patrũ, quidã de ſenioribus ait: Niſi velauerit paſtor oculos animalis molentis ad molam, vertit ſe animal, & comedit labores ſuos: ſic Deus permittit nobis inſurgere diffamatores, & validas tribulationes, quæ oculos noſtræ mentis obnubilent, ne bona quæ operamur videntes, erigamur in ſuperbiam, perdamusq́; lucrum noſtrorum laborioſorum ſudorum. Tertio etiam conſeruantur prædicta bona ex gratioſo adiutorio. ſ. in tribulatione dato. Tribulatio. n. hominem volentem ſaluari, quaſi cogit eũ, vt non ſolum pugnet pro virtute, contra quam tẽtatur, & anguſtiatur: verumetiam, vt quærat auxilium non ſolum Dei, ſed etiã F ſeruorũ eius. Interim miſericors Deus tribulatis oratione multorum in auxiliũ prope eſt, ſicut Pſal. teſtatur, dicẽs: iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Et iterum Greg. inquit, Niſi Pſal. per tribulationem melius ſe ſeruari ſciret, non diceret, Proba me Domine, & tenta me.

*Merita acquiſita aduerſitatib. triplici cauſa cõſeruantur.*

*Conſeruãtur merita acqſita amoroſo ſtimulo.*

*Exemplũ ex vitis Patrum.*

*Conſeruãtur merita acqſita gratioſo adiutorio.*

G

Articvlvs Tertivs.

*Quòd per aduerſitates iuſtis dantur a Deo tria dona.*

TErtio dantur aduerſa iuſtis pro dono diuinali. Triplex ſiquidem donum donatur parentibus iuſtis, cum eis aduerſa dantur. Primum eſt donum conformitatis, ſecundum eſt donum ſuauitatis, tertium eſt donum iucunditatis.

*Quòd triplex donum conformitatis cum Chriſto præſtant aduerſa. Cap. 1.*

H PRimum autem eſt donum conformitatis. In quo quidẽ dono oſtẽditur, ꝙ aduerſa cum dantur iuſtis, tripliciter ſunt ſigna conformationis cũ Dño Ieſu Chriſto: primo nãq; ſunt ſigna imitationis, ſecũdo ſunt ſigna aſſociationis, tertio ſunt ſigna vnionis, ſeu perfectionis. Primo ſunt ſigna imitationis, hoc eſt ꝙ iuſtus ſequitur Chriſtũ. Cũ enim Chriſtus ſit caput iuſtorũ, iuxta Apoſtolum Epheſ. 5. Caput eccleſiæ eſt Chriſtus. Quo enim gradiť caput, debent & mẽbra ſequi: teſte etenim Luc. 24. c. Pro nobis redimẽdis oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in glo-

D 2 riam

*Tripliciter tribulationes, & aduerſa reddũt nos cõformes imagini filij Dei.*

**A** riam ſuam. Decens vtique eſt, membra eius, qui ſunt iuſti per paſſionum tolerantiam, ſuo capiti conformari: quia, vt ipſe Dominus Luc. 6. c. atteſtatur: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus maior Domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Secundo ſunt ſigna aſſociationis. Vnde Apoſtolus. 2. Corinth. 1. ait: Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic & conſolationis eritis. Magnum quippe præconium eſt iuſtorum, conformes fieri imagini filij Dei, & portare inſignia Chriſti, quæ ſunt tribulationes, atque aduerſa. Tertio ſunt ſigna perfectionis, ſeu vnionis. Vn**B**de Dominus Luc. 6. ait: Perfectus erit omnis, ſi ſit ſicut magiſter eius, qui paſſus eſt vſque ad mortem: mortem autem crucis, ſicut Philip. 2. c. ait Apoſtolus.

*Quòd tres ſuauitates per aduerſa acquirunt iuſti. Cap. 2.*

*Per aduerſa datĩ guſtus ad diuerſa dona.*

SEcundum eſt donum ſuauitatis. In aduerſis enim datur iuſtis ſaporoſus guſtus, ſapidusq; affectus, & purus ad triplicia dona, ſicut ſcriptum eſt. Ex mali guſtu fit dulcius omne bonum. Primo ad bona temporalia, ſecundo ad bona corpora**C**lia, tertio ad bona ſpiritualia. Primo enim ſecundum Deum dulcius ſapiũt per aduerſa tẽporalia bona, quàm ſine aduerſis. Mel enim dulcius ſapit cum primo guſtatur aliquid amarum: ſic & proſpera dulciora ſunt probatis aduerſis. Vnde Pſal. ait, Virga tua, id eſt, tribulatio: quia cum virga pueri flagellantur: & baculus tuus. i. temporalis cõſolatio. nam cum baculo ſuſtentamur, ſic & temporalibus adiuuamur: ipſa me conſolata ſunt, etiam temporaliter. Secũdo per aduerſa dulcius ſapiunt corporalia bona. Nõne ſępe poſt fortiſſimas febres, acutosq; dolores, iucundior ſanitas æſtimatur: tantoq; **D** gratioſior, quanto præceſſit infirmitas grauior? Nec æſtimat homo diuitias ſanitatis, niſi ſenſerit męſtitias grauis infirmitatis. Poſt abſtinentiam, vel penuriam magnam, dulcis fit omnis cibus: quia talia ſunt ſalſa Sancti Bernardi. Exemplum de Abbate ſtomachato, quem Ginaſſus curauit fabis, & aqua. Tertio inſuper per aduerſa dulcius ſapiunt bona ſpiritualia. Vnde 2. Corinth. 1. Sicut abundant paſsiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Et Bernar. Quantum abundat tribulatio noſtra pro Deo, tanto abundat conſolatio noſtra per eum.

*Pſal. 22.*

*Simile.*

*Exemplũ*

**E** *Triplex iucunditas, quæ iuſtis venit per aduerſa. Cap. 3.*

TErtium donũ iuſtis per aduerſa datur, ſcilicet donum iucunditatis. Pro cuius intelligentia notandum eſt, ꝙ donum ſapientiæ diſponit ad pacem: quia ſapientia iungit mentem ſummo, & vero bono, in quo eſt finis, & trãquillitas totius appetitus rationis: & hæc pax eſt beatitudo illa, de qua Dñs Matth. 5. inquit: Beati, qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiã, qm̃ ipſorum eſt regnũ cœlorũ: quia tanta delectatione fertur in tales perſecutiones, vt eas in hac vita eligat pro ſumma bea**F**titudine ſua. Ex qua quidem beatitudine iã adepta, ex neceſsitate ſuperabundat quædam delectatio ſpiritualis, quæ gaudiũ nominat̃: & inter duodecim fructus ſpiritus ab Apoſtolo ad Galat. 5. nominatur. Ex hoc nempe gaudio triplex iucũditas, in talibus iuſtis de aduerſis generatur, etiã in præſenti. Prima videlicet eſt iucunditas mentalis, ſecũda eſt iucũditas corporalis, tertia eſt iucũditas cęleſtialis. Prima eſt iucũditas mẽtalis, quæ menſuratur ẽt ſecundũ abundantiã præcedentium paſsionũ. Vnde Pſal. inquit, Secundũ multitudinũ dolorũ meorũ **G** cõſolationes tuę lætificauerũt animã meã. Et alibi idem ait: Lætati ſumus pro diebus, quib. nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. Secunda eſt iucũditas corporalis. vnde ſcriptũ eſt Act. 5. Quod ibant Apoſtoli gaudẽtes a cõſpectu cõci. qm̃ digni ha. ſunt pro noĩe Ieſu cõpati. Et Col. j. de ſe Apoſtolus ait, Gaudeo in paſsionib. meis: Vnde tales per Pſal. dicũt, Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium: Sicut Beatus Laurentius expertus eſt, cui carbones præſtabant refrigerium. Tertia eſt iucunditas cœleſtialis, quæ ex duabus præcedentibus generatur, de quibus Bea**H**tus Iacobus ait: Omne gaudium, ſcilicet, ſpirituale, & corporale, exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Et iterum Ioan. 16. Dominus ait: Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Sen. quoque in lib. de prouidentia, inquit: Gaudent magni viri rebus aduerſis, non aliter quam viri fortes belli triumpho. Et 2. Corinth. 1. Pater miſericordiarum, & totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Hæc eſt iucunditas, de qua Dominus Lucæ 22. cap. ait: Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit pater

*Donũ ſapientiam.*

*Triplex iucũditas accidit nobis ex tribulationibus.*

*Pſal. 93.*

*Pſal. 65.*

*Tertia iucunditas.*



**A** ter meus mihi regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam, quæ eſt paſſio, & aduerſitas, in regno meo. Quod nobis concedat poſt noſtras tribulationes ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, vt cum Patre, & ipſo Filio, & Spirituſancto edamus, & bibamus ſuper menſam eius in regno cœlorum, nũc per gratiam, & in futuro per gloriam, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

---

## DOMINICA PRIMA in Quadrageſima.

*Ordo dicendorum per totam Septimanam ſequentem.* **B**

## Sermo Nonus.

DOminum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. *Matth. 4. cap.* Poſitis Chriſtianæ religionis operibus ſatisfactorijs, atque per patientiam comprobatis, iam ad dilatationem eius accedendum eſt: Propter quod octo Religioſitates pro præſenti ſeptimana per ordinẽ diſtinguamus. Prima eſt Religioſitas honorans: vbi de diuino honore, & cultu, diuiniſſimæ Trini**C**tatis agemus. Secunda Religioſitas dicitur reformans: vbi de idolatriæ origine, culpa, & cauſis diſſeremus. Tertia eſt Religioſitas timorans: vbi materia vltimi iudicij diſtinguetur. Quarta Religioſitas eſt conterens: vbi cõtritionis materia declarabitur. Quinta eſt Religioſitas expaueſcẽs: vbi ponũtur duodecim pericula, ĩ quib. periclitãtur peccatores in vltimo fine. Sexta eſt Religioſitas cõſtringẽs: vbi de duodecim doloribus, qui ſceleratis ſuperueniũt in hora mortis, agemus. Septima eſt Religioſitas confitens: vbi confeſſionis præparatio, diſcretio, & integratio oſtendetur. Octaua eſt Religio**D**ſitas regulans: vbi demonſtrabitur perfectio ſacræ Religionis.

*Octo Religioſitates tractanĩ.*

*De honore, & cultu Dei: ſeu ſanctiſſimæ Trinitatis. Et primo ponuntur tria credibilia fundamenta neceſſaria ad ſalutem.*

PRimo pro prima Religioſitate, q̃ honorans nuncupat̃, Dñs ait: Dñm Deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Iterũ vbi ſupra. Ad cuius intelligẽtiã notandũ eſt, ꝙ tria ſunt tã neceſſaria ad credendũ, ꝙ ſine eorũ credulitate nõ eſt hoĩ ſalus. Primũ eſt **E** credere Deum eſſe, ſecundũ credere Deum eſſe vnicum creatorem, tertiũ credere Deũ eſſe trinum, & vnum. Primum inquam, & radicale fundamẽtum omnium credendorum, eſt credere Deũ eſſe: hoc enim ſublato, nihil de eo creditur: propter quod cultus ei, & honorificẽtia impendatur. Nullus enim honor, nullus timor, nullus amor ei impẽderetur: & iterum nulla ſpes euenit in eum, nulla de eo fiducia: quare nec curabit̃, nec etiã cogitabitur. Propterea manifeſtũ eſt incredulitatem huius articuli, atq; negationem ipſius, deſtructionem eẽ diuini cultus, & ſubuerſionẽ totius ædificij religioſi. Manifeſtum igitur eſt, hunc eſſe articulum primarium, & fundamentum, atq; caput fi**F**dei, quę creditur: & nulli hominum eẽ poſſe excuſationem de eius pertinaci incredulitate, atq; negatione. Propterea Exo. 3. ait Dominus: Ego ſum, qui ſum: & dicas filijs Iſrael: qui eſt miſit me ad vos. Et Iob cap. 9. Si non ille eſt, quis ergo eſt? Eſa. quoq; 43. dicit Dominus: Intelligatis, quia ego ipſe ſum. Et Apoſtolus. 2. Corin. j. Non eſt apud illum eſt, & non: ſed eſt in illo eſt. Secundum neceſſarium ad ſalutẽ eſt credere Deũ eſſe vnicum creatorem: & non eſſe ei e regione, vel ex aduerſo, alium vllo modorũ: **G** ſed ipſum ſolum eẽ principium, & Principem vniuerſitatis, ac ſingularis, & vniuerſalis Imperij Dominũ, & omniũ ſeculorũ. Contra quem articulũ blaſphemant neſandiſſimi Manichęi, qui duo principia, videlicet beatorum, & malorum: & duos Principes, lucis, & tenebrarum: & duos principatus, ſiue regna, & duo vniuerſa. ſ. bonorũ, & malorum inſaniſsima pertinacia mẽtiũtur. Contra quos Ioan. 1. c. ait, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Tertiũ autẽ neceſſariũ ad ſalutẽ eſt credere Deũ eẽ trinũ, & vnũ: quod qui non credit, cũ nõ minus ſit vnaquęq; pſonarũ, q̃ diui**H**na eſſentia: vllo modorũ ſuper oẽm ęſtimationẽ detrahit glorię: ſpecialiter ãt ipſi perſonæ, quã denegat, immo in vnaquaq; ſupra modũ blaſphemat cõtra ſingulas. Et ſicut prædictum eſt: nullũ veſtigium illi relinquit diuini honoris, aut cultus, cum eodem iure per omnia, & debito æquali diuinus honor, ſacerque cultus omnibus illis debeatur perſonis. Et de hoc Ioan. 1. Ioan. 5. cap. ait: Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spirituſſanctus: & hi tres vnum ſunt. Amplius ſi quis negaret Deum creaſſe mundum: non eſt dubium, quin intolerabiliter bla-

*Tria ad credendũ neceſſaria.*

*Duo principia ponunt Manichæi, & temere.*

A ſphemaret. Cum igitur incomparabiliter maior ſit gloria ipſe filius genitori ſuo, q̃ mundus creatori: & tantus vtique maior, quanto ipſe filius maior mundo eſt: aperte incomparabiliter nequius blaſphemant, qui negant Deum patrem genuiſſe filiũ, quàm qui negant eum creaſſe mundum. Et ad hũc modum eſt oſtendere de Spirituſancto, qui eſt primum, & maximum donum largitatis ipſius. Ex quo manifeſte apparet quantum diuinę largitati detrahit, qui huiuſmodi donum ex eo non procedere contendit. Cum enim alia dona cõparatione illius nihil ſint: manifeſtum eſt, quòd quaſi nihil di- B uinæ largitati relinquit, cõparatione eius, quod detrahit ei, qui donum Spiri uſſancti eidẽ auferre præſumit. Amplius ſi Propheta dicere auſus eſt, Delectaſti me Domine in factura tua: quanto fortius dicere poterat, Delectaſti me Domine in genitura tua propter filium: & in proceſſura tua propter Spiritumſanctum. Ex his igitur manifeſtũ eſt, quòd quæcunq; de Deo credenda ſunt: aut ſunt ei per ſe: hoc eſt ſine reſpectu, & comparatione aliarum rerum, aut non; & ſi ſunt ꝑ ſe, partim ſunt ea, quæ diximus; partim conſequentia ex his. Conſequentia autem vocamus æternitatem, ſimplicitatem, C impaſsibilitatem, perſonarum æqualitatẽ, & multa conſimilia, quę poſito fundamento Trinitatis, ex neceſsitate ſequuntur perſonas, vel aliquam, ſeu aliquas ex prædictis. Tria igitur hæc, quæ præmiſimus, principia ſunt, & radices, ac fundamenta aliorum. Eorum vero, quæ de Deo ſunt, & de ipſo dicuntur reſpectu, & comparatione rerum aliarum, principia radicalia ſunt potentia, ſapientia, & bonitas. Omnia enim alia conſequentia horum ſunt, ſicut quòd dicitur creator, quòd dicitur pater, ꝙ dicitur nutricius: quòd dicitur lux, & dux hominum, & conſimilia. Ex credulitate D enim horum trium oriuntur omnes partes diuini cultus. Eorum igitur, quæ pertinent ad diuinum honorem, & cultum: quædam pertinent ad diuinam potentiam, quædã ad diuinam ſapiẽtiam, quædam ad diuinã clementiam. Et hoc oſtendit verbum prællegatum, cum dicit, Dominũ Deũ tuum adorabis, &c. Nam primo ad potentiã pertinet illud, Dominũ. Secundo ad ſapientiã illud, quod dicitur, Deum. Deus enim videns interpretatur: & ideo Dei ſapiẽtia aperte demonſtratur. Tertio ad clemẽtiam pertinere videtur, quod dicitur, tuum: quia ipſe Deus ex charitate ſua factus eſt noſter.

## Articvlvs Primvs. E

### *Quòd Deo propter infinitam potentiam eius triplex eſt exhibendus cultus, & honor.*

PRimo enim altitudini, & ſupereſſentiæ diuinę potẽtiæ triplex exhibendus eſt honor, & cultus. Primus dicitur adoratio, ſecundus dicitur exoratio, tertius dicitur veneratio. Nam qui Dei potentiam infinitam eſſe credendo cognoſcit, Deum adorandũ, exorandum, & venerandum intelligit.

F

### *Quid eſt adoratio, & de quatuor actibus adorationis.* *Cap.* 1.

*De adoratione agitur a Theol. in 3. ſent. de adoratione Eucharistiæ Sco. in 4. d. 11. q. Al. p. 3. q. 30. mẽ. Thomæ Bon in 4. diſt. 9.*

PRimus diuinæ potentiæ cultus, & honor, dicitur adoratio. Eſt enim adoratio ſubiectio, & humiliatio interior, & exterior: qua nos Deo ſubiectos eſſe ad perdendum, vel ſaluandum plenarie profitemur. Sic adorabat Dominum Pſal. dicẽs: In manibus tuis ſortes meæ. Conſiſtit autẽ hæc adoratio in quatuor actibus. Primo in inclinatione capitis, ſecũdo in curuatione corporis, tertio in genuflexione poplitis, quarto in totali proſtratione hominis. Primo in inclinatione capitis, vt cũ nominatur Ieſus, vel Chriſtus in ſacris ſolẽnijs. extra, de immu. eccl. c. decet domum Domini ſanctitudo. Et hoc maxime facere debemus, vt diſcamus erubeſcere ex noſtrorum peccatorum cõſideratione, ſicut fecit Publicanus, Luc. 18. qui non audebat oculos ad cœlum leuare, &c. Diſcamus a bonę indolis pueris: qui cũ deliquerint, atq; redarguti fuerint, inclinato capite erubeſcũt. Sic & nos cũ a patre nr̃o, qui in cęlis eſt reprehendimur, qui aĩæ nr̃æ inquit, Filia Babylonis miſera: tũc aĩa ſicut filia bona ploret, di. illud Threno. 3. Memo- H ria memor ero, & tabeſcet in me aĩa mea. Et iterũ dicat cũ Pſal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. Secũdo in curuatione. ſ. cũ dr̃ Gloria patri, & hoc in ſignum, ꝙ oĩ fragili miſeria quo ad aĩam, & quo ad corpus pleni ſumus: & ꝙ ad iterũ ruendũ, atq; peccandũ, & deficiẽdũ prompti ſumus, qđ in corpore, ſtercore, & immunditia pleno demõſtrat̃. Vñ Iob 10. Memẽto q̃ſo, ꝙ ſicut lutũ feceris me: & in puluerẽ reduces me. Tertio in genuflexione poplitis. ſ. in eleuatione corporis Chriſti, & cõſimilibus: talis quidẽ dẽt eẽ reuerẽtia, qualis eſt cui reue-

rentia



A rentia exhibetur. Si. n. Dñs ſecularis genu ſiniſtro, quia ex parte Dei Dñs corporis, & tẽporalis ſubſtantiæ eſt. Si p̃latus genu dextro, quia ex parte Dei Dñs aĩę perhibetur. Si Papa, cum vtroq;. Multo amplius debemus genuflectere Deo, iuxta illud Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ad Rom. 14. Viuo ego, dicit Dñs: quia mihi curuabitur omne genu. Qui ergo corã ſacramento corporis Chriſti ſolum vno genu ſe curuat: ſimilis eſt Iudæis illo modo ſe genuflectentibus corã Chriſto tẽpore paſſionis. Quarto totali proſtratione hominis. ſ. in ſignũ, ꝙ finem vitæ no- B ſtrę cõſiderare debemus: vel in ſignũ, ꝙ ꝓfitemur nihil eſſe ex nobis. Hunc aũt modũ tenet eccleſia tẽpore paſſionis in quatuor paſſionibus, quando dicitur, Et inclinato capite emiſit ſpiritum. Venite ergo, ſicut Pſal. ait, adoremus, & procidamus ante Deũ, ploremus corã Dño, q̃ fecit nos, &c.

### *Quid eſt exoratio. & quòd quatuor eius actibus diuina potentia inclinatur.* *Cap.* 2.

SEcundus autẽ diuinæ potentiæ honor, & cultus dr̃ exoratio. Per exorationem C enim ad Dei potentiã confugimus inclinandam. Per quatuor enim nobis diuina potentia inclinatur. Primo per orationem, ſecundo per deprecationem, tertio per ſacriſicationẽ, quarto per thurificationẽ. Primo enim diuina potentia inclinatur ꝑ orationẽ, quæ fit pro bonis obtinẽdis, ſicut patet in Dominica oratione, cũ dicimus, Pater noſter, &c. In qua oratione poſtulamus quæ ſunt neceſſaria ad hominis vtriuſq; ſalutẽ. Et de hoc etiã Pſal. ait: Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ: Rex D meus, & Deus meus. Secundo inclinatur ꝑ deprecationẽ, quę fit pro malis remouẽdis, ſicut fecit Tobias 3. cap. pro plaga cęcitatis amouẽda: & Sara, pro opprobrio virorum occiſorum. ſequitur, In illo tẽpore exauditæ ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi Dei: & miſſus eſt Angelus Dñi Raphael, vt curaret ambos: quorũ ſunt vno tẽpore orationes in cõſpectu Dñi præſentatæ. Ad hoc ẽt Pſal. ait. Deprecatus ſum faciẽ tuã in toto corde meo. Miſerere mei, & exaudi me. Et Iac. 5. c. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Tertio per ſacrificationem, vt audiamur. Sacrificium dicitur, ex hoc quòd homo facit aliquid ſacrũ,

*Quatuor actibus diuina inclinatur potentia.*

*Primo.*

*Pſal. 5.*

*Secundo.*

*Pſal. 118*

*Tertio.*

ſed ſuper omnia ſacrificia: immo ſacrificiũ E ſacrificiorum eſt corpus ſanctiſsimi Ieſu Chriſti, ſicut patet de conſec. diſt. 1. c. nihil. Et ideo de illo Pſal. ait, Sacrificium laudis ho. me & il. iter quo oſtendam illi ſalutare Dei. Quarto per thuriſicationem, vt exaudiamur. Thurificatio nempe deſignat, non tantum odorem ſacrificij: ſed etiam ſolennitatem Dei, in cuius honorem ſacrificium celebratur. quæ quidẽ Exo. 30. in Thimiamate figuratur. Et quia omnis gratia a Domino impetranda, ex Ieſu Chriſti merito; nobis datur, & ad nos deſcendit miniſterio Angelorum, atq; Sãctorũ, iuxta illud Heb. F j. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c. Et 2. Corinth. 2. Apoſtolus ait, Odorẽ notitiæ ſuę ſpargit per nos in omni loco. Ideo altaris thurificatio, per quod Chriſtus ſigniſicatur, in eccleſia præmittitur primo, deinde officio miniſtrorum thurificantur omnes per ordinem circunſtantes.

*Corpus Chriſti, et ſacrificiũ ſacrificiorum.*

*Quarto.*

### *Quid eſt veneratio: & quòd ad illam quatuor neceſſaria ſunt.* *Cap.* 3.

TErtius autẽ diuinæ potentiæ honor, & cultus eſt veneratio. ſ. qua ad diuinam potentiam, vel ad ſacra eius, G non niſi decenter, hoc eſt loti, & purificati mẽte, & corpore, accedere prę́ſumamus. Hæc aũt quatuor requirit. Primo ſacrorum locorũ magnificentiã, ſecundo miniſtrorũ mũditiã, tertio neceſſariorũ decentiã, quarto cęrimoniarũ armoniã. Primo. n. veneratio requirit ſacrorũ locorũ magnificentiã, & decorem. Et merito quidẽ, quia eſt ibi p̃ſentia Dei, ſicut Pſal. ait. Dñs in templo ſancto ſuo. Eſt inſuper ibi cõmuniter Domini præſentia ſacramenti. De hoc iterum Pſal. ait, Dominus in loco ſancto ſuo. Eſt inſuper ẽt ibi præſentia milliũ Angelorũ aſtã- H tiũ corã Dño, qui eſt in hoſtia conſecrata. In ea ſuſcipimus ſanctiſſima ſacramẽta. Nã ibi baptizamur, cõfirmamur, emundamur: ibi ſacri ordines dãtur, ibi ſuſcipimus corpus ſanctiſsimum Ieſu Chriſti, ibi indulgẽtiarum gratiæ condonantur. Quæ omnia in ſpiritu contemplans Iacob, Geneſ. 28. admirans ait: Quàm terribilis inquit eſt locus iſte: non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli: propterea requirit magnificentiam, & decorem. Secundo miniſtrorum munditiam. ſ. in cõtractando diuina, & eccleſiaſtica ſacramẽta. O quãta puritate pollere debẽt, quorũ miniſterio iuſtificant̃ impij, reconciliãtur rei, curantur infirmi, illu-

*Quatuor requiruntur ad venerationẽ Primo.*

*Pſal. 67.*

*Secundo.*

 minantur

A minantur cæci, mundantur leproſi, & mortui deniq; ſuſcitantur. Profecto mundus eē debet, qui vicem Chriſti gerit in terris: & maxime cũ alijs, & ſibi diſpenſat dñicũ ſacramentũ. Ad hoc facit, quod ſcribitur extra, de immun. eccle. c. decet Dñm, & Eſa. 1. Lauamini, mũdi eſtote. Tertio neceſſariorũ decẽtia. ſ. in apparatu vaſorũ, luminarium, veſtimentorũ, & huiuſmodi, quæ oĩa clamãt, & oſtendũt gloriã, & magnificentiam cultus: ad quod hortatur Salomon Prou. 3. Honora Dñm de tua ſubſtãtia. Hinc. 1. Regũ 2. ait Dominus: Qui honorauerit me. ſ.

*Tertio.*

B in prædictis, glorificabo eum. ſ. honoribus ſempiternis. Quarto cęremoniarum armoniã. i. concentum, & ordinem, vel celebritatẽ cantationum pſalmodiarum, deuotionũ, & lectionũ: necnõ & tota feſtiuitas muſicorũ huic ſeruire debet. Vbi ſm Aug. 10. Confeſsio. Per aurium oblectamenta infirmorum mens in affectum pietatis aſſurgat: non ad oſtẽtationem, & delectationẽ prouocandam, ſed carnalibus talia in carnalia conuertuntur: quia ſicut, ſecũdum Apoſtolum 8. c. ad Rom. Diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum: ita non diligentibus Deum, omnia cooperantur in malum.

*Quarto.*

C

## Articvlvs Secvndvs.

### *De triplici cultu, & honore, qui exhibendus eſt Deo propter infinitam ſapientiam eius.*

*Lucidiſſime.*

*Triplex diuinæ ſapiẽtiæ cultus.*

SEcundo enim, qui Deum credit ſapientiæ infinitæ eſſe, & q oĩa ad nudũ intuetur, tria Deo impẽdit. Et ſic triplex eſt diuinæ ſapientiæ cultus, & honor. Primus eſt timor, ſecundus eſt pudor, tertius eſt dolor. In oculis nempe Dei aliquid agere intimorate, impudenter, & impęnitenter: non eſt hominis, qui credat eum omnia

D aſpicere oculis ſapiẽtiæ ſuæ: cum Deus videns interpretetur, iuxta illud Heb. 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius.

### *Timor Dei duo generat in humana mente. Cap. 1.*

PRimus autẽ diuinæ ſapiẽtiæ honor, & cultus eſt timor. ſ. qui oſtendit culpã, & diuinã iuſtitiã, ſicut Pſal. ait: Initiũ ſapientiæ timor Dñi, intellectus bo. o. fa. eũ. Et ex hoc duo bona oriunt, ſtupor, & tremor. Primo ex timore orit ſtupor. ſ. diuini iudicij, quod cõtinue conſueuit a Deo peccatorib. infligi: q contẽplãs Propheta de ſe ait. Oĩa iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius nõ repuli a me. Et ad hoc hortat Eccl. 17. c. di. Cognoſcite iuſtitias, & iudicia Dei. ſ. vt ſtupeatis. Hinc vtiq; eſt, q ĩ diuino cultu ita repręſentamus diuina iudicia, ſicut & bñficia, vt ſtupeamus peccare corã diuina ſapiẽtia. Recolimus. n. diuina iudicia primi Angeli, Adæ, Diluuij, Sodomæ, Dauid, Salomonis, Samſonis, Petri, & vltimi iudicij, vt ſtupor ĩ mẽtib. nr̃is gñet. Scd̃o ex timore orit tremor. ſ. æterni ſupplicij peccatoribus p̃parati, vbi conſiderare dẽt hõ, q momẽtaneũ eſt qd̃ delectat, ſed æternũ qd̃ cruciat. Põderetq; ſn̄iam Chriſti dicẽtis cõtra dãnatos, Matt. 25. Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternũ, qui preparatus eſt Diabolo, & angelis eius. Quod cõſiderãs Pſal. ait, Timor, & tremor venerũt ſup me, & cõtexerũt me tenebrę. Et iõ in cultu Dei, ſępius ĩernale iudiciũ, vel ſuppliciũ rep̃ſentamus.

*Pſal. 110.*

*De timore vide Tho. 1. 2. q. 41. [...] Gab. [...] diſt. 2[...] vni. ar. Mag. [...] li 3. d. [...]*

*Quo timore ritur timor.*

F

### *Quòd pudore generantur duo. Cap. 2.*

SEcũdus diuinæ ſapiẽtiæ honor, & cultus eſt pudor, q cõmiſſa repẽſet, & cõſideret: ex quo duo bona ẽt ortũ hn̄t. ſ. verecũdia, & erubeſcẽtia. Primo verecũdia. ſ. culpę cõmiſſæ. Exẽpiũ de Magdalena: Lu. 7. q ſtãs retro ſecus pedes Dñi Ieſu, lachrymis cępit rigare pedes eius, & vnguẽto vngebat. Similiter ẽt Publicanus, Lu. 18. nõ audebat oculos ad cęlũ leuare, ſed p̃cutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Secundo erubeſcentia. ſcilicet, pœnæ inflictę: quia ſicut Pſal. ait, Multa flagella peccatoris, ſperantes autem in Domino, miſericordia circundabit. Et ideo geſtus vtriuſque. ſcilicet, verecundiæ, & erubeſcentiæ, in diuino cultu frequẽntius recoluntur.

G

*De pudore vide Gerſ. de regulis moral.*

H

### *Ex dolore duo in anima generantur. Cap. 3.*

TErtius autem diuinæ ſapientiæ honor, & cultus eſt dolor, qui penſata emendet per veram pęnitentiam: ex quo duo inſuper oriuntur bona. ſcilicet, confeſsio, & correptio. Primo ex dolore oritur confeſsio peccati defleti, ſicut Pſalmus ait: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Et alibi: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorum, & congregatione. Secũdo

*Pſal. 31.*



A do oritur correptio peccati confeſſi per veram circumſpectionem. Exemplo Prophetæ, qui de ſe ait: Cogitaui vias meas, & cõuer. pe. me. in teſtimonia tua, ſcilicet vt amplius non delinquam. Et ideo vtrunq; exercitamus in diuino cultu: & hoc quidem vt verè confiteamur & emendemur. Ex his, quæ dicta ſunt patet, q timoris eſt oſtendere, pudoris videre, & doloris delere, & emendare offenſas, quas in Dei oculis cuncta cernentis operari preſumpſit ingratiſſimus homo.

*Ex dolore quæ generãt in anima.*

## Articvlvs Tertivs.

### *Quòd Deo propter infinitam clementiam eius, triplex eſt exhibendus honor.*

TErtio propter infinitam Dei bonitatem tres cultus ei exhibẽdi ſunt. Qui enim credit Deum eſſe bonum & beneficum, tres honores ei impendit. Quorum primus eſt gratitudo deuotionis, ſecundus promptitudo dilectionis, tertius eſt rectitudo intentionis, quaſi tres principales ſint effectus amoris. Quicunq; enim diuinam bonitatem plenè credit, & conſiderat, eſt gratus ob eius beneficentiam: Promptus ob eius beneuolentiam: fidus ob eius benepatientiam, qui ſunt tres actus bonitatis.

C

### *Deuotæ gratitudinis quatuor comparationes vel actus. Cap. 1.*

*Gratitudo deuotionis primus diuinæ clemẽtię cultus.*

PRimus autem diuinæ clementiæ cultus & honor, eſt gratitudo deuotionis, ſcilicet circa beneficia Dei, qui ingratis & indignis ſua dona non ceſſat quotidie multipliciter elargiri. Huius autem gratitudinis quatuor ſunt actus, quos exercemus & frequentamus quotidie in diuino cultu. Primus eſt recognitio, ſecundus benedictio, tertius collaudatio, quartus glorificatio. Primus eſt recognitio, quæ eſt gratiarum actio pro receptis. Vnde Pſal. ait, Cãtabo Dño. i. recognoſcendo recepta beneficia: laudabo dñm, qui bona tribuit mihi. Quia, vt dr̃ Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donũ perfe. &c. Et dicit pluraliter bona, quia dat Deus & bona temporalia, & bona corporalia, & bona ſpiritualia. Et quod his omnibus melius eſt, dabit etiam gloriam ſempiternam. Propterea alibi Pſal. inquit: Quid retribuã Dño pro omnibus, quæ retribuit mihi? Secundus eſt benedictio, quæ eſt bonorum imprecatio largitori: ſicut ibi, Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis & glorioſus in ſæcula. Et iterum Apoc. 7. Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſæculorum, amen. Et denuo Pſalm. ait: Benedicam Dñm in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Tertius collaudatio, quæ eſt benefactoris magnificatio, vtpote cum dicimus: Tibi Domine gloria imperium & honor & magnificentia: nobis autem cõfuſio & opprobriũ ſemper debetur. Vnde Pſal. inquit, Magnificate do. m. & ex. no. eius in idipſum. Et alibi idem ait: Magnus Dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius. Et iterũ dicit, Benedic anima mea do. Domine Deus meus mag. e. vehemẽter. Et alibi: Lauda anima mea Dominũ, laudabo Dominum in vita mea. Et glorioſa Virgo ait: Magnificat anima mea Dominum. ſ. non meipſam, Lu. 1. Quartus glorificatio, quæ eſt beneficiorum, & benefactoris prædicatio, diuulgatio, publicatio, atq; diffamatio ad omnes. Gloria. n. nihil aliud eſt, quàm clara, ſubtilis, & lata fama. Vnde Apoſt. 1. ad Timoth. 1. Regi ſæculorum immor. inui. ſo. Deo ho. & gloria in ſęcula ſæculorum, amen. Et iterum Pſalm. ait: Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo, & in terra.

D

*Primus.*

*Pſal. 12.*

*Pſa. 115.*

E

*Secũdus.*

*Tertius.*

*Pſal. 33.*

F

*Quartus.*

G

### *Promptæ dilectionis quatuor ſunt ſigna. Cap. 2.*

SEcundus diuinæ clemẽtię cultus & honor, eſt promptitudo dilectionis circa eius beneuolentiam, qui culpam indulget & alleuiat miſeriam ſeu pœnam. Huius autẽ promptæ dilectionis quatuor ſunt ſigna: Quorum primum eſt pęnitentia, ſecundum parſimonia, tertium eleemoſyna, quartum indulgentia. Primum. n. ſignum promptæ dilectionis eſt pęnitentia. ſ. gratãter recepta ad ſatisfaciendũ pro culpa commiſſa: In ipſa etenim homo ſeipſum offert Deo, vt dignum morte, quaſi ſacrificium, ſicut Pſal. ait: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritũ & humiliatũ Deus nõ deſpicies. Secundum ſignum eſt parſimonia. ſ. conuictus vel quæcũq; afflictio & maceratio carnis: vt caro crucifigatur cum vitijs & concupiſcentijs, ſicut conſulit Dñs Matt. 16. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã & ſequatur

*Quatuor prõptæ dilectionis ſigna.*

H

*Primum.*

*Pſal. 50.*

*Secundũ.*

A tur me. Et Paulus Gal. 2. de ſe ait, Confixus ſum cruci. Et iterum. 5. c. Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Tertium ſignum eſt eleemoſyna, quæ eſt ſubuentio miſerationis corporalis ad alterius miſeriam releuandam: ſub quo ſunt vna & eadem ratione opera miſericordiæ corporalis & ſpiritualis. Corporalis, ſicut paſcere eſurienté, potare ſitientem, colligere hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, & redimere captiuum. Spiritualis autem, ſicut docere ignorantem, conſulere dubitantem, corrigere delinquentem, cõſolari afflictum, re-B mittere offendéti, portare oneroſos, & orare pro peccatoribus. Nam, vt ſcribitur Mat. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Quartum eſt indulgentia, ſ. locorum ſanctorum, & omnis peregrinationis, vel labor acceptus voluntariè, pro ſuorum venia peccatorum: ſicut ire ad ſepulcrum, ad ſanctum Iacobum, ire Romam, ire ad ſanctam Mariam de Portiũcula prope Aſſiſium, vbi beatus Franciſcus impetrauit a Deo, ꝙ quicunque prima die Auguſti contritus & confeſſus intrauerit Eccleſiam illam, plenam indulgentiã conſequatur omnium peccatorum ſuorum.

*Tertium.*

*Quartũ.*

C *Rectæ intentionis quatuor ſunt fructus. Cap. 3.*

TErtius diuinæ clemẽtiæ cultus & honor, eſt rectitudo intentionis, circa tius patientiam, qua peccantibus differt vindictam. Hæc autem rectitudo eſt ad vitandum vindictam & vltionem ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, ſicut Dominus Matt. 6. c. ait: Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidũ erit. Huius rectitudnis intẽtionis quatuor ſunt fructus: Primu. videlicet reminiſcentia, ſecundus diligenta, tertius præuidentia, quartus præſtolantia Primus fructus eſt reminiſcentia, quæ el recordatio offenſæ totiés iteratę, & per coſequens venię totiés col-D latæ; ... communcatæ, & cõdonatæ, vt per hoc ſcias libenter lijs offenſas vel iniurias ſepties, imò ſępiuꝗ ſeptuagieſſepties in te peccantibus indugere, ſicut præcipit Dominus, Lu. 6. Dimitite & dimittemini. Et iterum, Matth. 6. in oratione Dominica poſtulamus dicẽtes: Dmitte nobis debita noſtra, ſicut & nos, &c. Secundus fructus eſt diligẽtia ſe exercens n tali eius ſeruitio in ſacris ſacrificijs & ſacis ſtudijs, antequam

*Quatuor fructus rectæ intentionis.*

*De dupli ci intẽtione uide D. Bon. lib. 2. diſt. 40. q. 1. & Ioã. Gerſonem par. 2. de intẽtione.*

*Secundus*

veniat dies vltimus extremę vltionis. Vnde (E) Apoſt. 2. Corint. 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: Ait enim: Tẽpore ac. ex. te & ĩ die ſa. adiuui te. Ecce nũc tp̃s ac. ec. nunc dies ſalutis. Et idem ad Gal. 6. iterum ait: Dum tempus habemus, operemur bonum. Tertius fructus eſt præuidentia. ſ. declinans a periculis, quibus cadere poſſet in foueam damnationis ęternę, ſciẽs ꝙ 1. Io. 5. Apoſt. ait, Mundus totus in maligno poſitus eſt. Quartus fructus eſt præſtolatio anhelans per deſiderium cœleſtiũ ad remuneratiõe æternam ſemper ſibi ſuſpecta de obſtaculo, quod finaliter non contingat: Vnde Pſal. Quemadmodũ deſi. cer. (F) ad fon. aqua. ita deſi. ani. me. ad te Dens. Sitiuit anima mea ad de. fon. vi. quando ve. & appa. ante fa. Dei. Fuerunt mi. la. m. pa. die, ac no. dum dicitur mi. quoti. vbi eſt Deus tuus. Ad hæc omnia notandum eſt, ꝙ idem opus exterius diuini cultus põt fieri ex diuerſa virtute & diuerſo fine, vt ſacrificare, vel ad honorandum ſolum eius magnificẽtiam tantum, vel ad obtinendum veniã tãtum, vel ad impetrandum gratiam tantum, & ad obtinendam tantum æternã remunerationem. Et quandoq; propter hæc omnia ſimul ſi placuerit offerenti, & ſic de alijs. In his autem breuiter cõcludimus ſanctiſſimę Trinitatis diuiniſſimum cultum, vt in eodẽ (G) deuota mens poſſit faciliter exerceri per illud, In memoria repleatur diuina immenſitate Patris: intelligentia diuina, ſapiẽtia filij: & in voluntate diuina, dulcedine Spirituſſancti, qui in Trinitate perfecta per ęterna ſæcula regnat, cum quibus nos conregnare faciat Dominus Ieſus Chriſtus per infinita ſæcula ſeculorum, amen.

*Tertius.*

*Quartus.*

## DOMINICA PRIMA IN Quadrageſima infra diem.

*De idolatriæ cultu.*

## Sermo Decimus. (H)

D*Ominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Mattha. 4.* Satis. vt puto, hoc mane patuit de cultu ſanctiſſimæ Trinitatis. Meritò igitur nunc tractandum eſt de idolatriæ cultu: per quẽ tanta inſipiẽtia ac temeritate homines delyrauerunt & apoſtatauerunt a vero & diuino cultu, atque hodie in reliquis huiuſcemodi perſeuerant: vt adorent pro Deo, demones



A mones in viliſſimis creaturis: quod Dominus prohibens in verbo propoſito ait, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. In quo verbo ſecunda, ideſt refrenans religioſitas demonſtratur: cum præcipiat Chriſtus Deum ſolummodò, & non alium adorandum, & illi ſoli toto conamine ſeruiendum. Tria igitur circa idolatriã conſideremus ad præſens, vt omnis noſter affectus, ſermo & actus ab omni cultu idolatriæ refrenetur. Primò idolatrię originationem, ſecundò idolatriæ offenſionem, tertiò idolatriæ dilatationem.

*Tria circa idolatriam.*

B ARTICVLVS PRIMVS.

*De origine idolatriæ: & triplici eius varietate.*

PRimò inquam conſideremus idolatriæ originationem. Prænotandum eſt tamen, ꝙ idolum dictũ eſt ab eo, quod eſt idos, ſecundũ Iſidorum: idos autem formã dicit, ab idea tractam, ſicut Sen. ait: Propterea idolum dicitur propriè ſimulacrum repręſentatiuum rei exiſtentis, vel rei ſictę. Et ſecundùm hoc idolatria propriè dicitur, cum ſimulacra coluntur. Ex communi tamen conſuetudine: C quia Gentiles creaturas colebant ſub quibuſdam imaginibus, impoſitum eſt idolatriæ nomen, ad ſignificandum qualemcunque creaturæ cultum, etiam ſi ſine imaginibus fieret, vel ſic dicta eſt idolatria, quaſi idolorum latria: non quia omnis huiuſmodi execratio ſeruitutis, vt dictum eſt, idolis impenderetur: ſed quia vel primum idolis exhibita eſt, vel quia frequentius. Aduertendum eſt etiam, quod in prima ætate, nõ fuit idolatria, propter recentem memoriã creationis mundi, ex qua vigebat cognitio veri Dei in ſæculo illo: ſed in ſecunda æta-D te reperta eſt, ſcilicet tempore Abrahæ, vt infra patebit. In ſexta verò ætate excluſa eſt per virtutem & doctrinam Chriſti, qui de diabolo triumphauit, ſicut ipſe prædixit. Ioan. 14. Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: licet multæ reliquiæ, vt infra dicetur, maximè his temporibus adhuc etiam inter Chriſtianos reperiantur. Erat autem antiquitus idolorum, ſeu imaginum differentia triplex. Quædam enim erant imagines tantum, quædam verò habitacula dæmonum, quædam autem dij factitij vocabantur.

*Idolum vñ ex aũt idolatria ſimulacrorum cultura.*

*In prima ætate non fuit idolatria.*

*Quòd in principio idolatriæ, quędam erant imagines tantum. Cap. 1.* (E)

PRimò enim erant quædam imagines tãtum. ſ. ad repręſentationẽ eorum, quorum imagines erãt: nihilq; numinis credebantur habere, ſicut nec nunc apud nos ſanctorum imagines reputantur. Refert namq; beatus Fulgentius lib. j. etymol. ſuarum, ꝙ Dioſantes Lacedomorum auctor libros 14. ſcripſit antiquitatum, in quibus ait, Syrophanem Ægyptium, familia, ſubſtantiaq; locupletẽ, filium genuiſſe, quem ait, velut omnis ſubſtantiæ ſucceſſorem, ineffabili vltra quàm (F) paternitas exigebat, affectu erga filium deditum fuiſſe. Iſq; dum aduerſis fortunę incurſibus raperetur: quo patri crudele geminęq; orbitatis dereliquiſſet elogium, vt & poſteritatis perpetuale ſuffragiũ denegaſſet, & ſubſta tiæ propagandæ ſubitam acceptionem obijceret. quid igitur faceret, aut fęcunda paternitas in ſterilitate damnata, aut fęlix ſubſtantia in ſucceſſione curtata. Parum erat, vt non haberet, quod habuit, niſi etiã nec eſſet qui obtineret, quod reliquit: deniq; doloris anguſtia, quæ ſemper inquirit neceſſitatis ſolatium, filij ſui ſimulacrum in ædibus inſtituit: dumq; triſtitiæ remedium quærit, ſeminarium potius do- (G) loris inuenit: neſciens, quòd ſola ſit medicina miſeriarum obliuio. Fecerat enim ille vnde luctus reſurrectiones in dies acquirerent, non in quo luctus ſolatium inueniret: denique idolum dictum eſt, id eſt idos doli, quod Latinè ſpiritus doloris nos dicimus. Nãq; vniuerſa familia in Domini adulationem aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta ſimulacro ſuccendere conſueuerat. Nonnulli etiam ſeruorum culpabiles Domini furiam euitantes, ad ſimulacrum profugi veniam merebantur: & quaſi ſalutis certiſſimo collatori, florũ, atq; thuris, offerebãt munuſcula: timoris potius (H) effectu, quàm amoris affectu. Deniq; huius rei non immemor & Petronius ait: Primus in orbe Deos fecit timor. Nam & Meritanor muſicus, in Chromotopoyon lib. artis muſicæ, quam ſcripſit, ait: Deum doloris, quem prima compunctio humani finxit generis. Et hinc ergo inueteratus error humanis pedetentim conſertum decipulo baratro quoddam ſæuæ crudelitatis prolabatur. Et de hoc Sapien. 14. habetur. Cępit idolatria apud Græcos, ſecundùm Iſidorum, a Promotheo, qui primus ſimulacra hominũ finxit.

*Syrophanes Aegyptius.*

*Petronius.*

*Vnde idolatria initium habuit.*

*Iſmael primus ſimulacrorũ auctor ex luto.*

A finxit de luto. Iudæi autẽ dicunt ꝙ Iſmael primus ſimulacrum de luto fecit. Dicunt etiam quidam, ꝙ idolatria cœpit a Néroth: qui, vt dicitur, cogebat homines adorare ignem. Alij etiam dicunt, ꝙ tẽpore Abrahę idolatria cępit: quo tempore Ninus ædificauit Niniue, quam a ſuo nomine denominauit. Ab iſto idolatria in Syria orta eſt, ſicut a Syrophane in Ægypto, quem etiam Ninus Bello ſubiecit. Mortuo autem patre eius, Belo, patris fecit imaginẽ, cui homines cęperũt diuinos exhibere honores, quia Rex quibuslibet parcebat reis, qui confugiebãt ad eam. Cuius exemplo plurimi ſuis charis B decedentibus imagines ſtatuerunt: & ſicut ab idolo Beli cætera traxerunt originẽ, ita quoq; & denominationem. Sicut enim Aſſyrij vocabant Belum, ſic & aliæ linguæ ſm idiomata ſua, nomina formauerunt: quidam dicentes *Bel*, quidam *Baal*, quidam *Baalim*, & ſic de alijs huiuſmodi. Quod antiquus hoſtis aduertens, poſuit ſe in huiuſmodi idolis: cępitq; dare reſponſa, vt homines induceret in errores. Hoc nãq; modo inſenſati homines, vt deos, homines coluerunt, ſicut ex libris & fabulis Gentiũ certum eſt. Quidam etiam infirmitatis & mortalitatis ſuæ obliti, ſe deos adorandos con- C ſtituerũt. Nã, ſicut expreſsè legitur Iudith 2. Nabuchodonoſor præcepit Holoferni Principi militiæ ſuæ, vt omnes deos terræ exterminaret: videlicet vt ipſe ſolus Deus diceretur ab his nationibus quę poſſent Holofernis potentia ſubiugari. Et iterum in 6. eiuſdem, Holofernes inquit: Vt ſciant omnes gentes, quoniam Nabuchodonoſor Deus terræ eſt, & præter ipſum alter nõ eſt. Simili veſania permotus Caius Cæſar in templo Domini, quod erat in Hieruſalem: ſtatuam ſibi erigi fecit, vt vel ipſa, vel potius ipſe, in ea pro Deo ab hominibus coleretur. Ex iam dictis apparet, quæ erant ido- D lorum imagines tantum.

*Quòd in ipſo exordio idolatriæ quædam imagines erant habitacula dæmoniorum. Cap. 2.*

SEcundò erant quędam habitacula deorum, hoc eſt dæmoniorum, Pſalm. teſtante, qui ait: quoniã omnes dij Gentium dæmonia. In his idolis, vel imaginibus dæmones ludificabant idolatras, & illecti ſacrificijs eorum, & impijſſimis honoribus, reſponſa dabant eiſdem, ac ſi illa inhabitarẽt. Ad hoc autem herbis, & aromatibus, & cantilenis execrabilibus, ipſas imagines ſe conſecrare putabant: & ipſos dæmones induci: videlicet vt ipſę fierent ſacra habitacula deorum, & ipſi ad inhabitãdum inducerentur. Interdum autem ſola horæ obſeruatione, qua imago huiuſmodi, vel funderetur vel ſculperetur: idem fieri opinati ſunt, & in libris eorũ, qui per Dei gratiam iam ex maxima parte perierunt, iſta reperiuntur. Huiuſmodi autem imagines nec colebantur, vt dij: nec dij nominabantur, niſi forſitan hoc errore fieret inſipientiſſimorum hominum, qui imagines huiuſmodi reſponſa dęmonum dantes, loqui putarent: adeò incircũſpecti & inſenſati erãt, vt in parte iſta non diſtinguerent, ſicut & forſitan multi ſimplices ſunt adhuc, qui inter imagines Sanctorum & ipſos Sanctos in ſuis orationibus non diſtinguunt, immo orationes, quas ad Sanctos facere debent, ad ipſas imagines faciunt. Potuit autem eſſe & credibile eſt, cauſam ſemper fuiſſe & eſſe malitiam dæmonum, vt imagines huiuſmodi, in quibus habitare videbantur: vel pro ſe, vel in honorem ſui: vel etiam tanquam deos vellent & facerent adorare: & in tali errore vſque ad mortem impęnitenter perſeuerare. Et de huiuſmodi Apocal. 9. ſcriptum eſt. Neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argentea, & ærea, & lignea, & lapidea: quæ ſcilicet ab effectu, quæ in talibus operatur, neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare.

*Quo dæmones ſub falſis imaginibus illudunt.*

E F G

*Quòd quædam imagines dij factitij quaſi imagines deificatæ nuncupabantur. Cap. 3.*

TErtium genus idolorum, ſeu imaginum erãt ſm opinionem eorum, dij factitij: hoc eſt quibus velut ſplẽdor H quidam diuinitatis & virtus numinis inſundebatur ſeu imprimebatur: & vel a ſpiritibus cœleſtibus, vel ab ipſis ſtellis & cęlis ac luminaribus, & cũ iuxta obſeruationes eorum ſub certis horis & cõſtellationibus, vel fundebantur, vel ſculpebantur, vel fabricabantur. Vnde imaginati ſunt homines, ꝙ quaſi vnum fieret ex idolo cœleſti virtute, ſicut fit vnum ex anima & corpore: & quòd illa virtus influxa de cęlis eſſet quędam virtus diuinitatis in idolo. Et ideo homines ſic decępti ſtatuerunt dæmoni tanquam Deo ſacra & ſacrificia, vt habetur Sapien. 14. Hęc autem



*Hermes Trimegiſtus.*

A autem fuit opinio Hermetis Trimegiſti, vt dicit Auguſt. 2. de ciui. Dei: immo quòd execrabilius eſt, huius erroris velut reliquiæ adhuc apud vetulas multas etiã Chriſtianas in quibuſdam patrijs extant. Dicunt nanque omnes imagines ſexageſimo anno a factione ſua virtutem ſortiri de cęlis, & deinceps quandiu durauerint obtinere. His imaginibus igitur furfurmigia, ſeu furfurmigationes verbaq; & decantationes conſtituerunt, ac ſi veri dij, illi dij factitij eſſent. Hanc autem adinuentionem extollit Mercurius in lib. quem ſcripſit de Helya. id eſt de Deo Deorum di. Inter om- B nia mirabilia, mirabilius eſt ꝙ homo potuit diuinam naturam inuenire & eam eſſicere. Vbi expreſſe dicit, ꝙ deorum alij ſunt naturales, alij factitij: & ne aliqua eſſet dubitatio de intellectu & intentione eius, interrogatus in eodem libro ab Aſclepio diſcipulo eius, ſtatuas dicis, o Termegiſte, ſtatuas o Aſclepi? Et iterum: Miraris o Aſclepi, & nunquid tu diffidis, ꝙ homines faciunt deos? & poſt pauca: Sicuti Deus, aut Dominus, vt ſui ſimiles eſſent, deos fecit æternos: ita humanitas deos ſuos, ex ſui vultus ſimilitudine fingat. Et alibi Dominus & pater, vel quod eſt ſummum Deus, C vt effector eſt cęleſtium deorum: ita homo eſt effector deorum, qui in templo ſunt humana proximitate contenti. Et ꝙ de ſtatuis, quas dęmones inhabitare credebat, hoc expreſſe intellexerit, apertius in ſequẽtibus patefecit, dicens his verbis, Vides, o Aſclepi, quatenus tuipſe diffidis ſtatuas animatas ſenſu vel ſpiritu plenas tanta & talia facientes ſtatuas, futurorum præſcias, &c. Et iterum: Proaui noſtri inuenerunt artẽ, qua deos efficerent, cui inuentæ adiunxerunt de mundi natura, conuenientem materiam, eãq; miſcentes, quoniam animas facere non poterant, euocãtes animas deo- D rum vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus ſanctis, diuiniſq; myſterijs, per quas idola & benefaciendi & malefaciendi vires habere potuiſſent. Et iterum: Horum deorum, o Termegiſte, qui terreni habentur, cuiuſmodi eſt qualitas? conſtat o Aſclepi, de lapidibus, & de aromatibus vim diuinitatis naturalem in ſe habentibus: Et propter hanc cauſam ſacrificijs frequentibus oblectantur, hymnis etiam & laudibus & dulciſſimis ſonis in more cęleſtis armoniæ concinentibus. Siue igitur iſta duo genera idolorum execrabiliumq; imaginum intellexit Mercurius in verbis iſtis: ſiue illud

*Deorum genera.*

E ſolum genus cui animas dæmonum inditas dicit, nullatenus dubitandum eſt, quin virtutem diuinam & numen attribuerint. Huiuſmodi erroneis ſtatuis & imaginibus, vel ſub certis conſtellationibus ſolummodo factis, vel nefandis ſacrificijs & orationibus ſcripturis & figuris adhibitis cum ipſis conſtellationibus. In quem errorem inducti videntur ex opinione ſtellarum luminum & cœlorum. Quemadmodum enim ab ipſis conſtellationibus naſcentibus ſub ipſis credebant prouenire, cum fauſtę & fortunatæ eſſent ſupereminẽtias quaſdam hominibus, videlicet vt Reges vel Principes F aut prophetę, aut ſapiẽtes eſſent ante alios: ſic virtutes non quidem iſta obtinendi, ſed magis pręſtandi prouenire credebant imaginibus. Et hoc expreſſe legitur in libris eorum, quos de præſtigijs & imaginibus alijſque ſacrilegis maleficijs conſcripſerũt. Quibuſdam enim imaginibus poſuerunt virtutem præſtandi honores, ſeu dominationes, atq; prælationes, aut artes, aut eloquentiam. Et imagini muſcæ ſub certa conſtellatione ſculptæ attribuerunt virtutem fugandi muſcas ab omni loco, in quo ipſa foret. Similiter & imagini ſcorpionis, fugandi omnes ſcorpiones a ciuitate, vel re- G gione, in qua ſculpta eſſet. Eodem modo & imaginibus quorundam animalium poſuerunt virtutes congregandi ea. Similiter & quibuſdam ſpeculis virtutem liberandi quemcunque captiuum vel incarceratum vellent. Manifeſtum eſt autem, virtutem præſtandi honores, & dignitates, & ſapientiam, & prophetiam atque eloquentiam, non eſſe virtutem, niſi Dei omnipotentis: ex quo manifeſtum eſt, eos Dei gloriam & honorem, & virtutem tranſtuliſſe in huiuſmodi imagines: nec ſolum in imagines, ſed etiam in ea, quæ imagines non ſunt, ſicut in ſtellas ipſas & luminaria: nec in ipſa ſolum, H ſed & in figuras quaſdam, quarum alias ſigilla planetarum, alias annulos, alias characteres eorum, alias imagines vocant, cum nullam earum ſimilitudinem habeant. Crediderunt etiam quidam, deos vel ſibijpſis partitos fuiſſe, & hoc ſorte, vel Deum deorum ipſis diſtribuiſſe terrarum orbem. Plato enim ſenſit Deum deorum orbem terrarum eis regendum tradidiſſe ac diſtribuiſſe: Quidam etiam ſic beſtialiter inſanierunt, vt Deum Hebræorum vnum ex his opinarentur: & ſorte obtinuiſſe, vt Deus eſſet populi Hebræorum.

*Antiquorũ error, & hallucinatio.*

ARTI-

A

### Articvlvs Secvndvs.

*Quòd propter tria, idolatria grauiſſima culpa eſt.*

SEcundo principaliter cõſideremus idolatriæ offenſionem. Cum enim latria ſummæ venerationis cultus ſit, & obſequium honorificentiæ conſummatæ, merito ſoli Deo altiſſimo debita eſt: ipſe enim in primis & maximè in omnibus modis eſt venerandus & honorandus, atque colendus. Cum igitur huiuſmodi cultus, ſeu obſequium, ad aliud tranſlatatur, ſiue illud ſit, ſiue non ſit: & quicquid illud ſit intolerabilius a diuino gladio & igne exterminanda iniuria & contumelia de altiſſimo irrogatur. Hæc iniurioſa contumelia triplex eſt. Prima videlicet ex eo, quòd ei debitæ honorificentiæ cultus ſubtrahitur; ſecunda ex eo, ꝙ alij impẽditur & appropriatur; tertia ex eo, ꝙ ei aliud æquatur. Quemadmodum ſi aliquis Regi, vel Domino ſuo honorem regium ei debitum ſubtraheret, & alij illum impenderet, & in Regis illius regno vel ciuitate alium ſibi in potentia & honorificentia coæquaret. Aggrauat autem nefas iſtud vilitas eius & ignobilitas, atq; impotentia ſiue infirmitas, in quas honor ille incommutabilis transmutatur. Execrabilius quidem peccauerunt, qui honorem iſtum in quadrupedes aut reptilia, quàm qui in homines tranſtulerunt: & qui in imagines hominum aut animalium, quàm qui in homines aut animalia mutauerunt, ſicut Roma. 1. Apoſtolus ait: Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis: & volucrum & quadrupedum & ſerpentum. Et iterum Pſalmus dicit, Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedẽtis fęnum. Vides ergo ad quantas Dei iniurias & contumelias inſipientiſſimi homines deuenerunt, vt non ſolum in minimas & viliſſimas creaturas honorẽ & gloriam tranſtulerint creatoris: ſed etiam in imagines eorundem: immo etiam, quòd horrendiſſimum & ſtupendiſſimum ſimulq; ridiculoſiſſimũ auditu eſt: ſicut in Itinerario Clementis, hoc eſt in lib. diſputationum Petri contra Simonem magum, legitur etiam ſtrepitus ventris adorare, nec veriti ſunt, nec erubuerunt, vt verificetur quod de eis Roman. 1. Apoſtolus ait: dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. ſed etiam hodie extant in Barbaria de gentibus Aquilonis, qui tonitruum pro Deo adorant.

*Latria quid.* (B) *Simile* (C) *Idolatria execrabilis.* (D)

E

### Articvlvs Tertivs.

*Quòd per triplicem modum Diabolus in mundo idolatriam diſſeminauit & dilatauit atque conſeruat.*

TErtio conſideremus idolatriæ dilatationem. Dimiſſis tamen infidelibus, ad quos per idola ſtulta & vana, vt ex præcedentibus patet idolatria dilatata eſt: ad ſolos Chriſticolas veniamus, qui occultiori, licèt non ſalubriori fallacia deluduntur. Tribus nempè operibus, ſeu modis inter Chriſticolas idolatriam in mundo diſſeminauerunt & diſſeminant ſemper dęmones infernales. Primo in falſa ſcientia, ſecundo in ficta potentia, tertio in occulta malitia.

F

*Per quam ſcientiam dæmones valent præſcire futura. Et quòd quatuor modis hoc conſequi poſſunt. Cap. 1.*

PRimo quidem dæmones diſſeminauerunt in mundo idolatriam falſa ſcientia. Produxit autem hanc peſtem diuinatio dęmonũ, qua futura quædam & alia occulta prędicere videbantur: per hoc enim veram diuinitatem habere credebantur. Vnde & diuinatio, quaſi diuinitatis imitatio, dicta eſt. ſolius enim diuinæ intelligentiæ ac ſapientiæ eſt occulta noſſe & reuelare. Ad intelligentiam autem horum, quæ dæmones præſcire poſſunt, ſecundum Bonauen. in 2. diſt. 7. q. 4. notandum eſt, quòd futurorum triplex eſt genus. Primo enim ſunt quædam futura, quę habent determinatam cauſam & infallibilem: ſecundo ſunt quædam, quæ habent determinatam cauſam, ſed fallibilem: tertio vero ſunt quædam, quæ habent cauſam indeterminatam & fallibilem. Primo enim ſunt quædam futura, quæ habent determinatam cauſam infallibilem: vt illa, quæ attenduntur circa motum corporum ſuperiorum, in quibus eſt determinatio & omnis impedimenti remotio: & talia poſſunt certitudinaliter ſciri non ſolum a Deo & in Deo: ſed etiam in creatura, & hoc in ſua cauſa, ſicut tempus eclipſis & conſimilium. Secundo ſunt quædam, quæ habent determinatam cauſam, ſed fallibilem: vt illa, quę ſunt ſecundum inferiorem natu-

*Quo dæmones diſſeminarunt idolatriam.* (H) *Quæ futura habẽt determinatam cauſam.*



A naturam, quę ideo habent cauſam determinatam, quia intentio naturæ mouet determinate ad vnum: Ideo verò fallibilem, quia multiplex poteſt impedimentum occurrere: vtpote quòd ager ſeminatus ſi terra pinguis eſt & bona, diſpoſitio corporum ſuperiorum afferat fructum pinguem. Et iſta poſſunt quodammodo ſciri & præſciri non tantum a Deo, ſed etiam a creatura, quæ nouit naturas rerum ſuperiorum & inferiorum: non tamen ita certitudinaliter, ſicut prædicta. Tertio ſunt quædam, quæ habẽt cauſam indeterminatam & fallibilem: ſicut ea, quæ ſunt a voluntate noſtra: quæ quidem indeterminata eſt propter hoc, ꝙ eſt ad oppoſita & fallibilis: etiam quia poſſunt volenti perficere occurrere multa impedimenta: & talia non poſſunt certitudinaliter ſciri ab aliqua creatura in ſeipſa, ſed ſolum a Deo, vel per reuelationem diuinam. Vnde Damaſc. lib. 1. c. 4. ait: Quòd futura neque Angeli, neque dæmones nouerunt. ſcilicet naturali cognitione, & loquitur de futuris contingentibus. Huius autem ratio eſt, quia cognitio creaturę pendet ex re: quoniam igitur res incerta eſt, & in ſe & in ſua cauſa: ideo creatura non poteſt certitudinaliter noſcere, aut præſcire illa. Diuina autem cognitio non pendet a re aliqua: immo omnia, quæ nouit, ſecundum modum ſuę virtutis nouit Et quia veritas ſibi certiſſima eſt, ideo certiſſimè contingentia noſcit vt neceſſaria; & ſicut certiſſimè nouit, ita poteſt certitudinaliter demonſtrare & reuelare: ideo hæc pręcognitio futurorum vel Dei eſt, vel a Deo. Et ideo cum talia futura prædicuntur: prædictio illa diuinatio nuncupabatur, quia talis diuinus eſt actus. Et quia dæmones ſuperbi maxime deſiderant honorari vt Deus, ideo conantur oſtendere hoc in ſe habere. Et ideo dicere quòd dæmones per ſeipſos futura contingentia certitudinaliter præſciant, hoc eſt eis attribuere quod Dei eſt: ideo eſt ibi aperta infidelitas, & infidelitati frequenter idolatria annexa eſt: ideo diuinatio prohibetur omnino. Sed notanter aduertendum eſt, quòd quamuis dæmones non poſſint per ſeipſos futura contingentia certitudinaliter ſcire, tamen frequenter prædicunt vera, quia euentum futurorum aliquo modo præſentiunt, vel præſciunt. Quod quidem quadrupliciter contingere poteſt, ſecundum Auguſt. in 3. ſuper Gen. ad literam. Primo ſenſus, ſeu ingenij acrimonia, ſecundo multa experientia: tertio doloſa cautela & malitia, quarto verò aliena doctrina. Primo quidem ſenſus, ſeu ingenij acrimonia, vt quando vident & diligenter conſiderant ad quod inclinetur affectio noſtra, vel quæ ſint inducentia, vel retrahentia. Hanc autem acrimoniam ſenſus, perficit celeritas motus eorum. Quod declarans idem Auguſt. 26. q. 4. cap. 1. ait: Prædicti dæmones acumine ſenſus, & celeritate motus, multa ante cogitata prænunciant, vel nunciant, quæ homines pro ſenſus terreni tarditate mirentur. Secundo multa ſeu longa experientia. Vnde Auguſt. vbi ſupra eo. cap. ait: Acceſſit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protẽditur, rerum longè maior experientia quàm poteſt hominibus propter breuitatem vitę peruenire. Et ſubdit: Aliquando autem non quæ ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt: quæ ſigna in hominum ſenſus uenire non poſſunt, ante prædicunt. Neque enim, quia præuidet medicus, quod præuidere neſcit huius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus eſt. Hæc ille. Ex his patet, quòd quia tam longo tempore naturas humanas, & virtutes, & infirmitates eorum, & diſpoſitiones rerum experti, coniecturare poſſunt futura, & prædicere ac operari mira, quæ humanus ſenſus ignorat. Tertio doloſa cautela, quando proponit homo aliquid facere & illud prædicit, quaſi illud alius ſit facturus. Quarto aliena doctrina cum iuſto Dei iudicio permittendo, addiſcunt aliquid ab Angelis bonis. Ex his igitur patet, quòd licet dæmones non poſſint futura contingentia certitudinaliter præuidere: poſſunt tamen probabiliter illa præſentire: & per hunc modum ac per hanc ſcientiam in eis ab idolatris non intellecta, idolatria maximum fomentum ſumpſit.

*Quæ indeterminatã & fallibilem.* (B) (C) (D) (E) *Primo.* *Secundo.* (F) (G) *Tertio.*

H

*De triplici ficta dæmonum poteſtate per quam homines in idolatriam prolabuntur. Cap. 2.*

SEcundo autem modo vel opere diſſeminauerunt dęmones idolatriam per orbem terrarum, ſcilicet ficta potentia. Triplicem potentiam oſtendebant dęmones deceptis hominibus, propter quam inducti ſunt in idolatriæ labem, & adhuc plurimi inducuntur. Primam placandi contrarietates & turbationes, ſecundam ſedãdi tempeſtates & fluctuationes, tertiam ſanandi.

*Triplicẽ potẽtiam oſtẽdebãt dæmones.*

A ſanandi infirmitates & læſiones. Primam quidem dæmones habere oſtendunt poteſtatem, ſcilicet placandi contrarietates, guerras, & turbationes: ſicut patuit in Romanis, qui pro victorijs obtinendis, aduerſarijsq; ſedandis, idolis immolabant, & inde poſtulata plerunque obtinuiſſe arbitrati ſunt, ſicut ex Valerio Maximo, atque ex alijs Hiſtoriographis patet. Inter Chriſtianos autem licet aliter operātur eadem, ſicut de quibuſdam Aſtrologis & Mathematicis patet: quare certiſſimè fatendū eſt, grauem fore offenſam, circa ea, quæ ab hominis voluntate dependent, aſtrorum iudi-

*Prima poteſtas Dæmonis.*

B cijs: vti quia diabolus vt homines trahat in perditionis errorem: operibus eorum, qui iudicijs aſtrorum intendunt, ſæpius ſe immiſcet. Vnde Auguſt. 2. lib. ſuper Gen. ad literam ait: Fatendum eſt, quando ab iſtis, ſcilicet Mathematicis, vera dicuntur, inſtinctu quodam occultiſſimo diaboli, quem neſcientes humanæ mētes patiuntur, quod cum ad decipiendum homines fit, ſpirituū immundorum & ſeductorum operatio eſt. Secundam quoque dæmones oſtendunt habere poteſtatem, ſcilicet ſedandi tempeſtates & fluctuationes: circa quos dimiſſis paganorum ludibrijs, ad ſolos Chriſtianos di-

*Secunda ptās Dæmonis.*

C uertamus ſermonem. Ille incantat turbidum tempus quibuſdam coniurationibus & euaginato enſe. Alius extra oſtium domus ſuæ proijcit catenam, quæ appen ditur ſuper ignem. Alter fruſtum combuſti ligni de die Natalis relicti contra tempeſtatem extra domum emittit & conſimilia multa, omni quidem ſtultitia plena. Quid dicam de nauigantibus mare, qui certis ſeruatis diebus ex vana ſuperſtitione, non naturali quidem cognitione, non inciperent iter, nec de proprio loco abirent, dies obſeruantes & horas? Contra quos habetur. 26. q. 1. cap. id quod. 1. q. 1. cap. non obſeruetis.

D Quidam quoque cum oriri viderit tempeſtatem, gladium in nauis arborem figunt. Alij cum deſcendere viderint quandam nubem, quam quidam magonem vocant, quæ ſolet de mari haurire cum nauium periculo, aquam illam euaginato ac vibrato enſe quibuſdam coniurationibus præcidere quodammodo ſimulant, & ſic de conſimilibus multis. Tertiam quidem potentiam oſtendebant atque oſtendunt, ſcilicet ſanandi infirmitates & læſiones: & hoc dum ab eis irrogandis ceſſabant & ſecreta remedia apponebant. Interdum namque iuſto & occulto vel manifeſto iudicio Dei, diuerſas

*Tertia poteſtas Dæmonis.*

E & varias infirmitates irrogare hominibus peccatoribus permittuntur. Interdum etiā prohibentur nihil omnino poteſtatis in his habentes, niſi quantum diuinæ voluntatis beneplacitum, aut conceſſerit, aut permiſerit operari: cum diuinæ poteſtati pleniſſimo iure ac ſeruitute ſubdantur ad reſtringendum, limitandum, auferendum, tranſferendum, ſuſpendendum, & relaxādum. De virtutibus autem naturalibus habetur Exod. 3. de virtute ignis, quæ ſuſpenſa eſt a combuſtione rubi. Similiter & in virtute aquæ, quæ ſuſpenſa fuit a fluxu & ſubmerſione in diuiſione maris rubri, Exod. 10. c.

F Quanto magis potuerunt & neceſſe habēt parere rationales creaturę beneplacitis imperioſiſſimæ voluntatis Dei, & hoc volūtarie, ſi bonæ ſunt, vel etiam inuite, ſi ſunt malæ. Quia igitur ſcire interdum permittuntur limites & reſtrictiones poteſtatum ſuarum ipſi dæmones, ſimiliter & relaxationes & ampliationes: quid igitur mirum, ſi potuerunt hominibus prædicare, & infirmitates quas irrogaturi erāt, & infirmitatum ceſſationes, vt ſic & poſſe nocere viderentur, & poſſe prodeſſe: omnino tacentes quòd Dei iudicio & voluntate & mala irrogare permittebantur, & ab illis deſiſtere compellebantur.

G Si etenim huiuſmodi reuelarent, omnino approbarēt ſe non eſſe timendos, cum creatoris imperio adeo ligata teneatur eorum poteſtas, vt non quotiens, neque quanta vellent mala, hominibus inferre valerent: ſed quotiens & quando fuerit omnipotentiſſima creatoris voluntas: quæ & ab infeſtatione hominum eoſdem compeſcit, licet inuitos: & ad eandem eos relaxat, prout & gloriæ ſuæ & ſaluti hominum conſpicit expedire, iuſtitiāque ſuam decernere. De hoc manifeſtum exemplum patet in paſſione Apoſtoli Bartholomæi de dęmone Aſtaroth: qui in tem-

*Qũo reuturbata ptās dæmonũ.*

H plo ſuo idolo conſecrato ægros, quos infirmitatibus varijs cruciabat, ad ſe pro auxilio recurrentes, non ſanitatem dando, ſed infirmitates quas irrogauerant amouendo, videbatur curare. De huiuſmodi forte ſunt multi erronei, & ab iſto eodem vel ab alio dæmone excęcati, qui patientes caducum, vel regium morbum, in die Aſſumptionis in opprobrium Virginis, vel in die Apoſtoli Bartholomęi in dedecus Apoſtoli Dei, in eorum templis die noctuque ſaltantes diuerſaſque inſanias, maxime ne caſu in terram ruant obſeruantes credunt ſe per annum ab illa

*Exem. ſingula.*

ægri-



A ægritudine illæſos ſtāre: cum iudicio Dei, & hoc peccatorum malitia exigente dæmones, & illos tali ægritudine in corporis diſpendium lædant, & cum tali annuario cenſu, & ſacrificio placati fuerint, in diſpendium ſpiritus a tali moleſtia ad tempus ceſſent. Nec aduertunt huiuſmodi inſani atque dementes, quod ſi vera Dei curatio eſſet: non ſaltibus, diſſolutionibus, atque truffis in ſacris ædibus; ſed fideliſſimis, deuotiſſimis, atque inſtantiſsimis, & pijſsimis orationibus impetraretur: non annali recidiuatione ſpiritus & corporis: ſed vera ſoſpitate & perſeuerabili gratia vtriuſ-

B que. Multos quoque maligni ſpiritus eodem diuino iudicio permittente, in corpore diuerſis cruciatibus & ſupplicijs vexant, qui facturati, vel maleficiati, aut amaliati creduntur: præuidentes, quod vel ipſi, vel conſanguinei, ſeu ſui amici, pro liberatione eorum ad incantatores, & incantatrices recurrere debent, vt ſic & vexatos & liberantes & fauentes & huiuſmodi permittentes, & licitum eſſe credentes, atque omnes huiuſmodi ſuſtinentes, vel non contradicentes in laqueis idolatriæ peſtis poſſideat captiuatos, iuxta illud 86. diſtin. cap. facientis. ſcriptum eſt. Non caret ſcru-

C pulo conceſsionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et quod mirabilius eſt, huiuſmodi ſpiritus infernales, intantum alienant vexatorum obtenebratas mentes, quod tanquam dulciſsimis conciuibus ſuis comparticipant ſupplicia inferorum, nec tales miſeri & miſerabiles hoc aduertunt. Et licet ipſi dæmones varijs ſacrificijs, ac nefandis modis illecti & inclinati a corporeis cruciatibus quandoq; ceſſent, fortioribus tamen catenis vexatorum, ac participantium ſpiritus tenent. iuxtaque Domini ſententiam, Matth. 12.

*Malignitas dæmonum.*

D Fiunt nouiſsima eorum peiora prioribus; cum ſi vnus ex talibus egrediatur ſpiritus, ſeptem illo deteriores reuertentur in eo. Sed de varijs infirmitatibus, pro quibus liberandis ſtultorum turba dæmonibus varia ſacrificia libat, aliquid modo practico diſſeramus, diſcretis legentibus, atq; prædicantibus reliqua conſimilia deteſtanda, ſecundum diuerſas patrias perquirere relinquentes: a planta enim pedis vſque ad verticem non eſt in homine membrum, neque locus pro quo ſanando, non fiant diabolo ab impijs idolatris ſacrificia multa. Primo nanque contra dolorem capitis, quidam non comedunt de capite, & alias ſtultitias

*Multorū inſania.*

E operantur. Contra dolorem frontis, ſuos habent incantandi modos & ritus. Contra dolorem aurium operantur quædam, quæ turpe eſt dicere, vel cogitare, multo amplius operari. Contra fluxum ſanguinis per nares, vel aliunde, habent quaſdam incantationes, quibus vtuntur cum lapidibus uiuis poſitis circa nares. Contra dolorem dentium, tangunt dentem cum dente hominis ſuſpenſi, vel oſſe alterius defuncti, vel quibuſdam verbis gladium in terram figunt, vel cum pulſantur campanæ in die ſabbati Sancti, ponunt ferrum inter dentes, & conſimilia multa.

*Varia hominū delyramēta.*

F Contra dolorem, ſiue tumefactionem gutturis, ſeu contra cantarellas incantant cum cultello, qui habeat manubrium nigrum. Contra malum gramphij portant anulos fuſos dum legitur paſsio Chiſti, dies & horas, contra Apoſtolum, obſeruantes. Contra oſſa, ſiue membra diſtorta, vtuntur arundinibus, vel nouellis auellanarum, duoq́ue tenent ex vtroque capite illas, diabolusq́ue iungit eas; cumq́ue putent miraculum eſſe diabolo ſacrificium præſtant; demumq́ue opus diaboli quaſi ſanctas reliquias ad collum ſuſpendunt. Contra malum lumborum ſtat infirmus pronus in ter-

G ram, quaſi diabolum adorando; & mulier, quæ duos filios ex uno partu produxerit, duas in manibus tenens colos calcando pedibus lumbos eius, tribus vicibus pertranſit eum, quędam interim inſania dicendo, & riſu digna. Contra defectum lactis, vel malum uberum mulierum, quis exprimere ſufficit, quot dementias operantur? Contra paſsiones uermium, maxime puerorum, ſcribunt ſuper frontem, uel ſuper uentrem infirmi, quidam proijciunt in aquam liquefactum plumbum, uel allacum cum filo puellæ uir-

H ginis ponunt ſuper puerum. Contra malum umbilici multas faciunt inſanias: inſuper quando illum a puero ſeparant, alias dementias operantur. Contra carnem calefactam, quam infirmitatem quidam uocant ignem ſilueſtrem, uel carnem crepatam, quidam numerant cum pede lapides muri per curſum eleuato pede ad murum, demum oſculatur ſuo genu, & alia plura inſania. Contra uenam retortam in crure incantant in bacili, atque faciunt, diabolo adiuuante, quod aqua in uas terræ de bacili aſcendit. Contra febrem continuam, tertianam, uel quartanam, dant herbarum folia ſcripta a come-

A dendum ieiuno ſtomacho, vel pomum ſcri-
ptum, ſiue ſcriptam hoſtiam, & hoc tribus
diebus, quaſi diabolus velit præferri Chri-
ſto, qui ſemel in vltimo infirmitatis in ſacra
mento aſſumitur ab infirmo, diabolus autẽ
ter: Chriſtus in neceſſitatis articulo ſumi-
tur etiam a non ieiuno: ſed diabolus venera
bilius ter a ieiuno ſtomacho vult ſumi. Con
tra quaſdam infirmitates puerorum faciunt
illos tranſire per radices concauas quercuũ,
vel propagines, ſiue per foramen recens.
Mittunt etiam puerorum panniculos nica-
gratis veſtibus ad menſurandum. Contra fa
ſcinulum innumerabilia fiunt, cuidam etiã
B infirmitati dicta miſſa faciunt fieri loco fla-
belli ventum cum miſſali ſuper ægrotum,
vt ſanetur. Contra morbum regium, ſi-
ue morbum caducũ, ponunt duodecim can
delas ad duodecim Apoſtolos, & cum infir
mus ſit prius baptizatus in noĩe Ieſu Chri-
ſti, tunc rebaptizatur in nomine diaboli, cũ
mutatur nomen impoſitum in baptiſmo, &
imponitur nomen Apoſtoli, ſm̃ quẽ remã-
ſerit candela accenſa. Contra guirectiones,
ſiue ſagittas portant guirectionem Sãcti Se
baſtiani in feſto eius, in ipſius dedecus, cũ
quibuſdam inſanis obſeruantijs frabrifa-
ctum. Contra guirectiones cum non valẽt
C de vulnere trahi incantant, dicentes: Longi
nus fuit Hebræus, &c. quod patens menda-
cium eſt, vt animaduertant tales homines
infideles, ꝙ diuina permittente iuſtitia: &
diabolus, qui mendax eſt & pater menda-
cij, illum guirectionem infigi fecit, &
illum ne extraheretur, retinuit, donec ido-
latriæ ſacrificium ei exhibitũ fuerit. Quod
quidem manifeſtum apparet, cum ſolũ duo
bus digitis, quaſi idolatrię ſigno, ferrum de
vulnere extrahatur. Cum infirmus non po
teſt mori, & quodammodo deſiderent qui-
dam mortem eius, diſcooperiunt tectum ſu
per eum, vel leuant eum de illo loco, dicen-
D tes, ꝙ ibi eſt penna alicuius auis, quæ non
permittit illum mori, ergo per conſequens
occidunt eum. Contra vulnera incantant,
*Carmina, & dæmonum illuſiones.*
dicentes: Tres boni fratres, &c. quod qui-
dem non tantum mendacium, ſed etiam ri-
diculum manifeſte apparet: tunc ibi diabo
lus, cui ſacrificium adhibetur, partim mani-
feſtum propter oleum, & lanã, partim oc-
cultum remedium præſtet. Quidam conſer
uant pelliculam, cum qua ortus eſt puer: &
quod horrendum eſt etiam audire, illã ma-
ledictam carnẽ & pellem baptizari faciunt,
& inungi vnctione ſacra, & multa horren-
da inde fiunt, quæ fieri minime licet. Cõtra
parere non valentes, innumerabiles & in- E
credibiles ſtultitiæ fiunt, dum pariunt quæ-
dam, expellunt muſcipulas, ne pariant fęmi
nã; poſt partum verò putantur eſſe paganæ
ſigno crucis ſignantur ab obſtetrice, vel vt
paganæ non filant quouſq; eccleſiã intrent.
Hæc & conſimilia diuino occulto iudicio
permittente, & diabolo nõ ſupra naturam,
ſed ſm̃ naturã inuiſibiliter operante, ad cor
porum ſanitatem per quaſdam obſeruan-
tias & incantationes inſanas ſtultis profice
re videnrur: licet omnino in ſe contineant
pernicioſiſſimam animæ & corporis falſi-
tatem, & hominis vtriuſque finalem perdi- F
tionem. His quoque ſuperaddendum eſt, ꝙ
cum ſuo adiutorio dæmones ad ſanandas
infirmitates induxerunt homines, ac mulie
res ex illa impia impietate huiuſmodi men
tes ad tantam rabidam inſaniam deducunt,
vt paruulis maxime, quãdoq; etiam & adul
tis nocere deſiderent; quod cernẽtes demo
nes, qui talibus dominantur, in tantam in-
credulitatem præcipitant eos, vt & nocen-
di & ſanandi, occidendi & liberãdi quibuſ-
dam ſacrificijs prius receptis ſuis cultorib.
videantur tribuere poteſtatem. Inter has
*Strigæ, & carminatrices mulierculæ, quot mala inducũt.*
impijſſimas feras, ſunt quædam crudeliſſi-
mæ mulieres, & etiam quidam viri creden-
tes & profitentes ſe cum Dyana, ſeu Iobya-
na, vel Herodiade, & innumera multitudi-
ne mulierũ equitare ſuper quaſdã beſtias,
& multa terrarum ſpatia intempeſtæ noctis G
ſilentio pertranſilire, eiuſq; iuſſionib⁹ obe-
dire velut deæ: & certis noctibus, ſicut no
cte Iouis, & nocte poſt Dominicam diem,
ad eius ſeruitium euocari. Aſſerunt etiam
ab illis aliquas creaturas, maxime paruulos
pueros poſt ſe in deterius, vel in melius ꝑ-
mutare, aut in aliam ſpeciem & ſimilitudi-
nem transformare. De huiuſmodi latius ha
betur 26. q. 5. cap. epiſcoporum: vbi prædi-
cta in ſententia de huiuſmodi habentur. Et
ſubditur ibi: Vtinam hæ ſolę in perfidia pe H
rijſſent, & non multos ſecum ad infidelita-
tis interitum pertraxiſſent. Nam & innume
ra multitudo hac falſa opinione decepta,
hæc vera eſſe credit, & credendo a recta fi-
de deuiat, & errore paganorũ inuoluitur:
cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra
vnum Deum arbitratur. Et ſequitur: Siqui-
*Diabolus velut ſe transfigurat in Angelũ lucis.*
dem ipſe ſathanas, qui transfigurat ſe in An
gelum lucis, cum mentem cuiuſque mulie-
ris cepit, & hanc per infidelitatem ſubiuga-
uerit, illico transformat ſe in diuerſarũ per-
ſonarum ſpecies, atque ſimilitudines: &
mentem, quam captiuam tenet in ſomnis.
deludens



A deludens modo læta, modo triſtia, modo
cognitas, modo incognitas perſonas oſten
dens per deuias quæq; deducit: & cum ſo-
lus ſpiritus hoc patitur, infidelis hoc non in
anima, ſed in corpore euenire opinatur.
Quis enim in ſomnis & nocturnis viſioni-
bus non extra ſeipſum educitur, & multa
videt dormiendo, quæ vigilando nunquam
viderat? Quis vero tam ſtultus & hebes ſit,
qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fuerint,
etiam in corpore accidere arbitretur; ſicut
& Paulus non audet ſe dicere raptum in
corpore. Et ſubditur: Quiſquis ergo poſſe
fieri aliquam creaturã in melius, aut in de-
B terius immutari, aut transformari in aliam
ſpeciem, vel in aliam ſimilitudinem nõ ab
ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem
omnia facta ſunt: proculdubio infidelis
eſt & pagano deterior, ſcilicet, poſtquam ſu
per talibus audierit veritatem, & pertinaci-
ter hoc ſic fieri aſſeruerit poſt informatio-
nem prædictam.

*De occulta malitia dæmonum, qui dum per naturalia operantur, vt homines in errorem inducant ſupra naturam operari ſe monſtrant. Cap. 3.*

C TEertio vero modo, vel opere dæmo-
nes idolatriam dilatauerunt. ſ. occul-
ta malitia. Mirificentia. n. quorundã
operum, quæ re vera opera naturalia ſunt:
quia procurãte malitia dæmonum ipſas na-
turas, vel coniungentium, vel commiſcen-
tium, vel aliter ad operandum expedientiũ,
& adiuuantium facta ſunt; dæmonum ope
ra credebantur ab ignorantibus iſta. Et hu-
iuſmodi operibus eſt magica naturalis, quã
necromantiam, ſeu phyſicam plurimi vo-
cant, licet multum impropriè; atque eſt to-
tius ſcientiæ naturalis pars vndecima. Hæc
D igitur mirifica homines huius ſcientiæ igna
ri, quæ natura virtutibus a creatore ſibi in-
ditis operabatur, credebant dæmones ope-
rari; & propter hoc non ſolum potentiam
magnam & mirificam eis attribuerunt, ſed
etiam omnipotentiam. Et hoc quidem in
duplicem ignominiam, & iniuriam creato-
ris. Primo, quia virtutem, quæ talia opera-
batur, ab ipſo creatore remouebant. Secun-
do etiam ab ipſa natura, cum & ipſius crea-
toris eſſet, vt auctoris & dominantis etiam
ipſius naturæ abſque vlla rebellione, & con
tradictione ſeruientis. De huiuſmodi au-
tem operibus eſt ſubita generatio ranarum,
& pediculorum, & uermium, aliorumque E
*De operibus, q̃ arte diabolica proueniunt.*
animalium, & quorundam aliorum; in qui-
bus omnibus ſolum natura naturaliter ope
ratur. In huiuſmodi autem adhibentur adiu
toria quædam, quæ ipſa ſemina naturæ con-
fortant, & acuunt adeo, ꝙ opus generatio-
nis intantum accelerẽt, ut ab ipſis, qui hoc
ignorant, non opus uideatur naturæ, quæ
talia tardius conſueuit effi ere, ſed potius
uirtutis naturæ imperantis cuiuſlibet. Qua
de cauſa ubi etiam uiget & feruet Chriſtia-
na religio, ſi quis talia & taliter operatur
ab imperitis de talibus malus, & maleficus
reputatur, & non uirtute alicuius naturæ,
ſed magis adiutorio, & potentia demonũ F
huiuſmodi facere extimatur. Qui autem in
talibus ſunt docti, talia non mirantur, ſed ſi
ſunt uere fideles, in his glorificant creato-
rem: ſcientes, ꝙ ſola omnipotentiſsima uo
luntate ipſius operatur natura, & iuxta cõ-
ſuetudinem nota hominibus, & præter
conſuetudinem, non ſolum nouis modis,
ſed etiam res nouas. Non. n. dubitandũ eſt,
in nouis ſeminum commixtionibus, & ip-
ſorum adiutorijs noua animalia, & etiam
nondũ uiſa poſſe utiq; generari, ſicut aper-
te docetur in libro Nezeiuth, de quo ali-
bi fecimus mentionem, ut per hæc cogno-
ſcatur ſapientia ſummi Dei, honoretur & G
glorificetur potentia eius, ac dilatato affe-
ctu, diligatur eius clementia & charitas in-
finita, qui propter nos tot mirabilia fecit, ut
nos traheret ad ſeipſum, nunc per gratiam,
& in fine per gloriam, quam nobis conce-
dat in ſęcula ſęculorum, Amen.

---

## FERIA SECVNDA
### Poſt j. Dominicam in Quadrag.

*De vltimo iudicio.* H

## Sermo Vndecimus.

D*Iſcedite a me maledicti in ignẽ æternum. Matth. 25.* Cum. n.
ſecundum Apoſt. vt prædictũ
eſt, auaritia ſit idolorum ſer-
uitus: & de idolatria ſit in
præcedẽtibus tactum: iam de punitione ip-
ſius indolatrię, quę in auaritia cumulatur,
agendũ eſt. Quę tamen punitio licet in mũ-
di fine temporaliter futura ſit: erit nihilo-
minus in vltima Chriſti ſentẽtia æternalis,
ſicut in verbo præallegato Euangeliſta te-


ſtatur,

A ſtatur, Chriſtũ contra reprobos ſententiam fulminaturum, atq; dicturum, Diſcedite a me maledicti in ignem æternũ. In quo quidem verbo tertium, videlicet timorans, religioſitas demonſtratur. Quis etenim non timebit, atq; pauebit, quãdo cum attenta conſideratione penſabit, quam horrendum ſit, iuxta Apoſt. 10. c. ad Heb. incidere in manus Dei viuentis: & vtrunq; hominem æternis ignibus, ac ſupplicijs condemnandum? De hac igitur timorante Religioſitate tria myſteria diſtinguamus. Primũ iudicialis actionis, ſecundum iudicialis indignationis, tertium iudicialis exequutionis.

B

## Articvlvs Primvs.

*De peccatis, propter quæ exterminabitur mundus.*

PRimum autem myſterium timorem incutiẽs, eſt iudicialis actionis. Tria ſiquidem ſunt peccata Deo horrenda, propter quæ cõtra rationalem creaturam iraſcitur Deus. Superbia. ſ. qua offenditur Deus per ſpiritũ. Luxuria, qua offenditur Deus per corpus. Auaritia, qua offenditur Deus per temporalem ſubſtantiam. C De his peccatis 1. Io. 2. Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Secundum ergo hæc tria peccata, tria ſunt generalia iudicia Dei. Primum, quod iam factum eſt contra Angelos Deo rebelles, de quo Apocalip. 12. Factum eſt prælium magnum in cœlo, &c. Et ſequitur: Et proiectus eſt draco ille magnus ſer. an. qui voc. diabolus, & ſa. qui ſe. v. orbem: & proiectus eſt in terram, & angeli eius cum illo miſſi ſunt. Et paulo ante ait, quod draco cauda ſua trahebat tertiam partem ſtellarum, ideſt, Angelorum cœli, & miſit eas in terram. D Secundum iudicium factum eſt contra luxuriam, de quo Gen. 6. ſcriptum eſt: Videns autem Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore; pęnituit eum, quod hominem feciſſet in terra. Et ſequitur, quod induxit diluuium ad delendam omnem carnem. Tertium iudicium futurum eſt, quod quidem contra auaritiam per ignẽ fiet, ſicut Malach. 4. c. ait: Ecce dies venit ſuccenſa ſicut caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatẽ, ſicut ſtipula, & inflãmabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem & germen. E Et merito in his talibus iudicijs condignæ culpis datæ ſunt pœnę. Nam ſuperbientes Angeli, ſunt humiliati defluentes per laſciuiam, in defluentibus aquis ſunt ſubmerſi, & inſatiabiles auari cum ſuis ſubſtantijs inſatiabiliter concupitis totaliter erunt inſatiabili igne combuſti. Tanto enim mirabilius eſt hoc iudicium, quam alia duo; quia de primo remanſerunt duæ Angelorum partes: de ſecundo remanſerunt octo animæ, vt dicit Beatus Pet. in 1. cano. cap. 3. ſed de hoc tertio nulla relinquetur in terra. Vnde Matth. 24. ſcriptum eſt: F Cum videritis abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta, ſtante in loco ſancto, q legit intelligat. vbi notanter aduerte, ꝙ nec ſuperbia, nec luxuria, licet idola dici poſſint, ſicut & auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus, vt dicit Apoſtolus Gal. 5. tamen dicta non ſunt idolum deſolationis, ſed ſolum auaritia, quia ex iudicio auaritiæ ignis ante ipſum præcedet. Quod exprimere volens Dominus notanter de operibus miſericordiæ nõ exercitatis, hoc eſt de operibus omiſſionis, & propter auaritiam derelictis in iudicio G agetur. Quid ergo de operibus commiſſionis? ideſt, de furtis, & rapinis, vſuris, proditionibus, homicidijs, & conſimilibus.

*Tria peccata Deo horrẽda. Superbia. Luxuria. Auaritia.*

*Tria iudicia generalia Dei. Primum.*

*Secundũ.*

*Tertium.*

## Articvlvs Secvndvs.

*De vltima indignatione ſummi Dei contra ſceleſtum mundum.*

SEcundum myſterium timorem incutiens, eſt iudicialis indignationis. Sicut enim dedignatus eſt Dominus contra ſuperbiam Angelorum, in tantum vt ad tartara præcipitaret ad terram, atq; contra luxuriam in tantum, vt non niſi octo animæ remanerent in terra, vt ex præcedentibus patet. H Sic & quodammodo terribilius dedignabitur contra auaritiam mundi, ita vt non dicat tantum, ſicut tempore diluuij ait: Pęnitet me feciſſe hominem: ſed pœnitet me redemiſſe hominem. Et de hac vltima indignatione Domini contra mundũ Apocalip. 10. ad literam ſcriptum eſt: Et Angelus, quem vidi ſtantem ſupra mare, & ſupra terram, leuauit manum ſuam ad cœlũ, & iurauit per viuentem in ſæcula ſęculorũ, qui creauit cęlum, & oĩa quæ in eo ſunt, & terrã, & oĩa, q̃ in ea ſunt, & mare, & ea, q̃ in eo ſunt, ꝙ tps amplius nõ erit. Sed ĩ diebus

*Indignatio Dei contra homines.*



A bus vocis ſeptimi Angeli, cũ cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtenditur, quod ſeneſcente mundo in ſceleribus conſummatis, iraſcetur contra eum Rex viuorum & mortuorum Deus, ideſt, Chriſtus, cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, vt dicitur Iob cap. 9. atque ineuaſibilis erit illius furor. Et maximè propter tria; quia ad puniendum erit primo infinitæ potentiæ, ſecundo infinitæ ſapientiæ, tertio infinitæ iuſtitiæ.

*Quod ſumma Dei potentia indignabitur contra mundum. Cap. 1.*

B

PRimo quidem erit turbatus contra mundum Chriſtus, in quo eſt infinita potentia, propterea punire poterit ſceleſtum mundum. Et de hoc Ioan. ait: Angelus, quem vidi ſtantem ſupra mare, leuauit manum ſuam ad cęlum. Quid per hunc Angelum, niſi Chriſtum, qui Eſa. 9. c. dictus eſt magni conſilij Angelus; qui vita pariter & doctrina de Deo diligendo, mundo magnum conſilium dedit. Hic ſtare ſupra mare, & ſuper terram dicitur, quia ipſi poteſtas maris, & terræ tradita eſt, cum & in terra ſigna fecerit, & ſuper mare ſiccis pedibus ambulauerit. C Sed conuenientius ſuper mare, & ſuper terram dicitur ſtare, quia poteſtatem habet cui vult, & proſpera diſtribuere, & aduerſa ſæculi monſtrare. Terra autem fructifera, ex qua delitiæ creſcunt, mundi proſperitatem ſignat: Vtriuſque enim fortunæ diſpẽſator eſt Chriſtus, teſte Pſal. qui de ſe ait: Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ. Necnon in his inferioribus ſolum poteſtatem habet, ſed etiam in cœlo, propterea ſubinfertur: Leuauit manum ſuam ad cœlum. Quid enim per manum Chriſti, niſi omnipotentia eius, qua æqualis Patri eſt, conuenientius demonſtratur; hanc D poſtulabat Propheta per incarnationem mitti in mundum, cum dicebat in Pſal. Mitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Et Eſa. 48. Manus mea fundauit terram; & dextera mea menſa eſt cœlos. Ipſe enim eſt, per quem facta ſunt omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil. Bene ergo manum ſuam ad cœlum leuauit, quia eãdem cum Patre omnipotentiam habet. ideo Matth. 28. c. de ſe ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et Pſ. iterum inquit, Altitudo manus ſuas leuauit. E Huius autem manus Spirituſſancti digitus dictus eſt, Exo. 8. c.

*Potentia Dei indignabitur cõtra mũdum.*

*Manus Chriſti eſt eius omnipotentia.*

*Indignabitur contra mundum infinita ſapientia Dei. Cap. 2.*

SEcundo contra mundum ſceleſtum erit turbatus Chriſtus, qui eſt infinitæ ſapientiæ; propterea punire ſciet. ideo Ioan. ſubdit, Et iurauit per viuentem in ſęcula ſæculorum. In quo quidem iuramento certitudo oſtenditur futurorum, cum omnia, quæ diuino conſilio decreta, atque diffinita ſunt, irritari nequaquam poſſint. F Qui enim ſententiam propter peccatorum pœnitentiam variat, ſicut Ionæ 3. in Niniue patet, Præhabitum conſilium de iuſtificatione, vel punitione eorum nequaquam mutat. Vnde 22. q. 4. incommutabilis nominatur. Et Pſalmus ait: Iurauit Dominus, & non pęnitebit eum. *Pſ. 109.* Indicat ergo iuramentum diuinum, diuini conſilij immutabilitatem & firmitatem. Propterea Heb. 6. Apoſtolus ait, quod abundantius volens Deus oſtendere pollicitationes hæredibus immobilitatem conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum. Ad hoc quidem Chriſtus iuterpoſuit iuramentum iurans per viuentem in ſæcula ſæculorum. G Per Deum Patrem Filius iurat, qui vnum cum Patre conſilium tractat, ut quemadmodum Dei filius cum æterno Patre omnia vno conſilio condidit, ſic & omnia cum Patre pari conſilio conſummabit. Propterea ſubditur: Qui creauit cęlum, & omnia, quæ in eo ſunt: terrã, & oĩa, q̃ in ea ſunt: mare, & oĩa, q̃ in eo ſunt. Omnia. n. hæc quantũ ad ſtatũ, in quo nunc ſunt, conſummabuntur, vt quemadmodum peccatores omnibus creaturis corporalibus peccando abuſi ſunt. ſ. beneficijs cęleſtibus, terrenis, atq; marinis corrupti, qua corruptione triplex mundi machina H pulchritudinem ordinis ſui in quandam relaxam vetuſtatem amiſit: ſic ad Chriſti noui hominis aduentum, quo venturus eſt viuos & mortuos iudicare, renouata decus maioris honeſtatis reparabunt in ſecundo Adam, ſcilicet Chriſto, per ipſius iuſtitiam, quãm in primo Adam amiſerunt. Vnde 2. Pet. c. 3. de aduentu Chriſti loquens Beatus Petrus ait, quod cęli ardentes calore ſoluentur, & elementa ignis ardore tepeſcent. Nouos ergo cęlos, & nouam terram, atque promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitabit.

A *Quod indignabitur contra mundum ſeuera iuſtitia ſummi Dei.*

*Cap. 3.*

TErtio contra ſceleſtum mundum erit turbatus Chriſtus, qui eſt infinitæ iuſtitiæ: ideo vult punire malos, & reddere vnicuique ſecundum opera ſua, propterea addit, quod tempus amplius non erit. poteſt enim hoc referri ſpecialiter ad merita iuſtorum, & demerita reproborum. Tempus ſiquidem præſentis vitæ ad merendum æternitatem hominibus indultum eſt:

*Indignatio iuſtitiæ Dei cõtra mundum.*

B quo quia peccatores ad æternæ ſalutis demeritum abutuntur: iuſtè & hoc cum cæteris donis Dei, quibus male vtuntur, auferetur, ſicut Matth. 25. c. ſcriptum eſt: Qui non habet, & id quod videtur habere, auferetur ab eo. Peccato nempe damnandus meritum ex tempore ſibi conceſſo nequaquam habet: tempus tamen ipſum habere videtur, quandiu fruitur concupiſcentijs huius labilis vitæ: propterea quod ad ſuam damnationem habet, auferetur ab eo, ne obnoxium ſe efficiat in inferno ſupplicij grauioris. ſed propinquitatem horum poſſumus attendere ex eo, quod Ioan. addit,

C Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cum cęperit tuba canere, conſummabitur myſteriũ Dei. Cum enim ſimus in ſexto Eccleſiæ ſtatu, atque in ſexta Apocalypſis tuba, ſicut alibi latius traditum eſt: nihil aliud reſtat, niſi ſeptimus ſtatus, in quo Rex omnium filiorum ſuperbię Antichriſtus venturus eſt, per quem in corruptione ſua cuique viuere licebit, ſicut libebit. Et in hac nouiſſima tuba, 1. Corinth. 15. Apoſtolus atteſtatur, Chriſtum ad iudicium eſſe venturum, omneſq; in aduentu eius eſſe reſurrecturos. Omnes quippe reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, in momento in ictu oculi in no-

D uiſſima tuba. Et tunc conſummabitur myſterium Dei.

ARTICVLVS TERTIVS.

*De iudicio ſaluandorum, & damnandorum, & ad hoc Euangelium de iudicio declaratur.*

*Pſal. 96.*

TErtium myſterium timorem incutiens, eſt iudicialis executionis: Sicut enim Pſalmus teſtatur, antequam Chriſtus veniat iudicare viuos & mortuos, ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Terribilis nempe erit hic ignis, quia virtute diuina, & ignis, qui manet in ſphera ſua, atque ignis mundi huius, & purgatorij, & inferni ſimul concurrent præuenientes faciem iudicantis. Ex quatuor ergo ignibus diuino iudicio fiet vnus, qui quatuor prædictorum ignium officium exercebit. Nam ignis terreſtris purgabit iuſtos, puniet malos, incinerabit corpora, & conſumet terrena ſcientia. Ignis autem elementarius elementa ſubtiliabit, atque ad innouationem diſponet. Ignis autem purgatorij purgabit electos illos, quibus purgatio neceſſaria erit.

E *Ignis i iudicio qualis.*

F Ignis vero inferni impios iam incipiet cruciare. Poſt hæc ſequetur, quod Apoſtolus 1. Theſſal. 4. ait: Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo. Quę tuba erit vox Chriſti dulciſſima iuſtis, ſed terribiliter contra reprobos intonantis, & dicentis, Surgite mortui, venite ad iudicium, ſicut Pſalmus ait: Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocauit terram, ideſt, totum humanum genus ad iudicium ſuum: imo ad huius iudicij ſententiam vocabit ſuperos, & inferos vniuerſos, dicens, Deuter. 32. Audite cœli, quæ loquor: audiat terra verba oris mei.

G *Vox Chriſti in iudicio.*

Et alibi idem ait: Aduocauit cœlum de ſurſum, & ter. di. po. ſuum. Tanti nanque terroris erit illa vox Chriſti, vt Hieronymus dicere audeat: Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid aliud agam, ſemper mihi videtur in meis auribus inſonare vox iſta: Surgite mortui, venite ad iudicium. Tunc quippe omnes mortui reſurgent ad imperium Chriſti, & apparebunt coram Domini maieſtate, ſicut 1. Corin. 5. Apoſtolus ait, Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Sedebit enim Chriſtus in eminentiſſimo loco, ſupra vallem Ioſaphat, & omnes Sancti cum eo: mali vero inferius

H in terra, quam dilexerunt. Et hoc oſtenditur in Euangelio hodierno, Matth. 25. in quo ponuntur tria conſideranda ſecundum iudicialem executionem. Primum eſt maieſtas triumphalis ibi, Cum venerit filius hominis. ſecundum eſt æquitas iuſtitialis ibi, Tunc dicet Rex. tertium eſt irreuocabilitas æternalis ibi, Et ibunt hi in ſupplicium æternum.





A *De triumphali maieſtate Domini iudicantis, cum qua in iudicio apparebit. Cap. 1.*

PRimo conſideranda eſt maieſtas triumphalis. ſ. iudicantis. In qua etiam conſidera duo. Primo triumphalem aduentum, ſecundo triumphalem proceſſum. Primo conſidera triumphalem aduentum tanti Iudicis, de quo quatuor in Euang. deſcribuntur. Primũ eſt incertitudo iudicij, ſecundum plenitudo imperij, tertium celſitudo faſtigij, quartum pulchritudo conſortij. Primo quidem in Euangelio deſcribitur incertitudo iudicij:

*Aduetus triumphalis Chriſti.*

B ideo dicit Dominus, Cum venerit, &c. nec alibi in ſcriptura tempus determinatur, qñ Chriſtus ad iudicium ſit venturus: immo de eius incertitudine, 1. Theſſal. 5. c. Apoſt. ait: Dies Domini ſicut fur, ita veniet. Et Matth. 24. Dominus ait: De die autem illo & hora nemo ſcit. Secundo deſcribitur plenitudo imperij; propterea ſubinfertur, filius hominis: in quo notatur, ꝙ erit Deus & homo Chriſtus, quoniam mundus iudicaturus eſt; non ergo erit iudex Adam, qui nõ filius hominis, ſed a Deo creatus eſt; nec erit Eua, quia non filius, ſed filia hominis fuit, ſi dici

*De iudicio vniuerſali Scot. lib. 4. diſt. 47. q. 1. Th. 4 ſen. diſt 47. q. 1. artic. 1. Gab. Domi. 1. Aduentus. Primo. Secundo.*

C licet. nec alius homo, quia quibet eſt filius hominum, non hominis; quia ex patre & matre quilibet generatur: ſed erit filius hominis. i. intactę Virginis, & per conſequens & filius Dei; ergo erit iudex Deus & homo. Erit nanq; in quantum Deus iudex ordinarius, ſed in quantum homo iudex adueniet delegatus. Vnde Pſal. ait: Deus manifeſtè veniet. ſ. in hoc aduẽtu; qui ſub nube carnis noſtrę latuit in primo aduentu. Deus noſter per conformitatem naturæ, ideſt, homo, & non ſilebit, ſicut ante Pilatum, in primo aduentu; ſed condemnabit impios, &

D prętniabit inſontes. Tertio deſcribitur celſitudo faſtigij, ideo ſubditur, In maieſtate ſua. ſ. glorioſa, qui in primo aduentu apparuit in natura infirma: tunc enim apparuit iudicandus, nunc vero iudicaturus. Et licet inenarrabilis gaudij, & lætitiæ plena talis maieſtas futura ſit iuſtis; tamen iniuſtis apparebit terribilis & horrenda. In quorum perſona Iob. 14. ait: Quis mihi tribuat, vt in infer. proteg. me, & abſcon. me do. pertran. fu. tuus. Vbi Gregor. ait, Quod mali mallent eſſe in inferno, quam videre Chriſtum iratum. Et iterum Pſal. ait: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Et iterum patet Malach. 3. Quis poterit cogitare diẽ aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum?

*Tertio.*

E Et Apocalip. 6. ſcriptum eſt, ꝙ dicent montibus & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. Quarto deſcribitur plenitudo conſortij, ideo ſubditur, Et omnes Angeli eius cum eo. Venient nanque Angeli, & propter Iudicis honorem, atque propter iudicij executionem, eo quod miniſterio Angelorum & Sancti deducentur in cęlum, & impij, & dęmones ad inferos rapientur. Nomine tamen Angelorum bonorum perfecti Euangelici exprimuntur; inter quos Beata Virgo obtinet principatum; demum

*Quarto.*

F Beatus Ioannes Baptiſta, atque Apoſtoli, & eorum perfecti imitatores, qui omnes maieſtatiuè, quaſi iudicis aſſeſſores ſupra inferiores in ſedibus præſidebunt, ſicut Matth. 19. prædixit Dominus atque iurando firmauit dicens: Amen dico vobis, ꝙ vos qui ſecuti eſtis me in reg. cum ſe. fi. ho. in ſe. ma. ſ. ſede. & vos ſuper ſe. duodecim iudi. duode. tribus Iſrael. Per quos duodecim licet principales Apoſtoli intelligantur, vel exprimantur; tamen ſuperabundans numerus perfectorum imitantium Chriſtũ in tali numero denotatur. Vnde Eſa. 3. ait: Dominus

G ad iudicandum veniet cum ſenioribus populi ſui. Secundo conſidera triumphalem proceſſum: de quo etiam in Euãgelio quatuor ſcribuntur. Primum eſt magnitudo triumphi, ſecundum multitudo collegij, tertium diſſimilitudo meriti, quartum aptitudo loci. Primum enim ſubditur magnitudo triumphi, ideo Euangeliſta ait, Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. Quid. n. per hanc ſedem, niſi maieſtas, quæ data eſt Chriſto homini denotatur? de qua Pſal. ait, Sedes tua Deus in ſe. ſe. virga di. virga regni tui. Et alibi iterum dicit, Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. Secundum additur multitudo collegij, cũ ſubditur: Et con-

*Secundo.*

H gre. ante faciem eius omnes gentes. glo. oĩs ætas, omnis ſexus, quia. ſ. mali & boni; boni per Angelos, mali per dæmones. Tertium ponitur diſſimilitudo meriti, ideo additur, Et ſeparabit eos abinuicẽ. Separabit inquã ſingulorum merita diſcutiendo, & vocaliter diuerſis noĩbus appellando hos hædos, alios vero oues. ideo ſubditur, Sicut paſtor ſegregat oues ab hædis. In ouibus omnes iuſti meritò denotantur, & propter ſimplicitatem, & propter fęcunditatem, & propter eorum mititatẽ, ſicut de illis Pſal. ait, Propter te mortificamur tota die, exterminati ſumus ſicut oues occiſionis. Per hædos au-

*Secundũ.*

*Tertium.*

A tem impij denotantur propter infidelitatẽ, & carnalitatem, & propter ſterilitatẽ. *Quarto.* Quarto ſubiungitur aptitudo loci. Vnde Euangeliſta ait, Et ſta.oues quidem a dextris; hędos autem a *ſiniſtris*, ſecundum quod in præſenti vita per diuerſa itinera inceſſerunt. q.d. hos approbo, qui recta via iuerunt; hos vero reprobo, qui per deuia inceſſerunt. Iuxta quod Prouer.4. ſcribitur: Vias, quæ a dextris ſunt, nouit Dominus; peruerſæ vero ſunt, quæ a ſiniſtris ſunt.

### *De remuneratione beatorum, atque malorum.* *Cap.* 2.

B *Remuneratio bonorum.* SEcundo in hac iudiciali executione cõſideranda eſt æquitas iuſtitialis, in qua duplex retributio demonſtratur. Prima eſt remuneratio iuſtorum, ſecunda autem punitio impiorum. Prima remuneratio eſt iuſtorum, de qua quadruplex veritas demonſtratur. Prima glorificationis, ſecunda commendationis, tertia humiliationis, quarta approbationis. Prima enim oſtenditur de hac remuneratione iuſtorum veritas glorificationis. Vnde ſubditur, Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione C mundi. O dulciſſima allocutio, & vox omni iucunditate, ac ſuauitate repleta, qua inuitantur ad viſionem, ad poſſeſſionem, & ad fruitionem totius ſanctiſſimæ Trinitatis. *Venite, quale verbũ in iudicio vniuerſali.* Primo inuitat eos ad glorificationem, dicens: Venite. Venite inquam ad me fontem vitæ indeficientem, ad me lucem gloriæ viuificantem, ad me torrentem voluptatis inebriantem, ad me inquam plenitudinem vbertatis inundantem. Secundo dat benedictionem, dicens: Benedicti, ideſt, bonis naturæ, gratiæ, & gloriæ inſeparabiliter addicti. Tertio attribuit paternæ dilectioni, dicens: Patris mei; quia D benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculat in conſpectu eius, ſicut ait Apoſt. Eph. 1. Quarto introducit eos in poſſeſſionem, dicens: Poſſidete, ſcilicet, æternaliter Filij viſionem, Patris tentionem, & Spiritusſancti fruitionem, & animæ & corporis æternam glorificationem. Quinto donat eis regni ſublimationem, ideſt, facit eos Reges, dicens; Regnum. Nam quilibet beatus Rex erit totius cęleſtis regni, ſicut Apocal. 1.c. ſcrip. eſt; Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. E Sexto manifeſtat prædeſtinationem, diceus: Paratum vobis. Septimo concludit prædictorum omnium confirmationem, dicens; A conſtitutione mundi. Secunda veritas eſt commendationis, qua Chriſtus commendat iuſtos de operibus miſericordiæ, di. Eſuriui & dediſtis mihi manducare: ergo frange eſurienti panẽ tuum, vt dicitur Eſa. 58. Sitiui & dediſtis mihi bibere; ergo ſi inimicus tuus ſitit, potum da illi, ſicut ait Apoſt. ad Rõ. 12. Hoſpes erã & collegiſtis me. ergo hoſpitales inuicem ſine murmuratione, ſicut ſcriptum eſt Matt. F 25. Nudus eram & operuiſtis me. ergo cũ videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris, vt dicitur Eſa. 58. Infirmus eram & ve. ad me. ergo non te pigeat viſitare infirmum. Eccl. 10. In carcere eram & veniſtis ad me. ergo viſita incarceratum, exemplo Regis, de quo legitur Hiere. 18. ꝙ Hieremiam prophetam in carcere viſitauit. *Quare nõ fit mẽtio de ſepultura ĩ opere miſericordiæ.* De ſeptimo opere miſericordiæ, quod eſt ſepultura, nulla mentio hic fit, eo quod miſericordia fit proximis, in quantum videlicet Chriſti membris: mortuus autẽ in quantum mortuus eſt, nequaquam eſt membrũ Chriſti, ſicut Apoſt. 2. ad Heb. inquit, Chriſtus autem ſemper viuens eſt. G Fit autem hic ſpecialis mentio de operibus miſericordiæ corporalibus, maxime propter duo. *Duplici ratione fit mentio de operibus miſericordiæ. Primo.* Primo ad prouocandum omnes ad miſericordiam, ſecundo ad oſtendendum quã mirabiliter miſericordia ſuperexaltat iudiciũ, & vincit rigorẽ iuſtitię. Vnde Pet. Ra. in quodam ſermone ait: In Regno cęli coram Angelis oĩbꝰ in conuentu reſurgentium, quod Abel paſſus ſit, ꝙ mundum ſaluauit Noe, ꝙ Abraam fidem cuſtodiuit, ꝙ Moyſes legem dedit, ꝙ Petrus etiam primus crucẽ aſcendit, Deus tacet, & clamat, ꝙ pauper comedit. Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Qui H enim miſericors eſt, dignus miſericordia eſt. *Secundo.* Secundo mentio fit ſolum de operibus miſericordiæ corporalib. quia per iſta deſignantur opera miſericordię ſpiritualia. Indigent.n. inferiores forti doctrina & facili, ſeu ſuaui; fortis eſt, vt cibus: ſuauis vero vt potus. Indigẽt ẽt protegi contra exteriores tẽtationes; & piè in ſuis nuditatib. & erubeſcẽtijs operiri. Debẽt.n. maiores reuereri, & quaſi non videre: imo & pro poſſe operire & ornare ſpirituales nuditates inferiorum. Debẽt ẽt eis viſitationẽ tã correctoriã, quã cõſolatoriã; & hoc tã reſpectu debilitatum

ſpiritus,



A ſpiritus q̃ etiam reſpectu carceris peccatorum. Hinc Rabanus ait. Qui eſurientẽ pane verbi Dei reficit: qui ſitientem potu ſapientiæ refrigerat: q errantem in domo patris inuocat: qui innocentem protegit: qui infirmum in fide aſſumit: qui tribulatione oppreſſo ſubuenit compatiendo, vel conſolãdo, ueram dilectionem implet. Vel miſericordiæ opera ſpũalia ſunt ſeptem. *Septem opera ſpiritualia.* Primum docere ignorantem, ſecundum conſulere dubitanti, tertium corrigere peccantem, quartum conſolari triſtem, quintum remittere offendẽti, ſextum portare onerosos, ſeptimum pro omnibus orare. Vnde de vtriſq; operibus miſericordiæ uerſus dant. B

*Verſus.*

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
Conſule, caſtiga, ſolare, doce, remitte, fer, ora.

*Tertia veritas.* Tertia veritas eſt humiliationis, qua ſcilicet iuſti indignos ſe reputabunt tanta gloria propriè quaſi nulla opera ſua. Et de hoc Euangeliſta ſubiungit: Tunc reſpondebũt iuſti dicentes; Domine, qñ vidimus te eſurientem & pauimus te: ſitientem & dedimus tibi potum? qñ aũt te vidimus hoſpitẽ & collegimus te: aut nudum & cooperuimus te? aut qñ te vidimus infirmum, aut in carceratum & venimus ad te? C Hæc autẽ nõ quaſi ignorantes dicent; ſed quaſi admirantes ſuper tanta vnitate capitis & membrorum Chriſti. Nam deſignat plenam illuminationem eorum ſuper ſeipſos. Vel dici poteſt, ꝙ ſi iuſti hoc dicent, ſic eis rñdetur a Chriſto, ſicut nunc ſequitur. *Quarta veritas.* Quarta veritas eſt approbationis, de qua ſubditur: Et reſpondens rex dicit illis. Amen dico vobis, quamdiu fe. vni de fratribus meis minimis, mihi feciſtis. *Secũda retributio* Secunda aũt retributio eſt punitio impiorũ, q̃ ẽt alias quatuor continet veritates. Prima eſt condẽnationis, ſecũda exprobrationis, tertia lamẽtationis, D quarta confirmationis. Prima veritas eſt condẽnationis, propterea ſubdit Euãgeliſta di. Tunc dicet his, qui a ſiniſtris eiꝰ erũt: *Diſcedite* Diſcedite a me maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius. O infelix diſceſſio & ſeparatio ab oĩbus bonis: o verbum pertingens vſq; ad diuiſionẽ animæ a ſummo Deo, compagumq; & medullarũ & interiorũ cordis & corporis cõcuſſiuũ. O radicatio vniuerſorũ malorũ, cũ nemo poſſit adeo diuelli, quin malis oĩbus ſm demerita repleãt. In quibus verbis primò notandũ eſt, ꝙ ſi reprobi ſibi dicãt: Nõ ſumus Dñe digni tuũ poſſidere æternale regnũ: tñ ex tua pietate benigna ſaltẽ cõcede E ꝙ ad pedes tuæ maieſtatis poſſimus ſtare. Tunc iratus ꝑcipiet a ſe ſeparationẽ di. Diſcedite a me. q.d. illud Eſa. 26. Tollatur impiꝰ, ne videat gloriam Dei. Secũdò, ſi dicant: Et ſi nos infelices repellis a te; tñ tua benedictione effice dignos. Nihilominus ſubdit terribilem maledictionẽ di. Maledicti. i. malis naturæ culpæ & pœnæ æternaliter applicati. Tertiò, ſi dicant, ſaltẽ immẽſa pietas: ſi cum tua maledictione repellis, in aliquo refrigerij loco nos collocare digneris. Attamẽ acerbæ pœnæ incarcerationem infert di. In ignem. F Quartò, ſi addãt: Dñe rex miſericordiæ & pietatis, ſi tali acerbo igne nos ꝑcipis cruciari, ſaltem miſericorditer terminũ ſtatue breuẽ: ſubiũget tamẽ ęternã punitionem di. æternũ. Quintò, ſi lachrymabiliter ſubdant: Oh, oh, oh ſi ĩ tot cruciatibus ſumus æternaliter permanſuri, ſaltem prælatum ſtatue nobis, qui humaniter nos gubernet: ſuper eos tamen ſtatuet diaboli dñationem di. qui paratus eſt diabolo. Sextò, ſi ſubdãt: O iuſtiſſime & miſericordiſſime Iudex, ſi talem nobis præficis dñatorem, ſaltem gratam nobis adhibe ſocietatẽ: nihilominus ſubiunget dęmonum aſſociationẽ di. & Angelis eius. O cõſortiũ G atq; tormentũ horribile ad imaginandum, horribilius ad videndum: ſed horribiliſſimũ ad cohabitandum & experiẽdũ. *Secũdæ veritas.* Secũda veritas eſt exprobrationis, qua exprobrantur impij de impietatibus ſuis. Vnde ſubdit: Eſuriui & non dediſtis mihi mãducare: ſitiui & nõ dediſtis mihi potũ: hoſpes eram & non collegiſtis me: nudus & non operuiſtis me: infirmus & incarceratus & non viſitaſtis me. Damnant mali pro ſolo defectu miſericordiæ propter duo. Primò, quia talia opera naturali inclinatione facere debuerunt: propterea talia omittere fuit impium & horrendum. Secũdò, vt oſtẽdat ſm Greg. ꝙ ſi tanta pœna mulctatur, qui H ſua non dediſſe conuincit: quanta pęna feriendus eſt, qui aliena redarguit abſtuliſſe. quaſi dicere uelit: Si tãta pęna plectẽdꝰ eſt, qui eſurientem non pauit, ſitienti potum non dedit, hoſpitem in ſuo hoſpitio non recepit, nudum non cooperuit veſtimẽto, infirmum & incarceratum nõ viſitauit: q̃to grauiori ſupplicio puniendus eſt, qui vſura, rapina, vel furto abundantem diuitijs fame & ſiti cruciat, aut perire facit: aut qui de ꝓpria domo eijcit & peregrinũ & aduenã ẽt cogit; aut qui veſtibus indutũ nudũ & frigeſcentem ẽt fecit: aut pueros

ſeu

A ſeu nobiles puellas, quaſi ſeminudos crucia
ri, ac erubeſcere compellit: ſeu qui ſanos la
boribus & erumnis ac ſupplicijs ad mortẽ
compellit; ſiue liberum carceribus crudeli-
ter tradit. In hoc etiam innuit Dominus, ꝙ
ſi propter peccata omiſſionis impij tot cru
ciatibus punientur: quot ſupplicijs ferien-
di ſunt, qui ſcelera commiſſionis impie pa-
trarunt: ſicut ſunt ſortilegi, ſacrilegi, fures,
raptores, vſurarij, luſores, periuri, blaſphe-
matores, homicidæ, & his ſimiles. Ter-
tia veritas eſt lamentationis. Tanta nem-

*Tertia veritas.*

pè erit ſuperba cæcitas damnatorum, vt ẽt
Deum fallere ſe arbitrentur, qui in hoc ſe-
B culo homines decipere conſueuerũt. Ideo
ſubditur: Tunc reſpondebunt ei & ipſi di.
Domine, quando te vidimus eſurientem,
aut ſitiẽtem, aut hoſpitem, aut nudum, aut
infirmum vel in carce. & non miniſtraui-
mus tibi? Vbi, ſecundum Orig. aduerten-
dum eſt, quòd ſupra, iuſti immorantur in
vnoquoque verbo: iniuſti autem hic nõ ſic
per ſingula, ſed quaſi curſiuè recitant illa:
quoniam proprium eſt iuſtorum benefacta
ſua in facie ſibi relata diligenter & ꝑ ſingu
la refutare cauſa humilitatis: malorum au-
tem hominum eſt culpas ſuas excuſationis
cauſa, aut nullas velle oſtendere, aut leues,
C aut paucas. Poteſt etiã addi, quòd ideo bre-
uibus verbis reſpondent: & quia a facie
Chriſti confuſi; & quia iam a dæmonibus
ad tartara tracti. Quarta eſt veritas con-

*Quarta veritas.*

ſirmationis; quia in æternis ſupplicijs con-
firmantur. Vnde ſubditur, quòd tunc Chri-
ſtus reſpondebit di. Amen dico vobis; q̃-
diu non feciſtis vni de minoribus his, nec
mihi feciſtis.

*De irreuocabili ſententia damnandorum & ſaluandorum. Cap. 3.*

TErtium conſiderandum in hac iudi-
ciali executione eſt irreuocabilitas
ęternalis. ſ. ſuper ſententia data, ſicut
D in perſona Dñi pſal. ait, Quæ procedunt de
labijs meis, non faciam irrita. Duplex qui-
dem erit irreuocabilitas a iuſto retributore
tunc collata. ſ. æternæ afflictionis ad dam-
natos; & æternæ glorificatiõis ad ſaluatos.

*Duplex irreuocabilitas.*

Prima autem ſententiæ irreuocabilitas
retribueẽ damnatis. Et de hac ſubiũgit Chri
ſtus: Et ibunt hi in ſupplicium æternũ. Cũ

*Prima.*

enim ab ore iudicis ſñia fuerit prolata iam
& excuſatio reproborum annihilata: quid
agent peccatores impij: quo terrore paue-
ſcent? quo mærore marceſcent? quo latibu-
lo ſe abſcondent? ſupra erit iudex terribiliſ- E
ſimè conturbatus: ſubtus infernus horribi-
liſſimus præparatus. Iuxta oẽs Sancti ſñiam
Iudicis approbantes: atq; iuſti & reprobi dã
natorum crimina cognoſcentes: contra An
geli boni ad tartara propellentes, a dextris
peccata accuſantia, a ſiniſtris dæmonia ad
inferos trahentia, interius conſcientia re-
mordens: exterius mundus exurens. Totus
enim ignis ille, qui præcedet faciem iudicã
tis & oĩs caliditas eius conglomeratos in-
uoluet & attrahet ad inferos peccatores, &
ſic præcipitanter ruent in ſupplicium ſem-
piternum. Vnde ẜm Hug. lib. e. de aĩa. Quis
putas tunc mæror erit, quæ triſtitia, cum ſe- F
parabuntur impij a conſortio ſanctorũ & a
viſione Dei & traditi in dæmonum poteſta
te ibunt cum impijs in ignem æternũ: ibiq;
ſemper erunt in luctu & gemitu ſine fine;
vbi erit dolor intolerabile; fætor incõpara-
bilis; timor horribilis; mors corporis & aĩę
ſine ſpe veniæ & miſericordiæ. Vbi qui tor-
quet aliqñ non fatigaẽ; nec qui torqueẽ ali-
quãdo moriẽ: ſed morieẽ vt ſemꝑ viuat: &
ſic viuet vt ſemper moriaẽ. Hęc ille. Secũ

*Secunda*

da autem ſñiæ irreuocabilitas retribueẽ ſal
uatis: de qua Euangeliſta ſubiũgit: Iuſti aũt
in vitam æternam, vbi noĩe æternæ vitæ da G
tur intelligi gloria ſempiterna; vt ex ipſo
modo loquendi aperte clareſcat, ꝙ oĩs alia
vita, mors & miſeria eſt potius nuncupãda
reſpectu illius glorioſæ ſempiternæq; vitę,
vbi iucũditas ſine mærore; vnitas ſine diui-
ſione; ſatietas ſine faſtidio; perpetuitas ſine
tædio; formoſitas admirabilis; libertas ſum
ma; dignitas alta; conformitas volũtatum;
ſocietas dignitatum; ſecuritas inuariata; &
tranquillitas cõſummata conſiſtit: ad quam
nos perducat Dñs Ieſus Chriſtus, qui cũ pa
tre & ſpirituſancto eſt ſuper omnia diligen
dus; laudandus; & glorificandus, regnans ꝑ
omnia ſæcula ſæculorum. Amen. H

---

FERIA TERTIA
poſt primam Dñicã in xl.

*De vera contritione.*

## Sermo XII.

C*Vm intraſſet Ieſus Hieroſolymã cõmota eſt vniuerſa ciuitas. Mat.* 21.
Nimis vtiq; obſtinatus & du-
rus eſt, quem non contundit,
& conterit, tam terribilis ſen-
tentia iudicantis, quantã in præcedẽti die
oſtendi-



A mus tempore iudicij expectare pec
cantes: ſed qui ſenſatus eſt mente talia per-
timeſcens, intellectu illuminatur, atque re
cognoſcens ſeipſum præteritam deteſtatur
vitam, conteritur, humiliatur & in rectam
ad dominum dirigitur viam. Et hoc eſt, ꝙ
myſticè & moraliter per verbum propoſi-
tum demonſtratur, cum dicitur: Cum in-
traſſet Ieſus Hieroſolymam, cõmota eſt v-
niuerſa ciuitas. Quid autem per Ieroſoly-
mam aliud, quàm conſcientia congruen-
tius deſignatur? Hieruſalem nempe inter-
pretatur viſio pacis: quia in humana con-

*Ieroſolyma quid ſignificat.*

ſcientia inter Deum & animam intellectus
ſemper debet videre pacem abſque quocũ-
B que remorſu, pſalm. teſtante: qui de Deo
& conſcientia locutus eſt, dum ait. Factus
eſt in pace locus eius. Hanc Hieroſolymam
tunc nempe Dominus intrat, cum cõſcien-
tiam lumine veritatis irradiat: & ſic per de-
teſtationem culparum atque ꝑ veram con-
tritionem a malo ad bonum vniuerſa men-
tis ciuitas commouetur. Vnde myſticè hęc
eſt probatica piſcina, Ioan. 5. quæ ab Ange-
lo mouebatur. In hanc autem, qui prior
deſcenderit poſt motionem aquæ, ſanus
fit a quacunque detinetur infirmitate mor
talis culpæ. Et in hoc quarta, ſcilicet con-
terens, Religioſitas indicatur: de qua tri-
C plex myſterium contemplemur. Primum
de contritionis quidditate; ſecundum de
contritionis qualitate; tertium de con-
tritionis quantitate. De quibus per ordi-
nem Pſalmo in 50. Pſalm. ait. Cor con-
tritum: hoc quo ad primum, & humilia-
tum; hoc quo ad ſecundum. Deus non de-
ſpicies; hoc quo ad tertium addit.

ARTICVLVS PRIMVS.

*In quo per triplicem veritatem, quid eſt vera contritio declaratur.*

D

PRimum ſiquidem myſterium
eſt de contritionis quiddi-
tate: quod quidem Pſalmus
exprimit di. Cor contritum.
Circa hoc autem vt clarius
exprimatur; quid eſt contritio vera;
tres veritates circa illam conſi-
deremus. Primò eius diſ-
nitionem, ſecundo
eius deno-
minationem, tertiò eius
imperfectionem.

*Contritionis declaratur diffinitio magiſtralis. Cap.* 1. E

IN prima veritate conſideremus
eius diffinitionem. Contritio, ſe-
cundum Pe. in 4. diſt. ſic magi-
ſtraliter diffinitur. Contritio eſt
dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis,
cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi.
Nam ſicut in naturalibus aliquid conteri di
citur, quando totaliter in minimas partes
reducitur: ita cor hominis conteri dicitur,
quando affectus peccati ſecũdum omnem
ſui partem in eo totaliter confringitur &
perfectè a peccato reſilit. Et quia talis reſi-
litio dolor quidam eſt, ideo contritio per
dolorem tanquam per proprium genus dif
finitur. Additur autem, uoluntariè aſſum-
ptus: tanquam differentia ponens in gene-
re morali. Et additur pro peccatis; tanquã
materia ſpecificans loco ultimæ differẽtię.
Hæc ergo eſt diffinitio competens contri-
tionis, inquantum eſt actus virtutis: ſed vt
eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, ſic oportet
quòd addatur, cum propoſito confitendi
& ſatisfaciendi concordat Tho. ibidem.

*Cõtritio quid ſit, quidã vocant cõfeſſionem. Gab. li. 4. diſt. 16. q. 1. artic. 1. Ale. p. 4. q. 67 m. 2. art. 1. Sco. in 4. diſt. 17.*

*Ex tribus trahitur moraliter verę contritionis nomen. Cap.* 2. G

IN ſecunda ueritate conſideremus eius
denominationem, i. quare ſic contritio
nominatur. Vbi notandum eſt, quòd ſe
cundum Bona. in 4. diſt. 14. q. 2. tria in hoc
conſideranda. Primò, quid conteritur: ſe-
cundò, cum quo conteritur; tertio quare cõ
teritur. Primò conſiderandum eſt, quid
conteritur. Duo enim conteri debent, ſcili-
cet cor & culpæ. Primò conteri debet cor,
quod ad litteram in uera contritione totũ
teritur præ nimia anguſtia, dolore & indi-
gnatione, quam contra peccata ſua conce-
pit. Vnde Iohel. 2. Scindite corda ueſtra. Se

*Quid cõteritur.*

cundò conteri debent culpæ, quæ quidem H
dolore illo conteruntur, i. ſimul & totali-
ter teruntur in corde: hoc autem perfectè
fit, cum peccata totaliter abijciuntur a cor
de; unde Pſalmus. Effundite coram illo cor
da veſtra. Et Thren. 2. Effunde ſicut aquam,
cor tuum. Secundò conſiderandum eſt,
cum quo conteritur: quia ſcilicet duplici

*Quo conteritur.*

mola. Prima. ſ. diuinæ ſpei, ſecunda timoris
Dei. Prima. ſ. diuinæ ſpei; & hæc eſt infe-
rior ſenſum eleuans ad ſpem ueniæ; ueniẽs
ex conſideratione miſericordiæ Dei; ne
mẽs peccatis obruta deſperet. Vnde Eſa. 5.
c. ſcriptũ eſt. Quis ambulauit in tenebris, ſ.
peccato-

A peccatorũ, & non eſt ei lumen, ſperet in no
mine domini, & innitatur ſuper dominum
Deum ſuũ. Et Eſa. 52. peccatrici aẽi, & quaſi
deſperatæ a Dño dictum eſt, Tolle molam,
ſ. ſpei, & molæ farinam. Secunda mola ti-
mor eſt Dei deorſum deprimens, quo, ſ. ani
ma timet pœnam ex conſideratione diui-
næ iuſtitiæ; recolens quod Apoſtolus ad
Heb. 11. c. ait: quòd horrendum eſt incidere
in manus Dei viuentis. Hæ duæ molæ, duo
B ſunt pedes, quos poſuit Angelus ſup̃ mare
& ſuper terram, ſicut Apocal. 10. ſcriptum
eſt: Et poſuit pedem dextrum ſuper mare;
& ſiniſtrum ſuper terram. Quid per Ange-
lum, niſi angelica contritionis gratia a Deo
per Angelum miſſa: qui pedem prouiden-
tiæ, ſeu uolũtatis Dei ponit ſuper mare mẽ
tis amaricatæ, ne de iuſtitia Dei deſperet: &
ſiniſtrũ ſuper terrã mundialis & criminoſę
mẽtis; ne de miſericordia Dei p̃ſumat, quaſi
calcando mare mentis contritæ dextero pe
de illud Pſal. dicat, Spera in Deo: & ſiniſtro
calcando terram, ne præſumat addat, Et fac
bonitatem. Horum enim duorum alterum
ſine altero ad ruinam, non ad ſalutem eſt.
In cuius myſterium Deut. 24. præcepit Do
C minus Moyſi. Non accipies loco pignoris
inferiorem, aut ſuperiorem molam ſolam,
ſ. ſecundum vtranque vel nullam: quia ad
litteram una ſola mola nulli utilis eſt: vide
licet nec accepta, nec relicta. Sic ad mores,
nec ſperandum ſine Dei timore; nec timen
dum ſine Dei ſpe. Sola nempè timoris
mola Cain & Iudas farinam molere volen
tes interierunt, quos etiam plerique in
morte ſequuntur. Maximus quoque nume
rus peccatorum de Dei miſericordia præſu
mentes; mola inanis ſpei molunt, qui quo-
tidie in ſceleribus plurimis irretiti, nec ſe
emẽdare uolentes, in Dei miſericordia ſpe-
D rant. Contra quos Apoca. 14. Angelus per
medium cœlum uolans, clamitat alta uoce
di. Timete Dominum. Item conteritur in
tribus potentijs; in memoria, amare recor-
dando. Eſa. 38. Recogitabo tibi. Secundo in
intellectu, recognoſcẽdo Deum offendiſſe
di. Tibi ſoli peccaui. Tertio in uoluntate
uoluntarie pœnitentiam agendo di. Ecce ĩ
flagella paratus ſum. Tertiò conſideran-
dum eſt, quare conterit: propter duo enim
habet conteri mens humana. Primo uide-
licet, quia anima eſt delicata: ſecundo quia
peccatoris conſcientia eſt dura & impetra
ta. Primo enim debet mens conteri, quia
anima eſt delicata, formata eſt enim ad ima
ginem Dei. Propterea ait illi Deus, Canti-

*Conteritur aĩa in tribus potentijs.*

E cor. 4. Tota pulchra es amica mea & macu-
la non eſt in te. ſ. ex natura a me formata:
ſed ex malitia a te perpetrata. Secundo, q̃a
conſcientia peccatoris eſt dura & impetra
ta. Facit enim peccatum in conſcientia, ſi-
cut peſtiferum uirus in inguine, ſeu in car-
ne humana; indurat etenim cor ſicut uirus
indurat carnem. Hinc Iob. 41. Indurabitur
cor eius quaſi lapis. Et Eccl. 3. ſcriptum eſt:
Cor durum malè habebit in nouiſſimo. i. ſi
ſic ſe reperit in vltima hora mortis. Inde
Greg. ait: Contritio apoſtema pungit, con-
F feſſio aperit, & ſaniem emittit, ſatisfactio
cathaplaſmata apponit. Per hanc igitur pũ
ctionem conteritur cor humanum: & tunc
peccati delectatio totaliter effunditur; ne-
que de illo remanet ſapor, neque uirtus,
peccata enim ad hoc conteruntur, ut ſimul
& totaliter diſtrahantur.

*De differentia inter attritionem, & contritionem. Cap. 3.*

IN tertia autem ueritate conſideremus
contritionis imperfectionem. Ponunt
Doct. differẽtiam inter attritionem &
contritionem. Attritio enim eſt actus di-
ſplicentiæ non cum priuatione informatꝰ;
G ſed contritio eſt actus charitate informatꝰ.
Attritio enim oritur ex timore pœnæ, con
tritio vero ex conſideratione diuinæ offen
ſæ. Item attritio elicitur a uoluntate; con-
tritio uero a gratia. Propterea attritio gra-
tia informata efficitur contritio. Sed ma-
gis propriè conſideremus harum differen-
tiam. Et primo uideamus de attritione. At-
tritione autem cor peccatoris ſolum in ali
quas partes frangitur. Dicitur enim res at-
teri, quando ſolum. res in diuerſas partes
diminuitur & comminuitur; ſic cor homi-
nis in partes frangitur, quando ſolũ de ma-
gnis peccatis dolet, ſicut de homicidio, pro
ditione, incendijs, periurijs, blaſphemijs,
H ſodomijs & manifeſtis vſuris, ſeu rapinis,
de adulterijs, ſacrilegijs, ſtupris, & conſi-
milibus: De paruis autem culpis licet mor-
talibus non multum curat, neque de eis do
let; ſicut de venditione termini, & de acq̃ſi
tis per illum; de frequentatione mundano-
rum iuramentorum, ꝙ non celebrauerit fe
ſta, de menſuris & ponderibus falſis; de ac-
quiſitis per ludum; ꝙ habuit odia, inuidias
partialitates, ꝙ ſecutus fuerit aleas breuia,
ſpectacula, tripudia; ꝙ non audierit tempo
re debito miſſas; nec ieiunauerit ut tenet;
ꝙ detraxerit, murmurauerit, proximum dif
famauerit;

*Attritio & contritio q̃ũo differũt.*

*Attritio gratia informata.*



A famauerit; pernicioſa conſilia dederit; con-
tra eccleſiaſticam libertatem fecerit: & ĩde
& aliunde in excõicationibus fuerit multi
pliciter irretitus, & ſic de conſimilibꝰ. Nec
ẽt multũ, immo nihil curabũt ſeu dolebũt
de ſupfluis veſtibus p̃cioſis, curioſis, illici-
tè acq̃ſitis & vanis, nec de fucaturis, nõ de
mortuis ſuis uel alienis capillis: nec de cau
dis, nec de ribalſis, nõ de altiſſimis trãpalis
& manicis amplis, ſuperfluis, anulis & io-
calibus p̃cioſis, & ſimilibus cũctis. Cũ aũt
non ſolum attritione, ſed veraci contritio-
B ne cor peccatoris contritum fuerit, dolebit
& veraciter contereẽ de oĩbus peccatis &
culpis cõmiſſionis & omiſſionis magnis &
paruis: dolebit & cõtereẽ de oĩ culpa cor-
dis & oris & operis, de oĩ indebito viſu,
auditu, guſtu, odoratu, & tactu; de oĩ paſſu
pedis cõtra Dei honorẽ facto, dolebit de
oĩbus pc̃tis ſimul & ſingulis ſingulariter &
de maioribꝰ magis, ita ꝙ nullus pc̃ti affectꝰ
remanebit in eo: & in volũtate Dei aſcẽdẽs
eius bñplacito ſe totaliter cõformabit: ni-
hil deniq; ſui oĩno in ſe reſeruãs. Tũc aũt
cor pc̃tõris eſt quaſi pulueriz atum & p̱ hu
militatẽ, dolorẽ & contritionẽ ad minima
reductum, & tũc tale cor fit Deo ſacrificiũ;
C ſicut pſal. di. Sacrificium Deo ſpũs cõtribula
tus. Ad cognoſcendũ aũt per manifeſta ſi-
gna, q̃ ſint corda contrita, aut attrita: põt ſi-
militudo poni de duobus mõticulis, quorũ
vnus eſt de fruſtis laterũ coaceruatus: alter
vero eſt de pulu erizatis lateribus in morta
rio & malleis ferreis cumulatꝰ. Si aũt mõs
illorũ fractorũ laterũ manu, ſeu baculo hĩc
inde moueaẽ: rumorẽ excitat iuxta violẽtiã
motus; nec effigiẽ, ſeu veſtigiũ retinebit; ſi
quis crucẽ, vel manũ, aut pedẽ amouendo
poſuerit ſuper illum. At econtra de oĩbus
eueniet de illo monticulo laterũ pulueriza
to. Sic cor attritum & non verè cõtritum
remurmurat & recalcitrat monitionibꝰ &
D obediẽtijs cõfeſſoris atq; obliuiſcit ſtatim
iniũctæ pęnitẽtiæ & ſatisfacere de pc̃tis at
que oĩum correctionum & pręceptorũ in-
iunctorũ a p̱uido confeſſore. Signum ecõ-
tra ueri cordis contriti totũ eſt contrarium
operari. Aduertendũ eſt tñ, ꝙ ſi homo di-
ſponit ſe p̱ attritionẽ, & facit quod in ſe ẽ:
Deus infundit gratiã gratum facientem de
neceſſitate per uerã cõtritionẽ. Nõ quidẽ
de neceſſitate coactionis, ſed de neceſſitate
immutabilitatis, ex p̃ſumptione ĩmutabili
tatis ſuę & ordinationis ſuę, q̃ immutabili
ter & liberaliter ordinauit ſe daturũ gratiã
omni petẽti: & ꝙ ĩ ſe ẽ faciẽti. Vnde Apo. 3.

*Signa cordis cõtriti.*

*Quid operatur Deus ĩ corde cõtrito quãdo homo nõ ponit obicẽ, ſed facit quod ĩ ſe eſt.*

E Ego ſto ad oſtiũ & pulſo, &c. vſq; ibi; cęna
bo cum illo, & ipſe mecum. Et 4. Reg. 4. de
vidua in myſterium ſcriptum eſt, quia filij
offerebant vaſa & illa infundebat. ſ. oleum,
quia diuina gratia infunditur ſe præparãti:
propterea ſoli aſſimilatur, qui domũ nõ in-
greditur, niſi feneſtra aperiatur.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*De triplici qualitate contritionis.*

SEcundum myſterium eſt de contritio-
nis qualitate. Et de hoc pſal. ſubiungit.
Et humiliatum. ſ. ſub diuino beneplaci-
to & mãdato, cum prius diuinis præceptis
rebellio fuerit. De qualitate autem contri-
F tionis tria ad præſens conſideremus. Pri-
mo facilitatem, ſecundo difficultatem, ter-
tio contrarietatem.

*Quod facile eſt liberę voluntati adipiſci contritionem. Cap. 1.*

PRimò conſideremus cõtritionis
facilitatem. ſ. ex parte nr̃a. Sicut
enim ſcribiẽ extra, de reg. iur. c.
1. Vnumquodq; per quaſcunq;
cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Cũ
autẽ peccatum per voluntatis actũ. i. per di
ſplicentiã & dolorẽ, quantum eſt ex parte
G noſtra, tolli poteſt. Et cum huiuſmodi do-
lorem habere ſemper ſit in hoĩs poteſtate:
nõ aũt habere dolorẽ ſenſibilẽ: ideo Deus
non requirit dolorẽ ſenſibilem de cõtritio
nis neceſſitate, ſed eſt de eius perfectione,
vt infra patebit, ſm̃ Bona. Pe. & Hoſt. alioſ-
que Doct. Ex his patet, q̃ facilis eſt ex parte
noſtra contritionem habere, quia ex libera
voluntate procedit, qua voluntate quilibet
libere poteſt vti. Vnde Eccle. 15. Ante ho-
minem vita & mors. Et iterum in eo. c. ait.
Deus ab initio conſtituit hominem, & reli-
H quit illum in manu conſilij ſui.

*Quàm facile ſit adipiſci cõtritionem.*

*Quia magna atque difficilis res eſt habere contritionem, quod quidem maxime per quinque apparet. Cap. 2.*

SEcũdo cõſideremus cõtritionis difficul
tatẽ. Licet ĩ volũtatis libertate & rõnis
electio cõtritionis cõſiſtat: tñ ex altera
parte difficillimũ eſt habere veracem cõtri-
tionẽ. Nam ſm̃ Bonau. in 4. di. 16. art. 2. Do
lor inquantum eſt diſplicentia rõnis, in ve-
ra contritione mẽſuratur, ſm̃ quãtitatẽ cha
ritatis, aut ĩ cõparatione ad iniquos p̱ amo
rem quãdiu in corde eſt dñium vẽdicat ſi-
bi in eo, nec vnquam eſt ibi niſi ſit domina.
Propterea

*Q̃uo mẽſuratur dolor in contritione.*

A Propterea ad hoc quòd aliquis habeat charitatem neceſſe eſt, ꝙ ſuper omnia diligat Deum, etiam ſupra ſeipſum; hoc autem fit cum pro nullo commodo vel incommodo Deum offendere velit. Et hoc intelligendũ eſt de diſplicentia rationis; vnde tãtum debet peccatum diſplicere rationi, ꝙ nullo pacto, nullo commodo, vel incommodo velit conſenſiſſe, uel etiam conſentire in ipſum, quoniam voluntas quæ ex aliqua cauſa conſentit in culpã, iuſta minime eſſe poteſt. Propterea ſicut non eſt neceſſe habentem charitatem velle mori pro Chriſto, ſed in caſu in quo, uel oportet ipſum amittere charitatem, vel corpoream vitam, tunc B tenetur magis mori pro Chriſto, quam amittere charitatem: ſic in propoſito intelligendum eſt ſecundum eum. Ex his apertè elici poteſt, ꝙ qui conteritur principaliter propter timorem inferni, & non propter amorem Dei, non eſt in ſtatu ſalutis; quia non dolet amore Dei, ſed amore ſui, vt ſi ceſſaret damnatio ex perpetrata culpa, ceſſaret & contritio illa. Sed ſecundum Sco. in 4. di. 20. licet ad ueram contritionem concurrat timor humilians, debet tamen concurrere amor inflammans; vnde & ſi in peccatore initiet timor pœnæ, ſuperueniens tamen amor talem timorem debet repellere, ſicut C 1. Ioan. 4. ſcriptum eſt. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Et ad hoc patet exemplum S. Aug. li. 14. de ciu. Dei. di. Quod ſicut quando volumus ſuere, vel duos pannos diuerſos iungere, habemus acum & imponimus ſericũ, vel ſerici filum, ſicque ſuimus, ſed demum remouetur acus filo ſerici remanente. Sic ad coniungendum Deum & animam peccatoris, requiritur acus, id eſt, Dei timor, & inferni horror, qui velut acus compungit aĩum peccatoris, & Dei amorem. quaſi filũ ſerici introducat. His nempe duobus Deus & animus peccatoris coniunguntur: & tñ remanet amor quaſi ſerici filum, quia cha-D ritas nunquam excidit; vt dicitur. j. Cor. 13. ſed acus. i. inferni timor, introducens amorem ceſſat. Richa. quoq; de Media vil. in 4. diſt. 20. q. 1. quinque dicit omnino eſſe neceſſaria ad ſalutem. Primum eſt efficax dolor de præteritis culpis. Secundum propoſitum cauendi a mortalibus in futuro. Tertium ſi poſſibile eſt, confeſſio vera. Quartũ pro poſſe ſatisfactio iuſta. Quintum auté quod cætera grata reddit eſt, ꝙ hæc omnia principaliter moueantur amore Dei, non propter timorem inferni. Et ad hoc etiam Aug. de pę. di. 2. c. nullus. Ex his ergo apertè patet, quàm difficile ſit habere veram cõtritionem. Deſcendere tamen ad hanc pœnam, vel ad illam homines non tenent, immo ſtultè faceret ſi quis ſeipſum vel alium nimis ſollicitaret ſuper huiuſmodi particularibus pęnis. Huius opinionis eſt Tho. Innoc. & Hoſt. E

*Cõtritio quę oritur a timore inferni.*

*Exẽplũ quod a B. Auguſtino deſumitur.*

*Vnde hæc contrarietas facilis & difficilis contritionis ortum ſumat. Cap. 3.*

F TErtiò conſideremus contritionis cõtrarietatem. Mirum equidem eſt de contritione uidere tantam oppoſitã contrarietatem; ſed facile quis aduertit, ſi ſpũs ac carnis oppoſitam naturam penſet. Ex parte nanque ſpiritus facilè eſt contritionem habere: ex parte uerò carnis difficile; dicente Domino Matt. 26. Spũs quidem promptus eſt, caro autem infirma. Et Gal. 5. Apoſtolus ait. Caro concupi. aduer. ſpir. & ſpir. aduer. car. hæc enim ſibijnuicem aduerſantur, vt non quæcunque uultis, ita faciatis. Quanto igitur caro magis ſpũi dñat; ſicut in hominibus carnalibus, laſciuis atque mundanis, tanto contritio difficilior eſt: & econuerſo cum in vera contritione ſpiritus dominetur carni. Cum igitur rõ in homine triumphaliter dominatur, quædam pax inter ſpũm & carnem regnat; vnde in uera contritione ratio ſubijcitur Deo, & caro ſubijcitur rationi. G De his duabus ſubiectionibus pſalm. ait. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. ſ. in ſubiectione rationis ad Deum. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. ſ. in ſubiectione carnis ad rationem; & ſic unde ueniat hæc cõtrarietas, manifeſtè apparet.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De triplici gradu verę contritionis.*

TErtiũ myſteriũ eſt de cõtritionis q̃titate. Et de hoc pſal. ſubdit: Deus nõ deſpicies, ſed largè appreciaberis. H Vnde triplicem vtilitatem conſequitur cor contritum, ſ̃m ꝙ triplex contritionis gradus diſtingui poteſt. Primus eſt contritionis ſufficientis, ſecũdus eſt cõtritionis eminentis, tertius eſt cõtritionis exuberantis.

*Triplex vtilitas cordis contriti.*

*De contritione neceſſaria ad ſalutem, quæ tria in anima operatur. Cap. 1.*

PRimus inquam contritionis grad⁹ dr̃ contritionis ſufficientis, quæ ſicut ex præcedentibus patet, eſt vera diſplicentia rationis, per quam

*Primus cõtritionis gradus.*



A omnia crimina remittuntur: & hæc eſt neceſſaria ad ſalutem. Tria ſiquidem efficit ĩ anima contritio hæc. Primo purgationem, ſecũdo ſanationem, tertiò viuificationem. Primo enim contritio hæc neceſſaria ad ſalutem in anima operatur purgationem. In cuius myſterium ſcribitur. 4. Reg. 5. ꝙ inq̃t Heliſeus ad Naamã Syrum. Vade & lauare ſepties in Iordane. Iordanis nempe riuus iudicij interpretatur, per quem quid aliud conuenientius deſignatur, quam contritio luminoſa, quæ quaſi ad modum riui, mentem illuminando, atque diſcutiendo irrigat gratia Saluatoris, atque emundat illã a B quacunque ſorde maculantis culpæ. Hæc ſiquidem ſepties lauatur, cum conſciẽtia peccatoris a ſeptemplici mortali culpa purgat̃. Sic euenit Magdalenæ, de qua ſicut dr̃ Luc. 10. & Mar. 16. ſeptem dæmonia. i. vniuerſitas peccatorum, eiecta ſunt. Secundo uero contritio operatur ſanationem. Nam Dominus adueniente contritione ſanat in anima vulnera peccatorum. Vnde pſal. de ipſo ait. Qui ſanat contritos corde, & alli. contr. eorum. Diſcat peccator prudens ab ipſa natura cerui, de quo Iſido. ait, quia cum vulnera-C tum ſe ſentit, currit ad montes, & ibi herbas amaras quærit, atque comedens illas curat uulnera, & ſagittas a ſe expellit. Sic peccator, cum pſalm. dicat, Leuaui ocu. me. in montes. i. in Sanctos pro ſubſidio impetrando: vnde ve. aux. mihi. Ab ipſis quidẽ per ſupplicationem ac eorum imitationem quærat herbas amaræ contritionis; a quib⁹ expelluntur ſagittæ tentationum, & curantur vulnera peccatorum. Tertio uero contritio operatur viuificationem. Ex ea nanq; anima reducitur a morte culpæ ad vitã gratiæ. In cuius myſterium Eſa. 38. de Ezechia exemplum patet, qui cum audiſſet ab Eſaia: D Diſpone domui tuę, quia morieris, ſ. corporaliter, & non viues ſpũaliter; propter contritionem eius atque fletum, non tñ uitam ſpiritualem conſecutus eſt, ſed etiam vitæ corporali illius quindecim anni ſuperadditi ſunt.

*Pſal. 146*

*Pſal. 110.*

*De eminenti contritione, quæ tamen non eſt neceſſaria ad ſalutem, ſed ex conſilio ſuadetur. Cap. 2.*

SEcundus contritionis gradus contritio eminens, ſiue abundans denominatur. Et talis contritio non ſolum eſt diſplicentia rationis & voluntatis, ſed etiam paſſio affectionis, in ſenſualitatem reſultans. Talis autem dolor, ſecundum Bonauẽ. in 4. diſt. 16. non eſt neceſſarius; nec eſt in poteſtate humana. E Talis inquam dolor non ſequitur amorem, ſed ſequitur affectionem, & affectio experimentalem cognitionem, & delectationẽ. Et q̃a nõ oẽs habent experientiam diuinæ delectationis: ideo nõ omnes, ita ſenſibiliter dolent de peccatis ſuis. Igitur, ꝙ homo magis doleat de peccatis ſuis, quam de amiſſione dulciſſimi filij, vel totius ſubſtantiæ ſuæ, vel patriæ & ſanitatis & libertatis, vel propriæ vitæ, vel parentelæ, & omnium temporalium bonorum: hoc F quidem perfectionis eſt, & congruum, nõ autem obligationis & neceſſarium. Ad hãc non præcipiendo, ſed hortando, inuitabat Hiere. c. 6. di. Luctum vnigeniti fac tibi plãctum amarum. Amaro quidem luctu configitur cor mulieris, cum unicum filium ꝑdit: quanto magis homo, qui ſolum vnicũ ſpũm habet, pro quo alterum nequaquam ponere poteſt, amaro luctu lachrymari debet, quem vtique perdit, cum mortaliter Deum offendit. Hoc luctu amaricabatur cor prophetæ dicentis, Fuerunt mi. lachry. m. pa. die ac noc. dum dicitur mi. quoti. vbi eſt Deus tuus. G

*Secũdus cõtritionis gradus.*

*De ſummo & perfecto contritionis gradu. Cap. 3.*

TErtius contritionis gradus, cõtritio exuberans dicta eſt. Sicut enim ex præcedẽtibus patet, contritio poteſt excuſari ex parte rationis, & ex parte affectionis. Ex parte quidem rationis, a charitate cauſatur diſplicentia culpæ: & hoc eſt ad neceſſitatẽ, ſicut prædictum eſt. Ex parte autem affectionis, cauſatur dolor ſenſitiu⁹ in corde: & hoc eſt ad ſupererogationẽ. Ex vtroque autem modo poteſt contritio tñ H intendi & augmentari, ꝙ omnis pœna, quã homo meretur ex culpa in præſenti ſæculo vel in futuro, ei plenarie remitteret a Deo: quod quidem eſt maximum donũ, paucisq; conceſſum. Vnde de hoc Hieron. ait: Quia lachryma extinguit infernalem ignem; quẽ tota aqua non extingueret Oceani. Et Bernar. O humilis lachryma: tuum eſt regnũ; tua eſt potentia; ante conſpectũ iudicis nõ uereris accedere ſola; ſi intraueris, quicq̃d petieris, obtinebis: accuſantibus ſilentiũ imponis: de ore Principis ſententiam rapis: quid plura? vincis ĩuincibilem, ſuperas omnipotentem. Exemplum patet in Magdalena, Luc. 7. de qua Dominus ait: Remittũtur ei

*Tertius cõtritionis gradus.*

*Virtus lachrymarũ.*

A tur ei peccata multa; quoniam dilexit multum. Ecce remiſſio culpæ ex charitate, quæ in ratione diſplicentiam generauit. 1. Pe. 4. Charitas operit multitudinem peccatorū. Deinde iterum ait: Remittunt̄ tibi peccata tua: bis replicans, Remittunt̄, vt in primo indicet remiſſionem culpæ; in ſecundo vero oſtendat remiſſionem plenariam pœnę, propter quæ duo ei in fine concluſit di. Vade in pace. ſ. & propter mundationem conſcientiæ, & propter amotionem pœnæ. Idē quoque contigit de latrone, cui Luc. 23. Dominus ait. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Cū quo ad illa æterna gaudia miſericorditer nos aſſumat; qui huic latroni, cōtrito tam largam miſericordiā fecit Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Quare replicatur vox illa. Remittūtur peccata.*

---

FERIA QVARTA
poſt primam Dn̄icā in Quad.

*De duodecim periculis, quæ ſuperueniunt peccatoribus in vltimo fine.*

## Sermo XIII.

C Fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. *Matth 12.*

Natura ſiquidē eſt diuini verbi, atq; cuiuslibet gratię Dei, vt illis qui dignè ſuſcipiunt illam, conuertantur in bonum: Illis autem, qui illa reſpuunt, conuertantur in malum, ſicut de ſe Dominus Ioan. 9. c. ait, Ego autē in iudicium veni in mundum; vt qui non vident, videant; lumen. ſ. gratię acceptātes: & qui vident, id eſt, videtur eis eſſe uidentes, cæci fiant, ueritatis lumen. ſ. reſpuētes. Ex his igitur apertiſſime patet, quòd q̄ audito qua ſeueritate peccatores in extremo iudicio punientur, non conteritur & emen D datur, ſicut in præcedenti ſermone demonſtratum eſt; neceſſe eſt ei, vt impio corde obſtinatiſſimè induretur, non tantum dum uiuit; uerumetiam cum ad uitæ extremū uenit, ſicut in uerbo præallegato aperte Dominus manifeſtat, cum ait: Fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. In quibus verbis quinta. id eſt, expaueſcens Religioſitas monſtratur, per quam conſiderat homo prudens pericula, quæ in tali extremitate īminent peccatori, atque expaueſcit, ponderans quam inſana ſit impœnitentium uita. De perículoſo igitur ſtatu eorum, qui E diu malè uiuendo vſque ad extremum uitæ ſine pęnitentia perſeuerant diſſeramus. Voco autem extremum in illis, qui ex cauſis euidentibus iudicandi ſunt, morti propinqui ſecundum cauſas inferiores operātes, ut in pluribus; ut pote in infirmitate, quando iam ad gradum deſperatum attingit iudicio medicorum, vel in alijs periculis; vt in ſubmerſione aquæ, quibus ſtatim immineret periculum mortis. Licet etiam ſatis extremum periculum ſit in peccatis diu uixiſſe, & cum graui infirmitate uenire ad capezalem, maxime tempore peſtis, de quo ſecundum gradum ſuum etiam intelligendum eſt. Tales nanque. xij. pericu F la digno Dei iudicio incurrunt, ex quibus difficillimum & quaſi impoſſibile eſt animam euadere cum ſalute. Et de talibus ponamus quatuor pericula prima. Primum eſt paſſionum alteratio, & terribilis uexatio: ſecnndum eſt charitatis priuatio; tertium peccatorum habituatio, quartum ſeruilis conditio. Addantur alia quatuor pericula duriora. Primum eſt diaboli impugnatio, ſecundum temporalium intricatio ſiue occupatio; tertium naturalium gratiarum conſumptio, quartum a Deo elongatio. Superaddantur alia quatuor. Primum uirtutum & beatorum abominatio: ſecundum mentis alienatio & alteratio: tertium G iuſta a Deo & a mundo derelictio: quartū & ultimum temporis ablatio & ceſſatio.

*De periculo hoīs in extremo vitæ articulo.*

*Duodecī pericula hoīs in extremo vitæ articulo.*

ARTICVLVS PRIMVS

*De quatuor periculis grauib. quę peccatoribus imminent in extremis. Et primum eſt, quòd ne poſſit vere conteri a diuerſiſſimis paſſionibus alteratur. Cap. 1.*

PRimum quidem periculū eſt paſ H ſionum alteratio & terribilis uexatio. Adeſt enim in tali peccatoris extremitate, in ſenſitiua parte maximus dolor & cruciatus; vel maximus timor, uel quandoque uterq; ſimul. Et utraque paſſio uehemens nata eſt impedire liberum arbitrium & uſum liberę rationis & uoluntatis. Et licet omnes iſtæ quatuor paſſiones rationem & mentē hominis habeant alterare: attamen ſecundum Auguſt. lib. 83. qq. q. 36. paſſiones cauſatæ a triſtabilibus, plus mouent quam paſſiones cauſatæ a delectabilibus: Et nihilominus delectationis paſſio uehemens, quādoque etiam

*Primum hoīs periculum.*



A etiam impedit totaliter, vel ferè vſum rationis humanæ, vt ait Auguſt. li. de ciui. Dei. c. Quanto igitur priuabunt, vel alterabunt, amplius vſum rationis triſtabiles paſſiones doloris videlicet & timoris. Actus autē diſplicentiæ de peccato ad hoc ꝙ ſit ſufficiēs ad verā pęnitentiā, ſiue intrinſecā ſolā, ſeu ad ſacramenti pęnitētię dignā ſuſceptionē, neceſſario requirit vſum liberū rationis & voluntatis, qui quaſi impoſſibile vr̄ tali adeſſe. Si vero dicas, ꝙ dolor vel timor, q̄ mēti hominis ineſt, non totaliter impedit intellectū vel voluntatē: concedo quidē. Multū tn̄ impedimenti præſtat, & ꝑ conſequēs re B miſſus, vt imperfectus vſus intellectus & volūtatis tunc pōt haberi, qui vix ſufficit ad ſufficientē diſplicentiā & requiſitā ad pęnitentiā veram. Hoc periculum tangit Augu. de pę. di. 7. c. nullus. di. Nullus expectet, qn̄ peccare nō pōt, arbitrij. n. quærat libertatē, vt delere poſſit cōmiſſa, nō neceſſitatē. Qui prius itaq; a peccatis relinquitur, q̄ ipſe ea reliquat, non ea libere, ſed quaſi neceſſitate condēnat. Tantus nēpe aliquādo ſenſitiuus dolor opprimit & cruciatus membra coarctat, ꝙ uix homo aliud cogitare ualet. Vnde Greg. inquit: Tāta eſt uis doloris, ꝙ alibi nō pōt ferri uis cogitationis. Pateat ergo etiā C hoc per exēplū. Sit qui habeat dilectiſsimū filiū ſuū præ oculis ſuis, ad mortē horribilē pręparatū, uicinūq; habeat infirmū, de cuius incōmodo nihil, uel modicū cogitat, nec ēt ante oculos ſuos habet: quid mirū, ſi dilectū filiū quē ante oculos ſuos tenet recogitat, & infirmi obliuiſcitur, quē non uidet, nec diligit multū? Sic in propoſito ſenſualis appetitus & carnalis amor eſt filius dilectus, quē peccator cruciatū in tormētis ante oculos ſuos habet: Abſens uicinus modicū quidē dilectus eſt & ipſe Deus ſeu proprius ſpiritus, cuius peccator obliuiſcit̄, dū anguſtiāti dolore & timore cōprimit̄. Si aūt uicinū D ſpiritū ſuū intelligere uolumus, cuius ēt tūc obliuiſcitur, teſtimoniū ab Aug. habemus in ſermone Innocentū dicēte: Hac animaduerſione percutit̄ peccator, ut moriēs obliuiſcatur ſui, qui dū uiueret oblitus eſt Dei.

*Exēplū.*

*Secundum periculum eſt, ꝙ huiuſmodi peccatores in terribili bello mortis inermes ſunt, quia charitate, & cæteris virtutibus ſunt priuati. Cap. 2.*

SEcundū quidē periculū peccatori imminet in extremis, qđ eſt charitatis ſiue dilectionis priuatio. Ad hoc. n. ut peccatorū diſplicētia ſit grata Deo, neceſſe eſt ꝙ E ſit debitè circumſtantiata, & maximè circūſtantia principij & finis, hoc eſt ꝙ ſit uoluntaria ꝑꝑ Deū, ſicut de ſe uerè pęnitēte Pſal. ait: Voluntariè ſacrificabo tibi, & confi. nomini tuo Dn̄e, qm̄ bonum eſt. Et Aug. in prædicto. c. nullus, inquit: Scriptum eſt, neminē ſine charitate ſaluū eſſe: non itaq; in ſolo timore uiuit homo. Quē ergo pęnitet ſerò, oportet non ſolū Deum timere iudicē, ſed iuſtum diligere, non tm̄ pęnā timeat, ſed anxietur pro gloria. Ex uerbis igitur Aug. patet, ꝙ licet homo timeat pęnam, timori tn̄ pręponere debet charitatē diuinā. Sed diffi F cile eſt in tali extremitate habere hunc actū hac principali circunſtantia intentionatum & regulatū. Et hoc maxime propter duo. Primò, quia timet infernū: nā qui uſq; tunc fuit impęnitens, non uidetur tunc a ſeipſo extorquere diſplicentiā nouā peccatorum ſuorum, niſi timore imminentis pœnę, non charitatis diuinæ. Præſumitur. n. ꝙ ſi remotus eſſet a pęna ſicut prius, non extorqueret a ſeipſo diſplicentiā illā, ſicut nec ēt prius. Secundo, quia timet mortē. Nam ſaltē aliquid ſimpliciter inuoluntariū uidetur cauſa iſtius diſplicentiæ, ſ. expectatio mortis propinquę: mors enim iſta inuoluntaria eſt: & G ꝙ non ſit, niſi ex ſuppoſitione cuiuſdam inuoluntarij, non ſimpliciter uolūtarium dici pōt, ſicut per exemplū patet. Non enim omnino uolūtariè proijcit quis merces ſuas in mari, niſi ex ſuppoſitione cuiuſdā periclitationis, quā nollet: quod aūt fit niſi ſit uoluntariū, non eſt multū acceptabile illi, cui fit: quia non vr̄ propter eius amorem fieri. Claret igitur ex iam dictis, q̄ durū & arduū eſt ꝙ talis Deū ſuper oīa amet, quē antea ſuper oīa odiebat. Exēpli cauſa. Si quis foret cordialis amicus regis Granatę, naturaliter tamen ſubditus regis Arogoniæ, & fa H ueret iuxta poſſe regi Granatæ, atq; noceret toto conamine regi Arogoniæ: & in hac inimicitia perſeueraret ꝑ quatuor annos: & ſuperueniret caſus, ꝙ rex Arogoniæ caperet eū, multiſq; cruciatibus torqueret illū: nō ne quaſi impoſsibile eſſet, & incredibile, ꝙ captus talis, uerteret amorē ad regem Arogoniæ, totoq; corde eū diligeret, ſuꝑ cunctos homines totius orbis: ſuper ſocios, ſuper amicos, ſuper filios, & cęteros cōſanguineos ſuos? Inſuper addatur, ꝙ cū ſpecialiter diligeret, quia eum captiuū teneret & cruciaret: & econuerſo auerteret amorem ſuum a rege Granatæ, & illū odiret ſuper oēs homines mūdi, quē tamē prius dilexit,

*Secundū periculū.*

*Exēplū.*

A nullamq́; cauſam dederit ei de nouo odio generando. Sic vtiq; in propoſito eſſet de rege vero Dño Ieſu Chriſto & eius aduerſario infernali, atque de homine peccatore in extremis agente prædicto modo. Detur ét in exemplum alter, qui in furto a quodam iuſto iudice comprehẽſus eſt, perſeuerauitq́; longo tempore in furando: finaliter iuſta ſententia condẽnatur ad mortem: ducitur ad patibulum, quod ante ſe cõſpiciens, lachrymabiliter veniam poſcit, di. non ſe in poſterum ſimilia patraturũ. Quis extimabit hoc illũ dicturum amore reipublicæ, vel iuſti dñi, aut iudicis, & nõ potius timore atq; pauore mortis? Sic eſt in pro-

B poſito de eo, quem pœnitet in extremis.

*Tertium periculum eſt, quia mali habitus & conſuetudines peccatorum, ne pęnitere valeat, retinent peccatorem. Cap. 3.*

*Tertium periculũ.*

TErtium periculum imminens peccatori in periculo mortis, eſt peccatorũ habituatio. Nam habitus vſque tunc contractus multum ab actu pœnitentiæ retrahit peccatorem. Hoc periculum tangit Aug. de pę. di. 7. c. nullus. vbi ait: Timendũ eſt de pęnitente ſero: quem enim morbus

C vrget, & pęna terret: ad veram vix veniet ſatisfactionẽ. Maximè cum filij quos multum dilexit, ſint præſentes, vxor & mũdus ad ſe vocet, multos ſolet pęnitentia ſerotina decipere. Intellige integrè hæc delectabilia eſſe præſentia in ſe, vel in fantaſmatibus vehementer impreſſa. Siue autem vno modo, ſiue altero ex vehementia habitus continuati, multum inclinant ad ſe inordinatè amandum: & per conſequens magnã faciunt difficultatem, ne ſit ſufficiens diſpoſitio ad culpę deletionem. Ampla enim eſt via, per quam piſcis intrat in maſſam: lętuſq́ue comedit inuentam eſcam: ſed poſtea

D quando vult inde exire non poteſt. Sic euenit peccatori, qui habitũ vitiorum induit: propterea clamans Dauid dicebat: Saluum me fac Deus, quoniã intrauerũt aquæ vſq; ad animam meam. Infixus ſum in li. pro. & non eſt ſubſtantia. Difficilius nempe curatur antiquum vulnus: ſordeſq́; inueteratæ magno abluuntur labore. Lana ét iacens in tinctura, difficilè poteſt in colorem album reduci. Manus inſuper, quas recentes nuces tinxerunt, non paruo labore purgãtur. Grauius etiam curantur ſordes & vulnera mẽtis, quàm ventris. In huius autem myſteriũ

E Prouerb. 30. ſcriptũ eſt: Tria ſunt mihi difficilia: Via aquilæ in cœlo. i. ſuperbus. Via colubri ſuper petram. i. auarus: & via nauis in medio mari. i. luxurioſus. Ratio huius difficultatis eſt: quia ſuper tales ruit maledictio illa, de qua Pſalm. ait: Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur: & ſicut zona, qua ſemper præcingitur. In horum autem figurã populus Iſrael, qui diu captiuus fuerat, ſiue ſteterat ſub Pharaonica ſeruitute, ab ea difficiliter liberatus eſt, ſicut in Exo. patet. Nonne etiam Pharaonem in peccatis inueteratum pęnis multiplicibus afflixit Deus: & licèt ore ſæpius pœniteret, & populum

*Tria d[illegible]cilia [illegible]ſtima[illegible] piens.*

F ſe dimiſſurum ſponderet, tamen nunquam verè pęnituit. vnde merito anima & corpore interijt, ſicut perhibet Auguſt.

*Quartum periculum eſt, ꝙ in tali extremitate peccata non voluntariè, ſed neceſſariè dimittuntur. Cap. 4.*

QVartum periculum eſt ſeruilis conditio. Quanto enim aliquis in corpore minus eſt dñs ſui actus, tanto requiritur intenſior diſplicentia mentis ad hoc ꝙ ſit diſpoſitio ſufficiens ad deletionẽ commiſſę culpæ. Peccator autem in extremis agens minus eſt dñs, quia nullo modo eſt dñs actus exterioris ad peccandum. Requiritur ergo ſ̃m ſtrictam iuſtitiam Dei diſplicentiæ intenſior motus, ad iuſtificationem eius, quàm ad iuſtificationem ſani: cũ tamen vix poſſit habere æquè intẽſiorem. Hoc autem periculum tãgit Auguſt. de pę. di. 7. c. quanquam. Age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic agis, dico tibi quia ſecurus es: quia pœnitẽtiam egiſti eo tempore, quo peccare potuiſti. Si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa: adminus non tu illa

*Quart[illegible] periculũ, quantum ſit periculoſa p[illegible]nitẽtia [illegible] extrem[illegible] vide C[illegible]ualdũ [illegible] 4. part. Roſ Th[illegible] B. ĩ 4. d[illegible] 14. par. [illegible] q. 3. ar. [illegible] & de p[illegible]nitẽ. d[illegible] 7. c. qu[illegible]quam.*

H liberè peccata dimittis, ſicut facit ſanus. Et ideo quantum deficit in te de libertate, tantum ſ̃m rigorem requiritur in te intenſior motus, quem vix vel nunquam poterit in talibus extremis anima infelix habere. Ad hoc idẽ Aug. vbi ſup. c. nullus. Illi autẽ, qui cũ potuerunt, nunꝙ auerti voluerunt, cõfitẽtes cum iam peccare nequeunt, nec ſic facilè acquirunt, quod volunt. Sed dices fortè, tunc peccatum dimittitur peccatori. Reſpondet Aug. vbi ſup. di. Duę ſunt res: aut ignoſcitur tibi, aut non ignoſcitur: quid horum tibi futurũ ſit, neſcio. ergo tene certũ & dimitte incertum. Multi exẽplum ſuſcipiunt a latrone, cuius & ſi fuerit ſera pœnitentia.



*Stulta fiducia peccatoris.*

A tentia, tamen non fuit ſera indulgẽtia. Nec tales aduertunt, ꝙ nec ſimile de aliquo alio legitur in tota ſacra ſcriptura. Et ꝙ poſitus ſit in ſummitate montis miſericordiæ Dei, in figura humani generis latrocinantis & ſola Dei miſericordia liberati. Inſuper, vt teſtatur Magiſ. in 4. ſen. di. 20. in fi. c. 1. Licèt latro veniã meruiſſet in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi & pſeuerãdi auctoritatẽ. Hæc quatuor pericula iã ꝑtacta ponit Sco. in 4. ſen. di. 20. q. 1.

ARTICVLVS SECVNDVS.

B *De alijs quatuor periculis grauioribus, quæ ſuperueniunt peccatoribus in vltimo fine: & primum eſt, quia tunc maximè fortius quam vnquam fecerant ante a dæmonibus impugnantur. Cap. 1.*

PRimum ſiquidem periculũ eſt obſeruantium, & inſidiantium dæmonum impugnatio. Secundum enim Greg. tanto diabolus grauiores tempeſtationes ingerit, quantomagis peccatorẽ appropinquari fini conſpicit. Inſidiatur. n. in abſcõdito, quaſi leo in ſpelũca ſua. Inſidiatur vt ra. pau. ra. peu. dũ attra.

*Exẽplũ.*

C eũ. Vnde ſicut murilegus ad foramẽ inſidiatᷣ muri: ita diabolus in fine vitę & propè exitũ animæ inſidiatur peccatori. Ideo tali peccatori Eccl. 11. c. præcauet di. Attende tibi a peſtifero. i. diabolo: ſabricat. n. mala. ſ. culpę in vita, ne fortè hora. ſ. mortis inducat ſuꝑ te ſubſannationẽ in perpetuũ. Si igitur peccator non potuit impias tentationes tolerare, quãdo caderet, qñ erat ſanus: qũo grauiores tolerabit, qñ erit infirmus? Deridendus vtiq; foret, qui dũ iuuenis eſt, & ſanus, & fortis, dicit ſe pugnare nõ poſſe: demum cũ factus eſt ita debilis & infirmus ꝙ ſe mouere non pôt, petit campũ certaminis ingre-

D di, armaq́; ſibi poſtulat dari. Maior utiq; deriſio conuenit huiuſmodi peccatori, qui tẽpore tam periculoſo & arto, debilis & infirmus, contra inſidias & uerſutias & uiolentias dęmonũ pugnare quærit: cum ſicut ait Apoſt. Eph. 6. Nõ eſt nobis colluctatio, maximè tẽpore illo, aduerſus car. & ſanguinẽ, ſed aduerſus prin. & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia nequitię in cęleſtibus. Itẽ Apoſt. Pet. 1. Pe. 5. Vigilate ait, quia aduerſarius ueſter diabolus tanquam leo rugiens, cir. quẽ deuo. cui reſi. for. in fide, id eſt in fideli mandatorum obſeruatione in uita.

E *Secundum periculum eſt, cum homo ſe reperit intricatum mundialibus in extremis. Cap. 2.*

SEcundum periculum eſt temporalium intricatio, occupatio, & affectio. Naturale quidem eſt & experientia hoc clare oſtendit, quòd ea quæ uerſantur in mente uiuentis, uerſantur etiam communiter in mente morientis. Dilexit in uita gloriã & honores, faſtum & pompas, dominationes, & tyrannias, uidet ea quæ tantum dilexit in ſe annihilari, & uerificari in eo quod ſcriptum eſt Iob 20. Si aſcenderit

F uſq; in cęlũ ſuperbia eius: & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur: uidebat enim prius ineſſe ſibi rerum omnium affluentiam, natos proficiẽtes, ſeruos alacres, fęcundos greges, horrea plena, apothecas abundare, in uita ſanitatem, in ſanitate abundantiam, in abundantia pacẽ, in pace ſecuritatẽ, in ſecuritate fęlicitatem. Et iuxta Pſal. ſententiam: Quorũ filij ſicut no. plan. in iuuen. ſ. filiæ eorum compo. circũ. ut ſimi. tem. Promp. eo. ple. eruc. ex hoc in illud. Oues eo. fę. abun. in ædi. ſ. bo. e. craſſę. Non eſt rui. ma. neq; tranſi. neq; cla. in pla. eorum. Conſpicit infęlix peccator ſe derelinquere orbatos filios, quos tantum dile-

G xit, ꝙ pro eis animam ſuam donauit. Contẽplatur lachrymantẽ uxorem, parentes, delitias & diuitias. O quantus dolor, o quantus horror, o quantus animæ męror, cum talis conſpicit his omnibus breui puncto in ęternum priuari, quibus tantum inuiſceratus & irretitus eſt. O quot anxietates, quot timores, quot pauores, quot innumerabiles & uariæ cogitationes, a dæmonibus, a carne, a mundo, a conſuetudine mala, ab ipſa propria malitia ſua, in tali extremo eius ingerũtur menti. In quorum perſona Iob 20. inquit: Cogitationes meæ uariæ ſuccedũt mi-

H hi, & mens mea per diuerſa rapitur. Tunc experitur illud Eccl. 41. O mors, quam amara eſt memoria tua. Et lamẽtabiliter cõqueritur cum pinguiſſimo Agab. 1. Regũ, 15. qui dicebat: Siccine ſeparat amara mors. ſ. dulciſſimum mediũ præſens: uidelicet mundum, qui eſt medium inter præteritum ſęculum & futurum. Et Pſalm. ait etiam in perſona illius. Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis ce. ſu. me. Timor & tremor ue. ſu. me & contexe. me tenebrę. i. caligauerunt affectus meos tenebroſæ mundi delectationes. Ecce talis peccator in tanto periculo conſtitutus, quid cogitat, quid

 diſpo-

A diſponit, quid denique in eius mente uerſatur? quid aliud niſi ad quod efficitur. La lingua và doue il dente dole. Noui hominem, qui dum moreretur, ſicut in vita fecerat, nihil niſi denarios nominabat, clamabat, furebat ſeruũq; vocabat di. Curre poſt talem, qui ſoluit mihi talem monetam falſam, porta mihi denariorum burſam, dic tali ꝙ trãſiuit terminus ſolutionis ſuæ: heu me, talis in tot denarijs me decepit, & innumeras tales dementias, ſicut verſabantur in corde, ita eructabat ex ore: teſte Chriſto, qui Matth. 12. ait: Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. *Exẽplũ.* *Aliud exemplũ* B Noui etiam fratrem, qui a parentibus cuiuſdam magni diuitis requiſitus, ꝙ illi diuiti in extremis agenti pęnitentiam ſuaderet. Steterat nãq; vltra 30. annos abſque confeſſione: feſtinus in ſolerti animo illuc religioſus acceſſit: hortabatur blanda dulcedine illum ad Dei amorem, ſanctumq; timorem ad animę ſuę ſalutem, & ad ſpem magnam miſericordiæ Dei, qua indigebat. Reſpondit: Quantum aſcendit centenarium piperis? fratre autem ad verba ſalutis redeunte reſpondet: Et centenarium lanæ quantum valet? Adhuc fratre ad eadem verba recurrente reſpondit: Sunt ne adhuc reuerſæ galeæ de Baruti? diu C ſteterunt naues de aqua morta. Eſt ne bonũ forum de cynamomo & zucharo? Oh mercantiæ nihil hodie valent. Illo autem ſemper ad ea, quæ viuens amauerat, linguam vertente, ait frater: Dilecte mi frater, volo ꝙ his dimiſſis, cum ſis in extremis, iam de anima tua penſes confitendo Domino: te accuſes & miſericordiam ab eo humili corde poſtules. Tunc voce magna & doloroſo clamore reſpondit: Non poſſum, non poſſum, non poſſum. quibus dictis cum diabolo expirauit. Rationibus, veritatibus, & exẽplis iam patet, veram eſſe ſentẽtiam Saluatoris, Mat. 6. dicẽtis: Vbi eſt theſaurus tuus: D dum viuis: ibi eſt cor tuum: dum moreris.

*Tertium periculum eſt, quia in extremis agenti non tantum aufertur gratia charitatis, ſed gratiæ gratis datæ. Cap. 3.*

*Duo gratiarũ genera gratis.* TErtium periculum eſt naturaliũ gratiarum cõſumptio. Duo nempè ſunt genera gratiarum. Vnum eſt gratiæ gratificantis, quod eſt charitas. Alterum gratię gratis datæ, ad quas ſeruandas & cõfirmandas Apocal. c. 3. in 5. Eccleſia hortatur Dominus di. Eſto vigilans & confirma E cętera, quę moritura erant. Solerter nãque vigilare debemus, ne principalem gratiã. ſ. charitatem perdamus, quam & ſi per mortalem culpam perdiderimus, ſubito cętera quę moritura erant. i. gratias gratis datas cõfirmare debemus, quod fit, quando vt ait Pſal. Viuẽs viuens, .i. viuens & ſanus confitebitur tibi. O ſummæ clemẽtiæ Deus: licet enim gratia iuſtificans ſubito & tota ſimul homine ſe auertente a Deo auferatur: dona tñ & gratię gratis datę, paulatim decreſcũt, dum homo impiè viuit. In extremis autem agenti & maximè peccatori auferuntur. Et hoc ex euidẽtiſſima diuinæ miſericordiæ & F iuſtitiæ diſpẽſatione ſapientiſſimè ordinat̃, vt ex ea parte qua gratiæ minuunt̃, cõtinuè cõminetur iuſtitia Dei, ꝙ pęniteat peccatorẽ in extremis agentẽ: & ex alia parte, qua gratiæ nondũ oĩno oblatæ ſunt, iuuẽtur ad pęnitentiã perficiendã. Vñ Eccl. 12. c. inq̃t: Memẽto creatoris tui in die iuuẽtutis tuæ: & poſt dicit, anteq̃ veniat. ſ. in extremis tenebreſcat ſol, lumen & ſtellæ, & luna, & reuertatur nubes poſt pluuiã. Varia ſunt gratiarũ gratis datarũ genera: quædã mẽtales: videlicet intellectus bonus & clarus, voluntas libera, & memoria firma. Hęc ſunt velut ſol, lucẽs in intellectu, calens in voluntate, *Gratiarũ gratis datarum genera.* G & vigens in memoria. De quo ſole, cũ homo eſt iuuenis & ſanus, inquit Eccl. 42. Sol illuminans p omnia reſpexit: Lumen eſt cõſcientiæ ſcintilla. De lumine Pſal. ait: Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Dñe. Stellę ſunt ſenſus noſtri, tam corporales q̃ ſpirituales: de quibus Baruch. 3. Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. Luna corpus noſtrum denotat, ſiue appetitũ noſtrũ carnalẽ mutabilẽ, velut luna: de quo Eccl. 27. Stultus vt luna mutabitur. quæ omnia in vltima infirmitate tenebreſcunt diuinoq; iudicio fit, vt tanto maior in mente contemptoris fiat cęcitas, quanto maior præcedentiũ gra- H tiarum fuit prius in mẽte humana claritas. Hæc autẽ cęcitas in nube notat̃. In iugibus enim imbribus ſpiſſior ſemper nubes eſſe ſolet, quæ poſterior eſt, ſic & quanto imber gratiæ iugior irrorauerit corpus & mentem, tanto cęcitatis nubes, quę conceptam gratiam conſequitur, ſpiſſior erit in extremis. Propterea nos hortatur Apoſt. 2. Corinth. 6. di. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Et Eccleſ. 3. Omnia tẽpus habẽt, quia tẽpus ſeminandi & tẽpus metẽdi: in vita ſeminat homo, & in morte metit. Vnde Prouerb. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit in æſtate.

Stultus



A Stultus eſſet agricola qui magnam ſperaret meſſem in æſtate, ſi nihil ſeminaſſet in hyeme. Vnde 2. Cor. 9. Qui parce ſeminat, parce & metet: parce ſeminat, qui in vitijs enutritur. Vnde in extremo parce etiam de virtutibus metet. Et ſubdit ibidem: Et qui ſeminat in benedictionibus. i. qui virtuosè viuit, de benedictionibus. i. virtutibus & metet. Et Gal. 6. Quæ ſeminauit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua. i. carnaliter viuit, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in Spiritu ſancto, de Spiritu ſancto metet vitã æternam.

B *Quartum periculum, quia in extremis inſenſatus peccator ſe reperit a Deo elongatum & ſurdum. Cap. 4.*

QVartum periculum eſt a Deo elongatio. In quolibet. n. peccato mortali elongatur homo a Chriſto plus quam per mille dietas. Vnde Gen. 11. cum proficiſcerentur de oriente inuenerunt cãpum in terra Sennaar & habitauerũt in eo. Oriens vtique Chriſtus eſt, teſte Zacharia, Lu. 1. qui ait: Viſitauit nos oriens ex alto: ab iſto oriente recedentes habitant in peccatorum fętore. *Sennaar qd ſignificat.* Sennaar interpretatur fœtor vel excuſſio dentium: & denotat fętentem & vitioſam vitam, quam qui ſequitur, C excutiuntur ei dentes, quibus maſticare poterat opera Dei, propter quos neceſſe eſt ei interire fame. Et de hoc Pſal. ait: Qui elongant ſe a te, peribunt: perdidiſti omnes. i. pdes oẽs, qui ſtultè perſeuerãter fornicãtur abs te. Hic eſt filius prodigus, de quo Lu. 15. ſcriptũ eſt, Qui peregrè profectus eſt in regionem longinquam. Nam, vt ait Pſal. lõgè a pec. & maximè in peccatis perſeuerantibus, ſalus. Quia igitur a Deo ſunt elongati, difficilius audiunt Deum clamantẽ. Clamat ad peccatorem quotidie Deus, vocat, pulſat. Vnde Pſal. ait: Deus deorum dñs locu- *Pſal. 49.* D tus eſt, & uo. terram. i. nos homines: clamãs illud Hiere. 22. Terra, terra, terra, audi ſermonem Dñi. Ecce terna peccatoris citatio. Prima eſt naturalis corruptio, ſicut ĩ pręcedẽti periculo patet. Secunda eſt accidẽtalis infirmitas. Tertia eſt peremptoria. ſ. ipſa extremitas vitæ. Propterea admonet tales Dñs Deut. 32. c. di. Audiat terra verba oris mei. Et licèt Dñs quotidie contemnatur ab eis: tamen non dedignatur, nec vocare deſi- *Pſa 112.* ſtit. Propterea Pſalm. ſubdit: A ſolis ortu. i. ab infantia, in qua puer naſcitur: ſol iuſtitię per baptiſmum, vſq; ad occaſum. i. vſq; ad E mortem, in qua occidit eis omnis ſpes gratiæ, veniæ, & gloriæ. Cum ergo Dñs vocauerit terram, ſi non venit, non eam ignorantia excuſabit, ſed contumax malitia accuſabit: dicente Dño Ioan. 15. Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem: peccatum non haberent: vnde tales non ignorantes, ſed rabidi & furibundi a Pſalm. dicuntur, cum ait: Furor illius. ſ. tempore extremo, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. ſ. vulnerati, ſicut aſpidis ſurdę, & ob. au. ſuas. ſ. terra. i. terrenorum amore, & cauda. i. vana ſpe longioris vitæ, ne audiat Dñm ſe vocantem.

ARTICVLVS TERTIVS. F

*De quatuor vltimis grauiſſimis periculis, ſuperuenientibus peccatoribus in vltimo fine. Primum eſt, quòd omnes virtutes, & gratias tanquam vitia & errores tales abominantur. Cap. 1.*

PRimum periculum eſt virtutum & bonorum abominatio. Amaritudo enim ſpiritualis & diutinæ infirmitatis, videlicet peccati inueterati, quę maximè in extremo ſentitur: facit omnes virtutes & ſpiritualia dona deſipere: immo odioſa ſentire, ita vt in his quæ Dei ſunt, verum videatur falſum, G & falſum verum: bonum videatur malum, & malum bonum: dulce videatur amarum, & amarum dulce: quæ omnia in virtutibus & vitijs tales experiri contingit iudicio iuſti Dei. Et hæc eſt maledictio illa, quam cõminatur Dominus per Eſaiam 5. di. Væ vobis, qui ſcilicet tempore vltimi finis: dicitis malum bonum, & bonum malum: ponẽtes tenebras lucẽ, & lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum. Et licet quandoq; talis fundat lachrymas, tũdat pectus, miſericordiam poſcat, adhuc ſunt dubia hæc ſigna. Vnde Auguſt. Qui H differt pœnitere vſq; in finem, vix aut nunquam bene pęnitet: quia quæ creditur vera eſſe contritio, mortis eſt inſtantis exaſperatio.

*Secundum periculum eſt, quia tales in maiori periculo ſæpe amentes fiunt. Ca. 2.*

SEcundũ periculũ eſt mentis alienatio. Alienatur. n. in talibus mens multis oppreſſa vexationibus. Hinc etenim vexat dolor, inde mortis expectatæ, & non expectatæ timor: hinc peccatorũ ſeruitus,



inde

inde tentantes dæmones: illinc mundi affectiones & intricationes: perdit ſenſum, amittit memoriã, nihilq; minus curat quàm propriam animam. Propterea Pſal. de talibus ait: Nõ eſt in morte, qui memor ſit tui: & per conſequens nec etiam ſui: in inferno aũt quis confitebitur tibi? q.d. nullus: ſicut quaſi nullus peccator huiuſmodi in morte recordatur tui. Detur exempli cauſa, ꝙ aliquis fuerit procurator alicuius domini per 40. annos, ſicq; fuerit imprudẽs, ꝙ nihil nõtauit, vel ſcripſit de ſibi cõmiſſis in toto tẽpore illo. Die tamen ab illo inexpectata vocat eum dominus, quęrẽs omnino videre & audire cõputum de his, quę geſta ſunt per eum, & importunè cõtra eum agit di. Redde rationem villi. tuæ. Statuit ſpatium vnius diei, vel vnius horæ, cogitur ille reddere rationem. Nunquid reddet omnium geſtorũ per eum computum bonum, integrum & clarum? verè credo ꝙ non: quia omniũ nõ poterit recordari. Sed dices, ad impoſſibile nemo tenetur: peccatorum ſuorum non recordatur, Deus miſerebitur eius: de his quæ memoria tenet, confitebitur. Ad hoc reſpondet Aug. de pę. di. 7. c. quãquam. di. Si quis poſitus in vltima neceſſitate ſuæ ægritudinis voluerit accipere penitẽtiam & acceperit, & mox reconciliatur: & hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus, quod petit: ſed non præſumimus, quia bene hinc exit. Si ſecurus hinc exierit, ego neſcio: penitẽtiam dare poſſumus, ſecuritatem vero non. Ratio horum eſt, quia ſeipſum coegit ꝑ animæ ſuæ negligẽtiam ſuorum crimina reminiſci non poſſe: & ſuæ conſcientię ignorantiam craſſam & ſupinam habere, quæ hominem non excuſat, teſte Apoſt. 1. Cor. 14. Qui ignorat ignorabitur, ſicut ſi quis ſe per altiſſimam turrim præcipitaret, ſi dum deſcenderet ſe inde proieciſſe peniteret, credo ꝙ ſaltum reſumere nõ valeret, ſed oporteret ꝙ totam longitudinem ſaltus menſuraret, & terram tãgeret de propinquo: Deo poſſibile tamen eſſet, illum a corporea morte ſaluare. Ego non credo in hoc ſperandũ, qui de hoc præſumit, probet ſaltum, & nos expectabimus non videre miraculum, ſed iudicabimus ſtultum ridiculum. Præterea ſi põderentur Auguſt. verba, præſupponit ꝙ velit accipere penitẽtiam & accipiat in extremis & tamen non præſumit ꝙ bene hinc exeat. Quid præſumendum de illis, qui omnino immemores ſalutis ſuæ? vel quaſi expectant vltimam horam, & confeſſio ſuorũ ſcelerum nihil aliud eſt, niſi ꝙ facti quaſi amentes & ingroſſata lingua nihil aliud habent, niſi ba bla blo, ble, han, heu, hoi, hui, hei. De hac mũdana ſtultitia & conſummata inſania, quid de eo aliud reſtat, niſi ꝙ infernus eum expectat? Viuens, viuens, vti Pſalmus ait, peccator confitebitur tibi, cupiens miſericordiam conſequi, & pœnam euadere ſempiternam.

*Pſal. 6.*

*Simile.*

*Tertium periculum eſt, quòd iuſto iudicio Dei ſæpe tales a Deo, & a mundo in manibus dæmonum relinquuntur. Cap. 3.*

TErtium periculum eſt iuſta a Deo & a mundo in manibus diaboli derelictio, quod maximè cõuenit diuitibus & magnatibus. Nõ audet quiſquam talibus confeſſionem vel communionem ſuadere, nec etiam nominare, niſi & raro vſq; ad inſenſatam extremitatem. De quo pulchrè Aug. in quoddam ſermone ait: Mors vrget & pœna terret, ad veram vix veniet homo ſatisfactionem. Quando enim perſona nobilis infirmatur, vix inuenitur aliquis, qui de ſalute animæ ſuæ audeat ſibi loqui. Executores ſollicitantur circa diuitias & theſauros: medici circa corporis medicinas, vxor, filij, amici, conſolantur infirmum: & ſic miſer nõ permittitur de peccatis ſuis cogitare, nec ſtatum & finem vitæ ſalubriter ordinare. Ad quantum periculũ ſit primo medicis de propria & infirmorum anima non curantibus, oſtendit decretalis ext. de pę. & re. c. cum infirmitas. vbi dicitur. Cum infirmitas corporalis nonnunq̃ ex peccato prouenit, dicente Dño languido, quem ſanauerat: Vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat: præſenti ſcripto ſtatuimus & diſtrictè præcipimus medicis corporum: vt cũ eos ad infirmos vocari cõtingerit, ipſos ante omnia moneãt & inducant, vt medicos aduocent animæ: vt poſtq̃ fuerit infirmo de ſpirituali ſalute ꝓuiſum, ad corporalis medicinæ remediũ ſalubrius procedatur: cum cauſa ceſſante, ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, ꝙ quidã in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a medicis ſuaderetur vt animarum ſalutem diſponãt, in deſperationis baratrum ruũt: vnde facilius periculum incurrunt. Si autẽ medici hoc decreto tanta ſeueritate ad prędicta coguntur: quanto magis parentes, fratres, filij, vxores, cæterique conſanguinei & propinqui ad prætacta ar-

*Pondera quia Deꝰ ſuo iuſto exigẽte iudicio permittit aliquẽ a Demone vexari tanquã a carnifice & miniſtro diuinæ vltionis.*

*Caueant medici q de aliquo iſirmo curã ſuſceperunt.*





ctantur: cum cæteri etiam proximi pro loco & tempore & inſtãte neceſſitate ad hoc ex diuino præcepto obligati ſint dicẽte Domino, Matth. 22. Diliges proximum tuũ, ſicut teipſum. Solẽt nempe tales & maximè vxores, dicere recordantibus de cõfeſsione & communione infirmi: Nondum eſt tempus: ſed vt vera gloſſa huic maledicto textui apponatur: Nõ eſt tempus: verè non eſt tempus, ꝙ diabolus ſuper infirmum habeat tantam poteſtatem, dum mente & corpore compos eſt ſui: ſed vtiq; tẽpus eſt, ꝙ memoria deficiente & ſenſu, ingroſſataq; lingua, cum nequit neſcit, & quodammodo nolit, vel inefficaciter velit cõfiteri ſcelera ſua: verè inquam tempus eſt, ꝙ diabolus ad tartarea regna animam ſuam portet, & eos qui de infirmi anima negligentes in tanto periculo ſunt, finaliter cum eo ferat. Ponderent autẽ omnes prædicti rationem, quam ponit decretalis præallegata. Nam cauſa ceſſante, ceſſat & effectus. Cauſa infirmitatũ ſępius, ſicut dicitur ibi, ſunt crimina & peccata, quibus per confeſsionem veram ceſſantibus, ceſſat effectus, ſ. infirmitas. Et ſic liberatur infirmus, & honoratur medicus, & vxor cũ amicis & conſanguineis conſolatur. Si aũt infirmus ob vxoris ſtultitiam a pœnitentia ceſſet, non ceſſat infirmitatis & mortis cauſa. i. peccatũ, ſed male deficit eius vita. Ponderent itaq; & ſolerti attẽtione conſiderẽt, qui oculos habẽt, quot ex medicorum vxorumq; & conſanguineorum culpa hac animali inſenſibilitate & crudeli pietate damnentur eorum, qui abſq; ſaltem efficaci penitentia moriuntur.

*Quartum periculum eſt quòd multis diuino iudicio inſperatè aufertur pœnitentiæ tempus. Cap. 4.*

*Quartũ periculũ.*

QVartum & vltimum periculũ eſt tẽporis ablatio & ceſſatio. Sperat. n. præſumptuoſus peccator in extrẽmitate temporis penitere. Ad quẽ Bern. Quid tibi de futuro tempore tam temerariè præſumis o miſer, tanq̃ Deus pater tempora & momenta in tua, non in ſua poſuit poteſtate? Vide peccator primo temporis precioſitatem, quia modico tempore poteſt homo lucrari veniam, gratiam & gloriam: malè vero expenſum obligat ad tormẽtum ęternum. O ſi talis mercantia ad infernum portaretur, ſolum tempus dimidiæ horę ad pœnitendum emerent illud pro mille mundis, ſi poſſent. Tãtũ eſt enim theſaurus tẽporis precioſus, ꝙ vt ait Bern. non eſt tempus vitæ impenſum, ꝙ non exigatur, qualiter ſit expenſum. Necnon viuens recogita ſecundo, infelix peccator, temporis labilitatem. Quid enim aliud eſt pręſens tempus, niſi quidam continuus rerum fluxus & velociſsimus curſus, in quo hominis vita quaſi currenti flumini ſimulatur: quod cùm ad mare peruenerit, perdit nomen, iuxta illud Pſal. Ad nihilum deuenient, tanquã aqua decurrens inten. ar. ſuum. ſ. corporeos geſtus, donec infirmentur. Et Iob. 7. Dies mei velociores fuerunt curſore: & velocius trãſierunt quàm a texente tela ſucciditur. Recogita tertio, o peccator infelix, temporis irreuocabilitatem: propter quod Bern. ait: vocat enim irreuocabiliter tempus, nec tñ auertit inſipiens, quid amittat. Penſa quarto demens peccator, temporis breuitatem. Audi Iob. 14. Breues dies hominis ſunt. Et idem in eo. c. Homo natus de muliere, breui viuens tempore. Conſidera quinto, obſtinate peccator, temporis incertitudinem. Nihil enim certius morte, nihil incertius hora mortis. Propterea Apocal. 3. in quinta Eccleſia ad talem peccatorem Dominus ait: Eſto vigilans. Et ſubdit: Si ergo non vigilaueris, ueniam ad te tanquam fur, & neſciẽs qua hora ueniam. Sicut etiam lithargicus tandiu dormit, donec ſoporem morte concludat: ſic malè uiuens citò æternam mortem incurrit, ſi uiuens citò per penitentiam euigilare non curat. Eſto ergo euigilans, o peccator, ſi euigilare nolueris ad Dei miſericordiam, te uocantem, euigilabis ad Dei iuſtitiam te damnantem: de qua Dominus ſubdit: Si ergo non uigilaueris, ueniam ad te tanquam fur. Fur etenim ad hoc uenit, ut theſaurum indiligenter cuſtoditum tollat. Theſaurus utique indiligenter cuſtoditus, eſt precioſiſsimum tempus, quod merito Dominus peccatori tollit, quia illud malè uiuendo in lucro non ponit. Vnde Matth. 13. inquit, benedictus Ieſus: Qui enim habet, dabitur ei & abundabit: qui autem non habet id, quod uidetur habere, auferetur ab eo. Habet utique iuſtus tempus, quod bene expendit: Huic tempus habenti, tempus in fine datur & ſpatium recogitandi & etiam purgandi conſcientiã ſuam: & abundabit, ſcilicet plenitudine uera, uenia magna, gratia larga, & gloria infinita. Ille uero non habet, qui malè uiuendo amiſit precioſiſsimum tempus: & tamen diuino iudicio & diabolico opere fit, ut ſicut peccator ſtultè tempus dum ui-

*Tẽporis iactura quãta ſit.*

*Pſal. 57.*

*Simile.*

A ueret amiſit: ſic ſtultiſſime in incerto tempore mortis ſperet ita, quòd dum tempus pœnitendi in fine ſe ſperet habere, digno iudicio Dei per inexpectatam, vel ſubitaneam mortem ſpatium pœnitendi non valeat obtinere. Propter quod admonet nos Dominus Matth. 24. di. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Propterea cantat Eccleſia: Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus: ne fortè præoccupati die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ & inuenire non poſſimus. Et Apoſtolus
B Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Et 2. Corinth. 6. Tempore accepto exaudiui te. Accepto, ſcilicet vitę: exaudiui te. id eſt exaudiam te: & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acce. ec. nunc di. ſalu. Propter ea omnia exclamans Auguſti. ait: O vita præſens, quàm multos decipis: quæ dum cognoſceris nihil es: cum videris, vmbra es: cum exaltaris, fumus es, inſipientibus dulcis es, ſapientibus vero amara es: qui te quærunt, non te cognoſcunt: & qui te cognoſcunt, non te quærunt: qui te fugiunt, ipſi te intelligunt: vera non eſt via, quam tu oſten-
C dis. fugitiua eſt velut ſomnium. Alijs oſtēdis te longam, vt perdas in fine: alijs breuem, vt dum pœnitere volunt, non permittas. alijs largam, vt faciant quæcunque volunt: alijs anguſtam, vt non faciant bonum, alijs triſtem, vt non conſolentur de bono. Hæc ſunt 12. pericula, de quibus

*Pſa. 114.* Pſalmus in perſona huiuſmodi peccatoris ait: Pericula inferni inuenerunt me. Quod etiam poteſt eſſe thema in materia occurrenti. Ex his igitur periculis patet, quàm vigilanter, quamq́ue ſolerter omnibus viuendum ſit, ne præoccupati ſimus in his in
D aliquo prædictorum in hora mortis: cum etiam Dominus in verbo propoſito de tali peccatore dicat, quòd fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Et Pſalmus teſtatur hoc idem, & experientia monſtrat, quòd mors peccatorum eſt peſſima, a qua nos eripiat miſericordia Ieſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſęculorum, Amen.

E

# FERIA QVINTA POST primam Dominicam in Quadrag.

## *De duodecim doloribus, quos patitur peccator in hora mortis.*

## Sermo XIIII.

F*ilia mea malè a Dæmonio vexatur, Matth.* 15. Secundum enim ſententiam Saluatoris, Ioan. 3. Qui non credit, ſcilicet probare pericula antedi- F cta, ſicut prædictum eſt, iam iudicatus eſt, ſcilicet experiri dolores, quibus peccatores in vltimo fine merentur affligi, niſi reſipiſcant. De quibus doloribus Pſalm. in perſona animæ peccatricis in hora mortis afflictę inquit in Pſalm. 17. Circundederunt me dolores mortis. Quod poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. Et ad hūc moralem ſenſum loquitur verbum præallegatum in perſona impij peccatoris in vltimo laborantis ac lamentabiliter dicentis, Filia mea male a Dæmonio vexatur. Quæ H vero eſt filia hęc, niſi anima criminoſi: cuius filia dicta eſt nòn amore gratiæ, ſed inſtinctu naturæ. Hæc autem male a dæmonio vexatur: cum diuino iudicio permittente in fine vitæ priuata gratijs & adiutorio Dei multiplicibus cruciatibus & doloribus atque dæmonijs relaxatur. In quibus ſacratiſſimis verbis ſexta Religioſitas. ſ. conſtringēs, apertius indicatur: quia per eam arctatur homo & quodammodo conſtringitur ante talem finem doloribus plenum de ſalute ſuæ animæ prouidere. Duodecim igitur ſunt dolores, quos communiter patiūtut impij peccatores in vltimo fine. Hos autem in tres quaternarios diſtinguamus. Et primo ponamus quatuor primos dolores & cruciatus graues. Primus eſt dolor afflictionis, ſecundus eſt dolor cogitationis, tertius eſt dolor priuationis, quartus eſt dolor ſeparationis. Addātur etiam quatuor alij grauiores. Quorum primus eſt dolor dubitationis, ſecundus eſt dolor offenſionis, tertius eſt dolor obligationis, quartus eſt dolor citationis. Superaddantur alij quatuor grauiſſimi in ſupremo. Quorum primus eſt dolor præſentationis, ſecundus eſt dolor examinationis, tertius eſt dolor ſententiationis, quartus eſt dolor damnationis.

*Duodecim dolores patiū peccatori vltimo uita.*

ARTI-



A

### ARTICVLVS PRIMVS.

### *De primis quatuor doloribus in vltimo fine cruciantibus peccatorem. Et primus dolor eſt de afflictionibus, quæ cruciant eius corpus.* Cap. 1.

*Dolor afflictionis quis.*

PRimus inquam eſt dolor afflictionis. Dolet caput, dolet corpus, dolent brachia, dolent membra cuncta, & viſcera quatiuntur intra. Aſtat vxor, conſanguinei, medici, & totus cumulus parentelæ circunſtat, vnus
B conſolatur afflictum, alius ſpem porrigit ſanitatis. Medelam ordinat ille, alius dat ſirupos, alter addit emplaſtrum. Fiunt confricationes caloriq́ue ſedando, aqua roſea funditur ad manus, & per eandem pedibus refrigerium datur: & cum his nihilo minus conualeſcit dolor, torquetur corpus, vlulat, lamentatur: heu, heu, hoy, hey, hem, hem: deſcendit ad vltimum ſtrati, reaſcendit vnde deſcenderat; & de tanto tamq́ue acerbo cruciatu ait vxor, Dominus opem ferat illi ſup lectū doloris eius vniuerſum ſtrati eius verſaſti. i. verſare feciſti in infirmitatū eius. Et ipſe impatiens lamentabiliter ait, Pſ. 17.
C Dolores inferni circundederunt me.

### *De varijs cogitationibus, quæ in vltimo fine cruciant peccatores.* Cap. 2.

*Dolor cogitationis De dolore pniā li. 2. diſ. 7. q. 1. & Gerſon multa dicit d' dolore, quo minuunt corpora. p. 3. tract. 2 de Cāticordo. & eſt dolor in ſola rōne, q libero ſubiacet arbitrio.*

SEcundus eſt dolor cogitationis. Quatuor quidem genera cogitationum infirmi peccatoris quatiunt mentem: videlicet, doloris, amoris, timoris, & ſpei. Hi ſunt quatuor cogitationum vēti, de quibus in myſterio Dan. 7. ſcriptum eſt: Quatuor venti pugnabant in mari magno. i. in amaricata mente magni peccatoris. Ex vna parte inſurgit cogitatio doloroſa: mens enim a dolore corporeo trāsfigitur, & quaſſatur. Vnde Greg. ait: Ægritudine opprimeris, nihil aliud cogitare poteris, quia dirigitur tota intentio mentis, vbi ſentitur uis doloris. Ex altera uero parte conſurgit cogitatio amoroſa: uidelicet amor filiorum, uxoris, diuitiarum, honorum, ſtatus, & eorum omnium, quæ uiuens in mundo uitioſe dilexit. Vnde Eccleſiaſt. 34. Vir in multis expertus. ſ. ſiue malis, ſiue bonis, cogitabit multa: videlicet ſecundum ea, quæ expertus eſt: ſed tales male viuendo non experiūtur, niſi opera mala, ſic etiā male moriendo cogitant. Ex alia etiam parte inſurgunt in eo cogitationes timoroſæ, timet mortem, pauet infernum, ſeculum alterum abhorret, E ita vt vere dicere poſſit cum Pſal. Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. i. cogitationes tenebroſæ. Licet autem iuſtus naturaliter timeat mortē: nam etiam eam extimuit Chriſtus: lōga tamen differentia timet eam peccator, & iuſtus. Sicut ſi duo in carcere ſint, quorum vnus expectat ſuſpēdi, & alter liberari. Tēpore aūt ſtatuto cum ambo de carcere euocantur: vnus timet inde exire, alius enim egredi iucundatur. Sic vtique contingit de carcere corporali, cum inde per mortem egrediūtur iuſti, & peccatores. Hinc Apo- F ſtolus Philip. c. 1. ait: Cupio diſſolui, & eſſe cū Chriſto. Et Pſal. inquit: Educ de cuſtodia aīam meam. Sed peccator timet coram iudice comparere, & conſcius quidem ſibi, quod expaueſcit expectat. Ex parte autem reliqua inſurgunt cogitationes ſpei. Mira quidem ſtultitia: quia dum moritur, adhuc mortem euadere arbitratur, quod cum optat illud ſperat, quod abhorret, quodammodo non expectat. Cupit viuere, credit viuere: nollet mori, non credit mori: & miratur mori, quia omnino nollet mori, & euadere cupit, euadere credit; ſanitatem optat, ſanitatem expectat. Similis eſt vrſo, G qui tempore hyemis dum nullum ſignum pomorum apparet, eleuato capite ad arbores ait: Hoc anno erunt multa poma: hoc ideo inquit, quia ſic eſſe vellet. Sic infelix peccator diabolo inſtigante, ne de aīa ſua diſponat, ſperat adhuc ſe longam habere vitam: contra quos Pſal. ait: Viri ſanguinū, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. i. homines mundanas diuitias proſequētes, & proximis ſuis nocentes: non dimidiabūt dies ſuos. Nunquàm. n. peccator mori vellet, ideo hac ſpe falſa ſibi ſpondens uitā lōgam; immo quaſi ſine fine uitam, & ſi cētū annis uiuat, non dimidiat dies ſuos. In cu- H ius myſterium Lu. 12. ſcriptum eſt de diuite, qui ſibi ſpondebat longam uitam dicēs: Anima mea, habes multa bona repoſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, & epulare. Ecce, q ſicut optabat in delitijs longam uitam, ſic eam ſibi ſecuro animo promittebat, ſed illam non dimidiauit. Vnde ſequitur ibi: Dicit autem illi Deus, Stulte hac noc. animam tuam repe. a te: quę autem para. cuius erunt? Ad hoc etiam Iob 22. ſcriptum eſt. Viri iniqui ſublati ſunt ante tempus ſuum. id eſt, a ſe ſperatum: uel quod p falſam affectionē, & ſpem fecerant ſuū. Sed nōne Eccleſ. 7. cōtrarium ſcriptum eſt:

*Comparatio accommodata.*

*Epheſ.*
*Pſal. 141*

*Exemplū*

*Pſal. 54.*

A eſt: vbi dicitur, Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore. Ad hoc clara reſpõſio patet per hoc, quod dicit Pſal. dies ſuos: nõ dicit dies ætatis ſuæ, ſed dies ſuos, i. quos inordinata affectione huius vitę ipſi ſibi promiſerunt. Conſidera etiam, quanta diuerſitate contrariarum cogitationum huius peccatoris anima conquaſſatur, dolet, afficitur, timet, & ſperat. Quod ergo timet, ſperat: & quod ſperat, timet: odit ſalubria, amat pericula, & damnoſa. Vnde Iacobonus de Tuderto.

*Quomodo intelligitur, ꝙ vir ſãguinem non dimidiabit dies ſuos.*

*Iacoponus Tudertanus Poeta.*

Quattro venti muta il mare,
Che la mente fa turbare.
Lo temere, & lo ſperare,
Lo dolere, & gaudiare.

Et Eſa. 57. ſcriptũ eſt. Cor impij quaſi mare feruens. ſ. in cogitationibus ſuis, quod quieſcere non poteſt, maxime in hoc extremo.

### *De anxio cruciatu malorum: cum per mortem omnibus magnificentijs, delitijs, & diuitijs, in æternum conſpiciunt ſe priuari.* Cap. 3.

TErtius eſt dolor priuationis. Videtur enim ſe priuari mundana gloria, & faſtoſa ſuperbia, delitijs carnis, & ſubſtantia temporali. O quantus dolor eſt, quando ſe priuari conſpicit gloria, pom- C pa, & ſuperbia mundiali, in quibus poſuerat totam ſpem ſuam, cum videt ſe experiri, quod Eſa. 40. ſcriptum eſt: Omnis caro fęnũ, & omnis gloria eius, quaſi flos agri: exſiccatum eſt fęnum, & cecidit flos eius verè. vtique vere probat, quòd flos eſt marceſcẽs dum moritur, qui olim floruit, dum in florida ætate in florido mundo, florido corde ſtetit: qui flos vtique cadit, dum fęnum corporis contabeſcit. Conſpicit etiam in ſe verificari, quod Pſal. inquit: Mane. ſ. delitiæ pueritię, ſicut herba tranſeat. i. tran- D ſiuit mane. ſ. adoleſcentiæ, & iuuentutis glorioſæ floreat per mundanos faſtus, & pompas, & pertranſeat veſpere. id eſt, vltima hora mortis; decidat per infirmitatem, induret per doloroſam, & obſtinatam deſperationem, & areſcat per conſumentem mortem. Cumque in extremis laborat, & omnia pallent; fatiſcit ſpiritus, areſcunt membra, oculi concauantur, lingua palato adhæret; omnes ſenſus, totumque exhauſtum corpus clamare videtur in horũ perſona illud Sapiẽ. 5. Quid nobis profuit ſuperbia noſtra, aut diuitiarum iactãtia, quid contulit nobis? tranſierunt hæc omnia tanquàm vmbra. O quantus etiam horror, E quando conſpicit ſe priuari delitijs carnis, dilecta vxore, amatis filijs, probatis luxurijs, conſuetis ſolatijs, ſonis, cantilenis, ludis, truffis, & iocis. Vnde Hug. lib. de anima ait: Quid profuit iſtis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falſæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiſcentia? Vbi riſus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? de tanta lætitia quanta triſtitia; poſt tantam voluptatem tam grauis miſeria. De illa exaltatione ceciderunt in magnam ruinam, & magna tormenta. Et iuxta quod ironice dicitur Eſa. Liberent te nunc congregati tui. id eſt, F denarij. Vnde miratur Pſalm. in perſona iuſtorum, dicens: Quomodo facti in deſolationem ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Et in perſona iuuenis pulchræ, delitioſæ, & vanæ, ſed deformatæ propter infirmitatem, & in extremis agendis ait Iob 19. Spoliauit, ſcilicet infirmitas grauis gloriam meam, & abſtulit coronam de capite meo. Ad literam, vel coronam vocat capillos vanos, vel cætera capitis ornamẽta: deſtruxit me vndiq;, & pereo, & quaſi auulſæ arbori abſtulit ſpem meam, quam habebam in delitijs, & vanitatibus meis. O quantus inſuper mę- G ror, cum conſpicit ſe priuari diuitijs mundi, quas tanto labore acquiſiuit, tanto timore ſeruauit, & nunc tanto dolore relinquit, quas tanto amore dilexit: videt enim, quòd nihil ſecum portare poteſt, niſi peccata ſua, quibus eas indebite congregauit, iuxta illud Iob 27. Diues cum dormierit, nihil ſecum afferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet, id eſt, peccatum, quod vere eſt nihil, quia de vero eſſe hominem priuat. Et alibi habetur in Pſal. Dormierunt ſomnum. ſcilicet, & nihil inuenerunt omnes vi. diuiti. in manibus ſuis. Et iterum in Pſal. Ne timueris, cum di. fac. fuerit homo: & cum multipli. ſu. glor. do. eius: quoniam cum inte. non ſu. omnia: neque de. cum eo gloria eius. Quod iuſti videntes verentur in eis iuſta iudicia Dei: & roborantur in fide. Vnde in Pſal. Videbunt iuſti, & ti. & ſuper eũ ri. & di. Ecce homo, qui non po. Deũ adiuto. ſuum: ſed ſpera. in multi: di. ſu. & priua. in vanitate ſua. Et vere præualuit in vanitate, cum tales diuitiæ cõgregatæ, nec ad corporalem vitam tenendam, nec ad victum & veſtitũ corpori, vel animæ conferant, iuxta illud Eccleſ. 5. Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. Exẽplum

*Dolor priuationis.*

*Pſal. 89.*

*Pſal. 72.*

*Pſal. 40.*

*Diuites huius ſeculi, q nimis ſuperbiunt dormiũt ſomnũ ſuum, electi dormiũt ſomnũ Chri. Cũ dederit dilectis ſuis ſomnium*



A plum de illo diuite, qui ſibi portari fecit omnes denarios, & theſauros ſuos, quos doloroſe alloquens dicebat: O denarij mei, o theſauri mei: en morior, iuuate me quæſo; iuuate me denarij mei: relinquam ne vos dilecti denarij mei? tangebat eos, palpabat, oſculabatur eos, amplexabatur eos, lamentabatur, denarij mei, heu me denarij mei. demum accepto argẽteo vaſe in illud quaſi rabidis morſibus ſtringens cum diabolo expirauit. Quid igitur ille ſecum portauit, niſi peccata ſua? Et ſicut dicitur Matthæi 16. Quid prodeſt homini, ſi mundum vniuer. lu. animæ vero ſuæ detri. patiatur? B Quid portant Domini de diuitijs ſuis? quid Duces? quid Reges? quid etiam omnes Imperatores? Quod intelligens Soldanus magnus inter Saracenos approximans vltimo fini, ſudarium quo poſt mortem induẽdus erat ante ſe præſentari iuſſit; demumq; per ciuitatem proclamari fecit: tãtum, tantum, tantum de omnib. rebus ſuis Princeps magnus Soldanus portat. Inſuper quid relinquunt auari, cum moriuntur? o eleemoſynas largas. quid? Audi teſtamentum eorum: Pro eleemoſyna animam dant dęmonibus, corpus terræ, & deuorantibus vermibus: diuitias vero mundo, & mundanis C hominibus. Vides cum quanta canitate, nõ dico charitate moriuntur tales, & q̃ magni eleemoſynarij fiunt. Sed qđ doloroſius eſt tales quandoq; ipſo iã ſeminece, & moriẽte: videt ante oculos ſuos diuitias ſuas aſportari ab his, quos odit: cum potius vellet, ꝙ ſubmergerentur, vel proijcerentur in mari, q̃ ꝙ venirent ad eorum manus, vt verificetur quod dictum eſt per Prophetam, Relinquent ali. d. ſu. & ſepul. eo. do. il. in ęternum. Et iterum ſcriptum eſt Eſa. 3. Exactores ſui ſpoliauerunt eum. Inſuper, quod his omnibus deterius eſt, impeditur a conſanguineis infirmus, & quandoque a filijs, D ne poſſit teſtari, & confiteri, vt non faciat conſcientiam de male acquiſitis volens reſtituere illa. Et ſic iuſto Dei iudicio cogatur in baratrum deſperationis demergi, atque damnari.

*Exemplũ*

*Exemplũ Sulthani Regis Ægypti.*

### *De dolore animæ peccatricis cum ſeparatur a carne, quam ſuper omnia diligebat.* Cap. 4.

*Dolor ſeparationis.*

QVartus eſt dolor ſeparationis. Creſcit autem ante mortẽ anguſtia corporalis tanta, tam ardua, & tam grauis, quãta & qualis nec fuit, nec eſt ante conquaſſationem iſtam in præ- E ſenti vita. quod & ſi non in cunctis, in plurimis tamen patet: quia præ dolore magno, quo premuntur ſeipſos etiam cum horribili aſpectu diſcerpunt. Ratio autem tanti doloris in lib. de ſpiritu, & anima, cap. 17. aſſignatur: vbi dicitur, Quòd anima recedens a corpore, trahit omnes potentias ſecum: ſenſum, imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiſcibilitatem, iraſcibilitatem. Et ex his ſecundum merita afficitur ad dolorem, vel delectationem. hæc ibi. Infelix autem peccator, qui non ſolum naturali amore: verumetiam inordinata affectione carni ſuæ F conglutinatus, & glomeratus, atque ligatus eſt, quanto dolore, quantoque horrore ſentit illam fortem, & incomparabilem violentiam conquaſſantem, per quam nexus illi, & viſcales nodi, quibus corpus, & anima naturaliter, & criminaliter iuncti ſunt, diſrumpuntur: fari non licet, experiri autem non poteſt: expectari cum timore debet, quod experiri quidem neceſſe eſt: non eſt vtique membrum, non articulus, non neruus, non iunctura, non denique in toto corpore locus, qui hoc inæſtimabili dolore non inuoluatur: Vt bene G verificetur verbum Pſal. qui in perſona talis morientis ait: Circundederunt me dolores mortis. Hic autem dolor tantus eſt, quòd aufert, & occupat omnes ſenſus, & arctus etiam in vno iuſto. In pedibus aufert poteſtatem gradiendi, a manibus, & a corpore poteſtatem tangendi, ab oculis videndi, olfactum a naribus, auditum ab auribus, guſtum a palato, ita vt verificetur illud, quod ſcriptum eſt, Hierem. 9. Aſcendit mors per feneſtras veſtras. Iuſtis autem licet amara ſit mors ex conditione naturæ: eſt tamen eis amabilis ex beneplacito voluntatis diuinæ. Credunt H quòd mors ſit de carcere egreſſus, exilij finis, terminus præſentium erumnarum: peregrinationis quies, ad portum applicatio, oneris grauiſſimi depoſitio, egreſſus de ruinoſa domo, liberatio ægritudinum, euaſio cunctorum periculorum, debiti naturæ ſolutio, victoria pugnæ, reditus ad patriam, principium vitæ, & ingreſſus ad gloriam ſempiternam. Vnde cum Pſalm. dicunt. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, ſcilicet, carnis: & transferentur montes, ſcilicet, carnales ſenſus in cor maris, id eſt, in amaram mortem.

*Infelicitas peccatoris.*

*Pſal. 17.*

*Pſal. 45.*

ARTI

A

## Articvlvs Secvndvs.

*De ſecundis quatuor doloribus in vltimo fine cruciantibus peccatores. Et primus dolor agitat peccatoris mentem dubitationibus, ac timoribus plenam. Cap. 1.*

*Dolor dubitationis*

PRimus eſt dolor dubitationis. O quantus timor, & tremor, quando ſe videt peccator morti propinquum, & euadere nequaquã poſſe. Talis nempe ſecundum Chryſoſt. in ſermone de patientia, Moriens cunctos B ſalutat, donec ſuæ mentis dominus eſt: donec ſua lingua loqui poterit: valete inquit amici mei, & Dominũ pro me orate. Iter enim perago extraneum, quod nunquàm ambulaui: & in regionem longinquam, quam nũquàm vidi: & in ſeculum alterum animarum, vnde nullus reuerſus eſt: & in mãſiones metuẽdas; ad quas nullus me comitatur, & ante iudicem terribilem, vbi neſcio, quid mihi continget. Ecce quęro adiutorẽ, & nõ eſt qui me eripiat: q̄ro ꝙ me comitetur, & nullus mihi compatitur, nec de gentibus eſt vir mecum; vt ſcriptura verificetur, Deuteron. 28. Dabit cor pauidum, & C deficientes oculos, & animam cõſumptam męrore, & erit vita tua pendens ante te, timebis die, ac nocte. In huiuſmodi etiam

*exemplũ*

exemplum Dominus quidam, cũ prope finem interitus eſſet inquit: O Domine, o Domine, quantũ contemnendus eſt mundus iſte. Ecce ego, qui tot habeo caſtra, & hoſpitia ad hoſpitandum: & tamen neſcio, quo hac nocte ire debeam: aut quis me debeat hoſpitari.

*Secundus dolor de horrore peccatorum ſuorum, cum priuſquàm ſpiritus a corpore ſeparetur ante mentis oculos præſentantur. Cap. 2.*

D

*Dolor offenſionis.*

SEcundus dolor eſt offenſionis. Cum enim plene defatigato corpore, & viribus exhauſtis caro fuerit conquaſſata: anima multo liberius tunc in momento videt ſibi occurrere omnia quæcunque fecit, bona & mala: iuſto ad lætitiam, & conſolationem: peccatori in meſtitiam, & confuſionem, iuxta illud Apoſtoli Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum: & a contrario ſenſu non diligentibus Deum a peccatoribus omnia cooperantur in malum. ſ. bona, & mala. Impio igitur oĩa ſcelera ſua, & malitia peccatorum ſuorum ante mẽtis oculos præſentantur: videt E peccatorum ſuorum multitudinem, videt turpitudinẽ, videt magnitudinẽ, videt ingratitudinẽ, videt quomodo deturpauerũt infelicis animę pulchritudinem: videt quomodo ſubiugata eſt peccato, priuata eſt ęterno regno, & obligata eſt in ſempiternũ inferno. Iuxta quod Deuter. 31. ſcriptum eſt. Occurrẽt vobis mala in extremo tempore. Et Eccl. 11. In fine hoĩs denudatio operum eius. Tantus eſt. n. dolor ex his proueniens: & tentatio iſta tam grauis, ꝙ anima turbata in deſperationis baratrum præcipitare ſe cogitur propter peccata ſua mẽtis clamore F valido lamentabiliter dicẽs: Torrentes iniquitatis contur. me. Torrens præceps flumen, & terrens dictus eſt, & deſignat peccatum; quod quidem maxime tunc pręcipitando in deſperationem terret animã infelicem, dum ipſa conſpicit, & intelligit infinitam malitiam eius. Vnde Greg. ait: Dormit diues, & oculos aperit: quia cum moritur id anima videre cogitur, quod dum viueret, præuidere contempſit.

*Peccatũ comparatũ torrenti.*

*Tertius vtique dolor eſt, cum mens dijudicat tormenta futura, quæ paſſura eſt in æternum. Cap. 3.*

G

*Dolor obligationis.*

TErtius eſt dolor obligationis, qui in anima oritur: quando iam iuſte incipit dijudicare, & propter iniquitates ſuas vniuerſa debita gehennæ tormenta in ictu oculi ſibi præuidet imminere, iuxta Pſal. ſententiam in perſona talis peccatoris loquentis, Dolores inferni circundederunt me. Et Iob 21. hoc idem teſtatur d. Videbunt oculi eius interfectionem, vt de furore omnipotentis bibet. ſ. velit nolit.

*Quartus dolor eſt citationis, cum ſe conſpicit peccatrix anima ante iuſtum iudicem per diabolum neceſſario aduocari. Cap. 4.*

H

*Dolor citationis.*

QVartus dolor eſt citationis. Præſentat ſe diabolus peccatoris aĩæ morientis, vt illam præſentet Domino iudicanti: clamoreq; valido vocat eam, dicẽs: Veni, compare infelix aĩa coram Deo. O quantus terror, o quantus horror, o quantus ſtupor, quando ab infelice aĩa conſpiciũtur dæmones præparati ad eſcam. O anima inſenſata, quis te tuebitur in hora tantę neceſſitatis? quis cõſolabitur? quis comitabitur? Audi, quid a Dño imponitur



A nitũr diabolo animam coram Deo citanti, Hiere. 15. Si dixerit ad te, ſcilicet, animæ citatæ, per te quo egrediemur? dicit Dominus: Dices ſupple, o diabole infernalis, qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Duplex eſt enim mors, quantum ad præſens ſpectat, ſcilicet, ſpiritualis culpæ, & æternæ pœnæ. De quibus Gen. 2. ſcriptum eſt, quòd inquit Dominus Adæ, & Euæ. Quacunque hora comederitis, ſcilicet, de ligno vetito, morte moriemini ſpirituali, & æternali: ſpirituali per culpam, B æternali per pœnam. Eſt inſuper duplex gladius, ſcilicet, conſcientiæ pungentis, & conſcientiæ rodentis: pungentis in præſenti ſeculo, rodentis autem in futuro. De primo Prouer. 12. Et qui promittit, ſcilicet, diabolus alliciendo: & quaſi gladio pungitur, ſcilicet, conſcientiæ anima. Alius gladius eſt conſcientiæ rodentis, Eſa. 66. Vermis eorum non morietur. Eſt etiam duplex fames, ſcilicet, fames gratiæ, & conſumptio æternæ pœnæ. De prima Prouerb. 10. Non affliget Dñs fame animã iuſti. De ſecundo Pſal. Famem patientur, vt canes. Item eſt duplex captiuitas, ſcilicet, C criminalis & infernalis. Et de his duabus Apocal. 13. Qui in captiuitatem duxerunt, in captiuitatem vadant, id eſt, qui captiuauerunt animam per culpam: ecce prima captiuitas: captiuabuntur in anima, & corpore per æternam pœnam. ecce ſecũda captiuitas, quæ captiuat homines infelices. Dicit ergo Dñs, ꝙ animæ poſcenti quo egrediamur, diabolus rñdeat: Qui hucuſq; peruenit ad mortem ſpiritualem, veniat ad mortem ęternalem: & qui ad gladium pungentem animam, veniat ad gladium mordentẽ animam: & qui ad famem gratiæ, veniat ad famem deficientis naturæ: & qui ad capti- D uitatem culpæ, veniat ad captiuitatẽ infernalis pœnæ, vbi infelix anima in manibus dæmonum æternaliter captiuatur. Ecce deſperatiuus dolor, quem cum anima citatur a diabolo, ei præcipit Dominus nunciari. Et ſicut Apocal. 6. c. de diabolo ſcriptum eſt, Data eſt ei poteſtas, ſ. a Dño, ſuper quatuor partes terræ, i. ſuper quatuor vitioſas peccatoris affectiones interficere gladio, fame, morte, & beſtijs terræ, i. dæmonibus. De quo euadere iuſtos Pſal. orabat dicens: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi: quæ quadruplex poteſtas diabolo animam peccatricem citanti commiſſa eſt.

*Mors duplex.*

*Fames duplex.*

## Articvlvs Tertivs.

E

*De quatuor vltimis conſummatis, & exterminatis doloribus peccatorum. Primus dolor eſt cum peccatrix anima ante terribilem iudicem conſtituitur condemnanda. Cap. 1.*

*Omnes cõparent coram Chriſto tã boni, quam mali.*

PRimus autẽ dolor eſt præſentationis. Tempore autem mortis tam boni, quàm mali cõparent corã Chriſto: ideo dicitur obitus, quia obuiam venit animæ Chriſtus, & iuſti ſuſcipiunt conſolationẽ, & impij confuſionem, maxime erubeſcentes, quòd culpa ſua non effectualiter redempti ſanguine F Ieſu Chriſti ſunt. Vnde Apocal. j. ſcriptum eſt. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & tunc plangent ſe ſuper eũ omnes Tribus terræ. Cum autẽ anima peccatoris coram Domino præſentatur, confuſione plena, voce terribili interrogat eam dicẽs illud Matth. 22. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio. Et increpatiue addit, vbi ſunt inſignia præcelſæ Trinitatis? vbi inſignia diuinę claritatis? vbi ſunt incendia paternæ charitatis? vbi eloquia ſupernæ ciuitatis? Cuius eſt imago hęc, & ſuperſcriptio? quod eſt illud hoſpitium, quod tu cõduxiſti? G quod eſt illud precium, quod tecum attuliſti? quod namq; eſt conſortium, cũ quo acceſſiſti? quod illud eduliũ, quo te præmuniſti? Cuius inquã eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Vbi eſt locus, in quo debes quieſcere? vbi eſt cibus, quo te debes reficere? vbi eſt cenſus, quo te debes redimere? vbi eſt cętus, qui te debet defendere?

*Secundus dolor imminet animæ peccatrici, cum coram Deo examinatur, & multipliciter de ſuis ſceleribus accuſatur. Cap. 2.*

H

*Dolor examinationis.*

SEcundus eſt dolor examinationis corã ſummo iudice. Conſtituta anima infelicis ad examinationem tranſiens a diuerſis diuerſimode accuſatur. Accuſat eam conſcientia ſua, iuxta Apoſtoli ſententiam, Rom. 2. Teſtimoniũ reddente illis conſciẽtia eorum, & inter ſe cogitationũ accuſantium, aut etiam defendentiũ, in die qua iudicabit Dñs occulta hominũ. Quod etiã ipſe Pſal. teſtatur in perſona conſcientiæ loquẽs, & dicẽs ad aĩam peccatricẽ: Exiſtimaſti inique, ꝙ ero tui ſimilis: argu. te. & ſta. te cõtra faciẽ tuã. Accuſant eã ſua opera mala.

A la. Vnde Apoc. 4. Beati mortui, qui in Dño
moriũtur. Et additur, Opera. n. il. ſeq. il. Qđ
verbũ exponẽs Bern. ait: Opera bona ſeq.
bonos, ſed opera mala perſeq. malos. Et Pſ.
*Pſal. 7.* quoq; ait: Cognoſcẽt Dñs iu. fa. ĩ oper. ma.
ſu. cõprehen. eſt peccator. Sicut interuenit
*Exemplũ de Ericio.* Ericio, qui cũ furarẽt poma, fugit, ipſis ſup
ſpinulas dorſi infixis: fugiẽſq; cõprehendiẽ
cũ furto ſuo. Accuſant eã dæmones infer-
nales. Vnde Apoc. 12. Accuſator fratrũ, qui
accuſabat illos ante cõſpectum Dei noſtri
die ac nocte. Vnde conſiliũ Eccl. 18. attente
conſiderandũ eſt. Ante iudiciũ para iuſtitiã
tibi, & anteq̃ loquaris diſce. Ante languorẽ
B adhibe medicinã, & ante iudiciũ interroga
teipſum in conſpectu Dei, & inuenies pro-
pitiationẽ. Aug. in ſermone ait, Præſto erit
diabolus, & recitabit verba ꝓfeſſionis nr̃ę,
& obijciet nobis in faciẽ quicquid feceri-
mus, in qua die peccauimus, in quo loco,
& quid operis tunc temporis facere debe-
bamus: cõcurrũt ad animã cõfundendam,
& rapiẽdam millia terribiliũ dæmoniorũ,
oẽs cõtra illã inſultantes, Dei beneficia im-
properantes, atq; cuncta ſcelera accuſantes.
O quantus animæ tunc tremor, o quantus
timor, cum oĩa pudenda aĩæ nudabuntur.
Et, vt dr̃ Iob 26. Columnæ cœli contremi-
C ſcunt aduentum eius. Abbas Agathon cum
*Exemplũ Abbatis Agathonis.* moreretur, manſit per tres dies immobilis
tenẽs oculos apertos: ad quem fratres, Pa-
ter Abba vbi es? rñdit, in conſpectu diuini
iudicij. Et illi, Times pater? Ait ille, Labora-
ui virtute qua potui in cuſtodiendis man-
datis Dei: ſed neſcio ſi opera mea placue-
rint coram Deo, quia alia ſunt iudicia Dei,
alia hominum. Et cum vellent eum amplius
interrogare ait: Nolite, quia ego occupatus
ſum. Quid ergo faciet infelix peccator,
cum coram diuino iudicio comparebit? Vn
de Auguſt. inquit, quòd diabolus coram
Deo, & anima aſtans dicet, Æquiſſime iu-
D dex, iudica iſtum eſſe meum ob culpam,
qui tuus eſſe noluit per gratiam: tuus per
naturam; meus per malitiam: tuus per paſ-
ſionem, ſed meus per obſeruationem.

*Tertius dolor ſuper infelicem animam irruit, cum contra eam a Domino ſententia irreuocabilis promulgatur. Cap. 3.*

TErtius dolor eſt ſentẽtiationis. ſ. cum
terribilis illa ſententia ex ore Altiſ-
ſimi ſuper infelicẽ peccatoris animã
fulminabit, dicente Domino, Matth. 22. Li-
gatis pedibus, & manibus proijcite eum in
tenebras exteriores. Exteriores enim tene- E
bræ nominantur, quia exiſtẽs in eis expul- *Quare tenebræ dicũtur exteriores.*
ſus eſt a ciuitate Sanctorum. Et eſt dictum
a ſimili ſerui, vel filij exiſtẽtis in domo Re-
gis, qui propter aliquam culpam expelli-
tur, & ponitur extra in carcere tenebroſo.
Vnde iuxta illud Eſa. Væ impio in malis,
retributio manuum ſuarum fiet. Tunc pec-
catrici animæ fit, ſicut perdici a canibus cir-
cundatæ, falcone ſuper ea irruente. Vnde
intellectuali cogitatione clamare cogitur
illud Pſal. Circundederunt me canes mul-
ti, id eſt, dæmones conſilium malig. ob. me.
In vitis patrum dicebat Abbas Helias. Tres
res timeo. Vna eſt, quando egreſſura eſt F
de corpore meo anima mea. Secunda, quã-
do occurſurus ſum Deo. Tertia. ſ. quando
proferenda eſt ſententia. Inflexibilis eſt
enim diuina iuſtitia, iuxta illud Prouerb. 6.
Zelus, & furor viri non parcet in die vindi-
ctæ, nec acquieſcet cuiuſquã precibus, nec
recipiet pro redemptione dona plurima.
Et Auguſt. in lib. de ſymbolo. Ille iudex nõ
gratia præuenitur, nec miſericordia iam fle
ctitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatiſ-
factione, vel pœnitentia mitigatur. Hic
igitur dum tempus habetur, agat anima
per ſeipſam, quandiu eſt locus miſericor-
diæ, quia ibi erit locus iuſtitiæ. G

*Quartus dolor animæ peccatricis eſt, cum æterna ſupplicia experitur. Cap. 4.*

QVartus eſt dolor damnationis. ſcili-
cet, cum anima per illam terribilem
ſententiam conſpicit ſe priuari in
æternum omni lætitia, & af-
fligi omni triſtitia, & doloroſa pœna. In
huius myſterium Apocal. 10. ſcriptum eſt:
Quòd Angelus, qui eſt Chriſtus, condem-
nãs animam peccatricem clamat, animam.
ſcilicet, cõdemnando, quemadmodum leo H
cum rugit: de quo rugitu Amos. 3. Leo ru-
git. ſ. ſententiam promulgando, quis non
timebit. ſ. cum contra eũ talis ſententia da-
ta erit. Et ſequitur: Et cum clamaſſet, locuta
ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas. Septem
namq; tonitrua vniuerſitatẽ cruciatuũ in- *Septẽ tonitrua.*
dicant infernorum, vt generali ſeptenario
culpæ correſpondeat ſeptenarius vniuerſæ
pœnæ. Horum tonitruorum primum eſt
damnum irrecuperabile, ſecundum pœna
interminabilis, tertium dolor deſperabilis,
quartũ confuſio intolerabilis, quintũ pau-
pertas inexplebilis, ſextũ cõſumptio miſe-
rabilis, ſeptimum vero rebellio interna, &
externa



A externa implacabilis. De quolibet prædi-
ctorũ tonitruorum Pſal. ait: Etenim ſagittæ
tuæ tranſierunt: vox to. tu. in rota. Sagittæ
nempe, quæ tranſeundo deſiſtunt, ſunt vn-
decim ante iſtum præueniẽtes dolores: ſed
vox tonitrui Chriſti tunc eſt in rota. ſ. cum
anima peccatoris ſeptẽ prædictis afflictio-
nibus æternaliter cruciatur. Sagitta nempe
finem, ſeu metam attingit. Rota uero finẽ
neſcit, vt per hoc oſtendatur, ꝙ poſt dolo-
res temporales iam præteritos ſuperaddun
tur alij æternales. Vnde Apocal. 9. myſtice
ſcriptum eſt, Vę unum abijt: & ecce alia
duo uæ ueniunt poſt hæc. Primum quidem
B uæ, quod abijt, eſt afflictio cũ vndecim do-
loribus corporalis mortis: ſed duo uæ, quæ
ſuperadduntur, ſunt dolores duplices. ſcili-
cet, damni & ſenſus, quæ in damnatis nun-
quàm attingent finem. A quibus uæ nos
eripiat noſtri benignitas Saluatoris, qui cũ
Patre, & Spirituſancto uiuit, & regnat in
ſecula ſeculorum. Amen.

---

## FERIA SESTA POST PRIMAM DOMIN. IN QUADRAGESIMA.

*De vera Confeſſione.*

## Sermo XV.

C SVrge, tolle grabatum tuũ, et ambula.
Ioan. 5. Spirituſſancti quidem
conſcientiam impiam ſtimu-
lantis verba ſunt iſta. Quis
enim tam obſtinatus, & du-
rus, qui auditis periculis, & doloribus, qui
in ultimis imminent peccatori, ſi illa repen
ſet mente non reſipiſcat, atq; ad ſuſcipien-
dam diuinam gratiam ſe habilitet, & diſpo
nat? Semper enim diuina miſericordia ad
indulgentiam eſt parata, niſi peccantis ma-
*Sene.* litia aduerſetur. Quemadmodum enim ip-
D ſẽ Sol facile ingreditur per feneſtram, niſi
clauſa perſeueret. Sicutique uirtus radian-
tis gratiæ mentem ingreditur, ſi cor de hu-
miliato ſuſcipiatur. Propterea Apocal. 3.
ſcriptum eſt: Ego ſto ad oſtium. ſ. uolunta-
tis peccantis: & pulſo. ſ. per lumen uerita-
tis, & bonitatis: ſi quis audierit vocẽ meã
ad pœnitentiam, & miſericordiam inuitan
tem: & aperuerit mihi per cõſenſum, intra-
bo ad eum per gratiam gratificãtem: & cę-
nabo cum illo per gratiam perſeuerantem,
& ille mecum per gratiam, uidelicet con-
ſummantem. Hoc denique modo ſpiritus
ueritatis conſcientiam impiam ſtimulat, &
propulſat dicens: Surge, tolle grabatum E
tuum, & ambula. Surge inquam, anima pi-
gra, & nequam: relinquẽ ſcelera, & pecca-
ta: tolle grabatum tuum. i. onus iniquitatũ
tuarum per ueram confeſſionem, & in leue
pœnitentię iugũ cõmutando aſſume: & am
bula per itinera recta, quæ antea greſſus ſe-
cuta es per itinera tortuoſa, atq; peruerſa.
Et in hoc ſeptima. i. confitens Religioſitas
indicatur: per quã aĩa impia peccata grauia
confitens, & relinquens onus amoroſæ pę-
nitentiæ etiam aſſumit. De hac igitur con-
feſſionis religioſitate, & maxime in confeſ
ſione neceſſaria, cõtemplemur tria. Primũ F
confeſſionis præparationẽ, ſecundũ cõfeſ-
ſionis diſcretionem, tertiũ confeſſionis in-
tegrationem. Quæ quidem tria per ordinẽ *Tria contemplãda in confeſſione.*
Pſal. tangit in Pſal. 75. dicens; Cogitatio ho
minis confitebitur tibi. Confeſſionis præ-
parationem exprimit, cum dicit, Cogitatio.
Diſcretionem uero adiungit cum ait, homi
nis; homo enim eſt animal per diſcretionẽ
rationale. Integrationẽ uero ſubiungit, cũ
inquit, cõfitebitur tibi. i. ſimul, & integre fa
tebitur tibi, o miſericors Deus.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De tribus modis ſe præparandi ad ueram confeſſionem.* G

PRimo inquam contemplemur cõ-
feſſionis pręparationem. Pleriq; *Confeſſionis præparatio.*
enim minimum ſeu nullum fru-
ctum de confeſſione reportant,
quia impræparati ad illam vadunt. Cumq;
ad confeſſionem tota vis pęnitentiæ ſacra-
menti reducatur, valde neceſſarium eſt vt
cum tota mentis pręparatione conſcientia
diſcutiatur. Difficilimũ nempè, immo qua-
ſi impoſſibile eſt, hominem in mũdialibus
multipliciter intricatũ, & maxime ſi abſq;
cõfeſſione ſteterit diu, ſubito omnium pec-
catorum ſuorum plenariè reminiſci. Sed H
quod nequid fieri vigore ſubitæ recordatio *Difficultas in confeſſione.*
nis, fit ingenio ſollicitę recogitationis, teſte
Eſa. qui. 38. c. in verè pœnitẽtis pſona ait:
Recogitabo tibi omnes annos meos in ama
ritudine animæ meæ. In quibus ſacratiſſi-
mis verbis triplex præparatio veri pęniten
tis, quæ confeſſionem præcedere debet, per
ordinem demonſtratur. Prima præparatio
eſt recogitationis ibi, Recogitabo tibi. Ex
hac autem ſequitur ſecunda, ſcilicet recor-
dationis ibi, omnes annos meos. Ex hac ſe-
quitur tertia, ſcilicet amaricationis ibi, in
amaritudine animæ meæ.

A *Prima præparatio ad confeſſionem fit per diligentem recogitationem omnium omiſſorum, & commiſſorum.* Cap. 1.

*Prima præparatio habenda in confeſſione.*

PRima quidem præparatio eſt recogitationis. Ait enim, Recogitabo tibi, ſ. o Domine Deus meus. Notanter autem dicit, Recogitabo tibi, i. iterum, atq; iterum cogitabo. Cõtra multos vtique inſenſatos, qui ad cõfeſſionem impræmeditati accedunt, & de peccatis ſuis nullam, vel tenuiſſimam ſolertiã, & recogitationem videntur habere, cũ tamen in veritate illuminatæ animæ conſtet, B hæc maiora negocia, & debita eſſe, quàm quæcunque alia poſſit habere homo in pręſenti vita. Iſta ſunt tam ardua opera, & negocia magna, ꝙ pro eis Dei filius paſſus eſt opprobrium mortis, & diræ crucis. Sunt etiam tanto examine digna, ꝙ pro illis diſcutiendis veniet Dominus ad iudicium cũ ſenatoribus terrę, vniuerſam rationalẽ creaturam ad illa dijudicanda conuocabit. De cœlo Angelos & Sanctos, de mundo bonos & malos, & de inferno dæmones & damnatos. Vnde Matth. 25. ſcriptum eſt, Cũ venerit filius hominis in maieſtate ſua, C & omnes Angeli eius cum eo, tunc congregabuntur ante eum oẽs gentes. O inſenſata mortalium cura in vanis: cum quãta ſolertia, & diligentia annuatim rationes ſuas reuident, & præuident, & calculant, & diſcutiũt ſeculi mercatores, animę vero ſuæ ſtolidi peccatores per plurimos annos peccatis obrutæ, ac ſubmerſæ rationes cum Dño negligunt cum tãto periculo reuidere. Duo maxime ſunt recogitanda animæ, quæ vult veraciter pęnitere. Primum eſt beneficia recepta, ſecundum mala commiſſa. Primo quidẽ recogitanda ſunt beneficia recepta. ſ. beneficium creationis, redemptionis, reconciliationis. Item cuncta recepta beneficia D ſpiritualia, corporalia, & temporalia, & ſm diuerſas conditiones, & ſtatus. Naturale equidem eſt, ꝙ recordatio, & recogitatio boni in intelligẽtia generat lumen veri: ex quib. duobus ſatis faciliter prouocat̃ amor ipſius boni, magisq; dilectio dantis bonũ, qui Deus eſt. Propterea Leuit. 6. præcepit Dñs dicens: Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. Quid per ignẽ, niſi ardens dilectio Dei? de quo Lu. 12. Dominus ait, Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? Altare ſiquidem quaſi alta res, altitudinẽ humani cordis aperte demonſtrat. In illo ſemper ardere debet ignis diuini amoris, quem ſacerdos, id eſt, rationalis intellectus conſeruat, & fouet, cum ligna receptorum beneficiorũ per ſingulos dies recogitando quotidie magis, ac magis in amore feruеſcit.

*Duo ſunt recogitanda a vero pœnitẽte.*

*Altare quid, & qd ſignificet.*

E Secundo recogitanda ſunt mala commiſſa, & bona omiſſa, & ſpecialius, & cordialius, & attentius grauiora, exceptis peccatis delectabilibus, & laſciuis, in quorum cogitationibus nequaquam diu immorãdum eſt: ſed curſim percurrenda ſunt, ne mẽtem ſua inficiant labe. Nam Eccleſiaſtici 13. c. ſcriptum eſt: F Qui tetigerit picem, ſ. per tactum cogitationis moroſæ, coinquinabitur ab ea. Talis nempe recogitatio peccatorum magis quotidie illuminat intellectũ ad recognitionem ſuarum offenſionum, aperitur ꝑ eam malitia dæmonum, eluceſcit inſuper vanitas, & periculum omnium mundanorum, ex quibus omnibus odium, & deteſtatio vitæ præteritæ generatur. Propterea ad hoc hortabatur pœnitentem Dñs Hiere. 2. Vide vias tuas in conualle. ſ. mentis humilitate: ſcito, quid feceris curſor leuis. qui, ſ. tam impræmeditate curris ad confeſſionẽ.

G *Secunda præparatio fit per peccatorum recordationem, quam peccator ſeptemplici diſcuſſione conſequi poteſt.* Cap. 2.

*Secunda præparatio cõfeſſio. Vide de hac materia Ric. li. 4. d. q. 1 ar.*

SEcunda autem præparatio pœnitentis eſt recordationis, quæ bene ex recogitatione merito ortum habet. Et de hac recordatione addidit Eſa. oẽs annos meos. vbi artificioſum vtiq; modum exprimit recolendi ſufficienter omnium peccatorum: qui cum diu abſque pœnitentia maxime vera in criminibus vitam duxerunt, hoc recolendi artificio opus habent. Septem enim ingenijs poterunt omnium peccatorum ſuorum, de quibus pœnitere tenentur, H faciliter reminiſci. Quia enim Propheta ait, omnes annos meos: Proptérea pœnitens primo diſcutiat vitam ſuam, atque diſcurrat diuerſas ætates ſuas, ſcilicet, pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis, virilitatis, ſenectutis, &c. Secundo conſideret diuerſos ſtatus, ſcilicet, virginalem, vidualem, & matrimonialem. Tertio conſideret diuerſas fortunas, ſcilicet, proſperitatis & aduerſitatis, ſanitatis & infirmitatis. Quarto conſideret diuerſa officia, quæ plerunque exercitauit. Quinto conſideret diuerſas ſocietates, cum quibus conuerſatus eſt. Sexto conſideret diuerſa loca,

*Quid primo diſcere pœnitens.*



A ca, ciuitates, caſtra, villas, domos, in quibus fuit. Septimò conſideret diuerſas culpas, quibus Deum offendit corde cõſentiendo, ore loquendo, & opere adimplendo. Ex his ſeptem ingenijs ſatis conuenienter & competenter inueniet homo quicquid mali operatus eſt in omnibus annis vitæ ſuæ: quia, vt ait Eccleſiaſtes 3. Eſt tẽpus ſpargendi lapides. i. peccata in cõfeſſione, & tẽpus colligendi. i. peccata recordandi.

*Tertia præparatio ante confeſſionem, fit per amaritudinem contriti cordis.* Cap. 3.

*Præparatio per amaritudinem contritionis.*

B TErtia præparatio ante cõfeſſionem, eſt amaricationis. Vnde ſubdit Eſa. in amaritudine animæ meæ: q̃ quidẽ ad ueram recordationem & recogitationẽ merito debet fieri. Hæc aũt animæ amaritudo uera contritio eſt, ſine qua præcedente inanis & vana eſt cõfeſſio ſequens. Ad hãc amaritudinem Hiere. 31. c. hortabat̃ peccatorem di. Statue tibi ſpecula, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. Hanc autẽ amaritudinem ſentiebat pſal. cũ ait, Rugiebam a gemitu cordis mei. Et alibi, C Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa. die ac no. dum dixi mihi quoti. vbi eſt Deus tuus. Et iterum. Eſa. 38. in perſona ueri contriti cordis ait: Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. In pace nanque eſt cum amaritudine mens humana, quãdo de ſuis offenſis cum voluntaria quiete conſcientiæ cruciat̃, atq; de præteritis culpis, cũ gaudio amaricatur: quæ primo quidem amara eſt ex adeptione æternæ pęnę; ſed amarior ex amiſſione æternæ gloriæ; ſed amariſſima quidem eſt ex impia perpetratione diuinæ offenſæ.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

D *De diſcretione neceſſaria ad veram confeſſionem.*

SEcundum in confeſſione neceſſarium eſt diſcretio; de qua pſal. ſubdit, hominis. Cum enim homo ſit animal rationale, rationẽ diſcretionis eſſe neceſſariam in confeſſione oſtendit, cum dicit, hominis; non utique animalis indiſcreti, contra quoſdam, qui tanquam animalia abſq; ulla diſcretione ad confeſſionem accedunt. Triplex nanque diſcretio neceſſaria eſt uerè pęnitenti. Prima eſt electionis, ſecunda ſollicitudinis, tertia modificationis.

E *Quanta diſcretione debet eligi confeſſor bonus, qui de tribus maxime ſit ornatus, ſcilicet ſcientia, vita & auctoritate.* Cap. 1.

*Cõditiones qbus dẽt eſſe inſegnitus confeſſarius. vide Scotũ in 4. et Gab. in 4 diſt. 21. q. unica art. 1.*

PRima eſt diſcretio electionis, ſ. vt ſciat eligere neceſſarium, & ſibi competentem confeſſorẽ, ſm uarium cõfitentiũ ſtatũ. Tria nanq; ſunt neceſſaria cõfeſſori, vt ſufficiẽter poſſit confitentibus prouidere; hoc eſt, ꝙ ſciat, uelit & poſſit peccatoribus in pęnitentia ſubuenire; aliter non eſt ſine periculo confeſſoris & pęnitentis. Primũ eſt ſciẽtia, ſecũdum eſt uita, tertiũ eſt auctoritas. Primo enĩ eſt F ei neceſſaria ſciẽtia: debet enim habere claritatẽ cognitionis, ſicut dicit Aug. de pę. di. 6. c. j. Caueat iudex ſpũalis, ut ſicut nõ commiſit crimẽ nequitiæ, ita non careat munere ſciæ. Oportet. n. ꝙ ſciat cognoſcer̃, quod dẽt iudicare. Iudiciaria nanq; ptãs hoc expoſtulat, ut qđ iudicare dẽt, diſcernat. Sicut. n. ĩ lege veteri officiũ ſacerdotis erat iudicare de lepra, uel nõ lepra, & de drijs lepræ: & vnus quiſq; leproſus, uel immũdꝰ a lepra iudicabatur arbitrio ſacerdotis, vt dr̃ Leuit. 13. Sic ſacerdos euãgelicus iudicare debet de lepra ſpũali. i. de peccatis, & de differentijs pctõrum. Sacerdos enim ſine ſciẽtia, eſt ſicut ductor cęcus in via; qa ſacerdos G habet officium ꝑeundi; & uiam ſalutis alijs oſtendendi. Vnde Mat. 15. Dñs ait. Cæcus ſi cęco ducatum præſtet ambo in foueam cadunt. Vnde 2. Paral. 19. præcipiẽs Ioſaphat iudicibus ait. Videte, quid faciatis: nõ enim hoĩs exercetis iudiciũ, ſed dñi: & quodcũque iudicaueritis, in uos redundabit; ſit timor Dñi uobiſcum. Aduertant omnes confeſſores, ꝙ nullus artẽ aliquã docere ꝑſumat, niſi didicerit. Difficilior autẽ ars nulla utique eſt regimine animarũ, ſicut ait Grego. lib. 1. Paſtoralis. c. 1. Nulla ars doceri ꝑ- H ſumitur, niſi prius intenta meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo paſtorale magiſteriũ, qua temeritate ſuſcipit̃; qm̃ ars artium ẽ regimen animarũ. Alię quidẽ artes liberales & mechanicę ꝑſumunt̃ doceri ſine periculo aĩarum & corporũ. Ars uerò medendi corporibus, etſi qñque doceri ualet ſine periculo animarum, non tñ ſine periculo & corporum detrimento. Sed regimen aĩarum ĩ cõfeſſionibꝰ audiẽdis ab ĩperitis exerceri nõ ualet ſine ꝑiculo aĩarũ, tã confitẽtiũ q̃ ẽt cõfeſſorũ. Vnde Greg. ubi ſup. Quis cogitationũ uulnera occultiora eſſe neſciat uulneribus uiſcerũ? & tñ ſępe qui præcepta

*Ars curã di animas dicit̃ ars artiũ.*

A ſpiritualia non nouerunt, cordis ſe medi-
cos profiteri non metuunt: dumq; pigmen
torum, ſeu cõfeſſionũ vim neſciunt, videri
medici cordis non erubeſcunt. Cõfeſſor.n.
quotiens ſe ingerit ad audiendas cõfeſſio-
nes, totiés ſe offert ad rñdẽdũ de quolibet;
& interdum de caſibus inopinatis & alias
nõ auditis, & quæſtionibus valde pplexis:
qui tñ in ſcholis forte nõ auderet rñdere de
minima quæſtione: vbi ſi rñderet min⁹ bñ;
licet fortè erubeſcendi cauſam inde habe-
ret; non tñ ſibi, nec auditoribus periculum
aĩarum, vel corporum immineret. Si verò
B confeſſiones audiẽdo non verè iudicat, ſeu
docet, ſeipſum & cõfitentẽ in foueã perdi-
tionis inducit. Propterea plura tenetur ſci
*Quæ cõfeſſor ſcire tenet.* re. Primo enim ſacerdos tenet̃ habere ſcien
tiam, & ſi non conuenientẽ, ſaltem tamen
competentem. Competens aũt nuncupat̃,
quæ neceſſaria eſt ad executionem ordinis
cuiuſcunq;. Nam inquantum eſt ſacramẽto-
rum miniſter, ſcire tenetur quæ ſit debita
materia, uel forma cuiuslibet ſacramẽti, &
modum rectè ſingula diſpenſandi. Inquan-
tum autem Doctor eſt, tenetur ſaltem ſci-
re fidei rudimenta. Inquantum uerò in foro
conſcientiæ iudex eſt, tenetur ſcire diſcer-
nere inter lepram & leprã, & inter non le-
pram & lepram: ſaltem in his peccatis, quę
ſunt omnibus notoria. Secundò autẽ tenet̃
ſcire dirigere pœnitentem, per uiam neceſ
C ſariam ad ſalutem ſm̃ ſtatum cuiuſcunque
quem in confeſſione ſuſcipit audire. In alijs
autem, de quibus etiam dubitant ſapientes:
plerunque debet ſimplex ſacerdos tantam
diſcretionem habere; ꝙ ſaltem ſciat de hu-
iuſmodi dubitare: & quòd nec proceden-
dum eſt in eis ſine ſuperiorum conſilio, ad
quos debeat & poſſit remittere pœniten-
tem. Tertiò quoque debet ſcire, quæ ſint
peccata capitalia, & quæ mortalia, ſaltem
in communi, & quæ venialia in genere.
Quartò inſuper debet ſcire, ſecundũ Hoſt.
quæ pertinent ad diſpenſationes & abſolu-
tiones & reſtitutiones illicitè acquiſitorũ,
ad bella principum & cõitatum & ad taleas
& exactiones eorum: & ad contractus mer
D catorum, vtrum ſint illiciti uel liciti, vt per
hoc ſciat vtrum prohibere debeat confitẽ-
tem, uel ſuſpendere a communione: an li-
centiare; uel utrum ille teneatur ad reſtitu-
tionem, vel nõ. Nam cum ſit pręceptum, ſe-
mel in anno aſſumere corpus Chriſti, ſi cõ
feſſor prohibeat illum cõicare, qui pecca-
tum mortale nõ habet: quia fortè iudicat il
licitum eſſe, quod licitum eſt: vel ſi licentiat
non licentiãdũ, quia fortè iudicat licitum, E
quod illicitũ eſt, tam confeſſor, q̃ confitens
in foueam cadũt: niſi fortè probabilis igno
rantia excuſet illum, puta quia habuit Do-
ctorem aliquem authẽticũ & famoſum, cu-
ius innitit̃ opinioni. Ex his igit̃ patet, ꝙ ſi
confeſſor non eſt expertus in caſib⁹, ita ꝙ p
ſeipſum neſciat iudicare: nec ẽt nouerit du
bitare, cum expreſſo periculo capitis ſui.i.
animæ audit in pęnitentia cõfitentes. Inſup
& illi, qui ſciunt imperitiam eius, cum illo
pereunt, niſi iterato cõfiteant̃ homini, qui
in hmõi noſcat cum ſcientia iudicare: con-
tra quoſdã, qui quærunt medicos ſpũales.i. F *Hoĩum cæcitas quãta, quia ignaros confeſſarios quęritant.*
confeſſores ignaros; vt de æterna dãnatio
ne obtineant melius forum. Vnde Aug. de
pę.di.j.§. quem pęnitet, ait. Qui confiteri
vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat
ſacerdotem ſcientẽ ligare atq; ſoluere: ne ſi
negligens extiterit circa ſe, negligat̃ ab eo,
qui eum miſericorditer monet, & petit ne
ambo in foueam cadant. Secundum enim
Alex. de Hal. in 4. Scire ligare & ſoluere, eſt
ſcire oſtendere illi quæ requirunt̃ ad abſo-
lutionem a peccato & ligare cum pœnitẽ-
tia competenti. Ex præmiſſis etiam patet; ꝙ
qui non ordinant̃, niſi ex deuotione, ut miſ G
ſas celebrẽt: ſicut quidam deuoti religioſi,
qui non habent animarũ curã, nec audiunt
confeſſiones, ad hmõi ſciendum non ſunt
aſtricti. Sed qui curam recipit aĩarum, & te
netur cõfeſſiones audire, vel ſe ingerit eis,
niſi habeat ſcientiam competẽtẽ, ut dictum
eſt: mortaliter peccat audiendo confeſſio-
nes, & qui eum inſtituit, amplius peccat: &
inſtitutum miniſtrare permittẽs, ẽt mortali
ter peccat, ſi ſua intereſt hmõi prohibere:
hæc oĩa in ſñia ſentit. Durandus, & cũ eo
cõiter omnes Doct. Secundo enim neceſſa- *Vitæ probitas neceſſaria eſt cõfeſſori.*
ria eſt confeſſori vita, ſi qua uelit ſine ſui di
ſpendio alijs ſalubria remedia prouidere.
Tantã nempe debet habere puritatẽ affe-
ctionis, ut ſit dignus miniſter Dñi nr̃i Ieſu H
Chriſti, & fidelis diſpẽſator miniſteriorum
Dei, vt ait Apoſt. j. Corin. 4. Et j. Pe. 4. Sicut
boni diſpenſatores multiformis gr̃æ Dei.
Debet enim confeſſor iuſtus eſſe multipli-
ci rõne. Primo quidẽ iuſtus eſſe debet mi-
niſterio, cuius iuſtificant̃ impij, reconciliant̃
rei, curant̃ infirmi, illuminantur cæci, mun-
dant̃ leproſi, & mortui deniq; ſuſcitant̃. Se-
cundo autem iuſtus & purus debet eſſe, q
uicem Chriſti gerit, cum perſonam eius re-
pręſentat ĩ terris, qui arbiter & medius exi
ſtit inter peccatores & Deum: & quicquid
pronunciat in pęnitentiæ foro, claue vtiq;
non



A nõ errãte: Deus ipſe in cęli cõſiſtorio aucto
ritate ſua confirmat, ſicut ipſe Dñs Mat. 16.
teſtatur, dic. Quodcunque ligaueris ſup ter
ram, erit ligatum & in cęlis: & quodcunq;
ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cę
lis. Tertio debet eſſe confeſſor iuſtus.i. ſine
mortali crimine: aliter mortaliter peccat ſa
cramentum pœnitentiæ miniſtrando indi-
gnè, niſi prius pęniteat cum propoſito con-
fitendi q̃ citò oportunitatem habebit. Ar-
gumentũ ad hoc de pę.di.6.c.j. vbi Augu.
ait. Sacerdos itaq;, cui oĩs peccator offert̃,
B ante quẽ ſtatuit̃ oĩs languor, in nullo eorũ
iudicandus eſt, quæ in alijs iudicare eſt ꝓm
ptus: iudicans tñ alium, qui iudicandus eſt,
ſeipſum condemnat. Hæc ille. Hi tales dete
riores dici poſſunt etiam Phariſæis, qui ſũ-
mam ſapientiam inſidijs capere contendẽ-
tes, cum mulierem adulterã adduxiſſent ad
Ieſum, Ioan. 8. & ille rñdiſſet eis: Qui ſine
peccato eſt vr̃m, primus in eam lapidẽ mit-
tat. oẽs ſe recognouerunt peccatores prõ-
pterea nullus eam lapidare ꝑſumpſit. Quar
to inſuper debet non tm̃ eſſe iuſtus, ſed ẽt
in iuſtitia firmus & ſolidatus. Nam ex audi
tis in confeſſione, ſæpe excitant̃ in concu-
C piſcẽtiæ motus. Nam ſm̃ Greg. Difficile eſt
fontem nõ turbari, ubi abluunt̃ ſordes: ſed
in bonis & fortibus ſacerdotibus, ſm̃ Alex.
de Hales, hæc ipſa turbatio meritoria eſt,
dũ uiriliter contradicũt. In malis aũt & fra
gibilibus mortifera eſt, dum mentaliter in-
quinant̃ & atrociter vulnerãtur. Vnde Ber.
ſuper Cantica, Sermo. 18. ait. Tu frater, cui
firma charitas nondum eſt, ſed a Deo tene
ra & arũdinea, vt oĩ flatui cedat, qua fron
te aliena vulnera curare, aut ambis, aut ac-
quieſcis: noli eſſe nimis iuſtus: ſufficit tibi ſi
D diligis proximum tuum ſicut teipſum. Nõ
enim ſalutem proximi debes quærere in ſa
lutis propriæ detrimentũ. Et infra. Quam-
obrem, ſi rectè ſapis, concham te exhibe-
bis, non canalem: hæc ſiquidẽ pene ſimul
recipit & effundit: illa uerò donec impleat̃
expectat, & quo ſuperabundat ſine ſuo dã-
no communicat. Sunt tamen plerique, qui
non conſiderantes fragilitatem & imperi-
tiam ſuam in audiendis confeſſionibus, ſe-
ipſos præcipitant ſub pallio charitatis, ſeu
vt rectius dicam, impiæ charitatis. Non eni
charitas eſt, quæ propriam deſtruit chari-
tatem: cum omnis charitas in homine inci-
piat a ſeipſo. Et ſi aliquando tales cauſa
aliorum videantur eſſe ſalutis: id quoque
facilè non credit diſcretus & doctus, ſci-
ens, ꝙ non poteſt peccatorem dirigere p
uiam ſalutis, qui illam minimè nouit. Sed E
dicet aliquis; Quid faciam, cum non repe-
riantur tales, ut dicis, cõfeſſores iuſti & do-
cti, cui confitebor, an ergo confeſſionem di
mittam? Cui de pę. diſt. j. c. ſi. pulchrè reſpõ-
det Augu. di. Qui ergo confitetur, ſacerdo-
ti meliori, quam poteſt confiteatur. Hæc il-
le. Si etiam per multa miliaria deberet ire
ad illum, quærendus eſt talis, nec amplius
negligendus eſt ſpũs, quam mortale cor-
pus, pro quo ſanando longa & grauia iti-
nera aſſumunt̃. Demum cũ omnis talis, ut
dictum eſt, reperiri non poſſit, tunc dicen-
dum eſt, ꝙ qñ non poteſt id fieri quod vis, F
id uelis, quod poſſis: dummodo talis eligat̃
confeſſor, qui ab eccleſia aliqua non ſit ꝓci
ſus, nec ꝙ ex tali confeſſione maior ruina
ſequatur. Propterea multum cauere debẽt
iuuenes mulieres, ne confiteantur laſciuis
iuuenibus atque confeſſoribus malis: & ma
ximè cum in fœdas luxurias lapſæ ſunt, iux
ta conſilium Eccleſiaſtici 4. qui ait. Nõ con-
fundaris confiteri peccata tua: hic confeſ-
ſio ſuadet̃. Et addit; Et ne ſubijcias te homi
ni pro peccato.i. ne confitearis indifferẽter G
omni ſacerdoti: hic autem cautela induit̃.
Et iterum. 37. c. A cõſiliario malo ſerua ani *De tertio neceſſario confeſſori.*
mam tuam. Tertio eſt neceſſaria confeſ-
ſori auctoritas, qua poſſit abſoluere pœni-
tentes. Et licet multa hic dicenda circa hoc
eſſent; tamẽ breuitatis cauſa ſolum hoc no
tandum eſt ſemper: quod cum ſacerdos nõ
ſoluat niſi ligando ad aliquid faciendum, il
le ſolus abſoluere poteſt, qui per imperiũ
poteſt ad aliquid faciendum ligare. Ideo
oportet ꝙ homo confiteatur proprio ſacer
doti, niſi in quibuſdam caſibus, de quibus
alibi diſſeremus. Alienus autem eum non
poteſt ſoluere uel ligare, de pę. diſt. 6. pla- H
cuit. Proprius uerò ſacerdos, quo ad hoc ĩ- *Quis proprius ſacerdos dicatur.*
telligitur oĩs ille, qui illius ordinariam cu-
ram habet: ſicut Papa, Legatus, Ep̃s, Paro-
chialis: ſed nec Parochialis ab omnibus ab-
ſoluere poteſt, quia excipiuntur epiſcopa-
les caſus atque Papales. Talis autem ſacer
dos proprius abſoluere poteſt ſubditum
ſuum ubique, ſiue intra territorium Paro-
chiæ ſuæ, ſiue extra: cum pœnitentia de iu-
riſdictione uoluntaria ſit. Vnde & de lo-
co nihil expreſſum eſt in c. omnis vtriuſq;
ſexus, extra de pœ. & re. hæc ſecundũ Tho.
in 4. diſt. 17. Prædicatores autem & Mino-
res olim poterant liberè audire ex priuile-
gio Benedicti. xj. quod incipit, Inter cun-
ctos, quod hodie uacat. Ad hoc ergo,
quòd nunc poſſint confeſſiones audire,

 oportet

A oportet ꝙ Magiſter uel Prouincialis, Prędicatorum vel eorum Vicarij, & Generales, vel prouinciales Miniſtri, aut Cuſtodes Minorum primo accedant ad præſentiam ordinariorum, per ſe vel per alios fratres, & petant vt fratres, qui electi fuerint in eorũ diœceſib. vel ciuitatibus, cõfeſſiones audire valeant & pœnitentias imponere & pœnitentes abſoluere. Poſt hæc dicti Prælati ordinum eligant perſonas idoneas, & repſentent vel faciant præſentari dictis prælatis eccleſiarum, vt de ipſorum licẽtia & gratia poſſint audire confeſſiones; qui tamen præſentati non poterunt audire in alio epiſcopatu. Et debent ipſi electi eſſe in numero,
B ꝓut vniuerſitas cleri & populi hoc exigit. Et ſi prælati licentiam conceſſerint: tũc prædictæ perſonæ dictum officium exequãtur. Et ſi dicti prælati quenquam de præſentatis non admiſerint, loco eius ponãt ali⁹. Si vero abſolute licentiam dare recuſauerint; conceditur eis licẽtia auctoritate Apoſtolica. Tales tamen non propter hoc poſſunt abſoluere plus, quam parochialis Sacerdos, niſi prælati eccleſiarum dare vellẽt; hæc in clem. de ſepul. c. dudũ. Nec ꝑ hoc ꝙ cõmittĩ, ſiue dãt alicui licẽtia, ꝙ alienos Parochianos ualeat audire, fit ꝑiudiciũ ꝓprio Sacerdoti, eo ꝙ iuriſdictionis poteſtas alicui non eſt cõmiſſa in fauorẽ ſuũ, ſed in plebis vtilitatem & ad honorẽ Dei. Et ideo ſi
C ſuperioribus prælatis uidẽt expedire ad plebis ſalutem & Dei honorẽ, ꝙ alijs cõmittãt in nullo inferioribus prælatis ꝑiudiciũ fit; nec iterum tenẽt ſubditus petere licentiã a ꝓprio ſacerdote: quãquam glo. in c. omnis vtriuſq; ſexus, hoc dicat: quia ꝑ Clementẽ quartũ tanq̃ oĩno falſa, dãnata fuit in quodam priuilegio indulto Prædicatoribus & Minoribus, quod incipit, Quidam temerè. In quo priuilegio determinatũ fuit, ꝙ illi
D quibus a ſuperioribus cõmittĩt talis licẽtia confeſſiones audiendi poſſint audire etiam contradicentibus ſacerdotibus Parochialibus & inuitis. Et hoc tenet Ioan. An. de pę. & ſi epiſcopus, lib. 6. Et confeſſus Sacerdoti habenti commiſſionẽ a ſuperiori, vt dictũ eſt, non tenetur confiteri proprio Sacerdoti illi peccata, quæ iã confeſſus fuit, cum iã ſint dimiſſa, ſicut patet in extraua. Ioã. xxij. quæ incipit, Vas electionis. Sed propter ſta tutũ eccleſiæ de confeſſione faciẽda ꝓprio Sacerdoti ſemel in anno, debet eodem modo ſe habere ſicut ille, qui habet venialia ſolum, & illa confiteri vt quidam dicunt, vel profiteri ſe a peccato mortali immunem.

### *Quanta ſolertia peccator ad confitendum debet captare conueniens tempus. Cap. 2.*

E SEcunda diſcretio, quam in confeſſione homo tenere debet, eſt ſollicitudinis: ſcilicet præueniendo tẽpus ante Quadrageſimam, vel ſaltem in principio Quadrageſimæ; ſicut Prouer. 18. c. ſcriptum eſt: Iuſtus in principio, ſcilicet Quadrageſimæ accuſator eſt ſui. Et iterum Pſal. ait. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. Multi quandoq; laborẽ totius Quadrageſimæ perdunt propter negligentiam, uel laborem vnius horæ, qua poſſent confiteri.

*Pſal. 97.*

F Plus etenim valet unum ieiunium in gratia, quam centum in culpa. Si autem obijcias, hoc poſſe fieri per contritionem. Reſpondemus, ꝙ hoc ſecurius fit per cõfeſſionem, in qua fit homo q̃nq; de attrito cõtritus. Qui autem prolongant vſque ad finem Quadrageſimæ, ſunt quaſi, qui lauant man⁹ non ante menſam, ſed cum iã quaſi ſumpſerint cibum. Stultus equidẽ eſt, qui tũc arua pro præterita ſegete purgat, cum iã meſſuerit maiorem partem. Stultus inſuper eſt, q ante peregrinatur, q̃ confiteatur. Addatur etiam, ꝙ ita de die in diem dicẽtes more corui, cras, cras, cras, confeſſionem prolongant, vt vſque ad vltimam Quadrageſimæ
G ſeptimanam, & eius ſeptimanæ ultimum diem, pœnitentiam & Dei gratiam fugientes ad diem paſcę ueniunt; atque de illo ſani corpore & ægri mente euadentes: ſed animam & diuina proijcientes poſt tergum vſq; ad ſequentem annum in eandem dementiam redeunt ruituri; & ſic vſque ad ultimum uitæ in ſimili inſania perſeuerant.

*Queſtio.*

*Solutio.*

*Tẽporis habenda eſt ratio.*

### *De diuerſo & diſcreto modo confitendi varia genera peccatorum. Cap. 3.*

H TErtia diſcretio, quam oportet habere in confeſsione, eſt modificationis, hoc eſt diſcretum habere modum in dicendo peccata ſua. Sunt enim quædam peccata leuia, quædam uerò grauia, quædam uero horribiliſſima & grauiſſima. Sic in modo dicendi ſecundum grauitatem culpæ pronuncianda ſunt uerba doloris & diſplicentiæ. Sunt nanque plerique, qui magno mærore leuia grauant: ac ſceleratiſſima & horrenda quadam inſenſibilitate & inertia, quaſi fabulam manifeſtant.

*Diſcretus mod⁹ confitẽdi.*

ARTI-



### A ARTICVLVS TERTIVS.

### *Quare integra debet eſſe confeſſio penitentis ex tribus conſiſtit.*

TErtium in confeſſione neceſſarium eſt integratio. Et de hoc Pſal. ſubdit, Confitebitur tibi. Confiteri eſt ſimul omnia pctã fateri. Tria ſi quidẽ ſunt, ex qbus confeſſio redditur diminuta quaſi triplex defectus. Primus eſt malitię, ſecundus eſt circunſtantiæ, tertius negligentiæ.

*Pſal 48.*

### *Quòd nõ eſt integra confeſſio, cum peccator tacet aliquã mortalẽ culpam: nec illi indulget Deus, maxime ꝓpter tria. Cap. 1.*

B PRimus defectus eſt malitiæ: cũ. ſ. homo malitioſe, aut ex uerecundia aliquod pctm̃ mortale ſciẽter cælat. Contra talem Oſeæ. 13. Abſconditum eſt peccatũ eius, dolores parturientis, venient ei. ſ. torquẽtes illũ, & remordente conſcientia mala. Et ſicut teſtãt Beda: Quid prodeſt ſi tota ciuitas cuſtodiãt: & vnum foramen, per quod hoſtes intrãt, relinquatur? Ferrum quidem quãdiu in vulnere eſt, non ꝓſunt vnguenta. Quid enim ẽ aliud peccatum cælare, q̃ ignẽ in ſinu portare. Sed vti Prou. 28. ſcriptum eſt. Qui ab-
C ſcondit ſcelera ſua, non dirigẽt: qui aũt confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequẽt. Sed fortè mirãt quiſquã, quare non parcit Deus pctõri ſaltem pctã illa, q̃ confitẽt? Cui rñdẽt, ꝙ de hoc poteſt triplex ratio aſſignari. Primò videlicet rõne diuinę bonitatis; ſecũdo rõnę diuinę puritatis, tertio rõne diuinę ueritatis. Ptimo qdẽ rõne diuinæ bonitatis. Nã ẽm Aug. Mira Dei bonitas, veniam non dimidiat. nã aut totũ, aut nihil ꝓpitiãdo donat. Equidem ſumma iniquitas eſt ab eo, qui eſt bonus, dimidiã ſperare veniam. Secundo rõne diuinæ puritatis. Non dimittĩt mortalis culpa: niſi adueniente ſpũſſancti gratia, quæ dignè exqrit generalem munditiã in hoſpitio ſuo: li-
D cet diabolus tãq̃ infernalis & cupidus porcus particulariter immũditia cõtentus ſit. Tertio ratione diuinæ veritatis. Retinere nanque in conſcientia aliquod mortale crimen, nihil aliud eſt, quam proditorẽ proprium retinere in domo ſua, vt inſperatò eum tradat in manibus inimicorum ſuorum. Deo ſiquidem diſplicet & abominabile eſt cohabitare cum proditore amicorum ſuorum. Vnde de talibus criminibus occulte retentis, Sapien. 4. ſcriptum eſt: Traducent eos ex aduerſo iniquitates

*Confitentibus Deus doloſe non indulget.*

*Cur non parcit Deus peccata quæ penitens cõfitetur.*

*Peccatum mortale retentũ malitioſe in conſcientia, qd faciat.*

E eorum. Tales vtique non confitenĩ, quia cõfiteri ſicut dictum eſt, eſt ſimul omnia fateri: fatetur enim, ſed non confitetur.

### *Quas peccatorum circunſtantias tenetur penitens confiteri. Cap. 2.*

SEcundus defectus, eſt circũſtãtia, quãdo. ſ. aliqua circunſtantia grauis culpæ in confeſſione non dicitur. Sicut enim fieri ſolet ignis ad comburendum non ſolum ex arboris trunco, ſed etiam ex eius ramis: ſic gehẽnali igne cremari poteſt anima ex circunſtantijs peccatorum, ſicut ex
F principalibus culpis. Sed aduertendum eſt, ꝙ circunſtantiarum, quæ attingunt peccatum, tria ſunt genera. Quædam alleuiãtes, quædam in aliud genus trahentes, quædam vero aliquo modo aggrauantes. Primæ quidem circunſtantiæ alleuiantes non ſunt confitendæ, niſi propter hoc, vt ſatisfaciat homo alienæ conſcientiæ, vel inquiſitioni, vel vt prouideat eius ſcandalo & perturbationi: vt pote ſi timeret cõfeſſorem, ex hoc accipere occaſionem ad malum: vel etiam ſi tantum diminuat, vt ſit in genere veniale: ſicut propter infirmitatem in Quadr. comedere carnes: ita tamen ꝙ a latere nõ ſit gulositas aliqua. Et ratio hæc eſt: quia in cõfeſſione nõ debet pctõr ſe excuſare, ſed accuſare. Secundæ vero circunſtantiæ ſunt ĩ aliud genus trahentes. Et hæ, ẽm Bonau. & Alex. de Ales, ſunt de neceſſitate confitendæ, vt cognoſcere coniugatam, uel conſanguineam: tenẽt enim genus peccati exprimere. Tertiæ circunſtantiæ ſunt aliquo modo aggrauantes. Et hæ ẽm Bonauẽ. & Tho. non ſunt de neceſſitate confitendæ, ſed de bono & æquo. Sed tñ Guil. Altiſ. ſi circunſtantiæ nõ ſint notabiliter aggrauantes, ut ſcientia & ingratitudo & ſimilia confiteri non eſt neceſſe. Si uero notabiliter ſint ag-
H grauãtes tunc debent confiteri. Non enim ſufficit ei, qui mille marcas rapuit, dicẽdo, ego rapui aliena: quia poſſet verificari, ſi duos ſolidos rapuiſſet: nec ſufficit illi, qui vulnerauit alium gladio, dicendo percuſſi proximum. Multas quidem circunſtantias aggrauantes tangit Auguſ. de pę. diſt. 5. c. 1. quæ & a Doctoribus in his tribus uerſibus concludunĩ. Aggrauat ordo; locus, perſona, ſcia, tempus. Ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa. Eſt modus & culpa: ſtatus altus, lucta puſilla. Quæ oĩa ſic intelligi poſſunt. Primo aggrauat ordo, ideſt ſi eſt Subdiaconus, Dyacon⁹, aut Sacerdos; ſe-

*Simile.*

*Circũſtantiarũ genera tria.*

*De circunſtantijs vide qua diffuſa habes Rich lib 4. diſt. 17 M. 5. q. 5. D. Tho. 1. 2. q. 7. ar. 1. Gerſon par. 2. Dialogo Sophiæ & naturæ.*

*Circunſtãtiæ quæ confitendæ.*

*Secundæ circunſtantiæ. Vide D. Bon l b. 4. diſt. 1.*

A cundo locus ſi eſt ſacer, tertio perſona, hoc eſt ſi eſt matrimonio copulata, quarto ſciẽtia, quia non ignoranter fecit, quinto tempus.ſ.ſacrum; ſexto ætas, ſeptimo cõditio.ſ. vtrum nobilis furtum fecerit; octauo numerus.ſ.quotiens peccauerit in luxuria; nono mora.i.ſi ſteterit in peccato viginti annis; quia hoc dicendo ſimul cõfiteretur xl. peccata mortalia, quę commiſit infra illud tempus, quia non obediuit præcepto eccleſiæ de ſemel confitendo in anno & communi-
B cando. decimo copia.i.quantum abſtulit, vtrum multum, vel parum; vndecimo cauſa.i.ex qua cauſa comedit in Quadrageſima carnes; ſi propter gulam, aut propter infirmitatem; duodecimo eſt modus in culpa, ſi manifeſte peccauit, aut in luxuria modum naturalem non ſeruauit; tertiodecimo ſtatus altus, ideſt, ſi religioſus, uel religioſa, vel prælatus; quatodecimo lucta puſilla: qa parua tentatione ſtimulatus ſiue nulla, ſed illam præuenit.

*De duplici obliuiſcentia, & quando in tali caſu tenetur quis iterum confiteri. Cap. 3.*

C Tertius defectus in confeſſione, eſt negligentia. Ad cuius intelligentiam q̃ri poteſt; vtrum qui in confeſſione obliuiſcitur alicuius peccati & ad tempus recolit illud, teneatur de neceſſitate iterum confiteri. Ad quod dicendum, ſm Richar. in 4. diſt. 17. quòd hæc obliuio culpæ, aut fuit ex diligentia, aut ex negligentia. Primò ſi fuerit ex diligentia: quia.ſ.peccator obliuiſcitur alicuius mortalis culpæ, & tamen adhibuit debitam diligentiam, prout de communi lege permittit humana fragilitas, nec tamẽ ulterius alicuius mortalis peccati potuit reminiſci: non credo ꝙ tentione neceſſitatis teneatur illud confiteri ſa-
D cerdoti priori: obligatur tamen illud confiteri alteri ſacerdoti. Secundò vero ſi fuit talis ignorantia ex negligentia: videlicet ꝙ confitens fuit ignorans ignorantia affectata uel craſſa: credo ꝙ priori ſacerdoti teneatur tentione neceſſitatis illud confiteri, ſi illum commode reperire poteſt, & non ſit ab illo poſtea ſoluendi auctoritas interdicta. aut eſt prædictũ peccatum & oĩa alia mortalia priori ſacerdoti confeſſa, prout recolere poteſt, confiteatur alteri ſacerdoti. In diſt. 17. 2. art. addit, ꝙ qui per talẽ negligentiam obliuiſcit̃ alicuius mortalis culpæ, ſi hoc modo ſuſcipit corpus Chr̃i pec-

*Si quis pcũm oblitum confiteri tenetur.*

*Primus caſus.*

E cat mortaliter. Et huius ſñiæ eſt Sco. Qui ergo hac ꝑparatione ſollicita; diſcretione attẽta, & integratione cõpleta, ſicut ꝑdictũ ẽ, veraciter confeſſus fuerit peccata ſua ſperare debet in dulciſſima miſericordia Dei, ꝙ ab eo miſericordiam cõſequetur; & veniã ex gratia, in qua perſeuerans vſq; in finem ad gloriam perueniet ſempiternam: Quam nobis concedat Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Scot. in 4. diſt. Secũdus caſus.*

---

F
# SABBATO
## Poſt j. Dominicam in Quadr.

*De ſacra Religione.*

## Sermo XVI.

*ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobũ, & Ioannẽ fratrẽ eius, & duxit illos in mõtẽ excelſum ſeorsũ. Mat. 17.* Et in euangelio hodierno. Ex vera utiq; cõfeſſione non tm̃ humana mens a maculis criminum emundat̃, uerum etiam ad maiora illuſtrat̃ lumine
G ueritatis. Hinc pſal. ad talem hoĩem ait. Cõfeſſionem & decorem induiſti amictus lumine, ſicut ueſtimento. Hinc eſt, ꝙ per confeſſionem expurgatis maculis peccatorum induiſti uirtutũ & gratiarũ decorẽ: atq; per lumen Dei abijcis atq; ſpernis malitias carnis, dæmonum, atq; mũdi. Hac etenim arte deludunt dæmones hoĩem infelicem: nam per bona tẽporalia & mũdana ſeducũt carnem; atque per carnẽ finaliter deludũt mẽtem. Quod percipiẽs anima per cõfesſionẽ a uitijs emundata, mundana deſpicit, carnẽ affligit, dæmonibus uirili animo reſiſtit, & aliq̃n ad religionẽ confugiens, ſicut ad uerè tutiſſimũ locum, illã aſſumit. Vnde ad maiorẽ intelligentiam periculoſi ſtatus mũda-
H ni, & ſtatus religionis ſecuri: notandũ eſt, ꝙ in tribus conſiſtit ſapiẽtia, immo dementia, ſeu malitia mũdi: videlicet in ſuperbia, luxuria & auaritia. Prima in mente ſpũali, ſecunda in ſubſtantia corporali, tertia uerò in adminiculo tẽporali. Hæc mala, ſunt fundamentũ totius ædificij criminoſi & mundialis, teſte Ioã. q. j. 2. c. ait: Oẽ, quod eſt in mũdo, aut eſt concupiſcẽtia carnis; aut concupiſcẽtia oculorũ, aut ſuperbia vitę. Sic sũt tria his cõtraria, q̃ ſunt fundamentũ totius ædificij ſpũalis.ſ.obedientia; caſtitas, & paupertas. Elongãt enim nos non ſolũ a malo; ſed

*Pſal. 103.*

*Aĩa per confeſſionẽ emundata fractus.*

*Aedificij ſpũalis fundamẽta.*



A ſed ab omni cauſa mali, q̃ in illis tribus peccatis cõſiſtit. Hæc tria fundamẽta Pſal. oſtẽdit, cum in pſal. 67. ait. Dñs in loco ſancto ſuo. Oſtendit aũt primo caſtitatem dicens, Dñs in loco ſancto ſuo eſt. Locus enim cõtinens eſt. Ecce cõtinentia, ſiue caſtitas. Hãc docuit Chriſtus, Mat. 19. Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Secũdo ſubdit paupertatem dicẽs, ſancto. Sanctus enim, quaſi ſine terra dr̃. Ecce paupꝫtas, quæ merito dr̃ ſancta, quia conſiſtit in abdicatione oĩs proprietatis, de qua Matt.
B 19. Si uis perfectus eſſe; vade & vẽde oĩa, q̃ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cęlo, & veni & ſequere me. Et Lu. 14. Qui non abrenũciauerit oĩbus, quæ poſſidet: nõ põt meus eſſe diſcipulus. Tertio de obedientia Propheta ſubdit dicẽs, ſuo. Fit enim locus aĩæ verè Dei per obedientiã puram. De qua obedientia pſal. inquit. Voluntariè ſacrificabo tibi. De hac ẽt dñs Mat. 16. ait. Qui vult venire poſt me; abne. ſe. & tol. cru. ſuam, & ſequat̃ me. Per obedientiã enĩ
C anima ſubijcitur Deo, vt vere dicere poſſit, Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra. Per caſtitatẽ caro ſubijcit̃ imperio rõnis, ad Gal. 5. Apoſt. ait. Fructus autem ſpũs, caſtitas. Per paupertatem totus mundus corpori noſtro ſubiugat̃. Vnde Deut. 11. Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, ueſter erit. Calcare enim, deſpicere eſt. Religio igitur eſt locus, quem Dñs elegit in habitaculum ſuum: qui myſticè per montem transfigurationis in uerbo ꝓpoſito mõſtratus eſt, cum dicit̃: Aſſumpſit Ieſus, Petrum Iaco-
D bum & Ioannẽ fratrẽ eius, & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum. In quo octaua.i. regularis Religioſitas demonſtrat̃. Quid ꝑ hunc mõtem excelſum, niſi eminẽtia & celſitudo religionis a limoſis vallibus mũdialium eleuatæ? Hic eſt mons Dei, mons pinguis; mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare: in eo etenim Dñs habitabit in finem. In hunc montem aſſumit Dñs tres diſcipulos ſuos: hoc eſt tria euãgelica vota, & Dñi perfecta conſilia. Primum eſt obedientia, quæ in Petro demonſtrat̃. Petrus etiã Simon nuncupat̃: Simon nempe obediens interpretatur. Secundum caſtitas in Ioãne uirgine indicat̃. Tertium vero paupertas, q̃ deſignatur in Iacobo, qui ſupplantans feſtinantem interpretatur: mundus enim ꝑ tẽporalia animam nititur ſupplantare. Qui ergo vult diabolũ ſuperare, ſm Gregorium, veſtimenta abijciat, ne ſuccumbat. Aſſumit autem iſtos tres diſcipulos ſeorſum.i.ſepa-

*Religio habitaculum Dei.*

E ratim a turbis, quia hæc tria uota in locis ſeparatis a turbis melius obſeruantur. Sed rectè in Euangelio ſubinfertur. Rñdens autẽ Petrus, id eſt, obediens verè, dixit ad Ieſũ: Dñe, bonum eſt nos hic eſſe, ſcilicet in religione. Rationes autem & cauſas, quare melius eſt eſſe in ſtatu religionis, quam ſeculi, exprimit deuotus Bern. cum verbum hoc ad hunc ſenſum exponẽs dicit: Bonum eſt nos hic eſſe, videlicet in religione: quia in ea homo viuit purius, cadit rarius, reſurgit uelocius, incedit cautius, quieſcit ſecurius, irroratur frequentius, purgatur citius, moritur confidentius, & præmiatur copioſius.
F In quibus ſentẽtijs mirabiliter breuiter & egregiè Bern. exprimit nouẽ rationes, quare in religione melius ſit eſſe, quam in ſtatu ſeculari. Harum autem rationũ tres primæ maximè concernunt religionis ingreſſum & initium, ſecundæ tres religionis ꝓceſsũ, tres vltimæ religionis terminum.

*In Religione quare melius eſt eſſe.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Continens tres rationes pertinentes ad Religionis initium, quare melius ſit in Religione, quam in ſtatu ſeculari conuerſari. Prima ratio eſt, quia ibi homo viuit purius & maxime propter tria. Cap. 1.*

G PRima ratio, quare melius ſit in sãcta religione, quam in ſtatu ſeculi conuerſari, eſt: quia homo viuit purius, & maximè, ꝓpter tria. Primò propter obedientiam, ſecundò propter caſtitatem, tertiò propter paupertatẽ. Primò propter obedientiam, cum eradicat radicem cunctorũ malorũ, quæ eſt volũtas propria, & proprius amor. De qua radice. j. Timo. 6. Apoſtolus ait. Radix oĩum malorũ, eſt cupiditas, i. proprius amor, ſm Aug. & affectio ꝓpriæ voluntatis, ex qua cũcta
H mala originẽ habent: ſed iniquitatũ radicẽ cum ſuis ſequelis ſancta obedientia arefacit. In huius myſterium 4. Reg. 5. dicit Heliſeus.i.ꝑcipiens ꝑlatus, ad Naaman Syrũ.i. ad obedientem ſubditum: Vade, ecce obediẽtia ſancta, & lauare ſepties in Iordane.i. ſi obediens fueris, lauaberis ab oĩum peccatorũ labe, ſeu culparũ: Iordanis enim riuus iudicij interpretat̃. Ille nẽpe ſepties in Iordane lauat̃; qui per luminoſam & diſcretã obedientiã ab oĩ culpa mundat̃. Et ſequit̃ textus: Deſcendit ergo.i. humiliter ſubdit[9] obediuit, & lauit iuxta ſermonẽ hominis

*Religio eſt ſtatus ſecurus.*

*De religione in hac materia vide D. Bern.*

*Religioſo eſt neceſſaria obediẽtia.*

A Dei.i.prælati, qui eſt loco Dei: & reſtituta eſt caro ei⁹, ſicut caro pueri paruuli, & mūdata eſt a lepra. Quia per obedientiam fit homo, ſicut paruulus, humilis atq; purus: propterea Dñs Matt. 18. ait. Niſi cõuerſi fueritis. glo. ſ. ab elatione, & efficiamini, ſicut paruuli. i. humiles & innocētes, non intrabitis in regnū cęlorū. Secūdo uiuit homo purius propter caſtitatem. Caſtitas. n. purificat atq; pulchrificat humanā carnē ab omni inquinamento carnali, ſicut Sap. 4. c. ſcriptum eſt: Quod pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Tertiò viuit homo purius propter paupertatem, quæ purificat ab oĩb⁹ terrenis & trāſitorijs mūdi, atq; ad ſimplicitatē columbinā adducit & ad prudentiam C ſerpentinam, iuxta pceptum Dñi Matt. 10. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes: & ſimplices, ſicut colūbę. Quòd autem p paupertatē mens ad iſta aſcendat, oſtendit Apoſto. 2. Corint. 8. c. qui ait. Altiſſima paupertas eorum abūdauit in diuitias. Ecce prudētia ſerpentina, quæ diuitem facit ſenſibus lumi-noſis; ſimplicitatis eorum. Ecce ſimplicitas columbina, quæ mūdat ab omnibus criminoſis. At econtra propter diuitias cumulandas multa ſcelera perpetrantur: Propterea Dominus, ut prædictum eſt, hæc tria conſilia principalia dedit contra ſuperbias, luxurias, & auaritias mundi, intelligens, quòd illecebris anima in ſeculo inquinatur, dum per hæc tria vota peccandi occaſiones non fugit.

*Caſtitas.*

*Paupertas.*

### *Secunda ratio eſt, quia homo in religione cadit rarius: & maxime propter tria. Cap. 2.*

SEcunda ratio eſt; quia in religione homo cadit rarius. Et maximè, quia ibi fugit tria, quę cõiter ducunt ad caſum. Fugit enim primo uitioſas occaſiones, ſecundo vitioſas conuerſationes, tertio vitioſas conſuetudines. Primo amplius quā ĩ ſeculo fugit uitioſas occaſiones, iuxta cõſilium Dñi, qui Matt. 5. ait. Si oculus tuus. i. res a te dilecta tanquam oculus, ſcandalizat te: erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi. i. neceſſarium eſt, vt pereat vnū membrorum tuorum, q̃ totum corpus tuū eat in gehennam. Secundò amplius fugit vitioſas conuerſationes. Hinc pſal. inquit: Cum ſancto ſanctus eris; & cum uiro innocente innocens eris; & cum electo electus eris; & cum peruerſo peruerteris. Et iterū dicit. Si. ſ. in ſeculo uidebas furem, currebas cum eo: ecce auaritia: & cum adulteris E por. tuam ponebas: ecce luxuria; quia ex habitis occaſionibus multi in talia crimina ruunt. Eccle. quoque. 13. c. ait. Qui cõmunicat ſuperbo. i. mundo, induit ſuperbiam: ecce ſuperbia. Tertiò amplius fugit vitioſas conſuetudines. ſ. mentiendi, decipiēdi, falſificandi, luxuriandi, ſimulandi, iurandi, & periurandi, ac de facili blaſphemandi, & ſimilium iniquitatū, quæ in ſeculo ſine magna difficultate euitari non poſſunt; quæ ſi nõ uelit, habebit multos aduerſarios. Hinc ad conuerſantes in ſeculo Hiere. 13. c. ait. Si poteſt Ethyops mutare pellem ſuā, aut pardus uarietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Propterea ad F tales Apoſtolus, Ephe. 4. ait. Induite. ſ. in religione, nouum hominem, qui ſm Deum creatus eſt. Et quidem in religione gratia mirabiliter operatur: vt qui hodie a mendacijs & periurijs & luxurijs & conſimilibus abſtinere non poterat, cras religionē ingreſſus illorum uitiorum amplius minimè recordetur; quia hæc eſt mutatio dexteræ excelſi: nam dextera Dñi fecit virtutem. Hinc de religione præſeruante ab his tribus malis periclitantibus ſeculares, Eccl. 1. ſcriptū eſt. Religioſitas cuſtodiat te. ſ. ab occaſionibus malis: & iuſtificabit cor tuum, ſ. a ſocietatibus prauis: & iucunditatem uid. exterius, atq; gaudium interius dabit. ſ. vitioſis conſuetudinibus ſeculi a te expulſis. In ſe- G culo enim homo non poteſt effugere blandientes occaſiones, attrahētes conuerſationes, nec impellentes cõſuetudines, propterea in eo ruere neceſſe eſt. Hinc de talibus Propheta ait. Fiant. i. fiunt viæ illorum tenebræ: ecce primū, & lubricū: ecce ſecūdū, & Angelus Dñi pſequēs eos; ecce tertiū. Sed de his latius Sermone. 50. & 62. agēdū eſt.

*Religioſus fugit tria quę ducūt hominē ad interitū.*

*Religioſo viro ĩfenſa eſt mala cõſuedo. Pſal. 17.*

*Religi fugiendæ ſunt mendacia & fallaciæ.*

*Religioſus cuſtodit a malis occaſionibus.*

### *Tertia ratio, quòd in religione homo reſurgit velocius, & maxime propter tria. Cap. 3.*

H

TErtia ratio eſt, qa in religione reſurgit homo velocius. Licet tanq̃ homo qñq; cadat: tria adiutoria in religione magis, q̃ in ſeculo iuuant ad reſurgēdū. Primū eſt lectio, ſecundū exhortatio, tertium exemplatio. Primū ad reſurgendum adiutoriū eſt lectio: quotidie enĩ leguñt libri ſctõrum atq; doctorū lucida documenta; quotidie audiunt in mēſa & extra mēſā pteritorū reſurgētium manifeſta exempla. Hinc

*In religione tria opportuna adiutoria. Primum*



A Hic merito de verbis Domini Propheta ait: Declaratio ſermonum tuorum illuminat. ſ. ad reſurgendum, & intellectum dat paruulis. Secundum adiutorium eſt exhortatio. ſ. patrum, & ſociorum, qui exhortantur ad reſurgendum, & ad ſinceritatem immaculatæ vitæ. Tanta eſt. n. gratia ſocietatis bonæ, vt firmæ ciuitati merito comparetur. Hinc Salomon Prou. 18. ait: Frater, qui adiuuatur a fratre, quaſi ciuitas. i. ciuium vnitas firma. videlicet, quia vnus alterum firmiter tenet, ne cadat: vel ſi ceciderit, adiuuat vt reſurgat. Tertium adiutorium eſt exemplatio. Plus . n. mouent exempla, quam verba: propter B exemplum. n. bonorum patrum, ac fideliū ſociorum homo cõtinue reſurgere propulſatur. At econtra, ſicut Eccl. 4. Væ ſoli, inquit, quia cum ceciderit, non habebit ſubleuantem ſe. Et verè ſolus eſt, immo in maiori periculo eſt malè ſociatus, quam ſolus. Et huiuſmodi eſt, qui ſeculi cõſortium habet. Nam ſi prædicationes, ieiunia, orationes, & conſimilia bona homo frequentat, plerūq; ab alijs deridetur, & hypocrita reputatur, deſpicitur, & pro nihilo æſtimatur. Et ecõuerſo, ſicut Propheta ait: Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exhortatores multos habet ad ma- C lum, qui in hoc obſequium ſe præſtare Deo certiſſimè arbitrantur. Exempla quoq; mala, & innumerabilia, atque de omni genere muſicorum quotidie: immo quotidie, velit nolit, coram oculis ingeruntur.

*Secundū.*

*Tertium.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De tribus alijs rationibus pertinentibus ad Religionis proceſſum. Prima eſt, q̄ in Religione incedit cautius, & maxime propter tria. Cap. 1.*

D

PRima ratio eſt, quod in Religione homo incedit cautius, nec mirum: Nam religio eſt veræ ſapientiæ ſchola, in qua diſcit homo ſapientiam Dei, per quam cautius incedit in via ſua. Propter tria enim hæc ſapientia ſpiritualis acquiri poteſt, quæ maximè in religione exercitantur. Primo a Deo per orationem, ſecundo a proximo per inſtructionem, tertio a ſeipſo per experimentationem. Primo enim acquiritur hæc ſapientia ad cautius incedendum, a Deo per orationem. Nam per eam mens eleuata in Deum purificatur, ſerenatur, & illuminatur ad cognoſcendas neceſſarias virtutes. E Vnde Bern. ad fratres de monte Dei: Oratio illuminat, & cõfortat. Nulli enim ſuam gratiam, quantum in ſe eſt, denegat Deus. Et quid eſt gratia in humana mente, niſi cęcitatis lumen, quod ſic ſpiritualiter dirigit eum, ſicut materiale lumen dirigit corpus: & hoc deuotè orantibus datur. Vnde Auguſtinus ait: Melius ſoluuntur dubia oratione, quam inquiſitione. Hinc Tob. 4. c. ait: Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat: quod quidem quotidie in religione ſeruatur. Secundo acquiritur ſapientia a proximo per inſtructionem; quia in religione quotidie homo piè F a maioribus in ſapientia edocetur, ſicut Eccleſ. 18. c. ſcriptum eſt: Qui miſericordiam . ſ. animarum habet, docet, & erudit, quaſi paſtor. Tertio acquirit ſapientiam a ſeipſo per experimentationem multarum tentationum, atque pugnarum. Non quidem auditu, atque narratione bellicorum geſtorum, ſed experientia pugnę fit homo doctus in bellica arte. Sic etiam in ſpirituali pugna. Vnde Eccl. 4. ſcriptum eſt: Qui non eſt tentatus, quid ſit vir in multis expertus cogitabit multa; & qui multa didicit, enarrabit, ſcilicet, per experientiam intellectus: G qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. Nulla nempe maior experientia in præſenti militia de decipulis huius mundi acquiri poteſt, quam in campo, & lucta religionis. Illuc enim omnes malitiæ, & verſutiæ, atque virus dæmonum effunduntur. In ſeculo autem, quaſi in Ægypto, qui tenebræ interpretatur, mentes a diuino lumine alienæ ignorantur, hincinde oberrant, in malitijs inſtruuntur, atque nullum experimentum ſumunt, niſi operum impiorum.

*In religione homo ĩcedit cautius.*

*Gratia in humana mēte q̄d.*

H

### *Secunda ratio eſt, quia homo in Religione quieſcit ſecurius, & maxime propter tria. Cap. 2.*

SEcunda vero ratio eſt, quod ibi homo quieſcit ſecurius. Non enim moleſtatur a tribus periculis, quæ ſicut experientia docet, infeſtant homines ſeculares, & eorum conſcientias turbant, atque irremediabilibus periculis plena ſunt: Primum eſt ſtatus & regimen ſeculare, ſecundum amor parentalis, tertium autem occupatio mundialis. Primum periculum eſt ſtatus & regimen ſeculare. O quando exprimi poſſet,

*In religione homo quieſcit ſecurius.*

*Status ſecularis diſcrimen primum.*

A poſſet, quãta pp talia regimina perpetrãtur mala. Quis in talibus cõſtitutus cõtinere ſe vult, ſcit, & valet, & poteſt, quando pro bono communitatis ſuæ, ſeu domini, in conſilijs, aut in officijs contra iuſtitiam agatur. nemo ſeipſum fallat, nullus chariorem amicum fallere poteſt, quam ſeipſum, velit nolit. Huiuſmodi neceſſe eſt ei iniuſtitiam fouere, innocentes opprimere, ſectas, & partialitates imitari, impios exaltare, iniquis cõdeſcendere, iniuſta bella ſectari, leges iniquas condere, vel ſeruare propter vſurarios publicos, ſicut inf. videbitur, vel pp alia patrata contra eccleſiaſticam libertatem grauiſſimas excõicationes ſubire, ac pp plura B de prædictis ad ſatisfactionẽ impoſſibilẽ ſe reddere obligatũ, vt verificetur, ꝙ Eccl. 13. ſcrip. eſt. Qui tetigerit picem, coinquinabit ab ea.

*Secundũ periculũ.*

Secundũ periculum eſt amor parentalis, maxime vxorum, & filiorum, pp quos multi, vt abundent diuitijs, iucundentur in delitijs, effundantur in luxurijs, exaltentur in magnificentijs, pro ſe obliuioni tradunt; non tm̃ vitam æternalem, ſed etiam temporalẽ, vt verificetur, ꝙ Matth. 10. Dñs ait: Inimici hominis, domeſtici eius.

*Tertium periculũ.*

Tertium periculum eſt occupatio mundialis, quæ multipliciter diſtrahit, & lacerat, atq; conquaſſat C mentem, neq; ſinit eam ad ſalutem neceſſaria meditari. Nunc. n. rapit eam inſatiabilis ſpes lucrorum, nunc dolor, & mæror de amiſſione bonorum, nunc gaudiũ, quia obueniunt concupita, nunc timor amittendi optata, nunc decipit, nunc decipitur, nunc alienam ſubſtantiam rapit, nunc alieni rapiunt ſibi ſuam, nunc in mundialibus exaltatur, nunc deijcitur & humiliatur, nũc torquetur ſuſpitionibus, nunc cruciatur cõqueſtionibus, nunc moleſtatur in domo, nunc extra domum, nunc in ciuitate, nunc vero in rure, nunc ab amicis, nunc ab inimicis, nunc ex negotijs proprijs, nũc vero ex alie- D nis, nec vnquam finitur anima quieſcere ad ſalutem propriam exquirendam, ſed ſemper in mundialibus cogitur fluctuare. Propterea ad eam Thren. 2. Hier. ait: Magna eſt, veluti mare, contritio tua.

### *Tertia ratio eſt, quia in religione homo irroratur frequentius, & maxime propter tria. Cap. 3.*

TErtia autem ratio eſt, quia homo irroratur frequentius. Tota enim Religionis vita animam ordinat & diſponit ad gratiam acquirendam. Tria ſunt, quibus tota vita religioſa cõſiſtit, per quę mẽs E diſponitur, atq; præparatur ad gratiam acquirendam.

*Tria, in quibus religioſa vita conſtituta eſt.*

Primum videlicet eſt humilitas in intellectu, ſecundum eſt puritas in affectu, tertium eſt veritas in effectu. Primũ eſt humilitas in intellectu. Totum enim religionis exercitium ad hunc properat finem, vt homo per multiplices humiliationes ad cognitionem ſui ipſius peruenire cogatur. Quanto in homine maior erit cognitio ſui, tanto maior infunditur gratia Dei. Vnde Iac. 4. c. ait: Superbis Deus reſiſtit, humilib' autem dat gratiam.

*Exemplũ*

Sicut enim magnes attrahit ferrum, ſic humilitas gratiam ad ſe trahit. F Vnde Lu. 1. iubilando cantat Beata Virgo: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes.

*Religio puritatẽ mẽtis, & corporis elaborat.*

Secundum eſt puritas in affectu. Semper enim religio ad puritatem mentis & corporis elaborat, vt gratiam & gloriam mereatur adipiſci viſionis diuinæ, iuxta ſententiam Saluatoris, Matth. 5. Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deũ videbunt. ſ. nunc per gratiam, demumq́ue per gloriam. Tertium eſt veritas in effectu. Cum. n. mens in religione omni ſimulatione abiecta incedit per itinera veritatis, currit cõtinue obuiam pro munere omnium bonorum largitori, G de cõdigno quodammodo cogens ad gratias largiendum. Propterea Pſal. ait: Veritas de terra. i. de homine adhuc peregrinante in terra, orta eſt: & iuſtitia de cœlo proſpexit. ſ. per gratiæ infuſionem. Et iterũ dicit: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. *Pſal. 84.* Miſericordia quidem ex parte Dei, vt munera offerentis, & iuſtitia ex parte hominis dona ſuſcipientis.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *Continens tres vltimas rationes ad religionis terminum pertinentes. Prima ratio eſt, ꝙ homo in religione purgatur citius, & maxime propter tria. Cap. 1.*

H

PRima ratio eſt, quia homo purgatur citius. Nemo enim in præſenti ſeculo nequam immunis viuit a culpa, ſaltẽ veniali. Hinc 1. Ioan. 1. c. de ſe, & coapoſtolis ſuis ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: quãto magis cæteri, qui tali gratiarum copia

copia



A copia non ſunt dotati. Quilibet ergo de culpis ſuis indiget expurgari. Sed qui conſiderat ſacræ religionis ſtatum, non ſolum ad merita cumulanda, verumetiam ad crimina velocius expurganda dignoſcere poterit ordinatam, quia perfectionem pœnitentiæ in ſe comprehendit. Vnde nec eſt tã graue crimen, pro cuius ſatisfactione religionis aſſumptio homini non poſſit imponi, quia religionis ſtatus omnem aliam ſatisfactionem tranſcendit. Vnde 33. q. 2. c. admonere. Aſtulfo, qui propriam vxorem interfecit, de ingreſſu religionis, quaſi melius, & leuius conſilium datur, alioquin ei B duriſſima pœnitentia aſsignatur.

*In religione tria exercitia cõmendãtur.*

Tria ſiquidem ſunt exercitiorum genera in religione communiter frequentata. Quædam ſpiritualia, quædam corporalia, quædam temporalia.

*Exercitia ſpiritualia.*

Primo enim frequentantur in religione quædam exercitia ſpiritualia, vtputa officium diuinum, oratio priuata, aqua benedicta, videre & adorare ſæpius ſacramentum, Dominica oratio, Credo, Miſſarum frequentatio, meditatio Chriſti paſsi, tunſio pectoris cum contritione & deuotione, intrare Eccleſiam cõſecratam, celebrare Miſſas, communicare deuotè, confeſsio ſacramentalis, confeſsio generalis, & ſimilia.

*Exercitia corporalia.*

C Secundo frequentantur quædam exercitia corporalia, vtputa nõ ſe expoliare in lecto, ieiunia, itinera, vigiliæ, caſtitas, diſciplinæ, in nocte ſurgere ad matutinum, & cuncta ſimilia.

*Opera tẽporalia.*

Tertio frequentantur quædam opera temporalia, vel exercitia, vtputa lucrari induſtria ſua victum, eleemoſynas mendicare, exercere coquinam, gubernare canapam, laborare in horto, facere ſacriſtiam, & conſimilia exercitia monaſterij, vel conuentus. Hæc omnia in religione fiunt amplius quam in ſęculo faciliora, ſecuriora, & vtiliora. Primo quidem fiunt faciliora, & maxime ratione ſocietatis.

*Societas mitigat laborem.*

Equi enim leuiori D labore gradiuntur in via ſimul multi, quam ſoli. Sic in religione vnus exemplo alterius animatus in bono leuius operatur. Secundo fiunt ſecuriora, quam in ſęculari ſtatu, quia bona operata in ſocietate multorum, minus ab inani gloria moleſtantur.

*Exemplũ.*

Nam ſęcularis ſi bene fecerit, ſolus inter multos apparet virtuoſus & iuſtus; minusq́; extra religionis caſtra contra aduerſarios munitus eſt. In congregatione autem ſi vnus ieiunat, & cæteri ieiunant; ſi vigilat, ſiue orat, & cæteri hoc etiam operantur. Ex quo fit, vt non facile homo ſibi appareat ſingularis, minusq́; patentem ingreſſum habeat ipſa gloria vana. Tertio quoque fiunt vtiliora, E quia quaſi omnia opera ſupradicta cum merito obedientiæ exercentur; propterea, ſicut infra patebit, magis meritoria fiunt. Ex ſupradictis patenter apparet, ꝙ homo multiplici ratione in religione, quam in ſæculo citius expurgatur.

### *Secunda ratio eſt, quia homo in religione moritur confidentius, & maxime propter tria. Cap. 2.*

*In religione homo moritũ confidentius, & q̃uo.*

SEcunda ratio eſt, quia homo moritur confidentius. F Hanc animæ confidentiam tria præſtant. Primum multiplicatio bonorum, ſecundum paucitas malorum, tertium raritas impedimentorum.

*Bonorum multiplicatio præſtat confidentiã moriendi.*

Primo præſtat fiduciam moriendi multiplicatio bonorum. ſ. obſeruantia, non ſolũ præceptorum ſanctorum, verumetiam perfectorum conſiliorum, experientia virtutum, multiplicatio donorum, beatitudinum calor, ſacramentorum fauor: ſocietas non ſolum angelicorum virorum, verumetiam ipſorum Angelorum ſanctorum, qui obeunti fauorabiles aſtant, ſicut Propheta ait: Præuenerũt principes coniuncti pſal. in medio iuuencularum tympaniſtriarum. Ibi enim continue Chriſti paſsio inconſummato a- G more, ſpesq́ue de miſericordia eius ad memoriam reuocatur; ibi exhortatio ad phaſe, ideſt, Paſca glorioſum cum Angelis celebrandum.

*Paucitas malorũ.*

Secundo præſtat fiduciam moriendi paucitas malorum. Venit enim princeps huius mundi inſidians calcaneo, hoc eſt fini mulieris, ideſt, animæ ſponſę Chriſti, nec inuenit aliquam mortalem culpam in eius voluntate propter obedientiæ humilitatem; non in carne, propter puriſsimam caſtitatem; nõ in ſuperbia huius mundi, propter ſanctiſsimam paupertatem.

*Impedimentorũ raritas.*

Tertio præſtat fiduciam moriendi, raritas impedimentorum. Religioſus enim in tali extre H mo non reperit ſe immerſum, & intricatũ in hoc ſæculo nequam, nec eſt alligatus vxoris teneritudine, non filiorum amore, non compaſsione nubilium filiarum, neque affectione diuitiarum, non teſtamentorum violenta diſpoſitione, nec inſuper creditorum vexatione & conturbatione. ecce quomodo moritur confidentius. Vnde in perſona veri religioſi morientis Iob 29. c. ait: In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies meos. ſ. in gloria ſempiterna.

Tertia

A *Tertia ratio eſt, quia homo præmiatur copioſius, & maxime propter tria. Cap. 3.*

*In religione prҿmiatio triplex*

TErtia ratio eſt, quia homo præmiatur copioſius. Cuius præmiationis ratio triplex eſt. Prima ratione præceptorum, ſecunda ratione conſiliorum, tertia ratione votorum. Primo quidem ratione prҿceptorum. Nam in religione melius ſeruari poſſunt prҿcepta, quam in ſeculo, cæteris paribus; propter quod perfectiori præceptorum obſeruationi maius prҿmium prҿparatur. Secundo ratione conſiliorum, quæ maioris meriti ſunt, quã ſeruare prҿcepta. B Nam præcepta ſeparant nos ab illicitis, ſed conſilia a conceſſis. Per præceptum enim declinamus peccatum, ſed per conſiliũ occaſiones peccandi. Item per præcepta maximè negatiua, pҿnas fugimus; ſed prҿmiũ per conſilium cumulamus. Tertio ratione votorum. Amplius enim meretur quis, cú aliquid facit ex voto, quam ſi faceret ſine voto. Quod quidem triplici ratione oſtendi poteſt. Primo ratione donationis, ſecundo ratione multiplicationis, tertio ratione confirmationis.

*Primo.*

Primo quidem ratione donationis, ſecundũ enim Greg. ſuper Ezech. C hoc inter ſacrificium & holocauſtum diſtat; quia omne holocauſtum, ſacrificium eſt; & non omne ſacrificium holocauſtum. In ſacrificio enim pars pecudis, in holocauſto vero totum pecus offerri conſueuerat. Cum ergo aliquis ſuum aliquid Deo vouet, & aliquid non vouet, ſacrificium eſt. Cum vero omne, quod habet, omne quod viuit, omne quod ſapit, omnipotenti Deo vouerit, holocauſtum eſt. Quod quidem impletur per tria religionis vota. Per ſacrificij enim oblationem, ſecundum antiquæ legis mandatum, pro peccatis ſatisfacere oportebat, ſicut in Leuit. ſcriptum eſt. Vnde Pſal. cum D dixiſſet, Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini, ſtatim de ſatisfactione ſubinfert: Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. i. facite opera iuſta & recta poſt pœnitentiæ lamenta, vt exponit glo. Sicut ergo holocauſtũ, ſacrificium eſt perfectum: ita per hæc tria ſanctiſſima vota anima ſe perfectè ſacrificat Deo; cui & de exterioribus rebus, & de corpore proprio, & de proprio ſpiritu medulloſum holocauſtum offert. Sicq; aſtrictio hæc non ſolum de perfectione nõ minuit, ſed culmen perfectionis inducit; quia de noſtro facit diuinum, dum non ſolum actum, ſed etiam voluntatem dedicans Deo, totum illud quod E eſt, offert, & redigit ſub iure & dominio Dei. Hoc eſt enim illud ſacerdotale officium omnium perfectorum, in quo nõ eſt diſtinctio Iudæi & Græci, maſculi & fœminҿ, ſerui & liberi; quia omnibus volentibus perfectos eſſe, conuenit illud, quod 1. Pet. 2. anthonomaſicè ſcriptum eſt: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Propterea Auguſtinus tractans illud Pſal. Sicut iurauit Domino votum, vouit Deo Iacob, ait: Quid vouemus Domino, niſi vt ſimus templum Dei.

*Anthonomaſia qua vtit̃ Apoſtolus ad exprimendã dignitatem ſacerdotali.*

F Nihil enim poſſumus gratius Deo offerre, quam ꝙ dicamus illud Eſa. Poſſide nos. Hæc Auguſt. Si igitur perfectius poſsidet, qui poſsidet quo ad proprietatem, & quo ad vſum, quam qui quo ad vſum tm̃, perfectius Deo ſacrificat, qui Deo ſe offert, & quo ad vſum corporis, & quo ad arbitrium voluntatis. Sic etiam patenter oſtendit Anſel. in lib. de ſimilitudinib. ponens ſenſuale exemplum de duobus, quorum vnus tempore ſuo offert Domino arboris fructũ, ſed arboris retinet proprietatem: alter vero largitur vtrunque, & hoc donum ſecundi, & G oblationem tanquam liberalius offerentis dicit merito præferendam: ac per hoc iuxta huius ſimilitudinem opus vouentis acceptabilius eſt, quam non vouentis. Ex iam dictis patere poteſt, quod qui facit aliquid ſine uoto, dat ei ſolum quod facit propter eius amorem. Qui enim non ſolum facit, ſed etiam uouet: non tantum dat ei, ꝙ facit, ſed etiam potentiam, qua illud facit: facit. n. ſe non poſſe, quin faciat, quod prius non facere licitè poterat.

*Secundo.*

Secundo meretur religioſus amplius præmiari ratione multiplicationis, ſiue adiunctionis. Nam quodlibet bonũ finitũ eſt a numeratione alterius boni mai9 H. eſt. Nulli enim dubium eſſe debet, quin ipſa promiſsio boni, ſit aliquod bonum. Nonne qui huiuſmodi aliquid promittit, bonũ aliquod ei iam impendere ſe oſtendit. In huiuſmodi iudicium quibus aliquid promittit̃ gratias agunt. Votum nempe eſt quҿdam facta Deo promiſsio, ſicut patet per illud, quod Eccl. 5. ſcriptum eſt: Si quid uouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſsio.

*Tertio.*

Tertio ratione confirmationis. Ad laudem enim operis boni pertinet, ꝙ uoluntas firmetur in bono; ſicut utiq; ad grauitatem culpæ, ꝙ uoluntas ſit obſtinata in malo. Eſt autem manifeſtum,



A ſtum, ꝙ qui aliquid vouet, voluntatem ſuã firmat ad id, quod vouet; & ſic cum implet, quod vouerat opus bonum, ex firmata voluntate procedit. Sicut igitur ad grauamen culpæ pertinet, ꝙ ex propoſito firmato aliquis operetur malum (eſt enim hoc ex malitia peccare) ita ad cumulum meriti clarè pertinere apparet, ꝙ aliquis opus bonum operetur ex voto.

*Ex voto operans plus meret̃, quam qui abſq; voto.*

Ex his tribus rationib. clareſcere põt, ꝙ qui ex voto aliquid operatur, plus Deo donat, plura bona multiplicat, atque firmius in bono opere ſe confirmat, cҿteris parib9 plus meret̃, & ſic per cõſequẽs in cҿleſti gloria copioſius præmiatur. Hæc B autem dixiſſe velim de Religione, & religioſis ſeruantibus profeſſionem ſuã, non autẽ de diſſolutis & ſceleratis. Ex prædictis nouem rationibus Beati Bernardi lucidiſſimè patet, quanta differentia ſit inter vitam ſeculi nҿquam, & vitam religioſam Angelicam, & diuinam, quæ verè dici poteſt cҿleſtis vita, ac quҿlibet congregatio ſeruorum Dei profeſſionem ſuam ſeruantium, quodammodo parua paradiſus appellari poteſt in terra. Hanc autem ſanctam Religionẽ a longe Propheta contemplans, Pſal. 132. cõgratulanter ait: Ecce quam bonum, & quã ioc. ha. fra. in vnum. quod quidem põt eſſe the-

*Pſal. 132*

C ma in occurrenti ſermone, vel in præſenti ſermone, vbi perfectio religionis quo ad eius cҿleſtem vitam, ac quantum ad eius triplex votum, apertius demonſtratur. Primo quo ad obedientiam ibi, Ecce quã bonum. Secundo quo ad caſtitatem ibi, Et quam iocundum. Tertio quo ad paupertatem ibi, Habitare fratres in vnum. Quæ omnibus illa deſiderantibus plenè & perfectè ſeruare concedat initium, caput & rector, ac prҿmium omnium religionum ipſe Chriſtus Dñs noſter, qui cũ Patre, & Spirituſancto uiuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

*Triplex votũ exprimitur in verbis Propheta*

D

## DOMINICA SECVNDA In Quadrageſima.

*De mane, ordo dicendorum per hebdomadam ſequentem.*

## Sermo XVII.

SCiat vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & honore. 1. Theſſ. 4. c. Silua, ſeu viridarium Chriſtianҿ Religionis, quam hucuſq; ingreſſi ſumus, iam particularius contemplantes, ad ſecundam occurrentem ſeptimanam huius E ſanctæ Quadrageſimæ, feruentiori animo inflammemur. Iam enim incipiunt incaleſcere corda noſtra, iam emulatione feruentiori animi noſtri, vt uideo, ad meliora chariſmata reuiuiſcunt: Iam. n. hyems tranſijt, imber abijt & receſsit, flores deſideriorum ſanctorum apparuerunt in terra noſtra, tẽpus putationis aduenit. Propterea ad feruentius inflammãdum corda, alias octo Religioſitates addamus. Prima dicitur matrimonialis, ubi de honeſtate ſacramẽtalis matrimonij. i. q̇d liceat, & q̇d nõ liceat in actu matrimonij uelari, ſeu abſco. di debet. Secunda pudicitialis. F Tertia ponderabilis dicta eſt, & ibi 12. impedimenta pœnitentiæ aperientur. Quarta eſt clericalis, ubi Eccleſiaſtica dignitas declarabitur. Quinta dicitur conſuetudinalis, ubi oſtendemus peruerſitatem conſuetudinis malҿ, & remedia contra eam. Sexta nuncupatur iudicialis, vbi demonſtrabimus, quare proſpera dantur malis. Septima nominatur uerbalis, in qua detractionis malignitas deſcribet̃. Octaua pҿnitentialis eſt dicta, ubi Euangeliũ de cõuerſione filij ꝓdigi moraliter exponem9.

---

G

## DOMINICA SECVNDA In Quadrageſima.

*In mane, de coniugij honeſtate. Et primo ponitur inſinuatio quædam ad duos hodiernos ſermones.*

## Sermo XVII.

PRima aũt Religioſitas matrimonialis meretur dici. Et de hac vbi ſu. Apo. ait: *Sciat vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſsidere in ſanctificatione & honore.* Quia ergo hodie tractaturi ſumus de ſanctimonia H coniugali, cum matrimoniales actus quoquomodo in prædicatione cõtingere ſciẽs neſcio quandam impudentiam ſonat, ideo non parum neceſſarium puto inſinuatione prudenti opus eſſe, & ante ingreſſum ſermonis huic tractatui quædam neceſſaria prælibare. Hæc autem tria ſunt, uidelicet: Veritas, honeſtas, & fidelitas, hoc eſt dicere ueritatem, ſeruare honeſtatem, & habere fidelitatem. Prædicatori nempe opus eſt circa hanc materiam oportuno tempore ueritatem dicere, nec quominus neceſſarium ei puto in uerbis, & modo honeſtatem

*Matrimonialis ſanctimonia.*

A ſtatem ſeruare. Idem quoq; exiſtimo audi-
toribus in auſcultando patientem fidelita-
tem tenere. Dico igitur, ꝙ cum præceptum
de correctione fraterna, ſit prçceptum affir-
matiuum: obligatur veritatis annunciator
ſaltem pro loco, & tempore hanc materiam,
populo annunciare. Eſt nempe, ſecundum

*Doctoris mun⁹ quale.*

Aug. in 4. lib. de doc. Chriſtia. Doctoris offi
cium illuminare, delectari, & tandem flecte
re mentes auditorum, ſiue erudire, exhorta
ri, & arguere, quaſi quidam ſol, ſicuti Eccle-
ſiaſtici 42. c. ſcriptum eſt. Sol illuminãs per
omnia reſpexit. Tunc nanq; ſolaris doctri-
B na illuminantis per omnia reſpicit, cum ſce
lera, quæ in ſacro matrimonio fiunt, ab eo
prudentiſſimè nuntiantur: hoc etenim ex
officio ſibi incumbit. Vnde Bern. ait: Non li
cet tacere, cui ex officio incumbit peccãtes
arguere. Væ igitur prædicatori abſcondẽti
huiuſmodi veritatem, ꝙ intelligens Apoſt.
1. Corinth. 9. ait: Væ mihi, ſi non euange-

*Prædicator ad q̃d tenetur.*

lizauero. Obligatur nanq; quilibet prædica
tor, ſi abſq; rationabili cauſa hanc præterit
veritatem circa hoc de poplo Domino red-
dere rationem, tam de cõmiſſis præteritis,
quam etiam de præſentibus, & futuris, cum
ſua culpa, & inſano ſilentio animæ redem-
ptæ Chriſti ſanguine precioſo periclitentur.
C tur. Nec intelligunt quidam, quoniam; vt

*Pſal. 30.*

Pſal. teſtatur, Veritatem requiret Deus, &
retribuet abundanter facientibus ſuperbiã.
Sic vtiq; ſunt tales, de quibus Eſa. 56. c. ait:
Canes muti nõ valẽtes latrare: ſiue ex igna-
uia, ſiue ex iniqua vita, aut ex putrida fama,
ſiue ex aliqua alia irrationabili cauſa. Pri-

*Primo.*

mo nanq; tenentur Domino reddere ratio-
nem de huiuſmodi præteritis culpis, de qui
bus infçlices peccatores, & cçci minime
quandoq; confeſſi ſunt. Et, qđ horribilius
eſt, corpus Dominicum cum talibus ſceleri
bus ſuſceperunt, de quibus, ſi fuiſſent edo-
cti, multi confeſſi eſſent. Secundo habebũt

*Secundo.*

reddere rationem de huiuſmodi præſenti-
D bus culpis, in quibus in matrimonio conſti-
tuti abſq; pçnitentia, & quadã ſupina igno-
rantia ſe immergunt, ſicut ſus in volutabro
luti: a quibus illuminati, plurimum abſtine
rent, qui beſtialiter errantes putant quæcun
que impetuoſus libidinis furor impetit, li-

*Tertio.*

center agere poſſe. Tertio quoque reddituri ſunt rationem de quibuſcunq; criminib.
quæ ex eorum taciturnitate in poſterũ com
mittentur. pro quibus omnib. ext. de homi.
in c. ſicut dignum. §. 3. Non caret ſcrupulo
conceſſionis occultç, qui manifeſto facino-
ri deſinit obuiare. Ad idem 86. diſt. in c. fa-

E cientis. vbi ſcriptum eſt: Facientis procul-
dubio culpam habet, qui quod poteſt corri-
gere, negligit emendare. Et iterum: Negli-
gere cum poſſis perturbare peruerſos, nihil
aliud eſt quam fouere. Secundo obligan-
tur prædicatores in huiuſmodi ſermonibus
nullo modo prætermittere honeſtatem. De

*Sint prædicatorum caſta eloquia.*

bent enim hæc ab eis tractari prudenter, ca-
ſtè, & ſobriè. Primo nanq; debet hoc dici
prudenter, hoc eſt ne taliter prædicentur, ꝙ
multa enormia, quæ in matrimonio perpe-
trantur ignorata a multis, diſcantur a pluri-
mis, cauteq; verbis coopertis vtendum eſt;
F vt non videntes non videant, & inexperti
in talibus cçci fiant. Secundo debet dici etiã
caſtè: multa nanq; nequaquam poſſunt ca-
ſtè fieri, q̃ tñ poſſunt caſtè dici. Neq; tantum
prohibetur veritatis Doctor inhoneſta, quã
inhoneſtè loqui: minusq; malum eſſet talia
cum ſilentio præterire, quam cum populi
ſcandalo prædicare. Tertio debet hoc præ-
dicari ſobriè, & moderatè, & quantum ſuffi
cit, ne quid amplius, nec quid minus, ne vi-
delicet taciturnitate damnum, & nimietate
ſcandalum oriatur, ſicut Roma. 12. ſcriptum
eſt: Non plus ſapere quam oportet ſapere,
ſed ſapere ad ſobrietatem, non ad paucita-

*Populus ad quid tenetur.*

tem, ſiue ad nimietatem. Tertio inſuper
obligatur populus hoc fideliter audire, ne
G errent. Nam circa hoc peccantes non excu-
ſat ignorantia, non negligentia, non etiam
malitia. Primo nanque non excuſat in talib.
ignorantia: nam quilibet de neceſſitate ſa-
lutis tenetur ſcire quicquid ad ſuum ſtatum
de neceſſitate dignoſcitur pertinere: aliter
per ignorantiam errant, ſecundum Thom.
2. 2. q. 42. Qui errat p ignorantiã iuris corã
Deo minimè excuſatur: ſicut ſi errat iudex
per ignorantiam, quæ ad officium ſuũ ſpe-
ctat, promulgetq; per ignorantiam ſenten
tiam falſam, obligatur quidem homini illi,
qui inde eſt læſus ad intereſſe; & ſic de ſin-
H gulis, ext. de iniur. & dam. da. c. ſi culpa. Sic
in propoſito errans in facto matrimoniali
per ignorantiam, non excuſatur, cum quili-
bet in matrimonio conſtitutus teneatur ſe
informare, & diſcere, quæ ad matrimonij ſa
cri pertinent honeſtatem. i. quid in copula
carnali licet, & quid non licet; quidq; in ta-
libus non ſemper licet, quodcunque libet.
Sed quia iuuenculæ ſunt in huiuſmodi inex
pertç, debent honeſtè doceri a parentibus,
vel a confeſſoribus ſuis, vel a quibuſcunq;
fidelibus, & diſcretis. Ideo in mane, ante-
quam tradatur puella iuueni ad carnalis co-
pulæ conſummationem, debent iuuenis &
puella



A puella humiliter confiteri, & deuotè aſſu-
mere corpus Chriſti, & nuptialem benedi-
ctionem a ſacerdote ſuſcipere; propter cu-
ius reuerentiam conſilium ab Eccleſia da-
tur, ꝙ prima nocte ſequente poſt ſacram be
nedictionem a carnali copula vtiq; debeãt
abſtinere, ſicut patet 23. diſt. c. ſponſus. vbi
dicitur: Sponſus & ſponſa, cum benedicen
di ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel a
paranymphis offerantur, qui cum benedi-
ctionem acceperint, eadem nocte, propter
reuerentiam ipſius benedictionis in virgi-
nitate permaneant. Secundo in huiuſmodi
non excuſat negligentia, cum non curent
B diſcere, quod eorum ſtatui ſcire neceſſariũ
eſt, quia abutens matrimonio ignoranter,
peccat mortaliter. Quod autem talis igno-
rantia, ſiue negligentia non excuſet, ſatis
apertè patet extra de iniur. & dam. da. in c.
ſi culpa. vbi dicitur: Si culpa tua datum eſt
damnum, vel iniuria irrogata, ſeu alijs irro
gantibus opem forte tuliſti, aut hæc im-
peritia tua, ſeu negligentia euenerunt ſu-
per his ſatisfacere te oportet, nec igno-
rantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto
tuo iniuriam veriſimiliter poſſe continge-
re, vel iacturam. Tertio quoq; & multo mi
C nus excuſat eos malitia, quæ quidem mani-
feſtè apparet in illis, qui cũ prædicator pro-
nunciat aliquo die determinato hanc mate
riam tractari, non ſolum renuunt auiſati ve

*Malitia eorũ, qui nolunt cõcionib. intereſſe ne arguãtur.*

nire, verumetiam proprias vxores, vel alios
multipliciter impedire conantur, nec & ip-
ſi audiant tam neceſſarias veritates, quod
vtinam non fiat vt licenter & abſque rebel-
lione multa poſsint circa hæc ſcelera per-
petrare. Contra huiuſmodi Propheta ait:
Noluit intelligere, vt bene ageret. Mirantur
quidam inſani, & ignorãtes hoc prædicari,
ſed non mirantur hoc perpetrari. Qui am-
plius in huiuſmodi inquinantur, magis has
D tam neceſſarias veritates audire dedignan-
tur, & horrent ſalubria dicta, & non horri-
bilia facta; pudet ablui, & non pudet inqui-
nari: ſtulta malitia, & pernitioſa nequitia,
murmurare, & detrahere ſermonibus veri-
tatis, & fauere operibus prauitatis. Nonne
omnia hæc, quæ tractaturi ſumus, ponit &
tradit ſcriptura ſacra, & magni Doctores,
non tantum antiqui, verumetiam & moder
ni, ſicut hi, qui zelotes fuerunt ſalutis ani-
marum. Non equidem deſpicerent auarum
de ſtercore extrahẽtem pecuniam, & deſpi
ciunt prædicatorem de luxuriarum ſterco-
re erigentem animam. Non. n. inquinatur
ſol contingẽs queq; corrupta, nec mens ze-

E lotis prçdicatoris honeſtè tractantis aliqua
impudica. Poſſunt enim tales porcis aſsimi

*Exemplũ ſolis, qui non inquinatur, quãuis contingat turpia.*

lari, qui amplius delectantur in rebus cçno
ſis, quã in odoriferis roſis. Sic iſtis plus pla-
cet porcinus amor, & fçtor, quam prædica-
tionis decor & odor. Nihil nanque effrena
tæ luxuriç euidentius ſignum eſt, quam de
huiuſmodi ſermonibus indignari, vel dedi-
gnari: vlceroſus omne, quod tangit eum,
aſperum putat; ſcabioſus raſorem hor-
ret, fur lucem, puer præceptorem, freneti-
cus ligamentum, adultera ſponſum, & ob-
ſtinatus luxurioſus huiuſmodi documen-
tum. Vnde Eccleſiaſtici 21. ſcriptum eſt: Ver
F bum ſapiens quodcunq; audierit inſcius lau
dabit, & adijciet, audiuit luxurioſus, & di-
ſplicebit illi, & proijciet illud poſt dorſum
ſuum. Cum enim equo tangitur marcidum
dorſum, recalcitrat; & rugit porcus, cum ei
aufertur optatus cibus. Contra tales etiam
Bern. ait: Mirabilis inſania, iraſcimur ſanan-
ti, & non iraſcimur vulneranti. Et Gregor.
Ægra mens prædicationem non ſuſtinet, qa
tacto vulnere dolet. Contra quos Prou. 12.
Qui odit increpationes, inſipiens eſt. His
itaq; neceſſario iam præmiſsis ad præceptũ
Apoſtoli redeamus. Ait enim: Sciat vnuſ-
quiſq; veſtrum, vas ſuum poſsidere in ſan-
G ctificatione & honore. Viri vtique vas eſt
vxor illius, & econuerſo, teſte Petro Apo-
ſtolo, qui primæ canonicæ ſuæ c. 3. ait: Infir-

*Vas viri quale.*

miori vaſculo. i. vxori honorem impartien-
tes. Tunc autem quilibet eorum ſuum cor
poris vas rectè poſsidet, cum illud ſecundũ
iudicium rectç rationis frçnando regit. Sed
quia Apoſt. 1. Corint. 7. ait: Mulier ſui corpo
ris poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter
autem & vir ſui corporis poteſtatem nõ ha
bet, sed mulier. Quærantur ad clariorem
intelligentiam tria.

## ARTICVLVS PRIMVS. H

*Sub titulo quæſtionis de poteſtate, quam habent coniuges in pari ſuo quo ad debitum nuptiale.*

PRimo nanque quæritur, an huiuſ-
modi apoſtolica ſententia ita in-
telligatur, ꝙ vnuſquiſq; coniugũ
teneatur compari ſuo debitum
reddere, quotienſcunq;, & quomodocũq;,
& quandocunq; petierit illud, quod prima
facie ſic intelligendum eſſe uidetur. Ad qđ,
ſecundum Doc. dicendum eſt, ꝙ circa debi-
tum matrimoniale tres ueritates conſide-
randæ:

A randę ſunt. ſ. ꝙ in eius vſu, primo debet eſſe temperantia moderata, ſecundo obedientia ordinata, tertio prudentia diſcreta.

*Per tria frȩna rationabiliter refrȩnari debet debitum coniugale. Cap. I.*

*Circa matrimoniale debitũ tres veritates conſiderãdæ.*

PRima nanq; veritas eſt, ꝙ reddi, vel exerceri debet matrimoniale debitum cũ temperantia moderata. Tria ſiquidem frȩna teneri circa hoc debent in rationis manu. Primum itaq; frȩnum eſt, ꝙ non ſolum ius B ſit ibi proprietatis, vt non niſi cum propria & legitima vxore fiat; verumetiã ꝙ ſtet infra limites matrimonij veri, videlicet ꝙ cũ illa, vel cum alia, ſi non eſſet vxor, hoc nequaquam faceret. Nam ſecundum Auguſt. & Alex. de Ales: Si excedit limites matrimonij, videlicet, ꝙ etiã licet nõ eſſet vxor, hoc idem faceret, tũc matrimonialis actus ſemper mortale peccatum eſt. Vnde Hiero. & habetur 32. q. 4. c. origo. vbi ſic ait: Origo quædam honeſta erat amoris. ſ. cauſa vitandæ fornicationis, ſed magnitudo deformis: nihil autem intereſt, ex qua honeſta C cauſa quis inſaniat. Vnde & Sixtus in ſententijs: Adulter eſt, inquit, in ſuam amator ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu, nõ regnet in eo impetus voluptatis, nec præceps feratur ad coitum. Nihil eſt fȩdius, quã vxorem amare quaſi adulteram. Hæc Hier.

*Frȩnũ primũ in matrimoniali amore.*

*Frȩnũ ſecundum.*

Secundum frȩnum eſt, ꝙ non fiat tempore menſtruorum communiter cõtingentium: quia ſecundum Hier. & Iſid. lib. ethymol. eſt periculum menſtruoſorum cõceptuum, & vltra quandam horrendam, & quaſi inſatiabilem, ſeu incõtingendã, & merito abſcondendam immunditiam ſecum gerit; vnde D præſumitur affectus tunc conuenientiũ ad carnalem immunditiam nimis eſſe procliues. Vnde Leuit. 18. morale præceptum datur, ad quod etiam obligamur in noua lege, vbi dicitur: Ad mulierem, quæ patitur menſtrua, non accedas. vbi glo. neceſſario tunc vtrique continentia indicitur. Et Ezech. 18. Ad mulierem menſtruatam non acceſſeris, vbi glo. præcipit, vt non ſolum in alienis, ſed etiam in ſuis modum & tempora ſeruent. Vnde ſecundum Bonauen. in 4. diſtin. 32. Tempus menſtruorum, aut eſt ſecundum naturam communem, ſcilicet ſemel in menſe, aut præter naturam communem,

*Menſtruorũ tẽpus.*

E & ſic quilibet eorum poteſt petere, & exigere, ſi nimis duret, quia filij tunc non generantur; & ideo non eſt periculum. Si autem fit ſm naturam, aut ergo reddit violenter, aut ex ignorãtia, & tũc excuſat, aut reddit libẽter, & petit ſciẽter, & tũc peccat mortaliter, quia facit contra præceptum morale. Secundum autem Alex. de Ales, exigere ſcienter, eſt peccatum mortale; reddere autem petenti, cuius non timet probabiliter periculum, nõ eſt peccatum mortale. Quare autem reddere debitum tunc nõ fit mortale, ſicut exigere, ſm Bonauen. ratio eſt, qa exigere eſt in voluntate hominis, reddere F autem in neceſſitate viri, vel mulieris. Non enim præcepit Deus in veteri lege nõ reddere, ſed exigere. Exigere autem contra diuinum præceptum, manat a lege carnali. Reddere autem, vt prædictum eſt, manat ab obedientia matrimoniali. Tho. autem addit, ꝙ mulieri paſſionem ſuam non eſt ſemper tutum viro proprio indicare, & maxime ſi ſodomitico peccato eſt infectus, ne exinde ei vxor abominabilis fiat, ſicut talibus facilè fieri ſolet. Si autem vxori de viri prudentia & bonitate conſtat, tunc ei honeſtè reuelare poteſt. Hæc autem cum multa diſcretione in pulpito tractãda ſunt. Et prius mu G lieres hortandæ ſunt dulciter, ne erubeſcãt de his, quæ abſq; peccato miniſtrat natura, ſed de his, quæ non carent mortali culpa. Solent nanque mulieres multum erubeſcere talia audire, niſi multum cautè, & diſcretè tangãtur, & ſobriè. Tertium frȩnum eſt, ꝙ modus coeundi contra naturam nõ fiat.

*Frȩnũ tertium.*

Dupliciter autem fit contra naturam, ſecundum Tho. in 4. Primo modo, quando prætermittitur debitum vas; ſecundo, ſi prætermittitur debitus modus a natura ſtatutus quantum ad ſitum. In primo quidem ſemper mortale peccatum eſt, quia proles ſequi non poteſt, & ſic totaliter intentio naturæ H fruſtratur. In ſecundo autem non ſemper eſt mortale, vt dicunt quidam: poteſt tamen qñq; eſt ſignum mortalis cõcupiſcentię, & eſſet peccatum: tunc autem quãto amplius a diſpoſitione naturali recedit, tanto grauius eſt. Qñq; ẽt põt ſine peccato eſſẽ, vt cum alterum modum non patitur diſpoſitio corporalis. Eodemq; modo excuſari poteſt, ſm Guil. ſi pp ægritudinem, vel pp periculum ſuffocandi fœtum in vtero manentem, aut pp aliam rationabilem cauſam fiat. Quantum autem peccatum ſit cum propria vxore peccare contra naturam, oſtendit Auguſtinus 32. quæſtio. 7. cap. adulterij malum.

Adulterij



*Adulterij malum.*

A Adulterij malum vincit fornicationem: vincit autem ab inceſtu: pẽius eſt enim cũ matre, quàm cũ aliena vxore concumbere: ſed & omnium horum peſſimum eſt, quod cõtra naturam fit. Et ſequitur: vſus, qui eſt cõtra naturam, execrabiliter fit cum meretrice, ſed execrabilius eſt cum vxore. O quot indicibilibus, & execrabilibus, & quot incredibilibus modis viri abutũtur vxoribus ſuis: quis vnquàm exprimere honeſte poſſet? non vtique vidẽtur copulæ coniugales, ſed abuſiones porcinæ, & vltra quàm beſtiales. Et licet vxores quandoq; ſint male B contentæ: tamen quocunque modo conſentiunt, non effugiunt tam horrendum facinus, quod ſceleſtius ſit quàm peccare cum proprio patre. Potius deberẽt proprio patri cõmiſceri ſecundũ naturam, quàm cum marito cõtra naturam, ſicut ex Aug. verbis clarius patet. Penſet nunc mulier, quàm libenter aſſentiret in hoc proprio patri. Vir autem conſiderare debet, quantum ſcelus ſit cum matre miſceri: & grauius hoc monſtratur propria vxore abuti.

*Qua obedientia ſunt coniuges inuicem obligati, quo ad debitum coniugale. Cap. 2.*

C SEcunda veritas eſt, quòd reddere debitum coniugale debet eſſe cum obediẽtia ordinata. Duplex obediẽtia diſtingui poteſt: ſcilicet, regularis, & coniugalis. Regularis quidem per votum aſtricta eſt: & tamẽ nullus ſubditus obedire tenetur prælato ſuo in his, quæ ſunt contra articulos fidei, vel cõtra præcepta, vel prohibitiones Dei, vel contra generale ſtatutum, & cæt. huiuſmodi. Vnde 11. q. 3. c. nõ ſemper. Vbi dicitur: Non enim ſemper malũ eſt nõ obeD dire præcepto. Cum enim prælatus iubet, quæ Deo contraria ſunt, tunc ei obediendũ non eſt. vbi dicit glo. quòd inferior non ſolum obedire nõ debet, cum præceptum eſt iniuſtum: ſed etiam cum eſt inhoneſtũ. Secunda obedientia eſt coniugalis: quæ quidem carnalibus concupiſcentijs neceſſario eſt commixta: quapropter in credibile eſt, ꝙ talis obedientia ſtrictior, & limitatior ſit, q̃ obedientia regularis. Cum obedientia euãgelica, & regularis, iuxta mẽſuram propriæ profeſſionis propriæq; ſalutis limites certos habeat ſibi præfixos: indubitanter profanum eſt dicere, ꝙ obedientia coniugalis ſit ita arctans ſupra omnem limitem ſobrietatis propriæque ſalutis, quòd coniunx

*Obedientia duplex.*

*Quæſtio.*

*Solutio.*

*Obedientia coniugalis.*

E non ſolum ſemper, ſed ad ſemper obedire teneatur compari ſuo. Ac ſi quiſquàm aperte dicat, quòd ſi exigat hoc compar, ſemper in luto degere teneatur, ſemperque in illo agitari, vt porca. Abſit, quòd ſanctitas coniugalis, & ſacra coniugia populi Dei, & membrorum Chriſti ad talem rabiem, & ſorditiem ſint aſtricta. Quapropter tenendum eſt, quòd nullus coniugum obedire tenetur alteri in commercio coniugali ſub quocunque modo, qui nimis fortiter nimiſque aperte, & periculoſe diſponat, & inclinet animum obedientis ad præciF pitium mortalis peccati: & in notabilem, ac periculoſam diſſipationem virtualis honeſtatis, & pudicitiæ ſanctæ ſpiritualiſque vitæ, & charitatis in Domini præcepto habendæ. Impoſſibile enim eſt, quòd huiuſmodi obedientia diuino iure tranſcendat limites charitatis diuinæ, aut quòd obliget ad aliquid quod contrarium eſt ſaluti animæ ſuæ: aut pudicitiæ ſanctæ, & honeſtati, ſiue etiam ſpirituali, & Chriſtianæ vitæ, qua homo tenetur carnem ſpiritui ſubiugare. Vnde ſicut nemo ſanæ mentis diceret, quòd vxor debeat obedire compari ſuo ad concubendum in ſacro altari, vel in alio ſancto loco: ſic nec dicere debet, quòd ad G concubendum die noctuque, & quaſi infinities ſibi debeat obedire, quia eſſet hoc vtique maioris impudentiæ, quàm in cane.

*Qua prudentia ſe debent inuicem coniuges regere, quo ad matrimonij actum. Cap. 3.*

TErtia veritas ẽ, ꝙ circa matrimoniale debitũ debet eſſe prudẽtia diſcreta. In oĩbus namq; officijs, & actibus virtuoſis vna oĩb. nequaquã põt poni mẽſura, ſicut patet in eſu, & potu: quia qđ erit nimiũ vni, erit alteri parum: & cibus expediẽs vni, noxius fiet alteri. Sic vtiq; in commercio matrimoniali vna oĩb. nequaquàm poni põt menſura, ſed neceſſe eſt attendere diuerſas, & ſingulas circunſtantias perſonarũ, & maxime quo ad tria. Primo quo ad corporales eorum diſpoſitiones, ſcilicet iuuentutis, & ſenectutis: debilitatis, & fortitudinis: ſanitatis, & infirmitatis: & ſic de conſimilibus. Secundo quo ad mentales eorum conditiones: hic eſt modeſtus, alter diſcholus: iſte diſcretus, alter fatuus: alius temperatus, alius immoderatus: vnus rationalis, alter beſtialis: vnus caſtus, alius luxurioſus: & ſic de conſimilibus.

*Circa matrimoniale debitũ prudentia diſcreta.*

*Corporalis diſpoſitio attenditur in debito matrimoniali.*

A Tertio quo ad diuinos gratiarum influxus,
& ſpirituales viſitationes:quibuſdam enim
cōiugū, ſicut ego iam pluries reperi, a Deo
quandoq; immittitur tantus carnalium hor
ror:tantus deuotionū, & guſtuū appetitus,
ꝙ abſq; ſummo horrore, & magna difficul
tate nequeunt debitum reddere coniugale:
& tūc Deus certe in parte ad redditionem
huiuſmodi debiti per Spirituſſancti priuatā
legem, quæ communi legi præiudicat, vi-
detur aliqualiter impedire. Ad præfigēdum
tamen in ſingulari menſuram huius obe-
dientiæ, ne mens declinet per deuia latitu-
dinis carnis, vel conſciētiæ ſcrupuloſæ, tres
B virtutes ſpiritualiter conſulendæ ſunt, quæ
maxime pro mulieribus dici poſſunt tres
conſiliatrices, ſ. Diſcretio, Conſcientia, &

*Diſcretio Cōſciētia Charitas.*

Charitas. Hic cōſulenda eſt per mentis cō-
ſideratioñe virtus propriæ diſcretionis, &
prudentiæ, quæ diſcrete conſideret in ſe, &
in corpore ſuo corporales, & mentales di-
ſpoſitiones, & gratias ſpirituales. Conſciē-
tiæ quoq; propriȩ ordinatus inſtinctus exa
minandus eſt. Charitas etiam per quendam
charitatiuum ſenſum, tam propriæ ſalutis,
quàm corporis ſui penſanda eſt. Si autē hęc
ſufficere non videtur, poteſt præfigi diſcre-
te menſura hæc per conſilia peritorum, &
C ſpiritualium confeſſorum. Peritorum dixi,
quia multi ſunt non periti confeſſores, ſed
inſcij confuſores, ipſi cæci fient cæcorū du-
ces, Mat. 15. c. Cęcus ſi cęco ducatū præſtet,
ambo in foueam cadunt. Spiritualium vero
dixi: quia plurimi ſunt nimis fauorabiles ad
conſilia carnis pro eo, ꝙ de diuino ſpiritu,
& ſuauitatibus eius parum, vel nihil guſtāt.
Nemo enim dat, quod non habet. Et ſicuti
Apoſtolus. 1. Corinth. 2. ait: Animalis ho-
mo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei:
ſtultitia enim eſt illi, & nō poteſt intellige-
re, quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis
autem omnia dijudicat. Ideo autē ſpiritua-
D libus in Dei ſpiritu illuminatis talia cōſilia
quærenda ſunt. Qui enim talium ſpiritua-
lium donorum non habent experimētum,
paruipendunt, & negligunt impedimentū
ſpiritualium gratiarum, & deuotionum in
alligatis ad negocia carnis, & ꝓpterea plus
debito ſtant cum conſilijs huiuſmodi liga-
mēto, & parum pro vinculis diuini amoris.
Sed dici poteſt illi, qui talibus conſilijs cre-
dit: Amice, caro & ſanguis reuelauit tibi.
Contra quos Hierony. contra Iouinianum,
lib. vlti. circa finem, ſic ait: Semper pſeudo-
prophetæ dulcia prędicant, & ad modicum
temporis plāgēt. Amara vero eſt veritas: &
qui eam prædicant, replentur amaritudine. E
Egregia ſane vox, raro ieiunate, crebrius bi
bite: non enim poteſtis implere opera nu-
ptiarum, niſi mulſum, & carnes, & vinum
electum ſumpſeritis: viribus opus eſt ad li-
bidinem. Et pauloپoſt, his conſilijs bubulci
tui paſtoribus noſtris ditiores ſunt, & hirci
plurimas ſecum capras trahunt: equi inſa-
nientes in fœminas facti ſunt: & in pla-
cētias ſuas (proh nefas) ſcripturarum ſo-
lantur exemplis. Sed & ipſæ mulierculæ
miſeræ, & miſerabiles præceptoris ſui ver-
ba calcantes. Quid enim niſi ſemen re-
quirit Deus non ſolum pudicitiam, ſed
etiam verecundiam perdiderunt: maiori- F
q́ue procacitate defendūt libidinem, quàm
exerceant. Hucuſque Hieronymus.

## Articvlvs Secvndvs.

### *Sub titulo quæſtionis, quando coniuges poſſunt, vel debent licite coniugale debitum denegare.*

SEcundo quæritur propter eandē Apo-
ſtoli ſententiam, ſ. quòd mulier pote-
ſtatem ſui corporis non habet, &c. Si
peccat mulier, ſi ad beneplacitum viri ſui li-
cet inordinatum, non reddit ſibi debitum G
poſtulanti. Nam peccare videtur propter
multa. Primo, quia ſibi videtur dare cau-
ſam fornicationis, aut extraordinariæ pol-
lutionis, & ſic per conſequens dare ſibi vi-
detur occaſionē periclitandi. Secūdo, quia
dat illi occaſionem eam odiendi, & dome-
ſticæ diſcordiæ: ex qua ſæpius nō ſolum ip-
ſi, ſed totum regnum, & tranquilla pax fa-
miliæ perturbatur. Tertio, quia ipſa ma-
riti ſalutem procurare, & conſeruare tene-
tur, & non conſentiendo, videt eum ruere
in peiora, propter quod videtur quòd ei
debeat conſentire. Ad quæ omnia per tria
notabilia reſpondendum eſt.

*Mulier negans debitū viro, peccat, & quomodo*

H

### *Quòd nemo in matrimonio vbi mortaliter, vel venialiter peccet, compari ſuo reddere debitum teneatur. Cap. 1.*

PRimum notabile eſt, quòd quili-
bet amplius obligatur mortale
peccatum vitare in ſe, quàm in
quocunque altero. Et hoc in-
tantum, ꝙ ſecundum Auguſt. in lib. contra
mendaciū. Pro nullo mortali in altero eui-
tando debet homo ſcienter venialiter pec-
care. Et Anſel. in lib. Cur Deus homo. Po-
tius



A tius deberet homo totū mundum permit-
tere perire, quàm facere minimum nutum
contra voluntatem Dei. Vnde 22. q. 2. c. ſi
quis. ſic inquit Aug. Si quis ad te confuge-
ret, qui de mendacio tuo a te liberari poſ-
ſit, non es menſiturus. Os enim, quod
mentitur, occidit animam. Et ibidem c.
faciat, idem ait: Faciat homo etiam pro
temporali ſalute hominum, quod poteſt:
cum autem ad hoc ventum fuerit, vt tali
ſaluti niſi peccando conſulere non poſſit,
iam ſe exiſtimet non habere quid faciat.
Ad hoc idem 22. q. 2. ne quis arbitretur, &
extra, de vſuris. c. ſuper eo. Hoc idem ſen-
B tit Auguſt. ſuper Pſal. expo. illud verbum
Pſal. Perdes omnes, qui loquuntur menda-
cium. Et etiam Greg. exponens idem Pſal. *Pſal. 5.*
verbum in 18. Moralium, cap. 2. Ex quibus
omnibus patet, quòd mulier non tenetur
pro vitanda fornicatione in marito ꝓprio,
vel altero malo in corpore ſuo aliquid fa-
cere, quod ſit in euidens periculum ſalutis
propriæ, aut in euidentem offenſam alicu-
ius diuini præcepti: cum ſecundum Apo-
ſtolum, Rom. 3. Non ſunt facienda mala, vt *Caſus.*
eueniant bona. Nec miretur quiſquàm, ſi
viro negat, quod ſui iuris eſſe videtur. Nam
cum contra rationem debitum poſtulet, nō
C quærit ſibi de iure debitum, ſed iniurioſe
quærit recipere alienum: propterea iuſte,
& meritorie ſibi poterit denegari. Vnde
ſicut Domino infirmanti, vel furibunde
iraſcenti, & ab ancilla proprium vinum,
vel gladium poſtulanti: ab ancilla licite, &
ſalutifere denegatur: immo etiam de talis
Domini manibus aliquando licite amoue-
tur. Et licet illi Domino tunc diſpliceat,
tamen ad rectam rediens rationem conſo-
latur. Sic viro petenti comparis corpus,
tanquàm ſuum: poteſt & quandoq; debet
in ipſius petentis contra ſalutem, aliquādo
pie, & licite denegari. Et tunc maxime po-
D terit fieri, quando probabiliter ſperatur, ꝙ
nō ex hoc in fornicatione ruet, ſed potius
a cōcupiſcētiæ vitio magis, ac magis ex hoc
ſanabitur in futurū: ad diuinūq; amorē, ac
ſpiritualium ſocietatem cum compare ſuo
in Deo habendam plenius producere, quā-
uis pro tēpore ex ſuo vitio moleſtet. Præ-
cipue etiam tunc ſalutifere licet, quādo al-
ter coniugum ſcit hoc ita diſcrete, & ratio-
nabiliter denegare, ꝙ modus ipſe fugiendi
ſiue negandi in altero ſtimulos libidinis
comprimit, & caſtæ conſcientię ſtilū acuit:
augetque in ipſo reuerentiam in negan-
tem, & piam deuotionem.

### *Quòd per triplicem prouidentiam poteſt quilibet coniugum effugere debitum reddere compari ſuo. Cap. 2.* E

SEcundum notabile eſt, quòd ſicut de
ſanctiſſima Eliſabet, & quibuſdam alijs
fœminis ſanctis legimus, multis ſan-
ctis, & honeſtis modis poſſunt pudicæ, &
deuotæ mulieres ſuorum virorum carnales
aſpectus, concupiſcentias, & amplexus, &
quoſcunque concubitus prudenter ſubter-
fugere, tam pro ſalute propria, quàm etiā
pro ſalute, & vtilitate virorū ſuorū: Quod F
quidem varijs prudentibus modis fieri po-
teſt. Primo per exempla ſanctitatis, & de-
uotionis, & omnimodȩ honeſtatis, abijciē-
do a ſe omnē ambitioſam pompam veſti-
mentorum, & vanitatum. Nam in monſtrā-
do ſe velle honeſtatem cum compare ſuo
cuſtodire: vanitateſq;, & pompas coram
alijs oſtētare, nihil aliud eſt, quàm ſuam fi- *Primo.*
ctionem oſtendere, & de ſe ſuo viro zelo-
typia generare. Secundo per multiplices *Secundo.*
ſermones rationabiles, & pias ſuaſiones, ſi-
cut quando ex eorum corde procedit no-
uerunt facere in optatis mulieres pruden-
tes. Tertio per cautas, & prouidas diſſimu- *Tertio.*
lationes: ſicut vxorem ſurgere de mane bo G
na hora, de ſero tarde ire dormitum, & ſic
de conſimilibus, quas cauta, & circunſpe-
cta prudentia docet. Per hos etenim mo-
dos ſæpius factum eſt, ꝙ tales mulieres de-
uotæ, & ſapientes, tanquàm ſanctiſſimæ, &
caſtiſſimæ a viris proprijs ſunt dilectæ, &
maxima reuerentia veneratæ. Sæpius ete-
nim eſt probatum his modis carnalem vi-
rum per caſtam cōiugem ſanctificatum eſ-
ſe, & econuerſo.

*Quomodo mulier licite pōt fugere amplexus viri.*

### *Ex quibus indicijs patet, quòd homo reddere debitum non tenetur. Cap. 3.* H

TErtium quoq; notabile eſt, ꝙ quando
alter coniugum longa experiētia di-
dicit, ꝙ ex frequēti, & prompta red-
ditione debiti ſuus compar nullo modo ad
meliora diſponitur, nec a carnali impietate
retrahit, nec in poſterū per hoc retrahēdus
ꝓſumit, quin potius ſemp in ſe perſeueret
durus, in proximum impius, & oīno a Deo
ſeparatus, & alienus: nūquid caſtę coniugi
tātopere eſt curādū, vt ſemp ad votū ſatiſ-
faciat libidini indurati cordis, & obſtinati.
Et ꝑcipue vbi diuinorū chariſmatū vberem
prouentum ex hoc ſibi ſubtrahi apertiſſime
experitur. Puto enim, ꝙ oīs diuinitus inſti-

 gatus,

A gatus, & accẽſus ad altiora dona, ſi in cõſimili caſu talis cõiugis poneret̃, aliter iudicaret. Nã lucta carnalium, & pugna cum ſpiritu ſuo, & detrimentorum experientia comprobata ipſum, tunc experimentalius, & efficacius edocet. Non ex his aliquo modo intendo, quin præfatum debitum, inquantum debitum eſt, non debeat ſemper reddi.

### Articvlvs Tertivs.

*Sub titulo quæſtionis, quòd in duobus caſibus mortaliter peccat, non reddens debitum compari ſuo.*

*1. Cor. 7.*

TErtio eſt quærendum propter idem Apoſtolicum verbum: Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, & econuerſo: An obedientia matrimonialis actus ad comparem ſuum ita ſit arcta, quòd omnis nutus, ſeu ſimplex petitio huius debiti, ad obediendum tanquàm ex neceſſitate in periculum mortalis peccati aſtringat? Ad quod dicendum, quòd non. Ratio huius eſt: quia ſi ad hoc aſtringeret, obedientia hæc longe ſtrictior eſſet, quàm obedientia eccleſiaſtica, vel regularis, quæ ſolum aſtrin-
C git ad mortale peccatum, quando expreſſe manifeſtatur per vocem, vel literas, vel aliquod aliud euidẽs, & manifeſtum ſignum. Duplex tamẽ poteſt eſſe cauſa, ſiue ratio de neceſſitate ſalutis obligans ad mortale, ſi matrimoniale debitum non reddatur.

*Quòd cum diſcretione exactus ſi non reddit debitum, mortaliter peccat. Cap. 1.*

PRima eſt exactio ſiue vrgens petitio, quia in petente multum differt inuitatio ſimplex, vel petitio a vexatione
D præceptoria, vel cogente. Vnde niſi per ſigna quæcunque ſufficienter appareat, quòd præciſe, & cogenter petens intendit debitum ſibi reddi: non obligat comparem ad reddendum ex neceſſitate præcepti. Magna tamen eſt differentia inter vexationes, & præcepta, quæ obligant ad debitum reddendum vxores, & illa quę obligant viros: quia euidentiores vexationes expectare poſſunt coniuges, quàm mariti. Cuius triplex poteſt eſſe ratio. Primo, quia mulieres verecundiores ſunt ad expetendum, quàm viri. Secundo, quia talis petitio vilior, & ignominioſior eſt mulieri, quàm viro: vnde ſecundum naturalem inſtinctum, & curſum

*Signa qb. coniugale debitũ peti, vel reddi debet.*

E potius habent rationem patientis, & ſuſcipientis, quàm exigẽtis, & ſtimulãtis, & rationem ſubditi pluſquàm dominantis: & ideo petitionis improbitas maiorem impudentiam ſapit, & turpius ſtat in eis, quàm in viris. Tertia ratio eſt, quia mulieres magis ſunt ſub regimine viri, quàm ecõuerſo.

*Petitionis mutui debiti improbitas ex parte mulieris.*

*Quando homo non exactus tenetur reddere debitum compari ſuo. Cap. 2.*

SEcunda cauſa obligans ad reddendum debitum coniugale, eſt euitatio imminentis periculi fornicationis, vel alterius carnalis peccati in compare ſuo, quia vt euidenter apparet, debet alter alteri de-
F bitum reddere, etiam nõ requiſitus: & maxime in hoc aſtringit̃ vir vxori plus, quàm ecõuerſo, propter has tres rationes immediate pertractatas. Ex prædictis igitur patere poteſt, quanta diligẽtia præceptũ Apoſtolicum ſeruandum ſit: vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum ſuũ vas poſſidere in ſanctificatione, & honore, cum ſit matrimonium tantæ ſanctitatis, quod obſeruare per ſuam gratiã vobis concedat legitimus, ſanctiſſimus, & pudiciſſimus animarum ſponſus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, &
G Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

*1. Teſſ. 4*

## DOMINICA SECVNDA in Quadrageſima, infra diem.

*De pudicitia coniugali.*

## Sermo XVIII.

SCiat vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & honore. Iterum vbi ſupra. Tanta quippe eſt neceſſitas, ac cõſequenda vtilitas in
H hac materia explicãda, vt & dicendi diſcretio audaci dilectione indiſcreto, immo pn̄tioſo ſilẽtio, ſilẽtiũ ponat. Rara ſiqdẽ auis ẽ in terra, huiuſcemodi ſermo, & rariſſime p̄dicatus: nec piget honeſtatis ꝓuidos amatores, nec vtiq; ſupfluũ putãt multa, q̃ hoc mane relicta sũt pleniꝰ hodie explicari, cũ ad notitiã horũ nõ indocte Apoſtolus iterũ nos cõmoneat, & ad horũ ĩtelligẽtiã iterũ exhortet̃ di. Sciat vnuſqſq; veſtrũ ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & honore. In quib. verbis ſolerti aĩaduerſione pẽſandũ eſt, ꝙ omnis porcina coinquinatio in tam nobili ſacramẽto ex tribus cauſis euenire

*Matrimonij inquinatio ex trib. p̄cipue pẽdet*



A nire ſolet. Primo ex ignorantia, ſecundo ex fragilitate, tertio ex carnalitate, & carnali voluntate. Hinc contra omnia prædicta Apoſtolus tria præcepta ponit. Primum contra ignorantiam dicens: Sciat vnuſquiſque veſtrum: a quo ex varijs cauſis nullum eximit, quia omnes tangit, ſecundum tamẽ diuerſos gradus. Secundum contra fragilitatem dicens: Suum vas poſſidere. Tertium contra carnalitatem ibi, in ſanctificatione, & honore. Et in his præceptis ſecunda, id eſt, pudicitialis Religioſitas indicata eſt, quæ vtique obſeruatur, cum matrimoniale coniugium per ſanctificationem pu-
B dicitiæ honoratur. Propter hanc igitur Religioſitatem iterum quæri poteſt: An exercens opus coniugale ſolum propter voluptatem, aut ſaltem principalius propter ipſam, ſic tamen quòd nullo modo hoc ageret, niſi cum legitima ſua vxore, nec inſuper modo innaturali peccet: an mortaliter peccare poſſit? Ad quod dicendum, quòd in matrimoniali actu etiam cum conditionibus ſupradictis poteſt interuenire mortalis culpa. Et hoc maxime propter tria. Primo videlicet propter inordinatam affectionem, ſecundo propter nimiam frequentationem, tertio propter circun-
C ſtantem conditionem.

### Articvlvs Primvs.

*Quando inordinata affectio in actu matrimoniali, propter tria ſigna cognoſci poteſt.*

PRimo quidem in prædicto caſu poteſt eſſe culpa propter inordinatam affectionẽ. Cum enim Aug. regulariter diffiniat mortale peccatum, ſcilicet, quod eſt ſpreto incõmutabili bono, rebus cõmutabilibus ad-
D hęrere. Sequit̃, ꝙ quicqd ſupra Deũ, & plus q̃ Deus amat̃, nõ careat mortali culpa. Vnde idẽ Aug. in lib. de bono cõiugali, inquit: Si magis in ſua coniunctione diligũt, quod honeſtũ eſt, q̃ quod inhoneſtũ, i. quod eſt nuptiarũ, q̃ quod nõ eſt nuptiarũ, hoc auctore Apoſtolo, eis ſ̃m veniã cõcedit̃. Si vero ęquiparet̃, vel præferat̃ Deo, eſt mortale peccatũ. Hoc idẽ ꝑ Hiero. patet in p̄dicto c. origo. 32. q. 4. Hoc idẽ ẽt in exẽplo patere poteſt. Sicut enim quis poteſt ſeipſum, aut ſuas poſſeſſiones, vel pecunias diligere ſupra Deũ: ſic ẽt põt & vxorẽ propriã, & carnalẽ pulchritudinẽ eius, ipſiuſq; delitioſi-

*Simile.*

E tatẽ, & eius carnalẽ coitũ ſupra Deũ amare: q̃q̃ ſic diligens eã ab oĩ aliena muliere ſibi ꝓponeret firmiter p̄cauere. Propterea dato, ꝙ aliquis ſibi firmiter caueat ab oĩ illicita contrectatione alienæ rei, & de vino ꝓprio ſe ĩgurgitet, & inebriet: & de carnibus a ſe iuſtiſſime emptis ꝑ ingluuiam peccet, vel in aliqua re ꝓpria, ꝑ exceſſiuã auaritiã cõquieſcat, & pluſq̃ ĩ Deũ inardeſcat, ita ꝙ totũ cor eius ſit ibi: quis dubitat talẽ peccare mortaliter, & in æternũ aĩam ſuã dãnare? Vñ Apoſt. j. Theſſ. 4. ait: Nõ in paſſione deſiderij, ſ. cõmiſceri debetis. Loquit̃ enim ibi de cõmercio cõiugali. Et ſubdit: ſi-
F cut & gentes, quæ ignorant Deum. Et iterũ Auguſt. ait: De vxore non licet dicere, facio quod volo de meo, cum ipſa non ſit ſua, ſed capitis ſui Chriſti. Tria nempe ſunt ſigna inter coniuges inordinatæ affectionis. Primum ſignum eſt zelotypia, ſecundum meretricalis ornatus, tertium abſque rationabili cauſa dare filios alijs ad nutriendum.

*De zelotypia inter coniuges, quæ eſt ſignum inordinati affectus. Cap. 1.*

PRimum namq; ſignũ eſt zelotypia in altero cõiugũ, vel in vtroque. Cõtra zelotẽ virũ Eccleſiaſtici 9.
G c. ait: Nõ zeles mulierẽ ſinus tui. Narrat Egeſyppus, ꝙ Herodes Rex ex nimia dilectione propriam vxorem occidit: factus amens, nec credẽs eã eſſe mortuam, alloquebatur vt viuam. De zelote etiam muliere Eccleſiaſtici 26. ſcriptũ eſt: Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa. Si autẽ ambo ſunt zelotes, adiuuet eos Deus.

*De Zelotypia, quæ eſt animi ægritudo, agit D. Tho. 1. 2. q. 28. ar. 4. Gerſon in reg. moralibus.*

*Quòd meretricalis ornatus in muliere inordinati affectus eſt ſignum. Cap. 2.*

SEcundum ſignũ inordinati affectus eſt meretricalis ornatus, qui quandoq; ꝓ-
H uenit ex cõcupiſcentia mulieris: qa tũc ſe feliciorẽ putat, cum rabidius, inordinatius, & amentius coniunx diligit illã vltra oẽs limites honeſtatis. Ad cuius incentiuũ ſe fucat, colorat, ornat, vanitates meretricias reperit, & ſectatur. Et quod peius eſt, in cõfeſſione ſe palliat, dicẽs ſe hoc facere, vt ſolũ placeat viro ſuo, quaſi inter cõiugẽ, & vxorẽ nequeat eſſe inordinatus, & criminoſus affectus. Cũq; vt ſupflue diligant̃ a viris non ſufficiunt ornatus, & fucamenta, currunt ad magas, frequentant malias: multiplicant nefanda remedia, quę quandoque

*Ornatus indebitus & fucoſus in muliere ſignum eſt inordinati affectus.*

A ſi innoteſceret viris, proculdubio cum animæ periculoſo diſpendio etiam corporaliter interirent. Ad tales etiam dementias, & peccata potiſſimo patrocinio hn̄t matres, q̄ filias tanto feliciores putant, quãto diligũtur beſtialius a maritis: idolaq; eorum fiant ſpreto Deo. Quandoq; etiam ex viro prouenit in vxore ſuperfluus, & meretricalis ornatus imperioſeq; dicit: Volo te fucari, falſo decore ornari; & quod mirabilius riſuq; dignum eſt, quidam vxores ſuas proprias (proh nefas) pingunt, colorãt, & ornant, opereq; ſtudentes illas amittere, quas forte iam perdiderũt. Quandoq; talis inor- B dinatus ornatus prouenit ex vtrorumq; fatuitate. Vnde Hierony. cõtra Iouinianũ, li. j. circa fi. inquit: Refert Seneca ſe cognouiſſe quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum cum vxoris faſcia pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præſentia eius carere poterat: potionemq; nullã, niſi alterius tactam labijs vir, & vxor hauriebant: alia deinceps non minus inepta facientes, in quæ improuida vis ardentis affectus erumpebat.

*Quando dare filios nutricibus ad lactandum ſit licitum, an non. Cap. 3.*

C

*Nutricib. dare filios ad alẽdũ, vt peregrino lacte nutriãtur eſt malũ.*

TErtium quoq; ſignum inordinati affectus eſt, abſq; rationabili cauſa dare filios nutricibus ad alẽdum: quod vnde habuit in plurimis ortum, atq; ſequelam, clare demonſtrat Aug. in c. ad eius, in 5. di. d. Praua autem conſuetudo in coniugatorum moribus ſurrexit in filios, quos gignũt, mulieres nutrire contemnant, eoſque alijs mulieribus ad nutriendũ tradunt: quod videlicet ex ſola carnis incontinentia videtur inuentum, ꝙ dum ſe continere nolunt, deſpiciũt lactare, quos gignunt. Hæ itaque, quæ filios ſuos ex praua cõſuetudi- D ne alijs ad nutriendum tradunt, niſi purgationis tranſierit tempus, viris ſuis non debent admiſceri. Sed excuſant ſe quædam dicentes, hoc facere, viros ſuos hoc velle, vt non lactando facilius poſsint alios procreare. Contra quas Aug. in prædicto c. ad eius, inquit: Ad eius vero concubitũ vir ſuus accedere non debet, quouſque qui gignitur, ablactetur. Et licet contra hoc agẽdo non putent ſemper fore mortale peccatum: tamen in plurimis ſatis euidens eſt iudicium Dei, vt quæ ad lactandum filios tradunt paucioris minoriſque vitæ filios habeãt, quàm mulieres cæteræ proprios filios nutrientes. Et quod mirabilius eſt, ſi viuũt, E cum ſint filij nutriti a nutricibus vitioſis, licet habeant parentes multis donis, & virtutibus decoratos, degenerant quãdoq; in tantum, quòd alterius progeniei fore potius ſuſpicentur. Nam nutritis lacte ouium hædis, tenerior ſenſim capillus efficitur: Agnis vero ſi caprarum lactentur, vellera duriora fieri compertum eſt. In arboribus etiam humorum, & glebæ prope modum maiorẽ poteſtatem, quàm ſeminis eſſe cõſtat. Sic facile ab ebrioſis nutriti, ebrioſi ſaltem inclinatiue fiunt: a furioſis nutricibus lactati, inclinantur ad furiam: a luxurioſis educati, inclinantur ad luxuriam: & F ſic de conſimilibus multis.

*Mala in lactatione filiorum alienorum accidunt.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Immoderata frequentatio matrimonialis actus propter tria cõtingit eſſe mortale.*

SEcundus actus matrimonialis de prætactis conditionibus poteſt eſſe mortalis propter immoderatam frequentationem: Ex qua frequentatione triplex diſsipatio ſequi ſolet. Prima eſt corporalis, ſecunda vero ſpiritualis, tertia autem æternalis. G

*De duplici malo corporali, quod ex cõtinua frequentatione actus matrimonialis euenire ſolet. Cap. 1.*

*Ex effreni carnis voluptate & matrimonij exercitatione duo mala occurrunt. Primum malum.*

PRima eſt diſsipatio corporalis. Duo. n. pericula corporalia euenire ſolent ex hac frequentatione effrænata. Primum infæcunditatis, ſecundum infirmitatis. Primum eſt periculum infæcunditatis. Solet vtique ex nimia frequentatione ſæpe contingere infructuoſi conceptus impedimentum, vel filiorum vita non diuturna, ſicut Sapien. 3. ſcriptum eſt. Ab iniquo thoro exterminabitur ſemen. Effrænata etenim voluptas eſt, q̄ principali intentioni ſanctiſsimi matrimonij antefert: quæ vtiq; eſt procreatio filiorũ: quapropter iudicio Dei ſæpe fit, licet nõ propter hoc eueniat ſemper, vt plus filijs careãt, qui generationis opus plus frequẽtant. Secundũ periculũ eſt infirmitatis. ſ. in alterutro coniugũ, quod iuuenib. nouo coniugio copulatis ſæpe contingere ſolet, niſi a parentib. prudenter ꝓuideatur. Multi inſuper efficiũtur amentes, ſicut 2. Eſdræ 4. ſcriptũ eſt. Multi demẽtes facti ſũt propter

*Secũdum malum.*

vxores



A vxores ſuas. Dementia quidem cæteris infirmitatibus periculoſior eſt, eo quòd cum corporali ſalute, qui hoc morbo laborat, etiam ſenſum perdat.

*Quanta diſſipatio bonorum ſpiritualium ſubſequatur ex continua frequentatione matrimonialis actus. Cap. 2.*

SEcunda diſsipatio, quæ ſequi ſolet ex nimia frequentatione matrimonialis actus, eſt ſpiritualis. Diſsipatur enim ex hoc omnis ſpiritualis virtus, & maxime quo ad tria. Primo quo ad ſeipſum, ſecũdo quo ad proximũ, tertio quo ad Deum. De B quibus latius alibi in ſermone de malis, q̄ in hoĩe facit luxuria. Ad p̄ſens aũt ſufficiat dictũ Hiero. cõtra Iouinianũ, lib. 1. in ſi. ſic dicẽtis cõtra nimiũ amorẽ vxorum. Amor formæ, rõnis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdũ minimeq; cõueniẽs animo ſoſpiti vitiũ, turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frãgit, a magnis cogitationibus ad infimas detrahit, querulos, iracũdos, temerarios, ſ. dure imperioſos ſeruiliter blãdos oĩbus inutiles ipſi nouiſsime amori facit. Nam cum fruendi inſatiabili cupiditate flagrat, plura tẽpora ſuſpitionibus, lachrymis, C & cõqueſtionib. perdit, odiumq; ſui facit: & ipſe nouiſsime in odiũ eſt. Et ſequitur: Nõ iudicio ducitur, ſed furoris, & vxorum pulcriũ grauiſsimus cuſtos accubat. Ad idẽ quoque Bern. ait: Luxuria eſt ſitis ebria, delectatio momentanea, amaritudo æterna, lucem odit, tenebras appetit, velamen quærit, ſenſus hebetat, appetitus plenus anxietate, ſatietas plena pœnalitate.

*Quòd ex nimio vſu matrimonialis actus, quandoque pereunt in æternum filij. Cap. 3.*

D TErtia diſsipatio proueniẽs ex nimia frequentatione matrimonialis actus, eſt æternalis. Sæpe enim ex hoc effrænato, & impetuoſo actu (proh nefas) filij proprij, & corporaliter, & æternaliter puniuntur, dum occiduntur in ventre matris. Contra quos Ambroſ. ſuper epiſtolam ad Corinth. ait: Ipſa ratio cõceptus partus iuxta legẽ ceſſare vſum carnis his debere tẽporibus demonſtrat. Eccleſiaſtes inſuper c. 3. ait: Tẽpus eſt amplexandi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus. Iſidorus quoq; 32. q. 7. c. non ſolũ, ait: Sũt aũt quædã, quæ ſicut animalia abſq; vlla diſcretione indeſinẽter libidini ſeruiunt, quas ego nec mutis peco- E ribus comparauerim. Pecora enim cũ concipiunt, vltra non indulgent maribus copiã ſui. Si enim omni die, vel qualibet ſeptimana ſererentur arua, nequaquam ad maturitatis peruenirent fructum. Quãdo aũt talis cõcubitus ſit mortale, vel veniale peccatũ; diſtinguit Alex. de Ales, dicẽs: Quòd ſi præſumitur vehemẽter de periculo partus, peccat mortaliter: Si vero fiat vitandæ fornicationis cauſa, eo ꝙ in parte progreditur ſ̄m motũ libidinis, peccat venialiter. Non ſolũ autẽ talis immoderata frequentatio cauſa necis ſpiritualis, corporalis, & æternalis eſt filiorũ, verumetiã ipſorũ concubentiũ. Audiui noſtris tẽporibus in notabili ciuitate F Italiæ eueniſſe, ꝙ cum iuuenis nuper vxore ducta miſceretur cũ ea, inter eius amplexus extĩctus eſt. Nec mirũ: Legimus enim Tob. 6. Angelum dixiſſe Tobiæ timenti Saram accipere in vxorem, eo ꝙ ſeptem eius præcedentes viri a dæmone necati eſſent: Audi me, & oſtẽdam tibi, qui ſunt, quibus poteſt præualere dæmonium: hi namq; qui coniugia ita ſuſcipiunt, vt Deum a ſe, & a ſua mẽte excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellectus, habet ſuper eos dæmon poteſtatem. Tu ergo, cum acceperis eam, ingreſſus cubiculũ G per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationibus vacabis cum ea.

ARTICVLVS TERTIVS.

*De triplici circunſtantia, per quam quis peccat in actu debiti coniugalis.*

TErtio etiam cum prædictis conditionibus matrimonialis actus poteſt eẽ mortalis propter circunſtantem cõditionem. Triplex namque circunſtantia reddit mortalem prædictum actum. Primo circunſtantia modi, ſecundo circunſtantia H loci, tertio circunſtantia temporis.

*Ex quibus modis circunſtantibus culpabile redditur debitum coniugale. Cap. 1.*

*Debitum cõiugale, quib. circunſtãtijs reddiĩ culpabile.*

PRimo quidem redditur culpabilis matrimonialis actus ex circũſtantia modi, ſ. cũ ibi cõcurrunt quidam effrænati, & libidinoſi nimis, ac meretricales abuſus: qui quamuis nõ ſint directe cõtra naturam, non tamen erũt abſq; mortali culpa. De quibus ad p̄ns tres abuſionis explicemus modos. Primus eſt in



viſu,

A viſu, ſecũdus ĩ ore, tertius in tactu. *Abuſuũ tres ſpẽs. Prima ſpecies.* Primus quidẽ in viſu, ſ. cũ nimij nimisq; continuati libidinoſi abuſus immundorũ aſpectuum, quib. oĩa turpia, & verecũda, non dico imminẽte neceſſitate, vel caſu: ſed cũ oĩ porcina, & execrabili cõplacentia ſpeculãtur. Quædã ẽt pñt cũ honeſtate cõtingi, q̃ non pñt cũ honeſtate ſtudioſe videri. Quis dubitat effrenatũ, & inhoneſtũ affectũ vltraq; limites ſacramẽti Chriſtiani ſe velle videri, vel pati videri (pudet dicere) nudos. Hic quippe oculus, qui te ſcandalizat, a te vtiq; proijciẽdus eſt, dicẽte Dño Matt. 5. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce B abs te. Et Zach. 5. Vidit Zacharias amphorã, & dixit Angelus: Hic eſt oculus eorũ in vniuerſa terra. Numeri quoq; 15. præceptũ eſt talibus, ꝙ nõ ſequant̃ cogitationes ſuas, & oculos ꝑ res varias fornicantes, ſed magis memores ꝓceptorũ Dñi faciãt ea: ſintq; ſancti Dño Deo ſuo. *Secunda ſpecies.* Secundus abuſionis modus eſt in ore, cũ interueniũt ibi nõ ſolũ verba, & ſermones cõcubitus; & pudendorũ ſorde abominabiles exprimũtur: verumetiã abuſus oſculorũ libidinoſiſſime, & immoderatiſſime frequentatorum. *Tertia ſpecies.* Tertius abuſionis modus eſt in tactu, qñ. ſ. ibi cõcurrunt nimij, nimisq; libidinoſi, & continuaC ti abuſus cõtactuum: quibus non ſolum faciem, ſed etiam diuerſa corporis loca, & (quod turpius eſt, pudetque dicere) etiam pudenda impudentiſſime contractant: quæ quidem indubitanter ſunt euidentiſſima ſigna porcinæ impudentiæ, & potius ſcortorum, & meretricum, quàm in ſacro coniugio coniunctorum. Abſit quòd coniunx viro iuncta matrimonio ſancto teneatur ad huiuſmodi euidentis impudentiæ meretricia blandimenta. Sunt tamen quædam blandimentorum genera, quæ ſub debito moderamine poſſunt licite exhiberi, & præcipue vbi ad hoc potius inſtigat pietas, & ſaD cra coniugij charitas, q̃ libido carnalis: & vbi ab omnimoda recuſatione talium euidenter apparet coniugem in graues diſcordias, vel immunditias præcipitari. Puto etenim, ꝙ coniunx tunc contra charitatẽ cõiugi debitam faceret, niſi forſan ex frequẽtia multa, vel modo petẽdi, vel exigẽdi ad immoderantiam verterẽtur. Cum enim huius actus ad ius cõiugale nõ ſpectẽt, & de facili in plures immoderantias vergunt: plusquã qñq; talia inflammant ad malũ, q̃ ipſe cõiugalis concubitus ſine his oĩbus ſimpliciter cõſummatus. Omnis mens pudica, & caſta ſecure põt in talibus facere cõſcientiã ſtrictam. E Attamen per ea, q̃ dicta ſunt, nequaq̃ intendo quin vxor teneat̃ viro ad caſta, & decentia ſigna amicitiæ veræ. Nam quilibet ſocij, aut domeſtici, aut cõciues: immo etiã vniuerſi fideles ſecundũ proportiones ſtatuũ ſuorũ tenent̃ ad charitatis ſigna ſibijnuicẽ exhibẽda. Sed certe charitas nõ augeri, ſed plus infici ſolet his carnalibus blandimentis, in quibus facilime inſoleſcit.

### *Quo loco prohibitum ſit exercere coniugalem actum.* *Cap.* 2.

F *Matrimonialis actus redditur culpabilis & quõ.* SEcundo culpabilis redditur matrimonialis actus ex circunſtantia loci. Nam ſecundum Bonauenturã, & Alexan. de Ales, cum Tho. licet debitum reddendum ſit omni tempore, ſicut iam prædictum eſt, & infra dicetur: non tamen reddendum eſt in omni loco, quia locus pollui põt, & reconciliatione indiget: non autem ſic tempus. Nunquid etiam ex ſola prolis intentione carnalis concubitus in eccleſia, vel in altari completus nõ includit mortalem irreuerẽtiam in diuina: quis enim hoc audet dubitare? Si etiam alibi fieret in oculis plurium, nõne enormem impudicitiam demõſtraret, & neceſſarium velamen debiti puG doris excluderet? Multa nempe poſſunt honeſte fieri, quæ non poſſunt honeſte videri: propterea tenendũ eſt, ꝙ debitum reddendum eſt, ſalua ſemper quæ in talibus exigitur, honeſtate. Vnde grauiter reprehenſibiles ſunt multi parentes, qui filijs, & filiabus alijsque coniunctis non longe manentibus, ſed & occurrentibus, & intelligentibus reddunt, vel exigũt (quod deterius eſt) debitum coniugale. Ex quo ſæpius multi pueri, & puellæ, licet ſe fingant non intelligere factum, tamen irritantur ad enormia, & malum exemplum, & ſcandalum inde ſumunt.

### *Quo tempore illicitum ſit coniuges inſimul commiſceri.* *Cap.* 3. H

*Cõiugale debitum redditur culpabile triplici tẽpore. Primo.* TErtio redditur culpabilis matrimonialis actus ex circunſtantia temporis. Triplici namque tempore illicitũ eſt exigere debitũ coniugale. Primo videlicet tẽpore orationis, ſecundo tẽpore ſolennitatis, tertio tpe cõmunionis. Primo nãq; non licet exigere debitũ tẽpore orationis. Nã in die proceſſionis, & ieiuniorũ ab eccleſia ſtatutorũ cõuenire nõ debẽt. Vnde 1. Corin. 2. Apoſtolus ait: Nolite fraudare inuicẽ, niſi forte ex cõſenſu ad tp̃s, vt vacetis



A orationi. Nam etiam a licitis abſtinendum eſt, vt facilius impetrari poſſit, quod petitur, vt dicitur in c. Chriſtiano. 33. q. 4. Secũdum autem Alexan. de Hal. in 2. Qui nulla neceſſitate ductus, ſed cauſa ſatiandæ libidinis tempore debito orationi petit inſtanter copulam carnalem, non cauſa procreationis, mortaliter peccat. Et dicitur de tempore ſolenniter inſtituto ab Eccleſia. Aliter autem eſſet, ſi peteret cauſa vitãdæ fornicationis in ſe, vel in altera perſona. Reddens autẽ tali tempore, ſm eundem poteſt non peccare, ſi reddit quod alienum eſt, & cum anxietate animi propter illud, quod eſt ibi B de morbo concupiſcentiæ. Secundum autẽ Ray. exactus debet reddere, niſi cautè & ſine periculo poſſet differre, ſm Bonauen. in 4. di. 31. Eccleſia inſtituit diebus proceſſionum, ieiuniorum & ſolẽnium feſtorum abſtinere ab vſu carnali ad carnis repreſsionẽ & mentis eleuationẽ, vt ſm Augu. vbi ſup. facilius impetremus. Intendit autẽ eccleſia illis diebus vſum carnis diſſuadere, ſed non totaliter prohibere: & ideo illis diebus reddere cum diſplicentia, non eſt peccatũ mortale: exigere autem propter carnis infirmitatẽ, non eſt mortale, ſed graue veniale: exigere autẽ ex contemptu & cum irreuerenC tia temporis, peccatum mortale eſt: cõcor. Ray. cum eo. *Secundo.* Secundo non licet exigere debitum in tempore ſolẽnitatis & diebus feſtiuis. Vnde Aug. 33. q. 4. c. quotieſcũq;, ait: Dies natalis Dñi, aut reliquæ feſtiuitates, ſi aduenerint, non ſolum ab infideliũ concubinarum conſortio, ſed etiã a proprijs vxoribus abſtinete. Tamen de petentibus & reddentibus eodem modo tenendum eſt, ſicut de tẽpore orationis, ſm allegatos Doctores diſtinctũ eſt. Ad quę facit Ambr. 33. q. 4. c. ſi cauſa. vbi inquit: Si cauſa procreandorum filiorum ducitur vxor, non multum tẽporis videtur conceſſum ad ipſum vſum: D quia & dies feſti & dies proceſsionis & ipſa ratio conceptus & partus iuxta legẽ ceſſare vſum carnis his debere temporibus demonſtrat. quæ quidem lex Leuit. 12. & 18. c. inuenitur. *Tertio.* Tertio ceſſandum eſt a matrimoniali commercio tempore ſacræ cõmunionis. In lege enim veteri Exo. 19. quę ad tantam ſanctitatem & munditiã non aſtringebat, ſicut lex noua, iubetur a Dño talibus diebus per abſtinẽtiam ab vxoribus ſanctificari, vt dignè parati eſſent ad ſuſcipienda mandata Dei, & ad videnda mirabilia eius. Iterum autem. 1. Reg. c. 21. Antequam Abimelech ſacerdos ſanctum panem propoſiE tionis dare vellet ipſi Dauid, a Saulis facie fugiente ait: Non habeo panes laicos ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mũdi ſunt pueri, & maximè a mulieribus, mãducent. Cui Dauid reſpondit: Si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur: & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Ad hæc 33. q. 4. c. ſciatis, vbi dicitur: Sciatis fratres chariſsimi, quoniam quicunq; vxori debitum reddit, vacare non poteſt orationi, nec de carnibus agni comedere debet. Item ſi panis propoſitionis ab his, qui vxores ſuas tetigerant, comedi non poterat: quantomaF gis panis iſte, qui de cęlo deſcendit, non poteſt ab his, qui coniugalibus paulo ante hæſere amplexibus, violari, atq; contingi. Verba ſunt Hiero. de conſe. di. 2. c. omnis, vbi dicitur: Omnis homo ante ſacram communionẽ a propria vxore abſtinere debet tribus aut quatuor aut quinq; aut ſeptem diebus. Verba enim ſacri concilij ſunt. Et licèt glo. dicat hoc eſſe cõſilium, non pręceptũ: tamen alij ſecus dicunt. Vnde Guil. de Cremona, Epiſcopus Papiẽ. in 4. & in ti. de euchariſtiæ ſacramento, circa fi. arti. primi ait: Quod in craſtinum cõmunicaturus debet ab actu matrimonij continere propter tria. *Suſcepturus Sacramẽtũ Euchariſtiæ dẽt ſe abſtinere a matrimoniali debito.* Primo, quia mens multum diſtrahitur a deuotione debita, quæ requiritur in ſacra cõmunione. Secũdo, quia talis actus multum diſtrahit a debita reuerẽtia huius, ſacramẽti. Tertio, quia talis actus obnubilat aciem intellectus, quæ ibi limpidiſsima debet eſſe. Præterea talis abſtinet a tali actu in morte filij, & ſimiliter patris: ergo conueniens eſt, quòd etiam abſtineat in hoc caſu non ſolum a petendo debitum, ſed etiam a reddendo, ſecũdum eum. Greg. aũt 33. q. 4. c. vir, ait: Si quis vero ſua coniuge non cupiditate voluptatis captus, ſed ſolummodo creandorum filiorum gratia vtitur, proH fecto iſte ſiue de ingreſſu eccleſiæ, ſiue de ſumendo dominici corporis ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt iudicio relinquendus: quia per nos prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. Sed quis eſt hic, & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita ſua. Examinet enim quilibet conſcientiam ſuam, nec decipiat quiſquam ſeipſum, quia deceptus erit. Sed de exigentibus & reddentibus debitum tempore ſacræ communionis videtur dicendum, ſicut de orationis tempore, & diebus feſtiuis a Doctoribus diſtinctum eſt circa debitum coniugale.

Iam

A Iam igitur, Deo dante, iuxta Apoſtoli docu
mentum, per ea, quæ dicta ſunt, ſcire pote-
rit vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſſidere
in ſanctificatione & honore. Quod & vel-
le & perficere nobis concedat miſericors
Deus, qui in Trinitate perfecta glorioſus vi
uit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

---

## FERIA SECVNDA POST ij. Dominicam in Quadrag.

*De duodecim pœnitentiæ impedimentis.*

B

## Sermo XIX.

*Moriemini in peccatis veſtris, Ioã 8.*
In multis quidem erraſſe, diui
na gratia inſpirãte, iam nouit
charitas veſtra, & maximè cir
ca illa, quæ in die præcedenti
tractata ſunt, q̃ licet cõmuniter inter coniu
ges grauia videri debeant: grauiora ac per-
nicioſiora cenſeri habent, quando tali im-
pudica, atq; horrẽda extra ſtatum matrimo
nij facta reperiuntur: nec huiuſmodi atq;
alia ſcelera perpetraſſe noſſe ſufficit aſcul-
C tanti, niſi condigna pęnitentia ſubſequatur.
Solent nempe dæmones multiplici via im-
pedire peccantes, ne ad pęnitentiam cõuer
tantur. Quandoq; blanditijs, quandoq; ma
litijs, & quandoq; violentijs. Per blanditias
enim inuiſcant in mundialibus voluntatẽ:
per malitias obtenebrant intelligentiam in
peccatis: per violentias debilitant faculta-
tem, vt per hoc infelix peccator volẽdo no
lit, cognoſcendo ignoret, & conando ne-
queat ad ſalutarem viam redire. In huius au
tem myſterium Propheta in Pſal. 68. in per
ſona talis animæ infelicis ait: Infixus ſum
in limo. Et in hoc vitiorum tenacitas indi-
D catur. Et addit, profundi. & in hoc cęcitas
demonſtratur. Et ſubdit, & non eſt ſubſtan
tia, in quo debilitas nunciatur. Quod qui-
dem verbum pro præſenti materia poteſt
eſſe thema. De his denique tribus ſimul,
hoc eſt de inuiſcatis, excęcatis, & obſti-
natis, Hierem. 23. cap. ait, Polluti ſunt & in
domo mea inueni malum eorum, dicit Do
minus: ideo via illorum erit quaſi lubricũ:
ecce primum. in tenebras impellãtur: ecce
ſecundum. & corruet in ea: ecce tertium.
Ad hos ergo in propoſito verbo dirigitur
terribilis ſermo Chriſti, cum ait: Moriemi-
ni in peccatis veſtris: ſi impęnitentes ſup-
ple perſeueraueritis in ſceleribus veſtris.

*Dęmones arcent homines & multipliciter impediunt peccatores, ne ad pœnitẽtiam conuertãtur.*

E In quo vtique verbo exprimitur tertia reli-
gioſitas, quæ ponderabilis dicta eſt: quia
valde ponderanda ſunt verba hæc, cum ſint
prolata ab ore infallibilis veritatis. Cauſa
autẽ myſtica, quare tales moriuntur in pec-
catis ſuis, Gen. 14. poſita eſt, vbi dicitur, ꝙ
vallis ſilueſtris habebat puteos multos bi-
tuminis. Quid per vallem ſilueſtrem, niſi
præſens ſæculum nequã exprimitur: quod
quidem ad ſimilitudinẽ vallis ſilueſtris eſt
locus exilij, locus contagij, & locus pericu
li. Propterea. 1. Ioan. 2. ſcriptum eſt, Noli-
te diligere mundum, nec ea quæ in mundo
F ſunt. Hæc quidem mundana vallis multos
puteos habet bituminis: quia in ea ſunt
multi & bituminati caſus, in quos peccato-
res ruentes difficillime reſurgere habent.
De quibus duodecim ſubiungemus per or-
dinem, ſecundum ꝙ duodecim ſunt quæ
impediunt confeſſionem & veram pęnitẽ-
tiam facere de commiſſis. De quibus qua-
tuor pertinent ad tenacitatem, quatuor ad
cęcitatem, & quatuor ad debilitatem im-
penitentium peccatorum.

### ARTICVLVS PRIMVS.

G *De quatuor impedimentis pœnitentiæ, quæ impediunt voluntatem ne pœnitere velit.*

PRrimi quidem abiſſales putei bi
tuminis infernalis ad tenacita-
tem correſpondẽtes ſubdãtur.
Primus eſt amor peccandi, ſecũ
dus horror ſatisfaciendi, tertius nimia ve-
recundia, quartus conſuetudo mala.

*Primum impenitentis impedimentum, ne pœnitere velit, eſt amor peccandi. Cap. 1.*

H

PRimus eſt amor peccandi. Cum
enim in talibus caro ſpiritui do-
minetur: iamque ſenſus animæ
carnales effecti ſubdãtur ſub ſen
ſibus carnis operatione proprij amoris,
qui in huiuſmodi regnat. Ideo neceſſe eſt,
vt amor peccandi continuo creſcat, & in
mundanis oblectamentis inuiſcatus affe-
ctus quaſi in ſua beatitudine conquieſcat:
nec tamen huiuſmodi inſenſati aduertunt,
quòd ſicut Greg. ait: Temporale eſt, quod
delectat: æternum verò quod cruciat. Et
Eccleſiaſtici 3. ait: Qui amat periculum, in
illo

*Primus amor peccati.*



A illo peribit. Periculum namque eſt negle-
ctis cœleſtibus adhęrere terrenis, ęternis
temporalia, corpus ſpiritui, & proprium
amorem dilectioni æterni Domini ante-
ferre. Iuxta quod Prouerb. 1. Scriptum
eſt: Stulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, capiunt.
Recolunt enim miſerabiles peccatores de-
lectationum, quas in præterito experti
ſunt: quod quia ſine illis non poſſint du-
cere vitam ſuam, falſo & nequam iudicio
imaginantur. Amant magnificentias,
amant delitias, amant diuitias, retinent
aliena: & ſicut in his non finem habere
anxiè concupiſcunt, ita nequaquam ſe ha-
B bere credunt. O infeliciſſimi & ſtolidiſ-
ſimi peccatores, ſicut Pſalm. ait: Filij ho-
minum vſquequo graui corde: vt quid di-
citis vanitates, & quæritis mendacium.
De hoc enim genere erat diues ille, qui
oblito Deo totum affectum poſuerat in
peccatis. de quo Dominus Lu. 16. ait:
Homo quidam erat diues: ecce auaritia.
qui induebatur purpura & byſſo: ecce ſu-
perbia. & epulabatur quotidie ſplendidè:
ecce luxuria. Sed & ſubditur: Mortuus
eſt diues, & ſepultus eſt in inferno: hoc
eſt in ſathanæ cimiterio. Ecce primum ſa-
lutis impedimentum, videlicet peccandi
C amor: cum quo iſte vixit cum eodem obe-
diens æternaliter peremptus eſt. Hic eſt
bituminis puteus primus, de quo Apoca-
lip. 9. ſcriptum eſt. Vidi ſtellam, ideſt lu-
ciferum, de cœlo cecidiſſe in terram: hoc
eſt in terrenum ſenſum: & data eſt ei cla-
uis putei abiſſi: quia conceſſa eſt illi liber-
tas propriæ voluntatis ad ſeipſum magis,
quàm Deum diligendum: & aperuit: quia
prius palam fecit puteum abyſſi, ideſt amo-
rem peccandi: qui merito puteus dici po-
teſt: quia ſicut qui in puteum cadit per ſe-
ipſum inde reſilire non poteſt: ſic qui in
peccandi amorem ruit, cum ſit anima, ſpi-
D ritus vadens & non rediens, per ſemetip-
ſum nequaquam euadere valet. Abyſsi
quoque puteus digniſsimè nomina-
tur, quia ſine ipſa bonitate diui-
na amor peccandi manet,
teſtante Iob. 28. c. qui
ait: Dicit abyſſus:
non eſt in me,
ſcilicet
per gratificantem gra-
tiam bonitas
Dei.

*Cathena peccati.*

E *Secundum autem impedimentum voluntatis malè ſatisfaciendi eſt horror. Cap. 2.*

SEcundus autem puteus bituminis eſt
horror ſatisfaciendi & reſtituendi. Fa-
cile nanque eſt ruere in puteum offen-
ſionis: ſed in huiuſmodi putei bitumine
implicatus, videns ſatisfaciendi difficulta-
tem, ſtupet & horret, & in damnationis
ſtatu animam propriam derelinquit. Audit
nempe vel penſat, ꝙ ſi vult cõfiteri digneq;
pęnitere, neceſſe eſt illi aliena reſtituere: ſi-
cut vſuras, rapinas, ſymonias & furta &
F omnia mala lucra. Item oportet, ꝙ ſatisfa-
ciat illatis damnis, reſtituat ablatas famas,
indulgeat inimicis, partialitatibus renun-
ciet vniuerſis, maxime Gebellinę, & Guel-
fæ: ſine qua renunciatione facta corde, ore
& opere nullus vnquam abſolui debet, vel
poteſt, ſicut in tractatu contra partialita-
tes latius oſtenſum eſt. Iterum neceſſe eſt,
quòd renunciet omnibus ſectis, & omni-
bus officijs partialiter aſſumptis, vel datis.
Item videt ſibi neceſſe ſatisfacere emiſsis
votis, exequi teſtamenta, quibus ore, hoc
eſt promiſsione, ſiue inſtrumento obliga-
tus eſt. Item mercantias non plus propter
G dilatum tempus, & terminum vendere,
quàm ſine illo lucrumque iam acquiſitum
exinde ſatisfacere plene, cum ſit vſura in
conſcientiæ foro, ſicut patet extra, de vſu-
ris, in c. conſuluit. Iterum ſe videt obliga-
tum ſatisfacere vſuras, & rapinas, aliaque
iniquitatis lucra, quæ ſui prædeceſſores ſi-
bi dereliquerunt. Inſuper horrent ſatisfa-
cere publice, ſicut ſimiliter publice pecca-
uerunt, quia ſic tenentur. extra, de pę. & re.
cap. j. Horrent etiam, potiſsime mulieres,
amouere a ſe ſuperfluas vanitates, & ve-
ſtes, ſumptuoſa iocalia, adulterinos capil-
los, diabolica fucamẽta, ſpectacula, & cho-
reas, quę omnia peccatorũ occaſiones ſunt:
quas omnino, ſi homo verè pęnitere vult,
a ſe remouere tenetur. Nam, vt ſcribitur de
pę. di. 3. circa princ. Pęnitentia eſt peccato-
rum cauſas excidere: nec earum ſuggeſtio-
nibus aditum indulgere. Arcta nempe hoc
tempore peccatoribus apparet via, quæ du-
cit ad vitam: arcta quippe nimis maximè re-
ſtituere aliena: cum tamen, vt dicitur extra
de reg. iur. lib. 6. Non dimittitur peccatum,
niſi reſtituatur ablatum. Hic igitur ſatisfa-
ctionis horror & puteus bituminis eſt, de
quo Prouerb. 23. dicitur. Puteus anguſtus:
aliena. ſ. ſatisfacere. Propterea Hier. 8. c. ait:
Attendi.

*Cõtra vana ornamẽta mulierũ, vide Clemẽtẽ Alex. & Tertullianũ de falſo ornatu mulierum.*

A attendi & auſcultaui : nemo quod bonum eſt loquitur:nullus eſt, qui agat pœnitentiã ſuper peccato ſuo di.quid feci, omnes con uerſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus ad impetum ſuum vadens ad prælium.

*Tertium impedimentum pœnitentię impediens voluntatem, eſt verecundia indiſcreta. Cap. 3.*

TErtius puteus bituminis eſt nimia verecundia. In hoc ſubiũguntur multi hypocritæ & ſuperbi, de foris cupientes B apparere hominibus virtuoſi & ſani, cũ intus ſint vitioſiſsimi & infirmi. Hæc verecundia eſt inordinata : & ne verè pęniteant plurimum mulieribus obeſt, maxime circa opera carnis. Sed in his & conſimilibus facit diabolus peccatori, ſicut fur cani, in cuius os proijcit carnes ne latret. Hæc verecundia puteus ille eſt, de quo Samaritana, Ioan. 4. ad Dominum ait : Puteus altus eſt: id eſt, profundus. Profunda nanque nimia verecundia eſt, in quam qui cadit, non facillimè euadit : quia puteus bitumine plenus : hoc eſt ſtulto rubore animam a peccatis euadere non permittit. Sed veniet vtiq; dies illa : veniet inquam tempus, de quo C Dominus Sopho. 1. ait : In tẽpore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fęcibus ſuis. Contra quod Bernard. ait : O inſania nimia hominum: pudet ablui, & non pudet inquinari: pudet ſordes abſtergere, & non pudet contrahere: abſtergitur caliga, & contemnitur anima. Et Eccleſiaſtici 4. Non confundaris pro anima tua dicere verum: eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiam & gloriam.

*Exẽplũ.*

*Quartum pœnitentiæ impedimentum impediens voluntatem, eſt malitia malę conſuetudinis. Cap. 4.*

D

QVartus puteus bituminis eſt conſuetudo mala. Cum enim, Ioan. 8. Dñs dicit : Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: neceſſe eſt, vt qui per conſuetudinem malam diu ſub iugo iniquitatum ſubiectus fuit, ſine magna difficultate nequaquam reſurgere poſsit. In quorum perſona Hiere. Thren. 1. ait: Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, id eſt conſuetudinis malæ : conuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea : dedit me dominus, ſcilicet permiſsiue, in manu, E de qua non potero ſurgere. Hoc eſt iugum, de quo Eccleſiaſtici 40. ſcriptum eſt: Iugum graue ſuper filios Adam. Hic eſt lapis, qui Ioan. 11. Lazaro ſuppoſitus erat. vbi glo. Difficile ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis premit. Et hic quidem eſt labor, quo filij Iſrael duris operibus palearum, luti & lateris premebantur ſub Pharaonica ſeruitute, ſicut patet Exo. 1. Cuius rationem aſsignat Hug. de ſan. Vi. ſuper regulam Auguſt. di. Cogitatio praua parit delectationem, delectatio conſenſum, conſenſus operationem, operatio conſuetudinem, conſuetudo neceſsitatem, neceſsitas cogit. & ſic F fit q. irremediabilis morbus. q. inoſſata gutta, & incurabilis lepra. De quo Eccleſiaſt. 1. Peruerſi difficilè corriguntur. Et Hiere. 13. Si mutare poteſt Æthyops pellẽ ſuam, aut pardus varietates ſuas : & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Similis nanq; eſt mala conſuetudo puteo, qui in fundo eſt latus, & in ore arctus, propter quod difficilius homo inde egredi poteſt : propterea Gen. 16. ſcriptum eſt, Quod nomen putei illius eſt latitudo : quia lata eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam. Et Hiere. 48. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fęcibus ſuis. Ecce quatuor bituminis G putei mirabili cęcitate inuiſcantes hominis voluntatem ne ſalubriter velit & valeat pęnitere.

*De habitu inclinãte, vide q̃ habet D. Thom. in 3 ſent. diſtinct 23. Ochã quo lib. 3. Gabriẽl lib. 3. diſt. 23. q. 1.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De alijs quatuor pœnitentiæ impedimentis, quæ impediunt intellectum ne ſciat veraciter pœnitere.*

SEcundo alij quatuor bituminis putei pertinentes ad cęcitatem modo ſubiunguntur. Quorum primus eſt incredulitas, ſecundus ignorantia, tertius exemplum H delinquendi, quartus ſpes diu viuendi.

*Primum pœnitentiæ impedimentum impediens intellectum, eſt incredulitas. Cap. 1.*

PRimus bituminis puteus eſt incredulitas, ſiue defectus fidei. Plurimi nempe conſiderantes religioſorum & cleri ſceleratam vitam, ex hoc vacillantes, immo multotiens deficiẽtes in fide, non credũt a tecto ſupra,

non



A non æſtimantes q̃ illa, quæ de noſtra fide ſunt ſcripta, ſint vera, ſed ſcripta fuerint nõ Dei ſpiramine, ſed humana & deceptoria inuentione : non credentes diuinis ſcripturis, neq; Doctoribus ſanctis, ſicut de præſentis temporis infidelibus Chriſtianis propheta teſtatus eſt di. Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Hinc etenim conſequẽs eſt, q̃ clauium virtutem non credunt : eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, animam eſſe non putant: vitia non euitant, virtutes non reputant: non horrent inferos, cęleſtia minime concupiſcunt, ſed tranſitorijs cordialiter adhærentes hoc ſęculũ ſibi ſtatuunt B paradiſum. Omnia autem hoc ab vno infidelitatis fonte procedunt: Neſciunt nempe diſtinguere inter prælatorum & ſacerdotũ gradum & vitam. Licet enim vita multorũ clericorum ſit criminibus plena: auctoritas tamen in illis eſt ſancta & veneranda, ſicut in ſermone ſequenti patebit. Huiuſmodi enim infidelitas eſt confeſſionẽ impediens, & propter exempla mala clericorum auctoritatem cõtemnens, eſt illa plumbea maſſa, qua os amphoræ. i. terrenę conſcientiæ obſtructũ eſt: & mulier, quæ impietas dicitur, in amphora eſt cõcluſa: quia impietas malæ voluntatis per impęnitentiam in conſcien C tia clauſa eſt. De quibus patet Zach. 5. c. Talis incredulitas primus cęcitatis bituminoſus puteus eſt, de quo Pſalm. ait : Tu vero Deus deduces eos. ſ. incredulos in puteum interitus, hoc eſt infidelitatis ignorantia, vnde habeant æternaliter interire.

*Crimẽ ſacerdotis ñ ĩpedit auctoritatẽ.*

*Secundum impedimentum impediens intellectum, eſt ignorantia. Cap. 2.*

SEcundus puteus bituminis eſt ignorantia cęca. Ignorat enim infelix peccator ſuum miſerum & miſerabilem ſtatum. D Non enim intelligit, quem offendit. ſ. Deũ: quid commiſit, ſ. peccatum: cui ſeruiuit, ſcilicet diabolo: quantũ tempus perdidit, qđ recuperare non poterit in æternum. Ignorat ẽt quid perdidit, quia paradiſum: quantam pulchritudinẽ amiſit. ſ. animæ ſuæ: quid incurrit. ſ. acerbiſſimam inferni pęnã. Sicut Prouer. 7. ſcriptum eſt. Ignorat ſtultus, q̃ ad vincula trahatur: donec transfigat ſagitta cor eius. Inſuper de talibus Pſal. ait: Neſcierunt, neq; intellexerũt : in tenebris ambulant : mo. omnia fundamenta terrę. ſ. in puncto ſuæ damnoſæ mortis. Hic puteus bituminis ille eſt, de quo 2. Reg. 17. myſticè E dictum eſt, q̃ tulit mulier & expandit velamen ſuper os putei. Hæc mulier cęcitas eſt, quæ tunc velamen ſuper os putei ponit, cũ ignorãtiam ſui ſtatus in animam peccatoris inducit: Sed, vt teſtatur Apoſt. 1. Corin. 14. Si quis ignorat ignorabitur. Et Pſalm. de illis prædicit: Veniat, ideſt veniet illi laqueus, quem ignorat. Et Prouer. 21. Impingetur ad laqueos mortis, quos ignorat. Eſa. 7. Si non credideritis, non permanebitis.

*Ignorãtia peccatoris q̃ta.*

*Tertium impedimentum pœnitentiæ impediens, eſt exemplum delinquendi. Cap. 3.*

F

TErtius puteus eſt exemplum delinquendi. Conſiderat enim homo peccator, q̃ multi ſunt qui malè viuunt, ſicut & ipſe, & quandoq; peius : quorum quidam ſunt eo ſapientiores in ſcientia & natura nobiliores etiam in progenie & in fama celebriores. Infideliterque interrogat & miratur di. Nunquid tot & tanti damnari debent? Contra quos Eccleſiaſtici 32. ſcriptum eſt : Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem. Et eiuſdem cap. 7. Non pecces in multitudine ci- G uitatis: hoc eſt exemplo multitudinis prauæ. Rationem vero aſſignat Auguſtinus. 2. q. 1. c. multi. di. Nam non propterea minus ardebũt, quia cum multis ardebuut: immo etiam magis: quia quãto plura in igne ſunt ligna, tanto magis inualeſcit ignis. Quod naturali quodam inſtinctu intelligẽs diues ille epulo, Lu. 16. rogabat Abraham, vt mitteret Lazarum in mundum quinque fratribus ſuis, quos in mundo reliquerat, pœnitentiã prædicare. Et in hoc non eſt verum, quod dicitur : Solatium eſt miſeris ſocios habere pęnatos : quia quanto plures in inferno damnantur, tãto amplius accidẽtalis H pęna augmentatur eis. Hinc Prouer. 20. c. ſcriptum eſt : Pondus & pondus, menſura & menſura, id eſt conſiderare ſecum alios peccatores vtrumq; abominabile eſt apud Deum. Hoc quidam ſapiens conſiderans ait : Si omnes deberent ſaluari, dempto vno : timerem ne forem ille. Et ſi omnes deberent damnari, excepto vno : laborarem quòd eſſem ille. Hic eſt in myſtico ſenſu puteus ille, de quo 1. Machabeor. 7. ſcriptum eſt : Quoſdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit.

*Exemplũ malũ val de afficit.*

Quartum

A *Quartum impedimentum pœnitentiæ intellectum obfuſcans, eſt ſpes longioris vitæ. Cap. 4.*

Pſal. 54. QVartus puteus eſt ſpes diu viuendi.
Contra quos Pſalm. ait: Viri ſangui-
num & doloſi non dimi. di. ſuos. ſ.
quia tanta eſt ſalſa ſpes, ꝙ diu
viuere credunt, quia ſic cōcupiſcunt: quòd
licet centum & amplius viuerent annis, ad-
huc non dimidiarent dies ſuos, ſm Alex. de
Hal. quia. ſ. cupiunt nunquam mori: vnde ſi
viuerent etiam mille annis, nunquam dimi
diarent terminum concupitū. Addatur, ꝙ
B Iaco. 4. c. ait: Quæ eſt vita noſtra? vapor ad
modicum parens, & deinceps extermina-
bitur. Et Iob 14. ait: Homo natus de mulie
re, breui viuēs tempore, repl. mul. miſe. qui
quaſi flos egre. & conte. & fu. ve. vm. & nū.
in eo. ſta. perma. Et c. 20. Laus impiorum,
breuis eſt: & gaudium hypocritæ, adinſtar
puncti. Si aſcenderit vſq; ad cęlum ſuper-
bia eius, & caput eius nubes tetigerit: quaſi
ſterquilinium in fine perdetur. Et qui eum
viderant dicēt: Vbi eſt? velut ſomnium ad-
uolans nō inuenietur: tranſiet ſicut viſiò no
cturna. Et Pſalm. etiam ait: Vidi impium ſu
perexal. & ele. ſicut ce. libani: tran. & ecce
C non erat: & quæ. eum & non eſt inuentus
locus eius. Et iterum Mar. 13. Vigilate: ne-
ſcitis. n. quando Dn̄s veniet: ſero, an media
nocte, an galli cantu, an mane: ne cum ve-
nerit repēte, inueniat vos dormientes. Hic
eſt puteus, de quo Gen. 26. dr̄, ꝙ Iſaac appel
lauit aliū puteū inimicitia, quia hæc vana &
falſiſſima ſpes quotidie inimicitiā īter Deū
& animā augmētat. In hūc puteū ceciderat
& peremptus eſt diues ille, de quo Lu. 12.
ſcriptū eſt, qui aīæ ſuę dicebat: Anima mea,
habes multa bona repoſita in annos pluri-
mos: requieſce, comede, bibe, & epulare.
Dixit aūt illi Deus: Stulte, hac nocte animā
D tuā repetent a te: quæ autem paraſti, cuius
erunt? imò tu, qui paraſti, cuius eris? Hi ſunt
quatuor putei ad intellectus tenebroſitatē
correſpōdētes, in quibus defixa intelligētia
excęcat, vt neſciat ad pęnitētiæ viā reuerti.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De vltimis quatuor impedimentis pœnitentiæ, impedientibus facultatem peccantis, ne valeat pœnitere.*

TErtio quoq; ſunt alij quatuor putei
bituminis pertinentes ad facultatē,
videlicet ne quaſi valeat pęnitere ho-
minem peccatorem. Primus eſt pigritia, ſe- E
cundus timor recidiuandi, tertius præſum-
ptio, quartus deſperatio.

*Primum pœnitentiæ impedimentum, ne homo pœnitere poſſit, negligens pigritia nuncupatur. Cap. 1.*

PRimus autē puteus eſt pigritia, ſ.
qua homo differt de die in diē
pęnitere & confiteri. Nil enim
homini ſeipſo vilius eſt, pluſ-
que ſeipſum negligit, quàm aliquid ſuorū.
Contra quod Prouer. 19. Qui negligit vias
ſuas mortificabitur. Sunt nāq; pleriq;, qui F
peccatorum ſarcina vel arena grauati & cri
minibus pleni expectant Quadrageſimam.
Ecce iam venit putationis tempus: iam trā-
ſijt hebdomada prima: venit ſecunda, iam
tertia & quarta recedit: iamq; abeūte quin-
ta & ſexta ad ſeptimam iam veniamus. Ec-
ce igitur iam nunc tempus acceptabile, &
nihilominus ad confeſſionem non venit, vt
verificetur quod de talibus Eſa. 28. ſcriptum
eſt: Manda remanda. ſ. tu Deus inſpiratio-
nes ſanctas expecta: reexpecta. ſ. de anno
in annum, de die in diem, ꝙ reuertatur ad
pęnitentiam: modicum ibi, modicum ibi: G
hoc eſt modicum reuertuntur ad pœniten-
tiam extra Quadrageſimā, & modicum in
Quadrageſima, vt vadant & cadant retror-
ſum. i. ſemper deteriorētur & cōterantur. ſ.
in naturalibus bonis, & illaqueentur crimi-
nibus multis, & capiantur in ęternis ſuppli
cijs. Sunt nempe quidam ſimiles accipitri
pingui, vel ſatis ſilueſtri, qui non vult veni-
re niſi carnes rubeę oſtendātur. Sic tales ne
gligentes & pigri ad confitendū non vadūt,
niſi die veneris ſancta, quibus vtrum valeat
pęnitentia illa, de quo valde timendum eſt:
tum quia impręmeditati accedunt, tum quia
multitudini tūc ad confeſſionē currēti pau- H
citas non ſufficit confeſſorū: tūm quia rari
ſunt confeſſores intelligentes & zelum ani
marum habentes. Propterea ſequitur, ꝙ in
tribus verbis peccator erit impeditus, nolo
dicere abſolutus & expeditus ab eis: & ſic
deterioris conditionis domum reuertetur
peccator, ꝗ̃ prius eſſet, cum ſe credat fuiſſe
confeſſum, & non eſt: imò fortè per morta-
le peccatum ſuū confeſſorē ſecum ad infe-
ros traxit, ſi in tali officio negligens vel in-
ſufficiens fuit. Ecce quantum periculum ſe-
cum portat negligentia iſta. Hic eſt ille pu-
teus, de quo Lu. 14. Dominus ait: Cuius ve
ſtrum aſinus vel bos in puteum cadit, & nō
continuo,

*Negligentia peccatoris.*

*Quibus īpedimentis ligetur peccator.*



A continuo, i. ſine dilatione, extrahet illum.
Hinc de hoc pigro dictum eſt, Eccleſiaſtici
22. De ſtercore bouum lapidabitur piger.

*Secundum impedimentum pœnitentiæ impediens facultatem, eſt recidiuandi. timor. Cap. 2.*

SEcundus puteus eſt timor recidiuandi.
Dicit enim intra ſe inſenſatus pecca-
tor: Quid mihi proderit confiteri: quo
modo potero in bonis incęptis perſeuera-
re, cum arcta ſit via, quę ducit ad vitam, vt
dicitur Mat. 7. quomodo me potero a luxu-
B ria in poſterum continere: ſimiliter ab iniu
ſtis lucris, a mendacijs, a blaſphemijs, a per-
iurijs, ab iniurijs & vanitatibus: a laudib.
choreis & guloſitatibus: quomodo pote-
ro ieiunia eccleſiæ obſeruare & feſta: quo-
modo effugiam partialitates & officia data
& conſimilia: quomodo potero effugere
verſutias diaboli, cui ſunt mille nocendi ar
tes & modi, vt dicitur. 16. q. 2. c. viſis. Quo-
modo etiam euadam laqueos mundi, qui
allicit, decipit & trahit, & nos fragiles ad
relapſum conducit. Nec aduertit peccator,
ꝙ ex aſſumpta pęnitentia hoſtis debilior fa
ctus eſt, confuſuſq; diſcedit: vnde & ſi ite-
rum reuertatur, minimè timēdus eſt. Nam,
C vt Hiero. ait: Parum timēdus eſt hoſtis, qui
non poteſt vincere niſi volentem. Inſuper
ex depoſitione peccati & ex ſecurę conſciē
tiæ libertate homo robuſtior eſt contra inſi-
dias eius, tanquam fortis armatus & a car-
cere liberatus: quia pęnitētia armatura Dei
eſt, de qua Epheſ. 6. Apoſtolus ait: Induite
vos armatura Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus
inſidias diaboli, &c. Inſuper adiutores ha-
bet omnem cętum iuſtorum: quia in miſti-
co corpore Chriſti per gratiam manens par
ticeps ſit omnium aliorum mēbrorū: pro-
pheta teſtante, qui ait: Particeps ego ſum
D omnium timentium te, & cuſto. man. tua.
Propterea nonne etiam Dn̄s illuminatio-
ne & protectione, & ſaluatione propin-
quior eſt? Pſalm. etenim ait: Dn̄s illumina-
tio mea: & ſalus mea, quem timebo. Dn̄s
protector vitæ meæ: a quo trepidabo. Et
Iob 17. Pone me iuxta te: & cuius vis ma-
nus pug. contra me. Et Rom. 8. Si Deus pro
nobis, quis contra nos? Hic eſt puteus iura
menti, de quo Gen. 46. ſcriptum eſt. Venit
ad puteum iuramenti. Nam qui in hunc pu
teum ruit, quaſi trepidando iurat per pęni-
tentiam nunquam reuerti: ex quo conſe-
quēs eſt, quòd Dominus iurat quòd ſi pec-
catorem non pœniteat, nunquam miſeri- E
cordiam conſequetur. Iurauit Dominus, &
non pœnitebit eum.

*Quomodo quis euadere poteſt laqueos mundi & Diaboli.*

*Tertium impedimentum pęnitentiæ debilitans facultatem, eſt præſumptio de miſericordia Dei. Cap. 3.*

TErtius puteus bituminis eſt pręſum-
ptio. ſ. de miſericordia Dei: videlicet
ꝙ malè viuendo Deus miſereatur &
indulgeat peccatori: quod eſt Dominum iu
dicare iniuſtum, & per conſequens quodā-
modo blaſphemare eum, ſicut in taliū per-
ſona Pſalm. ait: Non videbit Dominus, nec
intelliget Deus Iacob. Contra quos Eccle-
ſiaſtici 5. Ne dicas, miſeratio Domini ma-
gna eſt. Nam, vt Greg. ait: Miſericordiā Dei
debemus erubeſcere, ſi iuſtitiam eius nolu-
mus formidare. Inſuper Hiero. ait: Magna
eſt miſericordia Dei: imò maior quàm cre-
dis, ſed non minor iuſtitia. Cōtra hanc pręſ-
ſumptionem exclamando Eccleſiaſtici 37.
ait: O præſumptio nequiſſima: vnde crea-
ta es, ſcilicet a Deo: q.d. non: ſed es opus
dæmonis, qui ſemper in vita malè agētibus
hanc præſumptionem inſpirat, ne pœniten G
tiam agant. Quibus comminatur Dominus
Lu. 13. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes
ſimul peribitis. Et Eccleſiaſtici 2. Si pęniten
tiam non egerimus, incidemus in manus
Dei, & non in manus hominum. Hic eſt pu
teus, de quo dicitur Gen. 26. Quòd nomen
putei ab eo, quod acciderat, vocauerunt ca-
lumniam, quia magnam calumniam impo-
nunt Deo de iniuſtitia taliter præſumentes.

*Pręſumptio valde efficit, ne qs aſſequat̄ peccatorum veniam.*

*Quartum & vltimum impedimentum pœnitentiæ impediens facultatem, deſperatio eſt, de miſericordia Dei. Cap. 4.*

QVartus & vltimus bituminis puteus
eſt deſperatio, ſcilicet de miſericor-
dia Dei, etiam pœnitere nolendo,
quod eſt reputare Deum impium & crude-
lem, ſicut fecit Cayn, qui Gen. 4. c. ait: Ma-
ior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam me-
rear. Et Iudas, qui dum Dominum prodidiſ-
ſet, abijt & laqueo ſe ſuſpendit, Matth. 27.
Sunt etiam quidam, qui deſperantes de ſua
propria ſalute, criminibus ſe immergunt,
ſicut Apoſt. ait, Eph. 4. Deſperantes ſemet-
ipſos impudicitiæ tradiderunt. Cōtra quos
Pſalm. ait: Miſericordia Dei ab æterno &
vſque

*Deſperatio ē vnū peccatum vel membrū peccati in Spiritum ſanctum, qđ dr̄ irremiſſibile, nō qđ ſit aliquod peccatū irremiſſibile ī hoc ſtatu, ſed qa cū difficultate remittit̄: ſicut febris dr̄ incurabilis, qa eſt difficilis curationis.*

A vſque in æternum ſuper ti. eum. Idem quoque glorioſa Virgo Maria ait: Et miſericordia eius a proge. in proge. ti. eum. Et Ezech. 18. Cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam: ipſe animam ſuam iuſtificabit. Et Leo Papa 26. q. 6. c. his. ait: Miſericordiæ Dei nec menſuram poſſumus ponere, nec tempora diffinire. Hic eſt puteus, de quo liberari orabat Pſalm. di. Non abſorbeat me profundum, neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Quod exponens Auguſt. ait: Puteus eſt profunditas humanæ iniquitatis, in qua ſi cecideris, nõ claudet ſuper te puteus B os ſuum, ſi tu non claudis tuum. Satage igitur peccator humiliter pęnitere, atq; ad cor redire, ne ſis de illis, quibus Dominus ſuperius ait: Moriemini in peccatis veſtris. Confitere confidenter, & cum propheta humiles funde preces di. De profundis clamaui ad te Domine, do. exau. vo. m. &c. Et ſic tu, qui eras in profundo limi defixus, corde cõtrito, ore confitendo & opere ſatisfaciẽdo mereberis miſericordiam Dei impetrare, quam nobis cõcedat Dominus Ieſus Chriſtus, qui viuit & reg. in ſęc. ſæc. Amen.

---

C FERIA TERTIA POST ij. Dominicam in Quadrag.

*Quanta veneratione honorari debent eccleſiaſtici gradus.*

## Sermo XX.

S*Vper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum vero opera eorum, nolite facere. Matth. 23.* Vbi enim grauius periculum im-D minet, ibi maiori ſolertia ſuccurrẽdum eſt: tantoq; negotia grauius ponderanda ſunt, quãto inde maius periculum cernitur poſſe imminere: potiſſimè cum malum induit pallium bonitatis, aut ignorantia ſerpit per itinera falſitatis. Huiuſmodi autẽ ſunt quidam, qui prædicantes vel intacta vel indiſcuſſa relinquunt, vel peccantes populi audire renuunt: aut magnę impietatis hęc mala eſſe non credunt: immo ꝙ perículoſius eſt in his, de quibus hodie agimus, ſunt aliqua, in quibus grauiter offendendo quidã Deo arbitrãtur ſe obſequium præſtare: Nec aduertũt, ꝙ Dominus per Eſa. c. 5. minatur di. Væ vobis, qui dicitis malum bonum, & E bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Eiuſmodi eſſe noſcuntur, qui nec ſancta reputant, nec ſacris deferunt, nec in multis deferendum eſſe intelligunt. Hinc ſequitur, ꝙ hæc inter maxima & periculoſiſſima impedimenta pœnitentiæ diffuſiusq; tractanda, quàm in præcedenti ſermone fecerimus, connumeranda ſunt. Propterea in verbo propoſito Dñs ait: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c. Ad literam enim: quia in cathedra ſedent Pontifices & Doctores, quando docent & prædicant popu-F lo mandata Dei: ideo per cathedram regendi & præcipiendi, atq; docendi auctoritas deſignatur, quaſi dicere velit Dñs: In hac cathedra auctoritatis eccleſiaſticæ, dũ Deo permittente & eccleſia clerici perſeuerant, omnia quæcunq; dixerint vobis. ſ. ad cathedram. i. ad eorum officium ſpectantia, ſeruate. i. in corde per memoriam & voluntatem bonam: & facite. i. ſatagite opere adimplere: ſecundum verò opera eorum. ſ. ſi mala ſunt, nolite facere. q. d. Auctoritati Dei, quæ in eis reſidet, parere curate: opera vero quæ vtiq; ſunt illorum, non Dei, cum mala ſunt, omnino imitari cauete, ſm ꝙ G glo. interli. ait: Doctrinam tenete, non vitam. Et de hac differentia dignitatis, ſeu poteſtatis perſonarum tenentium illam, Magiſter ſen. in 2. di. vl. c. pe. diſcutit diligẽter. Chryſoſtomus quoq; ait: Frequẽter de homine malo doctrina bona procedit. Ecce terra vilis precioſum aurum producit. Nũquid propter terram vilem precioſum aurum contemnitur? nõ: ſed ſicut aurum eligitur & terra relinquitur: ſic & nos debemus doctrinã accipere & mores relinquere. Nam apibus herbæ neceſſariæ non ſunt, ſed flores herbarũ: flores colligunt & her-H bas relinquunt. Sic & vos, flores doctrinæ colligite & cõuerſationẽ relinquite, vbi ſit inutilis herba. In quibus verbis quarta, hoc eſt clericalis Religioſitas & auctoritas indicatur, qua fit vt ex præſenti pręcepto Domini quilibet dignitati eccleſiaſticæ parere debeat, quæ non peccat, cleriq; crimen fugiat, quando peccat. Ad pleniorem atque vtiliorem intelligentiam dicendorum circa venerationem ſacrorum & eccleſiaſticæ poteſtatis & dignitatis, tria ad præſens conſideremus. Primo ſacrum locum, ſecundo ſacrum gradum, tertio ſacrum præceptum.

*Cathedra Eccleſiaſtica habenda eſt in maxima veneratione.*

ARTI-



A ARTICVLVS PRIMVS.

*Quanta veneratione ſunt digna Eccleſiaſtica templa.*

PRimo autem conſideremus circa venerationem ſacrorum ipſummet ſacrum locum & templum. Quod quidem reuerentia dignum eſſe probatur ſeptuplici ratione, ſeu reſpectu. Primo propter præſentiã Dei, ſecundo propter præſentiam Dñici Sacramenti, tertio propter aſſiſtentiam Angelorum, quarto propter diuerſa beneficia ibidem nobis donata, quinto propter maiorum exempla & ſigna; ſexto, quia ſunt ibi res ſacræ; ſeptimo, quia ibi diuina officia celebrantur.

*Septẽ rõnibus probãt quanta veneratione digna ſit Eccleſia, in qua diuina celebrantur.*

B

*Quod Eccleſia reuerentia digna eſt, quia ibi eſt præſentia Dei. Cap. 1.*

PRimo quidem templum Dei reuerentia dignum eſt pp pręſentiam Dei. Relucet quidẽ in templo ſancto præſentia Dñi Sabaoth, ſicut Pſal. teſtatur, di. Dñs in templo ſancto ſuo. Et iterum idẽ ait: Deus in loco ſancto ſuo. C Hinc omnes fideles hortatur alibi, di. Adorate Dominum in atrio ſancto eius. Quod in perſona fidelium id facere ſpopondit, di. Introibimus in tabernaculum eius: ado. in loco vbi ſte. pedes eius.

*Quanta ſit templis Dei reuerentia exhibenda, quando ibi eſt præſentia Dominici Sacramenti. Cap. 2.*

SEcundo eſt templis Dei reuerentia exhibenda propter pręſentiam Dominici Sacramenti. Quod quidem in hoc ſeculo D eſt ſuper oĩa venerandũ. O chariſſimi, quanta reuerentia, ac modeſtia circunſpecta ingredimur, & moramur in aulis dñorum, ac præſentia magnatorum, ne quicquam irriſione dignum agamus, ſeu loquamur: quanto magis in pręſentia eius, qui eſt Rex Regũ, & Dñs dominantium. Hinc Hier. ad Pammachium, & Oceanum, in 2. epiſt. inquit: Timeo, ne quando per riſum introimus eccleſiam, ſic de nobis rideat Deus: ſicut ſcriptũ eſt: Qui habitat in cę. irri. eos: & Dñs ſubſan. eos. Quanta igitur indignatione turbãt Dñs contra illos, qui aſpectibus impudicis, & procationibus effręnatis ſacra Dei templa, & ædes tanquã publica proſtibula meretricum prophanant. Qua inſuper iuſtitia E contra matres, & conſanguineas iraſcetur ſeueritas Dei, quæ tãquã meretriculas exornatas proſtituunt filias, & puellas corã oculis procatorũ in templis ſacris: imo in conſpectu Dñici Sacri, & dũ diuina miſteria celebrantur. Qua deniq; ſnĩa punientur, quicunq; ibidem turpia, atq; ſacrilega operantur. O inſanum humanũ genus, contra vos, 1. Cor. 3. Apoſt. acerrima proclamat condẽnatione, di. Si quis templũ Dei violauerit, diſperdet illũ Deus. Hinc ẽt ad literam forte qñq; huiuſmodi mulieres diſperduntur in partu. Contra huiuſcemodi Apoc. c. vlt. ſcriptum eſt. Foris canes & venefici. Hinc minatur & indignatur per Eſa. c. 1. Dñs, di. Co-F gnouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe Dñi ſui: Iſrael aũt. i. populus Chriſtianus, me nõ cognouit, & populus meus nõ intellexit. Væ ergo genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filijs ſceleratis. Diſcant igitur hoĩes inſenſati ab irrationabilib. creaturis, quanta veneratione ſit dignum Dñicũ Sacr̃m, ac cũ quanta reuerẽtia, ac tremore cõuerſari debẽt in Eccleſijs, vbi continuè hr̃ hoſtia conſecrata. Notent exẽplum de ruſtico quodã cupido & auaro, q cũ cuperet diuitijs abundare, maleficiũ con-G ſuluit, fiducialiter quærẽs, q̃ via ditari poſſet. Cui maleficus conſiliũ dedit, ꝙ cũ in Paſcate ſuſciperet corpus Chriſti, illud ſecretè ex ore extractũ ſeruaret in manu, atq; ĩ apũ alueolo locaret, & ſic cunctæ vicinorũ apes ad mellificandũ ad eius alueolũ cõuenirẽt. Quo facto, audi mirabile dictu, apes ruſtici antedicti cũ apibus vicinorũ Eccleſiunculam cum altari de ipſa cera ſanctiſſimo Sacramento mirando artificio conſtruxerunt. Extrahens itaque mella de alueolis, conſummato iam tempore, venit ruſticus mel quærens in eis, & vaſa reperit vacua. Mi-H ranſque deuenit ad alueolum, in quo poſuerat Dominicum corpus. Audit apes mirabilibus melodijs circunquaque in aere reſonantes. Cumque appropinquaret ad locum, vbi erat Dominicum Sacramentum, ſubito quodam impetu vindicandi omnes illæ apes irruerunt in eum, aculeis ſuis illum cunctis viribus ſuis affligentes. Sentiens itaque in huiuſmodi Dei virtutem, ſubito ſecedit a loco. Curranſque ad proprium ſacerdotem aperit ſcelus ſuum, & miraculum Dei patefacit. Congregatur populus iudicio ſacerdotis: currunt vndiq; gentes, & debitis ſolennijs concurrunt ad locũ, vbi erat locatum Dñicũ Sacramẽtum.

*Hac rõne Eccleſia dr̃ baſilica, quaſi domus Regis, q ibi tractãtur ea, quæ digna ſunt regno cœleſti.*

*Exemplũ familiare de ruſtico.*

A Quibus appropinquantibus de alueolis eleuantur apes mirabilibus melodijs, & concinentibus choris in aere iubilabant. Sacerdote itaq; reuerenter proſpiciente in alueolũ antedictum cernit in eo eccleſiunculam ceream cum altari miro artificio ab apibus fabrefactam, & ſuper altare reſidere Dñicũ Sacramentum. Stupet ſacerdos, cunctique aſtantes admirati replentur deuotione. Extrahentes deniq; prædictam eccleſiam cum Dñico Sacr̃o, & debita deuotione ad eccleſiam trãsferentes, pro ſummis reliquijs ſeruauerunt. Ex his manifeſtè apparet, qua reuerentia & timoroſa deuotione aſſiſtere ha- B bent oẽs in eccleſijs, in quibus adeſt Dñicũ Sacr̃m. Propterea ſtatutũ eſt de conſec. diſt. 2. c. preſbyter. ꝙ ſemper ꝓ infirmis habeat Euchariſtiã in Eccleſia præparatam, quam in loco honorabi locare debet cum lampade accenſa ſemper aſtante. De penitentia utem male cuſtodientis Euchariſtiã ſacrã, habetur in c. ſubſequenti, ibidem.

*Admirandũ, & dignũ obſeruatione portentũ.*

*Quod veneranda ſunt Dei templa, quia ibi aſtant multitudines Angelorum. Cap. 3.*

TErtio venerãda ſunt templa Dei ꝑꝑ aſſiſtentiã Angelorũ. Hinc Apoſt. 1. C Cor. 11. ait: Debet mulier velamẽ habere ſuper caput ſuum ꝑꝑ Angelos. Quod tripliciter exponit Magiſt. ſent. ſuper hunc paſſum, in glo. ſuper epiſt. Pauli. Primo ꝑꝑ Angelos. ſ. qa ad cuſtodiã cuiuslibet vn⁹ bonus Angelus deputatus eſt. Hinc Hiero. ait: Magna eſt dignitas animarũ, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui Angelũ deputatum. Secũdo etiam propter Angelos, qui aſſiſtunt in Eccleſia Dñico Sacramento. Vnde Greg. Quis fidelium dubiũ habere poſſit in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem celos aperiri, & in illo Chriſti myſterio Angelorum choros adeſ- D ſe, imis ſumma ſociari, & vnum quidem ex inuiſibilibus, & viſibilibus fieri. Hæc in 4. ſen. diſ. 11. Tertio vero propter Angelos. i. propter eccleſiaſticos ſacerdotes, qui Angeli nuncupantur, ne. ſ. ex fœminarũ laſciuo aſpectu ſcandalizentur, maxime cum occupantur in officijs ſacris. Ex his manifeſtè clareſcit, ꝙ oẽs Angeli in eccleſia exiſtentes, cum viderint per mulieres coram Dominico ſacramento animas ſibi in coſtodiã datas multipliciter auferri, contra eas acriter indignantur. Similiter contra quoſcũq; quocunq; modo in Eccleſia Dominum offendentes.

*Mulier dẽt in Eccleſia hr̃e velamẽ.*

*Quod Eccleſiæ venerandæ ſunt, quia in eis ſuſcipimus multiplicia beneficia Dei. Cap. 4.* E

QVarto ſunt honoranda Dominica tẽpla propter diuerſa beneficia nobis in eis data. Ibi. n. primo baptizamur, & ab originali culpa curamur, ex quo efficimur dilecti filij Dei. Sed ſicut Ro. 8. Apoſt. ait: Si filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Secũdo confirmamur. ſ. vt ſtabiliores ſimus in gratia Dei. Tertio quoq; ibidem per penitentiam & confeſſionem reconciliamur, & de F lapſu, atq; relapſu conſequimur miſericordiam Dei. Quarto ẽt in eiſdẽ ad diuerſa officia ſpiritualia ordinamur. Quinto inſuper ibidẽ audimus diuina officia & ſacr̃a. Sexto in eiſdem ſuſcipimus multiplices indulgentias commiſſorum. Septimo quoq; ibi ſuſcipimus ſanctiſſimum Sacramentum, per qđ ſaluati, & liberati ſumus. Et merito quilibet debet de tot beneficijs ibi receptis laudare Deum, & cum Propheta iubilando decãtare, di. Suſcepimus Deus miſericordiã tuã, . ſ. multiplicẽ, in medio templi tui. Ex predictis igitur patet, ꝙ merito his beneficijs indignũ ſe reddit, qui ibidem aliquid indignũ G agit. hoc quoq; addendum eſt, ꝙ quanto ſanctior locus eſt, tanto ibi commiſſa grauior eſt offenſa.

*Quod in nullo Chriſtus ſic feruidum zelum oſtendit, ſicut pro honorando Dominico templo. Cap. 5.*

QVinto Dominica templa honorãda ſunt propter maiorum exempla, & ſigna. Et vt exordium ſumamus a Chriſto, conſidera mens deuota, quanta reuerentia honorauit Dñs Ieſus Chriſtus Hieroſolymis templum Dei. Nam cum Hieruſalem intrabat, ſolitus erat ſtatim viſitare tem- H plum, illudq́; ſuis officijs & beneficijs honorabat. Ibi. n. cõiter predicabat, ibi orabat, ibi quoq; miracula frequẽtius faciebat. Deniq; ad omnium noſtrum inflammãda corda ad zelum diuini cultus in templis Dei, maiorẽ zelum oſtendit contra inhonorantes Dñicũ templum, quam cõtra ſuos crucifixores duros, aut quoslibet alios ſceleratos. Nec alicui ſceleri corrigendo legimus poſuiſſe manum, niſi contra inhonorantes Deũ in templo ſuo. Propter hoc. n. vt ſcribitur Matt. 21. Intrauit Ieſus in templum Dei, & eijciebat oẽs vendentes, & ementes in templo, & men-

*Quare tẽpla veneranda.*



A menſas nummulariorum, & cathedras, ſeu ſedilia vendentium columbas euertit, & dixit eis: Scriptum eſt, Eſa. 56. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Quod verbũ põt in toto præſenti artic. eſſe aliud thema. Ioã. quoq; c. 2. ſcriptum eſt: Quod cum Ieſus feciſſet quaſi flagellum de funiculis, oẽs eiecit de templo, oues quoq; & boues, & nũmulariorum effudit æs; & menſas vendentium columbas euertit. Et his, qui vendebãt columbas dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Scribit quoq; Oroſ. in chronicis ſuis, B quod cum Pompeius vigintiduos Orientales expugnaſſet Reges, ſemperque in rebus bellicis triumphaſſet, ad vltimum Hieruſalem veniens, obſedit templũ, confugiẽſq́; ad illud cepit & interemit. Alij quoq; ſcribunt, ꝙ etiam ibi collocauerat equos. Ex quibus omnibus diuino iudicio factũ eſt, vt qui ante in omnibus victor erat, poſt hoc infeliciter victus fuit.

*Põpeius notatᷣ irreuerẽtiæ, ab Oroſio*

*Quod dignum eſt honorare Domini templum, cum ibi ſint multa diuina, & ſacra. Cap. 6.*

C SExto honorandæ ſunt Eccleſiæ Dei, q̃a in illis ſunt res ſacræ, vtpotè reliquiæ Sanctorum, paramenta ſacra, calices ſacri, verba ſanctiſſima ex ore Altiſſimi ꝓdita, imo de corde Chriſti egreſſa, ſicut de verbis ſanctiſſimi Euangelij patet. Hinc monuit B. Franciſcus fratres ſuos potiſſimè ad reuerẽtiam verborum ſanctorum, & maxime nominis Dei. Vnde ait: Ad inſinuandã in nobis noſtri altitudinem creatoris, & ipſi noſtram debitam ſeruitutem, debemus vaſa & officialia cuſtodire, quæ continẽt ſanctiſſima verba Dominica. Propter hoc moneo fratres meos, & omnes in Chriſto confor- D to, quatenus vbicunq; inuenerint ſcripta diuina verba, ſicut poſſunt, venerentur illa, quantum ad eos ſpectat; & ſi inhoneſtè iacent, ſeu diſperſa, recolligant & reponant in honeſto loco, in ſermonibus quos locutus eſt Dominum honorantes; multa. n. ſanctificantur per verba Dei, & virtute verborum Chriſti altaris conficitur ſacramẽtum. Propter hæc oĩa ob reuerentiam ſacrorum, & deuotionem antiquitus, canes & porci, aues & falcones, & quæcunq; cõſimilia dehoneſtantia ſacra Dei, per exorciſtas de Eccleſijs pellebantur. Iuxta quod Matt. 7. Dñs ait: Nolite ſanctum dare canibus, & marga- E ritas nolite proijcere ante porcos, licet iuxta altiorem ſenſum eijciendi potius ſint canes. i. veris prædicatorib. detrahentes; atque porci, hoc eſt ĩ eccleſia peccatores, qb⁹ margaritę ſacrarũ rerũ merito denegandę ſunt.

*Reuerentia exhibita locis, & rebus ſacris a B. Franciſco.*

*Quod in Eccleſia fiunt officia paradiſi, ideo eſt celebriter honoranda. Cap. 7.*

SEptimo & vltimo honoranda ſunt Dei templa, quia in eis omnia officia celebrantur: quæ quidẽ omnia officia ſunt Angelorum, ſicut cantare, prædicare, legere, orare, & Dñm laudare, quaſi quælibet ec- F cleſia ſit paruulus paradiſus. Ibi. n. ſicut Propheta teſtatur, ſunt principes cõiuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum. Tales Principes gaudent de eccleſiaſticis officijs, atq; laudib⁹, ſicut facit amoroſa mater, cum audit filiolum ſuum cantare & balbutire. Ex oĩbus igitur iam prædictis manifeſtè apparet, ꝙ iuxta ſententiam Aug. Nemo in oratorio aliquid agere dẽt, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit. Propter hæc oĩa ſtatutum ab eccleſia emanauit extra de immun. eccl. c. decet domum Dñi ſanctitudo, lib. 6. vbi ſcriptũ eſt. Decet domũ Dñi ſanctitudo, decet vt in cu- G ius pace factus eſt locus eius, cultus ſit cum debita veneratione pacificus. Sit itaq; ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus, ſit ĩ eis quieta conuerſatio, Deo grata, inſpicientib. placida, quæ conſiderantes, vel circunſtãtes non ſolũ inſtruat, ſed ẽt reficiat. Et ſequitur: Attendãtur in locis eiſdem intẽtis precordijs ſacra ſolẽnia, deuotis orationibus inſiſtatur. Nullus in locis eiſdem, in quibus cũ pace, & quiete vota conuenit celebrari, ſeditionem excitet, conculcationem moueat, impetumue cõmittat. Ceſſent in illis vniuerſitatũ & ſocietatum quorumlibet conſilia, conciones, & publica parlamenta: Ceſſent H vana, & multofortius feda, & profana colloquia: ceſſent cõfabulationes quelibet. Sunt poſtremo quæcunq; alia, quæ diuinũ poſſent perturbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere ab ipſis prorſus extranea: ne vbi eſt peccatorũ venia poſtulanda, ibi peccati detur occaſio, aut deprehendantur peccata cõmitti. Ceſſent in eccleſijs, earũq; cimiterijs negotiationes, & precipuè nundinarum, ac fori cuiuſcunq; tumultus: oĩs in eis ſeculariũ iudiciorũ ſtrepitus cõquieſcat, nulla ibi cauſa per laicos criminales maximè agat. Sint loca eadẽ a laicorũ cõtagionibus aliena. Ordinarij locorum

*Eccleſia Chriſti eſt veluti Paradiſus.*

*Ab Eccleſia Chriſti ceſſare debẽt q̃cũq; poſſunt perturbare diuinũ officium.*

A hoc faciant obſeruari, ſuadenda ſuadeant: interdicta huius canonis auctoritate cõpeſcant: ad hoc alios, qui in Eccleſijs ipſis magis aſſiduos & ad præmiſſa idoneos deputando: & nihilominus proceſſus iudicũ ſecularium, & ſpecialiter prolatæ ſententię in eiſdem locis omnino careant robore firmitatis. hęc ibi. Quicunq; ergo omnia prædicta vel ignorauerit, vel etiam non digna animaduerſione penſauerit, corde, ore, & opere atteſtetur, ac cũ Iacob, 28. Gen. quaſi euigilans fateatur, & dicat: Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam: pauensq; cum eodem addat: Quia terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & B porta cœli.

## Articvlvs Secvndvs.

### *In quo oſtenditur ſeptemplici ratione quanta reuerentia perſonæ eccleſiaſticæ dignæ ſint.*

SEcundo cõſideremus circa venerationem ſacrorum ſacrum gradum. ſ. Sacerdotalem, & per cõſequens etiam maiorum. Licet. n. multa in præcedentibus in honorem materialium Eccleſiarum ſint tacta: quæ quidem in honorem perſonarum ec- C cleſiaſticarum ſatis aperte tendunt, ſm ꝙ 2. Machab. c. 5. ſcriptum eſt: Non propter locum gentem, ſed propter gentem locũ elegit Dñs: clarius tamen atq; vtilius de dignitate Eccleſiaſtica diſſeramus, cum neceſſario hoc expoſcant infęlicia tempora noſtra, in quibus Huſſianorum peſtifera hæreſis inſurrexit, atque in tanto robore diuino iudicio, in tam paruo tempore vires ſumpſit. Pro tuenda igitur catholica veritate firmiter tenẽdum eſt, ꝙ quilibet Sacerdos, dum ab Eccleſia toleratur, licet non ſit iuſtus, vt decet, debet ab omnibus honorari. Et hoc ſeptuplici ratione, ſeu reſpectu. Primo ra- D tione dignitatis, ſecundo ratione medialitatis, tertio ratione principalitatis, quarto ratione vtilitatis, quinto ratione nobilitatis, ſexto ratione exemplaritatis, ſeptimo ratione poteſtatis.

*Sacerdos ob ſingularẽ eius dignitatẽ honorari debet.*

### *Quod debent Sacerdotes honorari, quia vicem Dei tenent. Cap. 1.*

PRimo. n. honorandi ſunt Sacerdotes rõne dignitatis. Sunt. n. vicarij Dei in terris, vt animas Chriſti ſanguine redemptas ſeruent, curent, & maximè ſpiritualiter paſcant. In cui[illegible]ſteriũ Io. 21. ait Dñs Petro: Simon Io[illegible]nas me? dicit ei Petrus: Dñe, tu oĩa noſti. [illegible]ſcis, quia amo te. Dicit ei Dñs: Pa- E ſce oues meas. Ecce, ꝙ Petro in pſona aliorũ Sacerdotũ cõmiſſa eſt a Dño aĩarũ cura. Magna eſt igitur dignitas Sacerdotis, q vicẽ Dei in aĩabus paſcendis, atq; regẽdis gerit in terris. Propterea Eccleſiaſtici 7. ad horũ honorẽ hortatur, di. In tota anima tua time Dñm, & Sacerdotes illius ſanctifica: honora Deũ ex tota aĩa tua, & honorifica Sacerdotes. Et cõtra ſpernẽtes, vel inhonorantes in Sacerdotibus eccleſiaſticum gradũ, Lu. 10. Dñs ait: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vnde recitat Magiſter hiſtoriarum, quòd cũ F Alexander capta Gaza iret Hieruſalem, Iadus orabat pro gente ſua: Cui Dñs ait, vt cõfideret, & ciuitatem ſericis ornaret, & pontificalibus indutus obuiã pergeret Alexandro: quod & fecit cum Sacerdotibus, & ciuiũ multitudine magna. Quem cũ Alexander videret põtificalibus indutum, & ſuper Cidarim ianuam, in qua erat ſcriptũ nomen Domini Tetragrãmaton, deſcẽdit de equo, ſolusq; adijt, & nomen Dñi adorauit, atque Pontificem veneratus eſt. Petentibus autẽ, quare Põtificẽ Iudæorum adoraſſet, ait: Nõ hunç adoraui, ſed Deũ, cuius principatum ſacerdotij tenet. Nam per ſomnium Deum G in tali habitu vidi, qui mihi principatũ Perſarum ſe daturum in viſione promiſit.

*Petrus perſona aliorũ cõmittitur vniuerſalis Eccleſia.*

### *Honorandi ſunt Sacerdotes, cum habeant officium Angelorum inter populum, & ipſum Deum. Cap. 2.*

SEcundo honorãdi ſunt Sacerdotes rõne medialitatis. Sunt enim mediatores inter populum & ipſum Deum. Cum enim Sacerdos publica ſit perſona, atq; totius Eccleſiæ ſit quaſi os. Quæ quidẽ vnum eſt corpus per vinculum charitatis. Idcirco H. non ſolũ Sacerdotis oratio, ſed & ſancti Sacramẽti oblatio, atq; ſumptio totum corpꝰ Eccleſiæ dicitur vegetare. Hinc Malach. 3. Angelus Dñi exercituũ nuncupatur. Sicut. n. Angelus medius eſt inter Deũ, & ipſam animam, ſeu populum: ſic & Sacerdos huius medialitatis officium tenet, atq; exercere debet. Hinc dicitur Sacerdos, quaſi ſacrũ dans: quia a Dño ſacra ſuſcipere debet, quæ & ipſe populo ſuo diſpenſet. Et licet ipſe peccator ſit: gratiam tamen in alios ipſe transfundit pro ſuę officio dignitatis, vt ponit Magiſt. ſen. in 4. diſtin. 19. c. 3. vbi Auguſtinus ait: Dictum eſt a Domino in Numeris

*Sacerdos eſt arbiter & velut Angelus.*

ad



A. ad Moyſen, & Aaron ſacerdotes: Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael: ego Dominus benedicam eos, vt gratiam traditam per myſterium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas ſacerdotis obeſſe, vel prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis. Hæc ille.

### *Quod ſacerdotes honorandi ſunt, quia ſunt capita populorum. Cap. 3.*

TErtio ſunt ſacerdotes etiam honorandi ratione principalitatis. Officium B nempe capitis in populo habent, qđ membris & vitam, & ſenſum continuè adminiſtrat. ſic ſacerdos, & ſenſum Dei, & vitam gratiæ populo ſuo diſpenſat: propter hoc dr̃ ſacerdos, quaſi ſacra dans, vel quaſi ſacer dux. Et licet verum ſit, ꝙ qñ caput dolet, cętera membra languent: Nhilominus incomparabiliter maius malum, & deterius eſt homini habere caput pręciſum, quã caput vulneratum, vel fractum. Sic vtiq; incõparabiliter populis Chriſtianis periculoſius & damnoſius eſt, licet Huſſitę & hæretici contrarium dicant, non habere moderno tempore malos religioſos, & malos ſacerdotes, quam illos habere, etiam ſi in multis C iuſtitiæ aduerſentur. Quid. n. modernis temporibus ſequeretur, ſi ceſſaret ĩ populis verbum Dei, quod hodie a multis non iuſtis in Eccleſia prædicatur? Quid ſi ceſſarent cõſimiles confeſſores, & celebrantes, cęteraq; eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantes? Hinc 16. q. 6. c. ſi fortaſſis. dictum eſt. Quod etiam prælatis inutilib. ſit debita reuerentia exhibenda. Nam ad membra non pertinet caput lædere, vel impugnare: ſed a læſione protegere, & defenſare, ſeq; pro eo ne lædatur exponere, læſoque ſanitatem omni diligentia procurare, ſicut naturaliter hoc agunt corporalia membra.

*Qua rõne ſacerdotes honorandi.*

### D *Quod ſacerdotalis dignitas honoranda ſit propter vtilitatem, quam ex ea populi conſequuntur. Cap. 4.*

QVarto eſt ſacerdotium honorandum ratione vtilitatis. Sacerdotes nanq; populum primo per confeſſionem a maculis purgant, & tanquam ſpirituales medici a varijs lãguoribus ſanant. Hinc Eccleſiaſtici 38. ſcriptum eſt: Honora medicũ ꝓpter neceſſitatẽ, creauit. n. illũ Altiſſimus. Sed quidam tanquam frenetici contra medicos ſpirituales inſaniunt, eoſq; detractionibus dilacerant, & diſcerpunt. Secundo ve- E ro in gratia per ſacramenta confirmant. Tertio quoq; per auctoritatem cęlum reſerant, dicente Dño, Matth. 18. Quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlis: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlo. quæ vtiq; claue non errante intelligi debent, nec a tua vtilitate retrahat quorundam clericorum deformis vita, cũ non deſpicias in tua neceſſitate candelam, alios quidem illuminantem, ſeq; continuè conſumentem. Nec inſuper deſpicis crucẽ in capite viæ, iter tibi monſtrantem, nec tamen ſeipſam inde mouentem: nec quoque deſpicitur ipſa campana ad prædicationem F alios vocans, nec tamen ipſa qñq; ad prædicationem deſcendens. Vir vtiq; diſcretus & prudens a quolibet ſuſcipit, ſi quod bonum exemplum præbet, impio relinquẽs impietatem ſuam. Quia, vt ſcribitur Prouer. 1. Fruſtra iacitur rethe. ſ. exemplorum malorum, ante oculos pennatorum. i. ante oculatas, & virtuoſas mentes hominum ſenſatorũ. Et ad hoc Dominus, Lu. 16. hortatur, dicẽs: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et ſecundum Apoſt. Ro. 12. Noli vinci a malo. ſ. exemplo, ſed vince in bono. i. in diſcreta ædificatione boni, malum ſcilicet G proximi tui.

*Cõmoda & vtilitates, q̃ proueniunt a ſacerdotibus.*

*Soluere, & ligare ſunt actus iudiciales*

### *Quod nobilitas ſacerdotalis gradus reddat honorabiles ſacerdotes. Cap. 5.*

QVinto ſacerdotali gradui eſt reuerentia exhibenda ratione nobilitatis. Sunt etenim Reges & Regis æterni filij propter gradũ, ſicut Propheta ait: Ego dixi, Dij eſtis, & filij ex. omnes. In cuius ſiquidem ſignum tonſuram, quaſi coronam in capite geſtant. Cur deniq; dici non merentur Reges, cum illi ſeruiant, cui ſeruire regnare eſt? Hinc autem Eccleſiaſtici 10. ſcri H ptum eſt: Super faciem ſcribæ. i. cuiuslibet ſacerdotis imponet Deus honorem ſuum. Hoc lumine illuſtratus glorioſus Franciſcus aſſerere ſolitus erat, ꝙ ſi obuiaret Angelo ſimul & Sacerdoti, prius reuerentiam debitã faceret Sacerdoti, quam Angelo Dei.

*Sacerdotes dicunt̃ Reges, & quomodo*

### *Quod exemplo maiorum, & maxime reſpectu Chriſti a cunctis ſunt honorabiles ſacerdotes. Cap. 6.*

SExto honorandi ſunt Sacerdotes ratione exẽplaritatis. Sumãt obſecro, minores exẽpla maiorũ. Legit̃. n. ꝙ Cõſtantinus fideliſſimꝰ Imperator, cũ Sacerdotũ

A conſilium in eclceſia conuocaſſet, nec primum locum auſus ſit tenere, nec ſe presbyterorum commiſcere cętibus, ſed ſedē nouiſſimam occupauit. Sententias vero, quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus eſt, ac ſi eas de diuinæ maieſtatis ſenſiſſet emanaſſe iudicio. Theodoſius quoq; Imperator magnus, ob vnicam noxam, non tñ eatenus grauem, a ſacerdote Mediola. Ambroſio a regalium vſu, & inſignijs Imperij ſuſpēſus eſt, & indictam ſibi pęnitentiam homicidij patienter, & ſolenniter egit. Cur tam p multa vagamur? Nonne & Dñs Ieſus Chriſtus adhuc in tenera ætate, dum ſtaret in medio Doctorū, & tranſgreſſorū diuinæ legis, matri eum quærenti, reſpondit, Lu. 2. Quid eſt, quod me quærebatis? neſciebatis, qa in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? In hoc manifeſtè oſtendens, ꝙ eſſe in medio Doctorum, adhuc tamen licet peccantium, tenētium locum Dei ĩ terris, amplius erat eſſe in his, quę patris ſui erant, quam ſtare in cohabitatione materna: conſiderata figura carnalis generationis, quam mater ipſa tenebat. Voluit nihilominus etiam ſpiritualem affectum carnali præponendum eſſe manifeſtè docere, & ꝙ in carnali affectione nequaquam ſit cultus, & reuerentia ſummi patris.

*Sacerdotes honorādi ſunt, & quare, & de duplici ſacerdote vide quid ſcribit Gab. li. 4. diſ. 19. q. vnica.*

B

C

## *Quod ſacerdotis poteſtas eſt infinita, & quod cunctorum creatorum ſuperat poteſtatem. Cap. 7.*

SEptimo eſt honorandus gradus ſacerdotalis ratione poteſtatis, quia ſoli habent poteſtatem corpus Dominicū conſecrare. Quæ quidem poteſtas tanta eſt, primo, ꝙ ſuperat poteſtatem dæmonū, ſecundo ſuperat poteſtatem Angelorum, tertio ſuperat poteſtatem Archangelorum, quarto ſuperat poteſtatem Virginis glorioſæ, & omnium creatorum. Primo inquam ſuperat poteſtatem omnium dęmonū. D Qui quidem habent incomparabilem poteſtatē per reſpectum ad quamlibet poteſtatem huius mundi, ſicut Iob 41. de dæmone teſtatur, di. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ ei comparetur. Sed maior vtiq; eſt ſacerdotis poteſtas: Nam quamuis dęmones toto ſtudio, ac conamine nitantur per iniquitates peccatoribus claudere cęlum, ſacerdotes ſacramenta pęnitentiæ miniſtrando plus quā illi claudere poſſunt cęlum, cōfitentibuſq;, ſeu pęnitentibus aperire. In cuius myſteriū cū ſacerdotes ab Epo ordinantur: poteſtas E clauium ab eiſdem cum ſacerdotali charactere miniſtrat, ſicut habetur in 4. ſen. di. 19. Secundo ſacerdotalis poteſtas ſuperat poteſtatem etiam Angelorum. Licet. n. vnus Angelus poſſit vnum cęlorum mouere, iuxta ſenten. Doc. in 2. ſenten. tñ minime poteſt vnum ipſorum cęlorum de cęlo ad terram tam cito transferre, ſicut radius ſol emittit ab ipſo ſole. Sacerdos vero ſuo miniſterio transfert veriſſimum corpus Chriſti de empyreo cęlo ad ipſum altare ſacrum, & hoc in tanta temporis breuitate, ſeu tam cito, ſicut eſt diffuſio ſolaris lucis, quemadmodū in 4. ſent. diſt. 11. perhibetur. Tertio ſacerdotalis poteſtas ſuperat poteſtatem Archangelorum. F Quemadmodum. n. Archangeli ad terram poſſunt mittere Angelos, ſicut habetur de Angelica hierarchia; ſic ſacerdos poteſt eos euocare ad terras, cum Dei viſibilia celebrat ſacramenta, teſte Greg. in Homilia Paſcali, qui ait: Quis fidelium dubiū habere poſſit in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocē cęlos aperiri, & in illo Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe, ſumma imis ſociari: Vnum quidem ex inuiſibilibus, atq; viſibilibus fieri. Quæ recitat Magiſter in 4. ſen. diſt. 11. ſicut iterum ad aliud propoſitum allegatum eſt. Quarto quoq; ſuperat poteſtatem Virginis glorioſæ, & G omnium creatorum. Virgo amoroſa & benedicta, excuſa me apud te, quia non obloquor contra te, cum veritatem, quam dixit ſe eſſe filius tuus, fatear coram te, & ſacerdotium, ſicut ſupradictum eſt, in templo ipſe prætulit ſupra te. In quatuor quidem excedit ſacerdotis poteſtas Virginis poteſtatem. Primo in breuitate, ſecundo in maioritate, tertio in immortalitate, quarto in replicabilitate. Primo quidem excedit in breuitate. Si quis. n. haberet clauem, quæ quinque reuolutionibus aperiret ſeram, nonne potentior teneretur quam ea, quæ eandem ſeram in octo reuolutionibus aperiret? Lingua nempe Virginis, clauis extitit paradiſi, H & in octo dictionibus, tanquam in octo linguæ quaſi clauis reuolutionibus aperuit cęlum. Nā cum Angelo nunciante reſpondit octo verba. Primo ait, ecce; nec fuit cęli reſerata ſera, nec inſuper cum ſecundo ſuperadiunxerit, ancilla: nec tertio qñ Dñi, ait, & ſic de reliquis verbis virginalis conſenſus, per quæ omnia ſimul ſumpta, & cōpleta cęli ianua patefacta eſt, atq; virtute illorū verborū, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sed longe maior eſt in hoc ſacerdotalis dignitas & poteſtas, cum per quinq;

*Soluſ ſacerdos habet poteſtatem in corp⁹ Dominicū.*

*Quomodo ſacerdotalis dignitas ſuperat om poteſtatem Angelorum.*

*Sacerdotis ptās in quatuor excedit B. Virginem.*

conſe-



A conſecrationis verba ianuas aperiat paradiſi, atq; de cęlis ad terram Chriſtum trahat. Hæc nihilominus conſecrationis verba tantæ ſunt dignitatis, atque virtutis, vt ſilentio nunc potius quam eloquio veneranda ſint. Primum & vltimū pro vtilitate ſidelium reſerabo. Ait. n. ſacerdos in conſecratione corporis Chriſti, Hoc: Per iſtud verbū non aperitur cęlum, nec conſicitur Dñicum ſacramentum, ſed ritè reliquis iam prolatis, cū vltimū ſuperadditur, quod eſt, meū: tunc in inſtanti cęli ianua aperitur, & in manib⁹ ſacerdotis corpus Dñi cōſecratur: & ſic excedit ſacerdotalis poteſtas Virginis poteſtatem B in breuitate, ſeu paucitate verborum, quia illa in octo, ſacerdos vero in quinq; reſerat paradiſum. Secundo excedit poteſtatem Virginis in maioritate. Nam cum Chriſtus in vtero Virginis venit, carnēq; aſſumpſit, tanta breuitate circūamictus eſt, vt ſi iā conceptus in Virgine, poſitus fuiſſet ſuper papirum, vel palmam manus, vix eū humanus oculus percepiſſet, licet diuinitus, & anima & corpore, atq; oībus interioribus & exterioribus membris & lineamentis perfectè completus eſſet, vt verificaretur quod Eſa. 10. & Apoſt. Rom. 9. de Chriſto teſtati ſunt. C Verbū abbreuiatū faciet Dñs ſuper terram. Et quod in Chriſti perſona etiam Propheta ait: Ego aūt ſum vermis, & non homo. Sed ad ſacerdotis prolationem verborum deſcendit Chriſtus tam magnus in manibus eius, ſicut in altiſſimo cęlo regnat. Tertio excedit Virginis poteſtatem in immortalitate. Nā in ventre Virginis mortalis fuit, in altari vero eſt impaſſibilis & immortalitate dotatus. Quarto quoq; Virginis poteſtatē antecellit in replicabilitate. Nam ſi Beata Virgo replicaſſet milies illa ſui conſenſus verba. ſ. Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſecundum verbum tuū: filius Dei nunquam amplius de illa ſumpſiſſet carnem. Nā ſicut impoſſibile eſt patri producere aliud verbū pro eo, quod verbū ſuū genitum ſit perfectiſſimum: totāq; potentiā generādi exhauſit: in tpe ita impoſſibile eſt matri poſſe parere alium filiū vnigenitū Dei, cū per Chriſtum in ſua conceptione potentia concipiēdi Deum, quæ ſm corpulentam ſubſtantiā D ab Adam in Virginē deſcendit per lumbos patrum, ita exhauſta ſit, ꝙ impoſſibile eſſet Virginem alium Dei filium generare. Sed ſacerdos totiens, quotiens, ſm ritum quem tenet Eccleſia, conſecrat corpus Chriſti, totiens deſcendit de cęlo filius Dei. Ex his, q̄ dicta ſunt, manifeſte apparet, ꝙ ſacerdotis E poteſtas ſuperat oēm aliā poteſtatē, cum ſit infinita, quia ſm oēs Doc. finita virtus non ſufficeret ad perficiendū Euchariſtiæ ſacramentū. Ex quo ſequitur, ꝙ poteſtas ſacerdotis eſt ſicut poteſtas perſonarū diuinarum, quia in panis tranſubſtantiatione tāta requiritur virtus, quanta in mundi creatione, ſicut notatur in præal. diſ. 4. ſen. Hāc ergo poteſtatem volens extollere ſm hunc ſenſum Apoſt. 3. c. ad Heb. ait: Habemus altare, de quo edere nō habēt poteſtatē, qui tabernaculo ſeruiunt, qui ſunt Angeli: cū oēs cęleſtes ſpiritus ſimul non poſſent cōficere corpus Chriſti, quod conficere habet ſacerdos. F Hoc ergo conſiderans glorioſus Franciſcus ſuis fratribus ait: Audite fratres mei. Si Beata Virgo honoratur, vt dignum eſt, quia filium Dei portauit in ſanctiſſimo vtero ſuo: Si Baptiſta beatus contremuit, & nō audet cōtingere ſanctū Dei verticē: Si ſepulchrū, in quo per aliquod tp̄s latuit, tanta reuerentia veneratur: quantū dēt eſſe ſanctus & iuſtus & dignus, qui iam non mortuū, ſed glorificatum, & in æternū victurū, in quē deſiderant Angeli proſpicere, contractat manibus, corde, atq; ore aſſumit, & alijs quoque porrigit ad ſumendū. Quapropter ſicut ſuper oē hominum genus pp hoc myſterium G De⁹ vos honorauit, ita & vos eū ſuper oēs diligere, reuereri, & honorare curate.

*De breuitate corporis Chriſti in vtero B. Virginis ē pōderandū, quia aīa informat corpus in debita q̄titate diſpoſitū, & organizatū.*

*Argumētū a maiori ad minus.*

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *Vbi oſtenditur ſeptuplici via quantæ culpæ, ac periculi ſit detrahere perſonis eccleſiaſticis.*

TErtio conſideremus circa venerationē ſacrorū ipſum factū præceptū. ſ. quo præcepit Dñs perſonas eccleſiaſticas honorari, nec quicquā detrahere illis. Hinc Exo. 22. præcepit Dñs, di. Dijs non detrahas. Dij aūt ſunt ſacerdotes. In cuius myſteriū 2. q. 7. §. de his. ver. itē loquit. ſcriptum H eſt. & 2. Reg. 6. Quod dū arca Dñi reduceret de Gabaa in Hieruſalē, bobus recalcitrantibus, arca inclinata eſt. Cui dū Oza Leuites manū adhiberet, vt eam erigeret, a Dño percuſſus interijt. Per arcam Prælati intelliguntur: per Ozam ſubditi: per inclinationē arcę, caſus intelligunt Prælatorū: per illū, qui manū adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accuſantes vitā Doctorū, qui a Dño percuſſi intereunt. ſ. cum id faciūt detrahendo, charitātis, ac reuerentiæ ordine non ſeruato. Et 1. q. 1. c. multi. Greg. ait: Multi ſecu-

*Per arcā quid miſtice deſignatur.*

 larium

A larium hominum, cum plus ſacerdotum vitã, quã ſuã diſcutiunt, in magnũ contentionis diuinorũ ſacramentorum crimen incurrunt. Magna.n.trabe vulneratos oculos habentes eamq; negligentes feſtucã tenuẽ in aliorum conſpiciunt oculis, quã dum incautè feſtinant euellere, in foueam errorũ dilabuntur. Mirus quidẽ conſiderantes, ꝙ non eos ſacerdotũ vita læderet, ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotũ admonitionibus aurẽ accommodarent. Sed dum hypocritarum more plus illorũ famã, quam propriam vitam, vel vitæ negligentias diiudicant, ſpernunt ſancta monita & ſpiritualia dona: ꝓpterea præcipitur ext.de priui. c.religioſi. in clem. B Quod cauãdum eſt religioſis & prædicatorib. ne in ſuis ſermonib. & prædicationibus prælatis eccleſiarũ detrahant. qđ quidẽ dignũ merito & rationabile eſt. Et hoc oſtẽdi põt ſeptuplici via. Prima eſt exceptuatio nullorũ, ſecunda exempla maiorum, tertia admonitio Sanctorũ, quarta indiſcretio reprehenſorum, quinta obſtinatio clericorũ, ſexta experientia factorum, ſeptima deterioratio populorum.

*Quod prædicator in generali reprehendere debet. Cap. 1.*

*Prędicator qũo reprehendere debet.*

C PRima nanque via eſt exceptuatio nullorũ, quia qñ prædicator vitia reprehendit, ſicut nullũ nominare debet, nec ẽt inculpare: ſic nullũ exceptuans cũ inuehit cõtra ſuperbiã, contra luxuriã, contra auaritiã, & cætera huiuſmodi de prælatis, & ſacerdotib. & religioſis intelligi hẽt, ſicut imo amplius, q̃ de cæteris quibuſcũq;, quia maius põdus & periculũ incũbit eis, q̃ alijs. Vñ hinc Apoſt. ad Gal. 6. Vnuſquiſq; onus ſuum portabit.

*Multiplici patet exemplo, quanta Prælati reuerentia digni ſunt. Cap. 2.*

D SSecunda autem via eſt exempla maiorum. Et primo exemplo Hier. qui 16.q.1.c.ſi clericatus, inquit: Non eſt humilitatis meę, neq; menſuræ de miniſtris eccleſiarũ ſiniſtrum quippiam dicere, habent illi ordinem ſuũ & gradũ. Item exemplo Conſtantini, de quo 96.diſt.c.in ſcripturis, reperitur Conſtantinum dixiſſe: Vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquẽ eorũ, qui monaſtico habitu circũamicti ſunt, peccantẽ, clamydem meã expoliarẽ & cooperirẽ eũ, ne ab aliquo videretur. Et

*Exemplũ Conſtãtini quanto honore & reuerẽtia affectus fuerit erga religioſos.*

E 11.q.1.c.ſacerdotibus, dicitur: Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria, ꝙ cũ pię memorię Cõſtantino principi ſcripto oblatę accuſationes cõtra Ep̃os fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem qui accuſati fuerunt Ep̃os conuocans in eorũ conſpectu libellos quos acceperat incendit, di. Ite & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia indignũ eſt, ꝙ nos iudicemus Deos. In hoc ſiquidẽ manifeſtans quanta reuerentia veritus ſit pręsbyterorũ crimina, vel conuitia publicare. Et Chã reprobi filij maledictionẽ incurrere, qui patris verenda non texit, vt ſcribitur Gen. 9. Quæ facta & verba ſæpe in caſibus ſimilib. Ioannes Eleemoſynarius referebat. F

*Quod illuminati Sancti ſemper induxerunt ad reuerentiam eccleſiaſticæ dignitatis. Cap. 3.*

TErtia via eſt admonitio Sanctorum. Omnes nempe illuminati ſpiritus, atq; Sancti ad hanc reuerentiam eccleſiaſtici gradus induxerũt, inter quos maxime clareſcere põt ex admonitione B. Frãciſci, qui in pleriſq; epiſtolis ſuis ſuos admonebat fratres, ne obloquerentur contra clerũ, dũ ab Eccleſia tolerantur, di. Si contra feceritis, habebũt ſacerdotes amicos & adhęrentes ſuos, & detrahent verbis & dictis veG ſtris, & vbi quærebatis animarũ fructũ, atq; ſalutem, totum vertetur in ſcandalũ, & confuſionẽ. Vnde cũ eſſet ſemel in Lombardia, & a quodam hæretico accuſaretur ſibi ſacerdos quidam, ſtatim in conſpectu hæretici coram ſacerdote genuflectens manum eius oſculatus eſt.

*Dictũ B. Franciſci de religioſis.*

*Quod ſacrilegium ſit, Prælatos eccleſiæ increpare. Cap. 4.*

QVarta via ẽ indiſcretio reprehẽſorũ. Si.n. in quolibet peccatore corrigendo charitatis & diſcretionis ordo H ſeruari debet, ẜm ꝙ Matth. 18. præcepit Dñs: multo amplius in quolibet prælato, & ſacerdote, atq; religioſo, quia ex tali indiſcretione maiora mala ſequuntur, propterea inter ſacrilegia numeratur. Vnde 24.q.3.c.nõ in perpetuum, Rabanus ait: Non in perpetuũ damnamur, cum iniuſtè iudicamur, dicente Pſal. Nec damnabit illum, cum iudicabitur illi. Multi ſacerdotum, culpam zelo Dei ſe perſequi profitẽtur, ſed dum indiſcretè hoc agitur, ſacrilegij facinus incurrunt, & dum præcipites quaſi ad emẽdandum ruunt, ipſi quoq; multo magis in deterius cadunt.

*Sacrilegiũ eſt reprehendere hæreticos.*

Quod



A *Quòd ex indiſcreta correctione non corrigitur, ſed deterioratur clerus. Cap. 5.*

QVinta via eſt obſtinatio clericorum: quia clerus ſic publicè confuſus contra ordinem charitatis & iuris deteriorat̃: & vbi ſecundũ ſnĩam Chriſti vbi ſup. de fraterna correctione loquentis, correctionis finis eſſe debeat correctio peccatoris: hinc manifeſtè apparet ſequi deteriorationem eius. Nam abiecto rubore tales inſaniunt contra omnem manifeſtiſſimã veritatem. Et niſi prædicator ſit cautus, cũ a B ſecularibus vt fieri ſolet, impingit̃ detrahere clero, de facili in ſcãdalũ ruet. Nã primi ſeculares, q ad hoc agendũ impellunt, ſuadente eis aliquo commodo temporali, totum contrarium agent: immo ipſis ſacerdotibus adhærebunt.

*Diſcreta dẽt eẽ correctio.*

*Quòd per experientiam patet, quanti periculi ſit prælatos corripere indiſcrete. Cap. 6.*

SExta via eſt experientia factorũ. Nã oſtẽdit hoc experientia manifeſta: qa nunquã vidi ex tali indiſcreta correctione cõiter niſi ſcandalum ſequi & obnubilationem, immo qñq; cõfuſionẽ veritatis & fra C ternæ ſalutis. Nam cum p̃dicator exemerit gladium contra clerum, orta iam cõtẽtione & pugna, q̃ de facili fieri ſolet, populi ſcelera de neceſſitate tacere oportet. Nã cũ vſurarij, ſodomitæ, ſacrilegi, excõicati, cęteriq; ſcclesti ſe ſenſerint tangi: vbi primo ſuadebant p̃dicanti publicè reprehẽdere clerum: ipſi primi adhærebunt clero, & ſic oĩno ceſſabit in vtriſq; Dei honor & animarum fructus. De quo expertus Hiero. ait. Fruſtra niti & neque aliud fatigando, niſi odia quærere, extremæ dementiæ eſt. Hæc ille in prologo ſuper Eſdram.

*Nõ dẽt p̃dicator contra clerũ ſtati eximere gladium.*

*Quod populi longe deteriores fiunt, cum prædicatores eccleſiæ prælatos redarguunt indiſcrete. Cap. 7.*

D SEptima via eſt deterioratio populorũ: Nam ex hac indiſcreta p̃dicatione, ſeu detractione p̃dicatoris populi deteriores fiunt. Prædicet quilibet gratus verbo Dei, redarguat ſcelera grauia peccatorum: intonet contra errantes: fulgura emittat: cõtra graues iniquitates ĩterſerat aliud, quod tangit clerum, ſtatim quæ grauiſſimè tãgũt peccatores ſceleratos, obliti ſunt: Sola memoria remanet eius, quod tetigit ſacerdotes: illud quaſi fabula verſatur in ore vul-

*Indiſcreta ad monitiõe fiũt p̃tõres deteriores plerumq;*

E gi: illud perpetua memoria retinetur: immo, ꝙ ridiculoſius eſt, ſi populus in ſermone, tædio, calore, ſeu frigore cruciat̃: & p̃dicator contra ſacerdotes & p̃latos, ſeu religioſos verbulum proferat, aut annunciet ſe dicturũ: ſtatim euigilant dormiẽtes, affecti tædio hylareſcũt, calore inſup ęſtuãtes, aut frigore cruciati in auditu talis oblocutiõis in rorem eis vertit̃ calor, in temperiẽ æſtus & in veris amęnitatem horridũ frigus: fames quoq; & ſitis a memoria euaneſcunt. Et quod deterius eſt, ſceleratiſſimi p̃tõres reſpectu cleri corã proprijs oculis fiũt iuF ſti & ſancti. Hoc aũt Io. p̃uidẽs affuturum, Apocal. 6. in ſexto ſigillo, quod eſt tẽpus p̃ſens, ſicut alibi oſtẽſum ẽ, de hmõi ait. Qui dicũt mõtibus & petris, cadite ſuper nos. Grauius ſi quidẽ eſt, q̃ peccare, p̃tm̃ excuſare: quod tñ cõiter fieri ſolet, vt quilibet cõium peccatorum p̃tm̃ ſuum excuſare velit per cõparationẽ ad peccata ſuperiorũ. G Quaſi enim mõtes ſup inferiores ſe cadũt cum ruinę magnorũ hoĩum inferiorũ culpas, quaſi nullas in oculis ꝓprijs faciãt apparere. Vnde Hiere. 3. c. ait. Iuſtificauit aĩam ſuam aduerſatrix Iſrael in cõparatione p̃uaricatricis Iuda. Aduerſatrix ſiquidẽ Iſrael ẽ peccatrix cõitas Chriſtianorum, quæ Deo peccando continuè aduerſat̃. Hæc aũt non ſimpliciter iuſta dr̃, nec a Deo quidẽ iuſtificata, ſed ſeipſum iuſtificaſſe narrat̃ in cõparatione p̃uaricatricis Iuda. Nemo quippe coram Deo ex hoc innocẽtior, ſiue melior eſt: quia ſe peior alius inuenitur: tñ iuſtum ſeipſum reputat quilibet inferiorũ, cum peiorem ſe attẽdit quolibet ſuperiorũ: quorum ſtatus p præuaricationẽ Iuda congruè deſignat̃. Iuda.n. cõfeſſio dr̃, quæ magis debet̃ ſtatui p̃latorum eo ꝙ Chriſtum doctrina & virtutum exemplis coram multitudine cõH fiteri tenetur. Sed tu, o inſenſate peccator, qua temeritate audes animam tuam exemplo ſacerdotis impij, ſeu prælati, aut cuiuſcunque religioſi mali in æternum interitũ dare, qui exemplo illius nolles tuam adhuc florentem vineam vindemiare: immo nec denarium perdere. Nunquid etiam ſi videres phyſicum in interitum ire ex potione, quam tibi offerret: nũquid voluntariè ſumeres illam? credo certè ꝙ non. Quomodo igitur hmõi clericorum exempla ſponte ſequeris in mortali in tuã perditionem æternam. Addatur quoque quòd etiã ſæpe merito plebis & diuino iudicio fit, vt appareat monſtrum in populo, atque ponatur in vtre veteri vinum nouum & dirumpatur,

*Excuſari delictũ grauius eſt q̃ p̃tũm ꝑpetrare.*

*Cõtentio cũ p̃tõre vt in uiã veritatis redeat.*

vt

A vt impio populo eis conſimilis præferatur, ſicut Oſeæ. c. 4. ait. Erit ſicut populus, ſic & ſacerdos. Hoc autem latius dixiſſe uelim, non ut per hoc maiorum crimina defendantur, ſed gradus eccleſiaſtici conſeruentur & defenſentur: quibus amotis perit Chriſtiana fides: quamquam omnino fatendum ſit, ꝙ eorum exempla mala multos ignorantes & fragiles ſcandalizent in eccleſia Dei. Scripſi etiam latius ſupradicta, vt plerique prædicatores zelum quidem habentes: ſed non ſemper, ſecundum ſcientiã a zelo præcipiti præſeruentur, atque Domino operante in clero & in populo per pru-
B dentem & circunſpectam diſcretionem vitia extirpentur, atque virtutes & gratiæ inſerantur. Nemo igitur dubius eſſe debet, ꝙ reuerentia propter Deum circa prædicta ſacra & mentem in ſoliditate fidei firmat, & Deo humilem atque ſubiectum ſeruat, nec non & diuinam gratiam impetrat, ſicut Eccleſiaſtici 32. dicitur. Pro reuerentia accedet tibi bona gratia: Quam ex obſeruantia prædictorum nobis largiri dignetur benignitas Saluatoris, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſecu-
C lorum, Amen.

---

FERIA QVARTA
Poſt ij. Dominicam in Quadr.

*De conſuetudine mala, & de remedijs contra eam.*

## Sermo XXI.

*Rincipes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent inter eos: non ita*
D *erit inter vos. Matthæi 20.*

Heſterno quidẽ ſermone vtilima tractata ſunt, quibus & ratio conſonat, & conſcientia dictat, atque ad ea omnis ſcriptura arctat & exhortat. Sed multa quidem prædictis præſtant impedimenta, & maximè inueterata & impia conſuetudo peccandi. Magnas ſiquidem in his & in omnibus malis ſuſcipiunt vires crimina, cum ex conſuetudine ſumpſerint principatum: quod etiam per uerbum propoſitum moraliter intellectum indicat Chriſtus, cũ ait: Principes gentium do. eo. & qui & cæ. Per gentes nempe in tota ſcriptura ſacra crimina & peccata: ſicut per populum Dei, virtutes & gratiæ moraliter denotantur. Harum ſiquidem principes dominantur,

*Inueterata & ĩpia peccãdi conſuetudo.*

E cum in quolibet vitio hominum mala conſuetudo obtinet principatum. Et quia tunc in eos maiores exercent poteſtatem, cum in varia uitia ruere cogunt peruerſæ conſuetudines. Sed non ita erit inter vos prouidos & diſcretos & Chriſtianam Religionem ſectantes, ait Dominus & magiſter. In quibus uerbis quinta. ſ. conſuetudinalis Religioſitas demonſtratur. Circa quam tria myſteria ad præſens conſideremus de conſuetudine mala. Primum criminoſam dominationem: ibi, Principes gentium do. eo. Secundum imperioſam exactionẽ: ibi, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent
F inter eos. Tertium virtuoſam liberationẽ: ibi, non ita erit inter vos. Ex his tribus poteſt exponi illud, quod ſcribitur in pſal. 6. in perſona animæ lamentantis de mala conſuetudine ac dicentis: Inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite a me omnes, qui operam. iniquit. Quod in præſenti materia poteſt eſſe aliud thema. Inueteraui, ideſt factus ſum veteris hominis membrũ, propter peccati conſuetudinem: ecce primum: inter omnes inimicos meòs. i. inter demones & peccata: ecce ſecundum. De his Baruch. 3. Quid eſt Iſrael, ꝙ in terra ini-
G micorum es? inueteraſti in terra aliena; coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcendentibus in infernum. Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatẽ. i. conſuetudinem malam: ecce tertium.

*Pſal. 6.*

### Articvlvs Primvs.

*De ſeptem officijs, quæ exercent in homine conſuetudines malę, dum in anima dominantur.*

H Rimum myſterium circa malam conſuetudinem pertractandum, eſt conſiderare eius criminoſam dominationem. Iuxta quod Dominus ait; Principes gẽtium do. eo. Qui. n. facit peccatum, ſeruus eſt peccati, vt dicit Dominus, Ioan. 8. Ideo aduertendum eſt, ꝙ gradatim ſeptem officia exercent conſuetudines malæ, dum in homine dominantur. Primum enim eorum officium eſt animam interimere, ſecundum a bono retardare, tertium in culpis incathenare, quartum corda indurare, quintum diabolo ſubiugare, ſextum hominem vilificare, ſeptimum præſcriptionem generare.

*Malę cõſuetudinis criminoſa dominatio.*

Quod



A *Quod propter malam conſuetudinem multa venialia in mortalia conuertantur. Cap. 1.*

Rimum officium malarum ac dominantium conſuetudinũ eſt animam interimere. Multa ſiquidẽ ſunt peccata, quæ venialiter committuntur, ſi non conſuetudinarie fiunt: ſed poſtquàm in conſuetudinem tranſierunt, mortaliter perpetrantur. Vnde 25. diſt. c. vnum orarium. §. alias. ante medium, ſcriptum eſt: Multa enim ex deliberatione pro-
B cedunt, quæ niſi ſæpius iterata, & in conſuetudinem fuerint redacta, quàmuis grauent poſt mortem, non tamen æternaliter perdunt. Ergo ex hoc videtur, quòd ſi in conſuetudinem tranſeunt, mortalia fiunt. Et de multis talibus de Auguſtini ſentẽtia in eodem cap. ſubiũgitur: vbi ait: Quòd ſi ebrietas aſſidua ſit, inter mortalia computatur. Et ſimiliter de multis alijs minutis culpis, quas ibi enumerat dicẽs: Quotiens aliquis in cibo, aut potu plus accipiat, quàm neceſſe eſt, ad minuta peccata nouerit pertinere: quotiens quis plus loquitur, quàm oporteat: plus tacet, quàm expedit: quotiens pau-
C perem importune petentem exaſperat: quotiens cũ ſit corpore ſanus alijs ieiunantibus prandere voluerit, quod intelligitur de ieiunijs non præceptis. Sequitur: Aut ſomno deditus tardus ad eccleſiam ſurgit, ſupple niſi miſſa ſit debita ex præcepto. Sequitur: Quotiens excepto filiorum deſiderio vxorẽ ſuã cognouerit: quotiens in carcere poſitos tardius inquiſierit: infirmos tardius viſitauerit: ſi diſcordes ad concordiam reuocare neglexerit: ſi plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut ſeruum exaſperauerit, quàm oportet: ſeu cuiquàm perſonæ maiori, aut ex voluntate, aut ex
D neceſſitate adulari voluerit: & multa conſimilia ponit, quæ ex conſuetudine mortalia fiunt.

*Peccata ſi trãſeũt in conſuetudinem, fiunt mortalia.*

*Quod mala conſuetudo ad bene operandum reddit hominem ponderoſum & grauem. Cap. 2.*

SEcundum officium eſt a bono retardare. quod iuſte ſequitur ex præcedenti. Reddit enim hominem ponderoſum, 13 ·rauem ad opera virtuoſa. Hinc Hiere. & c. ait: Si mutare poteſt ethyops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefa. cum didiceritis malum. Vſus

E cito inflectit naturam, ſecundum Ambroſ. de officijs. Et de hoc ſatis ſupra ſermo. 19. ar. j. c. 4. dictum eſt.

*Conſuetudo mala in peccatis hominem ligat atque cathenat. Cap. 3.*

TErtium officium eius eſt in culpis ligare, & incathenare, quod etiã ex p̄cedenti merito ſolet ſequi. Ligatur enim homo ex mala quadam conſuetudine, ſicut de Sampſone, Iudicum. 16. myſtice ſcriptum eſt. Qui primo ſeptem neruiceis, & adhuc humentibus funibus ligatus
F eſt, ſecundo funibus nouis, tertio licio ſeptem crinibus capitis circumplexo, & clauo in terra defixo circumligato: quarto vero poſt capillorũ abraſionem captus, exoculatus, vinculis ferreis cathenatus, & incarceratus ad voluendũ molam loco aſini deputatus eſt. Sic moraliter euenit peccatori. Primo enim ligatur per recentem conſenſum mentis, ſecundo per operis nouitatem, tertio per iterationis amplexationem, quarto vero raſis capillis cogitationum bonarum intelligẽtia excęcatur, vinculis malarum conſuetudinum cathenatur, ponitur in carcere obſtinationis pͧerſæ, & ad mo-
G lam frequentatarum impietatum, tanquàm beſtia ligatus eſt. Et de talibus Pſalm. ait, In circuitu malarum conſuetudinum impij ambulant. De hac enim cathena Eſa. 58. ait: Si abſtuleris de medio tui cathenam, id eſt, conſuetudinem malam, ſupple ſaluus eris. In idem quoque myſterium Io. 11. Lazarus quatriduanus, & fętens inſtitis circumligatus erat. Hinc etiam Bern. ait: Voluptas habita libenter repetitur: repetita blanditur: conſuetudo ligat, ratio conſopitur. Facit enim conſuetudo ſicut recentes nuces, quibus coinquinatæ manus multis lotionibus non mundantur.
H

*Mala cõſuetudo ligat hominẽ in peccato.*

*Exemplũ de mala conſuetudine.*

*Indurat vtique corda conſuetudo peruerſa. Cap. 4.*

QVartum officium cõſequens ex pr[…] tactis eſt corda indurare. Sicut […] aqua conſtricta gelu longa […]nim. […]onſuetudine chryſtallus effici[…]tur: ſic & humana corda peccatorum gel[…]a, per longã conſuetudinem conſtringu[…]tur, & indurantur. Vnde Eccleſiaſtici […] 43. Frigidus ventus aquilo flauit, id eſt, […]entatio diaboli inualuit; & gelauit chr[…]ſtallus ab aqua, id eſt, mollia corda facta […]unt dura per conſuetudinem longam. […]t iterum Iob 41. ſcriptum eſt:

*Simile.*

A eſt. Indurabitur cor eius, quaſi lapis, ſ. ex cõſuetudine mala: & reſtringetur quaſi malleatoris incus: quæ quanto plus percutitur, tãto amplius induratur. Hinc eſt ꝙ huiuſmodi mens fit ſæuior ac nequior in flagellis: & vnde ex aduerſis debebat humiliari & flecti, inde in maiorem nequitiã conualeſcit. Iu cuius myſterium Apoca. 13. ſcriptum eſt. Et vidi vnum de capitibus eius occiſum in mortem. i. vnum de ſeptẽ criminalibus veniente cauſa emendandum. Et plaga mortis eius curata eſt: hoc eſt inemendabile eſſe B conſpexi. Propter hanc eandem cauſam pſal. ait. Fiat. i. fiet ei ſuum. ſ. peccatũ ex cõſuetudine mala, ſicut veſtimentum, quo operitur: & ſicut zona, qua ſemper præcingitur. Hinc Eccleſiaſtici 23. Indiſciplinatæ loquelæ ne aſſueſcat os tuum. Sequitur: homo aſſuefactus verbis improperij, diebus omnibus vitæ ſuæ non erudietur. ſ. quia induratum eſt cor eius, ſicut lapis.

### *Seruum diaboli facit hominem conſuetudo mala. Cap. 5.*

*Mala cõſuetudo reddit hominẽ mãcipiũ diaboli.*

C QVintum, quod ad præcedentia ſequitur, officium eius eſt, animam diabolo ſubiugare. Miſeri & miſerabiles homines non aduertunt, ꝙ per malam cõſuetudiuem diabolus in tantam ſeruitutem & inſaniam deducit eos, vt dicere poſſit eis & facere; ſicut 1. Reg. 11. Naas Amonites viris Iabes, quibus ait: In hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros: ponamque vos opprobrium in vniuerſo Iſrael. Tunc eis Naas, ideſt diabolus, oculos dextros eruit ſibi confæderatis cum intentiones, & affectiones ad dexteram æternæ gloriæ dirigentes per conſuetudinem malam ad temporalia & vitioſa, quaſi ſiniſtra diuertit, vt verè licet ſępius ſine merito, ſubiugando ſe dicere poſſint illud Eſa. 28. Percuſſimus fædus cum morte: & cum inferno fecimus pactum, quaſi dicant. Manus nr̃as poſuimus in manus diaboli, ei homagiũ faciẽtes nunq̃ recedẽdi ab eius operib⁹: nec aduertimus nr̃am tẽporalem & æternã ſub imperio talis dñi, & tam impij ſeruitutem.

### *Reddit conſuetudo mala hominem deſpicabilem & abiectum. Cap. 6.*

*Cõſuetudo mala facit hominem deſpectũ.*

SExtum officium eius conſequens ad prædicta eſt ſcilicet hominem vilificare. Facit enim hominem deſpicabilẽ, E abijciens ab eo omnem dignitatem, nobilitatem atque honorem. Vnde Eccleſiaſtici 41. de talibus ſcriptum eſt: Filij abominationum, fiunt filij peccatorum, ideſt impiarum culparum: & qui conuerſatur. ſ. p malam conſuetudinem, ſecus domos impiorum abominationum filij fiunt. Filiorum peccatorum peribit hæreditas, ſ. ſi malas conſuetudines a parentibus ſumant: & cũ ſemine illorum aſſiduitas opprobrij, ſcilicet ex eadem mala conſuetudine erit. De patre impio conqueruntur filij: quoniam propter illum. i. per malas conſuetudines, F quas didicerunt ab illo, ſunt in opprobrio, ſcilicet temporali & ſempiterno.

### *Sub dominio demonum præſcribitur homo ex conſuetudine mala. Cap. 7.*

SEptimum quoque officium eius poſt omnia ſupradicta eſt præſcriptionẽ generare. Secundum enim quod habetur extra de præſcript. c. vigilanti. Præſcriptio non in fauorem malæfidei poſſeſſoris, ſed in pœnam rem ſuam proſequi negligen- G tis introducta eſt. Inde iuſto iudicio fit, vt poſtq̃ homo rem aliquam pacificè poſſederit per longum tempus, ex diuturnitate tẽporis in perpetuum fiat ſua, licet eam prius contra iuſtitiam poſſideret. Nec enim demum facilè recuperatur poſſeſſio, quã tuetur antiqua præſcriptio. Sic præſcriptio animarum ſub dominio antiqui hoſtis iuſtè a iuſtiſſimo Deo introducta eſt, vt ex mala cõſuetudine longa fiat peccator in perpetuũ diaboli ſeruus, licet antea illum diabolus contra iuſtitiam poſſideret. In huius myſterium Exo. 5. Pharao, per quem diabolus myſticè figuratur, filios Iſrael. i. animas peccatorum iure præſcriptionis poſſidere volebat, dicẽs: Neſcio Dominum, & Iſrael nõ H dimittam.

*Ex mala conſuetudine ſubijcitur imperio diaboli.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De ſeptuplici tyrannide quam exercet in homine conſuetudo mala.*

SEcundum myſterium circa malam conſuetudinem pertractandum, eſt conſiderare eius imperioſam coactionem, de qua Dominus ſubdit: Et qui maiores ſunt, ſcilicet ad inclinãdum ad mala: poteſtatẽ. ſ. violentam, exercent in eos. ſ. ſibi obedientes. Per ſeptem tyrannides, ſeu violentias gradatim præcipitãt animam in infernum. Conſue-



*Quid cõſuetudo mala facit.*

A Conſuetudo enim mala primo peccata grauiora facit, ſecundo minuit naturalia bona, tertio reddit promptum ad mala, quarto præcipitat in peccata, quinto peccare cogit, ſexto in vltimam deſperationem inducit, ſeptimo æternaliter damnat.

### *Ex malorum conſuetudine longa non leuiora peccata redduntur. Cap. 1.*

PRima tyrannis, ſeu violentia conſuetudinis malę eſt, quia peccata grauiora facit. Auget enim cri- B men cõſuetudo peruerſa ex diuturnitate longæua; ſicut patet. 24. q. 1. in c. ſciſma, extra de ſymo. ca. non ſatis, & extra de conſue. c. vlt. immo quanto longior eſt conſuetudo irrationabilis & peruerſa, tanto grauiora peccata redduntur. Irrationabilis autẽ conſuetudo ab Inno. exterminatur, q̃ reprobat̃ a iure, ſicut ſatis not. extra de conſue. c. vlt. Ex hoc igit̃ patet, ꝙ cõſuetudo caudarum in veſtimentis, manicarum tanta immoderãtia amplarum; capillorum mortuorum, iocalium immoderatè p̃cioſorum, & multorum conſimilium, quã- C to longior eſt, tanto nequior rationabiliter reputatur: immo talium non conſuetudo, ſed abuſio nuncupanda eſt: nec minus quã corruptela pernitioſa vitari debet, ſicut patet diſt. 8. cap. mala. vbi dicitur. Mala conſuetudo non minus, quàm pernicioſa corruptela vitanda eſt: quæ niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs aſſumitur, & incipiunt præuaricationes variæ; præſumptiones celerrimæ non compreſſæ pro legibus venerari; & pro priuilegiorum more perpetuo celebrari. Et ibidẽ, cap. veritate. Auguſt. ait: Nemo conſuetudinem rationi, & veritati præponat: quia D conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludit. Et c. ſe. Gregor. ait. Aduertendum eſt, ꝙ dominus dicit: Ego ſum ueriras, non dixit, ego ſum conſuetudo, ſed veritas. Et in c. fruſtra. Auguſt. etiam inquit: Fruſtra quidam cum ratione vincuntur, conſuetudinem nobis obijciunt: quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut non ſit in ſpiritualibus ſequendum, quod meliuas ſpũſancto reuelatur. Hoc planè verum eſt: quia rõ veritatis conſuetudini præponenda eſt, & ſi conſuetudini veritas ſuffragat̃, nihil oportet firmius retinere. Et c. conſuetudo. Beatus Cyprianus ait: Conſuetudo ſine veritate, vetuſtas errorum eſt. Sed de huiuſmodi corruptelis & abuſionibus, maxime mulierum, dicetur infra.

*Veſtiũ vſus imoderatus.*

### *Quòd per malam conſuetudinem paulatim conſumuntur in homine gratiæ gratis datæ. Cap. 2.* E

*Mala cõſuetudo diminuit naturalia bona.*

SEcunda tyrannis eſt, quia diminuit naturalia bona; & maxime bonos mores: paulatimq; comedit & deuorat ac cõſumit. Propterea Eccleſiaſtici. 12. c. ait. Nõ eſt enim ei bñ, qui aſſiduus eſt in malis. Et Hiere. 48. c. ait. Fertilis erat Moab. ſ. in bonis moribus ab adoleſcentia: & requieuit in fæcibus ſuis, ſcilicet propter conſuetudinem malam. Et ſequitur: Proſternent eũ, ſcilicet demones & peccata eius: & vaſa eius exhaurient. i. virtutes & opera gratui- F ta atque bonos mores exhauriendo conſument. Hæc eſt quarta beſtia, quæ Dan. 7. deſcribitur: terribilis & fortis nimis; habens dentes ferreos; & vngues: quædam comedens; quædam comminuens, & reliqua pedibus conculcans: quia conſuetudo malã bona gratuita tollit, atque conſumit bona ſpũalia acquiſita: vt puta ſcientiam & virtutes: conſumitque bona naturalia, conculdat & atterit. Seu dicamus, ꝙ comedit bona gratiæ: comminuit bona naturę, & cõſumit bona fortunæ. Hinc 1. Mach. 1. c. myſticè ſcriptũ eſt; q̃a Antioch⁹ intrauit ſctificationẽ in multitudine graui, & aliqua cõminuit & alia abſtulit. Quid p Antiochũ, niſi diabo- G l⁹ ĩfernalis cõuenienti⁹ deſignat̃? Hic ſiquidem mentẽ ingredit̃ per cõſuetudinem malam in multitudine. ſ. reiteratorũ malorum. Et addit, graui: q̃a graue dãnum aĩæ infert & grauiter cõſciam p̃mit. Hinc Eccleſiaſtes 12. c. nos admonet, di. Memento creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ: & anteq̃ veniat tẽpus afflictionis; & appropinquẽt anni, de quib⁹ dicas: non mihi placẽt: anteq̃ tenebreſcat ſol & lumẽ & ſtellæ & luna & reuertãtur nubes poſt pluuiã. Licet enim iuſtificãs gr̃a ſubito & tota ſimul in hoĩe ſe auerten- H te a Deo, illi auferat̃: dona tñ & gratiæ gratis datæ p cõſuetudinẽ malã paulatim decreſcunt. Et hoc ex euidẽtiſſima diſpẽſatione iuſtitiæ & miſericordię Dei, vt ex ea parte qua per iuſtitiã gr̃æ minuunt̃. hõ ad pęnitentiam moueat̃, atq; ex alia parte qua per miãm gr̃æ nõdum ſunt oĩno ablatæ, ad p̃ficiẽdã pęnitẽtiã adiuuet̃. Periculoſiſſimũ eſt quidẽ per malã cõſuetudinẽ ſeneſcere in p̃cĩs, ſicut exemplũ de Salomone habem⁹: qui cũ ſapientiſſimus eſſet, dũ per malam cõſuetudinẽ perſeueraret in culpis, ſic paulatim infatuatus eſt, vt idola ſequeretur, ſicut 3. Reg. 12. cap. ſcriptum eſt. Iuuentus ergo

A ergo ad conuerſionem & bonam vitam aptior reperitur, cum naturales gratiæ vigẽt atque gratuita dona, quæ per ſubiuncta ſignificantur, nondum omnino ſunt ablata, & conſummata. Quid igitur per ſolem, q̃ ſplendens & vigens & calens eſt, niſi in iuuentute anima intelligentiæ, pſpicacia ſplẽdens, memoria vigens, atque voluntas feruens ſignificatur? Et quid per lumen, niſi luminoſa ratio demonſtratur. Stellæ ſiquidem ſunt corporei ſenſus in iuuentute ſplẽdidi: in corpore quaſi ſtellæ in cælo fixæ. Luna equidem eſt ipſa mutabilis caro, quæ ſæpius in fluxu lunæ tanquam luna mutat, B atq; modo palleſcit, mō albeſcit: mō vero erubeſcit: mō in pueritia eſt cornuta, in iuuẽtute eſt plena; in ſenectute reuertiẽ cornuta & curua. Hæc oīa tunc per malam conſuetudinem tenebreſcunt, cum in ſenectute inueterata vitia regnant & gratiæ reuertendi ad Deum amiſſæ & conſumptæ ſunt. Et quod periculoſius eſt, tanto in mente cōtemptoris obſcurior cæcitas generatur, q̃to præcedentium gratiarum fuerit abundantia maior. Et hæc eſt nubes, quæ poſt pluuiam reuerti dicitur: In iugibus nempe imbribus ſpiſſior atque obſcurior eſſe ſolet nubes, quæ poſterior eſt. Sic in quanto iugiore imbre gratia irrorauerit mentẽ, tanto diuino iudicio cæcitatis nubes ſpiſ- C ſior & obſcurior in homine erit; quæ contẽptam gratiam per malam cōſuetudinem ſubſequetur.

*Quòd per malam conſuetudinem redduntur homines ad mala prompti, & proni. Cap. 3.*

TErtia quidem conſuetudinis malę tyrannis eſt: quia reddit hominem ꝓnum, ſeu promptum ad malum. Ta- D les enim ſunt, ſicut peluis in aqua, vel gallus ſupra pinnaculum domus: aut molendinum ad ventum, vel ſicut ſine remige nauicula eſt in mari: aut puluis in via, vel in platea lanugo. Sunt etiam hi ſimiles nubibus ſine aqua, aut nebulis turbinibus agitatis, vel fluctibus maris: qui a quocunque tentationis agitantur impulſu, ſiue carnis, ſiue demonis, ſiue etiam mundi, illuc ducuntur & impelluntur. Vnde per fluctuationem quatuor ventorum ſignantur; ſicut Daniel. 7. ſcriptum eſt. Quatuor venti. i. quatuor affectiones pugnabant in mari magno ſcilicet humanæ mentis: quia videlicet tales animæ modo inaniter gaudent; modo

*Simile.*

*Quatuor vẽti ſunt quatuor affectiones.*

ſine moderamine contriſtantur: modo ex- E tolluntur ſpe vana, modo vero inani timore vileſcunt & puſillanimes fiunt. Ratio autem, quare tales ſic redduntur ad malum proni: eſt ignorantia peccati & delectatio peccandi, quæ ex peccatorum frequentatione generari ſolent. Vnde Cæſarius in ſermone: Habet hoc infelix conſue udō peccandi, vt quanto amplius quiſque peccauerit, tanto minus ipſa peccata intelligat, & tanto plus eum peccare delectet. Vnde Iſido. ī ſynonimis: Aſſiduitas mores facit: magnus vſus in naturam ſe vertit. F

*Quòd facile mala conſuetudo præcipitat hominem de peccato in peccatum. Cap. 4.*

QVarta tyrãnis eſt, quia præcipitat in peccata. Non enim animaduertit, vel ponderat homo, cum in minimo peccat, quod ex conſuetudine longa decidet in maiora. Sicut G Eccleſiaſtici 13. c. ſcriptum eſt. Qui ſpernit modica, paulatim decidet. Vnde Matth. 26. habetur, ꝙ Petrus primò Chriſtum negauit, ſecundo contra Chriſtum iurauit, tertio vero deteſtatus eſt, & iurat atq; anathematizat Dominum Ieſum Chriſtum. Hinc Eccleſiaſtici 23. cauet dicens. Iurationi nō aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa. Et iterum in eodem capit. ait. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati. Sicut exẽplum patet de quodam bubulco, qui cum ſummo mane comederet pira: interrogatᵘ a quodam religioſo, ſi iã dixiſſet ad Dei lau- H dem Pr̃ nr̃: iuramento reſpōdit ſe illud neſcire. Cumq; de iuramento increparet, iurabat iterum atq; iterum & ſæpius, nō iuraſſe. Dumque idipſum iuramento firmaret, iurabat ſe non iurare. Propterea attentè conſiderent artifices vel mercantes, ꝙ ſi in frequentatione iuramentorum & mẽdaciorum decipere proximum ſuum intendũt: vel ſi abſq; tali intentione mẽdacia & iuramẽta frequentant, mortaliter peccant, ſm Hoſt. cum quo concor. Rich. & Tho.

*Exẽplũ rude.*

*Cōſuetu do iurãdi.*

*Quinta violentia conſuetudo hominum quaſi inuitum peccare cogit. Cap. 5.*

QVinta verò tyrannis eſt, quia peccare hominem cogit, quaſi velit nolit, ſecundum adeptã cōſuetudinem



A tudinem peccare neceſſe eſt illi. Secũdum enim Bern. ad fratres de monte Dei. Conſuetudo ſecunda natura eſt. Quot etenim ſunt, qui de plano fatentur ſe non poſſe cōtinere a contagione mulierum & conſimilibus. Et vnde hoc, niſi quia hæc tyrannica conſuetudo ad huiuſmodi cogit: virgula tortuoſa faciliter quippe erigi poteſt, quod in veteri ligno minimè fieri valet, ſic mentibus inueteratis cōtingere ſolet. Hinc Hugo. de ſan. Vic. ſicut alibi allegatum eſt, ſup. regulam Aug. ait. Cogitatio praua parit delectationem, delectatio cōſenſum; cōſenſus operationem, operatio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem, neceſſitas B autem non excuſat, ſed potius accuſat, ſicut ſuperius dictum eſt. Ad hoc exemplũ patere poteſt de philoſopho, qui ex ſuorũ grauitate morum electus eſt in regem cuiuſdam nobilis ciuitatis. Cum ciues hortaretur nutrire filios ſub morum debita diſciplina; atque illos auertere a prauis cōſuetudinibus vitiorum: nec ciues huic virtuoſæ monitioni omnino parerent: nutriri fecit duos optimos catulos ex optimis parẽtibus ortos: vnum in coquina cũ omni pinguedine & inertia corpulenta; alium verò in omni experientia laborioſarum venationum. Ad tempus vero populo conuocato C in publico, & in ſupradictis moribus reiterato ſermone ambobus canibus inibi præparatis in medio populi apponi fecit ſartagines, parapſides, maſona & conſimilia coquinalia pinguedine plena, atque leporem inſperato dimiſit. Facto quoque ſigno ſecundum ꝙ primo docuerat ſeruos ſuos, ꝙ dimitterentur ſubito canes. Canis venationibus aſſuetus inſultu primo dentibus leporem rapit: Alius vero canis in coquina nutritus, omnibus circunſtantibus ad leporem exhortantibus eum; ſtatim cucurrit ad perapſides pingues & ad cætera conſueta. Quo quidem memorando exemplo, ipſo myſterium reſerante, didicerunt aſtantes, quantæ ſint violentiæ vires conſuetudinis D malæ & bonæ.

*Cōſuetudo eſt altera natura.*

*Exẽplũ notabile.*

*Exẽplũ de cane venatico.*

*Quòd mala conſuetudo in peccatorum profundum & in vltimam deſperationem inducit. Cap. 6.*

SExta tyrannis eſt; quia in vltimam deſperationem perducit. Vnde Bern. li. j. de conſideratione. Quid non mutat cōſuetudo? quid non aſſiduitate dometur? q̃d non vſui cedat? quantumcunque præ ama- E ritudine prius exhorrebat, vſu ipſo in dulce conuerſum eſt. Primum tibi importabile videtur aliquid, proceſſu temporis ſi aſſueſcas, iudicabis non adeo graue, paulo poſt & leue ſenties; paulo poſt etiam delectabit: ita paulatim in cordis duritiam vertitur & ex illa in auerſionem. Et hoc eſt profundum peccatorum, de quo Prouerb. 18. cap. ſcriptum eſt: Peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, ſcilicet propter deſperationem, ſurgere a peccatis. Quod verbum exponens glo. inquit: Qui longius peccatorum tenebris inuolutus eſt, cum ſemel deſperat, ex deſperatione peccandi ſibi frena relaxat, ſed op- F probrium futuræ damnationis non euitat. Hi ſunt, de quibus pſal. ait. Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt. Vulnerati ſiquidem ſunt longa conſuetudine peccatorum multorum: Hi dormiunt in ſepulchris conſcientiarũ malarum plus quam glis, qui per ſex menſes dormit in foramine muri. Iſti vero dormiunt per viginti, vel triginta vel quadraginta annos. Horum ſiquidem non eſt memor Deus ad miſerendum; quia ipſi obliti ſunt Domini creatoris ſui: ſicut alibi G pſal. ait. Et hæc eſt longinquitas, qua peccator ſe a Domino elongat; quia longe a peccatoribus ſalus: nec mirũ, cũ de manu Domini repulſi ſunt. Manus enim Domini valida eſt & fortis, ideo quos a ſe proijcit manu ſua, longe repulſi ſunt. Manifeſtiſſimũ ſignum huius longinquitatis eſt inuerecũda publicatio peccatorum, quæ ex conſuetudine peccatorum originem habet. Vnde Auguſt. in Enchiri. 82. capi. inquit. Peccata H quamuis magna & horrenda: cum in conſuetudinem venerint, aut parua, aut nulla eſſe creduntur, vſque adeo vt non ſolum non occultanda, verum etiam prædicanda diffamandaque videantur. Et hic eſt clamor, de quo Gene. 18. cap. ſcriptum eſt. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt, quia ipſi Sodomitæ ſcelera ſua abſque erubeſcentia, immo cum gloria publicabant. Huius impudentiæ rationem aſſignat Gregor. ſuper Ezech. dicens. Frontem cordis impudentia atterit culpa frequens, vt quo magis committitur, eo minus de illa committentis animus verecundatur.

*Mala cō ſuetudo deijcit hominem in profundũ*

*Pſal. 87.*

*Pctã nulla videnẽ per malã cōſuetudinem.*

Quòd

A *Quòd mala conſuetudo finaliter æternis cruciatibus damnat. Cap. 7.*

SEptima tyrannis eſt, quia æternaliter damnat. Hinc nos admonet ſpiritus veritatis, Leuit. 18. capi. dicens. Iuxta conſuetudinem terræ Ægypti non faciatis, &cæt. Et ſequitur: Qui fecerit de abominationibus eorum quippiam, peribit. Meritò enim perire debet, qui per conſuetudinem Ægyptiacam, id eſt, tenebroſam ſe a Deo elongat. Hinc Pſal. ait. Qui elongant ſe a te, peribunt. Licet enim B Deus vbique ſit: atque Hierem. 23. cap. dicat Deus, E vicino ego ſum, & non Deus de longe: Longe tamen eſt ab impijs per gratiam, licet eis ſit de prope per iuſtitiam. Vnde notanter pſalm. ait: Quia ecce elongant ſe a te: non te a ſe, cum hominibus ſit ſemper prope. Iuſtis per gratiam: malis autem ſicut dictum eſt, per iuſtitiam, peribunt. etiam iuquit: Meritò quidem perit, qui ſe a vera vita, per malam conſuetudinem elongando recedit. Dicit etiam, Ecce; quia cito venit perditio eorum. Sapien. 6. Horrende & cito C apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum fiet eis. Et quanto iuxta pſalm. verbum, tales per longiorem conſuetudinem prolongauerunt iniquitatem ſuam: tanto quoque quandoque propinquiorem & ſemper acerbiorem experientur iuſtitiam Dei, &cætera.

*Pſal. 72.*

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De ſeptem remedijs, quibus homo a mala conſuetudine liberatur.*

D TErtium principale myſterium circa malam conſuetudinem contemplãdum, eſt conſiderare eius virtuoſam liberationem. Cum Dominus ſubdit: Non ita erit inter vos, ſcilicet iuſtos atque prudentes: quia in veſtro conamine & Dei auxilio liberamini a conſuetudine mala. Septem ſunt remedia, quibus cum Dei adiutorio a mala conſuetudine anima liberatur. Primum eſt remedium prouiſionis, ſecundum inuocationis, tertium verò elongationis, quartum abominationis, quintum deſpectionis, ſextum oppoſitionis, ſeptimum conuerſationis.

*Septẽ remedijs liberat aĩa a mala conſuetudine.*

*Quòd in principio & maxime in iuuentute malæ conſuetudini obuiandum eſt. Cap. 1.* B

PRimum enim contra conſuetudinem malam eſt remedium ꝓuiſionis, vt ſcilicet in ſua nouitate, & maximè in iuuentute, conſuetudo mala tollatur. Tenella virgula facilè ad rectitudinem flecti poteſt: trãſplantata altas radices figit. Paruula auis ex ipſo nido erepta melius quàm aliæ, domeſtica fieri ſolet. Equinus pullus cito diſcit deponere quædam vitia, quæ antiquus nunquam relinquere ſolet. F Dici etenim aſſolet, Aſino vecchio tardi muta ambicidiera. Noua etiam plica de facili ad partem aliquam, vel contrariam verti ſolet, vel poteſt. Teſta recens facilè ſaporem malum perdit. Sic conſuetudo noua de facili immutatur, antiqua vero difficillimè, aut nunquam, niſi cum diuino quaſi miraculo amouetur. Hinc Hieronymus in Græcorum hiſtoria narrat, Alexandrum orbis dominum, & moribus Leonidis pedagogi ſui non potuiſſe carere & vitijs quibus adhuc paruulus G infectus erat. Et merito quidem, quia vbi ſenilis eſt morbus, fruſtra adiungitur medicina. Antiquus riuulus alueum ſuum de facili non dimittit. Sic accidit de conſuetudine mala. Hinc Gregorius in regiſtro: Si prauæ rei aditus antequam inualeſcat non clauditur, fit latior; & erit conſuetudine licitum, quod ratione conſtat eſſe prohibitum. Et Bernard. in epiſtola ad fratres de monte Dei: Omnis animus malus priuſquam indureſcat malitia, emolliri poteſt: ſed poſtquam indurauerit, deſperandus eſt. Nec mirum, ſi iam H cæpta conſuetudo mala cum difficultate aliqua remoueatur: tamen ad id toto conamine elaborandum eſt. Nam ſicut Bernard. in quadam epiſtola ait. Subito procedenti de vmbra ad ſolem; de ocio ad laborem graue cernitur omne quod inſpicitur: ſed cum ab his diſſueſcere & ad illa paulisper aſſueſcere cæperit, vſus tollit difficultatem: inuenitque facile eſſe, quod ante difficile putauit: ſic vtique fiet in amotione conſuetudinis malæ.

*Simile.*

*Prouerbium.*

*Bernard.*

Quod



A *Quòd inuocandum eſt adiutorium Dei atq; Sanctorum, & maxime Virginis glorioſę ad malam conſuetudinem amouendam. Cap. 2.*

SEcundum eſt remedium inuocationis. Qui enim a ſuperiori premitur poteſtate, quæ conatur illum in perpetuam redigere ſeruitutem: ſi prudenter agat, in ſuum adiutorium aduocat fortiorem. Tanta ſiquidem eſt poteſtas aduerſarij noſtri ſubijcere nos conantis, vt Iob 41. dicere audeat: Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. A qua poteſtate cum fuerimus per malam conſuetudinem preſſi, cum eius poteſtati reſiſtere non valemus, ſupe- B rior ſeu ſuprema, id eſt diuina potentia eſt inuocanda, atque fideliter ex corde cũ propheta clamandum: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina. Et iterum: Deus, in nomine tuo ſaluum me fac. Nam ſicut Lucæ 11. ca. Dominus ait: Cum fortis armatus. id eſt, diabolus, cuſtodit ſcilicet per malam conſuetudinem, atrium ſuum. ideſt, hominem in peccatis: in pace, vtique mala, ſunt ea quæ poſſidet: ſi autem fortior illo, quod eſt adiutorium Dei fideliter inuocatum, ſuperueniens vicerit illum: ipſum ſcilicet de anima expellendo, & malam conſuetudinem amouendo, vniuerſa arma eius, in quibus con- C fidebat, quæ ſunt iterata peccata, auferet, ſcilicet per pœnitentiam veram: & ſpolia eius, quæ ſunt omnia ſupradicta mala, quæ ex conſuetudine generantur, diſtribuet, ſcilicet per reformationem condignam & vitam immaculatam. Plurimum quoque valet aliquid vouere in honorem Virginis glorioſæ, maxime ſi ſit contrarium malæ conſuetudini ſuæ.

*Quõ Sãcti nobis patrocinãtur ſuis ꝑcibus, vide q̃ hẽt Gabriel ĩ canone lectu. 9. & 66. Alex. pa. 3 q. 9.*

D *Quòd amouendæ ſunt occaſiones peccati, vt malæ conſuetudines emendentur. Cap. 3.*

TErtium eſt remedium elongationis. Inter conſilia enim Chriſti vnum celeberrimum, quaſi omnis religionis fundamentum eſt, euitare ſeu fugere peccatorum occaſiones. Hinc Matth. 5. c. Dominus ait: Si oculus tuus dexter ſcãdalizat te, erue eum & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennã. Oculus quidem dexter plerunque ſunt lu- E bricis ſuſpecta conſortia, auaris parata ſubſtantia, elatis fama & gloria, guloſis delicata cibaria & magna conuiuia: & ſic de ſingulis, quæ maxime non pugna, ſed per abſciſionem, ſeparationem & elongationẽ ab homiue ſeparantur. Quod propheta intelligens ait: Elongaui fugiens & manſi in ſolitudine, ſcilicet vt fugerem occaſiones peccandi. Hinc etiam 1. Corinth. 6. Apoſtolus ait: Fugite fornicationem. Mira hominum inſania: Fugiunt laqueos & rethia aues, feræ pedicas, hamos & rethia piſces: & quòd mirabilius eſt, aſinus vbi ſemel ceciderit, nunquam amplius cadit. Solum eſt inſanum hominum genus poſt multos F iteratos caſus multiplicataſque ruinas, ne iterum cadat lubricos animæ pedes per remotionem occaſionum ſtabilire & figere neſcit, ignorans, quòd huiuſmodi occaſionibus moles malæ conſuetudinis premit. Prouerbium quidem vſitatum eſt. Ad arca operta el giuſto in pecca.

*Amouẽda eſt occaſio peccati.*

*Exẽplũ de aſino.*

*Prouerbium vernaculum.*

*Conſideranda ſunt omnia incommoda atq; mala quæ ex mala conſuetudine veniunt, vt contra illa odium generetur. Cap. 4.*

QVartum eſt remedium abominationis. Abominationem malæ con- G ſuetudinis ſuæ & peccatorum facile inuenit homo, ſi ſerioſe diſcutiat & ponderoſe examinet omnes importunitates & ſuſpitiones: omnes fęditates, omnes anguſtias & labores: omnia ſcandala & opprobria: omnes inſanias, omnia pericula atque mala: omnia peccacata, omnia damna: omnes dolores atque mœrores, quæ miſerabiliter patent ex conſuetudine mala. Verbi gratia, vel cauſa. Penſet, quæ de ſupradictis euenire ſolent: puta de ſodomia atque quacunque luxuria: de vſura, de partialitate, de ebrioſitate & guloſitate: de alearum ludis, de vanitatibus, magagnonibus, caudis, fucationibus, cæteriſque pompis: de blaſphemijs, mendacijs, & iuramẽtis & conſimilibus. Exemplo illius, qui Deuteron. 24. volens repudiare vxorem, omnes eius deſcribebat importunitates & fęditates. Quæ omnia prædicator vtilis & diſcretus examinator per prudentiam ſuam diſcutiat diligenter.

*Mala, q̃ ex improba conſuetudine eueniunt.*

A *Quòd per magnanimitatem, & animi nobilitatem potiſſime ſuperantur conſuetudines malæ. Cap. 5.*

QVintum eſt remedium deſpectionis. Nobilis atque magnus animus dedignatur cum ſe aduerterit huiuſmodi viliſſimis, non dico conſuetudinibus, ſed abuſionibus & corruptelis tam viliter conculcari. Vnde in domino magnificans & nobilitans ſemetipſum, magnanimiter ac viriliter huiuſmodi conſuetudines abuſiuas deſpicit & contemnit. Vnde de talibus Pſalm. ait: Ipſi videntes, ſcilicet

*Pſal. 47.*

B tales malas conſuetudines incurriſſe, ſic admirati ſunt: ſcilicet de imprudentia ſua: conturbati ſunt, videlicet contra malas conſuetudines ſuas: tremor, ſcilicet diuini iudicij, apprehendit eos: quia nec talem timorem a mente remouere valent. Ibi dolores, ſcilicet contritionis cordialis & diſplicentię mentalis: vt parturientis extra, ſcilicet ventrem mentis huiuſmodi conſuetudines prauas, in ſpiritu vehementi, id eſt in virtute Dei: & in vigore Spiritus ſancti a malis conſuetudinibus mentem vehentis conteret naues Tharſis. Nauis plurimos gerit in aquis & tranſuehit de loco ad lo-

C cum & de portu ad portum. Et deſignat malas conſuetudines, quæ per mare præſentis ſęculi nequam tranſuehunt pereuntium multitudines ad portum æternę damnationis. Nam vt ſcribitur Eccleſiaſtici 43. Qui nauigant mare. id eſt, qui conſiderant mũdi conſuetudines malas: vere enarrant pericula eius, quæ innumerabilia ſunt & magna. Et ſicut naues varij generis, varijs nominibus nuncupabantur: vt illæ galeæ, illæ naues, illæ bergantini, aliæ burchia, aliæ cractæ, aliæ fuſta, aliæ galiones, & ſic de ſingulis: Sic in mari præſentis vitæ contingit malas conſuetudines & varias reperire. Illi

*Mundus hic cõparatur mari varijs xõnibus.*

D ex conſuetudine ſunt mendaces, illi carnales: alij blaſphematores, alij luſores: quidam vendunt terminum in mercãtijs, quidam in omni verbulo iurant: alij murmurant, alij ſunt guloſi: alij ebrij: alij partiales, alij detractores: Illæ fœminæ caudatæ, illæ elatæ, illæ magagnonatæ, aliæ fucatæ, aliæ capillatæ, aliæ depilatæ, & ſic de ſingulis abuſionibus mundi. Qui omnes his abuſionibus & conſuetudinibus impijs per vitam huius ſeculi nauigantes ad portum æternæ damnationis velociter currunt. O nequiſſima & ferociſſima beſtia conſuetudo mala: o mundi cæcitas inſana: o perditio animarum, quis ex verſutijs tuis in quo-

E cunque ſtatu & quacunq; conditione euadet, niſi qui in ſpiritu vehementi conteret naues Tharſis. Tharſis enim, diſſipans ſpecula ſolet interpretari. Per quod apertè ſignatur, ꝙ qui malas conſuetudines euadere cupit ne pereat, diſſipare id eſt, diſſipantia cognoſcere debet, & a ſe remouere ſpecula exemplorum malorum, ex quibus vt plurimum malę conſuetudines generãtur. Exemplo Magdale. quæ vt ſcribitur Lu. 7. ſtans retro ſecus pedes Domini Ieſu lacrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat & oſculabatur pedes eius

*Tharſis quid ſignificat.*

F & vnguento vngebat. In quibus verbis apertè monſtratur, ꝙ in ſpiritu vehementi ſeptem, id eſt omnes ſuas confregit conſuetudines malas, ſicut patebit, infra ſermone 38. artic.

*Quòd ad oppoſitum conſuetudinis malæ atque etiam ingenioſe inclinare ſe debet homo. Cap. 6.*

SExtum eſt remedium oppoſitionis, vt ſ. homo in contrariam conſuetudinem, & ſi non ſtatim, ſaltem ſe paulatim in-

G clinet: ſicut ſolet fieri de virgula tortuoſa, quæ in contrarium flectitur: flexaq; tamdiu tenetur, donec ad debitum rectitudinis reuertatur: & niſi teneatur reflexa diu in contrariam partem, impetuoſius reuertitur ad curuitatem ſuam: ſed magis ingenio & arte in longam conſuetudinem quorundam natura flectenda eſt. Quod intelligens beatus Bern. cum quendam notabilem Cardinalem ad pœnitẽtiam inuitaret: nec ille acquieſcere vellet ait illi: Si non vis facere pacem cum Deo, ſaltem cum eo treugam fac. Ait ille: Quandiu: Cui beatus Bernardus: Abſtine tribus diebus pro Dei amore ab

H omni illicito: ſic autem ille fecit. Addidit beatus Bern. Tribus alijs diebus abſtineas pro amore Virginis glorioſæ: quod etiam fecit. Addidit: nunc alijs tribus diebus iterum abſtineas pro amore aliorum Sanctorum: quod etiam ille perfecit. Cũq; beatus Bern. hoc illum reincipere vellet: tunc Cardinalis reſpondit: Nolo amodo cum domino treugam facere, ſed veram pacem. Leuę etenim mihi eſt & perſuaue decætero abſtinere a malo. Sic luxurioſis & ieiunare nolentibus & mendacibus & blaſphemis conſulendum eſt.

*Bona cõſuetudo & habit' in bono inclinat ad bonum.*

Quòd



A *Quòd conuerſatio inter iuſtos, atque intrare religionem, valet contra malam conſuetudinem. Cap. 7.*

SEptimum eſt remedium conuerſationis, vt ſcilicet homo cum iuſtis & virtuoſis hominibus conuerſetur. Quia etiam ſecundum philoſophum, ex cõuictu formantur mores. Et iterum Pſal. ait: Cum ſancto ſanctus eris. Et ſubdit: Et cum peruerſo peruerteris. Nonne legitur. j. Reg. 10. Quòd Saul etiam prophetaret, cum veniret in cuneo prophetarum? Nonne etiam

*A boue maiori diſcit arare minor?*

B Solet enim vitis erectæ arbori alligari, vt nouellam rectitudinem ſumat, quam indurata iam relinquere neſcit. Quibuſdam quoque tutiſſimum & perfectiſſimum remedium eſt ponere ſe in vincula: Sicut de accipitre fieri ſolet, cum liber in capia clauditur, vt mutet pennas, & dum hincinde per capiam deuolat, decidunt antiquæ pennæ & in alteram quodammodo renouatur auem. Sic veterem hominem exuere cupientes collocare ſe debent in capia alicuius ſanctæ Religionis ac religioſæ congregationis, vbi quaſi abſque labore: immo quaſi ſine animaduerſione mirabiliter dedi-

C ſcet & obliuiſcetur quorundam malorum morum, de quibus antea cum labore multo victoriam nunquam adeptus eſt. Quod intelligens Apoſtolus ad hoc hortabatur, Epheſ. 4. cap. cum diceb at: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Quod nobis omnibus concedere dignetur Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto eſt glorioſus & benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

D

## FERIA QVINTA post ij. Domin. in Quadrag.

*Quare proſpera peccatoribus a Deo tribuuntur.*

## Sermo XXII.

MOrtuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno, Luc. 16. Sicut enim malas conſuetudines habet mundus atque mundani, vt ex precedentibus patet: ſic quibuſdam inſanis & deſperatis quaſdam malas

E conſuetudines apparet, quòd habeat Deus. Et maxime in hoc quòd ſępe, immo ſępius peccatoribus & ſceleſtis proſpera tribuuntur: In quorum perſona Pſalm. inquit: Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias. Et dixi: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Contra tales in 2. cap. inuehit Malachias di. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris in eo, ꝙ dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini: & tales ei placent: aut certe vbi eſt dominus iudicij? Et 3. cap.

*Pſal. 72.*

*Deus peccatoribus proſpera confert.*

F lamentabiliter ait: Inualuerunt ſuper me verba veſtra & dixiſtis: vanus eſt, qui ſeruit Deo. Et quod emolumentum habemus, quia cuſtodiuimus præcepta eius: & ambulauimus triſtes coram domino exercituum. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Si quidem ædificati ſunt facientes impietatem & temptauerunt Deum & ſalui facti ſunt. Nec animaduertunt huiuſmodi infideles, quem finem & quàm breui tempore tales impij conſequuntur. Ad quod innuendum in euang. hodier. parabolam ponit Dominus de diuite epulone, ac eius doloroſum finem demonſtrans verbum propoſitum ait: Mortuus eſt diues &

G ſepultus eſt in inferno: vbi contẽplare Primo iudicialem ſublimitatem, quia diues. Secundo iuſtitialem breuitatem, quia mortuus eſt. Tertio æternalem pœnalitatem, quia ſepultus eſt in inferno. In quo ſexta, id eſt, iudicialis Religioſitas demonſtratur, per quam vere fideles addiſcunt, quòd iudicia Dei abyſſus multa. Talia nempe iudicia fideles animę contemplantes & in eis ſtupendam Dei ſapientiam ſpeculantes diuinis ſplendoribus illuſtrantur, atque cum ipſo Pſalm. quilibet eorum dicit: Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua.

H Sed quia tales animæ in talibus iudicijs iucundantur, ſicut Pſalm. ait: Exultauerunt filiæ Iudę propter iudicia tua Domine: Ideo Domino inſpirantẽ rationes huius iudicij oſtendemus ad præſens, quare proſpera dantur malis. Et ad hoc nouem poſſunt rationes per ordinem aſſignari: quarum primę tres pertinebunt ad malos, aliæ vero tres ad peiores, vltimæ vero tres hominibus peſſimis poterunt conuenire.

*Pſal. 96.*

Licet omnes omnibus impijs
quadam circumínceſſione
poſſint artificialiter
adaptari.

A

## ARTICVLVS PRIMVS.

*In quo per tres rationes oſtenditur, quare proſpera dantur malis.*

PRimo ſiquidem proſpera dantur malis propter triplicem rationẽ. Primo pro ſigno attractiuo, ſecundo pro ſigno ſatisfactiuo, tertio pro ſigno exemplatiuo.

*Dantur proſpera malis, vt ex triplici exemplo Dei diſcamus cum noſtris aduerſarijs conuerſari. Cap. 1.*

B

*Dat De⁹ proſpera malis, & bonis aduerſa infert, ſed quare.*

PRimo autẽ proſpera dantur malis pro ſigno attractiuo. Cum enim tria appropriate conſideremus in Deo: ſummam ſapientiam, ſummam clementiã, & ſummam potentiam. Hinc eſt quòd vt ad ſe tripliciter trahat malos, dat eis temporalia bona. Primo videlicet, vt eos illuminet per ſapientiam, ſecundo vt eos alliciat per clementiam, tertio vt eos flectat per potentiam. Primo vt eos illuminet per ſapientiã oſtendens, quòd miſericorditer ſcit ſupportare
C ad tempus humanam impietatem, ac cuicunque vult nouit temporalem diſtribuere poteſtatem: quod non intelligentes huiuſmodi peccatores putãt talia habere ex prudẽtia ſua: & verificatur in eis, quod de quolibet eorum propheta ait: Auferuntur iudi
*Pſal. 61.* cia tua a facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur, licet impie viuant. Secundo vt eos alliciat per clementiam. Vnde beneficus eſt etiam aduerſarijs ſuis: Vnde Matt. 5. Pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Et Iob 38. Quis eſt pluuiæ pater: & de cuius vtero egreſſa eſt glacies, quę ſcilicet in multis etiam peccatoribus vtiles ſunt. Tertio
D vt eos flectat per potentiam, oſtendens ꝙ
*Pſal. 71.* ipſe eſt qui, vt Pſalm. teſtatur, pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. De his tribus ſimul Matth. 5. ſcriptum eſt, quòd Deus facit oriri ſolem ſuum ſup bonos & malos. & licet ad literam hoc verum ſit, tamen ſecundum myſticum intellectũ in ſolis ſplendore ſapientia, in eius calore clementia, in eius vero vigore Dei potentia denotatur: quibus bonis & malis temporalia bona diſpenſare non ceſſat, vt omnes alliciat ad ſeipſum. Nec tamen malorum lapidea corda per huiuſmodi beneficia illũ recognoſcũt, amant vel timent largitorem illorum, vt verificetur, quod Eſa. 28. c. ad Dominum ait;
Manda remanda, manda remanda, ſcilicet E
corporalia & temporalia bona: expecta reexpecta. ſ. quòd peccata relinquant & imitentur virtutes: modicum ibi, & modicum ibi. i. nihil ex hoc mali relinquunt, & nihil boni ſequuntur: vt vadant & cadant retrorſum. i. ſemper deteriorentur & conterãtur, ſcilicet ex grauiſſimis culpis: & illaqueentur conſuetudinibus malis: & capiantur, ſcilicet ſub tyrannide dęmonis.

*Dantur triplicia bona quandoq; malis pro quorundam bonorum ſuorum remuneratione. Cap. 2.*

F

SEcundo dantur proſpera malis pro ſigno ſatisfactiuo. Cum enim, ſecũdum Aug. Nullum bonum ſit irremuneratum: vult Deus pro ſatisfactione quorundam bonorum, quæ impij operantur in terra, dare eis hæc terrena bona, ſciens ꝙ non debeat eos æternaliter pręmiare. q. d. tali homini illud Mat. 20. Tolle quod tuum eſt, & vade, ſ. ad incendia ſempiterna. Poſſunt autem eſſe triplicia bona, quæ faciunt mali, propter quæ remunerantur a Deo. Quædam temporalia, quædam corporalia, quædam ſpiritualia. Temporalia bona contin- G
*Triplicia bona quādoq; dantur malis.*
git facere illos, ſicut dare elemoſynas de bene acquiſitis: paſcere famelicos, potare ſitiẽtes, colligere pauperes, veſtire nudos, ſeruire & prouidere infirmis, & viſitare incarceratos & cętera his ſimilia: propterea tales remunerat Deus temporalibus bonis. Vnde de talibus Pſalm. inquit: Erue me de *Pſal. 143.*
manu fi. alie. quo. os locu. eſt va. & dex. eo. dex. iniqui. Quorum fi. fi. nouel. plan. in iuuen. ſua. Prom. eo. ple. eruc. ex hoc in illud. Oues eo. fe. abun. in greſ. ſuis: bo. eo. craſſe. Non eſt rui. ma. neq; tranſi. ne. cla. in pla. eo. bea. dixe. po. cu. hoc ſunt: bea. po. cuius do. De. eius. Secundo agunt quædam bona cor H
poralia: ſicut ieiũnia, peregrinationes, abſtinentias, diſciplinas: propterea dat eis quandoq; ſanitatem, vitam longã, filios & filias, & cõſimilia corporis bona. Tertio operanẽ quædam bona ſpiritualia: ſicut orationes & deuotiones, conſolari triſtes, docere ignorantes, conſulere dubitanti, corrigere delinquentem, ſupportare infirmos, parcere offendenti, orare pro omnibus, & his ſimilia. Et nihilominus ſunt in mortali culpa, vel alias in mala vita, & propterea tribuit eis aliqua ſpiritualia bona, vt verificetur in eis quod Dominus Matth. 6. c. dicit: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

Dat



A *Dat Deus temporalia bona malis, vt ex hoc triplex ſumamus ab eo exemplum. Cap. 3.*

TErtio dantur malis a Deo temporalia bona pro ſigno exemplatiuo. Triplex nãq; exemplum de ſe ex hoc nobis tribuit Deus. Primum bonitatis, ſecundum benignitatis, tertium largitatis. Primum exemplum eſt bonitatis: quia, vt dicitur Mar. 10. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Et Pſal. alterum ad Dominum ait: Bonus es tu, & in boni. tua do. me iuſti. tu. q. d. Bonus es tu: quia licet peccatores operentur plurima mala, tribuis tamen eis temporalia bona. Secundum exemplum eſt benignitatis. Tanta eſt enim benignitas Saluatoris in largiendo malis temporalia bona, vt emolliri deberent eorum corda lapidea, nihilominus magis quotidie indurantur. Vnde contra huiuſmodi hominem, Roma. 2. Apoſto. ait: Ignoras, quia benignitas Dei, ſcilicet qua tibi bona temporalia donat, ad pœnitentiam te adducit. i. adducere debet. Tertium exemplum eſt largitatis: quia non tantum ſua bona tribuit bonis, verumetiã inimicis ſuis. Et tamen tales quotidie deteriores fiunt. Vnde per prophetam Dominus la-
C mentatur di. Retribuebant mihi mala pro bonis. Hæc enim tria exempla tribuit nobis Deus, vt ex his diſcamus in diligendis inimicis eum imitari; qui in ſe perficit, quod nobis præcipit obſeruandum, di. Matt. 5. Diligite inimicos veſtros, beneſa. his qui ode. vos, & ora. pro perſe. & calum. vos. q. d. Diligite inimicos veſtros exemplo meæ bonitatis: benefacite his qui oderunt vos exemplo meæ largitatis: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos exemplo meæ benignitatis. Et addit de hoc rationẽ di. Vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt: quia, vt ait Apoſt. Roma. 8. c. Si filij & hæredes:
D hæredes autẽ Dei, cohæredes vero Chriſti.

*Triplex exẽplũ tribuit De⁹. Pſalm. Primum* — *Secundũ.* — *Tertium.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*In quo per tres alias rationes oſtenditur quare hominibus peioribus proſpera tribuuntur.*

SEcundo pro peioribus tres alias rationes principales poſſumus aſſignare: Nam eis proſpera & temporalia bona dantur. Primo pro ſigno deſpectiuo, ſecundo pro ſigno exercitatiuo, tertio pro ſigno punitiuo.

E *Quòd proſpera hominibus peioribus tribuuntur in triplex contemptibilitatis exemplum. Cap. 1.*

*Proſpera peioribus hominib⁹ tribuũtur & quare.*

PRimo enim talia bona peioribus tribuuntur pro ſigno deſpectiuo & contemptibilitatis exemplo. Primo, ſcilicet tanquam vana, ſecundo tanquam periculoſa, tertio tanquam deſpecta ſiue deiecta. Primo dantur eis tanquam vana. Vnde Pſalmus. Velut ſomnium ſurgentium Domine in ciuitate tua: imaginem ipſorum ad nihilum redige. Sicut enim cum quis ſomniat ſe eſſe F
in multis delitijs, diuitijs & honoribus: quando de ſomno euigilat intelligit, ꝙ nõ habebat illa in veritate, ſed ſomnium & vanitas erant. Sic mundani proſperantes, qui modo dormiunt in temporalibus bonis, in morte percipient, quòd in veritate diuites non fuerunt, ſed ſicuti dormientes ſomniauerunt. Vnde alibi Pſalm. ait: Dor- *Pſal. 75.*
mierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt, &c. imaginem ipſorum, ait, id eſt gloriam temporalem, quæ ſicut imago apparet in iſto ſomno: ſed hanc excutiet euigilatio mortis. Quis enim non deſpiciet di- G
uitias temporales, cum plerunque cernatur quòd eas ſectantes ex eis nullum reportent fructum? Vnde Hierem. 48. Date florem Moab, quia florens egredietur. q. d. quia in eis non habebit, niſi florem. Secundo dantur tanquam periculoſa. Nam ſicut 1. Timoth. 6. Apoſtolus ait: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueũ diaboli. Quis enim exprimat pericula diuitiarum, deliciarum, & ſublimitatum? quod intelligens Bernard. ait: Mundi periculum probat tranſeuntium paucitas, & pereuntium multitudo. Nam, vt dicitur Eccleſiaſtici 43. Qui nauigant mare, id eſt, H
mundana, amara & fluctuoſa, enarrant pericula eius: & maxime cum in inferno æternaliter cruciantur, ſicut patet exemplo huius diuitis epulonis, qui de ſe ait: Crucior in hac flamma. Tertio dantur tanquam deſpecta ſiue deiecta. Temporalia enim bona ſunt quaſi oſſa conuiuij paradiſi in mundum miſſa. Sæpe enim malis diuitibus, & magnis hominibus quaſi canibus proiecta, & tamen ſicut canis non daret os quod rodit pro Imperio vel Papatu: ſic impius diues non daret bona temporalia pro tota gloria ſempiterna. Et nihilominus,

*Tẽporalia quare dantur nobis.*

**A** nus, iuxta ſententiam Saluatoris; Matt. 16. cap. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum patiatur.

### *Quod proſpera peioribus dantur pro triplici exercitio virorum iuſtorum. Cap. 2.*

*Proſpera peioribus et deterioribus dantur plerũque, vt exerceant.*

SEcundo dantur pro ſigno exercitatiuo, id eſt vt per potentes malos boni exerceantur. Propterea in perſona fragiliũ miratur Abachuc. c. 1. cum inquit: Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? & facies homines quaſi piſces maris: & quaſi reptilia non habentia ducem: & factum eſt iudiciũ & cõtradictio potentior: propter hoc lacerata eſt lex & non peruenit vſq; ad finem iudiciũ: quia impius prçualet aduerſus iuſtum. Et Eccleſiaſtes 4. c. Vidi calumnias, quç ſub ſole geruntur: & lachrymas innocentum, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos: & laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & feliciorem vtroq; dixi, qui nondum natus eſt. Nihilominus aduertendum eſt, ꝙ iuſti in præſenti vita indigent tribus. **C** Primo promoueri, ſecundo perfici, & tertio in eis virtutes manifeſtari. Propterea permittuntur iniuſti regnare & poteſtatem ſuper iuſtos habere triplici ratione. Primo ad iuſtos promouendum. ſ. in bonum. promouentur autem, cum accedunt ad ſimilitudinem Chriſti. Quod quidem in viris iuſtis facit malorum perſecutio & tribulationum multiplex quadratura. Vnde tribulator eſt iuſti artifex in eo ſculpens & formans imaginem Ieſu Chriſti, vt mereatur in cœleſti ædificio collocari. Eſt optimus faber, qui ei fabricat coronam de lapide precioſo. Eſt quoque malleus, quo mens iuſti quaſi calix **D** a Domino fabricatur, vt in eo vinum gloriç collocetur: Tamen ſæpe fit, vt talis malleus tandem morte ſubitanea & confuſibili confringatur. Vnde Hiere. 50. de cõſimili ait: Quomodo confractus eſt malleus vniuerſæ terræ. Secundo autem regnant mali ad iuſtos perficiendum: quia potentes mali iuſtos perſequuntur, & ipſi in iuſtitia perficiuntur, ſicut ſcriptum eſt Iaco. 1. Patientia opus perfectum habet: & maxime quia ad veram innocentiam perducit mentes. Non enim ex hoc verè innocẽs eſt quiſquã eo, ꝙ declinet malum, & innocentibus nocere non velit: nec etiam ſi bona facit: ſed hæc vera innocentia eſt, ſi iuſtus declinat **E** malum, & faciens bonum patiẽter ſuſtinet mala & nocentibus ſibi non indignetur, ſicut de ſe Pſalm. teſtatur: Cum his qui ode. pa. eram paci. cum lo. illis impug. me gratis, id eſt ſine cauſa. Sed hæc innocentia ſine proſperitate malorum minime perfici poſſet, qui habeant p̃ aduerſa perficere bonos. Tertio autem proſperantur mali ad iuſtos manifeſtandum. Cum enim habent poteſtates & dominia mundi exercere iuſtos, p̃ illos Deus oſtendit alijs bonorum humilitatem, patientiam, fidem, ſpem, charitatẽ, quas in tribulationibus habent etiam in eorum hoſtes, iuxta præceptum Domini, Mat. 5. Diligite inimicos veſtros: be. h. qui ode. vos, & ora. pro perſe. & calum. vos. Et iterũ in eod. c. Luceat lux veſtra co. ho. vt vi. bo. **F** ope. ve. & glorifi. pa. ve. qui in cç. eſt. Quomodo enim ſanctos has habuiſſe virtutes noſcere poterimus, niſi mali aduerſitatibus illos tanquam vuas in tribulationum torculari preſſiſſent.

*Iuſti quare proſperantur.*

*Iniuſti permittũtur regnare.*

### *Quòd peioribus proſpera conceduntur, vt per cos mali tripliciter puniantur. Cap. 3.*

**G** TErtio dantur pro ſigno punitiuo. Nã Deus per potẽtes peiores punit alios malos. Iuxta quod ſcriptum eſt: Vindicabo me de inimicis meis, cum inimicis meis: ſicut myſticè patet Apoc. 9. de locuſtis, & in c. 6. in 2. ſigillo, de exterminatore. Sicut enim, vt dictum eſt, rex per proprium filium ſemper malefactores nõ punit & ſuſpendit: quin potius conuenientius eſt, ꝙ ad hoc deputet aliquos viles & crudeles, ſeu duras & auſteras perſonas. Sic & in propoſito: Non enim decet, ꝙ Deus viros euãgelicos aut alios Sanctos, qui debent inſignia ſummæ humilitatis & clementiç, & **H** ſummæ ſuauitatis & patiẽtiç coram omnibus clarè præferre, faciat contra impios inſçuire. Et ideo inferiores illis & imperfectiores ſunt ad hoc merito deputandi. Fiũt tales manigoldi de Dio. i. tortores Dei. Vnde Ezech. 30. ait Dominus: Cõfortabo brachia regis Babilonis: daboq; ei gladium in manu ſua, & Iob 34. Regnare facit hominẽ hypocritam propter peccata populi. Tribus nanque bonis peccatores abutuntur in contumeliam ſummi Dei. ſ. temporalibus, corporalibus, & ſpiritualibus. Et ſecũdum hoc ex guerris & aduerſitatibus, quas inferunt impij malis, vt ſic dicam, tria bona ſequuntur

*Tribus bonis abutũtur peccatores i cõtumeliam Dei.*



**A** in vindictam malorum, ſcilicet bonum temporale, bonum corporale, & bonum ſpirituale, ſi ex aliquo reſpectu liceat dicere bona illa. Primum bonum eſt temporale. Nam denarij, quos cumulauerant quidam auari, ſtipendiarijs effunduntur & cõmunicantur multis, qui vni quodammodo nociui erant: quia cumulauerat eos cupidine multa, & per multos iniquos modos: veſtes ſuperfluas & varias vel vanas, quæ in manticis erugini & tineis damnabiliter ſeruabantur, depredantur ſtipendiarij, vel vendunt pro ſoluendis ſtipendijs: poſſeſſiones, arua, vineæ, & viridaria ſpecioſa de**B**ſtruuntur in vindictam impij vſus earum. Domus vero de rapinis erectæ vſque ad cçlum, iuſto iudicio ſupra domos cadunt. Vnde Eſa. 1. c. Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Sequitur: Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ ſunt igni: regionem veſtram coram vobis deuorãt alieni, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili: & derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. Secundum, quod inde ſequitur, eſt bonum corporale. Nam occiduntur mali, & minuitur nume**C**rus peruerſorum: qui ſi viuerent, corrumperent multos iuſtos: propterea iuſto iudicio Dei ille ſuſpenditur, ille mactatur: alius comburitur, alius ſuffocatur: quidam præcipitantur, quidam iugulantur, quidam aſſantur, & ſic de ſingulis. Hæc autem nullo modo fieri poterunt per iuſtos viros. Tertium, quod ſequitur inde; eſt bonum ſpirituale: quia pauciores damnantur ex tali aduerſitate, quàm ex proſperitate: Vnde in Pſalmo. Cadent, ſcilicet in damnationem çternam, a latere tuo, id eſt ex aduerſis, mille & decem millia a dextris tuis, id eſt ex proſperitatibus mundi.

**D**

## Articulus Tertius.

### *In quo per tres vltimas rationes oſtenditur, quare hominibus peſſimis bona tribuuntur.*

TErtio pro peſſimis tres alias principales rationes poſſumus ſubinferre. Dantur enim proſpera peſſimis viris. Primo pro ſigno intricatiuo, ſecundo pro ſigno confuſiuo, tertio pro ſigno damnatiuo.

### *Dantur peſſimis hominibus temporalia bona, vt tripliciter mundialibus intricentur. Cap. 1.*

**E** PRrimo enim dantur pro ſigno intricatiuo. Vnde Augu. Epiſtola 5. Nihil infelicius fçlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur iniquitas & mala voluntas interior roboratur. Iudicium enim diuinæ iracũdiæ hoc permitt t, ꝙ reprobi in iſtis inferioribus inuoluantur, demergantur, illaqueentur, & intricentur, iuxta illud Apocal. 22. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Permittuntur etenim ſubmergi in tribus, in quibus totus **F** mundus infectus eſt: In diuitijs videlicet & auaritijs, in delitijs & luxurijs, in magnificentijs & ſuperbijs. Primo in diuitijs & auaritijs. Vnde Sapien. 14. Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in temptationem animæ hominum. ſ. mundanorum atq; periturorum: qui ex auaritia ſe implicant in furtis, rapinis, vſuris, ſimonijs, contractibus malis, & conſimilibus. Secundo in delitijs & luxurijs, vt inuoluantur in eis, ſicut ſus in volutabro luti: videlicet in impudicitijs, in inceſtibus, in adulterijs, in fornicationibus, in ſacrilegijs, & in ſodomijs **G** & conſimilibus. Tertio in magnificentijs & ſuperbijs, in vanitatibus atq; pompis, in tyrannijs & violentijs, in partialitatibus & diuiſionibus, in ſectis & conſimilibus iſtis. Vnde ad huiuſmodi hominẽ inquit in 27. c. Hiere. Fac tibi vincula & cathenas, & pones eas in collo tuo, & mittas eas ad regem Edon, & ad regem Moab, & ad regem filiorũ Amon, & ad regẽ Tyri & Sydonis, &c. vt innuat, ꝙ magni viri & Domini ſæpius his vinculis colligantur, & multi propter talia in inferni patibulo ſuſpenduntur.

*Nil infelicius peccatorũ in felicitate.*

### *Dantur peſſimis temporalia bona, vt tripliciter confundantur. Cap. 2.* **H**

SEcundo dantur peſſimis tẽporalia bona pro ſigno confuſiuo. Peſſimi nanq; homines permittente Deo, vtuntur proſperitate in terra, ſcilicet in mundanas ſuperbias, in mundanas diuitias, in mundanas glorias: Sed hoc permittit Deus, primo vt deijciantur, ſecundo vt crucientur, tertio vt confundantur. Primo nanq; permittit tales erigi in ſuperbias & capite eleuari, vt deijciantur. Vnde Iob 15. de tali inquit: cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Sed ſicut qui

*Malis & improbis dantur tẽporalia, et quare.*

A cum homine lucratur, eleuat eum & dat ei gambetum, vt fortius illum ad terram proſternat: ſic Deus tales exaltat vel exaltari permittit, vt ex altiori loco grauius ruant & proſternantur. Vnde Pſalm. Veruntamē propter dolos po. e. deie. eos, dum alleuarē tur. Et 1. Machab. 2. Ne timueris a verbis viri peccatoris, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt: hodie extollitur & cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuā, & cogitatio eius periet. Et iterum Pſal. ait: Vidi impium ſuperexaltatum, & ele. ſicut ce. li. Tranſiui & ec. non erat: quæ. e. & non eſt inuen. lo. eius. Et iterum idem inquit:

*Pſal. 71.*

B In ignem deijcies eos in miſe. non ſub. Et Hiere. 24. c. ait. Eleuati ſunt ad modicum & non ſubſiſtēt. Et 20. c. iterum inquit in perſona iſtius eleuati & conſternati: Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Secundo permittit tales in mundanis delitiari, vt grauius crucientur. Vnde Hiere. 2. cap. Obtimuit Deus confidentiam tuam, ſcilicet quia vis in vita præſenti facere paradiſum. ſequitur: Et nihil habebis proſperum. Hinc etiam Pſal, inquit. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum vidēs: quia non eſt reſpectus morti eorum, ideſt quia nullus reſpicit finem eorum. Et vere pauci

*Pſal. 161.*

C conſiderant illum. Tertio permittit Deus tales in mūdialibus gloriari, vt in huiuſmodi confundantur. Vnde Eccleſiaſtici 9. Non zeles gloriam & opes peccatoris. Non enim ſcis, quando ventura ſit ſubuerſio illius: propterea de talibus Pſalm. inquit: Perijt memoria eorum cum ſonitu, ideſt ſicut perit turpior ſonus, qui de ventre hominis egreditur fętens: quia tales in morte repētina & fętenti infamia ſubito ab oculis hominum elabuntur. ſicut patet exemplum de Aman, Heſter 5. qui vocauit amicos ſuos & expoſuit illis magnitudinem diuitiarum & filiorum turbam, & quanta eum gloria

*Permittit Deus improbos tēporalibus gloriari, & quare.*

D ſuper omnes principes & ſeruos eius rex eleuaſſet: & quòd regina eum tantum cum rege ad conuiuium conuocaſſet. Et in 7. cap. ſubditur, quòd ſuſpenſus eſt Aman in ligno.

### *Dantur peſſimis temporalia bona, vt tripliciter dentur damnatis in reprobum ſenſum.* Cap. 3.

Tertio dantur proſpera peſſimis pro ſigno damnatiuo. Nam per ea mali efficiuntur primo cęci, ſecundo ingrati, tertio derelicti. Ideo diuino iudicio dantur eis, primo ad complementum cęcitatis, ſecundo ad incrementum ingratitudinis, tertio ad teſtimonium derelictionis. Primo dantur eis ad complementum cęcitatis. Et hoc eſt calidū hyrundinis ſtercus, quod excęcauit Tobiam, id eſt diuitem malum. Hinc eſt, quòd amittunt cognitionem Dei ſui & mundi, ſicut contigit illi diuiti, qui Lu. 12. dicebat: Anima mea, habes multa bona repoſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe & epulare. Sed audi, quod ſequitur: Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Vnde Greg. 8. moral. quaſi per amęna prata ad carcerem

E *Dãtur probis [illegible] poralia na ad*

F venit, qui per pręſentis vitæ proſpera ad interitū currit. Et Prou. 5. ſcriptū eſt: Proſperitas ſtultorum perdet eos. Secundo dantur ad incrementum ingratitudinis. Quanto enim maiora dona reprobis dantur, ſi inde fiunt ingrati: tanto a Deo ſeuerius & iuſtius condemnantur. Vnde Auguſt. epiſtola 5. Si pollere Deus permittit iniquos proſperitate, tunc indignatur grauius: ſed ſi impunita dimittit, tunc punit infeſtius. Tertio ex prædictis ſequitur, quòd talia eis dantur, vt oſtendantur ad teſtimonium derelictionis, quia a Deo derelicti ſunt. Vnde Gregorius. Difficilius malum corrigitur, quod

G proſperitate fulcitur: eo, ꝙ qui a Deo auertitur & proſperatur, tanto magis perditioni fiet proximus, quanto a diſciplina eſt elongatus. Et idem: Continuus ſucceſſus temporalium æternæ reprobationis certiſſimum eſt indicium. Vnde ſicut fulgur tonitrua portat: ita proſperitas ſupplicia ſempiterna prænunciat. Ex hoc patet, quòd in præſenti vita nihil ſentire aduerſi ſignum eſt diuini odij: & quòd ſummus medicus operam ſuam circa tales fruſtra expendere dedignatur: Sicut medicus prudens in deſperato ægro non adhibet medicinas. Vnde in Pſalmus. Deſiderium eorum attulit

*Simile.*

H eis, non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Et Oſeæ 4. Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint fornicatæ. Et tales, vt ait Pſalmus, in labore hominum non ſunt: & cum ho. non fla. ſed cum dęmonibus. Datur enim porco bene ad comedendum, vt pinguior fiat ad familiæ paſtum: familia autem in morte eius facit magnum feſtum, Pſalm. Lętabitur iuſtus, cum vi. vindic. ma. ſu. la. in ſan. peccatoris. Et Iob 21. Quare impij viuunt, & ſubleuati ſunt: confortatique diuitijs ſemen eorum permanet coram eis: propinquorum turba & nepotum in con-

*Pſal. 77.*



A conſpectu eorum. Domus eorum ſecurę ſunt, & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos: bos eorum concepit, & non abortiuit: Vacca peperit, & non eſt priuata fętu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus: tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Vnde legitur ad hoc exemplum, Quòd Beatus Ambroſius cum pergeret Romam, atque hoſpitaretur cum diuite quodam, vt quidam aiunt, ad ſeptem miliaria prope Senas, iuxta Abba-

*Exemplū*

B tiam ad Inſulam: & ille ei aperiret conditionem, & ſtatum ſuum dicens: Gratias refero Deo, quoniam habeo filios, & filias, boues, & iumenta, domos, & prædia, & omnia mihi ad voluntatem ſuccedunt: nullamque paſſus ſum quandoque aduerſitatem, vel tribulationem. Tunc Beatus Ambroſius ait: Multum timeo de ſtatu tuo: nec hoſpitabor aliquo modo tecum. Cumque inde ſtatim cum ſua comitiua abiret, domus diuitis cum omni familia ſua in profundum demerſa eſt. Et ſicuti quidam aiunt, factus eſt ibi lacus, qui ad præſens etiam aſtat in teſtimonium

C iudicij Dei. Non igitur miretur infidelis homo, ſi pro tot & tantis cauſis ſummus artifex Deus temporalia bona peccatoribus miſericorditer largiatur, cum in obliuionem finaliter non ſit ei iuſtitia ſua, ſicut patet in hoc diuite Epulone, de quo præmiſimus, quòd mortuus eſt diues, & ſepultus in inferno: a cuius conſortio nos liberet omnium bonorum largitor Deus, qui in ſumma diuinitate trinus, & vnus viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

---

## FERIA SEXTA POST

D ij. Dominicam in Quadrag.

### *De peſtifera Detractione.*

## Sermo XXIII.

*Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. a Domino factum eſt iſtud.* Matt. 21. & Pſal. 17. Hi ſiquidem, qui in præcedenti ſermone diuinis operibus detrahebāt, mirantes quare proſpera dentur malis: multo amplius detrahere proximis ex conſuetudine habent, iuxta verbum Domini Matth. 12.

E Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala, id eſt, detractiones iniquas. quod quidam contra Chriſtum faciebant Phariſæi, & Scribæ, ſicut verbum præallegātum manifeſte oſtendit, cum dicit: Lapidem, quē reprobauerunt ædificātes: hic factus eſt in caput anguli, a Domino factū eſt iſtud. Lapidē, ſ. Chriſtū, cuius virtus, & veritas eſt ſolida, velut lapis: quem reprobauerūt, id eſt, per detractiones reprobabilē oſtenderunt. ædificantes, id eſt, ſacerdotes, Scribæ, & Phariſæi. hic factus eſt in caput anguli: non tantum quòd Iudęos, & Gentiles in vnam eccleſiam cōgregauit: ſed multo amplius, quia in vnione diuinæ gloriæ

F Angelos, & homines copulauit. Et vere a Dño factum eſt iſtud. Et in hoc ſeptima, id eſt, verbalis, ſeu refręnabilis religioſitas demōſtratur: quia aliud eſt iudiciū, & oblocutio detractorum, quo Iudæi detraxerūt Chriſto: atq; aliud eſt iudiciū ſummi Dei, quaſi per hoc nos admoneat Dñs, dicēs illud Sapiē. 1. A detractione parcite linguæ: quia lapidē, quē reprobauerūt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli: a Dño factū eſt iſtud. Quāta aūt ſit nequitia detractorū, Apoc. 9. myſtice demonſtratur, vbi dicitur: Vidi equos in viſione: & qui ſedebāt ſuper

G eos habebāt loricas igneas, & iacinctinas, & ſulphureas: & capita equorū, tanꝗ capita leonum erāt: & de ore eorum procedebat ignis, fumus, & ſulphur. Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominū. In quibus ſacratiſſimis verbis circa detractoris triplex myſterium demonſtratur. In primo oſtenduntur eorum venenoſa corda, in ſecundo eorum venenoſa verba, in tertio eorum venenoſa opera. De quibus per ordinem Propheta in Pſal. 72. ait: Cōgregauerunt: ecce primum: & locuti ſunt nequitiā. ecce ſecundum. iniquitatem in excelſo, ſcilicet operati ſunt: ecce tertium. quod poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. H

### Articulus Primus.

### *Quòd ex multiplici culpa in cordibus detractio generatur.*

Primum myſterium indicat detractorum venenoſa corda. Tria namque radicalia peccata ſunt, ex quibus in detractorū cordibus detractio generatur. Primum eſt crudelis ſuperbia, ſecundum crudelis ſtultitia, vel amentia, tertium crudelis inuidia.

Quòd

A *Quòd radix vnde detractio habet ortum crudelis ſuperbia eſt. Cap. 1.*

PRimum autem radicale peccatũ, ex quo detractio generatur, eſt crudelis ſuperbia: Et hoc indicat Ioan. dicens: Vidi equos in viſione. Equus enim, quod eſt animal ſuperbiſſimum, & crudele, mentem exprimit detractorum: quia ex ore crudeli, & ſuperbia eorum detractio originem habet. Vnde Eccleſiaſtici 10. Initium omnis peccati ſuperbia: & qui tenuerit illã, replebitur maledictis, id eſt, detractionibus impijs, & ob- B locutionibus peſſimis. Et ſicut equi portant capita eleuata: ſic ſuperbi detractores contra Deum, & proximum corde inflantur, & eleuantur: propterea Pſal. ait: Superbia eorum, qui te oderunt, aſcẽdit ſemper.

*Superbia detractionis radix.*

*De crudeli amentia vnde detractio etiam habet ortum. Cap. 2.*

SEcundum autem radicale peccatum, ex quo detractio generatur, eſt crudelis ſtultitia, ſeu amentia. Vnde de tali corde Prouer. 15. ſcriptum eſt: Cor fatui ebullit ſtultitiam: quia, ſ. fatuitas cordis per de- C tractionem ebullit in ſtultitiam oris: Nam teſte Domino, Matt. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Nec mirum, ſi ſtultitia regnat in corde detractoris, cum a dæmone, qui ſtultitiæ caput eſt, prædominetur. Vnde iuſto iudicio, Zach. 3. ait Dominus: Percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amẽtiam. Et de hoc Ioã. ſubdit: Et qui ſedebant ſuper eos. Cum enim cætera vitia vnum dæmonem habeant in p̃latum, ſola crudelitas detractoris a multis dæmonibus poſſidetur. In cuius myſteriũ, Matt. 5. dæmoniacus ille, qui morabatur in monumẽtis: quia ſepulcrum eſt guttur eo- D rum, legionem dæmonum in ſe habuiſſe refertur. Hinc eſt, quòd ex detractionibus innumera mala ſequuntur, ſicut ex ſequentibus apparebit.

*Ab amentia detractio originẽ ducit.*

*Quòd ex inuidia etiam detractio ortum habet, & quibus vitijs armantur dæmones, ne expellantur de mentibus detractorum. Cap. 3.*

TErtium vero radicale peccatum, vnde detractio generatur, eſt crudelis inuidia: quia paruulum occidit inuidia, vt dicitur Iob c. 5. Et hæc eſt, quæ in detractionem erumpit, cum tamẽ diabolus in homine per inuidiã regnat, facile inde per Dei verbum eijci poſſet, niſi alijs criminib. armaretur, & muniretur. Vnde pro tali munitione, & armatura, qua diabolus armatur in multitudine detractorũ, Eccleſiaſtici 43. c. de Aquilone, a quo pãditur omne malũ, ſcriptum eſt: Super omnẽ congregationem aquarum requieſcit, & ſicut lorica induit ſe aquis. Congregatio nempe aquarum, ſuper quã requieſcit aquilo infernalis: detractorum eſt multitudo, qui per detractionẽ ſicut aquæ in terram dilabũtur, nec vltra rurſum ad Deum per pœnitentiam reuertunt. F Quod contingit in illis, qui ex propria malitia excęcati in alterius bonis decipiuntur, intantum ꝙ de illo, quod de ſe eſt apertiſſimum bonum: nullo modo poſſunt ſentire bonum, quod quidem eſt peccare in Spiritumſanctum. Et hoc modo peccauerunt Iudæi detrahentes dictis, & operibus Chriſti, credentes ſe iuſtiſſime operari. In his malignus ſpiritus nõ ſolum per potentiam, & duritiam requieſcit, verũ etiam eos induit quaſi lorica, cum eos efficit detractionum ſuarum ſibijpſis, & alijs excuſatores, & defenſores. Vnde tria ſunt vitia, quæ muniũt diabolum, ne de cordibus talium detracto- G rum expelli poſſit. Primum eſt ſimulatio zeli, ſecundum apparentia boni, tertiũ abominatio odij. Et de his tribus per ordinem Ioan. ſubdit. Primum eſt ſimulatio zeli. Cũ enim homo per turbulentam malitiam detrahendo inſurgit contra fraternam gratiã, claram, & manifeſtam: non poteſt in ſe ſpiritualiter habere quietẽ: propterea ſemper pungitur aliquo ſtimulo internali. Hũc autem ſtimulum, ſeu remorſum, quia malitia ſuperat talem mentem, affectio iniqua, & inordinata, totis viribus mortificat, & extinguit, & tranſit finaliter in ſimulatum zelum, quo firme, & fixe abſque conſcientia iniuſtitiam, & veritatẽ obloquitur, & ope- H ratur. Talis autem conſcientia eſt illud atriũ a diabolo cuſtoditũ, de quo Lu. 11. Dominus ait: Cum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, in pace: vtique mala, ſunt omnia quę poſſidet. Et licet tales ſemper ſint in aliqua fatuitate, ac detrahendo loquantur ſtulta: ſemper tamen ſe palliant, & cooperiũt ſub clipeo ardentis zeli. Et hæc ignea eſt lorica, de qua hic Ioan. ſubdit, ꝙ habebant loricas igneas. Sicut enim lorica coniunctis inuicẽ anulis ferreis fit munitiuum corporis indumentũ: ſic excuſationes palliatæ aliquo iuſto zelo ad excuſandas excuſationes in peccatis munitionẽ, & loricam efficiũt diabo-

*Detractio ab inuidia crudeli ducit originem.*

*Tria vitia muniunt diabolum, ne expellatur de cordibus hominum.*

*Atrium a diabolo cuſtoditũ quid.*

lo



A lo talium detractorũ, ne diuino lumine expellatur. Hac lorica armatus erat diabolus decipiens Iudam, cum Ioan. 12. c. detraxit Chriſto, & Magdalenæ, dicens: Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dicuntur etiam igneæ loricæ propter igneum in apparentia zelũ, ſicut de zelo Domini, Deuteron. 32. c. ſcriptum eſt: Ignis ſuccẽſus eſt in furore meo, Secundum vitium muniens diabolum in mentibus detractorum, eſt apparentia boni, ſcilicet, ſecundum intentionem ſuam, quam tales quandoque ſuffulciunt rationibus palliatis, & ſimulatis: quandoq; etiam B ſcripturis ſacris male vtiq; intellectis: Realiter tamen nihil habent vigoris, vel firmitatis, ſicut patet in oppoſitionibus Iudæorum detrahentium Domino Ieſu Chriſto. Et hoc ſignatur in iacinctinis loricis. Iacinctus enim cœleſtis eſt color, per quem boni apparentia deſignatur. Nititur enim talis malitia proprie menti etiam videri cœleſtis, cum tamen directe cœleſtibus aduerſetur. Alij tamen textus pro loricis iacinctinis, loricas fumeas habent. Fumus enim aſpicientibus blauium colorem profert: ex quo manifeſte indicat apparentiam boni. Qui autem in altum conſurgit, cito ab ocu- C lis euaneſcit. vnde ſignificare poteſt, ꝙ talis apparentia boni nihil in ſe continet veritatis, ſed in nihilũ reuertitur ſicut fumus. Tertium vitium muniens diabolũ in mentibus detractorum, eſt abhominatio odij. De non dilectis enim difficiliter bene ſentimus: qa vbi regnat affectio, perit omne iudiciũ. Tãta enim odij peruerſitas in quibuſdam mentibus regnat contra proximi ſui bonum, vt illud abominentur, tanquàm horridũ malum: quod quidem omnino fieri nõ poteſt, niſi ex ſumma peruerſitate malitiæ, per quã talis homo peruertit ſuum proprium ſenſum, vt merito dignus fiat illa maledictio- D ne diuina, de qua Eſa. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarũ. Et hæc eſt diaboli lorica ſulphurea, atque fętens, qua tali mente tenetur diabolus communitus, vt verificetur de illa, quod Iob 18. c. ſcriptum eſt; Aſpergatur in tabernaculo illius ſulphur, id eſt, aſperſa, & repleta cõſcientia tali fętore, & horrore de veriſſimis bonis. Has igitur loricas immundi ſpiritus habere dicuntur: quia ſe in ſua poteſtate, quã habẽt in huiuſmodi detractorum corda, hac triplicis peccati defenſione tuẽtur.

*Apparentia boni.*

*Odij abhominatio.*

E

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De triplici generali modo crudelis detractionis.*

SEcundum myſterium reſerat detractorum venenoſa verba, quæ egrediuntur de eorum venenoſo corde. Et de hoc Io. ſubdit: Et capita eorum, ſicut capita leonum erant. Leo enim cum fęteat ore, atque ſit vorax dente, fętentia detractorum, atq; vorantia ora deſignat. Vnde de detractore, Ezech. 19. ſcriptum eſt: Leo factus eſt, didicit rapere prædam, & comedere homines. F Et iterum de eiſdem Prouerb. 30. Salomon dicit: Eſt generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Iob quoque 19. ait: Quare perſequimini me, ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini. Vnde Moral. 14. Gregor. inquit: Hi ſunt, qui alienæ vitæ detractione paſcuntur, & alienis procul dubio carnibus ſaturantur. Vnde Apoſtolus Galat. 5. Si inuicem mordetis, videte ne ab inuicẽ conſumamini. Tantæ namq; crudelitatis ſunt detractores, vt nemini parcãt: nec amico, nec conſanguineo: nec maioribus, nec minoribus: omnes deuorant, nec G tempori parcunt, nec gradui: in Quadrageſima, ſeu Feria ſexta, aut in aliqua vigilia Apoſtolorũ, vel Virginis glorioſæ. Comedunt vnico morſello vnum Epiſcopum, ſiue Archiepiſcopũ, vel Cardinalem: immo quandoq; ẽt vnũ Papam, ſeu vnũ Conuentum Religioſorũ, aut totã vnã Religionẽ, vel ciuitatẽ. Aliquãdo ẽt patrẽ ſuũ, vel matrẽ. Vnde Hiere. 9. Vnuſquiſq; carnẽ amici ſui comedet. Et Ezechiel. 5. Patres comedẽt filios ſuos in medio tui, ait Dominus ad Hieruſalem, id eſt, ad quamlibet ciuitatem, vel patriã. Et ſequitur: Et filij comedẽt pa- H tres ſuos: immo ꝙ mirabilius eſt, nec qñq; parcunt detractores longo tẽpore iã ſepultis: quinetiã exhument, & deuorẽt illos, dũ detrahunt eis. Nec ẽt parcunt quibuſlibet iuſtis, nedũ carnalibus viris: propterea canibus ſimilantur, qui non tñ comedũt carnes, ſed inſuper oſſa deuorant, id eſt, homines ſanctos, & iuſtos. Secũdum etiam Caſſiodorum ſuper 3. Pſal. Dentes dicti ſunt a demendo: Ideo pulchre linguæ detrahentium, dentes vocantur: quia ſicut illi ciborum partes demũt, ita & iſti opiniones hominum corrodunt: Propterea hæc omnia Prou. 23. c. Salomon admonet, dicens: Noli

*Pſal. 3.*

eſſe:

A eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſ-
ſationibus eorum, qui carnes conferunt ad
veſcendum. vbi gl. Carnes ad veſcendũ cõ-
ferre, eſt in locutione derogationis viciſ-
ſim proximorum vitia dicere. Ideo 44. diſt.
c. conuiuia. ponit gl. verſus Aug. quos ſcri-
pſerat in mẽſa ſua, dicẽs: Quiſquis amat di-
ctis abſentũ rodere vitam: Hanc menſam
indignam nouerit eſſe ſibi. Quidam quoq;
de ſanctis patribus ait: Melius eſt comede-
re carnes, & bibere vinum, q̃ vituperando
comedere carnes fratrum. Quidam educa-
uit, & domeſticum fecit lupum, & illum ad
ouium cuſtodiam ordinauit. Quo dormien
B te, venit ſilueſter lupus, & omnes iugulauit
oues. Euigilanſque domeſticus lupus in
pugna occidit eũ, & omnes iugulatas oues
congregauit ſuper caput eius. Sic quãdoq;
detractor totam vnam religionẽ detrahen-
do occidit. Triplex eſt tamen detractio ve-
nenoſa, quę egredi ſolet ex ore detractorũ.
Prima dicitur diſſimulatoria, ſecunda re-
plicatoria, tertia exbuccata, vel effrenis,
aut aperta. Et hoc ẽ, quod Ioã. ait, Et de ore
ipſorũ procedebat ignis, fumus, & fulgur.

*Detractio venenoſa triplex.*

*De crudeli, & diſſimulatoria detractione, quæ decipit ſub pallio pietatis.*

C *Cap. 1.*

PRima namq; generalis detractio
venenoſa, diſſimulatoria nuncu-
patur: quæ fit cum homo ex pie-
tate oſtẽdit ſe loqui, cum detra-
hit: aut aliquo facto, & bono zelo: aut ex
aliqua cauſa multum conſona rationi. Mol-
litiem nempe habere ſolet ſpina in ſuo
ortu: tamen dum creſcit induratur, & quã-
doq; etiam venenoſe pungit. Sic etiam de-
tractor quãdoq; in principio vngit, ſed de-
mum pungendo venenum detractionis in
audientiũ mentes infundit. Vnde Bern. ſu-
D per Can. ſermone 24. ait: Detractores autẽ
quodã ſimulatæ verecundiæ fuco conceptã
malitiã, quam retinere non poſſunt, obum
brare conantur. Videas a detractore alta p̃-
mitti ſuſpiria: ſicq; cum quadam grauitate,
& tarditate vultu męſto dimiſſis ſuperci-
lijs, & voce plangẽti egredi maledictionẽ:
& quidem tanto perſuaſibiliorem, quanto
creditur ab his, qui audiũt corde inuito, &
magis condolenti affectu, q̃ malitioſe pro-
ferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo, ꝙ
diligo eum ſatis, & nunq̃ potui de hac re
corrigere eũ: & aliàs bene mihi cõpertum
fuerat de eo iſtud, ſed per me nunq̃ inno-
tuiſſet: at qm̃ p alterũ patefacta eſt res, veri E
tatẽ negare nõ poſſum. Dolens dico: reue-
ra ita eſt. Et addit graue damnũ, vel grãde.
Nã aliàs quidẽ in plurib. valet: cæterum in
iſta parte, vt verũ fateamur, excuſari mini-
me põt. Et hic eſt ignis peſtifer de ore leo-
nũ, i. detractorũ procedens: hoc nẽpe igne
conant ad odiũ corda audientiũ contra ali-
quos inflãmare. Ipſi vtiq; prius, atq; arden
tius inflãmati, ad quos Eſa. 50. ait: Ecce vos
accendentes ignẽ accincti flãmis, ſ. eſtis. De
huiuſmodi etiam Iob 41. c. ait, Ex ore eius
lampades procedũt, quaſi tædę ignis accẽ-
ſæ: vnde aſſimilari põt huiuſmodi homini
tanta dementia ſtulto, qui vt vacuam vicini F
domum comburat, ſuam plenam incendit.

*Malitia, ſiue ſimulatio detractoria.*

*De detractoribus, qui crudeliter referunt audita in proximi detrimentum.*

*Cap. 2.*

SEcunda detractio venenoſa, replicato-
ria nominatur. Hæc quidem illorũ eſt,
qui ne os in detractione effrenent, ali-
quo rubore, vel rationabili cauſa detinen-
tur: ſed mox vt alij detrahere cęperint, ipſi
quoque diabolice ſymbolizant ponentes,
immo potius decerpentes quil bet bolum, G
ſeu morſellum ſuũ de crudis carnibus pro-
ximorum. Ex hoc autem ſymbolo proximi
infamia dilatatur, oculi audientium excæ-
cantur, & ad tempus veritatis notitia obfu
ſcatur. Et hic dicitur fumus, qui de ore leo-
nino egredi dicebatur. Sicut enim ex ore
clibani, vel fornacis fumus teter egredi-
tur, ex quo nigreſcunt parietes, & in aere
dilatatus obſcurat illum, & finaliter euane-
ſcit: Sic ex fornaceo, & ignito, [illegible]que per
odium ardenti corde detractoris egreditur
teterrimus fumus, qui proximi famam de-
nigrat, audiẽtes a veritatis cognitione ob-
ſcurat: ſed demum erit tempus, quãdo talis H
infamia, atq; infamans finaliter euaneſcẽt,
ſicut Pſal. inquit: Quemadmodum fumus
deficient. Et Eſa. 65. Iſti fumus erunt in
furore meo. Et Oſeæ 13. Erunt ſicut pul-
uis turbine raptus ex area, & ſicut fumus
de fumario.

*Detractor, qui egreditur de fumo igneo.*

*De crudeli inſania apertæ, & inuerecundæ detractionis. Cap. 3.*

TErtia venenoſa detractio, exbuccata,
vel effrenis, aut aperta ſolet nuncu-
pari. Hæc enim illorũ eſt, qui effron-
te, & inuerecũde, ſicut ad buccam venit, fę-
torẽ detractionis corã audiente euomunt,
propterea



A propterea de talibus Pſal. inquit: Sepulcrũ
patens eſt guttur eorum: patens enim ſe-
pulcrum paratum eſt ad ſuſcipienda cada-
uera mortuorum. Et licet nihil recipiat,
tamen de corruptione quam habet, proxi-
mum aerẽ inficere ſolet. Sic vtique detra-
ctorum fętentia ora ſuſpenſo corde, & ex-
pectanti animo, atq; patula bucca cõtinue
ſunt parati capere aliquod verbum, vel fa-
ctum ex eo, quem odiũt, cum per illa fęto-
rẽ detractionis effundant. Similes Scribis,
& Phariſæis, de quibus in pleriſq; Euãgelij
locis eſt dictũ, ꝙ ipſi obſeruabãt Chriſtum:
vnde tales ex hoc aſſimilãtur canibus ma-
B cellariorũ, qui licet multæ bonæ carnes re-
ſideant in macello: nihil tñ de illis capiunt,
vel aſportãt, niſi aliquid fętidũ, vel immũ-
dum, aut aliquod os. De huiuſmodi genere
eſſe ſolent plurimi ſeculares, qui cum reli-
gioſis, vel ſacerdotibus, vel alijs ſeruis Dei
amplius, quàm diſcretio poſtulet, intrinſe-
ce, & domeſtice cõuerſantes, nihil exempli
boni, licet multa videãt, ex eis aſportãt: ſed
ſi quid fragilitatis cõſpexerint, aut ocioſum
verbũ, vel riſum, aut cõſimile factum, inde
ſcãdalizati recedũt, illud perpetua memo-
ria retinentes: propterea prudentiſſimũ eſt
omnino ſe a cõuerſatione taliũ abſentare.
C Præterea ſicut ſepulcrum patens, licet nihil
recipiat: tamẽ aerẽ vicinũ corrũpit. Sic fęti-
di detractores licet nullũ malũ exẽplũ ver-
bo, vel facto datũ ſit eis: tamẽ eorũ corda,
& ora corrupta ſemper in detractoria ver-
ba prorumpunt. Qui habet amaram buccã,
ſpuere nõ põt dulce. Ideo Propheta ſtatim
ſubiungit, Linguis ſuis doloſe agebant: ve-
nenũ aſpidum ſub labijs eorum, i. in corde,
quorum os maledictione, & amaritudine
plenum eſt. Talia quidem ora ſunt, ſicut
foramina fętentia latrinarum, per quæ fę-
tores exalant. Hinc Prouerb. 24. cap. ſcri-
ptum eſt: Abominatio hominũ detractor:
D propterea ericio comparatur, de quo dr̃, ꝙ
ſic fętorem exhalat ex foramine ſuperiori,
ſicut ex inferiori. Ideo de detractoribus
Seneca inquit: Non refert, aut ſuperius,
aut inferius intonet: magis enim ſuperius
fętet. In huius autem myſterium Nume. 9.
ſcriptum eſt: Vas, quod nõ hẽt operculum,
immundum erit. Quia igitur ex ore detra-
ctorum tantus, & ſic inficiẽs mentes egre-
ditur fętor: ideo Ioan. ſubdit, ꝙ de ore illo-
rum equorum egrediebatur ſulphur, i. de-
tractionũ velut ſulphureus fętor. Sed heu,
in tantum his corruptis temporibus vbiq;
detractorum inualuit fętor, ꝙ non ſolum

*Pſal 5. Detractor ſepulcro cõparatur.*

*Cauenda eſt ſecularium, & mundanorũ mala conſuetudo, q̃ parit contẽptum, & ſeminat ſcandalũ.*

inter ſeculares, ſed etiam inter multos non E
parui nominis regulares minime ſentiat,
quia cõiter omnes fętent: vnde Bern. ait:
Vbi cõiter omnes fetidi ſunt, vnus fętens
minime ſentitur. Et Hieron. ad Celantiam
inquit: Rarum inuenies, qui irreprehenſibi-
lem vitam ſuam exhibere velit: vt is nõ re-
prehendat alienam. Tantaq; huius mali li-
bido mentes hominũ inuaſit, vt etiam qui
procul ab alijs vitijs receſſerint, in iſtud ta-
men quaſi in extremũ laqueum diaboli in-
cidant. Et iterum ad eandem inquit: Nulli
vnquàm omnino detrahas, & aliorũ vitu-
peratione te laudabilem videri velis: magis F
tuam vitã ornare diſce, q̃ alienã carpere: ac
ſemp memor eſto ſcripturæ dicentis, Noli
diligere detrahentes, ne eradiceris: pauci
enim ſunt, qui huic vitio renuncient. Et idẽ
ad Ruſticum monachum ait: Incongruum
eſt corpore latere, & lingua per totum mũ-
dum vagari. Hæ enim detractionis ſpecies,
ſ. diſſimulatoria, replicatoria, & aperta, Da-
niel 7. per tres ordines dentium, qui erãt in
ore vrſi, congrue demonſtrantur. Dicitur
enim ibi, Et ecce beſtia alia, ſ. ſecũda, ſimi-
lis vrſo: in parte ſtetit: & tres ordines den-
tiũ erãt in ore eius, & in dẽtib. eius princi- G
pes tres. & ſic dicebãt ei, Surge, comede car
nes plurimas. Vrſus enim licet in quibuſdã
mẽbris videatur homo: crudeliſſima tamen
beſtia eſt, commorans in abditis, inquieta,
& vorax. Sic quilibet detractor crudelis
beſtia eſt, ſicut ex præcedentibus patet. hic
in abditis commoratur: quia ſicut in Pſal.
inquit, Inſidiatur in abſcondito. ſ. cordis,
quaſi leo in ſpelũca ſua. huiuſmodi ſemper
inquieta eſt mẽs, & lingua, quia detractio-
nibus aſſueta, modo cum vno, modo cum
alio: modo de vno, modo de altero carpit
morſus. Inſuper vorax eſt, immo crudeliſſi-
mus, quia deuorat amplius, q̃ infernus. In-
fernus aũt deuorat ſolum malos, detractor H
aũt bonos, & malos. Vnde Eccleſiaſtici 28.
de tertia lingua detractorum ait. Vtilis in-
fernus, potius q̃ illa. Hęc autẽ beſtia in par-
te ſtat, cũ ſe iuſtũ, cæteros vero iudicat pec
catores. Sic faciebat detractor ille Phari-
ſæus, Luc. 18. qui apud ſe dicebat orans, nõ
apud Deum: Gratias tibi ago Dñe, quia nõ
ſum ſicut cæteri hominũ raptores, iniuſti,
adulteri, velut ẽt hic publicanus, &c. Ecce
detractio facta impie coram Deo. Tres etiã
dẽtium ordines habet propter triplicẽ ſpe-
ciẽ detractionis iam dictam. Et in dentibus
eius principes tres: qui ſunt dæmones tres
ad prædictas tres detractiones homines
indu-

*Vrſi natura. Vide Plinium.*

A inducentes, ac dicentes cuilibet detractori, Surge, per ſuperbiam, liuorem, & odium: comede, id eſt, deuora carnes plurimas. detrahe cunctis, id eſt, deuora omnes: nulli-que lingua tua maledicta parcat.

### Articvlvs Tertivs.

*De tribus generibus audientium detractionem: quorum vnum, ſcilicet credentes periclitantur.*

Tertium myſterium aperit detractorũ venenoſa opera, quia multi ex hac B peſte æternaliter puniuntur. Et de hoc Ioan. ſubdit, Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum. Tria ſunt hominum genera, quæ audiunt detractores. Primi præſeruantur, ſecundi defenſantur, tertij contaminantur.

*De ſeptemplici remedio, ne homo ex auditu detractionum contaminetur, & corrumpatur.* Cap. 1.

Svnt etiam quidam audientes detractores, qui a contaminationibus loquentium præſeruãtur, C & detractoribus nequaquã credunt: & licet audiant corpore, obaudiunt tamen mente. Ad quod perficiendum ſeptemplici remedio vtẽdum eſt. Primum dr̃ contriſtatio, ſecundum elongatio, tertium reprehenſio, quartum humiliatio, quintum recordatio, ſextũ ſtabilitio, ſeptimum cõpaſſio. Primum autem remedium, cõtriſtatio nominatur: Debet enim homo cum audit detrahẽtem, triſtem oſtendere vultum. vnde 6. q. j. c. ex merito, dicitur: Nemo inuito auditori libẽter refert. Et Prou. 25. Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. vbi gl. Si hilari vultu D detractorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi: ſi autem triſti, diſcit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Et Hieronymus ad Ruſticum monachum ait: Sicut ſagitta ſi mittatur cõtra duram materiam nonnunquàm in mittentem reuertitur, & vulnerat mittẽtem: ita detractor cum triſtem faciem viderit audientis: immo non audientis, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat iudicium ſanguinis, ilico côticeſcit: pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur, & per cõſequens a detractione deſiſtit. Secundum autem remedium eſt elongatio, id eſt, a conſpectu detrahentis ſe elõgarè.

*Remedia cõtra detractionẽ.*

*Simile.*

E Et ſi ſine magno ſcandalo fieri poteſt, ſtatim abire, iuxta conſilium ſapiẽtis, Prouerb. 4. qui ait: Detrahẽtia labia procul ſint a te. Nam ſecũdum Hiero. Si deeſt auditor, deeſt detractor. Et alibi idem ait: Nõ minus auribus, quàm lingua fugias detractionem. Nam detractor cum videt te non libenter audire, nõ facile poteſt detrahere. Tertium remedium eſt diſcreta reprehenſio, vel ſi licet obiurgatio, exemplo Chriſti, Ioan. 12. qui contra Iudam, & alios diſcipulos contaminatos per Iudam, ac detrahentes contra Magdalenam, quòd fudiſſet libram vnguenti nardi piſtici precioſi, ait Ieſus: finite illam, &c. F Item propter eandem cauſam eiſdem, Matth. 26. ait: Quid moleſti eſtis huic mulieri, &c. Exemplo quoque Dauid, qui de ſe ait: Detrahentem ſecreto pro. ſuo hunc perſequebar. Exemplo etiam Iob, qui in 29. cap. de ſe ait: Conterebam molas iniquitatis, id eſt, detractorum: & de dentibus illius auferebam prædam. Quartum remedium eſt humiliatio, per quam homo recurrat ad archana conſcientiæ ſuæ, atque reminiſcatur cogitando, quòd multa commiſit, ex quibus ex gratia Dei infamiã non incurrit, vt ex cõſideratione propriorum peccatorum, quæ tangunt eũ, & pungunt cõſcientiam ſuam: G peccata non ponderet, nec conſideret aliena. Vnde Iſidor. Nunquàm detrahes alijs, ſi te bene perſpexeris. Quis inquam foret, qui ſi acutis ſpinis in auribus pungeretur, attẽderet detrahenti? Grauius enim debent mentem pungere patratæ culpæ, quàm carnem pungentes ſpinæ. Vnde Eccleſiaſtici 28. c. præcipit Dominus, dicens: Sæpi aures tuas ſpinis. id eſt, pungentibus conſcientiæ tuæ ſtimulis: & noli audire linguam nequam. Quintũ remedium eſt recordatio, ſ. ꝙ de alio, vel de te multa fuerũt dicta: de quo certiſſimus es, ꝙ erat oppoſitum omnino, vel incomparabiliter minus malum. H Sic penſandum eſt, ꝙ in hoc caſu ſimiliter eſſe poteſt. Non enim parui criminis eſt praua ſentire de rectis. Iõ 1. Corin. 13. Apoſtolus ait: Charitas nõ cogitat malum. Sextum eſt ſtabilitio, ſ. ne de facili homo credat. Nam, vt dr̃ Eccleſiaſtici 19. c. Qui cito credit, leuis eſt corde. Hiero. quoque ait: Si eſſet in nobis diligentia, ne peſſimis obtrectationibus crederemus: iam oẽs detrahere timerent. Iſid. quoque lib. 3. de ſummo bono inquit: Nõ ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert: ſed is, qui cito aurem criminibus præbet. Septimum eſt compaſſio, qua. ſ. homo cõpatitur his, quibus

*Reus ... eſt, qu... mino... detra... ribus fa... le ... præb...*



A bus detrahitur iniuſte. immo ſi homo certus eſſet de malis, de quibus proximus infamatur; compatiendum eſt ei. Ac per hoc homo induit viſcera pietatis, ne ſcandalizetur ex proximorum malis. Exemplo quidem membrorum compatiendum eſt proximis. Vnde 1. Corin. 12. c. Si quid patitur vnum membrum compatiuntur ei omnia membra. Et 1. Pet. 3. Eſtote inuicem compatientes fraternitatis amatores.

*De his qui etſi non mortaliter, ſaltem venialiter in mente contaminantur.* Cap. 2.

B Secundum hominum genus a detractoribus defenſatur. Et hi ſunt, qui licet detractoribus nihil determinate, & temere credant: aliquo modo in fide vacillãt, & aliqualiter infirmãtur circa illos, quibus detrahere audierunt. Non tamen omnino credendo iudicant illos: aliqua tamen de illis ſuſpitio mentem eorum ingreditur. Hinc, ſecundum gl. ſuper illud. 1. Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, & ſi ſuſpitiones vitare nõ poſſumus, quia homines ſumus: iudicia tamen, i. detractiuas ſententias continere debemus: atq; cum ſuſpicio pul-C ſauerit, orandum eſt cum Propheta, qui ait: Amputa opprobrium, in quod ſuſpic. ſum. quia iudicia tua iucunda: licet enim homo non credat mala, quæ audit: peccatũ tamen eſt veniale ſaltem, & graue libẽter accommodare aures eſt ad audiendum de proximo ſuo malum. Poſſet tamen tanta eſſe in detractione complacentia, quòd poſſet eſſe peccatum mortale, & ſaltem magnum periculum eſt: tamen, vbi non concurrit mortalis culpa, in hoc ſecundo genere ho-D minum connumerari poteſt.

*Quòd in participatione detractionis homo tripliciter peccat: & quòd ex detractione innumerabilia oriuntur mala.* Cap. 3.

Tertium genus hominum eſt, qui ex detractionibus contaminantur, & pereunt. Tripliciter quidem peccare poteſt audiens detractorem. Primo ſi taceat, ſecundo ſi delectat, tertio ſi inducat. Primo inquam audiẽs detractorem, peccat ſi taceat. Poteſt tamen contingere, ꝙ homo tacet ex triplici vario reſpectu. Primo ex timore, ſecũdo ex negligẽtia, tertio ex verecundia. Propter has enim cauſas non re-

*Audiens detractionem, & verba detractionis quæ eſt denigratio alienæ famæ, peccat tripliciter.*

E primere detrahentẽ, peccatum eſt: nihilominus multominus, q̃ detrahere, & plerũque eſt veniale. Poteſt etiã hoc eẽ mortale propter tria, maxime Primo quia alicui incumbit ex officio, ſeu gradu corrigere detrahentem, nec hoc facit. Cõtra quos Bern. Non licet tacere, cui ex officio incumbit vitia redarguere. Secundo propter aliquod periculum, quod ex illa detractione ſubſequi põt. Tertio propter radicem, qua timor humanus quandoq; põt eẽ mortale peccatum, ſicut alibi patet. Propter hæc tria ſcriptũ eſt, 86. diſt. c. faciẽtis. Non caret ſcrupulo cõceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. F Secũdo autem modo peccat homo, ſi delectat, ſ. audire detractionẽ: & hoc ꝓpter odiũ eius, cui detrahitur. Et talis non minus peccat, q̃ ipſe detractor; & quãdoq; ẽt magis propter maiorẽ delectationẽ. Vnde Bern. ad Eugeniũ: Velle audire, & detrahere, quid horũ dãnabilius ſit, nõ eſt facile diffinire. Et iterũ idẽ ait: Detractor, & detractorum libens auditor, vterq; diabolum hẽt: ille in lingua, ille in aure. Ex quo quodãmodo põt ſequi, ꝙ quot detractores audis, tot in auribus dæmones recipis. Et Aug. Nõ accommodes aures tuas ad percipienda verba detrahentis, ne accipias mortẽ in aĩa tua. G Detrahẽti enim, & audiẽti aĩę, vtriq; eſca mortis eſt detractio. Et 11. q. 3. c. nõ ſolũ. ſcriptum eſt: Non ſolũ ille reus eſt, qui falſum de alijs profert: ſed ẽt qui aurẽ cito criminibus præbet. Et Hiero. Nõ licet tibi vituperationẽ alterius, patiẽter audire, qa nec ab alijs optas recipi tuã. Alius quoq; ait: Quẽ delectat audire turpia, loqui prouocat. Hiero. etiam ad Nepotianũ inquit: Caue ne linguã, vel aures hẽas prurientes, aut alijs detrahas, aut ali[...]s audias detrahẽtes. Tertio quoque peccat homo, ſi ad detractionem inducat. Et talis plerunq; amplius, q̃ detractor peccat, vel offendit, qm̃ ex maiori iniqtate, vel malignitate ꝓcedit. Et talis omniũ malorũ, quæ ex cauſa ab eo data ꝓcedũt, corã Dño habet reddere rationẽ. vnde extra, de iniur. & dam. da. c. ſi culpa. ſcribitur: Qui occaſionẽ dãni dat, damnũ dediſſe videtur. Omnes igitur, qui mortaliter, & impœnitenter ex auditis detractionibus peccãt, tertia ſunt pars, de qua hic Ioan. ait, Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum. Quanta autem ſit hæc tertia pars, oſtendit gl. ſuper illud Prouerb. 24. Cũ detractoribus ne cõmiſcearis, qm̃ repente cõſurget proditio eorũ. Vnde ait. hoc ſpecialiter vitio periclitatur totum pene

*Vide D. Tho. 2. 2. q. 73. art. 4. Ant. p. 2. ti. 8 c. 3 ſumma.*

*Peccat, qui ad detractionẽ inducitur.*

A pene genus humanũ. Hæc eſt illa tertia ma-
ledičta ligua, de qua Eccleſiaſticus 28.c. ait:
Lingua tertia, ſ. detractorũ, quæ tertia nun-
cupatur: nõ tñ propter cauſas in alio Qua-
drageſimali, ſermone 29. expreſſas: ſed etiã
quia tertia eſt ab illo, cui loquit᷑. & de quo
detrahit. multos cõmouet, ſ. ad credulitatẽ
malorũ auditorũ. & diſperſit illos de gente
in gentẽ: ciuitates diuitum deſtruxit, & do-
mos magnatorũ effodit. virtutes populorũ,
ſ. ei credẽtiũ, cõcidit, ſ. vinculum charitatis
ſoluẽdo: & gẽtes fortes diſſoluit, ſ. ab obe-
diẽtia ſuperiorũ. Lingua tertia mulieres ve-
ritas, i. verecundas. Et dr̃ veritus, ta, tum, a
B vereor, ris, quaſi verecũdiã habẽs. Alij libri
habent viratas eiecit, ſ. de domibus virorũ
ſuorũ, & priuauit illas laboribus ſuis: quia
reſpexit illam. ſ. ei credendo: non habebit
requiem, nec amicũ in quo requieſcat. Fla-
gelli plaga liuorem facit, ſ. exterius: plaga
linguæ minuet oſſa, i. virtutes, quia vulnerat
mentem interius. Secundum igitur rectum
iudicium rationis: qui bene cõſiderat, om-
nia mundi ſcelera, omnes iniquitates, &
quaſi omnes hæreſes, ſciſmata, & impieta-
tes, ex tertia lingua originẽ habent: O igi-
tur lingua nequam, lingua tertia detracto-
ris: o crudelitas infernalis, o impia odij, &
inuidiæ proles: o peſtifera lepra, tu es quę
diſcordias ſeminas, tu ſola conculcas bo-

*Aduerſus detractores, q. sũt membra Diaboli.*

C nos, diffamas iuſtos, paris ſcãdala, periuria,
teſtimonia falſa, occaſiones iniquas multi-
plicare nõ ceſſas. Tu lingua ſæua punis in-
ſontes, inter coniuges ſcandala ponis, infa-
mas viduas, defloras virgines: tu pias, & ſa-
cras religioſas confundis, ſimplices conſciẽ-
tias turbas. Tu rancores, tu iurgia: tu liuo-
res, & iras: contentiones, & rixas, & con-
tumelias: & ſciſſuras ſuſcitare nõ ceſſas: di-
uiſiones, & partialitates nutris, & lactas.
Tu ſola proditiones generas, incendia fo-
ues, homicidia patras: Tu fratricidia, patri-
D cidia, matricidia, & cæteras crudelitates vi-
rulenta impietate committis. Tu ſola fęde-
ra frangis, in cõiurationibus occuparis, ſe-
paras amicos, multiplicas inimicos: Tu ſo-
la diſſipas ciuitates, deſtruis regna, confo-
ues tyrannias: Tu charitatẽ extinguis, de-
primis iuſtos, magnificas impios, fidẽ de-
ſtruis, ſpem quoque frangis: cæteraſque
virtutes impia crudelitate perſequeris. Tu
omnia ſcelera viuificas, & extollis. Quid
plura? tu Angelos, in Dæmones conuer-
tiſti: atque de cœleſti regno in æterna ſup-
plicia deieciſti, & profundaſti: primoſque
parentes noſtros, ac cum eis totum genus
humanum de paradiſo delitiarum ad tem- E
porales, & æternas miſerias deſtinaſti: De-
mumque Dei filium tu ſola in crucis pati-
bulo affixiſti. Sed lapidem Chriſtum, quem
reprobauerunt: per hãc detractionem ędi-
ficantes Scribæ, & Phariſæi: hic velit no-
lit, factus eſt in caput anguli, id eſt, ſuper
omnes in gloria ſempiterna: Cum quo re-
gnare nos faciat ipſe benedictus Deus tri-
nus, & vnus, qui viuit, & regnat in ſecula
ſeculorum, Amen.

## SABBATO POST SECVNDAM Dominicam in Quadrageſima. F

### *De filio prodigo, vbi moraliter Euangelium declaratur.*

## Sermo XXIIII.

PAter, peccaui in cœlum, & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus.* *Luc.* 15. Sicut enim
ait Chryſoſt. in Homil. Om-
nis malitia confunditur ali-
quotiẽs ratione veritatis: corrigitur autem
nunquàm, maxime eorum, qui propoſito
malo, & non ignorantia peccant: ſicut ſunt
peſſimi detractores, de quibus in præcedẽ-
ti ſermone plenius dictum eſt. Qui autem G
ex ignorantia peccant, leuius miſericor-
diã cõſequũtur, ſicut de ſe. j. Timot. 1. Apo-
ſtolus ait: Miſericordiã cõſecutus ſum, qm̃
ignorans feci, ſ. perſecutionẽ Eccleſiæ Dei,
& noĩs Ieſu Chriſti. Similiter filius ꝓdigus
ex fragilitate ignorãtiæ peccãs, miſericor-
diã adeptus eſt, cũ ad patrẽ reuertit᷑ humi-
liter dicẽs: Pater, peccaui in cęlũ, & coram
te: iã non ſum dignus vocari filius tuus. Sic
moraliter, cũ peccator ad cor reuerſus hu-
militer coram Dño ſe proſternẽs ait: Pater
miſericordiarũ, & Deus totius conſolatio-
nis, peccaui in cęlũ, ꝓpter cõtẽptũ tuę ma-
ieſtatis oĩb. ꝓſidẽtis: & corã te propter cõ- H
tẽptũ tuę veritatis oĩa ſpeculãtis: iã nõ ſum
dignus vocari filius tuus, ꝓpter contemptũ
tuę bonitatis oĩb. ꝓuidẽtis. Et in hoc octa-
ua, i. pñialis Religioſitas aperit᷑: ꝑ quã hõ
peccator pęnitens humiliter petit, & impe-
trat miſericordiã Dei. Sed qa in occurrenti
Euãgelio moraliter intellecto hæc mirabi-
liter demonſtratur: tota præſentis ſermo-
nis ſeries in eius expoſitione, & declara-
tione decurrat. In quo Euangelio tria my-
ſteria per ordinem declarantur. Primũ rui-
nãtis culpę, ſecũdũ reſurgẽtis gratiæ, tertiũ
indignantis inuidiæ. De quibus Propheta
in

*Ex Euangelio tria myſteria colliguntur.*



A in pſal. 48. homo cum in honore eſſet non
intellexit cõp. eſt iu. inſi. & ſi. fa. eſt illis. hęc
via ſancta ipſis: & poſ. in ore ſuo complace
bunt. Primum ruinantis culpæ tangit᷑ ibi,
homo cum in ho. e. non intel. cõpa. eſt iu.
inſi. & ſi. ſa. eſt illis. Secũdũ reſurgẽtis gr̃ę
ibi, poſtea ĩ ore ſuo cõplacebũt. Tertiũ in-
dignãtis inuidiæ ibi, hęc via illa ſcã ipſis. Et
põt eſſe in præſenti materia aliud thema.

### ARTICVLVS PRIMVS.

B *De triplici peccatoris ſtatu, vnde per nouem gradus deſcendit in peccatorum profundum.*

PRimum myſteriũ eſt ruinãtis cul-
pæ. Nunquam enim plenariẽ ani
ma per culpam ruit, niſi omnibꝰ
ſuis viribus, i. intellectu, volũtate
& memoria a bonorũ oĩum largitate ſe a-
uertat, & ad mũdi vana & tranſitoria ſe cõ
uertat. Quod & feciſſe hunc filiũ prodigũ,
per quem peccator pęnitens deſignatur, ip
C ſa euangelica ſeries manifeſtat. Nã gradatĩ
deſcendit peccatoris anima per tres ſtatus.
Primus eſt mundanæ excęcationis, ſecũdus
vanæ delectationis, tertius diuinæ obliuio-
nis. Primus pertinet ad initium, ſecũdus ad
proceſſum, tertius ad terminum pcõrum.
Quos ſtatus per ordinem pſal. exprimit di-
cens: Homo cum in honore eſſet, nõ intel-
lexit, ſ. propter mundanam excæcationem:
comparatus eſt iumentis inſipientibus, ſ.
propter vanam delectationem: & ſimi-
lis factus eſt illis, ſcilicet propter diuinam
obliuionem.

### *Quòd per tres cæcitates anima peccatoris a Deo incipit ſeparari.* Cap. 1.

D PRimus eſt ſtatus mundanæ excæ
cationis: & hoc pertinet ad ini-
tium peccãdi. Et habet tres gra
dus, ſm̃ ꝙ in tres cæcitates ani
ma ruit. Primus gradus eſt libertatis ambi-
tio, quod quidem omnium peccatorum eſt
initium. Et de hoc Dñs ait: Homo quidã. i.
Deus, habuit duos filios. ſ. iuſtos & pecca-
tores: & dixit adoleſcẽtior ex illis, i. deuiãs
per peccatum. Pr̃, da mihi portionem ſub-
ſtãtiæ, quæ me cõtingit. Hæc ſubſtantia pr̃is
Dei eſt omne bonũ, quod habet hõ, ſiue na
turæ, ſiue gr̃æ. Bonum tñ naturæ eſt, quod
tam iuſtis ꝙ̃ peccatoribus contingit & dat᷑.
Talis nanq; petitio nihil aliud eſt ꝙ̃ dicere,

*De triplici cæcitate aĩæ.*

Dimitte me ſecundum propriã voluntatẽ E
meis naturalibus vti, de tua gr̃a nihil curo.
Secundũ enim Alex. de Ales, talis ſubſtan-
tia ad minꝰ in qnq; conſiſtit, quæ omni hoĩ
tanquã neceſſaria conceſſa ſunt. Primũ eſt
ratio ad cognoſcendũ bonum, ſecundũ eſt
tempus ad perficiendum bonũ, tertium eſt
poteſtas faciendi bonũ, quartum materiã
ſe exercendi in bono, quintũ eſt inſtrumen
tum, quod eſt corpus, per quod operat᷑ bo-
nũ. Et hęc ſunt quinq; talenta, Mat. 25. quæ
ibi ponunt᷑ per ordinẽ. Proue. 5. vbi dr̃, Ne
des alienis honorẽ tuũ, ecce primũ: & an- F
nos tuos crudeli; ecce ſecundum. Ne fortè
repleant᷑ extranei laboribus tuis; ecce ter-
tiũ: & labores tui ſint in domo aliena; ecce
quartũ: & gemas in nouiſſimis, qñ cõſum-
pſeris carnes tuas & corpus tuũ; ecce quin-
tũ. Et ſequit᷑. Et dicas, cur deteſtatus ſum di
ſciplinam & increpationibus non acquie-
uit cor meũ? quaſi dicat volui ſequi volun-
tatem meam. Secũdus gradus eſt libertatis
acceptio. Et de hoc ſequit᷑, Et diuiſit ſubſtã-
tiã. Ad literã, dedit illi poſſeſſiones, armẽ-
ta, ſupellectilia, denarios & conſimilia. Mo-
raliter aũt diuiſit illi ſubſtantiã: quia, vt dr̃
Eccleſiaſtici. 15. Deus ab initio conſtituit G
hoĩem, & reliquit eum in manu cõſilij ſui.
Et ſequit᷑. Ante hoĩem vita & mors, bonum
& malũ: quod placuit ei, dabit᷑ illi. Et Hiere.
12. Dominus ait. Ego do coram vobis viã
vitæ & viam mortis. Tertius gradus eſt li-
bertatis executio, & de hoc ſubditur, Et
non poſt multos dies, ſcilicet a libertate
arbitrij: congregatis omnibus: ad litteram,
ideſt in denarios omnibus reductis & coa-
dunatis armis, equis, liureris, giorneis, ſo-
cijs, famulis emptis & procuratis. Morali-
ter congregatis omnibus, ſcilicet viribus
ſuis & ſupradictis naturalibus bonis in il-
lis confidens, adoleſcentior filius peregrè
profectus eſt. Non locum mutando extra
Deum, qui vbique eſt, ſed animum ſeparã-
do. Vnde glo. Quanto in primo opere plus
delinquit, tanto a Dei gratia plus recedit. H
Vnde pſal. ait. Longe a peccatoribus ſalus:
in regionem longinquam, id eſt, viam la-
tam & ſpatioſam præſentis ſeculi nequã,
quæ homines a Deo elongat & finaliter ho
minem damnat. Vel regio longinqua, eſt
ignorantia Dei & ſui. Nam ſicut propheta
ait: Neſcierunt, neque intellexerunt, in te
nebris ambulant. Iter autem huius regio-
nis ſunt diuitiæ & deliciæ & magnificen-
tiæ mundi, per quarum abuſum homi-
nes excæcantur.

*Subſtantia hoĩs in quo conſiſtit.*

*Ratio.*

*Libertatis acceptio.*

*Libertatis executio.*

*Pſal. 118*

A *Quòd per tres gradus prauæ delectationis prolabitur anima in multitudinem peccatorum. Cap. 2.*

SEcundus eſt ſtatus vanæ delectationis, & hic pertinet ad peccandi proceſſum: qui etiam tres alios habet gradus ad deſcenſum in peccatorum profundum. Primus videlicet gradus eſt vilis carnalitatis, ſecundus vilis paupertatis, tertius vilis inſatiabilitatis. Primus gradus eſt vilis carnalitatis. Et de hoc ſubditur, & ibi, viuendo luxurioſè. Ad litteram in ſonis, iocis, choreis, haſtiludijs, comeſſationibus, mere- B tricibus, ſeu ſcortis, curialitatibus, & ſocietatibus, feſtis & ſolatijs. Moraliter autem luxuria exhaurit & eneruat omnes corporis & animæ vires, ſicut teſtatur Iob 31. cap. dicens, Ignis eſt ſcilicet luxuria vſque ad perditionem deuorans & omnia eradicans germina. Secundus gradus eſt vilis paupertatis, de quò ſubditur, Diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam, id eſt, quinque prædicta bona, ſcilicet rationem, tempus, facultatem, materiam, & corpus, cum quibus fiunt bona. Vel diſſipauit om- C nem ſubſtantiam ſuam, ſcilicet rerum, mébrorum & morum, ſicut Prouer. 19. ſcriptũ eſt, Qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum: qui autem nutrit ſcortũ, perdet ſubſtantiam. Et in eius perſona lamentabiliter propheta inquit, Infixus ſum in limo ꝓfundi, & non eſt ſubſtantia. Tertius gradus eſt vilis inſatiabilitatis: vnde ſubditur, Et poſtquam conſummaſſet. ſ. tam naturalia quam corporalia: hmõi abutendo, facta eſt fames. Ad literam & etiam ſpũaliter valida. Itẽ penuria & defectus omnium bonorũ operũ & virtutum & inſatiabile deſiderium luxu- D riæ creuit in regione illa, ſ. exilij & diſſimilitudinis & vmbræ mortis, ſicut comminabat Dñs Amos. 8. c. dicens: Mittam famẽ ſup terram, & ipſe cæpit egere: ſed ẽt deterius indigebit. Et meritò, quia vt dr̃ Prouerb. 9. Anima diſſoluta eſuriet. & 12. iterum ait. Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinã: quod ẽt ad literam intelligi habet.

*Quòd per tres gradus deſcendit anima in profundum diuinæ obliuionis. Cap. 3.*

TErtius eſt ſtatus diuinæ obliuionis: & hic pertinet ad peccandi terminũ. Et tres etiam habet gradus, qui omnes inducunt & indicant in anima Dei obliuionem. Primus gradus eſt miſerabilis ſubiectionis, ſecundus miſerabilis occupationis, tertius miſerabilis defraudationis. E Prim⁹ aũt grad⁹ eſt miſerabilis ſubiectiõis. Et de hoc ſubditur, Et abijt, ſ. ſponte: & adhæſit. ſ. iam illaqueatus vni ciuium regionis illius. Quando enim famelica concupiſcentia cum appetibilium inſufficientia & penuria peccãtis cor vehemẽtiſſimè angit, tunc violenter impellit & præcipitat eũ, vt cum quibuſdam principibus, vel diuitibus huius mundi illa ſibi quærat atque ꝓcuret: ꝓpter quod ſe eis ſeruiliter ſubijcit & deſeruit. Et quia tunc quocunq; modo ꝓcurãdi, quantumcunque criminoſo ſe mãcipat: ideo tunc dominio & ſubiectioni diaboli, F qui eſt caput & primas ciuiũ regionis illi⁹, ſingulariter ſubiecit ſemetipſum. Secũdus gradus eſt miſerabilis occupationis. Et de hac ſubijcitur, Et miſit illum. ſ. tanquam ſeruum & mancipiũ in villam ſuam. i. mundi voluptatibus ſubiugauit. Vnde Luc. 14. Vn⁹ de vaſallis demonis ait, Villam emi & neceſſe habeo ire & videre illam. Et ſubdit, vt paſceret porcos. i. demones, animam pro- G priam dando eis in cibum: quod quidẽ tũc fit, cum voluntas eorum in omnibus adimplet̃. Sicut enim cibus Chriſti eſt, vt faciat voluntatem patris, ſicut ipſe ait, Ioan. 4. ita cibus demonum eſt, omnem voluntatem ſui principis adimplere. Vnde glo. ait, porcos paſcit, cum ea quibus immundi ſpiritus gaudent, omnia operatur: vel vt paſceret porcos. i. porcinos homines, ſeu porcinos ſenſus, vt verificetur in illo, quod Sap. 15. ſcriptum eſt, Luto vilior eſt vita illius, atq; factus eſt vt ſus in volutabro luti: ſicut ait Pet. in 2. canon. c. 2. Tertius gradus eſt miſerabilis defraudationis: vnde ſubditur, Et H cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci comedebant. Siliquę enĩ, ſecundum glo. Ambro. ſunt quoddam genus leguminis ſonoris follibus & vacuis: quod magis ventrem onerat quam reficiat. In quo denotatur ventoſa, ac oneroſa vacuitas appetibilium huius mundi. Vnde glo. Nihil ſatis eſt prodigæ voluntati: quia voluptas ſemper famem ſui habet. Ideo ſequitur, & nemo illi dabat: quia quanto amplius dantur, tanto amplius deſiderantur. Vnde de auaro dicirur, Eccleſiaſtici. 5. Auarus non implebitur pecunia. Sic etiam nec lubricus luxuria. Vnde Hieron. Libido trãſacta ſemper relinquit pęnitudinem: nunquam ſatiatur, & extincta ſemper reacceditur. Similiter & ambitioſus non ſatiatur ſeculari gloria. Hinc Galat. 5. hortatur Apoſtolus dicens: Non efficiamur inanis

*Siliqua quid.*

nis



A nis gloriæ cupidi: quia, vt dicitur Eſa. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri: exiccatum eſt fænum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini inſufflauit in eo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De triplici gratia, cum qua per nouem gradus reconciliatur Deo anima peccatoris.*

B SEcundum myſteriũ eſt reſurgẽtis gr̃æ. Per triplicem enim gr̃am Dei gradatĩ reſurgit homo de profundo lacu & de luto fęcis oĩum peccatorum ſuorum. De q̃bus Berna. in libro de gr̃a & libe. arbit. ait. Prima dr̃ gr̃a præueniens, ſecũda gr̃a conſequens, tertia vero gr̃a ſubſequẽs. Deus tria hæc. ſ. bonam cogitationem, velle & perficere, operatur in nobis. Primum ſine nobis, ſecundum nobiſcum, tertium propter nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem nos præuenit inſpirãdo etiã bonam voluntatẽ, nos ſibi per cõſenſum cõiungit: Miniſtrando ẽt cum cõſenſu faculta- C tẽ, ſeu facilitatẽ foris per apertum opus noſtrum interius opifex innoteſcit.

*Quòd per gratiam præuenientem tria in peccatorum anima ingeruntur, & inſpirantur. Cap. 1.*

*Gr̃a præueniẽs q.d.*

PRima autem gr̃a, qua mens reſurgit de miſeria peccatorum, dicit̃ gratia præueniens: & per hanc illuminatur ratio, vt cognoſcat conſcientia ſtatum ſuum: hoc lumen mentẽ colligens ad ſeipſam continuè ingerit illi illud euãgelicũ, Mat. 6. Intra in cubiculũ tuũ, anima mea: & clauſo oſtio. ſ. ne per aliena vagetur ora. i. ſurſum ſubleua oculos mẽtis D tuæ ad montes illos æternitatis, vnde tibi auxilium porriget̃. Talis gratia tria facit repenſare, videlicet quaſi ſint tria officia ipſi⁹ gratiæ præuenientis. Primum mala quæ cõmiſit, ſecundum bona quæ omiſit, tertium damna quæ incurrit. Primo enim eius officium eſt, quia cogitare facit mala quæ commiſit. Et de hoc ſubditur, In ſe autem reuerſus. i. reſpiciens & rediens ad conſiderationem interiorũ ſuorum, quod maxime prodeſt animæ peccatrici, vt reuertat̃ ad Dñm, propterea Eſa. 26. c. omnes conſimiles peccatores hortat̃ dicens: Redite præuaricatores ad cor. Quod ſi aſſenſerit mẽs humana,

*Gr̃a p̃ueniens tria facit.*

E paratus eſt Dñs illi lumen infundere veritatis. Vnde de tali anima Oſeæ. 2. promittit Dñs dicẽs: Ecce ego lactabo eam. ſ. per peccatorum diſplicentiã & virtutũ cõplacẽtiã; & ducam eã in ſolitudinẽ. i. reducam illam ad conſiderationem peccatorum ſuorum. Vnde cum diuina gr̃a ſua, conſcientia ſolitaria facta eſt: & loquar ad cor eius, quaſi dicat, dicam illi: Anima mea dilecta, quid tibi & huic fętido mundo? quid tibi & vili luto? cur delectaris in vanis, me ſpreto? In quo delectaris, bonũ eſt momẽtaneũ: meũ aũt eſt æternum: hoc uile, meũ nobile: hoc F eſt modicum, meum vero magnum: hoc eſt commune animalibus, quia ſenſuale; meũ commune Angelis, quia ſpũale: hoc eſt plenum tribulationibus, meum eſt plenum cõſolationibus: hoc eſt periculoſum & dubiũ, meum vero ſecurum & certum: hoc poteſt tolli, meum aũt nunq̃ põt auferri: hoc ĩ mũdo dimittit̃, meum vero in altero ſeculo ꝑficitur: hoc finaliter damnat, meum verò æternaliter ſaluat. Quid igitur anima mea in amore huius ſeculi moraris? quid quæris? quid concupiſcis anima mea dilecta? Cur in hac viliſſima peccatorum fęce am- G plius perſeueras? Tu autem fornicata es cum amatorib⁹ multis: tñ reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Ego miſericors Deus: Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere vt intueamur te. Cõſidera dilecta aĩa mea, q̃ dulciſſime te inuito, amantiſſime te deſidero, benigniſſime te expecto: vlciſci omnino contra ſcelera tua diſſimulo: vt ad me redeas te affligo, dulcedine te attraho, amaritudine te ĩpello, gaudẽter te ſuſcipio, redeuntem admitto, magno deſiderio te expecto, omnem offenſam tibi dimitto, gr̃am liberaliter dono, ipſam multiplico & conſeruo, & finaliter vitam æternam pro- H mitto. Quid igitur amplius immoraris? q̃d aliud quæris? cur aliud diligis anima mea dilecta? Secundum eius officium eſt: quia per eam recogitat omnia bona quæ amiſit. Et de hoc ſubdit, ꝙ dicit, in ſe reuerſus: Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus. hoc autem cum quodã ſuſpirio legendũ eſt. Mercenarios aũt uocat illos, qui pro remuneratione mercedis æternæ ſeruiunt Deo, quaſi dicat, quanti mercenarij, vel qui futuræ mercedis intuitu digna ſatagunt operari, abundant panibus, ideſt ſpiritualibus ſacramentis & refectionibus ſanctis vel fide, ſpe & charitate: de quibus panibus Luc. 11. Amice accommoda mihi tres panes. Tertium eius officium eſt,

*Pia cohortatio ad animã fidelem.*



quia

A quia animam conſiderare facit damna, quæ incurrit. Et de hoc ſubditur, Ego autem hic fame pereo. Ponderandum eſt quodlibet verbum. Vnde ſecundum Chryſoſto. Ego autem non alienus, ſed filius boni patris & frater vtique obſequentis. Ego liber & generoſus factus ſum miſerior mercenarijs, quaſi dicat. Ego fulcitus diuitijs & nutritus delicijs: ſed nunc lapſus in tantis miſerijs. hæc ad literam, ſcilicet in miſerabili loco inter porcos & pulices: in loco ſilueſtri, ſolitario, fœtido & cænoſo, & omni ſolatio deſtituto: fame, ſcilicet intrinſeca, non
B tantum miſeria extrinſeca: pereo, non tantum crucior: quaſi velit dicere illud Tren. 4. Melius fuit occiſis in gladio, quàm interfectis fame. quæ omnia ad ſpiritualem intelligentiam applicanda ſunt. Nam conſiderans diligenter pctor oīa mala & dāna, quæ incurrat dolens corde & rugiens ore cum propheta inquit, Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam, ideſt rugiui & rugio a gemitu cordis mei.

*Quòd per gratiam conſequentem tria bona in anima generantur. Cap. 2.*

*Gr̄a conſequēs vel releuans.*

C SEcunda enim gratia releuans a peccatis, gratia conſequens nominatur. Et hæc illuminat & inflammat ad Dei cognitionem & dilectionem. Nemo vtique ex ſe habet, vt ad diligendum Deum conuertatur, niſi ab ipſo Deo ſuſcipiat gratiam, qua eius dilector fiat. Propterea Ioan. 15. Chriſtus ſuis diſcipulis ait: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Si enim peccator ex ſeipſo conuerteretur ad Chriſtum, prius ipſe elegiſſet Chriſtum, quàm Chriſtus elegiſſet eum: ſed hoc peccator ſine gratia habere non poteſt, vt fiat dilector Chriſti: ideo per gratiam Chriſtus prior elegit eum, vt poſtea ipſe per dilectionem
D conuertatur ad ipſum & eligat eum. Tria autem bona per hanc gratiam bonæ voluntatis in anima generantur. Primum Dei cognitio, ſecundum cordis contritio, tertiū mentis humiliatio. Primum enim bonū, quod per talem gratiam in anima generatur, eſt Dei cognitio. Nemo enim cognito ſuo malo ac cordialiter ſpreto, poſſet in diuinam miſericordiam ſperare, niſi per gratiam ſuam Dominus ad ſuæ bonitatis cognitionem peccatorum animam illuſtraret. Vnde Eccleſiaſtici. 24. c. ſapientia Dei ait. Illuminabo omnes ſperantes in Domino, id eſt illuminatione mea faciam, vt in

*Tria bona generā tur in aīa.*

Domino ſperent omnes, qui ſuam miſeriam & Dei miſericordiam cognoſcunt. E
Hoc lumine illuſtratus peccator ait: Surgam, quia iaceo in peccatis: & ibo, quia longè receſſi: ad patrem meum, quia principi tenebrarum adhæſi. Ad literam: quòd varijs & contrarijs cogitationibus mens huius miſerabiliter conquaſſatur: hinc deſperationis dolor, illinc redeundi ad patrem timor: inde amor paternæ & fraternæ dulcedinis, aliunde ſpes benignæ receptionis: ex altera parte verecundia mundi; ex alia timor, ſcilicet ex inedia & neceſ F
ſitate moriendi. Hinc longitudo itineris, illinc debilitas famis: quæ omnia indicant multiplices rationes & cogitationes, quibus peccatoris anima anxiatur redeuntis ad Deum, vt verè cum Iob, cap. 20. dicere poſſit, Cogitationes meæ variæ ſuccedūt mihi, & mens mea per diuerſa rapitur. Tandem de miſericordia Dei cōfidens ait, Surgam & ibo ad patrem meum, ſ. pro miſericordia impetranda. Secundū autem bonum, quod per hanc gratiam generatur, eſt cordis contritio. Et de hac ſubdit, Et dicā illi. ſ. quem tantum offendi: Pater, a cuius generoſitate per peccatum receſſi. Pecca- G
ui in cęlum, quod amiſi peccati amore. Vnde pſal. Quid enim mihi eſt in cęlo & a te: quid. i. quam vile & tranſitoriū volui ſuper terram. Peccaui in cęlū, quod impleui peccati clamore, Gen. 18. Clamor Sodomorū & Gomorreorum multiplicatus eſt. Peccaui in cęlū, quod infeci peccati fętore. Apoc. 9. Aſcendit fumus putei abyſſi, ſicut fumus fornacis magnæ. Et hoc non quaſi te abſente vel non vidente, ſed coram te. Tertium bonum, quod per hanc gratiam generatur, eſt humiliatio. Et de hoc ſubdit, Iam non ſum dignus, poſt tanta mala, vocari filius tuus. Ideo fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis quaſi dicat. Adhuc vtique ma- H
ximum donum eſt, ꝙ hoc agere digneris. Peto tamen vt ſim ſaltem de vltimis familiæ tuæ, quaſi cū propheta dicat, libera me quia egenus & pauper ego ſum.

*Pſal. 72.*

*Quòd per gratiam ſubſequentem tria bona in anima generantur. Cap. 3.*

TErtia autē eſt gratia ſubſequens, qua menti concedit vt non fruſtra velit. Qui enim quod vellet nō poſſet opere adimplere, inanis & vana eſſet voluntas & deſiderium eius. Sed bona voluntas a Deo



A Deo data hoc etiam meretur ab eo, vt ſubſequens gr̄a condonetur, per quam beneficiendi facultas adimpletur. Pro gratia enī bonæ voluntatis datur a Deo gr̄a virtuoſæ facultatis, ſicut Ioā. 1. c. ait. De plenitudine eius omnes accipimus, gratiam pro gr̄a, i. ꝑ gr̄a preuenienti gratiā conſequentem: & pro gr̄a conſequenti gr̄am ſubſequentem. Per hanc enim gratiam tria bona opera in anima generant. Primum eſt opus reſurrectionis, ſecūdum eſt opus confeſſionis, tertium eſt opus ſatisfactionis & emendationis. Primò enim ex hac ſubſequenti gratia generatur in anima opus reſurrectionis, ſ. cum effectu. Et de hoc ſubditur. Et ſurgēs, ſcilicet per effectum operis virtuoſi, venit
B ad patrem ſuum. Cum adhuc longe eſſet vidit illum pater ipſius. Ad literam, ſqualidum, pallidum, ſcabioſum, emortuum, macilentum, conſumptum, diſcalciatum, piloſum, ſeu hirſutum, claudum, veſteque dilaceratum, & quaſi nudis membris, & capite inclinato, vultu mæſto, confuſioneq; ꝑfuſo gradientem, greſſu nutātem & vix arundine ſuſtinere ſe valentē omninoque a propria effigie alienatum, ab omnibus prætereuntibus incognitū. Videns inquam il-
C lum pr̄ ipſius. ſ. tam miſerabilem & afflictū, tam viliſſimum & abiectum, tāta miſeratione condignum, miſericordia motus eſt: Et accurrens cecidit ſuper collū eius, & oſculatꝰ eſt eū. O magnitudo dulcedinis Dei, o ſuauitas miſericordiæ eius; o inenarrabilis pietas, quam benigniſſime Domine, ſupereffundis ſuper animam redeūtem ad te, inuiſceras illam in te, paſcis illam de te, ac tranquillas & pacificas illam in te, qui es delectatio & pax exuperans omnem ſenſum. Moraliter autem tria ſentimenta de ipſo dulciſſimo Deo dantur tunc animæ peccatrici. Primum eſt ſentimentum fidei illuſtrantis; ſecundum eſt ſentimentum ſpei roborantis, tertium eſt ſentimentum charitatis certificantis. Primum autem ſentimētū
D fidei illuſtrantis eſt, qua anima credit Deū illam miſericorditer per approbantem prædeſtinationem videre. Et de hoc ſubditur, Cum autem adhuc longe eſſet, id eſt, cum propter peccata ſua recognoſceret ſe longinquum eſſe a Deo: vidit illum, ſcilicet oculo prędeſtinationis, pater ipſius; id eſt per fidem intellexit ſibi gratiam & gloriam miſericorditer præparatam: qua miſericordiæ motus eſt: non quidem ꝙ ſit motus in ſummo Deo, qui ſtabilis manēs dat cuncta moueri: ſed quia fit in animā a Deo motus fer-

*Per gr̄am ſubſequē tē tria bona in aīa generant.*

*Tria ſentimēta dā tur animæ peccatrici.*

uentis fidei, vt digna fiat compaſſione & E
ſubuentione & gratificatione ac ſuſceptione diuina. Secundum eſt ſentimētum ſpei roborantis, qua homo peccator ſentit per vigoroſam ſpem ſibi dominum occurrere ad miſericordiam largiendum. Et de hoc ſubditur, Et occurrens, i. per feruidam feſtinantiam ſpei, cecidit. ſ. per profundam & humillimam condeſcenſionem ſuam, ſup collum eius, id eſt, ſuper robuſta & prægu-
ſtatiua deſideria eius, dando ei quoddam F
nouum ſentimentum familiaris condeſcētiæ ſuæ ipſum ſibi ſuauiter aſtringentis. Tertium eſt ſentimentum charitatis, ſ. certificātis. Et de hoc ſubditur, Et oſculatus eſt eū. Super quo verbo Beda in glo. ait. Rediens oſculum charitatis a patre accepit. Vnde per gratiam certificatur de indulgentia, id eſt dedit ei altius ſentimentum & guſtum ſuæ reconciliationis & familiaritatis pacis: immo quod eſt ponderandum, ſicut Petrus Rauennas ait: non dicit, vnde venis? vbi fuiſti? vbi ſunt quæ tuliſti? quare tantam glo- G
riam in tantam turpitudinem commutaſti? ſed ſtatim indulget, & ſuſcipit: & poſtea ſtola indui iubet. Secundum autem opus gratiæ ſubſequentis eſt opus confeſſionis. Vnde ſubditur, Dixitque ei filius, Pater peccaui in cęlum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus. Nec addit ſicut propoſuerat ante, Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis: quia ſecundum glo. ſuſcepto oſculo patris ſumptaque fiducia, iam dedignatur mercenarius fieri, cum iā videat ſe in filium dulciſſimum & dilectiſſimum reſtitutum, licet tanta gratia reputet ſe indignum. Propter quod adhuc dicit, H
Iam non ſum dignus vocari filius tuus. Volens ſe per gratiam facere dignum, dum per meritum fatetur ſe indignum. Et in hoc manifeſtè apparet, quòd præfata condeſcenſio Dei minimè ad ſuperbiam inflat, ſed potius illuminat & accendit ad ſuæ iniquitatis & indignitatis pleniorem recognitionem. Tertium opus gratiæ ſubſequentis eſt opus ſatisfactionis & emendationis. Quod quidem moraliter tria perficiunt. Primum eſt nuptiale ornamentum, ſecundum nuptiale conuiuium, tertium nuptiale canticum. Primū, quod perficit ſatisfactionis opus, eſt nuptiale ornamētum. Et de hoc ſubditur, Dixit autem pater ad ſeruos ſuos, id eſt ad Angelos ſuos. Cito proferte ſtolam primam, i. præcipuam innocentiam & immortalitatem per peccatum amiſſam, & induite illum. i. ſecundum

*Petrus Chryſologus in expoſitione parabolæ prodigi.*

*Primum nuptiale ornamentum.*

A glo. certificate eum de immortalitatis hære ditate, & date ei anulum. i. fidem, per quē Chriſto anima deſponſatur, in manu eius, ideſt, docete ꝙ in eo per opera clareſcat fides & per fidem opera confirmentur: quia ſicut. 2. c. Iac. ait. Fides ſine operibus mortua eſt: & calciaměta in pedes: quæ ſunt Sãctorum exempla, vel regularium ſtatuta, quæ ſic ſe habent ad affectus atque proceſſus humanos; ſicut ſe habent calciamenta ad pedes: quæ ſic vtique pedes arctant, quòd tamen eos ad iter expeditiores reddunt, muniunt atque ornant. Secundum,

*Secũdum nuptiale ſacramentum.*

B quòd perficit ſatisfactionem, eſt nuptiale conuiuium: & de hoc ſubditur, Et adducite vitulum ſaginatum; id eſt Chriſtum virtutibus fortem & gratijs impinguatum: & occidite, id eſt occiſum pro illo, vt intelligat, ſatagite & ſtudete atque ad ſumendum dominicum ſacramentum inducite. De quo vitulo non tantum redemptus homo, ſed etiam Angelorum cætus cum tota Trinitate edunt & epulantur. Et propterea ſubditur, Et manducemus & epulemur; ſicut. 1. Corinth. 5. hortatur Apoſtolus, Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: itaque epulemur. Ad hoc conuiuium hortatur Dominus Can. 5. cap. di. Come-

C dite amici mei & bibite & inebriamini chariſſimi. Et huius conuiuij rationem adiũgit dicens: quia hic filius meus mortuus erat, ſcilicet per peccatum. Et reuixit per pœnitentiam: perierat, ſcilicet per amiſſionem iuſtitiæ: & inuentus eſt. Et iuxta præceptum patris cæperunt epulari. Vbi nota, ſecundum Bedam, quòd non ſolum filius, pro quo vitulus eſt occiſus, reficitur: ſed etiam pater & ſerui eius; quia refectio Dei & Sanctorum eſt ſalus peccatorum. Tertium, quod perficit ſatisfactionis opus, eſt nuptiale canticum, ſcilicet ſymphonia & chorus. Et de his ſubditur ſecundum euangelij textum in parte tertia

*Tertium nuptiale conuiuiũ.*

D principali. Eſt enim ſymphonia, ſecundum glo. collectio & concordantia quorumcunque ſonorum: & deſignat lætitiam, quæ prouenit ex concordia Chriſtianorum, ſicut Act. 4. capi. ſcriptum eſt: Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Chorus autem eſt collectio vocum: & ſigñat lætitiam, quæ venit ex concordia vocum & verborum, in prædicando & laudando Deum, iuxta illud pſalm. Laudate Dominum in tympano & choro.

## ARTICVLVS TERTIVS.

E

### *De inuidia arrogantium iuſtorum contra magnos peccatores, cum conuertuntur ad Deum.*

TErtium eſt myſterium indignantis inuidiæ, ſcilicet maioris fratris redeuntis de agro. Circa quod tria cõſideremus, primo amaram inuidiationem, ſecundo moleſtam indignationem, tertiò paternam ſatisfactionem.

F

### *De tribus occaſionibus, vnde talis inuidia ortum habet. Cap. 1.*

PRimo conſideremus huius ſenioris filij amarã inuidiationem. Ex tribus enim occaſionibus hęc ĩuidia orta eſt. Primo ex labore ſu

G blato, ſecundo ex gaudio audito, tertio ex bñficio paterno. Primo habuit ortũ ex labore ſublato. Et de hoc ſubditur, Erat autem filius eius ſenior in agro, ſcilicet circa negocia rei familiaris ſollicitè occupatus, & maxime circa ruralia, quæ vt plurimum grauiora ſunt. Secũdo habuit ortũ ex gaudio audito, vnde ſubdiť, Et cum veniret & appropīquaret domui, audiuit ſymphoniã & chorũ. i. multiformě concordiam ſpũalium cõſolationum & iubilationum inter quoſdã, qui iam erant deuij peccatores. Tertio habuit ortum ex paterno beneficio. Et de hoc additur, Et vocauit vnum de ſeruis & inter

H rogauit, quæ hæc eſſent, i. qua de cauſa fierent. Ideoq́ue dixit illi, Frater tuus venit. ſ. per humilitatem pœnitentiæ: & occidit pater tuus vitulum ſaginatũ, ſ. per refectioně gratiæ gratis datæ: quia ſaluũ illũ recepit. ſ. per recuperationem gratificantis iuſtitiæ.

### *Tres cauſæ palliatæ, quare arrogantes iuſti contra dominum indignantur. Cap. 2.*

SEcundo conſideremus huius ſenioris filij indignationem. Et de hoc ſubditur, Indignatus eſt autem & nolebat intrare, ſcilicet in patris domum & ad charitatis conuiuium: quod manifeſtiſſimum ſignum eſt cordis inuidi & animi indignati. Hinc vtique factum eſt, ꝙ pater illius egreſſus cæpit rogare eum. Egreditur autě ad homines Deus pater per oĩa illa, per q̃ eis ſuas voluntates & monita manifeſtat: quando

*Animi inuidi malignitas.*



A quando enim eius manifeſtatio eis ſe offert vt piam & inductiuam & benigne perſuaſiuam, tunc rogare dr̃ Deus. Demum ſubiũgitur. At ille rñdens dixit patri ſuo, vbi cõſidera quòd tres cauſas aſſignat indignationis ſuæ. Prima cauſa eſt ſua iuſtitia, ſecunda patris nequitia, tertia fratris luxuria.

*Prima cauſa.*

Primam cauſam ſuæ indignationis aſſignat per propriam iuſtitiam. Et hoc ſecundum duas partes iuſtitiæ principales, quæ ſunt facere bonum & declinare a malo, iuxta illud pſalm. Declina a malo & fac bonum.

*Pſal. 33*

Quæ duo more præſumptuoſi & ſuperbi collocat in ſummo. Prima autem iuſtitiæ pars eſt facere bonum. Et de hac addit pa-

B tri, Ecce tot annis ſeruio tibi, quaſi dicat iam multis annis ſemper ab initio ſeruio, ſcilicet tanquam laborioſis & ſeruilibus obſequijs, quaſi mancipium occupatus tibi, non mihi, nec meis obſequijs, vel commodis, ſed ſolum tuis. Secũda iuſtitiæ pars eſt declinare a malo. Et de hoc ſubdit, Et mandatum tuum nunquam præteriui, quaſi dicat omnia pleniſſime adimpleui. Secundam cauſam aſſignat patris fuiſſe nequitiã. Et de hoc ſubdit, Et nunquam dediſti mihi hædum, ne dicam vitulum ſaginatum, vt cum amicis meis epularer, quaſi dicat, nec hoc feciſti mihi propter me; nec propter amicos, ideſt nec aliqua ex cauſa minimam conſolationem mihi dediſti. Et in hoc ad-

*Duę iuſtitiæ partes declinare a malo & facere bonum.*

*Secunda cauſa.*

C uertendum eſt, quòd ipſa præſumptuoſa æmulatio dum ſe iactat, ſeipſam confundit, & vilificat: cum ſe oſtendat ſemper fuiſſe ab omni conſolatione diuina vacuam & inanem, & per hoc æſtimare patrem non ſibi fuiſſe liberalem & pium: ſed valde tenacem & durum: Dumq́ue minorem pro tẽpore præterito vituperat, ipſum pro ſtatu præſenti vehementer laudat & commědat dicens, ꝙ ad patrem venit & ſummum gaudium & feſtũ recepit. Et vere hæc eſt natura ſeculi inuidětis: quia illum, cui inuidet,

D extimat ſe ſuperiorem & fęliciorem, & ꝓpterea de illius fęlicitate torquetur. Tertiã cauſam ſubdit fuiſſe fratris luxuriam: vnde ſubdit. Sed poſtquam filius tuus, hic conſidera cum quanta nauſea & diſplicentia de fratre loquatur. Nam nec illum ſuum fratrě nominare valet. Sed ait, filius tuus hic, quaſi dicat, quem propter ſua flagitia in fratrě nolo, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cũ meretricibus: & ſic eſſet ira ac punitione dignus, tanquam prodigus, fœtidus & immundus venit: occidiſti illi vitulum ſaginatum, id eſt dediſti per deuotionem guſtare Chriſtum & alias conſolationes habere, ſicut filio prodigo Apoſtolo Paulo diuino munere conceſſum eſt, qui de ſe Gal. 2. cap. ait, Quod autem viuo, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & dedit ſemetipſum pro me.

*Tertia cauſa.*

E

### *Tres rationes, quare arrogantes iuſti gaudere & exultare debent de peccatorum conuerſione. Cap. 3.*

TErtio conſideremus patris ſatisfactionem: vbi ad placationem ipſius tres rationes aſſignat, quòd debet gaude-

F re. Primo propter cordialem vnionem, ſecundo propter vniuerſalem dominationě, ſeu poſſeſſionem, tertio propter viſceralě compaſſionem. Primam rationem aſſignat propter cordialem vnionem: vnde ſubdiť, At ipſe dicit illi, Fili tu ſemper mecum es, quaſi dicat. Pro ſummo habere debuiſti, ꝙ meam præſentiam & omnia mea exhibui tibi tanquam filio & hæredi, & quantum ex me eſt reexhibeo me de præſenti. No. ad literam, quanta redoleat hæc reſponſio dulcedine charitatis. Non enim arguit filium de ſua indignatione ſuperba; aut de ſua in-

*Tres rões aſſignañ.*

*Prima ẽ cordialis vnio.*

G humanitate proterua, ne amplius perturbetur: ſed piè blanditur ac perturbatum animum eius lenit, iuxta illud Prouer. 15. Reſponſio mollis frangit iram. Secunda ratio eſt propter vniuerſalem dominationem. Et de hoc addit, Et omnia mea tua ſunt: in tãtum ꝙ ſi in præterito hoc petiſſes, dediſſem tibi: & nunc darem, & in futuro paratus ſum dare: quod quidem longè amplius eſt, quam ꝙ huic fecerim fratri tuo. Et vere ſecundum intellectum moralem omnia ſunt cuiuslibet iuſti, vel in re vel in ſpe. Nã cum non ſint niſi tria genera rerum. ſ. ſuperiora, æqualia, & inferiora. Superiora ſunt

H viri iuſti, vtique ad finem; ſicut Propheta ait: Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Æqualia ſunt viri iuſti ad adiuuãdum, ſicut angelici ſpũs. Hinc Heb. cap. 1. Apoſtolus ait. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpũs in ſalutem. Inferiora ſunt viri iuſti ad vtendum & dominandũ, ſicut pſal. ait. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &cæt. Tertia ratio eſt propter viſceralem cõpaſſioně; vnde ſubdit, Epulari aũt & gaudere oportebat q̃a hæc charitas facit, iuxta illud Apoſtoli Rom. 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Facit etiam non vri de ſcandalo, iuxta illud. 2. Cor. 11. Quis ſcãdalizať, & ego non vror? Similiter ẽt facit lætari & refici de alieno remedio. Propte-

*Rerum tria gña.*

A rea ſubdit, quia hic frater tuus mortu⁹ erat, ſcilicet Deum deſerendo: & reuixit, ſ. pęnitendo: perierat, per mortalem culpam, & inuentus eſt, per Dei gratiam. Aduertẽter aũt conſidera, quanto pondere in hac reſponſione ſingula verba ſint a patre expreſſa; vt ad fratris compaſſionem animum ei⁹ emolliat & reflectat. Ait enim: epulari autem, quod eſt delectabile: & gaudere, quod eſt deſiderabile, oportebat, quia iuſtitiale. Et rationem oſtendens addit; quia hic, demonſtratiuè, & impreſſiuè ſuper dilectiuè: tuus, transformatiuè: mortuus erat, compaſſiuè: & reuixit, congratulatiuè: perierat, B afflictiuè: & inuentus eſt, iocundatiuè, vt quodlibet cum admirabile & efficaci ſenſu dictum eſſe intelligatur. Et meritò quidem gaudere oportet: qa, vt dr̃ Luc. 15. Gaudiũ eſt paſtori de ouicula reinuenta, & gaudiũ eſt mulieri de inuenta dragma: Et gaudiũ eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Cum quibus nos æternaliter epulari & gaudere faciat Dominus noſter Ieſus Chriſtus; qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt & futurus eſt conſummatum gaudium omnium beatorum, per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

---

C

# DOMINICA TERTIA in Quadrageſima.

*De mane ordo dicendorum, per totam ſeptimanam.*

## Sermo XXV.

D *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.* Luc 21.

Fauẽte Dño Ieſu Chriſto, qui Chriſtianæ vitæ dux eſt & via; veritas & magiſter, præmium ac vita; modus viuendi ipſius Chriſtianæ religionis; non tm̃ intelligentijs veſtris prudentibus, & diſcretis eſt conformis atque gratus, vel conſonus: verumetiam affectibus & deſiderijs omnium veſtrum, vt cerno, quotidie feruentius incaleſcit. Suſcipienda & humiliter amplectãda eſt igitur gratia vobis data: atque elaborandum eſt, vt iuxta voluntatem Dei quotidie ſuſcipiat incrementũ. Quod quidem, vt melius fieri poſſit, alias octo Religioſitates addamus. Prima autem E eſt religioſitas vnionis. Et de hac iſto mane de impijs partialitatum fructibus diſſeremus. Secunda eſt religioſitas cõſignationis, in qua declarabitur nouæ idolatriæ cultus, qui in inſignijs, quæ partialitatẽ diſtinguunt, a partialibus celebratur. Tertia eſt religioſitas remotionis, in qua oſtendẽtur xij. rationes, ſeu impedimenta, quare homines veræ fidei non credunt & lumini veritatis. Quarta eſt religioſitas dimiſſiõis: in qua declarabitur, quantum quilibet omnes dimittere iniurias obligatur & libenter parcere inimicis. Quinta eſt religioſi- F tas honorantis, in qua palam fiet; in quibus & quomodo debent parentes a filijs honorari. Sexta eſt religioſitas reformationis: in qua declarabitur, quantam reformationem in anima peccatoris diuini timoris gratia operatur. Septima eſt religioſitas veræ locutionis, in qua aperiemus quanta ſit mendacij pernicies venenoſa. Octaua eſt religioſitas rectitudinis, vbi de duplicitate impia diſſeremus. G

*Contra Guelphos & Gebellinos, & quaſcũque alias diuiſiones & partes.*

*Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.*

Iterum vbi ſupra. Fraterni odij cõſiderantes impietatem & diræ partialitatis deſtructiones rememorantes: & quas noſtris temporibus proſpeximus, ac pertractauim⁹ crudelitates & mala, flere potius cogimur, quam aliquid dice- H re. Quis enĩ tãta duritie cor lapideũ abſq; lachrymis cõtinere valeret; ſi quę vidimus, quæ audiuimus, quæ certa notitia experti ſumus in regionibus Italiæ, & maximè in partibus Lombardiæ nouiſſet? Quis fari poſſet, quot impietates, crudelitates, incẽdia, proditiones, homicidia, & his ſimilia in paucis temporibus patrata ſunt? Quis denique peruigili oculo damna rerum, corporum & animarum, quæ ex diſſentionibus partium ſubſecuta ſunt abſq; lachrymis & cordis ſingultu penſare poſſet? vt verè iam docente experientia, quilibet nr̃m ſciat, q̃ vera ſit ſententia, Ieſu Chriſti in p̃allegato verbo, Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domũ ſupra domũ cadet. Quæ ſententia omnia indicat atque clamat, & clauſis oculis manifeſtat primam

*Habui ſctiũs iſti virĩ & maxime in partibus Lõbardiæ multas diſſẽciões & ſertĩ Bergomi & Mediolani ad cõponẽdas pacis ſuãra, vt adnotauimus in noſtris Cronicis.*



A primã Religioſitatem, quæ dicitur vnionis, eſſe inter Chriſticolas amplectendam, tenẽdam, ſeruandam, omniq; conamine perquirendã: quod quidem perficiendum experimentalis nequitia malorum, quæ ex partialitatibus ſubſequuntur, apertiſſime manifeſtat. Quid. n. aliud eſt partialitas nequam, niſi iuſtitiæ interitus, guerrarum ſuſcitatio & fomentum, deſtructio patriarum, ſtultitia ſumma & conſummata, iniqua crudelitas, peſtilens malum, multiplicatio ſcelerum, fidei abnegatio, & proditio contra Chriſtũ; impęnitẽs culpa, damnatio ſempiterna, pri- B uatio eccleſiaſticæ ſepulturæ, & ſilentium eccleſiaſticarum orationum? In qua quidem deſcriptione impiæ partialitatis 12. amariſſimi fructus notari poſſunt, vt de partialitatibus manifeſte verificetur, quod Matth. 7. c. Dñs ait: A fructibus eorũ cognoſcetis eos. quod verbum poteſt in præſenti materia eſſe etiam aliud thema. Hos autem 12. fruct⁹ per tres quaternarios diſtinguamus: Et quilibet fructus in quandam concluſionẽ apertius inducatur, & declaretur.

### Articvlvs Primvs.

C *In quo quatuor partialitatum fructus impij declarantur: & primus eſt, ꝙ vbi partialitas regnat, rectitudo iuſtitiæ nequaquam ſeruari poteſt.* Cap. 1.

Primus autem fructus partialitatis eſt iuſtitiæ interitus. Hinc eliciatur concluſio: In terra partiali, cũ ſit ibi extincta, nequaquã poteſt recta exerceri iuſtitia. Ratio quidem eſt, quia propter partialitates affectio mutatur, & ratio excęcatur. Mutari autẽ a recto affectus ſolet quadruplici affectione mentali, quæ ſunt amor & odium, ſpes & timor. D De his Dan. 7. ſcriptum eſt: Quatuor venti pugnabant in mari magno. ſ. mentis iudicis partialis. Difficile quidẽ eſt, ꝙ cuius intereſt iuſtitiam recta lance tenere, ꝙ aliqua iſtarũ affectionum ad iniuſtitiam non flectatur. Nam amor affectum trahit ad ſuum cõpartialem & amicum: odium ab aduerſa parte repellit. De dilectis enim difficulter male ſentimus, ſicut de non dilectis difficulter bene. Offendit amicus, culpa magna æſtimatur parua: delinquit aduerſarius, offenſa parua ſentitur magna: ſeruit dilectus, ſupra ſidera exaltatur, fideliſq; plenis faucibus pręedicatur. Alter contrariæ partis maxima præſtat commoda, impendit magna ſeruitia, E paruipenditur eiq; detrahitur. Ex quacunq; cauſa patratur crimen, pro ſuo partiali quilibet ſupplex orat, culpam minuit, aut ipſum negat, aut pro miſericordia inſtat. Pars vero aduerſa offenſam grauat, iuſtitiam poſtulat. Adeſt ſpes ſuæ parti inhærens & timor contrariam partem pauens. Iudicantis intellectus his mentis turbinibus conquaſſatus diſcernere verum neſcit, vix vult: & ſi fas eſt dicere, nequaquam poteſt. Inde conſequens eſt, quod reus iuſtificatur, innocẽs condemnatur: vnus habetur pro ſpurio, alter pro legitimo: bonus dicitur malus, ma- F lus dicitur bonus: verum dicitur falſum, falſum verum dicitur, vt miſericordia pro iuſtitia, & iuſtitia pro miſericordia impijſſime computetur. Vnde Iſid. de ſummo bono, & habetur 11. q. 3. c. quatuor modis. vbi dr̃: Quatuor modis humanum iudiciũ peruertitur: Timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus. Cupiditate, dum pręmio alicuius animũ corrumpimus. Odio, dum contra quemlibet aduerſarium molimur. Amore, dum amico, vel propinquo præſtare contendimus. Sequentiq; c. ſcrip. eſt, Quicunq; autem cõſan- G guinitate, vel amicitia, vel hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, quod eſt iuſtitia, & fructũ illius peruertit in damnationis amaritudinem. Iterum Amos 6. his iniuſtè iudicantibus Dominus dicit, Conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſinthium. Item Eſa. 59. c. Qui receſſit a malo, prędę patuit. Si ergo velit iudicare recte, non poteſt. Vnde Amb. ait: Inter duos inimicos nemo poteſt eſſe fidelis. ſupple licet ſciat & velit. Et ſic patet, ꝙ partialitas eſt iniuſtitiæ pabulum.

*Partialitatis fructus primus.*

*Humanũ iudicium quatuor modis ꝑuertitur.*

H *Secundus fructus eſt, quia ex partialitatibus guerræ ſæpius ſuſcitantur.* C. 2.

Secundus fructus eſt guerrarum ſuſcitatio & fomentum. Concluſio ſit, ꝙ talis terra diu non poteſt habere pacẽ. Cuius ratio eſt, quia quanto ſunt homines nequiores, tanto ſunt ad inferendum iniurias promptiores: tantoq; minus patientes ad ſuſtinendum iniurias ſibi illatas. Inſuper impoſſibile eſt homines ſeculares in pręſenti ſeculo nequam inſimul cõuerſari, quin ſe offendant, vel extiment ſe offenſos, ſiue ex ignorãtia, ſiue ex iuſtitia, aut ex malitia, ſeu etiam ex fragilitate humana, & ex quacũq; tamen

*Guerrarũ fomẽtum eſt partialitas.*

A tamen cauſa proueniat, moleſte ferūtur offenſę a quolibet criminoſo: inde generātur odia, intumeſcūt corda pro tēpore, ſilent ſecreta: non tamen taliter occultatur nequitia, quin liuor mentis aliquo modo pandatur verbis, vel ſignis. Crebreſcunt offenſæ, inualeſcunt inuidiæ, iam pateſcunt inimicitiæ, vtraq; pars ex altera ſuſpitiones & inſidias ſuſpicatur. Interim alia multiplicantur mala, ſcelera, iniquitates: vindictā alta voce clamant ad Deum innocētes, oppreſſi vocem emittunt ad Deum, dicentes, Vſquequo Domine ſanctus & verus non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra. ſ. partiali, Apoc. 6. Demū, B quia a tot infeſtationibus irritata patientia Dei, abſcondita eius iudicia patefiunt: datur patria in dæmonum poteſtate, ſuſcitantur rumores, regimina proſternuntur, mutantur dominia, inferuntur & ſuſtinentur damna, fiunt proditiones, homicidia increbreſcunt, odia inualeſcunt, & cætera mala, quæ ex guerris oriri ſolent, multipliciter cumulantur. Sed, quod periculoſius eſt, ſecundum quod ait Chryſ. in lib. de compunctione. Si inimicitiæ ſemel occupauerint homines, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita accipiuntur, & intelliguntur, vt C ad maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico, non creditur: ſi quid autem mali, hoc ſolum creditur, hoc confirmatur. Hinc ſiquidē eſt, ꝙ ſi quando inter huiuſmodi partiales pax fiat, nō vtique eſt pax vera, quia radices partium remanſerunt in cordibus partialium peccatorum: ſed poteſt parti tali dici, ſicut Ezech. 13. teſtatur, Pax, pax, & non erit pax. Cuius rationem Eſa. 48. c. ponit, di. Non eſt pax impijs, dicit Dominus. Qua enim ratione pacem habere poteſt remanens partialis in corde, cum continuè cum omnipotente D habeat guerram, cui ſuper caput continuè pendet euaginatus gladius iuſtitiæ Dei, qui in domo conſcientiæ litem habet, & qui onus diaboli, qui eſt ſecretus habitus odij, continue portat: quem etiam cætera vitia quaſi ſpinæ continuæ pungunt & lacerant. *Pſal. 13.* Contra quos Pſal. ait: Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. ſ. cum diuiſiones cordis non abijciant, & cætera crimina, quibus repleti ſunt, non relinquant. Ideo contra tales zelans Propheta dicebat, Pſal. 37. Zelaui ſuper iniquos pa. pec. videns. ſ. & intelligens, ꝙ non erat pax illa vera, ſed ſimulata & ficta, atq; modico tempore duratura: quia, vt dicitur E Prouer. 13. Inter ſuperbos, ſicut ſunt partiales, ſemper ſunt iurgia. Sed ſolum, vt Pſal. teſtatur, Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Nam, vt dicit glo. Col. Pax ſine charitate eſſe non poteſt: immo quod mirabilius eſt, cum multi dæmones ī vno dęmoniaco in pace ſimul & quiete morentur, ſicut Mar. 5. de dæmoniaco legianario dicitur, & etiam quotidie per experientiam patet: non ſeipſos pellunt, vel ſicut inter ſeipſos non bellant, neq; pro loco etiam tam arcto pugnāt. Stupenda quidem res eſt, ꝙ duos partium principales vna terra, vel vna ciuitas, & patria ſimul non poterit in pace continere, quinimo vnus alterū F de terra & de patria expellet. Inſuper enim, ſi fas eſt, per necem de toto ſeculo propulſabit, vt vere ex hoc detur intelligi, ꝙ tales huiuſmodi homines, quia ſunt dæmones incarnati, ipſis dæmonibus ſunt peiores. Et ſic clariſſime patet, ꝙ partialitates ſunt guerrarum ſuſcitatio & fomentum.

*Tertius fructus eſt, quia ex partialitatibus ſæpius terrarum; & patriarum exterminatio ſequi ſolet. Cap. 3.*

G TErtius fructus eſt deſtructio patriarū. Cuius concluſio ſit, ꝙ talis terra, vel patria diu ſine magno exterminio non poteſt ſtare. Ratio huius ex præcedentibus ſatis patet. Nam partibus incipientibꝰ ebullire, peccatis exigentibus, diabolo operante, & diuino iudicio permittente, vna pars alteram pellit. Prædantur illius bona, ædificia deſtruuntur, ſilueſcunt arua, vineę pręciduntur & conſumuntur, quieſcūt artes & mercantię, pecora & cætera animalia diuerſi generis & armenta voranť. Adoleſcentuli cū parentibus pulſi egeſtate compulſi vadunt ad ſoldum, efficiuntur fures: H hic ſuſpenditur, ille necatur: hic perit in bello, alius altera infelici morte miſerabilē vitam finit. Iuuenes pulſi non ſumunt vxores: ſed cum præcedētibus ſimilem vitam ſortiuntur & finem. Puellæ nubiles morantur innuptæ, vel per mundum vagæ fiūt meretrices. Adulti autem viri inedia, paupertate, triſtitia, & multiplici miſeria cōtabeſcūt, & miſerabiliter hincinde vagantur. Deficit inde in religioſis obſeruantia regularis, in clericis modeſtia clericalis, in iuuenibus & doctis ſcientiæ diſciplina. Fiunt patriæ latronum ſpeluncæ, profanantur templa, deſtruuntur monaſteria, populantur, impij ex



A ex coniugatis viduas faciunt, & cuncta temporalia bona, ſimulq; cum corporalibus & ſpiritualibus flebili miſeria deſtruūtur. Sed nondum malorum eſt finis. Adhuc reſtant alia quinq;. Nam cum purgata fuerint crimina expulſorum, & expellentium fuerint ſcelera conſummata, fit tonitruus iudicij Dei in mundani ſtatus verſatili rota. Et redeuntes expulſi regnantes pellunt, crudeliq; ſæuitia vindicantes, pro omnibus receptis iniurijs vicem reddunt, & ſi quid remanſerat deſtruendum, ad ſuæ conſumptionis properat finem. Tunc quidem Domini vera ſentētia reperiť, qua Lu. 11. dicit, B Omne regnū in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. Et iterum Eſa. 28. Manda, remāda: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi, vt vadant & cadant retrorſum & conterantur & illaqueētur & capiantur. Mandat enim expellendo pars vna partem alteram, illaq; reuerſa demum remādat alteram propulſandam. Expulſus autem expectans expectat, ſi poſſit reuerti domum, ſic etiam poſtmodum altera pars expulſa. Demum vero de bono temporali, aut corporali, ſeu ſpirituali, modicū ibi. ſ. ex parte vna, & modicum ibi. ſ. ex C parte altera. Et ſic ſemper vadunt & cadunt retrorſum, de male in peius vtraq; pars rueudo, ita vt finaliter conterantur ſupplicijs, miſerijs, & tormentis, & illaqueentur ſemper grauioribus culpis, & capiātur in morte infernalibus pęnis, vt verificetur, quod ſcribitur Hiere. 46. Fortis impegit in fortē, & ambo. ſ. modis prædictis pariter corruerunt. *Exemplū* Gallos duos quandoq; vidi dura, longaq; pugna bellantes, ore ſe, & vngulis ſanguinantes, & vndiq; diſcerpentes. Cumque pugnandi in vtroq; defeciſſet vigor, nō defecerat, ſed creuerat indignationis ardor. Sic noui partiales multos, vt ſic dicam expenaritos, qui cum propter partes conſum-D pſerunt omnia bona ſua, nihil eis remanſit, niſi rabies partis ſuæ.

*Quartus fructus, quanta ſtultitia ſit partialitates impias ſequi. Cap. 4.*

QVartus fructus partium eſt ſtultitia ſumma & conſummata. Pro quo concluſio ſit, quod non videtur eſſe ſub cœlo gens ſtultior illa. Ratio, quia huiuſcemodi ſcelus eſt in appetitu ſtulti, & damno ſui mali. Delectatur quis in operibus carnis, & gulæ: damnabiliter quidem errat. Oblectatur quis in turpi lu-E cro, & inſatiabili cupidine rerum: errat abſque dubio in mortali. Alter inſuper intumeſcit in pompis, & glorioſo ſtatu lætatur, nec dubitatur quin criminaliter peccet, & ſic de multis conſimilibus culpis. Sed omnes iſti errant, quidam tamen in appetitu boni tranſitoria delectatione illecti & decepti, & ex finali impęnitentia condemnandi ſunt hi partiales. O dementia ſtulta & inſenſata, tales inquam peccant ex appetitu, & deſiderio mali, dum partem & diuiſionem affectant, deponentes in periculo propriam ſubſtantiam temporalem, corpus, filios, parentes, conſanguineos, & F amicos, & illorum temporalia bona: imo quandoque eſt totius patriæ ad diſcrimen. *Partialitas quanta nobis mala inferat.* Quid. n. boni ex partialitate lucrantur, penitus ignoro: niſi forte putent lucrum hæc pericula experiri, & cum his æternis ſupplicijs cruciari. Vnde de partiali ſtulto Eccleſiaſtici 22. ſcriptū eſt, Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen, quā fatuus? Arenam & ſalem & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem & fatuum & impium: quæ omnia continet partialis ſtultus. Propterea poſſunt frenetico comparari, qui ratione priuati pericula omnia ſibi & alijs patrant. G Similes etiā *Exemplū familiare.* ſunt cuidam ſtulto, qui cum baculum geſtaret in via, & ante ipſum præcederet vmbra ſua, putauit alterum hominem vmbrā ſuā. Currit ſtultus poſt vmbram, quaſi cum homine pugnaturus, fugit illa ſequentē: continet ſtultus greſſus, ſtat inſuper vmbra. Alter agit contra illam inſultum. Iterum fugit vmbra: demumq; cum diuerteret a via, & vmbra quaſi homo cum ſimilitudine baculi videretur erigi verſus murum, videns ſtultus timuit: poſtea audacia maiori reſumpta rapido impetu impingens in murum, caput fregit. Sic partiales ſtulti pugnantes cum vmbra nominis partialis, finaliter animæ & corporis frangunt caput. Ecce ſtultitię ſum-H mæ fructus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De ſecundis quatuor pernicioſis fructibus nequiſſimę partis, & primus de horrendis crudelitatibus, quæ ex partialibus fiunt. Cap. 1.*

PRimus fructus eſt iniqua crudelitas. Cuius cōcluſio eſt, quod non eſt gens ſaltem inter Chriſtianos magis impia & crudelis. Ratio huius eſt, quia habitū odij ſemper habēt contra

A tra omnes contrariæ partis cognitos & incognitos: contra præſentes & præteritos & futuros: aduerſus infantes & ſenes, & ſæpius aduerſus conſanguineos & parentes. Inſuper aduerſus eos, qui ſibi & ſuis multipliciter ſæuierunt. Vnde dici poteſt horum omnium homicida, ſicut 1. Io. c. 3. ſcrip. eſt: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Hi autem odium partialitatis prohibitum in corde ferunt, ſicut in alio tractatu, vbi agitur de cordis conſenſu ad partes, latius viſum eſt. Sed vltra hoc odium cordiale, quis exprimere valeat ſæuitias, & immanes crudelitates, quas contra aduerſarios operant. Non parcunt ætati, non ſexui, non conſanguinitati, B non genti, non amicitiæ, non fidei, non religioni, vel ſanctitati, ſed vſq; ad deuorationem Chriſtianæ carnis: proh dolor, ſcelerata crudelitas impiorũ, & in alias incredibiles ſęuitias profundantur. Propterea merito rabido cani poterũt comparari, ſicut in Quadrageſimali de Seraphin contra detractores, ſermo. 29. latius viſum eſt: de cęteris crudelitatibus ſatis vbi ſupra eſt tactum, ſermo 25. cum agitur de operibꝰ partium, circa ſermonis finem.

C *Secundus fructus, quàm peſtiferum malum ſit diuiſio partialis. Cap. 2.*

SEcundus vero fructus eſt peſtilens malum. Cuius concluſio eſt, quod nullum eſt magis peſtiferum malum, quam diuiſio partialis. Occaſio huius multiplex eſſe poteſt. Cum enim homo ſit animal iraſcibile, offenſusq; & indignatus naturaliter ſe vindicare appetit, & inimico nocere conetur, niſi ratio iram frenet, & timor mentis in partialibus ſit obſtaculum rationis: ideo in ſe hac peſte corrupti ſecum alios cõuerſantes inficiunt, adiuuante natura inclinata D ad iram; & culpa obſcurante intelligentiam vtriſque. dumque inter homines ex aliqua occaſione oriuntur offenſæ, ſanguis currit ad cor, & iræ, atq; furoris accẽditur ignis: fouetur hic ignis quaſi aridis lignis multitudine peccatorum. Animi ex conuerſatione quodammodo confricantur, & dæmones ad ſcandala tentationes vndiq; ſufflant: flammeſcit iracundia, igniuntur corda, flammeſcunt verba, igniti monſtrantur nutus & opera, & quaſi quadam ſpirituali ſimul & corporali peſtilentia aer cum tota patria cõtaminatur, ſicut Apoc. 9. c. ſcriptum eſt de partialibus. Quod de ore eorum procedebat ignis, fumus, & ſulphur, & ab his pla-

*Animi hominũ ex conuerſatione quõ ſe habẽt*

E gis occiſa eſt tertia pars hominum. i. impęnitentes, ſicut ſupra de detractoribus declaratum eſt. Ideo Eccleſiaſtici 13. ſcriptũ eſt, Qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam: & qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Nam, vt teſtatur Ezech. 2. Partiales increduli & ſubuerſores ſunt, & cum ſcorpionibus habitas. ſ. tu, qui cum partialibus conuerſaris. Et 1. Corinht. 5. Modicum fermenti totam maſſam corrumpit. Inſuper Eccleſiaſtici 7. Diſcede ab inimico iniquo & partiali, & deficient mala abs te. Et Pſal. de ſe teſtatur. Cum hominibus operantibꝰ iniquitatem, ſicut faciunt partiales, & non F communicabo cum electis eorum. i. cũ Capitaneis partium. Et alibi, Non adhæſit mihi prauum, ſicut vtiq; partiale, declinantem a me malignum. i. partialem non cognoſcebam. ſ. tanta conuerſatione elongatus morabar ab illo. Et alio loco ait: Cum peruerſo. ſ. partiali, peruerteris a parte, maxime ſi imperfectus & fragilis eris. Nam, vt teſtatur Greg. ſuper Ezech. Homil. 9. Infirmi prauorum debent ſocietatem declinare, ne mala, quę frequenter aſpiciunt & corrigere nõ valent, imitari delectentur. Et huiuſmodi exemplum addit, ꝙ ſicut aer malus aſſiduo flatu tractus inficit corpus, ita peruerſa lo- G cutio continuè audita inficit animam, Apoſtolo teſtante, 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Cui Bernar. addit, multo magis opera praua. Sed in terra partiali non ſolũ ſunt verba, ſed ẽt opera ex partialitate peruerſa: propterea quaſi impoſſibile eſt in terra partiali, & cum partialibus conuerſari, quin homo aliquo modo inficiatur. Propter quod omnino fugiendi eſſent, cum omnia ſua videantur infecta, & peſtilentiale virus alijs communicare probentur: imo tactus, viſus, halitus, ſermo, veſtigium, vmbra, domus, & partialium cuncta H videtur peſtifera & infecta: ideo in tali non deberet homo bibere cum eius ciato, nec dormire in eodem lecto: imo nec commorari ſub eodem tecto, nec habitare in partiali terra: tantoq; ſollicitius fugiendus eſt aer partialis, quam peſtilentialis, quãto partialitas eſt non ſolum peſtilentia corporalis, ſed etiam temporalis, & ſpiritualis, vbi peſtis ſolummodo eſt corporalis. Forte mirantur quidam, quod tam acerrime loquor cõtra huiuſmodi partes: quibus reſpondet experientia ipſa, peſtis ſæua ingreditur ciuitatem, obeunt plurimi, ſed remanent multi: imo pro maiori parte euadunt. Pars autem Guelphalis, aut Gebellina, aut quæcunq; altera

*Partia ſunt a... duli.*

*Exẽplũ*

*Cõtra Guelphos & Gebellinos.*



A tera ingreditur ciuitatem: mirum nempe maximum erit, ſi poterit euadere quiſquã, qui ſaltem lapſu temporis parti non adhæreat vel adhærere putetur: ſicut ego ſtupẽs & dolens experientia certus ſum; immo quod flendum eſt, & qui videntur timere Deum, ita efficiuntur amentes & inſenſati maxime circa partem Guelpham & Gebellinam, quòd in eiſdẽ ita ſecure viuunt, quaſi hoc ſit perfeſſio ſanctitatis: ſimiles generis Loth: qui vt patet Gen. 9. ita inſenſibiles in Sodomia facti ſunt, ꝙ Loth prædicanti & ſuadẽti receſſum credere noluerunt: ſed videbatur eis quaſi ludens lo- B qui, vt dr̃ ibi. Ideo cum cæteris perierunt: propterea Apocal. 18. Zelantibus ſalutem animæ ſuæ vtique dictum eſt: Exite de illa populus meus, ne participes ſitis delictorum eius: & de plagis eius accipiatis; quoniam peruenerunt peccata eius vſq; ad cęlum. Et Eccleſiaſtici. 13. Si cõmunicabit lupus agno aliquando: ſic peccator, ſcilicet partialis, iuſto. quę communicatio ſancti hominis ad canem, ſcilicet partialem. Ex his ſatis patet, quam peſtilens malum ſint impiæ partes.

C *Tertius fructus de multitudine ſcelerum & malorum, quæ ex partialitatibus ſubſequuntur. Cap. 3.*

TErtius fructus eſt multiplicatio ſcelerum. Concluſio vera eſt iſta, ꝙ nullũ peccatum eſt, de quo tot ſcelera oriãtur, ſicut de partium impietate. Ratio autẽ ponitur Iob. 31. quod partialitas ignis eſt vſque ad conſummationem deuorans & omnia eradicans genimina. Inde enim oriuntur temporalia, corporalia, & ſpũalia mala. Primo temporalia, ſicut ſunt ſaccomanna, rapinæ, incendia domorum, agrorum & ſacrorum deſtructio, prædiorum deſolatio, ciuitatum, terrarum & patriarum extinctio, ſcientiarum & artium & D animalium, & conſimilia multa. In quibus omnibus penſanda ſunt ſcelera & peccata, quæ inde ſequunt. Secundo mala corporalia: ſicut ſunt virginum deflorationes; mulierũ violationes; horrenda homicidia, puerorum crudeles neces, carcerationes ſæuæ, tormẽta omni immanitate plena. Quidam occidunt fame; alij comburunt igne: quidã in ſtercore ſuffocant humano; alijs præcidunt membra, lingua, digiti, & verenda: & infelices homines ipſimet cogunt comedere illa; præcipitantur per altiſſimas turres,

*Ex partialitatibꝰ plurima mala oriũtur.*

E quidam alij fluminibus perimunt. Alij dantur canibus ad vorandum, alij mortui relinquuntur lupis. Quidã aſſant viui, & ad odorem illorum aliqui comedunt panem doloris: venduntur homines ſicut boues, & multa conſimilia. De quibus in Seraphin, Sermone. 25. art. 3. prætactum eſt. Tertio mala ſpũalia; o quis enumerare ſufficit, quanta ex his omnibus peccata fiũt, tum in operãdo, tum in conſentiendo, tum in fauendo, in præcipiendo, in non obſtando, in impatiẽter illata damna ferendo, in participando, verbiſque multipliciter offendendo, & cõſimilibus. Propterea glo. præallegata. 1. F Corint. 11. ait: Ex diſſentione omnia mala oriuntur: vbi enim diſſentio eſt, nihil rectum eſt. Ideo clamat contra partiales Eſa. c. 1. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. Ecce multiplicatio ſcelerum & iniquitatum.

*Quartus fructus eſt fidei abnegatio, & proditio contra Chriſtum: quia eſſe partialem, eſt negare fidem, & prodere Chriſtum. Cap. 4.*

G

QVartus fructus eſt fidei, abnegatio & proditio contra Chriſtum. Concluſio eſt, quod oẽs partiales Chriſtiani ſunt renegati & proditores contra Chriſtum, & per conſequens proditores Chriſtianorum, Cuius ratio eſt: quia licet forte ex partialitatibus oriantur: immo licet omnes propter originale peccatum naſcamur filij iræ: nihilominus in baptiſmo renunciamus malitijs diaboli & omnibus pompis mundi: patrinique illos ſuſcipientes de ſacro baptiſmatis fonte, hæc pro illis ſpondent, & quodammodo tunc ſcribuntur ad ſoldum & ad militiam Chriſti. de quo, de conſecr. diſtin. 4. c. prima. Adulti autem facti tenentur ad ea, quæ H pro ipſis offerentes ſpoponderunt. de cõſe. diſtin. 4. cap. paruuli. In confirmatione vero præparatur homo ad pugnam, pro fide Chriſti, de conſe. diſt. 5. c. ſpirituſſanctus. Alapa percutitur, vt diſcat ꝙ per patientiam vincitur militia Chriſti. In fronte inungitur, vt a recipiente fides Chriſti ſine erubeſcentia prædicetur, de conſe. diſt. 5. c. nouiſſime. Cum autem in baptiſmate partibus homo renunciauerit, & demum ad vomitum redit: prodit Chriſtum fidemque illius negat, Domino ipſo teſtante, qui Luc. 11. ait. Qui non eſt mecum, ſcilicet in

*Partiales ſunt proditores.*

A in militia mea: aduerſum me eſt, quia in militia diabolica eſt. Et qui non colligit mecum. ſ. ſpiritualia, temporalia, & corporalia bona, diſperget videlicet illa in præſenti ſeculo, & in futuro. Qui autem in Domino extiterit infidelis, quomodo ſuis proximis poteſt eſſe fidelis? Ex hoc partiales facilè fiunt proditores.

### Articvlvs Tertivs.

*De vltimis quatuor amariſſimis fructibus nequiſſimę partis. Et primus eſt, quod partialitas impęnitens malum eſt, cum* B *rari corde, ore, & opere partialitati renuncient ſicut debent.* Cap. 1.

PRimus fructus eſt impęnitens culpa, vel malum. Ad hoc concluſio eſt, ꝙ nullus partialis abſolui poteſt, niſi corde, ore, & opere renunciet partialitati. Ratio eſt, quia conſentire partibus corde, vel ſe partialem confiteri ore, & multo amplius partialitatis opera exercere, mortalia ſunt, ſicut latius patet in Quadrageſimali de Seraphin, ſermo. 25. & 26. Et licet quidam confiteantur, ꝙ partialitates exercuerunt opere: C rariſſimos vnquā vidi, & quaſi nullos ſenſi, qui doleant & confeſſi ſint ſe fuiſſe partiales corde, & ore. Ideo non pęnitent verè, quia vera pœnitentia eſt petpetrata mala plangere, & plangenda nō perpetrare, de pęn. diſ. 3. §. 1. Falſæ autem pęnitentiæ nunquam venia datur, ſicut patet vbi ſup. §. ſiue, in fi. imo falſa pęnitentia irritat Deum. Propterea caueant confeſſores, qui publicos partiales Guelphos, & Gebellinos, vel qui pro defenſione & fauore partis dant, vel ſuſcipiūt iuramenta, ſiue alios partiales abſoluunt: quia, teſte Domino, Matth. 15. Si cęcus coe- D co ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. ſ. infernalem. Vnde antequam eos abſoluant, faciant quod huiuſmodi renunciēt omni parti pleno corde, aperto ore, & efficaci opere, ideſt, quod diſponant ſe nunquā nominare partiales, neq; officium pro parte aſſumere, vel aliud opus vnquā partialiter exercere, quia tales partiales cęci nunquā faciunt de talibus conſcientiam: imo, ſicut expertus ſum in quibuſdam, qui bene vidētur ſapientes & timentes Deum, ſaltem partialitatem cordis, & oris non poſſunt intelligere eſſe mortale: propterea merito eſt impœnitens culpa.

*Conſiliū datur Cōfeſſoribus quid agere debeāt cum partialibus.*

*Secundus fructus, ꝙ rari partiales conſe-* E *quuntur ſalutem, licet apparenter pęnitentiæ ſigna demonſtrent.* Cap. 2.

SEcundus fructus eſt damnatio ſempiterna. Terribilis concluſio ſit, ꝙ rariſſimi partiales, etiam ſi apparent in fine confiteri ſaluantur, maximè ſi vſque in finem perſeuerauerunt in partialitate iniqua. Ratio eſt, quia adhuc multa habent impedimenta. Primum ignorantia, quia, vt prætactum eſt, multi ignorant, quod partialitas cordis, & oris ſit peccatum. F Sed ignorantia iuris diuini de dilectione fraterna cordis, oris, & operis; & de alijs, quæ neceſſaria ſunt ſaluti, non excuſat adultum, & ratione vti valentem, ſecundum Alex. in ſecundo. 50. q. Alia quoq; impedimenta prætacta ſunt in præcedenti 19. ſermone.

*Partia... plurim. habēt ... pedim... ta, ne ... tem... quam...*

*Tertius fructus, quod publicus partialis ſine ſignis pęnitentiæ decedens, priuatur eccleſiaſtica ſepultura.* Cap. 3.

G TErtius fructus eſt priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ. Concluſio eſt, ꝙ nullus in mortali peccato decedens, ſi notorium eſt, debet eccleſiaſtica ſepultura ſepeliri, ſicut patet prohibitum 13. q. 2. quibus. & c. non extimemus. & c. pro obeuntibus. Et hoc intelligēdum eſt, niſi fuerit eccleſiæ reconciliatus, vel oſtenderit pœnitētię ſigna, ext. de ſepul. parochiano. Excipiūtur publici raptores. ext. de rap. c. ſuper eo. vel moriens in torneamento. ext. de tornea. c. ad euidentiam. qui niſi ēt ſignū pęnitentiæ oſtenderent, ſicut alibi dicetur, debent eccleſiaſtica ſepultura carere. H Partiales cum ſint notorij ſi decedunt abſque pœnitentiæ ſignis, qui ſepelit eos in loco ſacro mortaliter peccat, quia facit contra prædicta eccleſiaſtica iura. Eccleſiæ autem nō obedire peccatum ariolandi & paganitatis eſt. 81. diſ. ſi qui. Ex his etiam prohibitionibus ſatis patet, ꝙ partiales, qui in partialitatum fauoribus occiduntur, ſicut canes ad foſſam proijci debent, iuxta Propheticum vaticinum, Hier. 22. Sepultura aſini ſepelietur, . ſ. impęnitens partialis, qui ſignum pęnitentiæ non oſtendit in fine. Et ſi aliter ibi ſepeliantur, ad cumulum eſt damnationis eorū, 13. q. 2. cū grauia. & c. quibus. imo ſi ibi ſepulti

*Partia... nō ſu... pelie... ſacro... nō ... dūt ... patien...*



A pulti ſunt, omnino ſunt exhumādi, vbi eorum corpora poſſunt ab alijs ſecerni. ext. de ſepul. ſacris canonibus eſt inſtitutum. & cimiterium, ſiue eccleſia eſt reconcilianda. ext. de conſe. eccl. c. conſuluiſti. Ratio horū eſt, quia officium deuotę ſepulturæ, eſt bonæ fidei teſtimonium, 13. q. 2. non extimemus, ante fi. Propterea ne clerici ſint falſi teſtes impio partiali, & cuicunq; in mortali notorio impęnitēter decidenti. ext. de rap. c. 2. ſancitum eſt, ne talium interſint ſepulturæ, nec tūc ſuſcipiant eleemoſynam eius. Et hoc ſatis euidenter colligi poteſt, ꝙ qui partialem impœnitentem tradit, vel trade- B re facit eccleſiaſticę ſepulturæ, vel ad hoc præbet auxilium, vel fauorem, a labe falſi teſtimnonij non eſt immunis, iuxta illud Prou. 19. c. Teſtis falſus non erit impunitus.

*Quartus fructus, quod non debent orationes, & oblationes fieri pro partiali, qui ſine ſignis pœnitentiæ iam deceſſit.* C. 4.

QVartus fructus eſt ſilentium orationum eccleſiaſticarum. Concluſio ſit, ꝙ pro partiali impęnitenter decedente orationes & oblationes non debent fieri, quia mortale eſt. Rationem autem huius ſecundum Bonauen. in 2. diſt. 43. ponit 1. Ioan. 5. d. eſt peccatum ad mortem, non dico vt pro eo quis roget. C Peccatum ad mortem eſt finalis impęnitentia, qua iuſto iudicio Dei ſæpe plectuntur partiales. Vnde peccat, qui dicit, vel dicere facit ſcienter Miſſas, aut officia, ſiue aliqua eccleſiaſtica bona pro illius partialis anima, ac ſi quis hoc faceret pro impio Iudęo, vel Saraceno. ext. de ſta. mona. c. 1. & c. ſuper quodām. ext. de fur. c. 2. & 13. q. 2. pro obeuntibus. In quibus omnibus locis ab eccleſia inhibetur, ꝙ pro impęnitente defuncto orationes non fiant, ſiue oblationes. Vnde in my- D ſterium Matth. 2. ſcriptum eſt: Vox in Rama, ideſt, in excelſo, audita eſt: Rachel, id eſt, plorans filios ſuos. ſ. partiales in peccato defunctos, & noluit conſolari. ſ. orationibus Chriſtianorum pro ipſis orantiū: quia non ſunt. ſ. in ſtatu ſalutis, ſed æternæ damnationis. Ex prædictis ergo patet dilectiſſimi fratres, quanto odio abijcienda, abhorrenda, & perſequenda ſit crudelis, & criminoſa diuiſio partialis, & corde, ore, & opere renuenda, & omnino a toto populo extirpanda, vt illa fraternali, & amaroſa vnione gaudeatis, de qua in Pſal. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres

*Neq; pro eis fiant oblatiōes, niſi oſtenderint pœnitentię ſigna.*

*Caſus notabilis.*

E in vnum. Quam nobis concedat corda in vera charitate copulans, & conſeruans Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

---

## DOMINICA TERTIA In Quadrageſima.

*Infra diem contra inſignia diſtinguenda inter partes.*

## Sermo XXVI.

F CVm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. Lu. 11. Magna quippe res eſt, & periculis plena, ignorantia veritatis. Nam ſicut Iſid. ait, mater eſt & nutrix omnium vitiorum. Quid ſit damnum culpæ non ſentit inſipiens, quotidie peccat & ignorat. Et iterū 38. di. ſcriptū eſt in c. ignorantia. Ignorantia mater eſt cunctorum errorum, & c. qui ea, Greg. in moral. ait: Qui ea, quæ Dei ſunt ſapiunt, a Domino ſapiuntur: & qui G ea, quæ Dei ſunt, neſciunt, a Dño neſciuntur. Apoſtolo teſtante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc quoq; idem Greg. ait: Quicunque ſtultus eſt in culpa, ſapiens erit in pœna. ſ. per pœnam ſempiternam: vel ſic. ſ. pęnam ſuſtinendo ſempiternam. Et iterum Eſa. c. 5. Captiuus ductus eſt populus meus. ſ. ad ſupplicia æterna, quia non habuit ſcientiam. Ignorata etenim culpa minimè emendatur, quemadmodum ignoratæ infirmitati remedium adhiberi nequaquam poteſt. Et in hoc cæteris vitijs ignorantia deterior & periculoſior eſt. Sed ſicut initiū mortis animæ eſt ignorantia de peccato, finis vero gloriatio in peccatis: ſic H ſalutis initium peccati cognitio eſt, finis vero confuſio de peccatis. Magna quippe pace quieſcit diabolus in corde peccantium, quando per ignorantiam patratur culpa. Vnde Iob 40. de tali dæmone ſcriptum eſt, Sub vmbra, ſcilicet ignorantiæ, dormit, ſcilicet pacificus & quietus, in ſecreto talami, id eſt, in mente vacua lumine veritatis & plena ignorantię cæcitatis: in locis humentibus. i. pronis ex ignorātia ad quemcumq; caſum. huiuſmodi enim ſunt omnes, qui partialitatum inſignia tenent in domibus, vel ſuper oſtia domorum, aut in męnijs altis & turribus, aut palatijs ſuis, aut in ciui-

tatum

*Ignorantia damnoſa.*

A tatum portis, vel quarumcũque terrarum.
*Diabolus partiũ, & diuiſionũ caput.*
Quod quidẽ manifeſtiſſimũ ſignum eſt, ꝙ
diabolus partium caput, qui Apoc. 9. exter
minator dictus eſt, in locis illis & in malis
conſcientijs inhabitantium ibi pacificè com
moratur. Et hoc manifeſtè indicat infallibi-
lis veritas, Chriſtus Ieſus, in verbo prealle-
gato, cũ ait. Cum fortis ar. cu. a. ſ. in p. ſunt
omnia, quæ poſſidet. Quis eſt enim hic for-
tis armatus, niſi diabolus, de cuius fortitu-
dine, Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram,
quæ comparetur ei. Huiuſmodi autem ar-
ma, quibus armatus eſt, ſunt cõcathenatio-
nes & cõfęderationes cordium cunctorũ,
B qui partialitates ſectant. Vnde de aquilone,
de quo pandetur omne malum, ideſt, de ex-
terminatore prædicto, Eccleſiaſtici 41. ſcri-
ptum eſt, Super omnem congregationem
aquarum requieſcit, & ſicut lorica in-
duit ſe aquis, ideſt, partialibus populis,
qui labuntur, vt aquæ, & facile tanquam
aquæ a dæmone diuiduntur. Atrium vero
eius, quid conuenientius indicat quam lo-
cum & domum, in qua talia inſignia partia-
lium collocantur? Hunc nempe locum, vel
potius partiales habitantes in eo, dæmon
omni vigilantia cuſtodit, & maxime a lumi
ne veritatis, ſicut Dominus ait, Io. 3. c. Qui
C malè agit, odit lucem. Cum autem a tali lu
mine anima cuſtoditur, tunc in pace ſunt
omnia, quæ poſſidet. ſ. dæmon, eo quod nul
lo remorſu conſcientię de talibus moleſta-
tur: quia tanta cęcitate obſcurat, & obſcuri-
tas ſeruat mentes hominum habitantiũ ibi,
& diligentium illa, vt non intelligant, ꝙ ta-
lia inſignia ſint arma, & manifeſtiſſima ſi-
gna, quod loca illa cum talibus habitatorib.
a Deo ſunt tradita in dæmonum poteſtate:
& quod ab exterminatore pacificè poſſiden
tur. Habet enim aduerſarius noſter quoſdã
modos ſeminãdi, ſeu ſimulandi opera Dei,
vt quod Deus operatur in bonum, & in ani
D marum ſalutem, dæmon ipſe operetur in
malum, & in animarum perniciem. Didice-
rat, quod Apoc. 7. ſcriptum eſt: Vidi alterum
Angelum. i. Chriſtum, aſcendentem ab ortu
ſolis. i. a luminoſa & ſolari doctrina, haben
tem ſignum Dei viui. i. gratiam gratifican-
tem in Ieſu nomine deſignatam, qua ſuos ſi
gnat, & ſaluat electos, ſicut Matth. 1. c. ſan-
ctiſſimo Ioſeph Angelus ait, Vocabis nomẽ
eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet popu-
lum ſuum a peccatis eorum. De qua gratia
in electorum perſona Pſal. ait: Signatum eſt
ſuper nos lumen vultus tui Domine: dedi-
ſti lætitiam in corde meo. Et ſtatim Ioã. ad-
dit, Et clamauit imperans. ſ. quatuor Ange- E
lis, quibus datum eſt nocere terrę, & mari. i.
in proſperis, & aduerſis, dicens, Nolite no-
cere terrę & mari, neque arboribus. i. be-
ne agere incipientibus, proficientibus, &
perfectis, quoaduſque ſignemus ſeuos Dei
noſtri in frontibus. i. mentibus eorum. Et
iterum Ioan. ſubdit: Et audiui numerum ſi-
gnatorum centum 44. milia ſignati: per quẽ
numerum omnes electi myſticè deſignan-
tur, ſicut alibi oſtenſum eſt. Sic ex aduerſo
diabolus inuenit ſignũ reprobationis æter-
næ, quorum reproborum cętus apertius, &
euidentius per inſignia partium conſigne
tur, quod & ipſe Propheta præuidit in ſpiri F
tu, cum in 73. Pſal. ait: Poſuerunt ſigna ſua
ſigna: & non cognouerunt, ſicut in exitu
ſuper ſummum, quod eſſe poteſt aliud the-
ma. Et idem eſt, quod dicere, Cum for. ar.
cu. a. ſu. in p. ſ. o. q̃ poſſidet, ſicut ex iã dictis,
atq; dicẽdis clareſcere põt. Per prædicta igiť
ſecũda Religioſitas indicať, q̃ Religioſitas
cõſignationis eſt dicta, per quã fideliũ ani-
mæ amotis & raſis inſignijs impiarum diui
ſionum ſaluantur, & Ieſu nomine conſi-
gnantur. Ad quod perficiendum, iuxta ſen-
ſum Dñi noſtri Ieſu Chriſti per tres conclu-
ſiones verbum Propheticum declaretur.
Prima concluſio eſt, quod partialitatum in- G
ſignia ſunt manifeſtæ idolatriæ ſigna. Et
de hoc Pſal. ait: Poſuerunt ſigna ſua ſigna. *Idola. ſigna part. inſig.*
Secunda concluſio eſt, ꝙ habere partialium
ſigna, eſt continuè & impęnitenter ad infe-
ros properare. Et de hoc tangit Pſal. di. Et
non cognouerunt, ſicut in exitu. Tertia cõ-
cluſio eſt, ꝙ tenere inſignia partium, eſt cõ-
tinuè animas ſecum ad æternum interitum
trahere. Ideo ſubdit Pſal. ſuper ſummum.
Propter hæc tria ter clamat aquila volans,
& dicit Apoc. 8. Væ, væ, væ habitantibus in
terra. ſ. partialib. Et poteſt eſſe etiam aliud
thema.

H

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Quod tenere inſignia partium diſtinctiua, ſunt manifeſtæ idolatrię ſigna.*

PRima concluſio eſt, ꝙ partialita-
tum inſignia ſunt manifeſta ido
latriæ ſigna. Ad cuius intelligen
tiam conſideranda ſunt tria ſi-
gna, quæ oſtenduntur per iſta partialita
tis inſignia. Primum eſt imitationis, ſecun-
dum adorationis, tertium vero vindi-
cationis.

Quod



A *Quod malitia dæmonum antiqua idolatria in partialitatum inſignijs renouatur. Cap. 1.*

PRimum autem ſignum per hæc
inſignia demonſtratum, eſt ſi-
gnum idolatriæ imitationis. De
prima idolatriæ adinuentione,
Sapien. 14. ſcriptum eſt. Idolum maledictũ
eſt ipſum, & qui fecit illud. Similiter ſunt
Deo odio impius, & impietas eius. Acer-
bo. n. luctu dolens pater cito ſibi rapti filij fe
cit imaginem: & illam, qui tunc quaſi ho-
B mo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum
colere cępit & inſtituit. Inde orta ſunt in-
ter ſeruos ſacra & ſacrificia. Deinde interue
niente tempore, & conualeſcente iniqua
conſuetudine, hic error tanquam lex cuſto-
ditur, & tyrannorum imperio coluntur fig-
menta, hos quos in palam homines hono-
rare non poterant, propter hoc, quod lon-
ge eſſent, elonginquo figura eorum allata,
euidentem imaginem Regis, quem honora
re volebant, fecerunt, vt illum qui aberat,
tanquam præſentẽ colerent ſua ſollicitudi-
ne, & multa mirabilia ibidẽ circa hoc. Et de
his plenius ſupra ſermo. 10. dicta ſunt. Hæc
C aũt idolatria poſtquam cępit, ita incremen
*Idolatria incrementum ſumpſit, & quomodo*
tum ſumpſit tantum, quod per orbem ter-
rarum diffuſa eſt vſq; ad Chriſtum, ꝙ nun-
quam potuit deleri etiam in ſolo populo Iu
dæorum. Et poſtquam Euangelium Chriſti
per vniuerſum orbem Apoſtolorum prædi
catione diffuſum eſt in vniuerſo orbe, er-
ror idolatriæ expulſus & excluſus manife-
ſte apparet, in tantum ꝙ nunc licet multa
hominum genera aberrent in cultu vnius
Dei: tamen quaſi nulla gẽs reperitur in or-
be, quæ nunc propriè idolatriam imitetur,
quod ab initio legis vſq; ad Chriſtum nuſ-
quam legitur eſſe factũ. Prædicantibus igi-
D tur Apoſtolis & diſcipulis sãctiſſimũ nomẽ
Ieſu Chriſti, ex idolis dæmonia fugiebant,
in puluerẽ redigebantur ſimulacra, per San
ctorum martyria omnis abolebatur idola-
triæ peſtifer cultus. Sed eadem inuidia, qua
introiuit mors in orbẽ terrarum, frigeſcen-
te fide in cordibus Chriſtianorum, eadem
idolatria, ſed occultiori modo inter eos,
maxime in Italia reuocata eſt, quaſi ĩ deſpe-
ctum Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ, vt vbi regna-
bat Romanum Imperium, & principalior
mundi idolatriæ fauor, & ibidẽ orãte Chri-
ſto facta eſt non deficiens ſedes Petri, ibi
operante diabolo reuiuiſcat. idolatriæ cul-
tus, quod quidẽ fit in partialium inſignijs. E
Ideo Apoſtolus hoc ait in ſpiritu præuidẽs,
in myſterium Romanis ſcribens, qui ſunt in
Italia, & Italiæ caput, & Petri ſedes, Rom.
1. c. ait de tempore innouatæ idolatrię, qđ
nunc eſt: Cum cognouiſſent Deum, non ſi-
cut Deum glorificauerunt, aut gratias ege-
runt, ſed euanuerunt in cogitationib. ſuis,
& obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum, dicẽ-
tes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: &
mutauerunt. i. mutabunt gloriam immuta-
bilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corru-
ptibilis hominis, & volucrum, & quadru-
pedum, & ſerpentum. Præterea ſequitur:
Hæc autem quantum ad literam, quod ſint F
vera, ipſa experientia manifeſtat. Nam pro
*Varia idolatriæ inſignia.*
inſignijs diſtinguentibus inter partes, qui-
dam habent hominem partis ſuæ caput,
quem pluſquam Deum imitantur & colũt;
& ſe pro illo, quod nequaquam pro Chri-
ſto agerent, promptiſſime morti tradunt: &
tale caput non equidem homo eſt, ſed ſi-
militudo imaginis corruptibilis hominis. i.
diabolus incarnatus. Volucres etiam qui-
dam pro inſignijs habent, vt aquilas diuerſi
coloris, ſiue alias aues diuerſas diſtinguen-
tes partes, quas vt idola nutriũt viuas. Qui-
dam vero imagines quadrupedum pro inſi-
gnijs, & idolis ſuis portant. Hi habent leo- G
nem natiui coloris, ille album, iſte rubeum,
hic vero pardum, & ſic de alijs. Alij ſerpen
tes colunt, non tamen quod nobilium &
communitatum, inquantũ non diſtinguũt
partes, arma vel inſignia damnem: quia ta-
liter inſignia vel arma ferentes poſſunt nõ
peccare ſi ordinata charitate ament illa.
Sed magna pars talium vertitur in abuſum,
propter quod vel fiunt, vel reputantur par-
tiales: ſicut exempli cauſa, Aquila inquan-
tum dignitatem notat Imperialem, Gebel-
lina nequaquam eſt, & tamen in Italia pro
Gebellina reputatur. Propterea quidam in
Gebellina parte cordialiter affectati, vel vt H
*Aquila cur in Italia reputatur pro parte Gebellina.*
verius dicam, infernaliter & beſtialiter in-
ſaniti, ſuper arma expanſam aquilam por-
tant. Secus autem ſi in terra ſua arma, vel
iunctam cum eis geſtant, quia priuilegium
Imperij eſſe ſolet. Inſuper inſani quidam
Eccleſiam autumant eſſe Guelpham, & ſimi
liter Reges Francorum. Et ſicut experiẽtia
docet Guelphi contra Eccleſiam, & Gebel-
lini contra Imperium, ſi neceſſe fuerit, ſe-
pties in die pro commodo proprio aduer-
ſantur. Nam, teſte Apoſt. Phil. 2. Omnes ta-
les quærunt, q̃ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chri-
ſti: imo quod non ſolum dementiæ eſt, ſed

A riſu dignum, aliquẽ Sanctum faciunt Guelphum, & alium Gebellinum. Sed etiam, qđ execrabile & horrendum eſt etiam audire, Dominum Deum maieſtatis Regem gloriç & æternæ pacis conſtituunt partialem: quaſi cum nequiuerit ſathanas per dæmones partialiter regnare in cçlis, quia a Michaele expulſus eſt, conetur per diabolicos partiales reacquirere cçleſte regnum. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, quia vtriq; æternaliter damnabuntur. Addunt etiam quidam ſtulti alias inſanias riſu dignas, inter arbores ponentes partes, inter oliuam & quercum, ſalicem, & alias arbores, inter roſas albas, &
B rubeas, inter ciatos in partitione alei, piri, perſici, & conſimiliũ fructuum. Et ne multis immorer, tales tenẽtes ſe eſſe ſapientes, conſimiles dementias innumerabiles habent. Excedit tamẽ illorum ſapientia, & eorum defectum omnino ſupplet, quia tales partiales diſtinctiones in pane, in vino, in carnibus, in caſeo, & conſimilibus nequaquam ponunt: quod quidẽ optabile eſſet, ne talibus vterentur. Ecce dæmonum cultus in renouata idolatria immutatus.

*Quòd tenere inſignia partium diſtinctiua eſt corde, & opere Diabolum adorare. Cap. 2.*

C SEcundum autem ſignum per hæc inſignia demonſtratum, eſt ſignum idolatriæ adorationis. Vnde de hoc Sap. 15. ſcriptum eſt. Sed & animalia miſerrimi colunt, & adorant. Secundum enim ethymologiam adorare, eſt toto corde adhærere. Nam tunc adoramus Deum, cum toto corde adhæremus Deo. Adoratur vtiq; idolũ, cum totũ cor idolo applicatur. Nemo quidẽ amplius Deo corde adhæret, quam qui pro eo libenter corporalem mortem ſuſti-
D net: teſte Dño, qui Ioã. 15. c. ait: Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, quã vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quod & ſancti Martyres ardẽtiſſime pro Dño impleuerũt. Sed heu, heu, & iterũ dico heu: quia in tñ corde hærent partiales inſignijs ſuis: immo dæmonibus, qui ſunt in eis, ꝙ Chriſtiani labijs tñ, ſed facto idolatræ peſſimi: qui minimã alapã nõ ſuſtinerent pro Chriſto, audaciſſime, & promptiſſime mortẽ ſumãt pro inſignijs, & nõie partis, vt dæmonibus qui in talibus inſignijs regnãt, & exterminatori q capitaneus eſt eorũ: vere dicere poſſint illud Pſal. quod martyres Chriſti ſolebant dicere Deo, Propter te mortificamur tota

*Adorare quid ſit, & quid ſignificat.*

die, eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Et E ecce maior adoratio, quæ poſſit fieri Deo, vel aduerſarijs eius. Prætereo libamina, & ſacrificia, quæ huiuſmodi inſignijs, & habitis victorijs fiunt: ſicut balneare vino in ſimulacris ora leonũ, & cõſilia multa. Quòd aũt habere talia inſignia ſit diabolũ adorare corde, ore, & opere, per exemplũ patet: Anulus in mulieris manu ſignũ oſtendit, ꝙ promiſſam fidẽ vult tenere marito corde, ore, & opere. Signũ militię idem velle agere pro patria ſua hominem indicat. Signũ quoq; Theologię oſtẽdit ẽt Theologũ corde, ore, & opere velle defenſare fidẽ. Sic ẽt partialitatis inſignia ſignũ manifeſtũ ſunt, F ꝙ corde, ore, & opere ab homine diabolus adoretur. Hinc merito contra tales Pſal. ait: Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

*Hal. partialitatis inſignia tacite interpretatiue belli adorare.*

*Simile.*

*Quòd modernis temporibus vindicant Dæmones ſe de expulſionibus eorum olim ex idolis factis in inſignijs partialium idolatriam renouantes. Cap 3.*

TErtium quoq; ſignum per hæc inſignia demonſtratum, eſt ſignum diabolicæ vindicationis. Vindictã vtiq; ſumunt Dæmones aduerſum Chriſtum, & G ſequaces eius ex truffis, & contumelioſis iniurijs, quas in primitiua eccleſia in eorũ expulſionibus, & idolorum confractionibus ſuſceperunt. Quod futurum præuidens Dominus in Euãgelio hodierno, cum præmiſiſſet, Omne regnum in ſemetipſum diuiſum deſolabitur, &c. demum ſubdit: Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, id eſt, a ſimulacro, & idolo hominis: ambulat per loca inaquoſa, id eſt, per Paganorum corda: quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui, id eſt, in inſignia, & ſimulacra, ex H quibus fui expulſus. Et cum venerit, inuenit ſcopis mundatam: quia ablata videtur ex inſignijs ſpurcitia idolorum; & ornatã, conſuetudinario, & affectionatu cultu: & vadit, per odioſum affectum; & aſſumit ſecum, ad omnis mali complementum, ſeptẽ alios ſpiritus, id eſt, vniuerſam malitiã Dæmonũ, nequiores, id eſt, occultiores, & crudeliores ſe: & ingreſſi per conſuetudinem habitant ibi per crimino ſam ignorantiam, & malitiam, & ſunt nouiſſima illius hominis, id eſt, ſimulacri diaboli exterminatoris, peiora prioribus. Quòd autem homo pro Dæmone appelletur de diabolo ſuperſeminante



A ſeminante zizania, Matt. 13. c. ſcriptum eſt: Inimicus homo hoc fecit. Quòd etiam in talibus inſignijs habitent Dæmones multis prioribus peiores, indicat Dominus, qui Matth. 7. ait: A fructibus eorum cognoſcetis eos. Qui autem ſint hi fructus, & quanto ipſis martyrijs primitiuæ eccleſiæ ſæuiores ſint, tetigi in pręcedenti ſermone: & ipſa experientia noſtris temporibus in partibus Lombardiæ habita manifeſtat. Nunquã etenim legi, ꝙ martyrum tempore ipſorũ martyrum carnes crudas, vel coctas quiquã tortores ſicut lupi vorarent, ſicut per partiales in Lombardia noſtris tẽporibus nouimus eſſe factum. & multa conſimilia, quę cauſa breuitatis omitto. Ex his tribus ſignis patere poteſt, quid in pallegato Pſal. Propheta intendat dicens: Poſuerunt ſigna ſua ſigna, ſ. huius triplicis ſignificati. videlicet idolatriæ imitationis, diabolicæ adorationis, & dæmoniacæ vindicationis. vel quaſi dicat: Poſuerunt ipſi partiales ſigna ſua, nõ Dei: licet ibi quãdoq; ponant ſignum crucis: quod cum factum fuerit, ſi per eam diſtinguunt partes, non crux Chriſti, ſed diaboli, & illa ſiniſtri latronis iudicanda eſt. Nec inſuper dicit ſignum in ſingulari, ſed in plurali ait, Poſuerunt ſigna ſua ſigna: quia multiplicibus ſignis intẽti ſunt partia-
C les ad diſtinguendum partes. Et hoc eſt primum Vę, quod Aquila volans ait.

*Auctor teſtatur mala, & triſtia, quæ ſuo tempore ex partialitatib. acciderũt*

*Pſal.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Quòd tenere partialium inſignia eſt continue impœnitenter ad inferos properare.*

SEcunda concluſio eſt, ꝙ tenere partialitatum inſignia, eſt continue impęnitenter ad inferos properare. Et de hac *Pſal.* Pſal. ſubdit, Et non cognouerunt ſicut in
D exitu. Quid enim eſt, & non cognouerunt, niſi quia de hoc in vita cæci fuerũt? Et ideo ad inferos impęnitenter continue cucurrerunt: Non cognouerunt inquit, ſ. in vita, ſicut in exitu, i. in morte, ſupple cognoſcũt, vel cognoſcent. Nec immerito, quia in vita vixerunt cæci: ſed in morte aperiuntur eis oculi, & mala, quæ ex partialitatibus ex talibus ſignis fecerunt, cum penitere nõ poſſunt: tunc intelligunt, & cognoſcunt. Sic talibus comminatur Dominus Deuter. 30. dicẽs: Occurrent vobis mala in extremo tẽpore. Et tunc quidem territus per experiẽtiam talis dicet, Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Nec hic excuſantur per E ignorantiam, quia talis ignorantia eſt ſupina, & craſſa, & affectata. Propterea de hoc Propheta ait: Noluit intelligere, vt bene *Pſal.* ageret. Et Sap. 2. ratio huius excęcationis apertius declaratur: Excęcauit eos malitia eorum. Impœnitentiam autem eorum Ioã. Apoc. 9. clare demonſtrat, dicens: Neq; pœnitentiam egerũt de operibus manuũ ſuarum, vt non adorent dæmonia, & ſimulacra aurea, & argentea, & ærea, & lignea, & lapidea, quæ neq; videre poſſunt, neq; audire, neq; ambulare. & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque a veneficijs ſuis, neque a fornicatione ſua, neque a F furtis ſuis. In omnibus oſtendit tria genera hominum impęnitentium ex his partialibus ſignis æternaliter damnandorum, quorum primi ſunt operatores, ſecundi adoratores, tertij vero imitatores.

*Contra artifices quæcunque inſignia partialium impęnitenter ſculpentes, pingentes, vel aliter operantes. Cap. 1.*

PRimi impęnitentes ſunt operatores, hoc eſt qui pingunt, & ſculpunt, & alio modo faciunt talia ſigna, ſicut ſunt pictores, aurifi- G ces ex ligno, vel ex lapide, vel ære, vel alio modo ſculpentes, qui cum omnium malorum, quæ ex talibus ſignis ſequuntur occaſionem præſtent, de omnibus culpabiles fiunt, ſicut patet extra, de iniu. & dam. da. cap. ſi culpa. vbi ſcriptum eſt: Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Conſiderent quoque qui hæc operantur, quæ & quot mala inde ſequantur, & in omnibus illis ſe participes cognoſcant. Sed quia rari hoc animaduertunt, vel credunt: ideo nunquàm de his pœnitent. Et propterea Ioan. de talibus ait: H Neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, quæ ſcilicet ſunt talia inſignia. Et licet vere poſſint dici opera manuum ſuarum: attamen altiori ſenſu veriorique, ſi licet dici intelligentia, opera manuum ſuarum, non Dei appellari poſſunt. *Simile.* Nam ſicut bona opera, non noſtra, ſed Dei ſunt, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate, vt dicit Apoſtolus Philip. 2. c. Sic & mala opera, ſicut ſunt talia inſignia, vtique hominum opera dici debent: quia talia diabolus per eos nunquã efficere poſſet, niſi eis tales voluntarie conſentirent.

A *Contra nouos idolatras impœnitenter Diabolum in inſignijs partium adorantes. Cap. 2.*

SEcundi impœnitentes ſunt adorantes, qui in talibus inſignijs, tanquàm in idolis malignos ſpiritus colunt. Et de hoc dicit, vt nõ adorent dæmonia, ſicut ex præcedentibus patet, & ſimulacra aurea, argentea, ærea, lignea, & lapidea, quæ omnia ad literam a pictoribus, & ſculptoribus, & conſimilibus operarijs fiunt, tuncque adorantur talia, cum ab impia mente, pluſquàm Deus amantur, & venerantur. B Signum autem huius adorationis manifeſtum eſt: Nam ſi percuteretur imago Chriſti, vel Beatę Virginis, vel alterius Sancti, de hoc ſatis negligens, aut nulla inquiſitio fieret. Si autem percuterẽtur huiuſmodi idola dæmonum, hoc eſt inſignia partiũ, ciuiũ, vel dominorum: tanta diligens offendentis perſcrutatio fieret per dirupta montium, & concaua vallium, per flumina, & maria, ciuitates, & caſtra, vſq; dũ captus, & cruciatus morti irreuocabiliter traderetur. Et qa tales hæc inſignia colentes, eis ſimiles fiũt. Ideo ſubditur, quæ neq; videre pñt ab effectu, quia taliũ adoratores fiunt cæci, nõ C habẽtes ſcientiã veritatis, ſicut Pſal. ait, *Pſal.* Oculos, ſ. ſicut ſimulachra habẽt, & nõ videbũt: neq; audiẽt, quia ſurdi fiũt per inobediẽtiã, ſicut Propheta ait: Aures habent, & nõ audient: neq; ambulare pñt, nec dicit, ꝙ ſint claudi, ſed ꝙ nõ pñt ambulare, quaſi exprimere velit, ꝙ fiũt immobiles ꝑ boni operis inefficaciã. propter quod Propheta ait, Fiẽt immobiles quaſi lapis. Vnde Apoſtolus Roma. 1. cum prius dixiſſet, Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedũ, & ſerpentium. Poſt in eodem cap. ait, Propter quod tradidit illos D Deus in reprobũ ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia: plenos inuidia, homicidijs, cõtentione, dolo, malignitate: ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fędere, ſine miſericordia. Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt: quoniam qui talia contemptibilia adorãt, & cætera hic enumerata agũt, digni ſunt morte: & non ſolum qui faciunt ea, ſed qui conſentiunt facientibus.

*Contra impœnitenter partialibus capitibus partium adhærentes. Cap. 2.* E

TErtij vero impęnitentes ſunt imitatores, qui partialibus principalioribus adhærent, ſicut iam dicetur. Et de his Ioan. ſubdit: Et non egerunt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, quę pro alijs ad literam patrauerũt: neq; a veneficijs, ſ. quibus domos ſuas impleuerunt impie. Nam quos horum peccatorum tempeſtiuo tẽpore noluit pœnitere, diuino iudicio tanto amplius indurantur, quanto diutius in eiſdem voluptatibus delectantur. Et horum omnium Pſal. ponit rationem. F *Pſal.* Quia nõ cognouerunt hoc in vita, ſicut in exitu mortis vtique comprehendent. Ecce ſecundum Væ, quod aquila volans clamat habitantibus in partiali terra.

ARTICVLVS TERTIVS.

*De multitudine eorum, qui damnantur ex partialitatum inſignijs.*

TErtia concluſio eſt, ꝙ tenere inſignia partium eſt continue animas ſecum ad æternum interitum trahere. Et de hoc ſubditur a Pſal. ſuper ſummum. Quod põt exponi ſm triplicẽ intellectũ. G Vnus eſt lr̃alis, ſecundus moralis, tertius eſt ſpũalis.

*De triplici malo, quod ſequitur ex aſpectu inſigniorum diſtinguentium inter partes. Cap. 1.*

PRimus eſt literalis, ſuper ſummũ: ad literam, quia in ſummis palatijs, & turribus, & portis, & męnijs ciuitatum, & caſtrorum, atque villarum ponuntur, vt a pluribus videri, & conſpici poſſint: vnde tria mala inde ſolent trahi. H *Aſpectus inſigniorum partialitatum malum ſignificat. Primum malum.* Primum, quia talia conſpiciẽtes inſignia nõ intelligẽtes, quid deſignẽt, ſicut ignorare ſolẽt cõiter pueri, vel forenſes, ex auditu, vel interrogatione huiuſmodi diſcũt, & cõiter mẽte inclinant̃ vniᵒ, aut alterius partis amore ex viſis ſignis. Vñ ſicut imagines Chriſti, & Sãctorum eius, ab eccleſia introductæ ſunt ad aĩę excitationẽ: quia ꝑ eas intellectus excitatur ad taliũ repſentatorũ cõſiderationẽ, affectus ad eorũ deuotionẽ, & memoria ad eorũ recordationẽ: Sic Diabolus adinuenit hæc idola noua, vt neſcientium intellectus excitentur ad partes, affectus applicentur ad illas, & memoriæ irreuocabiliter adhæreant illis:

corde



A corde quoque per affectionem, ore per collocutionem, & opere per malorum patrationem, ſemper in partialitatibus perſeuerent. In cuius myſterium Exo. 32. Cum Aaron conflaſſet populo aureum vitulũ, & altare feciſſet, dixerunt Iſraelitæ: Iſti ſunt Dij tui Iſrael. Et ſic, ſecundum Apoſtolum. 1. Corinth. 15. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Ad hoc etiam 6. q. 1. c. ex merito. Vbi dicitur, deteriores ſunt qui vitam moresque bonorum, corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Ecce iam datum ſcandalum ignorantibus: ex quo fit, quòd pueri vix egreſſi de cuna- B bulis, in terris vbi talia ſigna vigent, iam corde, ore, & opere afficiuntur ad partes. *Secũdum malum.* Secundum malum, quod inde ſequitur eſt: quòd ſi quis videt inſignia partis, continue habituat ſibi partem, habitumque fomentat, & nutrit, vt induratus nunquàm deleri, vel ſaltem difficillime poſſit: Ad quos Hierem. 13. ait: Si mutare poteſt Æthyops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. *Tertium malum.* Tertium malum, quod ſequitur inde eſt, quòd aſpicientes talia ſigna ſibi aduerſa, intrinſeco odio, & quandoq; deſpectiuo verbo, & facto in partialitatum igne C fouentur, & nutriuntur. Vnde ad ſuperbũ hominem, vel populũ, qui hæc inſignia nutrit, per Hiere. 51. c. ait Dominus: Ecce ego ad te mons peſtifer, qui corrumpis vniuerſam terram, ſcilicet tuis partialibus ſignis. Et digne ſuperbia talium ſignorum mons peſtifer nuncupatur: Nam, ſicut longa experientia didici, ciuitas, vel patria nulla eſt, in quibus illa partialia inſignia regnent, quin ibi crudeliori modo peſtilẽtia vigeat: immo ſi quandoque videatur extincta, leui cauſa, & auxilio inſigniorũ, diabolo inſufflante, & Dño permittente, ſubito reuiuiſcunt: & econtra vbi talia ſigna nõ patent.

D *De inflata ſuperbia eorum, qui in altioribus locis ponunt, quaſi vexilla Dæmonum partialia ſigna. Cap. 2.*

SEcundus intellectus eſt moralis. Summum eſt ſuperbia partialis, ſuper quam ponunt inſignia, quaſi vexilla Dæmonum. *Pſal.* Nec mirum: Nam Propheta ad Dominum ait: Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper: quia non ſolum ſunt ſigna ſuperbię, ſed ſecundum vulgare noſtrũ ſunt ſigna archiſuperbię: Sicut ſunt quidam, qui non ſolum ſe vocant Guelphos, ſed etiam E Archiguelphos, i. vltra q̃ valeat dici Guelphos. Et hoc eſt dicere ſuper ſummum, videlicet ꝙ talia inſignia ſunt ſuperbiæ ſpuma: licet quidam in eis glorientur, quaſi in regali corona, ad quos loquitur Eſa. 28. c. dicens: Conculcabitur corona ſuperbiæ filiorum Effraim: & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium.

*De ſuperba, & abuſiua inſania, & temeritate eorum, qui etiam ſuper quæcunque diuina inſignia partium ponere non verentur. Cap. 3.* F

TErtius quoq; intellectus eſt ſpiritualis. Summus quidẽ eſt Dñs Deus noſter, de quo Pſal. ait: Quis ſicut Dñs Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cęlo, & in terra. Super hũc ſummum eſt dementia indiabolata. Super hunc inquam ſummum in eccleſijs, & calicibus, in paramẽtis, in altaribus, in palatijs, & cõſimilibus locis conſtituunt hæc diabolica ſigna, quaſi partiales diabolo audaciã præſtiterint, quòd præſumat aſcendere ſupra Deum, qui ante ruinã ſuam contentus erat eſſe æqualis Deo. Vnde Eſa. 14. cap. Sathanas ait: G In cœlũ ſuper alta cœli, i. ſuper Angelos, exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Partiales autem pro Sathana amplius, quàm ipſemet operari conãtur, quia arma diaboli, & ipſum diabolũ conſtituunt ſuper ſummum. Sed audi quid in Eſa. immediate ſequitur: Veruntamen ad infernum traheris in profundum laci: tu, ſ. cum partialibus tuis. Ex his, quę dicta ſunt, ſatis patere poteſt, quòd hæc talia partialitatum inſignia tenere, vere ſint manifeſta idolatriæ ſigna, quia poſuerunt ſigna ſua ſigna. H Quòdque hoc ſit continue impęnitenter ad inferos properare, quia non cognouerunt, ſicut cognoſcent in exitu. Sicut etiam continue ſecum animas propter corruptiuum exemplum ad æternum interitum trahere, quia ſuper ſummum. *Auctoris exhortatio ad partiales.* Quapropter videte dilectiſſimi fratres, videte periculum, conſiderate peccatum, penſate, & timete diuinum iudicium, & omnino amouete vndiq; hoc ſcandalum. Radantur hæc diabolica ſigna de muris, de ſepulcris, de eccleſijs, de domibus, & de portis, ſicut Deuter. 12. c. ſcriptũ eſt. Idola comminuite, vt poſtq̃ verificatum eſt in malum quod

A Dominus ait: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet: ſic verificetur in bonum: quod ſtatim ſubdit. Si autem fortior illo, ſicut ipſe eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & nomen eius, ſuperueniẽs vicerit eũ, vniuerſa arma eius, id eſt, omnia inſignia ſupradicta auferet, in quibus confidebat, ſ. poſſe regnare ꝑ illa in partialium animabus: & ſpolia eius, i. animas iam partialitates ſectantes, diſtribuet, ſ. varijs confeſſoribus, qui de præteritis illos abſoluãt, & de futuris illos admoneant: Semperque ſonet in auribus Chriſtianorum vox illa terribilis volantis aquilę B per medium cęlum, ac dicentis; Væ, væ, væ habitantibus in terra, ſ. vbi ſunt talia ſigna. Væ ſubſtantijs, væ perſonis, væ animabus æternaliter cruciandis. A quibus væ nos liberet deſtructor malorũ, & mortis triũphator Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

## FERIA SECVNDA POST iij. Dominicam in Quadrag.

*Ponuntur duodecim occaſiones, ſeu impedimenta, quare homo non credit.*

C

## Sermo XXVII.

*Qvanta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua.* Ait autem, Amẽ dico vobis: nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua, Luc. 4. Prona quidem eſt humana natura ad lapſum: paruoque obſtaculo impeditur, ne ad ſalutaria dirigatur: & maxime in his, quæ ſunt magis neceſſaria ad ſalutem, ſicut ſunt opera fidei orthodoxæ. Ecce compatriotæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ei plus cæteris credere tenebantur, ex infidelitate, & ani- D mo contradicendi, & detrahendi, & contẽnendi dicunt ei, Quanta audiuimus facta, ſ. a te, in Capharnaum: fac & hic in patria tua: quaſi dicere velint, niſi aliqua magna mirabilia feceris, fama tua videtur falſa: & ideo non tibi credemus. Ad literam enim multa miracula in Capharnaum operatus eſt: Nam ibi liberauit dæmoniacum, curauit Centurionis ſeruum, Matth. 8. ſanauit Reguli filium, Ioan. 4. & Petri ſocrum, Luc. 4. De ore piſcis ſoluit denariũ, & multos oppreſſos a varijs languoribus curauit, & liberauit. Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. Nam & Ioſeph, Gen. 37. a fratribus ve- E nundatur in Ægypto, & ab Ægyptijs honoratur, Gen. 41. Moyſes quoque a Maria, & Aaron contumeliam patitur, Nume. 12. atque 1. Regũ 25. de Dauid deſpectiue eſt dictum, Quis eſt Dauid, & quis eſt filius Yſay? Sed quomodo verum eſt verbum Chriſti, cum Moyſes, & Eſaias fuerint in magno honore, & culmine apud ſuos? Et ſimiliter multi alij Sancti, vt Beatus Franciſcus apud Aſſiſium: & magnus Antonius in Ægypto, atque Sanctus Hylarion in Paleſtina? Ad quod dicendum, ꝙ verbũ Chriſti, vt frequentius, intelligendũ eſt, & forte in principio, quãdo Sãcti, & Prophetę ſur- F gunt, contẽptibiles reputantur: & maxime ſi in principio fuerunt de ſimplici ſtatu, vel gente. Eſt tamẽ aduertẽdum, ꝙ noĩe patriæ hic potius intelligit̃ domus, & familia, cũ qua eſt homo familiariter nutritus, & cõuerſatus, q̃ terra, vel gens, in qua homo eſt natus, ſed minime cõuerſatus: licet etiã ſæpius de patria verificet̃ ſnĩa Chriſti. Ex his patet, ꝙ multis Sãctis Prophetis, quib. edidit Deus ſacra myſteria, & eloquia ſua: immo ipſi filio Dei Ieſu Chriſto in patria ſua multi nõ crediderũt, nec ẽt nũc multi credere volunt, cũ ipſe ſit via, veritas, & vita, atq; admirãter infideles interroget. d. Io. 8. G c. Si veritatẽ dico vobis, quare non creditis mihi? Quod etiã põt eſſe thema in materia ſequẽti, ſi ꝑ Dominica de paſſione hoc dicere neceſſitas poſtularet. Quid igit̃ mirũ, ſi ea quę de partialitate tractata ſunt in p̃terita die, & multa cõſimilia, q̃ quotidie legũtur, & prædicant̃, quidã minime credũt? Si quis aũt miret̃, & quærat, quare & ex q̃bus cauſis talis infidelitas in hominib. perſeueret: poſſumus reſpõdere, ꝙ multæ ſunt cauſæ. Et vt fructuoſior ſit ſermo noſter, ꝑ H ordinẽ diſtinguamus duodecim cauſas, ſeu impedimenta, quare hoĩes fiunt hæretici, vel aliter infideles: atq; nõ credunt his, quæ veræ fidei ſunt, ſicut ſacris ſcripturis, ſanctis doctrinis, eccleſiaſticis ſacramentis, articulis fidei, eccleſiæ inſtitutis, diuinis præceptis, & cæteris, quæ de neceſſitate ſalutis quilibet credere obligatur. Et in hoc demõſtratur tertia Religioſitas, quæ remotionis religioſitas nuncupatur: Per quam impedimenta, & cauſæ, quare aliqui non credunt a quolibet deſideroſo ſalutis cognoſci poterunt, vt toto conamine euitentur. Diſtinguamus autem in tres quaternarios has duodecim infidelitatis cauſas, ſiue fidei impedimenta.

*Cauſæ xij. explicantur, quib. hoĩes fiũt heretici. Vide etiã Alphõſũ a Caſtro, de iuſta hæreticorũ punitione. præter ea q̃ hẽt B. Aug. in lib. de hæreſibus.*





A

### Articvlvs Primvs.

*In quo ponuntur quatuor primæ cauſæ, ſeu impedimenta, quare homo non credit quæ ſunt de neceſſitate ſalutis.*

PRimo ponuntur quatuor primæ cauſæ, ſeu impedimenta, quare homo nõ credit ea, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Prima cauſa eſt ignorantia, ſecunda ſubtilitas, tertia diſtantia, quarta malitia.

B *Cauſa prima, quare homo non credit, eſt ignorantia, quòd parua ſit menſura intelligentiæ, & capacitatis humanæ. Cap. 1.*

*Prima cauſa.*

PRima quidem cauſa, ſiue impedimentum eſt ignorantia menſuræ, & capacitatis intellectus humani. Qui enim intellectum ſuũ omnia capere exiſtimat, credit ex neceſſitate non eſſe quicquid in intellectu ſuo nõ venerit: Quemadmodum ſi quis crederet infra circulum, vel cœlũ Lunæ eſſe omnia, neceſſe haberet credere non eſſe quicquid intra ipſum non inueniret: Sicut etiam qui C credunt nõ poſſe eſſe ſcientiam de magnitudine Solis, & Lunæ, & Stellarũ, & ſimilium, quia ipſi non habent illam. Hęc igitur cauſa eſt, propter quã quicquid intellectus eorum non capit, non eſſe credunt. Tu ergo diligẽter aduerte, & crede intellectũ humanum mẽſuratum, & limitatum in ſua capacitate a Deo creatore ſuo, qui poſuit ei terminos, quos tranſire non poteſt: tribuẽs ei, quæ & quot, & quãta capacitate ſua capiat naturali, multa ſibi reſeruãs ſecreta reuelanda, cui & quando ſuæ placuerit voluntati. Ad horum igitur ignorantiam confundendam, Eccleſiaſtes 11. ait: Quomodo D ignoras, quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnãtis: ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omniũ. Quia ergo intellectus humanus ĩ huiuſmodi rebus, tanq̃ cæcus, & omnino inſcius ẽ: & qui eo duce in his ambulare contendũt, cæcum ſibi ducem ſtatuerunt: propterea non eſt mirum, ſi in errorũ profunda præcipitia ruunt. Similiter qui ipſum conſulunt de his rebus Domino reſeruatis, cum horum omnino inſcius ſit, inſipientiſſimũ in perículoſiſſimis rebus conſiliarium inde habent, & ducem. Merito ergo pernicioſe errant, & pericula eorum errorum non E euadunt, ſicut Dominus Matth. 15. c. ait: Cæcus, ſ. intellectus, ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

*Comparatio.*

*Capacitas intellectus humani a Deo limitata eſt.*

*Quòd ſubtilitas credendorum in cauſa eſt, quare a turbidis oculis non videantur, & non credantur. Cap. 2.*

*Secunda cauſa.*

SEcunda cauſa eſt ſubtilitas, ſ. credẽdorum, quæ turbido mẽtis oculo, & groſſo intellectui viſibilia non apparent. Quemadmodum enim eſt quãdoq; aliquis viſus adeo groſſus, & turbidus, vt eo pilus nequaq̃ poſſit videri: atq; eſt viſus quo pilus ex pilo groſſius videri faciliter valet. F Sic & intellectibus hominum ſimilem differentiam, & comparationem eſſe contingit. Nec etiam capit viſus humanus, quod capit intuitus aquilinus. Quemadmodum igitur homines groſſi, & turbidi viſus pilũ non videntes vbi eſt, & contendunt, & iurant ipſum ibi non eſſe, propter eius ſubtilitatem, & gracilitatẽ ipſum non videntes: & de ipſo videntibus credere nolentes: Sic ea q̃ ex fide quã diximus, credenda ſunt ꝑꝑ ſui ſubtilitatẽ, groſſities, & turbiditas intellectus vulgarium, & indoctorum hominũ non capiens ea non eſſe, & credit, & contendit, & quandoque deierat. Contra quos G Eſa. 7. c. ait: Niſi credideritis, non permanebitis. Ad hoc quoque 24. q. 1. cap. non turbatur. vbi in fine dicitur, Licet mens nequeat humana plene rationis inueſtigatione comprehendere: fidei tamen plenitudo complectitur: quia, ſ. illa ſupplet, quod humana ratio non comprehendit.

*Simile.*

*Imperitia, & inexercitatio in credendis in cauſa eſt, quare multi non credunt. Cap. 3.*

TErtia cauſa eſt diſtantia, i. longinquitas mentis ab ipſis credendis rebus. H Hæc autẽ longinquitas imperitia eſt, & inexercitatio in eiſdem. Nam, ſicut etiã Ariſto. atteſtatur, imperiti veluti longe diſtantes ſpeculantur. Qui enim in ſenſibilibus verſantur, aut in alijs quæ longe ſunt a credendis aſſidue commorantur: longe vtique ſunt ab illis. Propterea illa videre nequaquam poſſunt, quia nec ſtudio, nec exercitatione ad illa proximant, vel propinquant eis. Sed ſicut cæcus eſt corpore, qui Solem illum corporeum, atque viſibilem videre non poteſt: ſic cæcus eſt corde, qui intelligibilem Solem corde videre non

*Tertia cauſa.*

*Simile.*

A præualet. Cæci ergo intus in corde ſunt,
quantum ad ſpiritualia, omnes huiuſmodi
erronei, & infideles, quia non aliter de ſpi-
ritualibus diſputant, vel loquũtur, quàm de
viſibilibus coloribus cæci: qua propter om-
nis aſſertio, & contradictio eorum de ſpiri-
tualibus bonis, aſſertio, & contradictio eſt
cæcorum de varietate colorum. Propterea
& Bern. ſup Can. ait: Quomodo lux incaſ-
ſum circũfundit oculos clauſos, vel cæcos:
ſic animalis homo nõ præcipit ea, quæ ſunt
ſpiritus Dei. Et iterũ Aug. ait: Deus lux eſt
non corporum, ſed mentium. Hanc aũt lu-
cẽ qui non videt, eſt quaſi cæcus in Sole. Ad
B hoc aũt Greg. 24. q. j. c. quia. vbi dicitur: Niſi
quis fidei ſoliditatẽ tenuerit, diuinã pñtiã
non cognoſcit. Et in 4. Dialogo. tali infide-
litati remediũ præbẽs, iterum ait: Quiſquis
incredulitate inuiſibiliũ ſolidus nõ eſt, de-
bet proculdubio maiorũ dictis fidẽ præbe-
re, eisq; per Spiritũ ſanctũ inuiſibiliũ expe-
rimẽtũ habẽtib. credere. Nã ſtultus ẽ puer,
ſi matrem exiſtimat de luce mentiri: quia ip
ſe nil aliud, quàm tenebras carceris nouit.

*Quod multi minime credunt, vel credere valent: quia auertunt mentis oculos a credendis. Cap. 4.*

C *Quarta cauſa.*

QVarta cauſa eſt malitia, qua homo
malitioſe auertit intellectũ ab his,
quæ credẽda ſunt. quemadmodum
ei, qui oculos auerſos habet
ab eis, quæ videnda ſunt: & conuerſos ad
alia non videnda: videre non poteſt in iſta
auerſione: ſic qui intellectum auerſum ha-
bet ab eis, quæ credenda ſunt: & cõuerſum
ad alia non credenda, credere non poteſt in
iſta auerſione. Hi ſunt, qui tanto amore am-
plectũtur fantaſias, errores atq; opiniones
ſuas, & ſectas, vt de contrarijs nedum audi-
re, vel ẽt cogitare velint: tãtoq; odio auerſi
D ſunt a contrarijs errorum ſuorum, vt ea nec
reſpicere quodãmodo poſſint: ſed idem eſt
cogitare, ꝙ corde ſine intellectu intueri, at-
que reſpicere. Et quia etiam amor eſt con-
uerſio ad amatum: & odium eſt auerſio ab
eo, quod oditur: ideo hac malitia auerſio-
nis imbuti lumen veritatis nequaquam ſu-
ſcipere poſſunt, quod & ipſę conuerſiones,
& auerſiones corporales indicant, & de-
monſtrant, velut vmbræ, & ſimilitudines
quædam interiorum, ſcilicet ſpiritualium
conuerſionum, & auerſionum. Manifeſtum
eſt igitur propter quid huiuſmodi homines
ea, quæ credenda ſunt, credere, ſeu videre
non poſſunt. Non enim hominibus datum E
eſt ſe videre poſt tergum, neque videre ſi-
ne intuitu, vel aſpectu: vnde hi ſunt, de qui-
bus Pſal. ait, Noluit intelligere vt bene age-
ret. Nolunt tales audire, vel credere dictis
Doctorum, vel ſcripturæ ſacræ, quæ omnia
ſunt verba Dei. O infelix malitia, & cæ-
citas proterua, & inſenſata, a cæco de via
creditur catulo, & de profunditate fluuij
baculo, & de animarum ſalute non credi-
tur Chriſto, & Deo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Continens alias quatuor cauſas, quare homo non credit, quæ ſunt credenda.* F

ADduntur aliæ quatuor cauſæ, ſeu im
pedimenta, quare homo credenda
non credit. Quarum prima eſt ne-
gligentia, ſecunda curioſitas, tertia culpa,
quarta ſuperbia.

*Non credit homo, quia negligit quærere adiutorium ad conſequendum fidem. Cap. 1.*

PRima cauſa eſt negligentia, ſ. quia
tales diuinũ adiutorium ad iſta
credẽda nõ requirunt, ſeu quod- G
cunq; aliud, quod diuinæ gratiæ
viam oſtendat: ſicut ſcripturæ, prædicatio-
nis, doctrinæ, conſilij, & conſimilium. Me-
rito nempe iuſtiſſimoque iudicio Dei adiu
torium perdit, qui illud negligit obtinere.
Merito etiam lumen diuinæ gratiæ ad illu-
ſtrandum cor illius non ingreditur, qui fe-
neſtras eius, & oſtia, & alios introitus ne-
gligit aperire. Eſt enim talis negligentia *Negligentia quæ inducit hæreſim.*
quidam contemptus: Contemptoribus aũt
nũquàm Deus largitur ſpiritualia, & ſubli-
mia dona: cõtemnens enim ſumme abijcit
ea, & ab eis ſe elõgat. Propterea illa ſuſcipe
re nõ meretur. Fides enim nõ naturale, ſed H
gratuitũ donũ eſt, & ex electione bonitatis
diuinæ, vt dr̃ de cõſec. diſt. 4. c. gratia. nõ eſt
liberi arbitrij tm̃, ſed donũ Dei. Si enim fi-
des naturalis eſſet, eadem eſſet apud om-
nes, & vbique. In eis, quæ naturaliter fiunt
in hominibus, non inuenitur diuerſitas,
nec contrarietas. Quia igitur tanta eſt cir-
ca fidem diſſenſio, tanta circa eam contra-
dictio, tanta demum eſt ignorantia pene
in maiori hominum parte, quia nondum
venit ad largiſſimam barbariem occidenta-
lem, & aquilonarẽ, cum caſu eſſe nõ poſſit:
manifeſtum eſt ipſam eſſe ex diuinæ boni-
tatis



A tatis electione, & ipſius Dei gratuitũ donũ
datum quærentibus eũ. Ideo ſolerter a Deo
petenda eſt fides, ſicut Mat. 7. & Lu. 11. ſcri
ptũ eſt: Petite & dabitur vobis: ſicut facie-
bat ille, qui Mat. 11. ad Dñm ait, Credo Do
mine, adiuua incredulitatẽ meã. Et ad Eph.
2. c. Apoſt. ait, Gratia ſaluati eſtis per fidem,
& hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt.
Ideo ẽt c. 5. dedit vobis ſenſum vt cogno-
ſcatis Deum veſtrum: ſicut enim ſol nõ vr̃
niſi ex lumine ſuo, ſic ſol intelligẽtiæ Deus
non videtur niſi in radio lucis ſuæ. Non. n.
omnibus candelis in toto mundo accenſis
ſol materialis videri poſſet: ſic nec oẽs hu-
B manæ ſcientiæ Deum oſtendere valent, ſed
ſolũ fidei lumen a Deo nobis infuſum. Sed
ſi fideliter inquiratur Deus infundit fidem,
ſicut Sapien. 1. c. atteſtatur di. In ſimplicita-
te cordis quærite illũ, qm̃ inuenitur ab his,
qui non tentant illum. Infunditur autem
ſæpius mediante auditu verbi Dei, ſicut Ro.
10. Apoſt. ait: Fides aũt eſt ex auditu, audi-
tus autem per verbum Chriſti. vnde Hiere.
5. c. Dominus ait: Quærite ſi inueniatis vi-
rum quærentem fidẽ, & propinquus ero ei.
Sollicitè ergo & deuotè & vigilãter ac per
ſeuerãter audiendũ eſt verbum Dei, quia
facile ꝑ illud aĩa radiolam cõſequitur fidẽ.

C *Non credunt quidam, quia ſunt curioſi quærentes de fide probationem. Cap. 2.*

SEcunda cauſa eſt curioſitas. ſ. in inquiſi
tione probationum. Ad intelligentiã *Curioſitas plerũque inducit hæreſim.*
tamẽ horum diſtinguit Hug. de S. Vic.
lib. 1. c. 24. ꝙ circa credenda quædam ſunt
ex ratione neceſſaria: quędam ſecundum ra
tione, vt probabilia: quędam ſupra rationẽ,
D vt mirabilia: quædam contra rationem, vt
incredibilia. Duo extrema fidẽ non capiũt. *Duo extrema fidem non capiunt.*
Quæ. n. ſunt ex ratione, omnino nota ſunt,
& credi non poſſunt, qm̃ ſciuntur: quæ aũt
ſunt contra rationẽ, ſimiliter credi nõ poſ-
ſunt, quia eis ratio nõ acquieſcit. ergo quæ
ſm̃ rationẽ ſunt & ſupra, tãtummodo fidẽ
ſuſcipiunt. Et in primo quidẽ genere fides
adiuuatur ratione: ratio fide percipitur, qm̃
ſm̃ rationẽ ſunt quæ creduntur: quorũ veri
tatẽ & ſi ratio non comprehendit, fidei tñ
illorũ non contradicit. In his aũt, quæ ſupra
rationẽ ſunt, non adiuuatur fides rõnẽ vlla:
qm̃ non capit ea rõ, quę fides credit: ſed ex
diuina reuelatione prodita ſunt: hæc ille.
His igitur prænotatis aduertendum eſt, ꝙ
aliter quęrere curioſe probationes, impedi-
mentum maximũ ad fidem præſtat. Tales. n. E
probationes veluti ſcala ſunt, quibus attin-
gitur ad probata. Quia vero ad ea, quę fidei
ſunt, ſcala huiuſmodi pertingunt: qm̃ nõ ha
bent aliquas probationes, aut quales vtique
vellẽt: ideo deficit eis ſcala oĩno: vel eis ſal-
tẽ altitudinis, quę huiuſmodi res attingat.
Hi ergo tanq̃ deficiẽte ſcala altitudine aſcẽ-
dendi incõparabiliter breuiori ad eam nul-
latenus pertingere poſſunt, eo ꝙ ſolas pro-
bationes ſcalã quæ illuc contingat aſcẽdere,
opinantur. Sed hi vtiq; errant: quia ſm̃ Da
maſcenũ, lib. 4. c. 3. Fides eſt non inquiſitus
vel ſcrutatus cõſenſus. Manifeſtũ eſt. n. qm̃ *Exẽplũ naturale de ſole.*
non ſolum ſol in lumine ſuo, & ex lumine
qđ infundit a videntibus vr̃, ſicut prædictũ
eſt: ſed oĩs alia res & quantum ad eius exte
riora, & quantũ ad intellectũ materialẽ: q̃to
fortius neceſſe eſt vt iuſtitiæ atq; intelligen
tiæ ſol non videatur, niſi in lumine & ex lu
mine, quod ipſe videntibus ſuperinfundit:
& hoc gratuita atq; liberali infuſione: non
irrationabili atq; naturali, qualis eſt effectus
luminis a ſole, & caloris ab igne: quorũ po
tẽtiæ irrationabiles atq; ſeruiles merito no
minantur. Irrationabiles quidẽ, quia abſq;
diſcretione & diſtinctione æque bonis &
malis & ad bona & ad mala operantur. Sol G
enim æque illuminat, ęque lumẽ ſuũ effun- *Q̃uo ſol naturaliter illuminat.*
dit rapientibus & occidẽtibus cæteraq; ma
leficia perpetrãtibus, ſicut pie agẽtibus. Ser
uiles vero, quia natura operatur per modũ
ſeruientis, cuius nõ eſt aliter vel aliud face-
re q̃ acceperit in mãdatis. Nõ. n. habet ignis
in poteſtate vt alicui ab aduſtione pereat,
vel vt vnũ, vel aliud magis aut minus cale-
faciat, ſed totũ operatur ex neceſſitate na-
turæ: nihil autem propria libertate: vtrunq;
ab altiſſimo Deo longe & in vltimo elon-
gationis. Et propter hæc omnia bona, quæ H
ex ipſo ſunt, nobis donata ſunt largitate ip
ſius, non ex curioſitate humana.

*Non poteſt homo credere, & intelligere, quæ fidei ſunt propter multitudinem peccatorum, & malam vitam. Cap. 3.*

TErtia cauſa eſt culpa, ſeu impia vita.
Merito nempe lumen diuinę gratiæ, *Mala vita inducit hæreſim.*
quæ eſt fides, corda illorũ ad illuſtran
dum non ingreditur, qui obicem illi oppo-
nunt multitudinẽ peccatorũ. Quemadmo-
dum. n. proprijs manibus lumen viſibilis ſo
lis quidã quandoq; ab oculis ſuis abſcõdũt.
Sic vtiq; peccatores ſuis operibus malis ra-
dios inuiſibilis ſolis, hoc eſt gratiarũ dona,
atq;

A atque virtutum, à cordibus ſuis declinãt at-
que auertunt. Quod enim ſunt manus in-
terpoſitæ inter ſolem & oculos ad eos ob-
turandos: hoc ſunt opera mala inter ſolem
intelligentiæ atque iuſtitiæ & cordis oculos
ad eos obumbrandos. Vnde Iob 24. de tali-
bus ſcrip. eſt. Ipſi rebelles fuerunt lumini,
ſcilicet fidei veræ. Sicut enim terra & nube
vel luna interpoſita inter aſpicientem & ſo
lem non cõtingit aſpicientem ad ſolem vi-
dere niſi interpoſitum: ſic & omnes huiuſ-
modi erronei & infideles, cum inter eos &
ſalutarem veritatem interpoſita ſint infide-
litatis ſuę mendacia, aliaq; peccata, ideo nõ
B eſt poſſibile eos videre niſi illa. Interpoſitis
enim prohibentibus nõ peruenit aſpectus
eorum ad ipſam veritatem, ſicut teſtatur
Salomon Prouer. 18. di. Non recipit ſtultus
verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſan-
tur in corde eius. Et quoniam impoſſibile
eſt ab intellectu materiali, atq; paſſibili ali-
quid videre ſeu cognoſci, niſi irradiatione
ſua ſuper illum & apparitione formæ ſuæ
in illo: quoniam ipſe eſt velut ſpeculum in-
telligibile & nobile omnium formarum in-
telligibiliũ, hoc eſt in quo reſultare & pin-
gi quodammodo habent omnes formæ in-
telligibiles reſultatione & pictura ſibi con-
uenientibus: Ideo manifeſtum eſt conſe-
quenter, quoniã nec incraſſato intellectui,
C nec indeclinato, nec per interpoſitionem
prohibito lumen fidei illuceſcere poteſt,
quemadmodum nec in ſpeculo diſpoſitio-
num ſeu comparationum iſtarum. Manife-
ſtum eſt ergo, ꝙ intellectu hæretico & de- *Simile.*
cepto cum loco triſionis & puritatis habeat
craſſitudinem & immũditiam, loco directę
oppoſitionis ad veritatem ſalutarem ha-
beat declinationem ab ea, & contrariã con
uerſionem, loco liberę vię, ſeu tranſitus ha-
beat interpoſitum prohibens ab eo irra-
diationem ab ipſa veritate ſalutari. Hinc
D clarius eluceſcit, ꝙ impoſſibile eſt in huiuſ-
modi intellectu fieri deſcriptionem, ſeu ap
paritionem huiuſmodi veritatis.

*Superbia, & tumor mentis ne homo cre-
dat, magnum præſtant impedimen-
tum. Cap. 4.*

*Superbia et D. Auguſt. teſte ĩducit hæreſim.*

QVarta cauſa eſt ſuperbia, qua. ſ. homo
non vult credere expertis & probis
viris. Hęc ſuperbia interioris facieï
quidam tumor & inflatio eſt. Vnde Augu.
7. confeſ. de ſeipſo ait: Tumore meo ſepa-
rabar a te: & nimis inflata facies claudebat
oculos meos. Et Bern. ſuper cant. Superbo E
oculo veritas non videtur. Et iterum Greg.
Tumor mentis obſtaculum eſt veritatis. Et
Hiere. 49. Superbia tua & arrogantia cordis
tui decepit te. vbi glo. Omnis hęreticus ar-
rogans, quia ſuperbia facit hæreticum, non
ignorantia. Et iterum Auguſt. Superbia me
retur illudi. Abac. quoq; 2. c. ſcriptum eſt.
Quomodo vinum potantem decipit, ſic
erit ſuperbus vir. Et Greg. Tanto a Dei lu-
ce longe ſunt, quanto apud ſe humiles non
ſunt.

## ARTICVLVS TERTIVS.

F

*In quo continentur aliæ quatuor cauſæ, ſeu
impedimenta, quare homo non credit.*

SVbiungamus vltimas quatuor cauſas,
ſeu impedimenta, quare homo creden
da non credit. Quarum prima eſt ſtul-
titia, ſecunda inſania, tertia eſt beſtialitas,
quarta eſt affectio inordinata.

*Non credunt quidam, quia ſtulte horrent,
& fugiunt videre fidei ſolem. Cap. 1.*

PRima cauſa eſt ſtultitia. Aſſimilã-
tur huiuſmodi homines veſper-
tilionibus & omnibus auibus lu-
cifugis: quę quidem ſolem vide- *Stultitia quõ nocet homini.*
G re contemnunt & ipſum totis viribus fu-
giunt, dum neq; eius ortum expectant: ne-
que ante eius occaſum euigilant. Sic vtiq;
iſti ſolem intelligentiæ & iuſtitiæ Deum ex
omni parte fugiunt & abhorrent. Ortum
ſiquidem eius non expectant, dum nec mi-
raculis, nec ſacrorum eloquiorum teſtimo-
nijs, nec ſacrorum Doctorum perſuaſioni-
bus: quibus omnibus velut quibuſdam ra-
dijs illuceſcere poteſt, eiſdem attẽdere no-
lunt: immo ab ipſis tãquam a iaculis fugiũt,
ſicut & omnes lucifugæ aues ſolem. Sic ſol
iſte luminoſiſſimus a tempore ſuæ infideli- H
tatis eis occidit. Propterea fruſtra eum vi-
dere contendunt poſt ſuum occaſum: qui
quidẽ non eſt, niſi caſus eorũ, donec eis illu
ceſcat dies, & oriatur eis iuſtitiæ lumen,
cuius ortum continue fugiunt & abhorrẽt.

*Quòd quidam credere non valent, quia
tanquam inſani per tenebras quæ-
runt videre lumen. Cap. 2.*

SEcunda cauſa eſt inſania: quia huiuſmo
di infideles & increduli per tenebras *Inſania.*
volunt videre lucem. Quemadmodũ
enim



A enim lumen viſus ſolummodo eſt ad viſibi-
lia cognoſcenda: ad ea vero, quæ per ipſum
cognoſci nõ poſſunt, idẽ viſus tenebra eſt:
ſic humanus ſenſus & intellectus ad ea, q̃
per ipſos cognoſcibilia nõ ſunt, tenebrę di-
ci poſſunt. Cum igitur ea, de quibus loqui-
mur pro parte magna per ſenſum & intel-
lectũ humanum cognoſci non poſſunt: hu-
iuſmodi vero erronei non aliter, quàm per
ſenſum & intellectum humanum volunt
ea cognoſcere vel videre. Ideo manifeſtum
eſt, ꝙ per tenebras ſolas volunt illa cogno-
ſcere. Hæc eſt igitur eorum mira inſania,
vt cum talia eis proponuntur intelligenda
B vel cognoſcenda, ad ſolas tenebras huma-
ni ſenſus & intellectus recurrant, vt cum
eis ea videant & cognoſcant, quod nihil
aliud eſt quàm clauſis oculis velle cum cal-
caneis iudicare de ſole, aut de varietate
colorum.

*Quòd quidam non credunt, quia beſtiali-
ter quęrunt fidem. Cap. 3.*

*Beſtialitas.*

TErtia cauſa eſt beſtialitas. Aſsimi-
lantur etenim tales his, qui videre
volunt de nocte ſolem: vel qui ſo-
lem non eſſe contendunt pro eo, quòd nun
C quam eſt exortum eis, id eſt, quia nunquam
illum viderunt. Sed quemadmodum nox
eſt, vbicunque iſte ſol viſibilis non relucet:
ſic vtique nox ſpiritualis eſt, vbicunque ſol
intelligentiæ, qui eſt fides, non refulget:
& in omnis cordis regione, quam non il-
luſtrat: quemadmodum igitur non ante
poſsibile eſt videre ſolem intelligibilem,
id eſt fidem, quàm nox infidelitatis a men-
te recedat: & ſicut hi ſoli vident ſolẽ, apud
quos illuceſcit: ſic ſoli vident intelligibi-
lem fidei ſolem, quos dies ſpiritualis ſua
propria fidei illuxione & irradiatione illu-
D ſtrat. Hæc igitur & alia multa, ſunt inſa-
nia & ſtulta, hæreticæ prauitatis & brutalis
infidelitatis deliramenta: ex quo magis ri-
denda & irridenda apparet eorum beſtia-
litas, quàm diſputatione ſit digna: cum in
eis, quæ Dei ſunt, omnino ſint beſtiales.
Propterea animaliter ſeu brutaliter & be-
ſtialiter de ipſis latrantes & puerorum in-
ſanientium more, aut ægrorum alie-
na loquuntur ad inſtar cęcorum,
vt dictum eſt de his, quę nun
quam viderunt, deliran
tium ſomniant
fantaſias.

*Quòd varię affectiones inordinatæ in cau- E
ſa ſunt, quare homo non poteſt fidem
rectam habere. Cap. 4.*

QVarta cauſa eſt affectio inordinata: *Affectio inordinata.*
cum enim deueniunt ad ſtatum, ꝙ
vt Pſalm. ait, tranſierunt in affectũ
cordis, omnia credunt, ad quæ tranſit affe-
ctus eorum: nihilque credunt, cui illorum
affectio contradicit. Palam faciamus per
practicam, quæ communiter tangit multitu
dinem peccatorum. Septem quidem affe-
ctionibus ad contraria fidei plurimi attra-
huntur. ſ. amore, odio, deſiderio, ſpe, timo-
re, gaudio & dolore. Nam cum res tranſit F
in affectum, perit omne iudicium. Prima af-
fectio impediens fidẽ eſt inordinatus amor
ſęculi huius. Nã amor diuitiarum impedit,
ne homo credat, ꝙ in mercantijs vendere
terminũ, & alios contractus vſurarios ope-
rari, ſit peccatum: imò plurimi nec intelli-
gere nec capere poſſunt, quare vſurarũ pra
uitas tantum ſit deteſtabile ſcelus. Et ſic de
his, qui habent ſatisfacere teſtamenta, vel
ſunt hæredes raptorum vel vſurariorum, li-
cet tales in male lucrando non fuerint in
culpa: & ſic de alijs. Amor delitiarum etiã
fidei non parum præſtat impedimentum.
Facit enim, ꝙ mulieres vanę non valent in- G
telligere, nec credere, ꝙ vanitates ſint tam
graue ſcelus, & ꝙ inde tot crimina cauſen-
tur. Nec credunt peccatum eſſe matrimonij
abuſionem, & ſic de alijs. Amor magnitu-
dinum & altitudinum, ſimiliter mẽtem ex-
cęcat, ne homo partialitates Guelphorum
& Gebellinorum & cæterarum partium, &
ſectarum credat eſſe damnabile crimen, &
ſic de alijs mundi faſtibus & ſuperfluis põ-
pis. De his & conſimilibus Prouerb. 13. &
24. c. ſcriptum eſt, lucerna impiorum pecca
torum. ſ. auaritiæ & luxuriæ & ſuperbię ex-
tinguetur. Vnde Ioã. 5. Dominus ait. Quo- H
modo credere poteſtis, qui gloriam ab in-
uicem recipitis. glo. & gloriam, quæ a ſolo
Deo eſt, non quæritis. Hi omnes vti Pſalm.
teſtatur, oculos ſuos ſta. de. in terram, nõ in
cęlum, ideo eis lumen fidei oriri nõ poteſt.
Secunda affectio eſt odium, ſicut de pręlatis *Secunda affectio, q̃ dr̃ odiũ.*
manifeſte patet. Sunt nãq; pleriq;, qui pro-
pter odium quod habent contra illos, Deo
non homini obediendum putant. Et pro-
pter eorum vitiũ quodcunq; indiſcrete Dei
deſpiciunt gradum, iuſtificantq; ſeipſos in
comparatione defectuum clericorum, ſicut
Hier. 3. c. de talibus ſcrip. eſt. Iuſtificauit ani
mã ſuam aduerſatrix Iſrael in cõparatione
præua-

A præuaricatricis Iuda. Tertia affectio eſt deſi
*Tertia affectio.* derium: facile enim vbi deſiderium regnat,
credit & ſperat homo, quod optat. Et ſicut
propheta de Domino ait. Deſideriũ eorum
attulit eis, & non ſunt fraudati a deſiderio
ſuo. Ideo niſi ꝙ optant, nihil aliud credere
*Quarta affectio.* valẽt. Quarta affectio eſt ſpes. ſ. ꝓſumptuo-
ſa, de miſericordia Dei vel cõmodi tempo-
ralis. ſ. honorũ, delectationũ, lucrorũ, diui-
tiarum, & cõſimiliũ. Et de talibus Pſal. ait:
Non crediderũt in Deo, nec ſperauerunt in
ſalutari ſuo: ſed in fine dicetur cuilibet tali:
Ecce homo, qui non poſuit d. ad. ſu. ſed ſpe
ra. in multi. diu. ſu. & præua. in vanitate ſua.
B Quinta affectio eſt timor. hic nẽpe multos
retraxit credere in Chriſtũ, eo ꝙ hi qui illi
credebant, extra ſynagogã fiebant, vt ſcribi
tur Io. c. 9. atq; cõtemnebantur. Sic plurimę
mulieres nõ abijciũt põpas & vanitates, ſ.
timẽtes deſpici a maritis, &c. Sed iuxta ſen
tentiam Amb. dum metuunt maritale iudi-
ciũ, perdiderunt ſuũ. Sexta affectio eſt gau-
diũ. ſ. temporaliũ, quibus intantũ afficitur
mens humana, vt ſæpe non credat aliã eſſe
vitã, & ex hoc præſens ſęculũ ſibi conſti-
tuit paradiſum. Vt iuxta illud Iob 21. Tenẽt
tympanũ & cytharã & gaudent ad ſonitũ
organi, & ducunt in bonis dies ſuos, & in
C puncto ad inferna deſcendunt. Septima eſt
dolor. ſ. infirmitatũ & maliarũ ſibi factarũ
vel facturarum. Propterea recurrũt ad incã
tatrices & ariolos & diuinos, non tantũ ꝓ
ſe, ſed & pro filijs atq; alijs conſanguineis
ſuis: & cũ reprehẽduntur & eis opponitur
ſcriptura ſacra, cuncta deſpiciũt. Sed audiãt
quid contra eos ſcribitur Prouer. 30. Oculũ
qui ſubſannat patrẽ. i. Deum: & qui deſpicit
partũ matris ſuæ. i. determinationẽ eccleſiæ
& Doctorũ, ſuffodiant. i. ſuffodient. ſ. ꝑ infi
delitatẽ, corui de torrentibus. i. dęmones in
fernales, & comedant. i. comedent, eũ filij
aquilæ. i. poſt præſentẽ vitã ad dęmonibus
D æternaliter perimẽtur. Qui ergo cõcupiſcit
catholicæ fidei adhærere & in illa ꝑſeuera-
re, ĩfidelitates & errorũ fomẽta & cauſas a
ſe repellat, oppoſitiſq; adhæreat: quia ſicut
ait Aug. de verbis Dñi, nullæ maiores diui-
tiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla hui⁹
mundi eſt ſubſtantia maior q̃ fides catholi-
ca, q̃ peccatores ſaluat, cęcos illuminat, infir
mos curat, cathecuminos baptizat, fideles
iuſtificat, pęnitẽtes reparat, iuſtos augmen-
tat, & martyres coronat: Cũ quibus ꝑ hanc
ſanctiſſimã fidem nos ſaluos faciat Dñs Ie-
ſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritusſan-
cto viuit & regnat in ſęcula ſęculorũ, Amẽ.

FERIA TERTIA poſt iij. Domin. in Quadrag. E

*Quòd quilibet tenetur indulgere, ſeu dimittere inimicis.*

## Sermo XXVIII.

*Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſq; ſepties? dixit illi Ieſus, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Matth. 18.*

Mira ſiquidem eſt benignitas Saluatoris, F
quæ ſemper nouis periculis noua remedia,
ne periclitẽtur animę, prouidere nõ ceſſat.
Plurimi enim heſterno ſermone intellexe-
runt cauſas, quare in multis infidelitatibus
permanſerunt. Iãq; crepuſculum diei & lu-
minis apparet in eis. Iamq; nox recedit &
dies incipit propinquare, nec tamen eis ve-
rus ſol iuſtitiæ exortus eſt: ſed tamẽ in tene
bris ambulant rancorum, & odiorum, nec
parcere volunt inimicis & aduerſarijs ſuis.
Corde ſupplici quidam orant ad Dñm, vt
dimittat eis errores ſuos atque alia ſcelera
ſua: nec tamẽ aduertũt, ꝙ offenſoribus ſuis
dimittere nolunt etiam quãdoq; minimas G
offenſiones ſuas. Hinc miratur Sapien. Ec-
cleſiaſtici 28. c. Homo homini ſeruat iram,
& a Deo quærat medelã: in hominem ſimi
lem ſibi non habet miſericordiã, & de pec
catis ſuis veniã deprecatur. Ipſe cũ caro ſit,
ſeruat irã & propitiationem petit a Deo.
Propterea præcipit Dñs Lu. 6. di. Dimittite
& dimittemini. Quod poteſt eſſe aliud the
ma in præſenti materia. Hac imperitia ad-
huc laborabat Petrus, cum Dño ait: Dñe
quo. pec. in me fr. me. & di. ei. Quod verbũ
legit Hiero. ſub duplici interrogatione, di.
primo. n. quæſiuit, Quotiens pec. in me fra.
meus & di. ei. Et poſt interrogationẽ ꝓfert H
ſententiã, d. vſq; ſepties. Primo. n. quæſiuit,
an totiens quotiens ſiue ſemper dimitteret
ei? ſecundo, an vſq; ſepties dimitteret ei?
dixit illi Ieſus: Nõ dico tibi vſq; ſepties, ſed
vſque ſeptuagies ſepties. Per quod ſm oẽs,
intelligitur, ꝙ ſemper ſeu infinities homo
debet parcere proximo ſuo. Eſt. n. modus
loquẽdi exaggeratiuus, quo & in conſimi-
libus vulgariter ſolemus vti. Et in hoc quar
ta Religioſitas, quę dimiſſionis Religioſitas
nominatur, oſtenditur. In qua clarius inno-
teſcet, quanta neceſſitas cogat in ſe peccan-
tibus indulgere. Circa aũt dimittendi Reli-
gioſi-



A gioſitatẽ triplex lex, ſeu regula oſtendatur.
Prima, ꝙ ſi proximo tuo non dimittis, nec
Deus dimittet tibi. Secunda eſt, ꝙ ſi proxi-
mo tuo dimittis, & Deus dimittit tibi. Ter-
tia eſt, ꝙ quanto largius proximo tuo dimit
tis, tanto largius Deus dimittit tibi.

### Articulus Primus.

*In quo oſtenditur, quanta ſit neceſſitas dimittendi & indulgendi, & quòd ad hoc tria nos inducunt.*

Prima lex eſt ſeu regula, ꝙ ſi proxi
B mo tuo non dimittis, nec Deus
dimittet tibi. Plane dominus no
ſter hac certa nos conditione &
ſponſione conſtringit: vt ſic nobis dimitti
debita poſtulemus, ſecundum ꝙ ipſi debi-
toribus noſtris dimittimus. Scientes im-
petrare non poſſe, quod pro peccatis peti-
mus, niſi & ipſi circa peccatores noſtros pa
ria faciamus. Vnde etiam Auguſt. In mani-
bus noſtris & in nr̃o arbitrio poſuit Deus,
vnde ſaluemur & damnemur: Dimitte, &
dimittetur tibi. Si non dimiſeris, nec Deus
dimittet tibi: ineffabilis eſt Dei clementia,
C quæ neminem vult perire, viãq; breuẽ ſalu
tem inueniendi oſtendit. Et Cyprianus: ex-
cuſatio enim nulla tibi eſt in die iudicij, cũ
ſecundum tuam ſententiam iudiceris, &
quod feceris, hoc ipſe patieris.

*Tria inducunt, & cogunt ad remiſſionem offenſionum. Cap. 1.*

Si aũt quæratur, q̃ ad hãc indultio
*Tria nos inducunt ad remittendas iniurias.* nẽ nos inducũt. Dicendũ, ꝙ tria
ad hoc nos arctãt. Primo præce
ptio diuinalis, ſecũdo retributio
æternalis, tertio offenſio fraternalis. Primũ
eſt honeſtũ, ſecundum eſt vtile, tertiũ eſt de
D lectabile. Primo ad dimittendũ inducit præ
ceptio diuinalis, quia hoc Deus præcepit.
Propterea eſt honeſtũ Dño obtẽperare iu-
benti. Vnde Mat. 6. Dñs ait: Si non dimiſeri
tis hominibus peccata eorum, nec pater ve
ſter dimittet vobis peccata veſtra. Quod cõ
ſiderans Aug. ait: In peccatis dimittendis &
ſi non moueat nos amor offendentis, ſaltẽ
vel moueat auctoritas admonentis. Quod
grauis cenſuræ ſuo rigore puniat non par-
centes, oſtendit ipſe, Matth. 18. in ſeruo, qui
poſt dimiſſum ſibi a Dño omne debitum in
carcere religatur, quia indulgere noluit cõ-
ſeruo ſuo: & quod ſibi a Dño indultum fue
rat, amiſit, dicente Dño, Serue nequã omne E
de. di. ti. q. roga. me. Nonne ergo op. & te
miſe. cõſer. t. ſicut & ego tui miſertus ſum?
Et iratus dñs eius tra. e. tor. quo aduſq; red.
vniuerſum debitum. Sic & pater meus cęle
ſtis fa. vo. ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fratri
ſuo de cordibus veſtris. Secũdo ad hoc nos
inducit retributio æternalis: & quandoque
imò ſæpius ẽt temporalis: & hoc eſt vtile:
Vtile quidẽ eſt, ꝙ ſi dimittis, Deus tibi di-
mittet. Vtile eſt ex hac dimiſſione gloriam *Quàm vtile ſit iniurias remittere.*
conſequi ſempiternam. Vtile inſuper eſt, ꝙ
homo pacificè viuat, ne grauius offendat,
quia vindicari deſiderans & vindictã exqui
rens, ſpirituale, ęternale & tẽporale damnũ F
& ſui & ſuorũ incurrit. Ac econuerſo, ſm
Bedã, Si proximũ nos offendentem placa-
mus, Deum nobis recõciliamus: ſic ꝙ pro
malo, quod leuiter dimittimus, magnũ bo-
nũ a Deo largiter recipimus. Et ſi quis ſtul-
tus de hac dimiſſione te deridet, cogita prę
ceptum, cogita cõmodum: & econtra ſi nõ
ſeruaueris, cogita damnum. Memorq; eſto,
ꝙ Prouerb. 13. c. ſcrip. eſt, deteſtantur ſtulti
eos, qui fugiunt mala, & ꝑ cõſequens noli
credere ſtultis. Tertio ad hoc inducit nos
offenſio fraternalis: quia ſæpius alterutrum
offendimus, & ꝑ conſequẽs tu qui parcere G
non vis, multos etiam offendiſti, ſi veniam
optas, & veniam poſtulas. Vnde Hiero. Si
quis te offenderit, facile dimitte ei: cõſcius
enim tibi es, ꝙ & alios multotiẽs offendiſti.
Et Gregorius. Nos contra nos illata citius
in corde relaxamus, ſi noſtra contra pro-
ximos errata cognoſcimus. Vnde per Sa-
lomonem Eccleſiaſt. 7. cap. dictum eſt:
Cunctis ſermonibus, qui dicuntur ne ac-
commodes cor tuum, ne forte audias ſer-
uum tuum maledicentem tibi: ſcit enim
conſcientia tua, quia & tu crebro maledi-
xiſti alijs. Dum ergo penſamus, quales
contra alios fuimus, eſſe contra nos tales
alios minus dolemus: quia aliena iuſtitia in H
nobis vindicat, quod in ſe iuſte noſtra con-
ſcientia accuſat. Et ſic indulgere efficitur
delectabile.

*Si homo non indulgendo peccat vel non, quando dicit orationem Dominicam. Cap. 2.*

Circa hoc autem poteſt ſecũdo quæri,
An non indulgens proximo iniuriã
ſibi factam, peccet in oratione dicen
do, Dimitte nobis deb. no. ſi. & nos di. de.
noſtris. Et videtur quòd ſic. Primo, quia
Deum

*Si qs nõ remittit iniurias proximo dicẽs orationẽ dominicã cõtra ſeipsũ facit.*

*Qũo intelligitur illa petitio.*

*Dimitte nobis debita nr̃a. Vide Ioã. Chryſoſt. ſup Mat.*

A Deum contra ſe prouocare videtur, cum dicit, dimitte mihi, ſicut ego dimitto alijs. Secundo etiam Aug. ait. Si non dimittis iniuriam, quæ tibi facta eſt: non orationem pro te facis, ſed maledictionẽ ſuper te inducis, cum dicis, Dimitte nobis debita noſtra, &c. Ad quod dicendũ, ꝙ hæc petitio poteſt tripliciter ſumi. Primo cõmunicatiue, ſecũdo cauſatiue, tertio ſatisfactiue. Primo modo põt ſumi cõmunicatiue, vt ſit ſenſus, ꝙ dũ orans hæc dicit, peccat non quia dicit, ſed alio peccato. Et hoc modo omnis pſeuerãs in aliqua mortali culpa peccat, dum dicit & facit aliqua bona: non quia illa dicere vel facere ſit ſibi peccatum, ſed quia non recedit B a peccato, a quo tenetur exire: & ẽt ad ſemper & pro tempore, pro quo habet ſufficiẽtem vſum liberi arbitrij ad inde & exinde exeundum. Secundo modo ſumi poteſt cauſaliter ſeu cauſatiuè: tunc nõ peccat hõ: quia hoc non dicit niſi pro quãto aliqua circunſtantia ſpecialis diuini cõtemptus ex ipſa dictione vel ſuboritur, vel in ipſa formaliter includitur. Primo dicendo ſuboritur: cũ ex eo, ꝙ talia dicendo rememorat, datur ſibi ſtimulus vel occaſio faciendi, quę dicit & negligit vel contemnit ſequi illum ſtimulum ſeu occaſionem. Secundo dicendo C includitur, cũ propter peccatum, in quo eſt indignus ſolemne officium orãtis in eccleſia ſibi aſſumere, ſicut facit ſacerdos officiando in choro vel in altari, & conſimilia faciendo. Tertio autem ſi quis orat ſatisfactiue. i. vt ſoluat orationis debitum, ad quod tenetur, & non ſunt illi contemptus prædicti: tunc nõ peccat, immo meretur, quia per opus quod Deus fieri mandat, ſe diſponit ad bonum tam humiliando ſe Deo, quàm quærendo dona gratiarum, quàm incitãdo cor ſuum ad hoc bonum amandum, quod orando dicit & petit: quamuis hoc meritũ non ſufficiat ad ſalutem, ſi hoc dicit in morD tali culpa.

*Vtrum homo plus mereatur, vel demereatur, dicendo Dominicam orationem, cum ſe offendenti non parcit. Ca. 3.*

SI vero tertio quæratur, An quando eſt ſibi aliquis prędictorum contemptuum peccet plus, vel mereatur, dicendo vel non dicendo? Poteſt dici, ꝙ ſi bo a ſuæ orationis præponderant cõtemptui ſibi annexo, tunc plus meretur ſic orando. Si autem plus, tenetur tam ad ſoluendum hanc orationem, quàm ad vitandum illos contemptus: tunc plus peccat nõ dicendo quàm di- E cendo. Aliter eſt econuerſo. Et hæc diſtinctio habet locũ in omnibus ex bono & malo commixtis. Ad ea, quę in contrarium ponuntur in præcedenti capitulo, dicendum eſt. Ad primum, ꝙ cum dicit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: non intendit petere ꝙ ſi ipſe non dimittit, Deus ſibi nõ dimittat. Aut ꝙ Deus non plenius ſibi dimittat, quam ipſe alijs dimittit: ſed ſolum inſinuare formam dimittendi, & indulgẽdi, quam Deus exigit a nobis: Ad hoc ꝙ Deus indulgeat debita noſtra nobis, intendit etiam alia, quę ſuperius dicta ſunt. Ad ſecundum, ſcilicet ad dictum Auguſt. dicendum, ꝙ illud intel- F ligitur eſſe verum, ſcilicet, ꝙ hoc petens inducit ſuper ſe maledictionem, non benedictionem, pro quanto ſunt ibi contemptus, de quibus ſupradictum eſt. Si etiam quæratur, an liceat demere illud verbum, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ſolum dicere, Dimitte nobis debita noſtra: quod & de facto quidam inſipientes nolentes parcere amouent. Dicendum ꝙ hoc facere licet illis, qui credunt inſipientia ſua ſapientiam Dei circumueniendo decipere. Sed quidam adhuc inſipientiores nolentes parcere forte Dominicam orationem non G dicent: quod erit ſignum ſtultitiæ & malitiæ conſummatæ.

*Ad ... vt Deus dimittat debita noſtra ... cere ... ſit.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Quòd qui proximo ſuo indulget, & Deus indulget ſibi.*

SEcunda regula ſeu lex a Domino conſtituta eſt, ꝙ ſi proximo tuo dimittis, & Deus tibi peccata dimittit. Ad clariorem intelligentiam huius legis tria poſſunt quæri.

H

*Vtrum Deus indulgeat indulgenti. Cap. 1.*

PRimo, quomodo eſt verũ, ꝙ indulgenti Dominus indulgeat: cũ multi iniurias ſibi factas remittere poſſunt, cum tamẽ ipſi nequaquam ſint conſtituti in charitate? Ad quod dicendum, ꝙ tam hic, quàm alibi eſt regulariter obſeruandum: ꝙ propoſitiones ſeu leges, q̃ de actibus virtutum ſeu vitiorũ dãtur, ſemper ſunt ſub debitis circunſtãtijs intelligendæ & aſſumendę. Vnde hæc prædicta propoſitio eſt intelligenda de indulgente



*Deus indulget indulgenti.*

A gente alijs propter Deum, & ſic ꝙ propter eum grauia crimina vitet: alias non eſt verũ, niſi de congruo & diſpoſitiue. Nã abſq; dubio tenendum eſt, ꝙ in mortali exiſtens indulgendo alijs multum ad ſe trahit miſericordiam Dei, & ſeipſum ad charitatem vehementer præparat & diſponit.

*Quare indultio peccatorum, qua Deus peccatoribus parcit, plus iſti indultionis actui attribuatur, quàm cæteris actibus virtuoſis. Ca. 2.*

B SEcundo quæritur, quare hoc plus attribuitur actui iſti indultionis, quàm cæteris actibus alijs virtuoſis. Nõne magis hoc debet attribui actui orationis, vel cuiq; actui charitatis Deo immediate vnitiuo? Dicendum ꝙ licet charitas per reſpectum ad omnes actus ſibi neceſſarios hanc remiſſionem impetret, ſeu hominem viuificet: Chriſtus tamẽ ei attribuit per reſpectum ad prædictæ miſericordiæ actum. Et hoc triplici ratione, ſicut patet ſermone 6. ar. 3. cap. 6.

*Quibus & quando licet repetere ſua. Cap. 3.*

C SI autem tertio quęratur, quando licet, vel non licet repetere ſua. diſtinguere poſſumus ſm Cãthuariẽ. qui ſic diſtinguit, di. Sunt quidã perfecti, quos contẽplatiuos dicimus: qui omnibus oĩno poſtpoſitis nudi nudũ ſequũtur Chriſtũ: & eſt ſumma perfectionis eorũ habere mortẽ in deſiderio & vitã in patria. Itẽ ſunt alij pfecti. ſ. pręlati maiores, quorũ ſumma pfectio eſt paratos eſſe mori, ſi neceſſitatis articulus ſuperueniat, anteq̃ periclitetur fides ſubiectorũ. Sũt & alterius modi perfecti minores. ſ. ſacerdotes ĩ ſacris ordinibus cõſtituti, quo- D rũ ſumma perfectio eſt votum continentiæ ſeruare. Sũt & perfecti coniugati, quorum ſumma perfectio eſt reſeruare ſibi neceſſaria & ſuperflua pauperibus erogare. Notãdũ rurſus, ꝙ in lege erat talio beneficiorũ, & talio iniuriarũ. Dñs ergo prima fronte excludit talionẽ iniuriarum: reſeruat vero talionẽ beneficiorũ. Et ad cumulũ docet & præcipit cumulare beneficia: vt. ſ. iniurias lacesſiti beneficia reddamus. Iniuria autẽ eſt triplex. ſ. cordis, oris & operis. Et iniuria operis diuiditur in iniuriã proprij corporis, & iniuriã rerũ neceſſariarũ, & rerũ ſuperfluarũ. Iniuria ergo cordis eſt odiũ, cui de- E bẽt dilectio cordis cũ exhibitione beneficij exterioris. Et hæc tria tam perfectorum, q̃ imperfectorũ fieri habent: quia tam pfectus q̃ imperfectus propter odiũ inimici nõ debet ceſſare ab exteriori beneficio. Alij intelligunt hoc de imperfecto nõ ſimpliciter ſicut de perfecto, ſed loco & tẽpore. Iniuria oris ẽ detractio ſiue cõuiciũ, cui debet duo perfectus, benedictionẽ & orationẽ, vt deſiſtant a malis. Iniuriæ autẽ corporis debetur patiẽtia ſine vltione quantũ ad primitiuos perfectos, ad quos ſpectat illud Lu. 6. Qui te percuſſerit in vnã maxillã, præbe illi & alterã: & ab eo qui aufert veſtimentũ tuum F & tunicã noli prohibere. Omni autẽ petẽti te tribue: qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Perfectis autẽ huius tẽporis, vt dicunt, licita eſt vltio iniuriarum proprij corporis: Alioquin minime permitteretur hoc Templarijs & Hoſpitalarijs, qui ſunt viri religioſi. Sed indiſtincte hoc intelligere de quolibet pfecto, valde videtur difficile. De iniuria rerum ſuperfluarũ nemo perfectus poteſt aliquẽ impetere. De iniuria rerum neceſſariarum adhærẽdum eſt verbo Apoſtoli dicentis, Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediunt. Cum itaq; nullus hodie ſit perfectior Apoſtolo, omnibus generaliter licet G ſua repetere, ſed quibuſdam non expedit. ſic ergo diſtinguunt pfectis minoribus. ſ. ſacerdotibus coniugatis, licet ſua repetere ſub iudice & expedit: tamen non cum lite & contentione prelatis licet repetere ſua etiam ſub iudice, ſed non expedit. Potius enim debent vacare inſtructioni ſubditorum & contemplationi: Speculatiuis licet ſua repetere, ſed non ſub iudice, nec eis ita expedit. Ita diſtinguit Canthuarienſis.

*In lege erat duo talionum genera.*

ARTICVLVS TERTIVS.

*De triplici latitudine, ſeu gradu indulgendi inimicis.* H

TErtia lex ſeu regula eſt, quòd quanto largius proximo tu dimittis, tanto largius Deus dimittet tibi: dicẽte Domino, Lu. 6. Eadem menſura, ſcilicet charitatis, qua menſi fueritis, remetietur vobis: charitas, ſcilicet æternalis. Nam charitas præſentis temporis funiculus eſt diſtributionis, in terra diſtributionis, id eſt, in gloria ſempiterna. Poteſt autem triplex gradus, hoc eſt triplex indulgentia aſſignari. Prima eſt larga & bona, ſecunda largior & melior, tertia largiſſima & optima.

*Indulgentiarũ, atque remiſſionũ duplex latitudo.*

De

A ſtat mundus, & pulchritudine ſua, ac decore præfulget, nec quicquam aliud exequi poteſt, q̃ ſplendori eius æquari queat. Si autẽ a pace, vel a quiete deſtiterit, protinus etiã mundus eſſe deſiſtit, & ex ipſa elementorũ ſeditione ſoluetur. Nunc ergo intuere totius mundi ordinem pacis, quo cœlum aeri lucẽ, & terræ præſtet calorem: aer vero imbribus terram fœcundet, & ſe animantibus cunctis vitam tribuat reſpiratus: terra vero fructus & victus ſuper eam viuentibus materno quodã præbet famulatu. Quid aliud ergo oportet ex his intelligi, niſi q̃ pax & vnanimitas per hæc omnia humano generi prædicentur, vt corde, ore, & opere, ſeu ſi-
B gno dulciſſimi amplexus, & oſculo pacis quilibet præſens, & abſens omnem offenſam parcat, omnẽ iniuriam dimittat, omne damnum indulgeat, miſericordiam, & indulgentiam a proximo ſuo depoſcat, pacem reddat, pacem teneat, in pace viuat, & pacẽ diligat: Quam nobis concedat Rex pacificus, & æternæ pacis, & gloriæ diſpenſator, Dñs Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto vi. & reg. in ſec. ſecu. Amen.

## FERIA QVARTA

C Poſt iij. Domi. in Quadr.

*De honore parentum.*

## Sermo XXIX.

HOnora patrem tuum & matrem tuam, & qui maledixerit patri, aut matri, morte moriat. Mat. 15. Exo. vero 20. ſicut patet in Prophetia hodierna, tex. ait, Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. quod poteſt eſſe
D aliud thema. Cum. n. Dñs intendat hortari ad hoc præceptum Dominicum obſeruandum, vt oſtendat quantum diuina lex huius præcepti exaggerat tráſgreſſores, ſubdit pœnam, quam ſtatuit ad hoc Dominus. ſ. Leuit. 20. c. di. Et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur: vt diſcant rebelles filij, quanta ſeueritate a diuina iuſtitia plecti debent, ſi parentibus ſuis humiliati non fuerint, poſtquam æterna punitione damnãtur, qui ſe offendentibus, ſicut heſterna die patuit, non indulgent. Ait ergo Dominus, Honora patrem tuum & matrem tuam. In quo præcepto, ſecundum Alex. de Ales in 3. diſ. 24. Omnis honorationis neceſſitas cuilibet exhibenda generaliter continetur. Et in
E hoc apparet quinta Religioſitas, quæ honorationis religioſitas eſt dicta. De qua tria cõſideremus ad præſens. Primo obiectum præeminentiæ, quod eſt patrem tuum & matrẽ tuam. Secundo actum reuerentiæ, de quo dicit, honora. Tertio præmium vitæ, cum addit, vt ſis longæuus ſuper terram.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Quare quilibet ſecundum ſtatum ſuum honorandus, & de ſeptem parentibus honorandis.*

F
PRimo cõſideremus circa hoc præceptum obiectum præeminentiæ, quia dicit, patrem tuum & matrẽ tuam. Circa quod eſt notandum, ſecundum Alexan. de Ales vbi ſupra, quod honor eſt proteſtatio præeminentiæ in aliqua exhibitione illi, qui honoratur. Quia igitur honor debetur reſpectu præeminentiæ in illo, qui honoratur, ſeptem dici poſſunt patres, qui digni honore ſunt, qui diuerſis reſpectibus præeminentias habent. Quorum primus dicitur cœleſtialis, ſecundus corporalis, tertius ſpiritualis, quartus temporalis, quintus doctrinalis, ſextus antiqualis, ſeptimus virtualis. Ad quorum in- G
telligentiam, ſecundum Alexand. vbi ſupra, duplex eſt præeminentia, increata, & creata. Prima autem attenditur, ſecundum præeminentiam principij ſapientiæ, bonitatis, principij creantis, ſapientiæ gubernantis, & bonitatis conſeruantis. Et hęc præeminentia excedit in infinitũ quãlibet præeminentiam creaturæ. Inde eſt, quod primus honor debetur primo patri, qui eſt cœleſtialis, cui conuenit infinitus honor, qui eſt honor latriæ, qua homo proteſtatur Deum, ſicut ſuum conditorem. De hoc patre, Matth. 6. Pater noſter, qui es in cœlis. Et Matth. 23. Vnus eſt pa- H
ter noſter, qui in cœlis eſt. Et 32. c. Deuter. Ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit, & fecit, & creauit te. Et ad Eph. 3. A quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Secunda præeminentia eſt creata, quę ex triplici participatione originem habet, videlicet ex participatione principij, & ſapientiæ, & bonitatis Dei.

*Honor quid ſit.* *Præeminentia duplex.* *Prima.* *Secunda.*

Quod



A *Quod ex participatione diuini principij parentes corporales, & ſpirituales, atque domini temporales honore ſunt digni.* Cap. 1.

*Prima participatio.*

INter participationes prima eſt participatio principij. Huius autem tres ſunt participationes. Prima ad eſſe naturale, ſecunda ad bene eſſe ſpũale, tertia vero ad bene eſſe temporale. Primus nãq; eſt participans ad eſſe naturale, & ſic eſt corporalis. Nam, vt dicit glo. Eph. 6. Sicut Deus principium eſt hominis primario, ſic & pater ſecundario. Et
B ratione iſtius præeminentiæ eſt pater corporalis honorandus. Vnde Hiero. de honore parentum. Honorandi ſunt parentes, qui nobis primo ſunt cauſa naſcendi. Item Eccleſiaſtici 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuę ne obliuiſcaris. Memento, q̃ niſi per illos non fuiſſes. Ecce, quod a parentibus maximum bonum recipimus. ſ. eſſe, quod eſt fundamentum omnis naturæ, gratiæ, & gloriæ, ſicut melius alias oſtendetur. Secundus participans eſt ad bene eſſe ſpirituale. Et ratione iſtius participationis prælatus eſt honorandus. i. quilibet ſpiritualis
C pater. Multi nãque dicuntur ſpirituales patres, vt ſancti Patriarchę, & patres veteris teſtamenti. Ioan. 8. Si filij Abraæ eſtis, opera Abraæ facite. Item Apoſtoli ſancti, 1. Corint. 4. Apoſt. ait: Nam ſi decem milia pedagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui. Item Papa, qui dicitur amabilis pater. Item 16. diſt. ſexta Synodus. Patres dicuntur Epiſcopi: necnon & ſacerdotes parochiales, qui etiam dicuntur patrini, quaſi parum a patribus minus. Inſuper qui tenet ad baptiſmum, qui vnus ſolummodo debet eſſe, ſicut patet de cõſe.
D diſ. 4. c. non plures. & ſi plures ſunt, omnes ſunt compatres, ſicut patet ext. de cogna. ſpiri. c. quamuis. lib. 6. Et idem de confirmatione, ſicut ibi patet. Ad quid autẽ teneantur tales, vide de conſe. diſt. 4. c. vos ante omnia. vbi ſcribitur: Vos ante omnia tam viros quam mulieres, qui filios in baptimo ſuſcepiſtis, moneo vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud Deum extitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ideo ſemper eos admonete, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant, ante omnia ſymbolum, & orationem Dominicam, vt voſipſi tenete, & illis quos excepi-
ſtis oſtendite: & ſunt Auguſt. verba. Idem E
etiam dicit Hugo, de ſacramentis, lib. 1. par. 6. c. 12. Prædicator etiam & confeſſor, & quilibet ſacerdos pater eſt. 1. Timot. 5. Præſbyteri duplici honore honorandi ſunt, ſcilicet ſpirituali, & temporali. 11. q. 1. ſacerdotibus. Tertius quoq; participans eſt ad bene eſſe temporale. Et ratione iſtius participationis eſt honorãdus prælatus temporalis, vt Rex. Et ſimiliter quilibet alius Dominus regimen temporale habens ſecundum diuerſos gradus. Vnde 1. Pet. 2. Deum timete, Regem honorificate. Et talis dicitur pater temporalis.

F

*Quod ex participatione diuinæ ſapientiæ docti, & ſenes ſunt honorandi.* Cap. 2.

*Secunda participatio.*

SEcunda autem participatio eſt ſapientiæ, ratione cuius honorandus eſt primò quilibet Doctor, ſiue in theologia, ſiue in iure canonico, & aliquando in medicina, aut in quacunq; alia ſcientia, & doctrina licita & honeſta, vt puta in Grammatica, Logica, Rhetorica, & conſimilibus. Et quilibet talis dicitur pater doctrinalis, de quo glo. ſuper illud Leuit. 19. Honora perſonam ſenis. ſ. ætate, ſapientia: Omnis enim ſa- G
pientia a domino Deo eſt, vt dicitur Eccl. 1. Secundo honorandus eſt ſenex, quia vt dicitur Iob 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Nam in eis multa experientiæ diſcretio eſt. Vnde Deut. 32. ſcriptum eſt. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi maiores tuos, & dicent tibi. Et Pſal. Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerunt nobis. Et talis eſt pater, qui dicitur antiqualis, de quo Dominus præcepit Leuit. 19. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.

H

*Quod ex participatione diuinæ bonitatis iuſti, & quodammodo mali honorandi ſunt.* Cap. 3.

*Participatio tertia.*

TErtia eſt participatio bonitatis, ratione cuius honorandus eſt vir iuſtus & ſanctus. Et hic eſt pater, qui dicitur virtualis. De quo Apoſt. Philip. 2. Neceſſarium autem exiſtimaui Epaphroditũ fratrem meum, & cooperatorem & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum & miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos. Et ſubdit, Excipite itaq; illum cum

 omni

A omni gaudio in Domino: & eiuſmodi cū honore habetote, quoniam propter opus Chriſti vſq; ad mortem acceſſit tradens animam ſuam. Inſuper etiam aduertēdum eſt, ꝙ etiam ratione participationis bonitatis, ſecundum Alex. vbi ſup. omnes honorandi ſunt. Eſt tñ duplex participatio bonitatis. Vna ſm actum, ſicut debemus ęſtimare in bonis, & quemlibet bonum debemus æſtimare nobis meliorem, iuxta illud Apoſtoli Phil. 2. Superiores ſibi inuicem arbitrātes. Secunda eſt ſm potentiam, qua mali poſſunt fieri meliores, quam nos ſumus. Ratione cuius poſſibilitatis, & fortè diuinę præ-

*Participatio duplex.*

B deſtinationis ad perfectionem maiorē etiā illi, qui mali ſunt, honorantur. Propterea 1. Pet. 2. ſcrip. eſt: Oēs honorate. Et c. 12. Rom. Honore inuicem præuenientes. Et ſic patet, quod ſecundum vtranq; participationē, ſeu præeminentiam honorare oportet.

## Articvlvs Secvndvs.

### *De ſecundo honore, quo corporales, & ſpirituales parentes honorandi ſunt: & de ſeptem obligationibus filiorum.*

C

SEcundo principaliter cōſideremus actū reuerentię: quia dicit, honora. Duplex autem eſt honor, qui debetur parentibus corporalibus, & ſpiritualibus. ſ. corporalis & ſpiritualis. Vnde ſuper illud Eph. 6. Honora patrem tuum & matrem tuam, inquit glo. Honorare patrem, eſt ei reuerentiā exhibere, & neceſſaria miniſtrare, qđ probat Alexan. vbi ſupra. Primo de patre corporali, di. Quamuis filius accipiat eſſe corporale a patre, efficitur tamen ex hoc in debito duplici. Secundo, quia illud corporale, qđ accipitur, eſt de corpore patris ſum-

*Honorare patrē qd.*

D ptum & transfuſum virtute animæ & operatione: ideo filius efficitur debitor honoris patris, tum ratione corporis paterni, tum ratione animæ, quia anima & corpus concurrunt in patre, vt ſit principium filij. Ratione ergo corporis paterni eſt debitum ſuſtentationis proprię: ratione animæ debitum reuerentiæ. Nam anima non indiget ſuſtentatione, & corpus non eſt reuerendum. Secūdo vero de patre ſpirituali ſpecialis ratio reuerentiæ eſt pręeminentia poteſtatis. Vnde ad Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt. Ratio vero ſuſtētationis eſt diſpenſatio inſtructionis. Vnde Gal. 6. Apoſt. ait: Communicet is, qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis. Amplius etiam debetur honor reuerentiæ & ſuſtentationis patri corporali & ſpirituali. Nam quia vterq; principium eſt, ideo debetur reuerentia: quia vero vterq; indigens eſt, debetur ſuſtentatio, quia quęlibet res diligit ſalutē ſui principij. Vnde homo per tationem ordinatam tenetur ad ſui principiū: propterea ſi indigeat, quæcunq; pertinent ad ſalutem procurare tenetur. Parentibus ergo corporalibus & ſpiritualibus ſimul iunctis in ſeptem obligationibus tenētur filij exhibere honorē, E

F quarum quatuor pertinent ad reuerentiam ſpiritualem, & tres vltimæ ad ſuſtentationem corporalem. Primo enim tenentur illos diligere, ſecundo eos timere, tertio illis obedire, quarto eos reuereri, quinto conſolari, ſexto ſeruire, ſeptimo ſubuenire.

*Obligationes filiorū ad parentes.*

### *Quantum filij parentes ſuos diligere obligantur. Cap. 1.*

G PRima obligatio eſt, quod prædicti filij parentes tenentur diligere exemplo Chriſti, qui Ioan. 14. de ſe ait: Vt cognoſcat mūdus, quia diligo patrem. Et Hiero. de honore parentum, filio de parentibus dicit: Sit tibi grata vita ipſorum, quibus carior eſt vita tua, quā propria. Redde amoris vicem colendæ pietatis. ſecundum enim Alexā. de Ales, amor patris in filios, totus eſt gratuitus, quia filij ſunt a parentibus, & intēditur amor ille per naturam ſenſualitatis. Vnde Hiero. de honore parentum: Memento parentum eſſe, quod talis es, quorum manibus incrementa ſuſcepiſti. Amor autem filiorum in parentes maxime debitus eſt, quia accipiunt a parētibus eſſe & educationem, propterea debent ſe illis. Vnde Hierony. Exolue fili, quod debes, & debita officia qualicunque

*Prima obligatio filij ad patrem.*
*Vide Th. poſt Al. 2. 2. q. 119. ar. 3. Al. in 3. par. ſum. q. 33*

H exhibe famulatu, quia parentibus nemo poteſt reddere, qđ debet. Et huiuſmodi amor intenditur per viam rationis, non ſenſualitatis. Si autem quæratur, quare non eſt mādatum de amore filiorum, ſicut de honore parentum. Dicendum, ꝙ natura ſatis inclinat ad hoc. De quo Chryſ. exemplum ponit de arbore, di. Humor aſcendit de radice ad ramos, ſed a ramis ad radicem non flectitur. Sic naturaliter amor a parentibus ad filios aſcendit, & non reuertitur. Propterea ad amorē parentū inclinare debet ratio excitata ꝑ conſiderationē debiti & præcepti.

*Exēplum naturale.*

Simi-



A Similiter non eſt præceptum de amore ſui, quia ad hoc ſufficienter natura inclinat: ſed de amore proximi. Poteſt ēt alia ratio ſubiungi, quia omnis honor theologicus eſt reſpectu pręeminentiæ, ſicut ex prædictis patet. Pater autem eo ꝙ eſt principium filij, præeminentiam hēt reſpectu illius, & non econuerſo. Si autem vlterius quærat, ſi pp neceſſitatem parentum dimittendus ſit ingreſſus religionis. Reſpondet Alex. vbi ſup. Quòd aut filius pōt ſecure manere in ſeculo ſine detrimento ſalutis: & in tali caſu dicunt quidā, ꝙ non debet intrare, ſed patri miniſtrare. Aut videt ſibi imminere pericu-

B lum ſalutis, & lapſum in peccatum: & in tali caſu non tenetur. Vnde Hier. ad Heliodorum. Si pater in limine iaceat, ſi mater vbera, quib. te lactauit, oſtendat; percalcatum perge patrem, percalcatam perge matrem, & ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Summū genus pietatis eſt, in hac re te eſſe crudelē. Vnde Matt. 8. & Lu. 9. reprehendit Dn̄s iuuenem, qui non ſtatim eum volebat ſequi intuitu ſepulturę paternę: poterat. n. vt Chryſoſ. ait, per alios ſepeliri. Lu. ēt 14. c. Dominus ait, Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorē, &

C filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Aduertendum tamen eſt, ꝙ cum hoc præceptum de honore parentum ſit morale, & de lege naturæ, & conſiſtat in plurib. non ſoluitur obligatio exhibitionis honoris per introitum religionis, ſed ſoluit̄ obligatio quo ad debitum ſuſtentationis, quia quo ad illā ſolutionē moritur q moritur mūdo. Sed exhibitio ſpiritualis in reuerēdo, in cōſolando, in orando, non ſoluitur, immo ſub obedientia magis augetur. hæc Alex.

### *De timore, quem debent habere filij erga parentes ſuos. Cap. 2.*

D

SEcundo debent filij parentes timere, quod vt efficere poſſint, pater diligentia ſollicite obſeruabit, ne diſſoluta lætitia ex inordinato affectu conuerſetur cū illis, cum iam grandiuſculi ſunt, ſed reuerēda maturitate, & timoroſo amore, ac grauitate diſcreta & exemplari ſemper ſit ante eos. Inſolentes etenim fieri ſolent filij ex nimia lætitia, & leuitate parētum, perdūtq; erga eos reuerentiam & timorem. Cumque iam ceruicem erexerint cōtra patrem & matrem, franguntur flagellis, deterioreſq; fiūt qn̄q; ex diſciplina. Sapiens ergo pater plus

E aſpectibus oculorum & verbis & venerandis exemplis, quam diuerſis diſciplinis filiū in tenera ætate erudit. Plus timere facit ſapiens pater filios proprios per ſuos aſpectus, quam ſtultus filios ſuos per flagellorū ictus. Vnde Eccl. 11. In filijs ſuis agnoſcitur vir. Et ſi neceſſe eſt, debet filium ſuum caſtigare, non illi in criminibus ſuis arridere. 5. q. 5. c. non oſculetur. Eccleſiaſtici 7. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas faciem tuam hilarem ad illas. His moribus nutritur filius ad patrem in amore pariter & timore: iuxta quod Hiero. de honorandis parentibus, hortatur di. Præbeatur parentibus amore mixta formido. F

*Aſpectus viri probi quantum proſit.*

### *In quibus filij parentibus obligantur obedire. Cap. 3.*

TErtio debent filij parentibus obedire. Ideo Apoſtolus Epheſ. 6. c. ait: Filij obedite parentibus veſtris in Domino. hoc enim iuſtum eſt exemplo Chriſti, qui Ioan. 15. de ſeipſo ait, Ego præcepta patris mei ſeruaui. Et ad Philip. 2. de Chriſto Apoſtolus ait: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem

G autem crucis. Sed quæritur, in quibus debet filius parentibus obedire? Reſpondet Alexan. vbi ſupra, quod ſecundum gradum ſuperioritatis eſt modus obeditionis, quia ſicut Roma. 13. c. Apoſtolus ait: Omnis poteſtas a Deo eſt: & omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet. Eſt autem triplex ſuperioritas conſtituta, in ſpiritualibus, in temporalibus, in familiaribus. In regimine ſpiritualium præeſt ſpiritualis prælatus. In regimine temporalium, quantum ad rem publicam, prælatus ſecularis eſt Rex, vel Princeps. In regimine familiarium, quantum ad propriam familiam, pater. Sicut ergo determinatur obe-

*Superioritas triplex conſtituta.*

H dientia prælati in his, in quibus præeſt. ſ. in ſpiritualibus: & prælati ſecularis in temporalibus rei publicę: ſic reuerentia debita patri in diſpoſitione rei familiaris. Et ſecundū hoc dicitur, ꝙ filius patrisfamilias tenetur obedire patri in oīb. probabiliter pertinentibus ad neceſſitatem, vel vtilitatem rei familiaris. Et ſic intelligendum eſt dictū Apoſtoli ad Col. 3. Filij obedite parentibus veſtris in omnibus. ſ. pertinentibus ad diſpoſitionem rei familiaris. Et Hugo de ſanc. Vic. Parentes noſtros honorare debemus, obediendo eis in omnib. exceptis his, in quibus patris Dei dilectio offendatur. Item te-

 netur

A netur filius patrisfamilias obedire patri in diſciplina morum, & maxime in his, q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutem, videlicet in confitendo, in audiẽdo Miſſam, in præceptis, in cõicãdo, in audiendo verbũ Dei, & cõſimilib.

*De reuerentia, quam debent filij parentibus exhibere. Cap. 4.*

QVarto tenentur filij parentes reuereri. ſ. aſſurgendo, & conſimilia faciendo. Hoc. n. modo accipitur honor, Rom. 13. vbi ſup. Cui honorem, honorem. vbi glo. reddite, vel aſſurgite, & huiuſmodi, ſupple quæ ſunt ſignum honoris exẽplo B Chriſti, qui Io. 8. ait, Ego honorifico patrem meum. & non ſolum patrem æternalẽ, ſed putatiuũ & temporalem. Vnde Lu. 2. ſcrip. eſt, Et erat ſubditus illis. Quod exponens Amb. inquit, Filius Dei honorauit Ioſeph, non debito, ſed pietatis officio. Ex his, quæ dicta ſunt, patet, ꝙ filij in his quatuor obligationibus tenentur ſpiritualem honorem parentibus exhibere, in affectu illos amando & timendo, in effectu illis obediendo, in ſigno eos reuerendo.

*Filius in quot, & quib. tenetur obedire parentibus.*

C *Quibus modis debent filij conſolari parentes. Cap. 5.*

QVinto obligantur parentes conſolari. ſ. verbis. Ad quod hortatur Eccleſiaſticus 3. c. di. Fili ſuſcipe ſenectã patris tui, & non contriſtes eum in vita illius, ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eũ in virtute tua. Ponderãda ſunt pluri mũ hęc verba. Primo dicit, ſuſcipe. ſ. amoroſo affectu, dulcoroſo affatu, gratioſo aſpectu, & gaudioſo oſculo & amplexu, quę omnia in tua pueritia tibi tradidit pater tuus & mater. Itaq; redde illis in ſenectute ſua, D iuxta conſilium Eccleſiaſtici c. 7. qui ait, Retribue illis quomodo & ille tibi. Secundo ſubiũgit, ſenectam. Multum ſiquidem alijs, ſed amplius ſibi laborioſam, tædioſam, doloroſam, & ſuſpitioſam, Tob. 5. vocat filiũ ſuum baculum ſenectutis ſuæ, quia in ſenectute filius debet eſſe baculus patris ſui. Tertio addit, patris tui: non canis, nõ extranei, non inimici, ſed patris tui, nutritoris tui, inſtructoris tui, & cordialis dilectoris tui. Vnde Hier. de honore parentum: Foueatur parentũ ſenectus, & factis eorũ viciſſitudo reddatur: videant liberi veſtri, quid faciant vicem vobis ſimilẽ reddituri. Quarto etiam apte ſubinfert, & non contriſtes eum in vita illius. Non inquam contriſtes factis, nõ ſignis, non modis, non inſuper verbis. Vnde E Hiero. vbi ſup. Nec patrem aſperis verbis lædat, affectum ſonet quicquid lingua dixerit filiorum. Hæc omnia loquantur, quæ parentes delectat audire. Quinto etiam dicit, & ſi defecerit ſenſu. i. non recte fecerit aliqua, vel dixerit ridicula, ſiue puerilia, ſiue iracunda & ſtulta, veniam da, non improperium, non ignominiam, non vindictam. Vnde Hiero. vbi ſup. Habet enim quandam ſenectus infantiam. q. d. Recole puerilia infantiæ tuæ, & recole in eis patientiam, immo gaudium genitorum tuorum. Sexto concludit, & ne ſpernas eũ in virtute tua. Multas nempe naturales virtutes iuuentus ha- F bet, quę inexperta malis illos, quos ſibi conceſſis bonis priuatos conſpicit, facile deſpicit, & contemnit. Propterea dicit, Et ne ſpernas eum in virtute tua. Ne ſpernas tu iuuenis illum ſenem: tu ſanus eum infirmum, tu fortis illum debilem, tu iucundus illum triſtem, tu delicatus illum immundum, tu vigens ſenſibus illum cęcum, ſurdum, fętidum, & priuatum ſenſibus & dentibus, quia Eccleſiaſtici 8. c. præceptum eſt, Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute. Et Prouer. 16. Corona dignitatis ſenectus.

G *Quomodo filij parentibus ſeruire debent. Cap. 6.*

SExto tenentur filij parentibus ſeruire in omnibus eis neceſſarijs & oportunis, iuxta quod Eccleſiaſtici 3. c. ſcriptũ eſt. Qui timet Deum, honorat parentes: & quaſi dominis ſeruiet eis, qui ſe genuerunt in ſermone, & opere, & patientia. Examinanda ſunt verba hæc. Ait enim primo, Qui timet Deum, non ſolum morigeratus ſecundum modum honorat parentes, ſcilicet maxime ſeruitiorum honore. Secundo ſubdit, H Et quaſi dominis ſeruiet eis, qui ſe genuerunt. Et notanter quaſi dominis dicit: Nam, ſicut ſuperius patet, parentes ita ſunt domini ſuarum domorum, ſicut domini Principes & Barones ſuorum dominiorum in modo regendi. Qui ergo cupit parentib. dignè ſeruire, cõſideret qũo ſeruiant famuli dñis ſuis. Tertio ſubdit triplicẽ modũ. ſ. operis, oris, & cordis. Primo quidem operis. In omni opere dicit, vnde Hier. vbi ſup. Exolue fili quod debes, & officia debita qualicunq; exhibe famulatu, quia parẽtibus nemo põt reddere, quod debetur. Propterea diſcat filius parentibus eſſe obſequioſus. Primò nanq;

*Quo. filij parentibus ſeruire debent.*





A namq; in mane, cum de lecto ſurgit pater: conſideret ſi ei aliquid neceſſarium eſt, vel ſit, ſ. calefacere ei in hyeme pãnos, ſi alget: ſiue ſenex, ſiue inualidus eſt, induat, iuuet: ſubleuet, & ſuſtentet, ſi opus eſt: patre autẽ egredienti domum filius ex latere ſe iungat, intrantemq́; eccleſiam comitetur, maxime diebus feſtiuis. Cũ illo aſſiſtat miſſis, & officijs ſacris, pariterq́ue attentus, morigeratus, & grauis: limpido intellectu, patuloq́; affectu ſuſcipiat verbum Dei: tenaciq; memoria ſaltem aliquid reſeruet ſibi, quod cum parentibus conferat humilitate ſeruata. Si autem pater domum reuertitur bal- B neatus, pedibusq; lutoſis, laſſus, ſudoribus madefactus, ſiue algore frigeſcens, inter filios filiasq; felicior ſit, qui alijs citius occurrit madefactis pedibus, ſiccis veſtibus ſudoribus, vel frigoribus ſubuenire. Si tempus refectionis inſtat, ſolliciti ſint filij, licet etiam interſint famuli, parentibus præparare menſam, haurire vinum, manibus miniſtrare aquam, coramq; mẽſa erecti, & morigerati illis tanquàm dominis deſeruire. Cum vadit dormitum pater, filij minores diſcalciẽt illum. Cumq res expoſcit, ei calefaciant lectum: lauent, radant, & purgent pedes, vngulas tondant: vel, ſi vult equitare C pater, ſint prope illum filij ſollicito famulatu, ſemperq; in prædictis, & in conſimilibus parentes ſuos plusq̃ dominos putent. Filiæ autem in omnibus laboribus iuuent matres, & tanq̃ famulæ ſeruiant illis: caput lauent, veſtesq; diſſutas, & laceratas diſcãt reſarcire: gaudeant ſcopare domum, purgare pannos, lauare, & faſciare infantes. Non pudeat frequentare coquinam, vel lauare ſcutellas, ſupellectilia ordinare, & cætera rei familiaris diſcreto ordine diſpẽſare: lætẽtur etiam ſi diuitum, & magnatorum filiæ ſint, in prædictis ſolerti prudentia, & quadam æmula concertatione famulas ſu- D perare: multoque amplius matres, maxime cum grauidæ ſint. Secundum modum ſeruiendi parẽtibus, qui eſt oris, Eccleſiaſticus 25. ſubdit, dicens, & ſermone. Debent enim filij ad interrogata parentibus reſpondere, dulciter loqui, reuerẽter affari, illos dominos nominando, dicẽdo: Domine ſic, Domine nõ, tanq̃ ſerui dominis ſuis, vt decet, iuxta illud 1. Regum 1. Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Et exemplo Pauli Act. 9. Domine, quid me vis facere. Exemplo etiã Ioſeph: cui cum diceret pater ſuus Iacob, veni mittam te ad fratres tuos, ait, præſto ſum, Gen. 36. Tertius modus ſubditur, & omni patiẽtia, ſ. cordis. Hoc enim eſt E dicere, ꝙ in multis ſeruitijs parentibus ſuperimpenſis impatientia nõ frangantur: reprehenſionibus, improperijs, iniurijs, & diſciplinis eorum nõ turbentur, non dedignentur: immo contra ſe turbatos parentes humili patientia repacificare contendant. Sic enim facere erga dominos ſerui ſolent, ſicut Prouer. 25. ſcriptum eſt, patientia lenitur Princeps. Turbatus eſt pater, vel mater, ſuauitate verborum placantur. Nam, vt dicitur Prouerb. 15. Reſponſio mollis frangit iram: & lingua zucharis in bono homine abundabit.

*Quid facere dẽat filius erga patrẽ ſuum.*

*Filia q̃d facere teneatur erga matrẽ ſuam.*

F *In quibus filij tenentur parentibus ſubuenire. Cap. 7.*

SEptimo obligantur filij parẽtibus ſubuenire, videlicet in neceſſitate, in infirmitate, & in antiquitate. Primo quidem debent illis ſubuenire in neceſſitate, ſ. eis alimenta, & alia neceſſaria miniſtrãdo. Ipſi nempe receperunt a parentibus nutrimentum, & ſpecialiter a matre, in quo non poſſunt æquiualens parentibus miniſtrare. Nã parẽtes nutrierũt filios de propria carne, & de ꝓpria ſubſtãtia: filij vero de ſubſtãtia aliena. Propterea Amb. ſup illud Lu. 18. G Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã ait: Si paueris matrem, nõ reddidiſti ei cruciatus, quos pro te paſſa eſt: non obſequia, quibus te geſtauit: non alimenta, quę tribuit tibi: non pietatis affectũ immulgens labijs vbera: nõ famẽ, quã pro te ipſa tolerauit: ne quicquid tibi noxiũ eẽt comederet: ne quid, quod lacti noceret hauriret. Tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa cibũ quẽ voluit, non accepit: tibi quẽ noluit cibũ ſumpſit: tibi vigilauit, tibi fleuit. Et tu illã egere patieris? illi debes, ꝙ es. Propterea qui in neceſſitatibus parentibus non ſubuenit, mortaliſſime peccat: non minus q̃ qui eos iniurijs mole- H ſtãt. Hinc Prouer. 28. c. ſcriptũ eſt: Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo, & a matre, & dicit non eẽ peccatũ: particeps homicidij eſt. Secũdo debẽt parentib. ſubuenire in infirmitate, maxime tẽpore peſtis. Nulla nempe ingratitudo maior, nulla nequior, nulla deniq; diuina vltione dignior, q̃ peruerſorũ filiorũ, quãdo parentibus poſt tot ſubiecta beneficia, poſt tot diuina præcepta, poſt tot multipliciũ legũ, ſ. naturæ, & ſcripturæ, & gratiæ ſtrictiſſima vincula, in tam arctis neceſſitatib. nõ ſuccurrũt. Contra quos. j. Timoth. 5. Apoſtolus ait: Si quis ſuorum, & maxime

*Filij in q̃bus tenentur ſubuenire parẽtibus.*

A maximè domeſticorum, curam non habet,
fidem negauit, & eſt infideli deterior. Vis.n.
videre, cui ſeruire debes, ne perdas ſeruitiũ
cum amico? Conſpicias iuuenem parentib.
ſuis ingratum, multo amplius erit tibi: ma-
iora nempe ſuſcepit a parentib. quam a te,
quibus ſi eſt ingratus, amplius erit tibi, teſte
Domino, qui Luc. 16. c. ait, Qui in modico
iniquus eſt, & in maiori inquus erit. Dñs.n.
Math. 25. c. contra eos, qui extraneis in ſuis
neceſſitatibus nõ ſubuenerũt, dicit, Diſcedi
te a me maledicti in ignem æternum, qui
paratus eſt diabolo, & angelis eius. Eſuriui
.n. & non dediſtis mihi manducare: ſitiui,
& non dediſtis mihi bibere: hoſpes eram,
B & non col. me: nudus, nõ cooper. me: infir.
& in carce. & non viſitaſtis me. Quæſo igi-
tur, quid dicturus eſt filijs ingratis, ſemini
nequam, & crudelibus in parẽtes. Quid in-
quam dicet his, qui parentibus fameſcenti-
bus panem claudũt, & cibum negant. Quid
his, qui ſitibundis parentibus potum vetãt.
Quid his, qui de proprijs laribus pellunt,
& nudos frigore mori ſinunt: infirmosque
veluti canes interim derelinquunt, & in car
cere diu cruciari permittunt? Tertio debẽt
filij parentibus ſubuenire in antiquitate. Na
tura.n. noſtra in principio & in fine, hoc eſt
in infantia & in ſenectute, debilis eſt & mul
tis infirmitatib. & miſerijs, atq; neceſſitati-
C bus plena. Quapropter quod parentes illis
faciunt in ætate puerili, hoc idem filij debẽt
facere eis & impendere in ætate ſenili. So-
lerti igitur animaduerſione nutriant illos,
electis cibis & potibus foueant eos: melio-
resq; ſtratus, atque delicatas, ſufficientes &
mundas veſtes ſubminiſtrent illis. Diſcant a
ciconijs diligentes filij, quæ ſecundũ Amb.
in Exameron, Homil. 5. parentes ſenes nu-
triunt in nido, proprijsque pennis parentes
nudatos tegmine alarũ ſuarum dulciter eos
fouent: quapropter Romanorum vſu, auis
D pia vocata eſt. Et ſic patet, quomodo filij pa
rentibus exhibere debent corporalem ho-
norem in tribus, ſcilicet verbis conſolan-
do, corpore ſeruiendo, & ſubſtantia ſubue-
niendo.

*Filij in quibus debẽt parentibus obedire.*

ARTICVLVS TERTIVS.

*De præmio honorantium parentes ſuos.*

TErtio conſideremus præmiũ vitæ, ꝙ
ſcilicet parentes honorantibus a Do-
mino nunciatur, cum additur, Vt lõ-
gæuus ſis ſuper terram. Hæc ſiquidem lon-
E gæuitas non tantum promittitur in pręſen-
ti, ſed etiã in futuro. Hinc 1. Timot. 4. Apo-
ſtolus ait: Pietas. ſ. quæ in parentib. demon-
ſtratur, ad omnia valet: promiſſionem ha-
bens vitæ, quæ nunc eſt, & futurę. Vt ergo
hanc duplicem vitam quibet veſtrũ certius
conſequatur, coram parentibus ſuis, etiam
ſi canus eſſet, humiliter genuflectens de ir-
reuerentijs, inobedientijs, & iniurijs erga
parentes oſtenſis cum emendationis propo
ſito dicat lachrymabiliter culpam ſuam, eo-
rumq; parentes tales filios ſic humiliter po-
ſtolantes veniam corde, ore, & opere ſuſci-
piant, & amplexentur in viſcerib. charita-
tis, & in oſculo dulciſſimæ pacis: imo ſi pa-
F rentes ſepulti eſſent, qui eis extiterunt re-
belles, & inobediẽtes, dum ipſi parentes vi
uerẽt, coram ſepulchris ipſorum ſe proſter-
nant, ab oſſib. & cineribus eorum cum irri-
guo lahrymarum veniam poſtulantes, vt
omnes per hanc humilitatem conſequãtur
a parentibus veniam, a Deo gratiam, & in
futuro gloriam ſempiternam: Quam nobis
cõcedat pater miſericordiarum, & Deus to-
tius cõſolationis, qui cũ Filio & Spirituſan-
cto viuit & regnat in ſecu. ſeculorũ, Amen.

FERIA QVINTA
Poſt iij. Domi. in Quadr.

G

*De timore Dei.*

Sermo XXX.

S*Tans ſuper illam, imperauit febri,
& dimiſit illam. Lu.* 4. Sæpe.n.
ex vna gratia cum humilitate
ſuſcepta dignat̃ miſericordia
Saluatoris, & illam multipli-
care, & alias ſuperaddere, vt vndiq; cogno-
ſcatur affluere bonitas dulcedinis eius. Vn-
de Io. 1. c. ait, De plenitudine eius oẽs acce-
H pimus gratiã pro gratia. Hinc eſt, ꝙ in hu-
militate heſterno die ſuis parentib. filij di-
xerunt culpam ſuã oĩno in poſterum eis hu
militer obedire. Iam ampliorib. gratijs diui
nitus viſitati, & adornati, in alteram vitam
a præterita transferuntur. Confirmet hoc
Deus, quod operatus eſt in multis, & multi-
plicet gratiam ſuam benignitas eius. Quod
quidem efficere ſolet, & maximè per timo-
rem, cum per eum conſcientiæ imperare vi
detur, ꝙ ab ea cuncta crimina expellantur.
Quod & verbum propoſitum moraliter in-
dicare videtur, cum de Dño Ieſu, & febrici-
tante ſocru Beati Petri, Euangeliſta dicat, ꝙ
ſtans



A ſtans ſuper illam, imperauit febri. Quid per
febrem, niſi crimina & pctã conuenientius
deſignant? Per ſocrum Simonis conſciẽtia
ægra ſignificari põt, ſuper quam tanq̃ dñs
Imperator ſtat miſericors Deus, atq; per ti-
morem imperat febri, i. criminibus & pec-
catis, quæ per veram contritionem dimit-
tunt illam. Et in hoc ſexta Religioſitas in-
dicatur, quæ religioſitas reformationis eſt
dicta: per quam, ſicut prædictum eſt, diui-
no imperante timore anima febricitans li
berat̃. Tripliciter enim, quaſi triplici febre,
corrumpitur omnis vita modeſta & actio
virtuoſa. Primo per audaciam, ſecundo p
ignorantiam, tertio per ſtultitiã. Primo eñi
corrumpitur per audaciam, qua ſcilicet pec
cator mala contra conſcientiam ſuam au-
det perpetrare, ac per hoc ſummum opifi-
cem ad iuſtitiam irritare. Hinc Iob 15. cap.
Currit aduerſus Deum erecto collo. Quid
per erectum collum, niſi audacia & ſuper-
bia peccantium deſignatur? per quã aduer-
ſus Deum temerariè currit, qui eum auda-
cter offendere non metuit. Secundo autem
corrumpitur per ignorantiam, ſcilicet diui-
norum. Plerique etenim ſunt, qui eo auda-
cius peccata multiplicant: quia diuinæ cir-
C cunſpectionis & iuſtitiæ ignari ſunt. Hinc
1. Corint. 15. Apoſtolus ait. Euigilate iuſti,
& nolite peccare. Ignorãtiã enim Dei qui-
dam habent. quaſi Apoſtolus innuere velit,
ꝙ idcirco plurimi audacius peccant, nec ta-
men peccando ad iuſtitias euigilant: quia
ignorantiam Dei habent. Tertio vero cor-
rumpitur per ſtultitiam, quã peccator ha-
bet in propria actione, neſciens diſcernere
a malo bonum. Sicut igitur audacia corrũ-
pit volũtatem, & ignorantia Dei aufert in-
tellectum: ſic & ſtultitia peruertit actionem
& opus bonum. Hi ſunt, contra quos Eſa.
5. c. ait: Væ vobis, qui dicitis malum bonũ,
D & bonum malum: hoc dicit, quantum ad
actionem. ponentes tenebras lucem, &
lucem tenebras: hoc dicit quantum ad
mentis cæcitatem. ponentes amarum dul-
ce, & dulce amarum: hoc dicit quantum ad
volũtatis corruptionem & ſubuerſionem.
Triplici nanque timore febricitantis, id eſt,
peccatoris anima infirmatur. Primus dicit̃
timor conſciẽtialis, ſecũdus vocatur timor
iuſtitialis, tertius vero nuncupatur timor
iudicialis. Hoc nanque triplici timore in-
ducit diuina gratia animam ad ſtatum ſalu
tis. Vnde Ioan. 16. cap. ait. Cum venerit il-
le ſpiritus veritatis, arguet mundum de
peccato, quod peccator admiſit: & de iu-
E ſtitia, quam homo non timuit: & de iudi-
cio, quod non expauit. Quod digne etiam
poteſt eſſe thema in occurrenti materia.
De his tribus timoribus Apoc. 10. myſticè
ſcriptum eſt: Vidi Angelum fortem deſcen
dentem de cœlo amictum nube, & Iris in
capite eius: & facies eius erat vt ſol, & pe-
des tanquam columna ignis. Et habebat
in manu ſua libellum apertum: hoc perti-
net ad timorem primum. Et poſuit pe-
dem ſuum dexterum ſupra mare, & ſini-
ſtrum ſuper terram: & hoc quo ad timo-
rem ſecundum. Et clamauit voce magna,
F quemadmodum leo cum rugit. Et hoc quo
ad tertium.

*Febris myſtice quid ſignificat.*

*Triplici febre corrũpitũ oĩs vita modeſta.*

*Primo.* *Secundo.* *Tertio.*

*Aĩa triplici timore infirmatur.*

ARTICVLVS PRIMVS.

*De conſcientiali timore, per ſeptemplicem gratiam animam reformante.*

PRimus quidem timor animã pec-
catoris reformans, eſt timor con
ſcientialis. Cum peccator diu in
ſceleribus perſeuerat, adeo pec-
catorum caligine excęcatur, vt ad propriã
G conſcientiam recurrere non valeat, & vide
re in quo Deum offendat. Eſt quidem mẽs
humana, vt dicitur in pſal. Spũs vadens. ſ.
per ſeipſum in peccatum, & nõ rediens, ad
gratiam videlicet a ſeipſo. Et ideo primum
opus gratiæ præuenientis, eſt humanæ mẽ-
ti pandere ſua mala, vt ex his Deum pecca-
ti vltorem timere incipiat, & de illius ſeue-
ritate tremẽre. Hic eſt, vt ait Dominꝰ, ſpũs
veritatis, arguẽs mundum de peccato. Se-
ptẽ nanque gratias ſecum portat hic cõſciẽ
tialis timor ad conuertendum animã pecca
toris, ne per audaciam pereat. Prima eſt gra
tia firmans, ſecunda gratia humilians, ter-
H tia eſt gratia lachrymans, quarta eſt gra-
tia timorans, quinta eſt gratia ſerenans,
ſexta eſt gratia inflammans, ſeptima eſt gra
tia declarans. Quæ gratiæ in ſerie huius
Angeli manifeſtantur. Quid per Ange-
lum, niſi hic cõſcientialis timor, per Ange
lum miniſtratus a Deo, cuius officium eſt
in ipſam conſcientiam introire, omnem-
que angulum intellectuali lumine viſitan-
do timorare.

*Septẽ grẽ timoris cõſcientiæ.*

*De gratia, quæ animam firmat, ne vlterius proſequatur in malis.* *Cap.* 1.

HVius igitur Angeli prima dicitur
gratia firmans, & malos greſſus
animæ, ne vlteriꝰ in crimina ruat
ſiſtens. Duæ nanq; ſunt iuſtitiæ
partes,

A partes, quaſi duo aïę pedes, ſ. declinare a malo, & facere bonum, Pſal. atteſtante, qui ait. Declina a malo, & fac bonum. A mali nanque declinatione iuſtitia initium ſumit: vt pes, qui ante huius gratiæ aduentum faciliter ruebat in ſcelera. Poſt eius aduentum anima ad ſemetipſam reuerſa figat, & firmet greſſus: proponat vltra nõ adijcere mala, ſtabiliq; propoſito ſe diſponat ante mortẽ ſubire, quàm mortaliter offendere creatorem. Et ideo dicitur hic Angelus fortis, eo quòd mentem roboret, & fortificet cõtra cognita mala, ne iterum committantur: Vnde Io. ait. Vidi Angelum fortem. B Hic eſt ille fortis armatus, de quo Luc. 11. ſcriptum eſt. Cum fortis armatus, ideſt, diabolus: cuſtodit atrium ſuum, id eſt, conſcientiam peccatoris: in pace ſunt omnia, quæ poſſidet, a diuino timore non propulſatus. Si autem fortior illo, ſicut eſt conſcientialis timor: ſuperueniens vicerit illum. ſ. diabolum, vniuerſa eius arma auferet, in quibus confidebat: quæ ſunt ignorãtia Dei & amor ſui, mũdi, conſuetudo mala, conſumptio gratiarum, amiſſio temporis, malitiæ criminum, cæteræque cordis, oris, & operis contra Deum, contra proximum: inſuper & aduerſus propriam hominis animam impietates. Et ſpolia eius C diſtribuet, quia animas de poteſtate Dei auulſas, per varia gratiarum merita ad diuerſos iuſtitiæ ſtatus adipiſcendos diſtinguit.

*De gratia, quæ mentem illuminans humiliat ad veram ſui cognitionem.* Cap. 2.

SEcunda eſt gratia humilians. Hæc eſt gratia, quæ inter humanæ mentis tenebras lucem præſtat, vt in conſideratione & vera cognitione criminum com- D miſſorum & clara conſcientiæ diſcuſſione humilietur anima coram Deo. De huiuſmodi humiliationis occaſione, Mich. 6. ca. ait. Humiliatio. i. occaſio humiliationis tuę, in medio tui, id eſt in conſcientia tua, multis ſceleribus irretita. Cum autem peccator coram Deo humiliter intelligit culpã ſuam: dignatur Dominus in eum infundere multipliciter dona ſua, beato Iacobo teſte, qui. 4. cap. canon. ſuæ ait. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Propterea de hoc Angelo ſubdit Io. Deſcendentẽ de cælo: eo quod de cælo ſuperbiæ mentẽ deſcendere faciat per veritatis lumen in abyſſum ſuarum offenſionum. E In huius myſterium Exo. 3. c. ſcriptum eſt, quod Dominus ait, Vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto. & poſt pauca. Et deſcendi, vt liberarem eum de manibus Ægyptiorum. Ægyptij nempe in ſeruitio luti & lateris populum Dei premẽtes, ſunt dæmones, qui dura ſeruitute peccati Dei gratiam in quolibet opprimunt peccatore. Quam afflictionem duriſſimam diuina miſericordia de cælo proſpectans ad animæ peccatricis liberationem, hoc lumen illuminantis gratiæ mittit: quo lumine illuſtrata egrediatur Ægyptum, i. deſpiciat mũdũ, F intret pœnitentiæ deſertum & manna cælico, id eſt diuina gratia nutriatur.

*De gratia, quæ ad veram contritionem & lachrymas inducit.* Cap. 3.

*Gratia lachrymans.* TErtia autem eſt gratia lachrymans. Cum enim humana mens hac gratia viſitatur, ad cælum oculos leuat, conſiderans bonitatem, benignitatem, largitatem, longanimitatem, & patientiam Dei miratur, compũgitur, dulcoratur & lachrymabiliter lamentatur, cum pſal. dicens. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicit mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus, ſ. quem ſic impiè offendiſti, mirabili- G ter impugnaſti, & ſtultiſſimè ſubieciſti, propter hoc dicit Ioan. iſtum Angelum amictũ nube. Nubes nanq; naturaliter pluit. Quid per nubem, niſi mens humana de tenebris ſuorum peccatorum per hanc gratiam illuſtrata? Nam paruæ gratiæ lumen eſt intelligere ſe neſcire, & Dei, ſuique & mundi ſe cognoſcere ignorantem. *Nubes qd ſignificat.* Ex hac nube lachrymæ fluunt, cum ex dolore tantæ ignorantiæ lachrymæ inundant, ſicut de Magdalena, Luc. 7. ſcriptum eſt, ꝙ ſtans retro ſecus pedes Domini lac. cę. ri. pe. eius, & cap. ca. ſui ter. & oſcu. pedes eius & vnguento vngebat. Sed notanter aduertendum eſt, ꝙ H ait hunc Angelum nube eſſe amictũ. Quid nanque per hunc nubeum amictum, niſi habitus huius lachrymantis gratiæ demonſtratur? has lachrymas non ficta & cogens violentia premit, non hypocrita oſtentatio fundit, non naturalis inclinatio ſpargit: ſed habitus huius gratiæ ad veras gratias irretentibiliter cogit. De his lachrymis ait Dominus, Matth. 5. Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur. Hac gratia viſitatus cũ pſal. dicere poteſt: Lauabo per ſingulos noctes, id eſt, per ſingula peccata: lectũ meũ, id eſt,



A id eſt, voluntatem meam, ſicut lauatur ſordida cutis: vel lectum meum, ideſt conſciẽtiam meam: lachrymis meis ſtratum meum rigabo, id eſt, cumulum peccatorum meorum, per lachrymarum imbrem rigabo, vt inde creſcat noua meſſis virtutum, id eſt, gratiarum.

*De gratia, quæ timere facit hominem etiam de omiſſis.* Cap. 4.

*Gratia timoris.* QVarta eſt gratia timorans. Timor nẽpe verus, non ſolum timet ex malis commiſſis, ſed etiam ex bonis o- B miſſis. Vnde Eccleſiaſtici 1. ſcriptum eſt, Sapientia, ſ. quo ad relinquendum mala, & diſciplina, ſ. quo ad faciẽdum bona: timor Domini. Et idem c. 7. ait: Qui timet Deũ, nihil negligit. Et cap. 15. inquit: Qui timet Deum, faciet bona. De hac gratia Beatus Ioan. ſubdit, Et iris in capite eius. Iris, arcꝰ cæleſtis eſt, per quem timor moraliter demonſtratur. Vnde Gene. 9. ait Dominus ad Noe, & ad filios eius: Arcum meum ponã in nubibus, & erit ſignum fæderis inter me C & inter terram. Arcus in nubibus Dei timor eſt in humanis mentibus, ꝙ pro eo ſignum fæderis nuncupatur: quia quandiu in humanis mentibus timor Dei viguerit, tandiu a diluuio diuinæ vltionis tutus erit: Iris ergo in capite, eſt hæc gratia timorans, regnans in humana mente.

*Quod gratia, qua conſcientia ſerenatur, totam hominis apparentiam a prioribus mutat.* Cap. 5.

*Gratia ſerenans.* QVinta eſt gratia ſerenans. Mira quidem lætitia teſtimonium bonæ con- D ſcieniiæ eſt, ita vt quodammodo dici queat participatio paradiſi, Apoſtolo teſte, qui 2. Corinth. 1. ait, Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſciẽtiæ noſtræ. Ipſa equidem reformata, tota hominis conuerſatio reformatur, mutatur hominis geſtus, variatur ſermo. Ipſa inſuper vox, vultus, inceſſus, aſpectus, intuitus, elatus vertex, cæteriique corporis actus, in aliũ & nouum hominem transformantur, iuxta ſententiam Saluatoris, Matt. 12. dicentis: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala. Quis autem eſt hic theſaurus bonus vel malus, niſi conſcientia bona, vel mala? Ex quibus extra per exemplũ, vel ſignum ea proferuntur, quæ poſſiden- E tur interius. Serenata nanque conſcientia ſerenatam extra oſtendit vitam. Inde hortabatur Titum Apoſtolus. 2. c. dicens. In omnibus teipſum exhibe exemplum bonorũ operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Et Dominus, Matt. 5. c. præcepit, ſic luceat lux veſtra, & cæt. Quid nanque hi præceptores in his præceptis intendunt? Nunquid extrinſecam vel hypocritalem oſtentationem, & non magis conſcientialẽ ædificationem, vnde demum exemplũ bo- F num prorumpat? Propterea Ioan. de hoc Angelo ſubdit, Facies eius erat vt ſol. Quid nempe facies hominis, niſi apparentiã eiꝰ apertius monſtrat? Per faciem principalius cognoſcitur vir: vnde merito apparentiam notat. Tunc autem facies hominis eſt, vt ſol, quando per exemplum bonum relucet ſapientia viri in fidei ſplendore, in ſpei vigore, & in charitatis Dei & proximi ardenti calore. Propterea Prou. 17. c. ſcriptũ eſt, In facie prudentis relucet ſapientia. pſalm. quoque teſtatur dicens. Qui timent te, videbunt me & lætabuntur. Super quo Ma- G giſter in glo. inquit: Prior videns lupus, vocem aufert: baſiliſcus ſi prius videt, occidit: ſi prius videtur, occiditur. Quæ ergo virtus in oculis iuſti, qui cum fide videtur: qui cũ ſit imago Dei, ab omnibus honoratur: qui vtique oculorum radij virtutem quandam videntur infundere his, qui fideliter eum deſiderant. Eſt enim inſitum bonis, vt virtutes ſuas in alijs ament. Perfectioribus ergo iuſti aſpectus lætitia, pleriſque vero correctionis admonitio eſt. Verba ſunt Aug. vnde & Malach. 4. dictum eſt: Orietur vobis timentibus nomen meum, vt ſol iuſtitiæ. Ecce ꝙ iris, id eſt, Dei timor præcedit in mente, quaſi Dei ſignum ſpũalis ſerenita- H tis in corde, vnde demum ſequatur ſplẽdor ſolaris exemplaritatis in conuerſatione.

*De gratia, quæ humanas affectiones ad diuinum amorem inflammat.* Cap. 6.

*Gratia inflãmãs quid.* SExta eſt gratia inflammans. Quoniam autem anima in qualibet parte corporis eſt, ideo neceſſe eſt, vt amor mentis redundet totaliter in affectionis ardore, vt non ſolum ſit ardens per dilectionem, ſed etiam conſtans per fortitudinem: vnde de illo Angelo ſubditur: Et pedes eius, tanq̃ columna ignis. Pedes ſiquidem ſpirituales, ſunt quatuor affectiones, videlicet timor, ſpes, gaudium, & dolor. His anima, quaſi animal Dei de ſtatu ad ſtatum proficiſcit: ſicut

A ſicut de loco ad locũ pedibus ambulamus:
vnde ſicut poſt pedes remanent veſtigia:
ſic poſt affectiones, quibus in bona vita ani
ma promouetur, remanēt virtutum & gra
tiarum exempla. Hi ſunt pedes, quos ſan-
ctiſſimus Iob, ca. 29. optabat butiro lauari.
Quis mihi, inquit, tribuat, vt iuxta mēſes
priſtinos. Et poſt: quando lauabam pedes
meos butiro. Tunc nanque pedes butiro la
uantur, quãdo affectiones deuotionis vber
tate impinguantur. His pedibus, Matth. 15.
c. currebat deuota Cananea poſt Chriſtum.
Et Io. 20. Petrus & Ioannes, & illa feruen-
tiſſima Magdalena viſitare ſepulchrum. Hi
B pedes ſunt tanquam columna ignis, vt in
columna, quæ firma & ſurſum erecta eſt;
conſtantes affectiones, & in Deum directæ
denotentur: & feruor amoris demonſtre-
tur in igne.

*De gratia, cuius lumine liber conſcientiæ a-
peritur & declaratur. Cap. 7.*

*Gratia declarãs.*

SEptima eſt gratia declarans. Vnde a Io.
ſubditur, ꝙ hic Angelus habebat ĩ ma
nu ſua libellum apertum. Quid per li-
brum apertum, niſi illuminata conſcientia
deſignatur? Sicut enim in libro multæ ſunt
C chartæ & columnæ: ſic in conſcientia cla-
rent peccata in multis annis & temporibus
operata. In vno eodemq́ue libro ſæpe di-
ſtincti ſunt varij libri varijs materijs ſub-
diſtinctis. Sic in conſcientia patent pecca-
ta ſcripta diuerſarum ætatum, pueritiæ, ado
leſcentiæ, & iuuentutis: diuerſorum ſtatuũ,
virginalis, vidualis & matrimonialis: diuer
ſæ fortunæ, proſperæ & aduerſæ, infirmita-
tis & ſanitatis: diuerſorum officiorum, quæ
in vita homo exercuit: diuerſarum ſocieta-
tum, in quibus fuit. diuerſorum locorũ &
patriarum, quas frequentauit: diuerſarum
D offenſionum, quas patrauit, ſcilicet corde,
ore, & opere. Habet igitur Angelus hunc
conſcientiæ librum apertum in manu ſua,
quia in libertate hominis eſt, Domino in-
ſpirante & mentem illuminante, in quibuſ
cunque Deum offendit, ſe digna diſcuſſio-
ne examinare. Ex his ergo ſeptem gratijs
formatur in anima hic primus conſcien-
tialis timor, ſcilicet, qui mundum, id
eſt, mundanam conſcientiam,
arguit de peccato, ſcilicet
multipliciter in ea
comper-
to.

ARTICVLVS SECVNDVS. E

*De timore ſeueræ iuſtitiæ Dei, quo
etiam timorantur conuerſi.*

SEcundus animæ timor iuſtitialis dicitꝰ.
Cum enim conſcientia diuino lumine
illuſtrata ſe conſpicit Deum tam graui-
ter offendiſſe, & ex hoc cæperit iam time-
re: tunc ad diuinam iuſtitiam maiori lumi-
ne irradiata mentales oculos leuans luci-
dius incipit contemplari, quomodo a Deo
vnicuique redditur ſecundum opera, vt dr̃
Matth. 16. & ad Rom. 2. Propter quod licet
ſit reformatus, tamen maiori quàm prius F
timore concutitur. In hoc ſtatu mens varijs
procellis fluctuat & quaſſatꝰ. Hinc deſpera-
tionum turbines, inde præſumptionum co-
gitationes mulcentes, inter Scyllam & Ca-
ribdim mens poſita eſt. Inſtant pericula ma
gna, tentationes inſurgunt, inſidiatur aduer
ſarius noſter ad extrema compellens. Tunc
pura & feruenti oratione eſt opus, ſicut
Matt. 24. præmonuit Dominus dicens. Ora- G
te, ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbatho.
Hyeme quidem a Deo fugit, qui conſidera
ta ſeueritate iuſtitiæ ſuæ nimio terrore con
cuſſus in deſperationis baratrum ruit. Fugit
autem ſabbatho, qui nimis de Dei bonitate
præſumit. Sed miſericordia & veritate ob-
uiantibus ſimul animæ periclitanti ſuccur-
rit Deus ei dicens, per pſal. Spera in Domi-
no, & fac bonitatem. Et hoc eſt, ꝙ Ioan. de
Angelo ſubdit, Et poſuit pedem dextrum
ſuper mare, & ſiniſtrum ſuper terram. Pe-
des quidem, vt prædictum eſt, affectiones
ſunt bonæ, quibus anima in Chriſto de vir H
tute in virtutem proficit. Omnes autem il-
læ affectiones ad has duas meritò reducun-
tur, videlicet ſpem, & timorem. Iuxta quod
intelligi poteſt illud pſalm. Adorabimus in
loco, vbi ſteterunt pedes eius. Locus ſiqui-
dem pedum Chriſti, conſcientia bona eſt:
quæ ex vna parte Chriſti timet iuſtitiam, &
ex alia parte ſperat conſequi Dei miſericor
diam. In hoc igitur ſolum veri adoratores
adorant Chriſtum in ſpũ & veritate, vt dici
tur Ioan. 4. quando, ſ. in tali cõſcientia Deꝰ
uere colitur & amatur. Pes autem dexter
huius Angeli, ſpes de miſericordia Dei eſt,
qua peccator promouetur in bonum. Vnde
Lu. 15. filius prodigus hac ſpe miſericordiæ
motus ait: Surgam & ibo ad patrem meũ,
& dicam ei: Pater peccaui in cælum, & cæt.
Pes autem ſiniſter eſt timor de iuſtitia, quo
retrahimur a peccato. Propterea hoc timo-
re ti-

*Locus pedũ Chri[...] quis.*



A re timẽs Dauid dicebat. Cogitaui vias me-
as, & conuerti pedes me. in te. tua: vt. ſ. dex
tro pede huius Angeli, i. ſpe Dei, peccato-
ris deſperatio conteratꝰ: & eius ſiniſtro pe-
de, hoc eſt Dei timore temeraria p̄ſumptio
cõprimatꝰ. Et hoc eſt, quod Io. ſubdit, Hunc
Angelum poſuiſſe pedẽ dextrũ ſup mare,
ſiniſtrũ ſup terrã. Quid nanq; per mare, po
tu amarum, procellis & turbinibus agitatũ
conuenientius deſignatur, niſi amaricatũ
cor, quaſi timore & deſperatione confra-
ctũ? Ad quod loquẽs Hier. Thrẽ. 2. c. inquit:
Magna eſt velut mare contritio tua. Quid
B etiam per terram, niſi terreni homines ter
rena amãtes, & de cæleſtibus præſumptuo-
ſe ſperantes denotantur? De qua terra in-
telligi poteſt, quod ſcribitur Eſa. 66. Cœ-
lum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedũ
meorum. Deus in ſpũalibus viris, qui cœ-
lum dicuntur propter mentis claritatem &
vitæ altitudinem, requieſcit: qui tñ ter-
rã, i. terrenos affectus, & de Domino præſu
mentes timore ſuæ iuſtitiæ premit. Con-
gruè ergo Angelus iſte dextrũ pedem ſup
mare ponit: qui quoslibet de Dei miſericor
C dia deſperantes ſpe diuinæ miſericordiæ cõ
ſolatur. Pedem vero ſiniſtrũ ſuper terrã cõ-
ſtituit, qui de diuina miſericordia præſumẽ
tes timore diuinæ iuſtitię moderatur. De
his duobus Eſa. 50. ſcriptum eſt: Quis am-
bulauit in tenebris, ſ. peccatorum, & nõ eſt
ei lumen. ſ. tremendæ iuſtitiæ Dei: ſperet in
nomine Dñi, & innitatur ſuper Dñm Deũ
ſuum Pſal. quoque ait, Spera in Dño: hoc
contra deſperantes: & fac bonitatem: hoc
contra præſumentes inquit.

ARTICVLVS TERTIVS.

*Quanto timore mens etiam iuſti concu-
titur, ne cum aliqua culpa graui
D inueniatur in vltimo fine.*

*Timor iudicialis.*

TErtius quidem timor iudicialis appel
latur. Cum enim mens Deũ offen-
diſſe grauiter ſe conſpicit, licet pœ-
nituerit, lachrymas fuderit, & conſciẽtiam
ſuam omni diligentia ſua lauerit: tamẽ iu-
dicium extremæ mortis conſiderans terro-
re concutitur, timens ne ſeueritas æterni iu
dicis tunc aliquid in conſcientia cernat, qđ
oculos ſuę maieſtatis offendat. Vnde Io. 31.
c. ſcriptũ eſt in perſona hoïs. Semp enim
quaſi ruẽtes fluctus ſuper me timui Deũ,
& põdus eius ferre nõ potui. Propterea a
Io. ſubdit, Et clamauit voce magna. ſ. Ange
lus, quẽadmodũ cum leo rugit. Angelus au E
tem iſte nunc verè Chr̃s eſt, qui vtiq; clama
uit in vita, clamauit in morte, clamat etiam
nunc conſecuta victoria & triumphali re-
ſurrectione.

*Quibus clamoribus viuens Chriſtus ter-
ruit peccatores. Cap. 1.*

PRimo enim in vita clamauit, cum
apparens in humana carne cir-
cũibat diuerſas partes Iſraelitici F
regni: ad hoc tm̃, vt volũtatẽ pa-
tris oĩbus in ſalutẽ publicè nũciaret. Vnde
Matt. 4. ſcriptũ eſt: Circũibat Ieſus totã Ga-
lileã, docens in ſynagogis eorũ, & p̄dicãs
Euangelium regni. Sic pcõres excitans ad
ſalutẽ, vt ab eis audiretꝰ clamabat, Io. 7. c. do
cens in tẽplo, Si quis ſitit, veniat ad me &
bibat. Et Luc. 8. clamabat, Qui habet aures
audiẽdi audiat. Quis enim diſſimulare pote
rit terrorẽ illius clamoris, quẽ Chr̃s ad paſ-
ſionem uadens emiſit, Luc. 23. di. Filiæ Hie-
ruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper
uoſmetipſas flete, & ſuper filios veſtros.
Hoc dicebat Ieſus, vt illas & cæteras p eas G
in timorem mitteret futurorum malorum.
Inter quæ mala, quædã tẽporaliter, & quæ-
dam æternaliter ventura eſſe prænũciauit.
Vnde de tẽporalibus ſubdit: Qm̃ ecce ve-
nient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles,
& uẽtres qui nõ genuerunt, & ubera quæ
non lactauerunt. Tempore nanq; ueniẽtiũ
turbationum, & ſpãliter in mundi fine, fe-
lix eſt unuſquiſque comparatiue loquẽdo:
qui nec filium, nec filiam, nec aliquem ſic
propinquum habet, vt per eũ dupliciter
crucietꝰ. Vnde qui ſolitarius fuerit, ſimplex
miſeria erit illi. Mox de malis æternalibus,
quæ peccatoribus imminent, ſubiungit, di
cẽs. Tunc incipient dicere montibus, cadi- H
te ſuper nos: & collibus, operite nos. Appa
rente autem iudicio Dei, quod peccatori-
bus imminebit, unuſquiſq; pcõrum uellet
tunc p̄ſidiũ uniuſcuiuſq; uel minimi beato
rũ, quos ĩ hoc mũdo oderat, meruiſſe: ut p
merita eorũ tunc ualeret a facie Dei latere.
Vnde & ſignũ de ſe p̄ponit eis, q̃ horribi-
lis Dei ira ſup pcõres tunc imminebit. dic.
Quia ſi in uiridi ligno. ſ. Chr̃o, hoc faciunt,
cuius foliũ nunq̃ defluxit: hoc eſt ocioſum
uerbum nunquã dixit: & tñ talis innocens
ſuſtinuit paſſiones: quid peccatores, quid
flagitioſi, quid etiam ſceleſti, qui ſunt
quaſi aridum lignum ignibus æternis a-
ptiſſimum, pro operibns ſuis merito ſuſti-
nebunt? Ecce clamores horribiles & pauẽ-
di,

*Nullum verbum ocioſum egreſſum eſt ab ore Chriſti.*

A di, quos impij peccatores, niſi omnino ſurdi ſint, timere debent & a peccato cauere, ne incidant in illud tremendum iudicium Dei: qui proprio filio ſuo innocentiſſimo agno pro alienis criminibus nō pepercit.

*Quòd ſuo clamore moriens Chriſtus terruit totum vniuerſum. Cap. 2.*

IN morte quoque, quod mirabilius eſt, clamauit voce magna: debilitauerant autem & laſſauerant corpus Ieſu, qui paſſus iam fuerat torměta innumerabilia: B ſanguineus ſudor in horto & agonia ſtupě da, vinculorum duræ ligationes, rabidæ attractiones & percuſſiones, aſſitudines itinerum, ſputa, alapæ, barbæ & criniū auulſiones, corona ſpinea vſque ad cerebrum penetrans, flagella duriſſima, onera crucis in via, anguſtia & agonia materni aſpectus, tota in illa nocte nulla ſumpta requies, clauorum diræ affixiones; & vitalis ſanguinis quaſi totius effuſio, & totius corporis pendentis in cruce continuus mortalis dolor: & tamen tam terribili, ac magna voce clamauit, ꝙ vt tradunt Euangeliſtæ, ad clamorem eius dicentis, Deus meus, Deus meus, C vt quid dereliquiſti me, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt, cōuerſus eſt latro, ſol obſcuratus eſt, cœlum eſt apertum, infernus quoque, quos captiuos tenebat, ad eius imperioſam vocĕ non eſt auſus tenere.

*Quòd terribili clamore in puncto mortis Dominus Ieſus Chriſtus condemnet animam peccatoris. Cap. 3.*

D QVo igitur clamore & voce magna clamabit nunc viuus, glorioſus & triumphans in cælis, ſuper aures animæ peccatricis in pūcto mortis: cum non ſolum voce magna, ſicut in vita: nec ſolum clamore valido, ſicut in morte: ſed etiam quemadmodum leo cum rugit. i. reſuſcitatus in gloria, poteſtatĕ habens cæli & terræ & infernorum contra animam peccatricem ſententiā æternæ dānationis leonino rugitu & quaſi tremendo & terrendo tonitruo promulgabit dicens: Diſcedite a me, maledicti in ignem æternum. Ad ignem æternum, ad ignem æternum, ad ignem æternum. Ideo Eſa. 30. de Domino tunc contra animam furentĕ ait. Ardens furor eius & grauis ad portādū: q̄tū ꝑtātū vtiq;, quātū grauis eſt ad portandū ignis æternus. Vnde Heb. 10. Horrendum E eſt incidere in manus Dei viuentis. Ecce ꝙ clamor Angeli, id eſt, Chriſti, tunc leonis rugitui comparatur. Cum nanque leo rugit, omnes audientes beſtiæ timent & tremunt. Sic omnis anima peccatoris tremorem iſtum, quem in puncto mortis patietur, iam pertimeſcere debet. Vnde Amos. 3. c. Leo rugiet, quis non timebit. Ex iam dictis patet, ꝙ triplex eſt timor Dei, quo tota anima reformatur, videlicet conſcientialis, iuſtitialis, & iudicialis, propter hoc ergo veniens in mundum ſpūs veritatis arguit mundum de peccato, cum timore pri- F mo: de iuſtitia cum timore ſecundo: & de iudicio cum timore tertio. Per hos igitur tres timores Dominus in conſcientia imperat febri crimino ſæ vitæ & dimittit illam, reformans eam per gratiam in præſenti & per gloriam in futuro: Quod nobis concedat ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto, viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

---

## FERIA SEXTA.
## poſt iij. Dn̄icam in Quad. G

*De mendacio execrando.*

## Sermo XXXI.

*HVnc quem habes, non eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Ioā. 4. c.* Vulgariter dici ſolet, ꝙ qui verum dicit, non laborat. At ecōtra de mĕdacibus euenire neceſſe eſt, ſicut experientia docet, & doctores illuminatiſſimi atteſtantur. Vnde Greg. 12. morali. ait. Qui relicta veritate mentiri deſiderat, vt audientes fallat, magnum H laborem ſubit, cuſtodiendo ſollicitè ne eius fallacia deprehendi queat. Ponit quippe ante oculos, quid ſibi a ſcientibus veritatem imputari queat: & cum magno cogitatu ꝑtractat, quomodo per argumenta falſitatis documenta veritatis ſuperet. Hinc inde ſe circumtegit, & contra hæc, vbi depræhendi poterit, veritati ſimilem reſponſionem quærit. Qui ſi vellet dicere verum, vtique ſine labore poſſet. Plana quippe eſt veritatis via, & graue eſt iter mendacij. Vnde Hiere. 9. docuerunt linguam ſuam loq̄ mĕdaciū, & ut iniquè agerent, laborauerunt. Quia igitur heſterno timore animus correctus eſt, iam conſueta mendacia derelin-



A quit: iam in mendacijs ſicut ſollicitus erat laborare renuit: iamque per plana itinera veritatis ſe incedere diſponit: exemplo huius Samaritanæ, quæ abiecto rubore veritatem fatetur dicens, Non habeo virum. Cui Dominus ait: Benedixiſti, non habeo virū: quinque enim viros habuiſti: & hic, quem habes, non eſt tuus vir: hoc vere dixiſti, in ea commendans facilem & liberam veritatem. Et in hoc exponetur ſeptima Religioſitas, quæ veræ locutionis nūcupata eſt. B Pro qua affectualiter aſſumenda, vt in amplexum veritatis curramus atque omne mĕdacium deteſtemur, de ipſo mendacio diſſeramus, vt cognita execrabili malitia eius, & derelicta longeque abiecta, veritatem ſectemur: illi adhæreamus, atq; eam omni ſolertia & totis viſceribus diligamus. Tria igitur myſteria, ſiue tres conſiderationes, de ipſo mendacio diſtinguamus. Primam videlicet de illius crimimali variatione, ſecundam de illius radicali corruptione, tertiam de illius generali punitione. De quibus omnibus in 5. pſal. propheta ait ad Dominum. Perdes omnes, qui loquuntur mĕdacium. Cum enim ait, omnes qui loquuntur, ponit mendacij criminalem variatio- C nem: cum vero addit, mendacium, tangit eius radicalem corruptionem: cum vero dicit, perdes, exprimit eius generalem punitionem. Quod verbum poteſt eſſe in præſenti materia thema.

*Tria myſteria ſiue tres conſideratiōes.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Quòd triplex mendacium variatur.*

PRimum igitur myſterium ſeu conſideratio circa mendacium eſt de illius criminali variatione, ſecundum Alex. de Ales, triplex mendacium diſtingui poteſt. Primum eſt mendacium oris, ſecundum eſt mendacium operis, trium eſt mendacium criminis.

D *De differentia, quæ eſt inter falſitatem mentiri & mendacium. Cap. 1.*

PRimum eſt mendacium oris, & ſic mendacium propriè ſumptū eſt. Aduertendum tamen eſt, quòd differunt inter ſe iſta tria. ſ. falſitas, mentiri, & mendacium. Nam falſitas eſt ſolum in ore, mentiri ſolum in corde, mendacium vero vtrunque complectit, quia & ore & corde ꝑpetratur: quod nos, iuxta vulgare dicimus, mentiri per guttur. Primo enim eſt falſitas, quando ſolum ver E bum eſt falſum, ſed non dr̄ intentione fallĕdi. Non enim omnis dicens falſum mentitur, ſicut manifeſte ponitur. 22. q. 2. c. is autem, & c. beatus, & c. ſi quilibet. §. Abraam. Et ad hoc patet exemplum de illo, qui numerat ad damnum ſuum. Et de ſcriptore, q̄ errat in ſcribendo etiam proprium nomĕ. Quando autem talis falſitas ſit peccatum, diſtinguendum eſt: quia ſi homo adhibuit debitam diligentiam, non peccauit. Si autĕ F non, tunc ſi ſine damno proximi vel iniuria Dei falſitas aſſeratur, veniale eſt: quia, vt dr̄ 22. q. 2. c. homines, ream linguam non facit, niſi rea mens. Si autem cum iniuria Dei, vel offenſa proximi proferatur, tunc mortale eſt, quia in pernicioſum mendacium tranſit. Secundo autem mentiri eſt, quod dr̄ cōtra mentem: quia iuxta Ethymologiam vocabuli, mendaciū eſt contra mĕtem ire, licet etiam homo dicat verum, ſicut patet, ſi quis contra mentem dicat, In tali loco iſta nocte pluit, quod tamen non credit, & nihilominus verū eſt: vel dicat, talis eſt in domo: quod quidem non cre- G dit, & tamen eſt ibi: Talis ſemper peccat, vt ponit Aug. 22. q. 2. c. is autem. Quando aūt mortaliter, vel venialiter peccet, diſtinguendum eſt: quia ſi ex tali mendacio Dei iniuria, vel proximi ſubſequatur, mortale eſt: ſinautem, eſt veniale. Bern. autem ſuper can. ſermone. 17. In hoc etiam diſtinguit, dicens. Eſt qui dubiè profert mendacium, nec mentitur: & eſt qui veritatem affirmat, quam neſcit, & mentitur. Nam & ille non quidem, quod non eſt eſſe, ſed quod credit, credere ſe dicit: & verum dicit, etiā ſi hoc ipſum verum non eſt. Verum nō dicit, etiam ſi verum ſit, qui quod neſcit aſſerit. Igitur nec manifeſta debent adduci in H dubium, nec dubia temerè affirmari. Ex his igitur patet, quanta differentia ſit inter mĕtiri & dicere falſum. Nam ſicut Greg. 8. moral. ait. Nonnunquam peius eſt mendacium meditari, quam loqui. Nam loqui plerunq; præcipitationis eſt: meditari vero ſtudioſę prauitatis. Claret etiam ex prædictis, quòd omnis mentiens dicit falſum, ſed non ecōuerſo. Tertio autem eſt mendacium, quod quidem committitur, cum corde & ore cōtra veritatem dicit: ſicut ſi tu mutuaſti cuidam centum ducatos ad terminum vnius anni: præterito autem anno tibi denegat illos, mendacium dicit. Et ſecundū hunc ſenſum. 22. q. 2. c. ille ergo. mendacium ſic diffinitur ab Aug. Mendacium eſt falſa ſignifi-

*Falſitas. mĕtiri, & mĕdaciū.*

*Mĕtiri, & dicere falſum.*

catio

A catio vocis cũ intentione fallendi. Hugo ẽt lib. 1. parte. 12. c. 12. ẽt ſuperaddit, dicens. Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis, cum voluntate fallendi: vel quæ præſentialiter adeſt, vel poſtea aduenit. Nam ſi quis promittit: poſtea vero mutata voluntate dare non vult, mendacium eſt: non quia in ꝓmiſſione cor duplex fuerit, ſed qa promittẽs cor poſtea duplicauit: hæc ille. Pōt etiã clarius dici, ſ. ꝙ propter duo contingere pōt, ꝙ homo promiſſa non ſeruat. Primo, quia promittit aliquid alicuius importantiæ, & non intendit ſeruare id, ſeu poſſe adimplere. Et hoc ſiquidem eſt pernicioſum mendacium & mortale: ſicut quotidie facere ſolent artifices & mercatores, qui promittũt aliquid facere vel ſoluere & ſatisfacere in B termino tali, quod tamen adimplere poſſe non credunt, nec id ſeruare intendunt. Pōt tamen res promiſſa, tam vilis eſſe & innocua illi, cui promiſſio non ſeruatur, ꝙ non erit mendacium mortale, niſi fortè ꝓpter ſcandalum, vel malum exemplum. Secũdo modo, cum promiſit cum intentione implẽdi: & tunc dicendum, ſecundum Tho. 2. 2. q. 11. ꝙ talis non mentitur, quia non loquitur contra id, quod egerit in mente. Si autem non faciat, quod promittit: tunc infideliter agit per hoc ꝙ animum immutauit. Poteſt tamen dupliciter excuſari. Primo C ſi promiſit id, quod eſt manifeſtè malum. Nam. 22. q. 4. c. in malis. Iſido. inquit, In malis promiſſis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum. Secundo modo ſi conditiones mutatæ ſunt: Nam ſm̃ Sen. de benefici. Ad hoc ꝙ homo teneatur facere, quod promiſit: requirit̃ ꝙ omnia ĩmutata ꝑmaneãt. Vnde ſm̃ glo. 2. Cor. 1. Paulus dicens ſe vẽturum Corinthum, non fuit mentitus, licet non venerit: quia non erat de intentione ſua, cum illa dixit, aliter facere. Idem. 22. q. 2. c. beatus Paulus. Ex prædictis igitur patet, ꝙ quodcunq; mendaciũ ſemper eſt peccatum, ſicut ponit̃. 4. q. 1. in fine. Sed quando ſit mortale vel veniale, in Quadrageſimali de amore, in ſermo...... monſtratũ eſt.

*Mẽdaciũ quid.*

*Simile.*

*In turp voto mutandũ decretum.*

### *De mendacio operis, & inter mendacium oris, & operis, quæ differentia ſit. Ca. 2.*

D SEcundum mendacium eſt operis: & ſic mendacium ſumitur pro peccato duplicitatis & ſimulationis, ſeu hypocriſis, ſcilicet cum vnum in mente, & aliud malitioſè ſumatur in opere. Vnde propheta de talibus ait. Mendaces filij hominum ĩ E ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Mendaces nempe ſunt tales in ſtateris, quia plus eorum opera ponderare vidẽtur, quam in veritate ponderis habeãt. Sed aduertant huiuſmodi, quod Prouer. 15. ſcriptum eſt, Spirituum ponderator eſt Dominus. Et ad talem mendacem Dan. 5. c. dictũ eſt, Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens. Quare autem ſint tales ĩ ſtateris mendaces, ſubditur, vt deci. ipſi de vanitate in idipſum. i. in eo ꝙ mentiuntur ſe habere æquam ſtateram. De hoc igit̃ mendacio operis. 22. q. 5. c. cauete, Ambro. ait. Cauete fratres mendacium, quia omnes, q F amant mendacium, filij ſunt diaboli: Non ſolum in falſis verbis, ſed in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium nanq; eſt Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non facere. Mendacium eſt, epiſcopum, ſacerdotem vel clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari. Et ſecundũ glo. in prædicto. c. trahitur argumentum, quòd factis mentimur, ſicut & verbis: & factis negamus Chriſtum, ſicut & verbis:. 11. q. 3. c. æſtimant. Hinc etiam Augu. de vera religione, inquit: Ille mentitur, qui vult videri G quod non eſt. His igitur conſideratis mulier vana, in qua a planta pedis vſq; ad verticem omnibus ſigillatim conſideratis nihil niſi ſimulatũ reperiri poteſt: quid reputari debet, niſi mons, ſeu cumulus mendaciorum & falſitatum? Si conſideretur etiã quodlibet exercitium ſiue ars in quolibet ſtatu, in quolibet gradu, & in quolibet ſexu, totum mundũ duplicitatibus & his mẽdacijs reperies plenũ, ita vt nulla alia mercantia maior hac in mundo decurrat, vel valeat reperiri. Si aũt quærat̃, quod graui⁹ pec H catum ſit, mentiri facto vel verbo. Dicẽdũ, ſm̃ Thomam in Quolibeto, ꝙ cum eadem intentio ſit fallẽdi facto vel uerbo, ĩ vtroq; vterq; peccat æqualiter: verbũ. n. & factũ, vt inſtr̃m fallendi, aſſumit̃ ab hoĩe. Propterea nihil refert, quantum ad pc̃tũm mẽdacij, vtrũ verbo vel ſcripto vel nutu, aut quocunq; alio facto aliquis mentiat̃: ſicut quãtum ad pc̃m homicidij nihil refert, vtrum aliquis interficiat hoĩem gladio, vel ſecuri. Poteſt etiam dici, & non indoctè, ꝙ periculoſius eſt mendacium in ſimulatione bonę vitæ, q̃ in verbo falſæ doctrinæ: vnde primum mendacium ſecundum includit. Creditur enim falſæ doctrinę propter apparentiam bonæ vitæ. Vnde Apoſtolus. 2. Cor. 11. periculum in falſis fratribus, connumerat inter pericula grauiora.

*Mendaciũ operis quid.*

*D. in ... bem.*





### A *Quòd omne peccatum, mendacium eſt. Cap. 3.*

TErtium autem mendacium, criminis eſt: & tunc mendaciũ ſumitur cõmuniſſimè, ſicut dicit glo. ſup illud Pſal. delectaſti me Dñe, in factura tua. vbi ait: Omne mendacium eſt peccatũ, quia eſt cõtra legem & veritatem: quod quidem pro tanto dicitur, quia a vero bono elõgat & veram delectationem, quam promittit, nõ donat. Sic autem ſumitur Ioan. 8. diabolus dum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt & pater eius. ſ. mẽdacij, ſm̃ glo. Nam ſicut Gen. 3. c. patet: Ip B ſe fuit qui primus mendacium adinuenit, cum Euæ inquit: Nequaquam moriemini. Et iterum Pſalm. ait: Omnis homo mẽdax, id eſt, peccans: propterea omnis peccator, filius diaboli eſt. Hinc Ioan. 8. Iudæis Dominus ait. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Et iterum Greg. ait: Omne mendacium, iniquitas eſt: & omnis iniquitas, eſt mendaciũ: quia profecto ab iniquitate diſcrepat, quicquid a veritate diſcordat. immo ſicut Anſelmus in de ſimilitudinibus inquit: homo plerunque plus loquitur facto quàm verbo: ſicut patet exemplo medici, cum herbam quãdam C diceret ægroto ſalutiferam eſſe, nec ex ea comederet: aliam vero mortiferam eſſe & ipſe ex ea guſtaret: plus enim ei actu quam verbo diceret: quia ei plus hanc actu, quam illam verbo conſiderandam ſuaderet. Cum igitur quippiam quis agit, vel dicit, vel cogitat, ſic eſſe agendum, dicendum & cogitandum quidem cęteris monſtrat: quod ſi ita eſt verum actu, mente verboque loquitur: ſi vero non eſt eiſdem omnibus econtra mentitur: vnde omne mendacium peccatum eſſe probatur: quia non niſi cogitatione, locutione & operatione peccatur, D quibus quotiens peccamus, Deo & hominibus mentimur.

*Mendacium criminis.*

*Exẽplũ.*

## Articvlvs Secvndvs.

### *De ſeptem cauſis, quare mendacium nunquam aliquo caſu licet.*

SEcundum myſterium ſeu conſideratio circa mendacium, eſt de illius radicali corruptione. Circa quod quæri poteſt, vtrum aliquo caſu liceat dicere mendaciũ? Ad quod dicendum, ſecũdum Auguſtinum libro de mendacio, ꝙ nullo modo, nullo E fine, nulla diſpenſatione humana vel diuina poteſt licitè mendacium dici. Et in hoc communiter cõueniunt omnes Doctores. Ratio autem, quare non liceat vnquam, eſt quia eſt peccatum in ſe, & ſecundum ſe. Ad cuius intelligentiam notandum eſt, ꝙ dupliciter dicitur aliquid eſſe malum: aut ex genere ſeu ex malitia actus & operis, aut ex deprauata intentione. Primo quidem ex genere, ſeu ex malitia actus & operis dicitur aliquid eſſe malum: & hoc cum actus ſuper materiam indebitam tranſit. Contingit autem tranſire actum ſuper materiam indebitam dupliciter. Primo reſpectu Dei, ſecundo proximi. Primo quidem F tranſit ſuper materiam indebitam reſpectu Dei: & ſic dicitur eſſe malum in ſe, & ſecũdum ſe: nec aliquo modo poteſt bene fieri: ſicut Deum odire, blaſphemare, periurare & conſimilia. Secundo modo vero tranſit ſuper materiam indebitam reſpectu proximi: vt nocere proximo: & ſic eſt malum in ſe, non tamen ſecundum ſe: vnde poteſt aliquo fine bene fieri, quia poteſt ibi recta intentio ac bona ſuperuenire: ſicut contingere poteſt officiali, qui hominem ad mortem condemnat propter iuſtitiæ debitum atque zelum. Secundo poteſt eſſe aliquid malum ex deprauata intentione: & G ſic ſiue ſit reſpectu Dei, ſiue reſpectu proximi, eſt ſimpliciter malum: & nullo modo poteſt fieri bene, quia dicit priuationem debiti finis. Tale autem eſt mendacium: quia non tantum dicit malum ex hoc quòd tranſit ſuper materiam indebitam, ſed etiã quia habet intentionis malitiam. Hinc Rabanus ſuper Leuit. ait: Mendacium, quia iniuſtum eſt, ideo prohibitum eſt: non ideo eſt iniuſtum, quia prohibitum. Ex his igitur patet, quòd mendacium eſt malum in ſe, & ſecundum ſe, & quòd nunquam aliquo caſu licet. Cuius etiam ratio poteſt ſumi ex ſeptuplici reſpectu. Primo ex reſpectu ad exemplar primum, ſecundo ex reſpectu dicentis, tertio ex reſpectu dicti, quarto ex reſpectu audientis, quinto ex reſpectu ad commune pactum, ſexto ex reſpectu voluntatis ad ſuum actum, ſeptimo ex reſpectu ad conuerſationem cõmunem ſeu communionem hominum quoruncunque.

*Malum aliqd dupliciter dicitur.*

*Actus ſuper materiã indebitã tranſit dupliciter.*

*Mẽdacij mala conditio.*

*Mẽdacij natura, et malitia ſeptuplici reſpectu declaratur.*

A. *Non licet homini aliquo modo mentiri, cum primo exemplari, quod eſt Deus, teneatur continue conformari, & illi inſeparabiliter adhærere.* Cap. 1.

*Reſpectu ad exemplar declaratur mēdacij malitia.*

PRimo mendacium eſt omnino illicitū, quod poteſt oſtendi ex reſpectu ad exemplar primū, quod eſt veritas prima & ſumma: de quo impijſſima foret blaſphemia dicere vel ſentire, ꝙ ipſum ſm ſe eſſet in aliquo mendoſum vel falſum: aut ꝙ eius verbū autquicquam contentū in ipſo verbo mendoſe ſeu B falſe exprimeretur: immo tam mirabiliter diligit Deus veritatē .i. ſeipſum, qui veritas eſt, ꝙ ſm glo. 1. Cor. 15. horrendum eſt aliquid falſi dicere de Deo, etiam ſi ad laudem eius videatur prouenire: quia non minori, ſed maiori fortaſſis ſcelere in Deo laudatur falſitas, q̃ vituperetur veritas, cum Iob 13. c. dicat, ꝙ Deus non indiget noſtro mendacio. Conſtat autem, ꝙ rationalis, ſeu intellectualis creatura, in quantum talis eſt eius imago, & omnis eius expreſſiua ſignificatio, eſt imago illius verbi facta & creata, ad hoc vt primam veritatem, cuius imago eſt, ſemper attendat, ſemper in ſe tranſcribat, C atq; interius & exterius ſemper exprimat, & ſm illā regulam in omnibus ſemetipſam dirigat atq; omnia faciat: ab eadē nullatenus deuiando, ſed eam in omnibus conſiderando, amando, ſeruando, venerando, laudando & magnificando. Sed mendaciū nō eſt aliud q̃ macula, infectio, corruptela & deprauatio omnium prædictorum. Ex quibus patet, ꝙ mendacium ex ſe & ſm ſe peccatum eſt. Hinc ſm Anſelmū, Deus poteſt facere ꝙ furtum non ſit peccatum: ſed de mendacio non poteſt, quia Deus non poteſt recedere a veritate, cum ſit ipſe veritas. Sed de furto poteſt diſpenſare ꝙ non ſit peccatū, quia Domini eſt terra & plenitudo eius.

*Furtum quis ſecūdū ſuā rationē formalē ſemper ſit peccatū ſi tn̄ ſuccedat tpe neceſſitatis nō debet dici furtum ſed potius ſubuētio: vnde excuſatur.*

*Quòd nunquam licet dicere mendacium, quia in eo nequiter voluntas hominis deprauatur.* Cap. 2.

SEcundo ex reſpectu dicētis ad obiectū volitū & intentū. Conſtat enim, ꝙ mētiens vult falſitatem & alterius deceptionē a ſe manare. Sed voluntas cōformatur ſuo formali obiecto ſeu volito: ergo eſt infra ipſum vis, ſeu defectus illius falſitatis & fallaciæ, ita ꝙ verè poteſt dici voluntas fallax, & falſitatis amatrix ſeu volitrix. Falſum autem in quantū falſum, contradictio- E nem includit, quæ prætendit rem eſſe aliter quam ipſa ſit: ergo ipſa eſt auxiliatrix falſitatis & diſcohærentiæ. Sed hoc eſt contrariū rationi & æquitati naturalis legis: ergo omnis mentiēs ſcienter eam applicat & cōglutinat falſitati & cōtradictioni mēdacij.

*Falſum in quātū falſum.*

*Quòd in mendacio abutitur homo verborum ſignis.* Cap. 3.

TErtio ex reſpectu dicti, ſeu verbalis ſigni ad ſuum directum vſum: rectitudo etenim ſigni inquātum ſignū, atq; eius rectus vſus, eſt ſignificare verum: F ergo qui eo vtitur ad ſignificandum falſum ſcienter, ipſum obliquat a rectitudine ſua. Obliquitas autem in moralibus idem eſt, ꝙ peruerſitas. Cōſtat autem ꝙ voluntaria ſignificatio actus eſt moralis: & hoc intātum ꝙ ſuū eſſe accipit a voluntate & intentione ſignantis. Hinc 22. q. 2. c. is autem, Aug. ait: Verba propterea ſunt inſtituta nō vt per ea ſe inuicem homines fallant, ſed vt eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta, peccatū eſt. Hęc ille.

G

*Quòd quilibet naturaliter appetit a nemine mendacijs falli.* Cap. 4.

QVarto ex reſpectu audientis quilibet naturaliter habet appetitū nūquam velle falli, ſed ſemper velle ſibi dici verum: quod & Aug. aſſerit lib. 10. Confeſſio. di. Multos expertus ſum, qui fallere vellent: qui autem falli, neminem: ergo omnis mentiens ſemper facit contra naturalē rectitudinem voluntatis audiētium, ac per conſequens & ſuæ, inquantum eſt audiēs, aut aptus natus audire.

*Mendaciū cōtra naturalē rectitudinis.*

*Quòd mendacium eſt contra communem inſtitutionem ſignorum a communitate hominum inſtitutam.* Ca. 5. H

QVinto ex reſpectu ad cōmune pactū, ſeu ad communem legem & inſtitutionē ſignorum. Infringere .n. commune ius, aut communē legem & pactū, illicitū eſt, ſaltē illi qui eſt ſubditus illi pacto, & illi cōmunitati. Quantū autē lex & peccatum maioris eſt firmitatis, conradicabilitatis, neceſſitatis & vtilitatis: tāto peius eſt infringere illud. Sed pactum ſignorum, de quibus nunc loquimur, eſt huiuſmodi. Ex quadam



A quadam enim naturali & communi inſpiratione atque concordia gentium manauit ius idiomatum & linguarum.

*Quòd dicere mendacium, nunquam licet cum voluntas in eo ſit contraria actui ſignificandi.* Cap. 6.

SExto ex reſpectu volūtatis ad ſuū actū ſignificandi, ſeu formandi ſignum ſub ratione ſigni. Conſtat autem, ꝙ omnis defectus per ſe manās a cauſa, potius eſt in cauſa à qua manat, q̃ in ſuo effectu: ſed falſitas ſignificationis per ſe manat a mentiē- B te: imò vix poteſt eſſe aliquid reale in ſigno merè voluntario, ſed ſolum in ſignificante: ergo aut ipſa mendoſitas ſignificationis eſt in ipſo mentiente, aut alia maior illa: ergo mentiens eſt formaliter mendoſus & cauſa mendacij. Sed neutrum horū poteſt habere rationem boni, aut rectè volibilis. ergo quicunq; hoc vult, non ſolum eſt mendoſus, ſed ēt peruerſæ voluntatis. Propterea Mat. 12. Dn̄s ait: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo de ma. the. cor. ſui profert mala. Vnde manifeſtiſſimum ſignum bonæ voluntatis eſt, abſtinere ſe a mendacijs, a iuramentis, a blaſphemijs: ſicut econtrario frequentatio C prædictorum, malæ voluntatis indiciū eſt.

*Abſtinere à mēdacio argumentū bonæ mētis.*

*Quod tota communicatio hominum ex mēdacio ſuſcipit corruptelā, & de innumerabilibus malis, quæ ex mendacio ſubſequuntur.* Cap. 7.

SEptimo ex reſpectu ad cōuerſationem communem, ſeu ad communionem hominum quorūcunq;. Conſtat nēpe, ꝙ tota communicatio hominum inſtrumētaliter conſiſtit in actu ſignificationis. Nullus enim poteſt alteri cōmunicare aliquid ſui D cordis, niſi per aliquod intermedium ſignū. In quibus ſignis vox obtinet principatum: ergo corruptio ſignificationis, quæ ex mendaci lingua ꝓcedit, eſt corruptio totius cōmunicationis humanæ. Vnde videmus ex hoc ſequi, ꝙ ex multitudine mendaciorum & hominū, qui ſunt mendaces, nullus quaſi alteri credit, iuxta illud Hiero. Mendaces faciunt, vt vera dicentibus nō credantur. ſine mutua autem credulitate nulla eſt fidei ſocietas, nulla in aliquo fides, nulla ſpes & cōfidentia firma, nulla amicitia vera, nulla pietas, nullum fędus vel pactum, nulla cōcordia, nulla pax, nulla deniq; in aliquo bono E firmitas eſſe poteſt: ergo mendacium cauſa eſt innumerabilium ſcelerum & malorū. Nam eſt radix omnis illegalitatis, omnis fraudis, omnis iniuſtitiæ, omnis duplicitatis, omnis detractionis & murmurationis, omnis falſi teſtimonij, omnis periurij, omnis iniquæ accuſationis, omnis hypocriſis, omnis proditionis, & innumerabiliū aliorum malorum. Tolle mendacium, & ceſſabunt omnia ſupradicta, & regnabit in mundo veritas pura, fides clara, firma ſpes, charitas mutua, ſimplicitas ſancta, ſocietas bona, amicitia vera, concordia certa & pax atque tranquillitas inconcuſſa, & inter homines vita immaculata. Ex quibus apertè patet, ꝙ mendaciū facit de mundo Dei, mundum diaboli. F

*Mēdacis pœna.*

ARTICVLVS TERTIVS.

*De triplici punitione, qua a Domino puniuntur mendaces.*

TErtium myſterium, ſeu conſideratio circa mendacium, eſt de illius generali punitione. Triplici namq; punitione a iuſto iudice Deo puniuntur mendaces. Primo punitione ſpirituali, ſecundo punitione corporali, tertio punitione æternali. G

*Mendaciorū, & mētientiū pęna.*

*Quòd mendaces puniuntur etiam in præſenti, ſpirituali pœna.* Cap. 1.

PRimo puniuntur mendaces punitione ſpirituali: quia ſicut decipere quærunt, ſic deceptos & H inanes ſe inueniunt: Vnde Eccleſiaſti. 34. Vana ſpes & mendacium inſenſato viro. Et iterum contra eos, qui per mēdacia ditari quærunt, Oſeæ 12. cap. ait. Effraim, qui creſcens. ſ. in diuitijs interpretatur. Paſcit ventum. & ſequitur æſtum. ſ. incaleſcentis cupiditatis. Vel etiam ad literā. Tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat. Et de fructu talium Prouer. 10. cap. ſcriptum eſt. Qui innititur mendacijs, hic paſcit vētos. Propterea Eccleſiaſti. 20. c. ait: Opprobrium nequā in homine mendaciū. ſequitur, Potior eſt fur quàm aſſiduitas viri mēdacis. Et addi poteſt, ꝙ etiam potior eſt homo luxurioſus, q̃ homo mendax. Vnde Ep̄s quidam ait; Mallē habere nepotem luxurioſum, quàm mēdacem: quia mendaciū cum ſenio creſcit, luxuria vero decreſcit.

*Pulchrū dictum.*

A Sæpe enim plura mendacia multiplicabit vna ſexagenaria vetula per vnum diem, quàm puer 10. annorum per integrum annum. Propterea admonet Eccleſtaſtes 4. c. di. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Nam, vt dicitur Sapien. 1. Os quod mentitur, occidit animam.

*De corporali punitione & morte, qua puniuntur mendaces. Cap. 2.*

SEcundo puniuntur mendaces punitione corporali, ſicut patet de Anania & Saphyra, Act. 5. Nam dixit Petrus: Anania, cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spirituiſancto, & fraudare de precio agri? non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Factum eſt autem poſt ſpatium quaſi horarum trium: ecce vxor eius, neſciens quod factum fuerat introiuit. Cui Petrus: Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vẽdidiſtis? Quæ ait, etiam tanti. Cui Petrus: Quid vtiq; conuenit vobis tẽtare Spiritum ſanctum Domini. Quæ confeſtim cecidit ad pedes eius, & expirauit. Idem quoque ponit Clemens 12. q. 1. cap. dilectiſſimis.

B *Qua pœna puniã tur mendaces.*

C Dan. quoq; 13. ſcriptum eſt, quòd duobus ſenibus luxuria rabidis inique accuſantibus ſanctiſſimam Suſannam, ac mendaciter teſtificantibus contra eam, Daniel primo ait: Dic, ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi? qui ait, ſub cino. Dicit autem Daniel, Rectè mentitus es in caput tuum. Et illo amoto iuſſit venire alium, & ait: Dic, ſub qua arbore comprẹhenderis eos colloquentes ſibi? qui ait, ſub pino. Et ait Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum. Veritate denique patefacta in zelo populi lapidati ſunt.

*Exempla varia ex ſacris lrĩs illorum.*

D *De ſupplicijs & confuſione, quibus mendaces cruciabuntur. Cap. 3.*

TErtio puniuntur mẽdaces punitione æternali. Nam ſicut Prouer. 20. ſcriptum eſt, Suauis eſt homini panis mendacij, ſcilicet in præſenti: poſtea, i. in altera vita implebitur os eius calculo, id eſt duriſſima punitione. Et iterum Apoc. 21. Omnibus mendacibus pars illorum in ſtagnum ignis & ſulphuris. Ignis denotat aduerſitatem & iram, iuxta illud Deuteronom. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Sulphur terra vrens & fẹtens eſt: & denotat proſperitatem & concupiſcentiam, vt innuatur, quòd ſicut in præſenti mendacijs vſi ſunt, vt euaderent aduerſa, & acquirerent proſpera: ita in inferno duas patientur ex hoc afflictiones & pœnas, ſcilicet ignis, qui correſpondeat aduerſitati: & ſulphur, qui correſpondeat proſperitati.

*Mẽdaces multa ſupplicia manent.*

E Quanta autem confuſione in die iudicij replebuntur mendaces, oſtendit propheta Pſalm. 58. Execratione & mendacio annũciabuntur in conſummatione, in ira conſummationis, & non erunt, & ſcient quia Deus dominabitur Iacob. Ait enim de execratione, quam ſæpe ſuper ipſos iudicialiter inuocabant, dicendo: Si res ita ſe non habet, maledicar ego a Deo: vel diabolus habeat animam meam: & mendacio, quo alios deceperunt, annunciabuntur, ideſt omnibus notabiliter apparebunt, ſcilicet quando, vt dicitur 1. Corinth. 4. veniet Dominus, qui ſcilicet lumine veritatis ſuæ illuminabit abſcondita tenebrarum, id eſt mendacia & mendaces: & manifeſtabit conſilia cordium. id eſt omnes duplicitates & ſimulationes: in conſummatione, id eſt in fine mundi, in ira conſummationis, id eſt, in conſummata & plena iracundia Dei.

*Pſal. 58.*

F G Dicitur autem ira conſummationis ad differentiam iræ purgationis, De qua Mich. 7. cap. dictum eſt, Iram Domini portabo. Ira namque purgationis portari poteſt, ſed non ira conſummationis. vnde in perſona damnatorum idem propheta ait, Defecimus in ira tua. Propterea hic ſubdit, Et non erunt, quia non poterunt ſuſtinere, & tamen ſuſtinere neceſſe erit. Erit enim ibi defectus ſine defectui ſicut Auguſtinus ait: Et ſcient tunc tales execratores & mendaces, quia Deus dominabitur Iacob. id eſt, veracium luctatorum: qui ſcilicet in præſenti ſẹculo continuè in lucta erant a dextris & a ſiniſtris, ne propter proſpera, vel aduerſa mendacium loquerentur: & finium terræ. id eſt, eorum, qui cum iuſtis finibus & terminis dilexerunt tranſitoria & terrena, nec voluerunt mendacis vti, ne amitterent, vel lucrarentur temporalia & mundana: Inter quos hoſtes mendacij & veritatis zelotes nos connumerabiles reddat ipſa diuina veritas, Chriſtus Ieſus hic per gratiam, & in futuro per gloriam, in ſæcula ſæculorum, Amen.

H

SABBA-



A

# SABBATO post iij. Domin. in Quadrag.

*De duplicitate.*

## Sermo XXXII.

HOc autem dicebant tentantes eum vt poſſent eum accuſare, Ioan. 8. Mira eſt enim malitia iniquorum, vt quemadmodum fluuius ſeu lacus, ſi vna ex parte exitus obſtruatur, ex altera quidem parte erumpat. Si enim mẽdax eſſe conuincitur, aut in mendacio deprehendi timet homo pernicioſus, audito in præcedẽti ſermone, quanta ſit mendacij corruptela, ad duplicitatem refugium habet. Ecce Scribẹ & Phariſæi mendacijs & malitijs plenum commentum fingunt, duplicitatibus communitum, atque retia expandunt, vt dominũ capiant in ſermone. Nã ſedente eo in templo coram ſimplicium turba, vt illos doceret de regno Dei, adducunt ipſi Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprẹhenſam, & ſtatuerunt eam in medio, ſcilicet populi, ad magis Chriſtum confundendum, ſi reprẹhenſibiliter reſpõderet.

*Simile.*

B

C Et dixerunt ei, culpam illius exaggerãtes: Magiſter, hæc mulier modo. ſ. recenter, quaſi dicerent, Non eſt veriſimile, ꝙ de hoc pœnitentiam egerit: deprẹhenſa eſt. ſ. de facto, quia non poteſt aliqua tergiuerſatione cẹlari: in adulterio: quod execrabile eſt. In lege autẽ Moyſes mandauit, ſcilicet ex præcepto Dei huiuſmodi lapidare: atq; illum ad præcipitiũ prouocantes aiunt: Tu ergo quid dicis? hoc autem dicebant tent. eum, vt poſ. eum accuſare, ſcilicet ſi diceret contra legem: Videbant enim ſupra modum eum manſuetum & pium & publicanis & peccatoribus condeſcenſiuum, propterea duplicitatem machinati ſunt intra ſe dicentes: Si illam dixerit abſoluendam, accuſabimus eum coram populo & Pontificibus noſtris tãquam hæreticum & contrarium legi: Si autem aſſereret illam lapidandam, reddemus eum populo odioſum, & quaſi de mendacio notabimus eum, quia ſe mendoſè & fictè ſimulauerit manſuetum & pium. O malitia nequam: Inſequitur peruerſitas rectitudinem, falſitas veritatem, ſtultitia ſapiẽtiam, corruptio integritatem perfectam, atq; duplicitas ſimplicitatem diuinam. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, cum de ipſo propheta decantet, Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & de. te mira. dextera tua. Nam & veritatem protulit, & piam manſuetudinem demonſtrauit, & iuſtitiam non offendit, quia fuit veritate clarus, & manſuetudine pius, & iuſtitia rectus.

D

E Et in hoc octaua Religioſitas comprẹhendi poteſt: quæ quidem rectitudinis dicta eſt, per quam duplicitas radicitus extirpatur, & amor rectitudinis complantatur. Ad hanc igitur Religioſitatem mentibus inſerẽdam, triplex duplicitas diſtingui poteſt. Prima eſt cordis, ſecunda oris, tertia operis. Et quælibet communiter prohibetur, ſicut ſcriptum eſt, Omnis duplicitas eſt peccatum. Quod etiam poteſt eſſe aliud thema in materia occurrenti, quæ etiam tripliciter diſtingui poteſt.

F

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De triplici cordis duplicitate.*

PRima namque eſt duplicitas cordis, quæ eſt triplex. Prima committitur erga Deum, ſecunda erga ſeipſum, tertia vero erga proximum.

G

*De duplicitate cordis, quæ committitur erga Deum. Cap. 1.*

PRima cordis duplicitas eſt erga Deum, contra quod conſulit Eccleſiaſti. 1. dicens, Non ſis incredibilis timoris Domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Et 3. Reg. 18. Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Deus eſt dominus, ſequimini eum: ſi autẽ Baalim, ſequimini eum: quia, vt dicitur Matth. 6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Baalim interpretatur aſcendentes, habentes & deuorantes. Et deſignat mundanos, tria principalia vitia imitantes. Nam ſunt aſcendentes per ſuperbiam, habentes per luxuriam, & deuorantes per auaritiam. Et tamen inani, imò potius ſtulta fide Deo placere quærunt.

*Prima cordis duplicitas.*

H

*De cordis duplicitate, quæ committitur erga ſeipſum. Cap. 2.*

SEcunda duplicitas cordis eſt, quæ committitur contra ſeipſum. Homo enim, qui vult placere, vel parere

*Secunda.*

A mundo & Deo, nunquam bene in aliquo proſperatur. Vnde Eccleſiaſtici 30. Cor ingrediens duabus vijs, nõ habebit ſucceſſus. Tales enim in omni opere ſuo, vel Dei, vel mundi, inconſtantes ſunt atq; inanes. Vnde Iaco. 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Propterea ibidẽ, c.4. ad tales ait: Purificate corda veſtra, duplices animo. Et Eccleſiaſtici 2.c. inquit, Vę peccatori terrã ingrediẽti duabus vijs, ſ. mũdi & Dei.

### *De duplicitate cordis, ad proximum ſuum fallendum. Cap. 3.*

B *Tertia.*

TErtia duplicitas cordis eſt erga proximum. De qua propheta ait, Loquuntur pacem cum proximo ſuo. ſ. pacificè ſalutantes: & quædã exteriora dilectionis ſigna præmonſtrantes: mala autẽ in cordibus eorum, quia ferè quilibet proximum ſuum decipere concupiſcit & quærit. Hinc Hiere. c.9. ait: In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Propterea in eodem c. præmonens omnes inquit: Vnuſquiſq; a proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplãtabit: & omnis amicus fraudulenter incedet. C Tales maximè ſunt adulatores & blanditores. Vnde Greg. ait: Radices ſpinarum molles ſunt, ſed ex ipſa radice proferunt, vnde pungunt. Et huiuſmodi ſunt omnes adulatores. Et iterum Hieronymus inquit: Ille demum in audientibus aculeũ relinquere poteſt, qui non pungit, ſed vngit. Et de tali adulatore propheta ait: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.

*Adulatores quibus cõparant.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De triplici duplicitate oris, & per quæ poſſit cognoſci myſtica, & ſancta duplicitas ab iniqua.*

D *Duplicitas oris.*

SEcunda eſt duplicitas oris. Circa quam prænotandum eſt, ꝙ duplicitas ſemper de ſe in malum ſonat. Includit enim in ſe mendacium cum quadam imagine veritatis prolatum: vtitur enim verbo ſimplicis ſenſus ex intentione fallendi, ita ꝙ plus intendit falſum ſenſum quàm verum, quod communiter cadit in exceptione audientium. Ad intelligentiam tamen dicendorũ notandum eſt, ꝙ ad hoc ꝙ prolatio ſermonis æquiuoci, ſiue multiplicis ſenſus, in ſe habeat rationem duplicitatis prædictæ, regulariter aduertenda ſunt quinque. E Primũ eſt intentio, ſecundum affectio, tertium vtilitas ſeu neceſſitas, quartum auctoritas, quintum etiam modus. Quando enim primo intentio eſt duplex, non ſimplex & recta: ſecundo affectio eſt carnalis & peruerſa: tertio fit abſque vtilitate ſeu neceſſitate: quarto fit abſque auctoritate eius, qui habet auctoritatem mutandi communem ſenſum & communem acceptionem verborum ſeu ſignorum: quinto, quando ſtatus proferentis, aut vita, aut geſtus non exhibet homini aliquam imaginẽ, aut dubietatem prædictæ mutationis ſignorum, ſeu ſignificationum, tunc eſt plena duplicitas. F Aduertendum eſt tamen, ꝙ quocunque alio modo interſint aliqua de prædictis, duplicitas etiam dici debet. Quando autem omnia prædicta his quinque contraria, non duplicitas, ſed actio ſeu locutio figuratiua, vel prophetica aut myſtica appellatur. His igitur iam præmiſſis triplicem oris duplicitatem diſtinguamus. Prima dicitur ſancta vel inſpirata, ſecunda permiſſa, tertia vero prohibita.

*Aduertẽ duplicitatis quæ requirũtur.*

### *De myſtico mendacio Sanctorum, ubi mendacij Iacob profundum myſterium declaratur. Cap. 1.*

G *Myſtici mẽdacij quid.*

PRima autem oris duplicitas dicitur ſancta vel inſpirata, ſeu myſtica & figurata, licet improprie duplicitas dici poſſit. Et talia fuerunt mendacia multorum Sanctorũ, & maximè veteris teſtamenti, in quibus ſemper concurrebant omnia prædicta quinq;. Quæ vt clarius eluceſcant, exemplum ponamus de vno notiori mendacio inter alia, quod fuit illud Iacob, de quo 22. q. 2. c. ſi quęlibet, & Gen. 27. ſcrip. eſt, ꝙ Iſaac patri ſuo interroganti & dicenti, Quis es tu fili mi? Reſpondit Iacob: Ego ſum Eſau primogenitus tuus. H In quo ſancto & myſtico mendacio notandum eſt, ꝙ Iacob primo motus eſt intentione ſimpliciſſima, cũ adhuc iuuẽculus eſſet & purus atq; de ſimplicitate & mẽtali quiete ante prędictũ verbum in textu fuerit multũ laudatus. Secundo etiã motus fuit affectione ſpirituali & diuina. In cuius teſtimonium pater illius, poſtquam de hoc ꝑpendit, contra ipſum non eſt ſcandalizatus, nec turbatus, nec benedictionem infregit, quã ei dederat: ſed cõſirmauit, & a Deo cõfirmatã aſſeruit, di. Benedixi ei, & erit benedictus. Si. n. ſe a Iacob illuſum vidiſſet, tan-

*Dubitãt Doctores, an Iacob ſimulans ſe Eſau peccauerit, cũ cõne mẽdaciũ in ſacris literis improbẽt. Quidã dicũt, quõ nõ pecca-*



A tanquam illuſorem maledixiſſet. Et eſto ꝙ hoc non feciſſet, hoc tamen feciſſet iuſtiſſimus Deus. Tertio motus eſt ex neceſsitate obedientię, quia Dei voluntas innotuit ſibi per ſanctiſsimã matrem ſuã, & per internũ lumen atq; inſtinctum ſibi facta eſt nota. In cuius myſterium etiam in principio ipſo conceptionis ſuæ in præſagio concertationis Iacob & Eſau diuinitus eſt oſtenſum, ꝙ minor maiori diuinitus eſt prælatus. Spiritualis quoq; vtilitas proximi, quam ex hoc opere Deus eligere intendebat, mouit etiã eum. Quarto motus eſt ex auctoritate Spiritusſancti, qui poteſt vti licite locutionibus tranſlatis ſeu figuratis, cum ipſe non alligetur legibus idiomatum, nec ſtatutis aut pactis humanis, ſicut nec etiam Chriſtus. Vnde Matt. 11. de Ioanne Baptiſta ait: Ipſe eſt Helyas. vbi accipitur Helyas non pro perſona, ſed pro communi officio & virtute: Io. autẽ accipitur pro perſona. propterea ipſe Ioan. ait, Non ſum Helyas: vnde ſimul erunt verę iſtę propoſitiones, Nõ ſum Helyas, ſcilicet in perſona. Et ipſe eſt Helyas, ſ. ſecundum officium. Similiter, ẜm Auguſt. quandocunq; in veteri teſtamento dicitur Dominum fuiſſe locutũ Moyſi, vel alteri cuicunque: non loquebatur Dñs, ſed C Angelus loco eius: & tamẽ Angelus dicit, Ego ſum Dominus. Nec mentiebatur, quia non dicebat ſe eſſe perſonam Dei, ſed ſolũ gerentem vicem Dei. Sic Iacob vere dicit ſe eſſe Eſau, non ẜm perſonam, ſed iure & dignitate primogenituræ ſibi diuinitus traditæ: & etiam ſibi prius ſacramentali emptione promeritæ. q. d. Ego ſum ille, cui debetur primogenitura ex diuina electione. Huius ſententiæ eſt Aug. 16. de ciui. Dei. c. 37. vbi dicit, ꝙ hic fuit dolus ſimplicitatis, & fictio non mẽtientis, & profundum myſterium veritatis. De hoc etiam vide 22. q. 2. c. quæritur. §. ſed opponitur. D Quinto motus eſt hoc agere ſub modo licito & honeſto. Cum enim eius vita & ſtatus talis eſſet, ꝙ ſtatim poſt hoc factum ſcriptura enarret, quomodo Iacob fuit ab ipſo Deo claris apparitionib⁹ & promiſsionibus ſingulariter directus & viſitatus & vſq; in finẽ etiã proſecutus. Hinc eſt, ꝙ hoc plene attẽdens atq; diſcernens poterit apertè perpẽdere, ꝙ vir ſic ſanctus & ſimplex, nullatenus hoc attẽtaſſet, niſi ſub certa regula virtutis & ſolidę veritatis. Aliter. n. ſi hoc non fuiſſet factũ inſpiratione prophetica & auctoritate diuina, non ſolũ nõ poſſet excuſari a ſimplicitate mendoſa & proditioſa in propriũ fratrẽ, E ſed etiã ſacrilegium cõmiſiſſet in Deũ: quia in Dei ſacramentis ſcienter immiſcere aliquod falſum, eſt ſacrilegium & profanum. Conſtat autem, ꝙ datio & ſuſceptio huius benedictionis erat ſacramẽtale opus. Alias quilibet pater potuiſſet benedictionẽ filijs ſuis æqualis virtutis & vtilitatis conferre: immo alias ſuperſtitioſum & augurioſum fuiſſet credere, ꝙ propter benedictionem primam vel paternam ſolum humanitus factam obtineret quis in futurum bona temporalia vel æterna. Præterea, cum hæc benedictio ſola fide daretur, facile erat intelligere ꝙ in hoc caſu dolus apud Deum nihil valuiſſet, ſed potius obfuiſſet. F Plurimum quidem omnia prædicta confirmant, ꝙ Iacob vnus de tribus eſt, qui tanto pręconio exaltatur. Hi enim tres. ſ. Abraã, Iſaac & Iacob, intantum per totam ſacram ſcripturam præconizantur, vt Exo. 3. Deus ſe glorietur in æternum vocari Deũ Abraã, Iſaac & Iacob. Moyſes quoq; vbicunq; vult Deũ fortiter adiurare, hos tres aſſumit in adiutoriũ ſuũ, ſicut Exo. 32. dicit: Recordare Abraã, Iſaac & Iacob: & inſuper ſeruorum tuorum, quibus iuraſti, &c. Atq; idẽ fit in alijs prophetis. In Pſal. quoq; his tribus ſingulariter pręnominatis, tãquam Dei ſpecialibus amicis, ſubditur: Non reliquit hominem nocere eis G & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis me. no. malignari. Hos etiã Chriſtus ſingulariter commendat, Lu. 13. & 16. & Matt. 8. & Ioan. 8. Et ſimiliter Apoſt. ad Hebr. 11. vbi inter cętera ait: Non cõfunditur Deus vocari Deus eorum: parauit enim eis ciuitatẽ. Prædicta igitur quinque in generali ſemper ſunt attendẽda in omnibus ſcripturę locis, in quibus prophetæ Dei videntur mẽdoſe aut dupliciter eſſe locuti. Hoc autem latius dixiſſe velim contra quoſdam deluſores puræ ſimplicitatis & ſanctæ ſcripturæ, qui dicere H aſſolent, ꝙ nos a mendacio & peccato excuſamus, quos volumus: & quos volumus, accuſamus: non intelligentes, ꝙ non ex noſtro ſenſu, ſed potius ex veriſsimo ſenſu ſcripturæ has ſolidas veritates atque intelligentias ſuſcipimus & probamus.

*uit, quia fuit Eſau dicũt i ſpiritu, Alij dicũt pec caſſe, neq; id mirum cuiquã ui deri dẽt, q̃a Scĩ auctore B. Auguſt. ĩ hoc corpore cõſtituti peccauerunt. Sed meli⁹ ut dicam⁹ hoc mendaciũ fuiſſe myſticum.*

### *Quando oris duplicitas in quibuſdam caſibus eſt licita, & permiſſa. Cap. 2.*

SEcũda oris duplicitas eſt permiſſa, quia eſt licita & honeſta, & quãdoq; etiam debita. Veruntamen pro huiuſmodi clariori intelligentia poteſt quæri, an vadẽs in

*Secunda oris duplicitas.*

A in aliquem locum, vt ibi aliqua cum aliquo tractet: & ad hoc cęlandum vult ibi orare, vt ſcilicet ſi interrogetur, poſſit dicere, Ego iui illuc cauſa orandi: an ſcilicet talis dicendo hoc mentiatur, & prohibita duplicitate vtatur? Et dicendum, ꝙ abſq; duplicitate & mendacio vere hoc fieri & dici poteſt. Et præcipuè, ſi hoc ſit intētione ſancta & diuina, ne detur peſtiferis cauſa malignādi: vnde ſub tali modo loquēdi licitum eſt occultare innocentem, ne impiè occidatur. Et hoc quidem triplici ratione probari poteſt.

*Triplex ratio aſſignatur.*

Prima eſt, ꝙ principalis cauſa & finalis poteſt verè & licitè ſubticeri. quod probatur: B Nam nullus dicti ſui tenetur ſemper exprimere omnem veritatem, & præcipuè illam quam debet valde cęlare, ſicut tenetur cęlare innocentem, qui quęritur ad necem: quē ſi ſic leuiter ne mentiretur in tali periculo reuelaret: licet diceret veritatem, quādoq; reus homicidij foret: quia, vt dicitur 86. di. c. facientis. Non caret ſcrupulo cōceſſionis occultę, qui manifeſto ſceleri deſinit obuiare.

*Secunda ratio.*

Secunda autem ratio eſt, quia cauſa non finalis, verè cauſa dici poteſt: huius enim ratio eſt, quia ſunt multa genera cauſarū, quibus vere competit nomen cauſę: vnde verè dicitur, ꝙ ignis conflans fuit cauſa campa- C næ: & ſimiliter ꝙ modulus fuit cauſa eius: & tamē neutrū horum fuit principalis cauſa eius, ſed ſolum inſtrumentalis. verè etiā dicitur metallum fuiſſe cauſa eius: & tamen non fuit cauſa efficiens, ſed materialis. Cauſa autem ſecundaria verè dicitur cauſa, licet non ſit cauſa prima. Tertia ratio eſt, quia qui in dicto extimat ſignificari cauſam principalē, ipſe ſeipſum fallit potius quàm fallatur. Nam ſi ex virtute mei dicti, aut ex ſola ſubticentia alicuius veritatis meo dicto annexę: attamen non ex debito iure dicendo quis fallatur, non fallitur per ſe, ſed ſolum per accidens a prædictis: quia nullū ſe- D cundum, in quātum ſecūdum, habet per ſe fallere. Vnde ille potius fallitur ab effectu ſuæ extimaturæ, per quam ęſtimat aliud cōtineri in dicto quàm cōtineatur. Nā præter directum & principale ſignificatū locutionis, multa ſunt ipſi per conſequētiam ſignificata, & conſequētia non eſt aliquando neceſſaria, ſed ſolū probabilis. Et ideo ſi quis tunc ſumat probabilem pro neceſſaria: aut tale ſignificatum pro primo & proprio ſignificato, ſeipſum fallit potius, quàm fallatur. Patet etiam hoc exemplo Sanctorum, immo etiam ipſius Dei. Cum. n. Deus nihil præcipiat mēdoſum, cum ipſe veritas ſit, & mendacium vbiq; prohibeat, nihilq́; approbet duplex & fraudulentum: tamen, vt dicitur 1. Reg. 15. miſit Samuelem in Bethleē ad inungendum Dauid in regem, & dixit ei ꝙ ſacrificaret ibi, & ꝙ poſtmodum diceret ſe ad ſacrificādum veniſſe, ne Saul poſſet ſcire ꝙ iuiſſet illuc propter Dauid inungendum. Item Exod. 5. dicitur, ꝙ Moyſes & Aaron dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. Et paulo poſt, Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudine, & ſacrificemus ei, ne fortè accidat nobis peſtis, aut gladius. Conſtat autem, ꝙ ipſi non intendebāt ſolum ire in deſertum, aut ꝑ ſolas tres die- F tas, nec cauſa principalis recedēdi ex Ægypto fuit vbi ſacrificarēt: ſed potius vt abſq; reditu in terrā promiſſionis irent. Sed Deus noluit primum pro cauſa eundi reddi, ne Pharao crederet ꝙ abſq; reditu de Ægypto vellent exire. Si quis autem obſtet contra prædicta dicens: Id, quod nullo addito dicitur, eſt ſimplex: ſed iſte abſq; additione alicuius determinationis dicit ſe iuiſſe, vel ire cauſa orandi: ergo ex modo dicendi ſignat, ꝙ hoc fuit ſimpliciter & principaliter cauſa orandi: hoc eſt falſum, ergo mētitur. Ad hoc dicendum, ꝙ non omne quod ſimplici- G ter dicitur de aliquo, dicitur ſummè & principaliſſimè de illo: alias quicunq; diceret, ego video ens, nō poſſet hoc verè dici, niſi de ſummo ente. Cauſa ergo ſecundaria poteſt dici cauſa ſimpliciter, quamuis reſpectu principalis non ſit ita ſimplex cauſa, ſicut illa. Secundo etiam ſi quis obſtet, ꝙ illud quod nullo modo mouit voluntatem illius ad eundum: immo ſubſecutum eſt poſt plenam voluntatem eundi, & per eam ſubintroductū ad cęlandū cauſam eundi, nō fuit cauſa eundi: ergo mentitur, qui ſcienter dicit hoc eſſe cauſam eūdi. Ad quod dicendū primo, ꝙ voluntas eundi nō fuit plena, nec H plene mouēs ad eundum abſq; cauſa ſecūdaria ſubintroducta, ſicut patet in exemplo de Samuele, ꝗa ipſe timebat ire vſquequo habuit cauſam ſecundariā. Iſtud autem habet locū congruentiorē & magis ordinarium, quando cauſa ſecundaria ſm rectū ordinē habuit primo poni in opere ad cauſam finalē principalē debitè efficiendam. Et ſic fuit in pręmiſſis exēplis Samuelis & Moyſi. Nam Dauid congruentius eſt inunctus in Regem ſacrificio præeunte, quàm abq; ſacrificio. Populus etiā Iſrael debuit ꝑ ſolēnia ſacrificia Deū colere in deſerto & Dei legem



A legem ſuſcipere, & per illa a multis periculis liberari antequàm promiſſionis terram ingrederetur. Secundo etiam dicendum, ꝙ ſicut ead. cōcluſio poteſt credi duplici ratione. Prima neceſſaria, & altera probabili: aut per duas probabiles, aut per duas neceſſarias, & vtraque abſque altera poteſt reddi pro cauſa credendi concluſionem: ſicut eſt de duabus cauſis finalibus, ſeu de duabus rationibus motiuis. Sciendum etiam, quòd quando dicitur, ad ſacrificandum Domino veni: Non oportet intelligi, quòd hæc fuit cauſa veniendi: ſicut nec dum dicitur, ad locum iſtum B veni, poteſt eſſe ſimpliciter veni, & ſic quòd meus aduētus proceſſit ad hoc opus, cum hæc ſignificatio non eſt ſic propria, ſicut prima.

*Tertia dubitatio*

Tertio poſſet etiam quis obſtare, dicens: Commune, & ſimplex vulgus, communem & ſimplicem intentionem verborum accipit: ſed in tali locutione commune vulgus ſimpliciter intelligeret illud fuiſſe cauſam abſolutam, & principalem, & aliam ſignificationem reputaret duplicitatem, & fraudulentiam, & cum arte verſutæ calliditatis dictam: ergo, &c. Ad quod dicendum, quòd commune vulgus habet aliquid ſimplicitatis puræ & re- C ctę, & aliquid fatuæ & aſininæ. Et vbi ſit contra primam, male ſit: ſed non contra ſecundam. Et quando ex hac ſecunda iudicaret aliquid callide, & male fieri, quod ſit per rectam, & cautam diſcretionem eorū ſtolidæ fatuitati cōtrariam: potius debet argui, ꝙ ſit prudenter & recte, q̃. ꝙ fiat malitioſe, & doloſe. Ex tali namque duplicitate prudenti, & veritas præſeruatur, & innocentia defenſatur, ſicut latius eſt oſtenſum in tractatu de Seraphin, ſermone . . . ar. 1. vbi ſeptem ponuntur remedia, quibus homo licite, & debite vti poteſt pro liberatione innocentis, ſi quæratur ad mortem.

D

### *De duplicitate oris, quæ propter tria culpabilis eſt.* *Cap.* 3.

TErtia duplicitas eſt prohibita, quia ſemper peccatum eſt, & hoc ſi habet aliquod horum trium. Primo, ſi ſit ex conſuetudine: ſecundo, ſi ſit ex cauſa leui: tertio, ſi ſit doloſe. Primo, ſi ſit conſuetudinarie: quia hoc manifeſtum indiciū eſt, quòd mens iam induit habitum duplicatum, iuxta illud Prophetæ. Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur: & ſicut zona, qua ſemper præcingitur. Secundo, ſi ſit ex

*Duplicitas oris tripliciter eſt dānabilis. Pſal.*

cauſa leui: quia ſignum etiam eſt, quòd talis E mens duplicitatibus plena eſt, quando tam facile duplicitatem euomit, dicente Domino, Matt. 12. Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Et Luc. 6. Ex abundantia cordis os loquitur. Tertio, ſi ſit doloſe, puta ad fallendum in mercantia, & in quocunq; contractu, ſ. vt iuxta ſententiam Prophetæ decipiāt ipſi de vanitate in idipſum: ad fallendum in iudicio, vel ad ſubticendum veritatem, quam ibi dicere obligatur. Inſuper in quocunque alio negocio. Ideo admonet Apoſtolus. 1. Theſſal. 4. Ne quis circunueniat in negocio fratrem ſuū, quoniā vindex eſt Dominus. De hoc tripli- F ci vſu duplicitatum Propheta ait: Tota die iniuſtitiam co. lin. tua, ſicut noua. acuta feciſti dolum. Primo enim, cum dicit, tota die, oſtendit conſuetudinem duplicitatum. ſecundo, cum addit, iniuſtitiam cogi. lingua tua: vt ex coniunctione iſtorum duorum, ſ. cordis, & oris exprimat, quòd quam cito cogitatio oritur in corde, tam cito exprimitur ore, ſicut de talibus Eccleſiaſtici 21. ſcriptū eſt, In ore fatuorū cor illorū. Et iterū. 19. idē ait, A facie verbi parturit fatuus. Tertio vero, cū ſubdit, ſicut nouacula acuta feciſti dolū: notat duplicitatis doloſitatē. Et equidē pulchre. Nā ſicut nouacula inter alia G hēt tria. Primo enim abſcondit aciē in manubrio, ſecundo affilatur ſuper lapidē oleo vnctū, tertio leuiter ſecat, & radit. Sic etiā lingua doloſa: Primo occultat malitiā praue intētionis. In cuius myſteriū. 2. Regum 20. Ioab, qui inimicus interpretat̃, tenuit manu dextera Amaſæ mentum, quaſi oſculans eum. Porro Amaſa non obſeruauit gladiū, quem habebat Ioab, qui percuſſit eū in latere: & effudit inteſtina eius in terram, & mortuus eſt. Secūdo autē affilatur ſuper lapidē oleo vnctū, cū ante dolū præcedit adulatio quædam, iuxta illud propheticū, Molliti ſunt ſermo. e. ſuper oleum, & ipſi ſunt H iacula. Tertio leuiter ſecat, & radit, ſ. temporalia bona: vñ quaſi cōtinue malitia cordis ſuggerit menti prauæ illud Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum, radentem pilos.

*Simile.*

## Articvlvs Tertivs.

### *De triplici operis duplicitate, quando eſt licita, & quando illicita.*

TErtia eſt duplicitas operis, quæ etiā ſimulatio appellatur. Et hæc etiam triplex eſt: Prima cautelæ, ſecunda doctrinæ, tertia fallaciæ.

Quòd

A *Quòd ſimulatio cautelæ, quandoque licita eſt. Cap. 1.*

PRima eſt ſimulatio cautelæ, ſicut fuit in Iehu, qui ſe finxit cultorē Baal, vt habetur 4.Regum, 10.c. & 22.q.2. vtilem ſimulationem, & in tempore aſſumendam Iehu nos docet exemplum, qui ſacerdotes Baal interfecit ſe fingens idola velle colere. Et Dauid mutauit faciem ſuam coram Rege Geth. 1.Regum 21.Sed, ſecundū Alex.& Bonau.Hieronimus. large vtitur noīe ſimulationis, ꝑ quacunq; fictione: nec oportet Iehu excu-B ſare a culpa, vel mendacio: quia fuit malus, vtpote ab idolatria Ieroboam non recedens: laudatur tamen, & temporaliter remuneratur a Deo, non pro ſimulatione, ſed pro zelo, quo Baal cultum deſtruxit.

*Quòd quandoque ad doctrinam ſimulatio licite poteſt fieri, quando ſunt ibi quinque. Cap. 2.*

SEcunda autem ſimulatio eſt doctrinæ. Ad huius intelligentiam notandū eſt, ꝙ quando fictio habet in ſe, & ex ſe hæc quinque. Primo veritatem altā & vtilē C in ſua ſignificatione, ſecundo ſummam ſinceritatem & intentionem, tertio auctoritatem celebrem in actione, quarto pietatē in affectione, quinto alias decentes congruentias in modo agendi, tunc decentiſſime currit, & ipſimet cui fit, miro modo cōplacet, cum ſibi poſtmodum innoteſcit. Et hoc modo fuit in præſagioſis operib. Prophetarū, iuxta regulam ſuperius in principio. 2.ar.in 5.declaratā: quia ſicut ibi de duplicitate verborum, ita hic de duplicitate operum idem iudicium eſt. Ipſe quoque Deus ſimulauit ſe voluiſſe immolationem Iſaac, quā præceperat, & poſtea prohibuit, D ſicut patet Gen.21. & 22.q.2. c.ſi quælibet. Sicut enim verba figuratiua habent veritatem pro ſenſu, pro quo fiunt, non quem faciunt, ſicut de Iacob prædictum eſt: Ita facta figuratiua habent mirabilia pro ſenſu, pro quo fiunt. Talis autem ſimulatio fuit in Chriſto, Luc.24. qui finxit ſe longius ire. Si autem quæritur, quare Chriſtus hoc fecerit: poteſt duplex ratio aſſignari. Prima propter honeſtū, ne importune, & improbe ſe videretur ingerere hoſpitio, & comeſtioni illorum: ſimulque vt pauperibus daret formam ſe non improbe ingerendi. Secunda propter meritum, vt illi per inuitationem fierent digni eius receptione, & E tandem clariori manifeſtatione. Vnde & poteſt eſſe, ꝙ Chriſtus decreuerat non intrare cum eis, niſi ipſum tanquàm pauperē miſericorditer inuitaſſent. Et ſi hoc fuit, tunc fictio illa minus habuit de ratione fictionis. Tertia propter exemplum hoſpitalitatis, docens ꝙ hoſpites ſunt trahendi, atque cogendi: atque per hoc oſtendatur, ꝙ per opera miſericordiæ peruenitur ad pleniorem, & familiariorem notitiam Dei, & ſapientiæ ſuæ. De hac ſimulatione doctrinæ ait Aug. in quæſtionibus Euangeliorū. Quando fingimus illud, quod nihil ſignificat, mēdacium eſt: cum fictio autem noſtra F ſignificat aliquid, nō eſt mendacium, ſed figura veritatis. Et dat prædictum exemplū de Domino fingente ſe longius ire, ad deſignandum, ꝙ ipſe erat longe ab eorum fide. vt Greg. ait. Gen. quoq; 21. dicens Abraam famulis. Poſtquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. ſecundum Amb. prophetat, qđ ignorabat: quia per eum Dn̄s locutus fuit.

*Hoſpitalitas.*

*De ſimulatione fallaci, & mala, quæ tripliciter fieri ſolet. Cap. 3.*

TErtia eſt ſimulatio fallaciæ, ſeu malitiæ. Et hæc habet rationem menda- G cij, & non fit ſine peccato: tantoque grauior culpa eſt, quanto proximis infertur grauius damnum, atque peruerſior eſt fallendi intentio. Tripliciter enim in tali ſimulatione intētio deprauatur, quæ triplex intentio dici poteſt. Prima eſt intentio vana, ſecunda eſt intētio cupida, tertia eſt intentio doloſa. Prima eſt intentio vana. Et hac duplicitate, & ſimulatione a capite vſque ad pedes plenæ ſunt quælibet mulieres vanæ, quæ quot vanitatibus indebite abutuntur, tot duplicitatibus onerantur, quod maxime in magnis ſolēnitatibus ſer- H uare ſolent cōtra pręceptum Domini, Hierem. 17. qui ait, Nolite pondera portare in die ſabbati. Ad talem enim mulierem, vt ait Aug. 4. de doctrina Chriſtiana, Ambr. ait: Quem iudicem, o mulier, veriorem requirimus deformitatis tuæ, q̄ teipſam, quæ videri times? Si pulchra es, quid abſconderis? ſi deformis es, cur te formoſam mentiris? nec tuæ conſcientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura. In talibus mulieribus omnis corporis locus, & membrum ſupra rationem ornatus continue mentitur. Quid dicemus de duplicitatibus, & ſuffulturis, de quibus imbuunt matres filias ſuas, vt eas nuptui

*Intentio vana.*



A nuptui tradant, & aliquem iuuenē decipiāt in precioſiſſima mercantia, id eſt, in muliere, vel vxore capienda? Et, quod deterius, ac nequius eſt, cū de vxore deceperint aliquem iuuenem, nedum conſcientia cōpungatur, immo putant magnum obſequiū ſe præſtare Deo. Cū his aſſociari poſſunt oēs hypocritæ, & virtutē, quā non habēt ſimulātes, qui vt dr̄ Matth. 23. Omnia opera ſua faciūt, vt videātur ab hoībus. Et in eodem contra eos Dn̄s ait: Væ vobis, qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis: intus autem pleni eſtis oſſibus mortuorū, & omni ſpurcitia. Et Iob 8. Spes hypocritæ peribit: Non pla- B cebit Deo verecūdia ſua, ſicut telæ aranearum fiducia eius innitetur ſuper domū ſuā, & non ſtabit: fulciet eā, & non conſurget. Secunda eſt in duplicitate intentio cupida: hæc duplicitas, & fallacia cōmittitur in falſitate ponderū & menſurarū, in cōmixtione rerū ſanarū & corruptarū, in permixtione viliū & precioſarū, & in conſimilibus mēdacijs, quibus plenus eſt mūdus. Tertia intentio eſt doloſa, quæ quandoq; etiā fit ſub pallio, & apparentia zeli, & æquitatis: cōtra quod Aug. ſuper Pſal. Simulata æquitas, nō eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, & ſimulatio. Et iterū 12.q.1.c.certe. idem ait: C Malum eſt cadere a propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitū. Hac ēt intētione doloſa fiūt omnes proditiones iniquæ, vnde tot innumerabilia mala ſequuntur. Ex p̄dictis igitur patet, quæ ſit duplicitas cordis, oris, & operis: atq; quæ licita, & quæ illicita ſit, vt quilibet iam cauere poſſit omnē duplicitatē, & ſimulationem iniquā, cū omnino aduerſetur veritati, ac bonitati diuinæ; atq; verā rectitudinē cordis, oris, & operis amplexetur: cum Can. 1. ſcriptū ſit, Recti diligunt te: quam rectitudinem omni conatu, toto niſu, ac viribus totis cōplecti nos fa- D ciat rectiſſimus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

*Secunda intentio.*

*Tertia intentio.*

## DOMINICA QVARTA in Quadrageſima.

*Ordo dicendorum per ſeptimanam ſequentem.*

S*Equebatur eum multitudo magna.* Io.6.c. & in Euāgelio hodierno. Inter cætera, q̄ ad Chriſtianā Religionē neceſſaria dinoſcūtur, hoc apprime neceſſarium extimatur, videlicet reſtituere aliena, ſine quo omnis Chriſtiana Religio, atque E omnis pœnitentia, inanis & vana reputanda eſt. Vnde 14.q.6.c.ſi res. Aug. ait: Si res aliena, propter quā peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur: pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, nō remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Quæ ſentētia pro regula ſtatuitur, extra de reg. iur. lib. 6. peccatū. Vt ergo diſponere vos poſſitis oēs ad verā pœnitentiā, & ad ſacrā cōmunionē, in præſenti ſeptimana de alienorū reſtitutione agemus. De qua 8. Religioſitates principaliter conſiderare neceſſe eſt. Primo, quis reſtituere obli- F gatur: ſecundo, quid: tertio, quantum: quarto, quādo: quinto, quibus: ſexto, quo loco: ſeptimo, quomodo: octauo, quare reſtituēdū ſit, vt in 8. qq. hæc materia diſtinguatur plenius. Nec tamen curabimus in ſeptimana præſenti ſeruare talem ordinem, ꝙ quolibet ſermone, & die Religioſitas vna tractetur, cum grauitas aliquarum earum maturiorem, & longiorem poſtulet diſcuſſionem, aliqua verò breuiorem, & leuiorem.

*De reſtitutione alienorum, in Dominica antedicta de mane: & primo quis reſtituere cogatur.* G

## Sermo XXXIII.

S*Equebatur eum multitudo magna.* Iterū vbi ſupra. Primo enim conſiderare neceſſe eſt, quis reſtituere cogatͬ. Licet enim multi multipliciter auferant aliena: ſi ſaluari volunt, ſicut prædictū eſt, iuxta poſſe reſtituere obligantur: nihilominus maior eſt numerus eorum, qui cum principalibus damnificatoribus ad reſtitutionem participes fiunt, quàm ſint hi, qui H iniuſte obtinent aliena: Vnde de quolibet, qui male adeptus eſt ſubſtantiam alienam, atque de illis, qui cum eo participes fiunt: intelligitur verbum præallegatum moraliter intellectum, cū dicitur: Sequebatur eū, ſ. rerum malum damnificatorem, & acquiſitorem. multitudo magna, i. cum illo participantiū in impie acquiſitis. Ad horū tamen intelligentiam pręmittenda eſt prima hæc regula generalis, quæ talis eſt: Omne damnum, quod quis dat, aut cauſa efficiēs eſt ꝙ detur, ſatisfacere obligatur. Ex qua quidem regula elici poteſt, ꝙ tria ſunt hominum genera, quæ concurrere poſſunt in alienis iniurijs, ſiue damnis. Primo ſunt quidam

*Quis reſtituere cogatur.*

A quidam offenſores, ſecundo ſunt quidam conſentientes, tertio ſunt quidam participantes. Vel aliter dici poteſt, ꝙ primi ſunt qui dant offenſionem, ſecundi qui dant offenſionis occaſionem, tertij qui dant offenſionis cauſam efficacem. De quibus omnibus Pſal. 44. Propheta ait: Si videbas furẽ. Ecce offenſores: currebas, ſ. cum voluntate ad furtum. Ecce conſentientes. Et ſubiungit, cum eo. ſ. dando ei ad furtũ cauſam efficacem. Ecce participantes. Quod verbum poteſt eẽ in præſenti materia de reſtitutione aliud thema. Pro furto enim exprimitur omne illicitum acquiſitum, quia Exo. 20. c. omne tale in decalogo prohibetur, cum di- B citur, Non furtum facies, ſicut habetur 14. q. 5. c. pœnale. vbi Aug. ait: Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. Et cum hac ſententia omnes Doctores concordant.

*Pſal.*

## Articvlvs Primvs.

### *De his, qui principales ſunt ad inferendum temporalia damna.*

PRimi igitur, qui inferũnt damna, offenſores poſſunt nominari. Et ad præſens de triplici genere C diſſeramus, ſub quibus omnes alij conſimiles comprehendantur. Primi ſunt raptores, ſecundi ſunt fures, tertij ſunt vſurarij. Et hi omnes, ſecundum regulam ſuperius datam, de illatis damnis ſatisfacere obligantur, quia ipſi principaliter inferunt damnum.

### *Quomodo raptores ſatisfacere obligantur: & quid faciendum de inuentis rebus* Cap. 1.

PRimi autem ſunt raptores, inter D quos connumerari poſſunt incendiarij, prædones, atq; piratæ, cunctiq; conſimiles: qui quidem deteriores ſunt, quàm ipſi fures, ſicut patet 14. q. 5. c. pęnale. vbi Auguſt. dicit: Pœnale eſt, occulte auferre: multo maioris pœnæ viſibiliter eripere. Tales autem quicquid in bello iniuſto rapuerunt, vel combuſſerunt, aut depopulati ſunt, ſeu aliter detraxerunt, vel damnificauerunt, reſtituere obligantur. Idemq; habetur in l. duobus. §. ſi quis iurauerit, ff. de iureiuran. & in l. ſi te. C. quod metus cauſa. Inter raptores autem, inuẽtores aliquarum rerũ numerari poſſunt. vnde 14. q. 5. c. ſi quid. Aug. ait: Si quid inueniſti, E & non reddidiſti, rapuiſti: quantum potuiſti feciſti, quia non plus inueniſti. Qui alienũ negat, ſi poſſet tolleret: Deus cor interrogat, non manum. & in c. multi. Hieron. inquit: Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum quod inuenerunt, teneant, & dicunt, Deus mihi dedit, cui habeo reddere: diſcant ergo hoc peccatum eſſe ſimile rapinæ, ſi quis inuenta non reddat. Vnde ff. de furt. l. falſus. §. qui alienũ. qui alienũ q̃d iacens in terra lucrifaciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitũ, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue ignorauit. Et hoc quidem rationabile eſt: quia ex quo ſcit rem eſſe non ſuam, ſupponere F debet eam de iure ad alium pertinere, vt l. 1. C. de theſau. lib. 10. De rebus tamen inuentis diſtinguendum eſt, ſecundum Richar. & Tho. 2. 2. q. 66. Nam quædam ſunt, quæ nunquàm in bonis alicuius fuerunt: ſicut lapilli, & gemmæ, quæ ſunt in litore maris, & non domeſticę aues, & piſces maris, & ſimilia: & alia, quæ iure naturali ſtatim inuentoris fiunt. Ideo ab occupante licite retinentur. Eademque ratio eſt de theſauris ſub terra antiquo tempore occultatis: quorum non eſt aliquis de iure poſſeſſor, niſi quòd ſecundum leges ciuiles inuentor medietatem tenetur dare domino G agri. Intellige, ſi inuenit in alieno non data opera: ſed ſi data opera illud inuenit, tunc totum reddere domino obligatur, Inſtitut. de rerum diui. §. item lapilli. & §. theſauros. & C. de theſau. lib. 10. ff. de acquir. rerum domi. l. ſi is, in princ. Quædam vero res inuentæ fuerunt de propinquo alicuius hominis: & tunc ſi quis accipiat eas non animo retinendi, ſed reſtituendi domino, cuius erant: non committit rapinam. Aliter ſic, ſicut patet in capitulis ſuperius allegatis. Concordat Alexan. de Ales in 3. in 7. præcepto. Et ideo dicit Bal. in rubrica. ff. de rerum diuiſio. quòd ſi H aliquis in fundo ſuo reperit pecuniam in forma theſauri, vt repoſitam in quodam vaſe ſub terra abſconſo: tunc habet locum illud, quod dicitur, quòd acquirit ſibi, vt l. j. C. de theſauris. Secus ſi reperit pecuniam ſparſam, quia tunc tenetur illam indiſtincte reſtituere. Sed quid faciet inuentor huiuſmodi? Dicendum quòd talis, ſecundum Scotum, rem inuentam alicui publicæ perſonæ cuſtodiendam tradere debet: Et ſine aliqua fictione competenter operam dare, vt reperiat eum, qui rem amiſit: vtputa per præconem faciendo publice

*Scot. 4. diſ.*



A blice proclamari, vel aliter, ſicut expediens eſt. Et ſi illum reperiat, & ꝙ illius fuerit per circunſtantias certus fiat, reſtituet illi. Sed ſi talis non reperiatur, debet ſecundũ quoſdam, ab inuentore pauperibus erogari pro anima illius, cuius res fuit: quia, ſecundum Sco. cui non poteſt temporaliter reddi, debet ei ſpiritualiter ſatisfieri: vel ſi ipſe indigẽs foret, eam rem retinere poteſt. Et hoc, ſecundum quoſdam, auctoritate pœnitentiarij, vel diœceſani, ſi forte ſibi retinuerunt auctoritatem talia diſpenſandi.

*Vbi ſupra*

### B *Quomodo tenentur ſatisfacere fures: & quando liceat homini furando ſatisfacere ſibijpſi.* Cap. 2.

SEcundi ſunt fures, qui reſtituere obligantur iuxta omnem modum, ſecundũ ꝙ raptores obligati ſunt, ſicut in præcedenti capitulo de raptoribus dictum eſt. Sed quid de eo, qui nõ poteſt rehabere rem ſuam, & debitum ſuum: vel quia impotens eſt contendere cum maiore: vel quia non poteſt ſua iura probare: aut quia in iudicio ei iuſtitia minime miniſtratur, ſeu quacunque alia cauſa non poſſit homo rehabere ſua: Nunquid poterit ſibijpſi ſoluere per C occultum furtum? Ad hoc reſpondet Henricus de Gandauo in quolibeto ſuo, dicens, quòd talis non peccat, nec in modo recuperandi, nec in retinendo rem ſibi recuperatam: quia licet ita regulariter propulſare iniurias, & compellere ad reſtitutionem non debeat fieri per perſonam ſingularem, ſed per publicum iudicem, quando bono modo poteſt per eum fieri: in caſu tamen quòd hoc minime fieri poſſet per iudicem tali modo ſingulari perſonæ intelligitur eſſe conceſſum, tanquàm miniſtro legis, & iudici regulari. Et ſic in tali caſu licet ſingulari perſonæ iniuriã pro- D pulſare, & per ſeipſum rem ſuam recuperare. Et quia ſic eſt in propoſito: quia ponitur iſte propter potentiam detinentis per myſterium alicuius iudicis non poſſe recuperare rem ſuam: ideo nec in recuperando, nec in retinendo peccare videtur. Et huius ſententiæ Auguſtinus eſſe videtur, qui 14. q. 5. c. non ſane, ait: Non ſane quicquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem ſuum, nec operario mercedem ſuam: nec tamen hæc, quæ ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt. Idem ſentire videtur Innocen. in cap. olim. extra, de reſtitutio. ſpoliat. in ſecunda opin. in glo. in E verbo, vim. Licet enim prædicta poſſint aliquo modo ſaluari: poſſunt tamen circa hoc plura pericula imminere. Propterea diſcretius, & cautius, & ſecurius, ſecundum alios, dicendum eſt, quòd is cui debetur in duobus caſibus de rebus debitorum ſibijpſi reſtituere poteſt. Primo, quando rerum ipſius debitoris efficitur diſpenſator. Secundo, quando res aliqua debitoris, vel ſua ad ipſum per aliam viam licite venit: vtputa cum fur deponat rem furtiuam apud eum, a quo illam abſtulit: vel quia caſu illius aliquam rem inuenit. Aliter autẽ minime ſibijpſi ſatisfacere po- F teſt. Et maxime propter quinque pericula, & mala, quæ inde ſuperuenire poſſunt. Primo propter periculum ſcandali fraterni: quia proximo innocenti pro furto imponi poſſet. Secundo propter periculum propriæ infamiæ: quia quis fur de facili poſſet credi. Tertio propter periculũ propriæ perſonæ, vel vitæ: quia ſi hoc per teſtes efficaciter probaretur, tanquàm fur iuſte puniri poſſet. Quarto propter periculum animæ: quia ſi daretur ſibi iuramentum, ſi habuiſſet rem ablatam, aut ſciret, qui eam clanculo recepiſſet: de facili periurium incurrere poſſet. Quinto quoque il- G licitum eſt propter pręceptũ iuramenti poſitiui manans ab ordine diuini iuris: quia talis ſibi vſurpat publicam poteſtatẽ. C. ne quis in ſua cauſa propria. l. 1. Propter quatuor enim, ne quis ſatisfaciat ſibijpſi iuſtiſſime inhibitum eſt. Primo enim, ne liceat vnicuique raptori, vel furi dicere: ego non rapui: ſed quod mihi debebatur, tãtummodo mihi ſolui. Secundo, ne diſcordiæ naſcerentur, ſi præter ordinariũ iudicium ſuperioris, de rebus alterius vnuſquiſq; ſibiipſi ſoluere poſſet. Tertio, quia vnuſquiſque in ſibi ſoluendo precium rei ſibi debitæ plus debito de facili æſtimaret. Quar- H to etiam faciliter æſtimaret minus debito precium rei a ſe acceptæ, de qua ſatisfaceret ſibi. Propterea Deuteronom. 16. ſcriptum eſt. Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequeris. Talis autem licet iuſtum faciat tantum accipiẽdo, quantũ erat ſibi alius obligatus, nõ tñ hoc exequitur iuſte. Si quis aũt dicat, ꝙ etiã in duobus prædictis caſibus nõ poſſit homo ſatisfacere ſibi: cum lex generaliter dicat, ꝙ nemo ſit iudex in cauſa ſua. Dicendum eſt, quòd talis lex intelligenda eſt primo reſpectu iudicij ordinarij, & cõmunis, ſecũdo in dubijs vbi merito ſuperioris ſententia

*Henrici Gandauẽ ſu opinio.*

*Quinque pericula accidunt plerumq; in reſtitutione alienæ rei.*

A ſententia requirenda eſt. Sed quãdo diſpẽſator alicuius domini ſuæ rei ſoluit ſibijpſi, ſicut & alijs debita, quę ſuus dñs ſibi debet, non facit hoc tanq̃ impius diſpenſator. Is vero, ad quem licite res deuenit, facit hoc tanquàm detentor, vſquequo ſuum debitũ reddatur ſibi. Si quoq; inſtetur, ꝙ diſpenſatori probabiliter conſtat, dñm diſpenſationẽ ſolutionis talis debiti minime ſibi cõmiſiſſe: Dicẽdũ, ꝙ niſi ei illã interdicat expſſe, põt ex cõi iure pręſumere, & ſentire ſibi eẽ commiſſam, ex quo certus eſt, ꝙ ex diuino iure, atq; humano res ſoluẽda ſibi debetur a dño ſuo. Aduertendum eſt tamẽ, ꝙ ſic re-B cipiens cauere debet, ne ſibi, vel ſuis hæredibus iterũ reſtitutio fiat. Propterea informare oportet de hoc hæredes ſuos, ne recipiant quicquàm, ſi pro tempore vellet, qui obligatus fuerat aliquid eis dare. Concluſionaliter igitur tenendum eſt, ꝙ in ſeptem caſibus nemo ſibijpſi ſatisfacere poteſt. Primo, quãdo realiter, vel iuridice põt rehabere ſuũ. ſecũdo in iudicio ordinario, & cõi, in quo nemo põt iudex eẽ in propria cã: & ſimiliter in caſu ſequẽti. tertio in dubio, in quo ſuperioris ſentẽtia eſt merito requirẽda. quarto ſi veriſimile eſt, ꝙ ex hoc ꝓximo innocẽti ſcandalũ oriat̃. quinto, ſi immine-C ret periculũ propriæ famæ. ſexto ſi immineret periculũ propriæ pſonæ, vel vitæ. ſeptimo ſi immineret periculũ propriæ aĩæ, & mortalis culpæ. Sed quid ſi homo hoc non cõſiderãs ſibijpſi ſoluit, vtrũ peccet, an reſtituere obligetur? Dicẽdũ, ꝙ niſi in prædictis duobus caſibus homo ſic ſibi ſatisfãciens ſemper peccat, ar. de cle. ex. mini. c. illud. & de tali peccato pęnitentiã facere debet: ſatisfacere aũt nõ tenetur, niſi ſibi plus debito exoluiſſet: vel niſi in ſatisfaciendo vnum, vel plura de quatuor prædictis periculis imminerent, ar. ad hoc extra, de ope. no. nunc. c. cum ex iniũcto. §. ſuper eo. Ra-D tio prædictorum eſt, quia qui ſic retineret, vel contra proximum, vel contra ſeipſum, peruerteret iuſtitiam naturalem: cum propter rem temporalẽ poſtponeret rem maiorem, ſcilicet, famam, vitam, & animã ſuã.

*Quòd vſurarij ſatisfacere obligantur, & quando liceat retinere fructum, qui ex fructibus fęnoris ſuſcipit incrementum. Cap. 3.*

TErtij ſunt vſurarij: & hi reſtituere obligantur quicquid ex impietate vſuraria extorſerunt. Sed nunquid tenentur reſtituere quicquid ex rebus vſurarijs lucrati ſunt? E Ad hoc autem dimiſſis varijs opinionibus dicendum eſt, ꝙ res ab vſurario pro vſuris recepta, aut eſt de ſui natura lucroſa, aut non eſt lucroſa. Primo, ſi res recepta eſt lucroſa: ſicut domus sũt vineæ, agri, & conſimilia: tunc non tantum res ipſæ, ſed etiam eorum prouentus reſtituendi ſunt, ẽm Sco. & Richar. Ratio eſt, q̃a tales fructus ſunt fructus rerũ, quarũ alius dñs eſt: poteſt tamen inde deducere expẽſas, & forte etiã ſuas operas moderatas. Secundo autẽ ſi res pro vſuris ſoluta non eſt lucroſa, quia ſcilicet fuerunt denarij, frumentum, vinum, vel oleum, & ſimilia: tunc F ſufficit reſtituere, quod receptum eſt. Vnde ẽm Alex. Lomb. & Tho. & Ray. ſi vſurarius ex pecunia vſuraria negociatus eſt, & lucratus, vel inde prædia emit, & fructus percepit, nõ tenetur hæc reſtituere. Et hoc maxime propter tria. Primo, quia tale lucrum non eſt pecuniæ fructus, ſed humanæ induſtriæ actus: atque poſſeſſio de tali pecunia empta ementis eſt, & non eius a quo vſura accepta fuit, licet ſit ei debite obligata. Secundo etiam: quia cum ius pecuniæ per vſuras extortæ, vel poſſeſſionis inde emptæ, ſemper de iure ad periculum vſurarij currat, & inamiſſibile ſit ei, qui ſoluit vſu-G rã. Hinc eſt, ꝙ totum lucrum, quod ex tali inamiſſibili capitali procedit, & cui ſublata pecunia fuit modo vſurario proueniens eſt. Tertio, quia ſi vſurarius cum denarijs illis nihil fuiſſet lucratus, nõ tenentur niſi ad illud, quod ex vſuris peruenit ad eum, non autem amplius eo. Diſtinguit tamen circa hoc Alex. Lomb. quia damnum, quod accidit iniuriam paſſo, dupliciter euenire põt. Primo per ſe & directe; ſecundo ꝑ accidẽs, & indirecte. Primo modo, cũ per ſe & directe datur ab vſurario damnũ iniuriã paſſo: tũc vſurarius ſatisfacere obligatur. Verbi gratia: Paſſus eſt aliquis damnũ propter H pecuniam per vſurã ſibi ablatã, quia ex ea volebat emere ſibi neceſſaria pro ſuſtentatione naturæ, vel ſoluere debita ſiue empta. Et in expoliatione talis pecuniæ incurrit damnum, quia neceſſe fuit ſibi vendere poſſeſſiones, vel accipere ab alio pecuniam ſub vſuris: vel quia domum ſuam propter hoc vilius vendidit, aut aliam conduxit, & conſimilia. Tunc in tali caſu vſurarius hoc damnum reſtituere obligatur. Cõcor. cum hoc Tho. Sco. & Ray. Ratio huius eſt, ſicut infra in 3. ar. apparebit: quia vſurarius damno illius efficacem cauſam pręſtat. Secundo modo



A modo dat vſurarius damnum iniuriã paſſo per accidẽs, & indirecte, ſ. quia nõ cõſecutus eſt homo lucrũ, quod ex pecunia intendebat, vel cõſequi potuiſſet. Et tale damnũ reſtituere nõ tenet̃, quia pecunia de ſui natura nõ hẽt pactũ. Quibuſdã vero non imprudẽter vr̃ aliter eſſe dicendum, ne facilis aditus præbeat̃ ad fęnus. Nã cũ ſolutio pro vſuris non fiat cõmuniter, niſi de rebus infructuoſis: ſicut ſunt denarij, vinũ, frumentum, & ſimilia: Si lucrũ proueniens vſurario ex vſurario lucro, non ſit reſtituendum, multi conabuntur lucrari per vſurariã prauitatem. Cumq; cumulauerunt magnũ lu-B crum, artem fęnoris dimittẽtes: cum denarijs ex fęnore acquiſitis conabuntur lucrari per licitas mercationes, & artes ſperãtes paulatim ſatisfacere vſuraria lucra, & ſic diuites remanere, & animã ſuã ſaluare, vel potius multis deceptionibus, & periculis irretire. Conſtat enim, quantum fieri põt, eẽ periculis obuiandũ. Solet etenim eccleſia nõ ſolũ peccata cõmiſſa punire, ſed etiã cõmittẽdis aditũ prohibere, ſicut patet 22. q. 5. hoc vr̃. 23. q. 4. ipſa pietas. extra, de cogna. ſpirit. c. tua. Hinc etiã cõtra delinquentes per leges apponuntur pęnæ, vt peccandi audacia reprimatur. Propterea tutius di-C cendum eſt, ꝙ ſi res pro vſuris ſoluta non eſt lucroſa: & cum tali vſurario lucro lucretur vſurarius per alios cõtractus licitos, & honeſtos, de tali lucro tres debẽt fieri partes: quarum prima remanet apud vſurariũ, alia autem detur ei, qui ſoluit vſuras: tertia vero tanq̃ incertum pauperibus erogetur. Prima inquam pars vſurario detur propter induſtriã, & laborem ſuũ ſecundũ iudiciũ boni viri, quemadmodum ſi lucratus fuiſſet cũ pecunia aliena: dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. Secunda vero pars det̃ ei, qui ſoluit vſuras: & hoc ratione ſui quodãmodo intereſſe: quia res ſua detenta eſt, D vnde potuiſſet lucrari. Tertia vero tãquàm incertum pauperibus diſpẽſetur. Cuius ratio eſt, quia apud vſurarium remanere non debet propter rationem oſtenſam. Nec ei, qui ſoluit vſuras, reſtitui debet, cum ei quaſi modo vſurario proueniret. Reſtat ergo, ꝙ ſit pauperibus diſpenſanda: cum regulare ſit, ꝙ quandocunq; reſtitutio fieri debet, nec reperitur, cui debeat fieri, habet pauperibus diſpenſari. ad hoc extra, de vſur. cum tu. Licet autem hæc opinio ſatis prouida videatur: tamen contra eam, ſecundũ quoſdam, plurimum obſtat cõſuetudo communis: quia nunquàm vidimus, aut legimus vſurarios ad reſtituendum compulſos, niſi E vſurarium incrementum. Præterea licet pactum de danda vſura ſit de ſe, & abſolute inuoluntariũ ex parte mutuum accipientis: nihilominus ex cõditione voluntarium dici poteſt. Propterea non ſimpliciter ab vſurario accipitur, & tenetur cõtra voluntatem illius. Et ideo ad nullum damnum ſibi proueniens, præterquàm ad ſolam vſurã reſtituendam, vſurarius obligatur. Ratio eſt etiam, ſecundum Sco. vbi ſupra, quia recipere fructum prouenĩetem de pecunia ſua per induſtriam alterius, vſurarium eſt. Propterea tutius mihi videtur, ꝙ iſte qui dedit vſuras, nihil recipiat vltra pecuniam ſuam: F & præcipue, quando ille qui dedit vſurã, ex hoc non eſſet damnificatus. Si autem notabiliter damnificatus eſſet ex carentia talis pecuniæ, quam alius ſibi reſtituit: non video quin vſurarius ille teneatur ad intereſſe. hæc Scotus. Et hæc ſententia verior eſſe videtur.

*Hæc diligẽter perpendenda*

*Hæc ſnĩa videt̃ tutior, quia q̃cquid accedit ſorti vſura eſt.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De his, qui ſunt fauorabiles malo lucro, ſed non dant ad hoc cauſam efficacem.*

SEcundi principales in proximorũ of-G fenſione ſunt ipſi conſentientes, ſ. qui dant offenſionis occaſionem, licet non efficacem. Et hi etiam in triplici genere diſtingui poſſunt. Primi ſunt, qui dant occaſionem rapinis: ſecundi ſunt, qui dant occaſionem furtis: tertij ſunt, qui dant occaſionem vſuris: de quibus per ordinem ſubiungamus.

*De his, qui ſunt participes in rapinis, non tamen dant in eis cauſam efficacem, atque de his ſubditis, qui ſuis dominis obediunt in iniuſto bello. Cap. 1.* H

PRimi autem offenſores dici poſſunt, qui dant occaſionem rapinis: nihilominus etiam ſine illo fauore committeretur rapina, vt cum quis gaudens de deſtructione aduerſariorum: licet bellum non ſit iuſtum, oſtendit lætitiæ ſignum de malis, quæ inferuntur illis, obloquitur, commendat impietates, & crudelitates, incendia, & rapinas, atque in communi colloquio ad huiuſmodi exhortatur. Nihilominus veriſimile eſt, ꝙ maius damnum ſit illis illatum: hi tales licet mortaliter peccent, non tenentur tamen ad ſatisfa-

*Quid de illis, q̃ dãt occaſionẽ rapinis.*

A ſatisfactionem temporalem, licet ad ſatiſfactionem ſpiritualem merito obligentur, ſicut de hoc in ſermone 36. ar. j. atque in cap. 2. plenius apparebit. Quid ſi multi ad rapiendum concurrunt, nec aliquem habent capitaneum ſupra ſe: neq; vnus alium amauit magis, quàm alius eũ, ſed ſimul cõueniunt ad rapinam? Ad hoc dicunt quidã, quòd quilibet ſolum pro parte ſua ſatisfacere obligatur, ita tamen quòd eorum ęſtimatio habeatur: vt qui magis ſtrenuus fuit ad malum, & maiorem aduerſarijs incuſſit timorem, intelligatur amplius obligatus. Secundum autem Hoſtien. tutius, atque verius eſt, quòd quilibet inſolidum obligatus B intelligatur, quia ad rapinã concordes fuerunt. Sed vt hoc clarius innoteſcat, diſtinguendum eſt, ſecundum Aug. & Ray. quòd ſubditus mouens bellum pro domino ſibi mandante: aut credit bellum eſſe iuſtum, aut iniuſtum, aut dubitat. In primo caſu, cum credit eſſe iuſtum, quia habet rationẽ hoc credendi: nõ tenetur reſtituere ea, quæ accepit ab hoſtibus, niſi ſecũdum edictum domini ſui: neque peccat, niſi habeat corruptam intentionem, ſ. per cupiditatem, odium, vindictam, & ſimilia, quæ ponuntur 23. q. 1. quid culpatur. In ſecundo vero C caſu, cum ſcit, vel probabiliter credit: quia rationem credendi habet bellum eſſe iniuſtum, reſtituere obligatur, quia tenetur plus Deo, quàm hominibus obedire. In tertio autem non tenetur: excuſatur enim propter obedientiæ bonum, licet forte peccet dominus contra Deum. 23. q. 1. quid culpatur, vbi bene de hoc Aug. ait. Secundum autem Rod. ſi ſubditus a ſuo domino vocatur ad bellum contra ſuum hoſtem mouendum, cõtra quem non licet propria auctoritate pugnare: ſi dubitat vtrũ dominus eius auctoritatem habeat ab eo, qui poteſt ei tribuere poteſtatem: obediens excuſatur D propter obedientiæ bonum, ſicut Aug. in præalleg. c. ait. Et ſimiliter de alijs cauſis, ex quibus bellum eſt iuſtum, ſiue iniuſtum. Secundum tamen Hoſtien. tunc talis ſubditus excuſatur, quando quantum potuit, inquiſiuit, & peritiores cõſuluit, & tamen ſemper dubius in ſe remanſit. Alioquin tanquàm affectator ignorantiæ, ſicut nec expers ſcientiæ punietur, extra, de clandeſt. deſpon. cum inhibitio. §. ſi quos vero. Neq; excuſatur timore incurrendi aliquod temporale damnum. 32. q. 5. ita ne. Cum etiam auctoritas iuris, vel iudicis requirat̃ ad hoc, ꝙ bellum ſit iuſtum: merito dici põt, ꝙ vbi auctoritas iudicis habetur: ẽt ſi iudex errauerit, ad pugnãtis tñ cõſcientiã ſatis eſt: & in hoc caſu põt hẽre locũ dicta diſtinctio in cõſciẽtiæ foro. Secus in cõtentioſo, vbi error detegeretur tẽpore ſuo. Hęc Hoſtien. E Sed ſicut ait Rod. non ſic excuſantur ſtipendiarij, ſiue cognati, ſiue amici iniuſte p̃dicto modo indicentes bellum, cũ non ſint ſubditi eius. Neque excuſet eos obedientiæ bonum: neque ſe committere debent diſcrimini in præiudicium alterius partis. 14. q. 5. denique. vbi Ambroſ. ait: Deniq; ſi nõ poteſt alij ſubueniri, niſi alter lędatur: commodius eſt neminem iuuari, quàm grauari alterum. Sed quid de mercatore in Francia F exiſtente: qui Venetias malitioſe ſcribit, ꝙ merces quædam longe plus ibi, quàm Venetijs valeant: cum tamen mendacium ſcribat, vt venientes literæ ad manus mercatorum aliquorum, quos ipſe odit, cũ damno eorum illuc ſuas tranſmittãt merces: Quod illi verum eſſe credẽtes, cum multo damno ſuo illuc tranſmittunt eas: Nunquid talis deceptor in conſcientiæ foro ſatisfacere obligatur, cum quodammodo det occaſionem proximi ſui damno? Dicendum, ꝙ talis mortaliſſime peccat, non tamen obligatur ad ſatisfaciendum. Cuius ratio eſt, quia tales illius literas recipientes eis credere G minime tenebantur: immo iniuſte egerunt recipientes literas illas, ſi directę non erant eis. Alij tamen dicunt, & forte melius: quòd tales reſtituere obligantur.

*Quid de multis cõplicibus, q ad rapinã cõcurrũt.*

*Caſu.*

## *De his, qui furti diuerſimode participes fiunt: licet ad hoc non dent cauſam efficacem, & de his, qui aliorum impediunt futuram utilitatem, uel fructum. Cap. 2.*

SEcundi quoque offenſores etiam dici poſſunt, qui furti occaſionem præſtãt, de quibus idem dicendum eſt, ſicut in præcedenti capitulo, de raptorum fautoribus dictum eſt. H Sed quid ſi ego impedio aliquem, ne aliquod beneficium conſequatur? vel ſi cuidam empturo equum, vel caſtrum, ego diſſuaſorijs verbis antequàm facta ſit, impedio huiuſmodi emptionem? Aut ſi alicui, cui teſtator vult ſua bona, vel eius partem legare, vel dare, impedio legare, vel dare, nunquid teneor ex hoc aliquid reſtituere ſibi: quamuis etiam hoc a me malitioſe ſit factum, cum videar quaſi furtiue proximo meo damni pręſtare occaſionem. Ad quod dicendum, ſecundum Thomam, 2. 2. quæſtio. 66. quòd aut talis impe-

*Quid ... impediente a... ne ... cũ ... cõſe...*



A impediuit eum iuſtè: vt ſi intendens honorem Dei, vel vtilitatem eccleſię procuret ꝙ detur alicui digniori: & tunc in nullo tenetur. Aut impediuit iniuſtè: puta ſi intẽdebat nocumentũ illius propter odiũ vel vindictam & hmõi: & tunc ſi impedit, ne det̃ digniori, dico ꝙ anteq̃ firmatum ſit, ꝙ det̃ ei, tenetur quippe ad aliquã recompenſationẽ penſatis conditionibus perſonarũ atq; negotiorũ. Non tñ tenet̃ ad æquale, quia ille nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si vero impedit ne det̃, poſtquã iam determinatum eſt ꝙ det̃, ꝓcu- B rans indebitè reuocari, tenet̃ ad reſtõnem æqualem, ſm̃ ſuam facultatem. Et idem iudicium eſt de eo, qui impedit aliquem a cõſecutione cuiuſcunque muneris, quod honeſtè reciperet. Hæc Thom. Richar. quoque in 4. diſtin. 15. circa hoc diſtinguit: quia aut homo facit hoc intentione damnificandi alium, aut conſulendi propriæ vtilitati. Primo autem ſi hoc facit intentione damnificandi alium: tunc quãuis non teneat̃ ad reſtituendum valorem beneficij eo, ꝙ nõ eſt æqualis valoris habere bonum in actu, & eſſe propriè habere: maximè qñ impediri C põt. tenet̃ tñ ad intereſſe ipſi damnificato ad arbitrium boni viri. Secundo autem ſi hoc fecit intentione conſulẽdi propriæ vtilitati, non tenetur ad aliquam reſtõnem, ſi beneficium illud procurauit pro ſe per viã licitam & honeſtam: quod quidẽ exemplo patere poteſt. Nam ſi præſcindo venas in fundo meo, per quas deriuabatur aqua ad alterius puteũ, & hoc intentione ſibi nocẽdi: teneor ſibi ad reſtõnem illati damni. Si autem hoc abſq; fraude intendens conſulere vtilitati meæ: vt puta quia mihi multum vtile eſt facere murum, nec poteſt fundamentum cõuenienter fieri ſine prædictarũ venarũ præciſione: tunc non teneor ad ali- D quam reſtõnem, quia tunc iniuſtè non damnifico, eo ꝙ ius habeam faciẽdi vtilitatem meam in fundo meo. ff. de aqua pluu. ar. l. ſi in eo. & l. Proculus. in fi. ff. de dam. infec. ff. de noui ope. nunc. l. 2. Et ſicut dr̃ de reg. iu. nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet. Iſte habet ius procurandi ſibi beneficium ſeruatis circũſtantijs iuſtis atque honeſtis. huiꝰ ſententiæ eſt etiã Scotus, eadem diſtinctione. Alij autem dicunt pro regula tenendum eſſe, ꝙ damnificatio in eo ꝙ nondum erat ſuum, aut ſui iuris, non eſt illud ſibi neceſſario reſtituendum. Cuius ratio eſt, quia per hoc non abſtuli ſibi aliquid ſuum, nec feci auferri: multo etiam minus teneor ei, quem impediui, E ne ſibi præbenda eccleſiaſtica traderetur. Aut cui eã abſque falſi criminis impoſitione feci iam datam auferri per eum, per quẽ ſecundum iura canonica & diuina verè ſibi potuit auferri; ſicut per Papã, vel alios, qui ſuper hoc habeant poteſtatem. Nam pro futuro tempore, pro quo ſibi aufertur, nondum ſic erat ſua, vel etiam ſui iuris, quin ſaltem diuino iure poſſet ſibi auferri. Propterea ius illud potius eſt ſpirituale atque commune & a ſuperioris poteſtate dependens, quam ſit corporale & reſtituibi- F le atque proprium poſſidentis. Si vero inſtetur, quod ruſticum detinens violenter, ne ſuas operas exequatur: tenetur ad ſalarium, quod amittit: & ſimiliter impediens piſcatorem, aut aucupem a captione piſciũ & auium, quæ ſunt communis iuris: niſi ratione ripæ vel terræ, quæ ſunt ſpiritualium dominorum, ſeu communitatum tenetur eis ad damnum datum. Dicendum quòd hæc non ſunt ſimilia caſibus antedictis. Cuius ratio eſt, quia hoc caſu aufer- G tur ruſtico & aucupi ſuus proprius vſus, qui erat vtique ſui iuris. Aufertur etiam fructus in eorum vſu cauſaliter & quaſi ſeminaliter contentus. Impediuntur etiam ab his, quæ eis competunt de communi iure. Huius ſententiæ eſt Giraldus Odonis. Si quis verò arguat, quòd qua ratione dans cauſam prædictorum damnorum tenetur reſtituere damna: eadem ratione abſcindens alicui manus, vel pedes, tenetur ei reſtituere omnia temporalia, quæ ex vſu prædictorum membrorum acquiſiſſet, ſi ſibi non fuiſſent abſciſa. Ad quid enim amplius tibi teneor reſtituere fructus, quos ex tuo habuiſſes agro, niſi me cooperante illos perdidiſſes iniuſtè: quam- H uis ego illos non receperim fructus? Ad hoc quidem poteſt ex conſideratione duplici reſponderi. Primo, quia in his, & conſimilibus multum eſt attendenda approbata conſuetudo omnium pręteritorum atque præſentium & præcipuè factorum: nam conſuetudo talis magnam vim cauſalitatis habet in humano iure. Nam ſicut diſtinct. 12. cap. diuturni, ſcriptum eſt: Diuturni mores, niſi legi ſint aduerſi, conſenſu vtentium approbati legem imitantur. Non etenim reperitur, quòd damna lucri, quod feciſſent truncati & excæcati, ſic fuerint reſtituta, & debere reſtitui iudicata: ſicut reperitur de ſuperioribus datis damnis.

*Diſtictio obſeruanda, q̃ oẽm difficultatẽ tollit.*

*Sco. in 4. diſt. 15.*

*Inſtãtia.*

*Solutio.*

*Giraldus Odonis.*

A Secundo, quia truncatio membrorum non aufert immediatè cauſam lucri propinquã & quaſi actualem: ſed potius cauſam remotam & magis potẽtialem, quam actualem. Et ideo detruncator membrorum potius aufert poſſe, ſeu potentiam ad lucrandum, q̃ auferat lucratiuum actum, ſeu actualiter cauſam lucri, niſi ſolum pro quanto actus non actualiter, ſed potentialiter continebatur in membris. Sicut autem rapiens pecuniam, ſeu equum, non tenetur reſtituere q̃c quid dominus per illa poſſet eſſe lucratus: ſed ſolum ea, quæ per hoc probabiliter lucratus eſſet, ex eo ꝙ iam erat actualiter ad B lucra huiuſmodi ordinatus & dedicatus, ſicut ſupra. 3. c. ar. primo, dictũ eſt. Sic nec in propoſito reſtituere obligatur ea, quæ poſſet eſſe lucratus. Si vero dicas, ꝙ ille truncatus iam erat lucris mechanicis & officijs mancipatus: tunc oportet dicere, ꝙ truncator ei reſtituere obligatur, quantũ ponderat probabilitas talis lucri. Aut ꝙ ſicut antea dictum eſt communis conſuetudo ipſum de hoc reſtituendo excuſat. Talis nãq; conſuetudo fortè propterea introducta eſt: quia vt frequentius huiuſmodi probabilitas pro tota vita truncati eſt nimis incerta: C tantique ponderis, ſeu precij, quòd vix reſtitui poſſet ſaltem a vulgi communitate. Ad quid autem alicuius membri truncator remaneat obligatus, dicetur infra ſermone. 36. art. 2. c. 2.

*Caſus.*

*De his qui aliquos ad fenerandum inducunt, vel ad hoc eis denarios præſtant. Cap. 3.*

TErtij autem offenſores inſuper dici poſſunt quidam, qui vſurarijs aliquod patrocinium præſtant: non tamen dant eis ad vſurarium lucrum cauſam D efficacem. Verbi gratia: Quidam conſuluit cuidam amico ſuo, vt feneraretur, nihil ei gratis pecuniam mutuauit, vnde ille exerceret vſuras. Ad hoc dicendum, quòd de huiuſmodi caſu ſunt diuerſæ opiniones, ſecũdum Alex. Lom. & Vuil. Quidam enim dicunt, ꝙ qui alios ad fenerandũ inducunt, q. feneraturi alias non fuiſſent: inſolidum reſtituere obligantur. Si aũt alias feneraturi erant: tunc minimè obligantur, niſi inquãtum peruenit ad eos. Alij autẽ & rõnabiliter moti dicunt, ꝙ in neutro obligantur caſu, niſi inquãtũ ꝑuenit ad eos. Nec inſuper in duobus alijs caſibus: vt puta cum quis ſocietatem contrahit cum aliquo ad exercendum fenus: vel cum quis vſurario pecuniã E dat pro lucro percipiendo. Mouent autem tales ad hoc ſentiẽdum propter differẽtiã, quæ eſt inter rapinam & furtũ ex vna parte, & vſuram ex alia parte, & penes voluntariũ & non voluntariũ. Ex qua quidẽ dñia ortũ habet: quia in his caſibus potior eſt cõditio vſurarij, q̃ raptoris vel furis. Nã in rapina & furto reſtituere obligat̃, qui præſtat ad hoc aliquo modo cauſam efficacẽ, etiam ſi nihil perueniret ad eum, ſicut de hoc in ſequẽti articulo plenius apparebit. Et hoc, quia rapina & furtũ contra volũtatem Dñi perpetrantur. Non ſic aũt in vſura, vbi interuenit voluntariũ mixtũ. Propterea in rapina & furto iura ſpoliatis tribuũt actionẽ contra eos, qui rapinæ & furto dederunt F cauſam efficacẽ, licet ad eos nõ peruenerit quicq̃ de tali impietatis lucro. Ex prędictis igitur patet primus articulus & ſecundus: vbi ſufficienter oſtenſum eſt, quo ad prædictos duos articulos, quis reſtituere obligatur. Quod intelligere nobis, memoriter retinere atq; opere adimplere largiri dignetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cũ patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

*De maliſ conſultoribus.*

*Quis tenetur reſtituere in rapina & furto.*

---

G DOMINICA

Infra diem.

*Quis etiam reſtituere obligatur, & ſpecialiter de his qui in alienis damnis præſtant cauſam efficacem: & quomodo quilibet eorum in ſolidum reſtituere obligatur.*

## Sermo XXXIIII.

H S*Equebatur eum multitudo magna. Iterum Ioan. 6. cap.* Iã igit̃ ſufficiẽter pertractatis duobus principalibus articulis hui⁹ primę Religioſitatis, quæ eſt, quis reſtituere obligat̃. Iã ad diſcutiendũ tertiũ deſcendamus, qui talis eſt ſm regulam in principio præcedẽtis ſermonis datã: Quod ſunt quidã, qui in dãnis dant cauſam efficacẽ, i. ſine qua veriſimiliter ꝓſumi põt, ꝙ tale dãnũ nõ cõtigiſſet. Iuxta qđ ſcriptum eſt, extra de iniu. & dã. da. c. ſi culpa. vbi dr̃. Qui occaſionem damni dat, dãnũ dediſſe videt̃. Quod verbũ, ſm prędictũ ſenſum intelligendum eſt: & ſm hunc intellectum



A lectũ oẽs tales cooperatores taliter præſtãtes cauſam efficacem, inſolidum reſtituere obligantur. Tenentur inq̃, niſi per aliquos cooperatores iuxta propoſitionem ſuę cooperationis reſtitutio fiat. Et ſi tota fiat ab vno. ſ. de omni damno, incommodo, expenſis, & intereſſe: tunc ſm Scot. & Hoſt. quilibet alius cooperator tenebitur ei ad tm̃, q̃tum ſua partialis cooperatio partialiter, & proportionaliter ſatisfacere obligabat. Item ſm Tho. ſi principalis in facto ſoluit, oẽs alij. ſ. qui fuerũt ab eo inducti ad faciendum damnum, liberati ſunt. Inſuper notandum eſt, ꝙ ſi homo nõ eſt cooperatus in toB tum, ſed ſolum in aliquam partem, non tenetur reſtituere, niſi tãtummodo illam partem. Et ſm Raymun. ille, cui ſit ſatisfactum, quantum ad conſcientiæ forum põt & debet cedere actionem illi, qui totũ ſoluit: nõ ꝗdẽ vt ab vno exigat totũ, niſi forte a principali damnificante: ſed vt a ſingulis partialiter & proportionaliter petat. Hoſt. autẽ huic ſnię in aliquo contradicit, & bene: ꝗa ex tali ceſſione agi non poſſet, cum ſit ſecretum. Sed alij cũ ei ſint obligati, ſunt efficaciter inducendi, ꝙ ſatisfaciant illi, cũ negotiũ eorũ vtiliter fuit executus. Et ſic iterum intelligi põt verbũ præallegatũ. ſ. Sequebatur C eũ. ſ. auaritiæ, vel exterminij dæmonũ multitudo magna, videlicet currẽtiũ ad infernũ, niſi pęnitentiam agant: quia. ſ. in dãnis dãt cauſam efficacem. Multipliciter aũt poſſunt hoĩes in damnis cooperari dando cauſam efficacem rapinę, furto, atq; vſuræ. Sed dimiſſis his, qui dant cauſam efficacem vſuræ pro ſermone ſequenti ſolum de his, qui ſolum præſtant cauſam efficacem rapinæ, & furto, diuerſos quaternarios diſtinguamus.

*Qui ſunt cã damni Scot. vbi ſup.*

*Qui rapinis & furtis dant cauſam efficacem. Cap. 1.*

D PRimus quaternarius ſit de his, qui dant cãm efficacẽ rapinis & furtis. Primo auxilio, ſiue facto, ſecundo ſcripto, tertio cõſilio, quarto ſtatuto. Primo quidẽ auxilio, ſiue facto: vnde ſi quis rapinam diſſuaſit, nec aliud rapuit: ſed tm̃ cũ raptoribus iuit, vt perſonas rapientiũ liberaret: Talis inq̃ reſtituere non tenetur, niſi forte raptor nullatenus iuiſſet, ſi comitatũ alterius non habuiſſet. Nã in caſu iſto ſp tenetur, quia & ſi verbo diſſuadeat, tm̃ facto & auxilio opẽ preſtat: hoc ſm Inno. & Hoſt. ext. de homi. c. ſicut dignũ. in prin. Idem quoq; ſi multi concomitati ſunt aliquos ad rapinam, ſeu deuaſtationem bo- E norum, ſiue ad defendendum eos, ne lædi poſſent, vel ibant vt aduerſarios compeſcerent, ſi vellent prohibere rapinã, ſeu vaſtationem. Tales inquam, ſm Inn. & Hoſt. vbi ſup. in foro conſcientiæ non tenentur, niſi de ea rapina, quã quilibet fecit, vel quæ eorum auxilio facta eſt. vnde ſi multa alij raptores principales rapuerunt & deſtruxerunt ſine iſtorum auxilio, licet hi cum illis concomitati ſunt: in nullo tñ iſti tenentur, quia nec ipſorum facto, nec conſilio rapinã vel ſtatum principaliter fecerunt: nec tenentur inquam, niſi de illis damnis, quæ facta non eſſent, ſi tales non iuiſſent cum eis. Nã F tunc tenentur in virilem portionem, ſi eorum fauore alij rapuerunt. Et in hoc apparet diuerſitatis ratio inter auxilium & conſilium: quia auxilium reſtringitur ſolum ad illa, quibus auxilium datur: conſilium vero extenditur ad omnia damna, quæ vigore talis conſilij data ſunt. Tenentur etiam, ſi aduerſarij crederent, ꝙ illi in auxiliũ raptorũ veniſſent: & propter hoc rapinam defendere non auderent. Idẽ quoq; de illis, ſm eos, vbi ſup. dicendum eſt, qui pacificandi cauſa vadunt, niſi hoc ſignificent aduerſarijs: ꝗa G alias rapinæ viderentur prę̃ſtare cauſam efficacem, cum illi timore eorum ſuas res nullatenus defendere auſi eſſent. Quæri etiam poteſt, vtrum ille qui habet iuſtum bellum, ſatisfacere teneatur damna, quæ aduerſarijs ſuis per incendia fecit, aut eſtracturas, aut ꝑ arborum & vinearum inciſiones, & conſimilium? Ad quod dicendum, ꝙ talis de illis damnis non tenetur, quæ intulit bona fide, a quibus commode non potuit abſtinere ſecundum induſtriã & cõſuetudinem patriæ pugnantium bona fide. Si quis tamen craſſandi animo & malitioſe intulit, ſeu fecit: cum alias ſibi cõmode conſulere poſſet, tenetur & computabuntur illa damna cũ dam H nis ſibi & ſuis datis & hoſtibus eius vſq; ad quantitates concurrentes: & de eo, ꝙ ſuper excreuit, tenetur ſatisfacere illis, quibus intulit damna. Secundo autem dat quis dãno proximi cãm efficacẽ ſcripto: vt puta ſi propter falſum teſtimonium, ſeu aliqđ inſtrumentum, vel propter aliam ſcripturam falſam, ſeu falſificatum in libris mercantiarũ, ſeu aliorum factorum quis damnificetur iniuſtè: ille qui ſcripturã falſificauit, in ſolidũ ſatisfacere obligat̃, vt in l. 1. ff. de magiſtra. cõuenien. & l. qui tabulas. ff. de furt. Tertio quoq; dat quis cauſam efficacem cõſilio: vt cũ quis præſtat cõſilium ad rapinã & furtũ.

*Notandũ eſt latiſſimũ diſcrimen inter auxilium & conſilium.*

*De eo, q dat cam efficacem conſilio.*

A Aut cum quis dat conſilium ꝙ homo non
reſtituat aliena, vel quocunq; alio modo in
confeſſione, ſeu in iure ad proximi damnũ
conſilium præſtat, ſine quo cõſilio talia nõ
fiebant, ſimiliter inſolidum ſatisfacere obli
gatur, ar. a ſimili, extra de ſen. excõm. c. nu-
per. in glo. concor. Richar. potiſſimè quoq;
obligantur inſolidum, qui aliqua quæ ve-
niunt in proximorũ damnum deliberanda
conſilijs anteponunt: ſi non ſint cõſilia do-
minorũ, ſeu ciuitatũ, ſeu aliquorum officio
B rum. Quarto etiam dat quis cauſam effica-
cem, & hoc ſtatuto de facientibus ſtatuta
grauia, ſiue leges iniquas. Aduertẽdum eſt,
ꝙ ſi ſint cõtra ius naturale, quod in lege &
in euangelio continetur, ipſo iure non te-
nent, diſt. 8. qui contra mores. 32. q. 7. flagi-
tia. vt de vſuris non repetendis, vel iuramẽ
tis non ſeruandis. extra de iureiur. contin-
git. & c. ſe. lib. 6. Innoc. extra de immu. eccl.
quia plerique. in fi. Tales etiam condito-
res talis ſtatuti vel legis: & eorum hæredes,
ſecundum durandum, tenẽtur ad totum id
damnum, quod ſcilicet ex illis ſtatutis & le
gibus damnificatis contingit. Similiter om
C nes prædicta ſtatuta & leges ſeruantes, ſe-
cundum eum, tenentur reſtituere omnia il
la, quæ occaſione obſeruationis earum fa-
ctæ per eos alij iniuſtè grauati ſunt. Idem
eſt ſi laici talia ſtatuta condant in præiudi-
cium eccleſiarum, extra de conſtitu. quæ in
eccleſiarum, & c. eccleſia. & obligantur in-
ſolidum illi, qui induxerunt conditorem ad
talem legem confirmãdam ſtatutarij, & eo-
rum hæredes, conſiliarij, ſcriptores, iudicã-
tes & ea ſeruantes, vel exequentes, & dele-
re tenentur, extra de ſenten. excommu. no-
uerit. & c. grauem. & de vſur. ex graui. in
clem. Obligantur etiam vicarij & alij offi-
D ciales, quando ipſorum Poteſtas & Capita-
neus aliquid iniuſtum facit, niſi ipſi contra-
dicant, aut reſiſtãt, vt l. quoniã. la. 2 C. de ap
pella. & Bal. hoc ibi firmat. Idem etiam eſt,
ſi fiat contra ius poſitiuum ad pauperes op
primendos & iuſtitiam impediendam. ex-
tra de immu. eccle. quia nonnulli, & c. qm̃,
& ſe. Hæc Raymund. & Hoſtien. in ſumma
de condentibus leges iniquas. Item omnes
condentes ſtatuta contra eccleſiaſticam li-
bertatem & ſcriptores eorum, & Poteſta-
tes, Conſules, Rectores, & Conſiliarij loco
rum, vbi talia ſtatuta, ſiue conſuetudines,
editæ ſunt, vel obſeruatæ, & qui ea fecerint
obſeruari, & qui iudicauerint ſecundũ ea,
vel in publicam formam redegerint iudica
ta, ipſo facto excommunicati ſunt. extra de

*Condentes ſtatuta contra libertatẽ Eccleſiæ.*

ſen. excomm. nouerit. & c. grauem. Satis ad E
hoc faciunt, quæ dicuntur infra ſermone
35. art. 2. cap. 2. §. 3. & 4. Contra autem hu-
iuſmodi leges cõdentes, Eſa. 10. proclamat
dicens. Væ qui condunt leges iniquas, &
ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt oppri-
merent in iudicio pauperes: & vim face-
rent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent
viduæ præda eorum, & pupillos deriperẽt,
& cætera mira.

*Secundus quaternarius de eodem. Cap. 2.*

SEcundus quaternarius eſt de his, qui F
etiam damnis aliorum dant cauſam ef
cacem. Primo iuſſione ſeu præceptio-
ne, ſecundo comminatione, tertio detra-
ctione, quarto adulatione. Primo quidem
iuſſione, ſeu præceptione. Ille nempe, qui
iubet fieri: prior & principalior cauſa eſt,
q̃ executor præcepti, & per conſequẽs plus
influit: ex quo quidẽ plus obligatur & for-
tius. Ad hoc. 11. q. 3. c. Iulianus. & cap. ſi is,
qui præeſt. Secundo comminatione, ſ. cum
quis verbis & modis comminatorijs indu-
cit aliquem ad inferendum damnum, quod
aliter non dediſſet. Tertio detractione vel G
diffamatione: vt puta cum quis dicit aliquẽ
ſpoliatione dignum, & conſimilia, atque
detractione inducit tyrannos, ſiue regen-
tes, ſiue potentes, aut quoſcunque alios
ad inferendum alteri damnum, ſine qua
detractione non fuiſſet illatum damnum:
tales inquam ſatisfacere obligantur. Quar-
to adulatione, ſcilicet ſine qua tale damnũ
non fieret: vt cum quis laudat malefacto-
rem, quaſi ſtrenuum, propter quod ille
ad damnificandum mouetur: talis inquam
ad nocumentum præſtat cauſam effica-
cem, quia vim habet cuiuſdam conſen- H
ſus. ad hoc. 93. diſtin. ſi inimicus eſt ipſe,
circa medium.

*Tertius quaternarius de eodem. Cap. 3.*

TErtius vero quaternarius eſt de his
quoque, qui dant cauſam efficacem
aliorum damnis. Primo falſa aduo-
catione ſeu procuratione, ſecũdo falſa ſen
tentiatione, tertio falſa accuſatione ſeu de-
nũciatione, quarto falſa teſtificatione. Pri-
mo quidem falſa aduocatione, ſeu procura
tione, cum. ſ. aduocatus vel ꝓcurator cau-
ſam iniuſtã defendit. Vnde ſm̃ Raym. teneẽ
ad reſtõnem oĩum, quæ illi cõtra quos ad-
uocabat, ꝓpter illius patrociniũ ĩiuſtè ami-
ſerunt,

*Aduocatus falſus & iniquus.*



A ſerunt, ſeu damnificati fuerunt. Vnde ſi pro
pter cauillationẽ ſuam abſtulit aduerſario
cauſam bonam vel ẽt ſi ipſum grauauit, ſu-
perfluam dilationẽ petendo: vel allegando
falſum contra conſciẽtiam, vel faciẽdo ca-
uilloſam poſitionẽ: aut inſtruẽdo falſum te
ſtẽ ſiue inſtruẽdo cliẽtulum de negando ve
ritatem, aut ꝓcaci vociferatione impediẽ-
do proceſſum, quod quidem fieri poteſt, ſi-
cut patet. 5. quæſt. 4. in loco. 3. qõ. 7. ſi quis
adeo. In omnibus his & conſimilibus ad-
B uerſario tenetur ad intereſſe non ſolum æ-
ris, ſed ẽt iuris: nam tenetur ponere par-
tem iniuſtè oppreſſam in ſtatu ſui primi iu-
ris. Aduertẽdum tamẽ, ſecundum S. Tho.
2. 2 q. 71. ꝙ aduocato defendẽti cauſam iu-
ſtam, licitu m eſt prudẽter occultare ea, qui
bus impediri poſſet proceſſus eius: non ta-
mẽ eſt licitum ei vti aliqua falſitate. Secun-
do falſa ſentẽtiatione. Talis tamen ſentẽtia
tio tripliciter fieri contingit: aut malitia,
aut ignorantia, aut metu, ſicut patet. 11. q.
3. c. quatuor. 2. q. 1. in primis. Primo fit ma-
C litia: puta per cupiditatẽ, odium, vel amo-
rem: & tunc ſi cauſa eſt ciuilis, tenetur ad
reſtitutionẽ damnorum, & punitur in tri-
plo. Si autẽ eſt criminalis, reſtituit damna
& confiſcationẽ patitur totius ſubſtantiæ
ſuæ, vt in Auth. vt litigan. in exord. lit. iurẽt.
§. ſi quis autem. Secundo per ignorantiam,
vel imprudentiam: tunc punitur ex quaſi
delicto arbitrio iudicis, ſed non inſolidũ.
l. ſina. ff. de var. & extraordi. cog. & Inſti. de
oblig. quæ ex quaſi delic. in prin. & hoc po
net Io. An. in c. cum æterni tribunal. in ver-
bo, condemnamus. extra de ſen. & re iud.
in 6. Tertio fit per metum: & tunc ſi cadat
in conſtãtem virum, peccat mortaliter: ſed
non tenetur ad reſtitutionem, niſi tempo-
re accepti officij, vel commiſſionis dubi-
D taſſet de inferendo metu: quia tunc non
excuſatur a reſtitutione damnorum. Nam
ſi quis timore, cupiditate, vel odio, vel a-
more, vel alias iniquam ſententiam tulit,
ad plenariam reſtitutionem faciendam te-
netur læſo. 11. q. 3. quatuor. & 2. quæſt. 1. in
primis. Sed quid de illo, pro quo iniuſtè
ſententia lata eſt: nunquid reſtituere obli-
gatur? Dicẽdum ſecundum omnes Docto
res, ꝙ ſi habuit malam conſcientiam, dum
pendebat litigium reſtituere obligatur: ne-
que ſententia eum defendit, ſicut dicitur
de præſcriptione, extra de præſcrip. c. fi. vel
ſi per falſos teſtes, vel falſa inſtrumenta,
vel falſas allegationes ſcienter obtinuit, te
nebitur in perpetuum, vt habetur in l. 1. C.

ſi propter. fal. alleg. Sed ſi ante ſñiam non E
habuit conſciẽtiam malam, ſed poſtea, &
non appellauit: ſñia ipſum defendit, vt no-
tat Hoſtien. in ſumma de ſentent. excomm.
c. 2. in fi. Et idem de præſcriptione comple
ta dicunt Bernard. & Hoſtien. extra de præ-
ſcript. vigilanti. niſi haberet conſciẽtiam re
mordẽtẽ, quam remouere non poſſet, quia
tunc reſtituere obligatur, extra de ſimo. p
tuas. il 2. Theologi vero dicunt, & bene: ꝙ
etiam poſt præſcriptionem, vel ſñiam, ſi ha
bet vel incipit habere conſcientiam, quòd
res fuerit aliena, reſtitueẽ obligatur, de quo
per Bar. in extrauaganti, ad reprimendum, F
in verbo, per denunciationẽ, & per Bal. in
auth. ad hæc. C. de vſur. Et hoc exp̃ſſe ꝓba
tur Inſt. de excep. §. item ſi in iudicio, & hoc
tenet Inn. extra, de immu. eccl. qa pleriq;.
Sed ibi diſtinguit de p̃ſcriptionibus, an ſit
exceptio odioſa, vt in Macedoniano, ff. ad
Mace. l. 1. tunc teneẽ reſtituere: aut fauorabi
lis, & tunc nõ teneẽ. Tertio falſa accuſatio-
ne, ſeu denunciatione: de quibus quidẽ te-
nendũ eſt, ꝙ ſi calũnioſè hoc operati ſunt,
tunc tenenẽ ad damni dati reſtitutionẽ: &
ſunt grauiter puniẽdi, vt notaẽ extra de ca-
lũ. c. vlt. Sed & tenenẽ pęnitentiam agere, G
ſi ad hoc ex odio proceſſerunt: quia ex cha
ritate hoc procedere deberet. 23. qõ. 5. pro-
deſt. Quarto falſa teſtificatione: ſi enim per
dictũ falſorũ teſtium aliqua pars amiſerit
cauſam ſuã, teneẽ reſtituere totum dãnum
ei, qui damnificatus eſt, ar. 17. q. 4. ſi quis in
atrio. 14. q. 5. non ſane. 2. q. 4. notũ ſit. Qui-
dam tñ circa hoc diſtinguunt, dicẽtes, ꝙ ſi
teſtes fuerunt diligenter examinati, & fal-
ſum teſtimonium ſcienter & voluntariè tu
lerint: tenentur, ſicut dictum eſt. Si au-
tem non fuerint diligenter examinati: li-
cet mortaliter peccauerint; quia fecerunt
contra præceptum Dei, & inſuper quia H
ſunt periuri: tamen ad reſtitutionem non
obligantur, quia ſi diligenter examinati
fuiſſent, fortè dixiſſent veritatem, vel eo-
rum falſitas patuiſſet.

*Theologorũ opinio.*

*Quartus quaternarius etiam de eodem. Cap. 4.*

QVartus quoque quaternarius ſuper-
addendus eſt de his, qui etiam alie-
nis damnis dant cauſam efficacem.
Primo non defendẽdo, ſeu
præſeruando, ſecundo nõ obuiando, tertio
nõ manifeſtãdo, quarto iniuſtè grauando.

*Quartus Quaternarius.*

*De his q̃ defendere tenent̃ & non defendunt.*

A Primo inquã non defendendo: vnde ſi quis ex officio ſuo tenetur a damno alterum defenſare vel præſeruare, non tantum ſi ex malitia, verumetiam ſi ex notabili negligẽtia, vel incuria, aut imperitia officio ſuo notabiliter indebita contingit illum damnificari, cui ſic tenetur, totum illud damnum reſtituere obligatur: Verbi gratia, ſunt quidam, qui ex aſſumpto officio tueri tenentur pupillos & viduas: huiuſmodi etiã ſunt Domini, qui cum redditus dominij habeant ex officio, tenentur ſubditos ſuos tueri. Stipendiarij etiam, qui ex officio obligantur defendere eos, a quibus in bello iuſto ſtipendium habent. Medici & corporum & animarum, & maximè confeſſores ignari & negligentes: notarij, qui neſciunt condere inſtrumenta: vnde multi ꝑdunt iura ſua: Iudices & aſſeſſores, qui ex ignorantia vel incuria iniuſtas proferunt ſententias: Procuratores & aduocati, qui ex eiſdem cauſis amittunt cauſas iuſtas, atque conſilia dantes, his etiam poſſunt annumerari; In ſuper nautæ & architectores & conſimiles omnes.

*Exẽplum cõe.*

*Ex neglig ẽtia dãnificãtes tenent̃ ad reſtõnem.*

Tales inquam, ſi ex eorum imperitia, vel negligentia quidem damnificantur, ſatisfacere debent. Cuius ratio triplex eſt. Prima, quia tenentur talia præcauere: Secunda, quia vnuſquiſque C tenetur ſufficienter ſcire & exequi diligẽter artem, quam profitetur: maximè quãdo vergit in periculum alterius error ſuus. Tertia, quia eorum imperitia & negligentia habent quandam efficacem cauſalitatem damnificationis illorum, iuxta modum quo priuatio eſt cauſa priuationis: ꝙ etiam talis ignorantia, ſeu negligentia nõ excuſet, patet extra de iniur. & dam. da. c. ſi culpa. & 1. q. 1. quicquid.

*Caſus notabilis.*

Quid etiam de cuſtodibus, qui etiam eos non accuſant, quos reperiunt per ciuitatem euntes contra ſtatutum poſt campanæ ſonum: qui ſcilicet D condemnandi eſſent ad ſolum eorum verbum? Dicendum, quod ſi tales hoc iurauerunt, & tranſgreſſores negligunt accuſare, periuri ſunt, & grauiſſimè peccant: quia iuſtum erat ſtatutum. Non tamen tenentur ſoluere ſtatutam pœnam, quam tranſgreſſores incurrere merebantur. Ratio eſt, quia nondum contra offendentes erat ſententia lata: cum nullus ſoluere obligetur ſententiam antequam in ſe ſit lata de iure, ſicut latius dicetur in ſermone. 37. art. 3. cap. 2. Si vero tales cuſtodes aliquid inde lucrantur, tenentur pauperibus erogare. Si tamen videant fieri damnum & non reclament, potiſſimè quando E de tali cuſtodia ſalarium habent: de ſuo ꝓprio ſatisfacere obligantur: & ſi a damnificãte aliquid acceperunt, debent pauperibꝰ diſpenſare. Idem per omnia dicendum eſt de his, qui ex officio poſiti ſunt ad cuſtodiam vinearum, atque poſſeſſionum, & eorum officiũ prædictis modis iniuſte agunt.

*Secũ dãnũ infertur quõ.*

Secundo non obuiando, ſcilicet malis, & proximorum damnis. Et hoc, quando homini de iniuria conſtat, & obuiare poteſt, & ſibi ex officio competit & incumbit, ſicut competit dominis & multis officialibꝰ: & ſecundum Sco. tale obuiare intelligi habet, quand eſſet ad bonum rei publicæ, & ſine periculo propriæ perſonæ.

*Sco in diſt. 14.*

F Tales inquam non obuiantes inſolidum reſtituere obligantur. Vnde 86. diſt. c. facienti, ſcriptũ eſt: Negligere, cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fouere: nec caret ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Si tamẽ ad hominis officium non ſpectat: & malis ſeu aliorum damnis, cum poſſit, non obſtat: licet mortaliter peccet, quia non diligit proximum ſicut ſeipſum: non tamen ſatisfacere obligatur. Inſuper quamuis ad hoĩs officiũ ꝑtineat obuiare, & vergeret ad rei publicæ malum, ſeu euidens propriæ perſonæ periculum immineret: tunc non obuians, G nec ſatisfacere tenetur, nec inſuper ex hoc peccaret, ſi obuiare in corde paratus eſſet, quando prædicta non impedirent.

*Al… ſius ma lis.*

Inſuper eſt notandum, ꝙ ſi quis Capitaneus multos ſtipendiarios habet ad reſtitutionem tenetur, de omni damno, quod inferunt iniuſte ſubditi ſui ſi obuiare poteſt & non facit, vt tenet Cy. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi.

*Terti nũ…*

Tertio non manifeſtãdo. Et hoc ſecundum Sco. cum quis requiſitus in iudicio, vt ſententialiter res furto ſublata, vel aliter iniuſte detenta poſſet reſtitui H Domino ſuo: & tamen veritatem dicẽdo non imminet ſibi periculum ſtatus, ſeu perſonæ ſuæ: talis inquam non manifeſtando, omne damnum quod inde ſequitur, læſo ſatisfacere obligatur. Ad hoc extra de fur. c. qui cum fure. & 11. q. 3. quiſquis. Ex his patet, quod negans in iudicio teſtimoniũ perhibere in alterius detrimentum, ei ad reſtitutionem recepti damni obligatus eſt. Vnde ſecundum Bal. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler. non ſolum falſus teſtis eſt ille, qui loquitur falſum: ſed et & qui veritatem nouit, tacet, cum interrogatur: quod optimè in textu dictæ l. probatur.





*Quarto dãnũ infertur.*

A Quarto non iuſtè grauando: vt puta quidam Dominus, ſeu communitas commiſit cuidam ciui imponere quandam certam collectam ſuper ſubditos ſuos, ſecundum cuiuslibet facultatem: hic autem alleuians quoſdam amicos ſuos, reliquos iniuſtè grauare neceſſe eſt. Talis inquam, qui ſcienter alleuiat eos citra valorem rerum ſuarum, tenetur de illo damno ſatisfacere læſis, ſi eos reperire poteſt, & quicquid inde lucratus eſt pauperibus diſpenſare. Si autem reperire non poteſt læſos, debet omnia prædicta pauperibus B erogare.

## *Quintus quaternarius ad idem. Cap. 5.*

QVintum quoque quaternarium ſubiungamus, ſcilicet etiam de his, qui dant furtis & damnis cauſam efficacem. Primo receptatione, ſecundo conſeruatione, tertiò ne reddatur impeditiõe, quarto emptione.

*De diuerſis dãnificãtibus.*

Primo autem, quando quis prædictis dat cauſam efficacem receptatione, ſcilicet quando damnificans recurſum habet ad illum, ſicut ad præſtantem patrocinium, ad proximi nocumentum & damnum, quod aliter non daretur. Ad hoc. 11. quæſt. 3. qui conſentit, vbi C dicitur: Qui conſentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima. Et ſubditur. Si quis peccantem defendit, acrius quam ille qui peccat, coerceatur. Secundo furti vel rapinæ conſeruatione, vbi ſcilicet ex tali conſeruatione res ſua a Domino rehaberi non poſſit: quia tunc talis conſeruans tali Domino dat cauſam efficacem, & per conſequens ſatisfacere obligatur. Tertio furti vel rapinæ, ne reddatur impeditione. Quod maxime contingere ſolet vxoribus raptorum & furum, quando immoderaD tis expenſis vltra receptas dotes maritos ad reſtituendum faciunt impotentes, & ſic de cõſimilibus. Quod intelligi habet, ſicut patet infra ſermone. 39. artic. 1. cap. 2. circa principium, vbi loquitur de rebus habitis abuſurario. Quarto furtiꝰ, vel rapinæ emptione. Circa autem talium emptionẽ diſtinguendum eſt: quia aut homo ea emit mala fide, aut bona fide. Primo autem ſi emit mala fide, etiam eſt iterum diſtinguendum: quia aut ſciebat & credebat eſſe rapinam, aut non probabiliter credebat eſſe rem iuſtam, aut de hoc nihil cogitauit.

*Primo quõ ſit reſtitutio.*

Primo autem ſi ſciebat & probabiliter E credebat eſſe rapinam: tunc ſex modis grauatur emptor. Primo, quia ſemper rem reſtituere obligatur, neque liberatur vendendo, vel qualitercunque alienando: neque amiſſione, vel morte rei, neque ſi auferatur violenter, aut inſcienter, de vſu cadat, ſeu quocunque alio interueniẽte caſu, quin reſtituere teneatur precium, ſicut infra patebit: vnde emens furtum, ſemper tenetur de caſu fortuito, niſi in vno caſu: puta ſi rem Domino tempore & loco congruo obtuliſſet: & ille recipere noluiſſet: tunc quidem emptor purgaſſet moram. ff. de condi. fur. in re furtiua.

*Secundo quõ qs tenet̃ reſtituere.*

F Secundo, quia tenetur reſtituere omnes fructus perceptos: & qui intermedio tempore percipi potuerant, extra de reſtitu. ſpolia. grauis. Et ſecundum Raymund. intellige fructus, qui ſuperſunt deductis expenſis illis, quæ fiunt gratia fructuum quærendorum, congregandorũ & cõſeruandorum, quæ deducuntur tam a malæ, quam a bonæfidei poſſeſſore. ff. de peti. hære. l. ſi a patre. Tertio, quia reſtituenda eſt res, ſecundum optimum eius ſtatum: puta ſi tempore ſuæ emptionis vel venditionis, ſine intermedio tempore plus valuit, iuxta illud precium G reſtitui debet. extra, de reſtitutio. ſpoliato. grauis. vbi de hoc. & ff. de condi. fur. in re furtiua. ff. de rei vendi. l. ſi nauis. §. generaliter. & ff. de furtis, in re furtiua. Hoc tamen intelligendum eſt, ſecundum quoſdam, quando res non habetur. Sed ſi res habetur, dicunt ſufficere quod reſtituat æquè bonam, ſicut erat, quando fuit ablata. Item ſecundum Raymun. ſi res melior facta eſt, poſtquam illam alteri vendidit, tenetur etiam ad reſtitutionem plurimi. ff. de condi. furt. l. in re furtiua. Et hoc intellige de ſecundo, tertio ac vltimo emptore malæ fidei.

*Quarto quõ ſit reſtitutio.*

H Quarto, quia non poteſt a domino rei repetere precium, quod de re dedit, poſtquam depræhendit rem eſſe ipſius. C. de fur. l. inciuilem. Neque poteſt ſe defendere ratione ſtatuti ſuper hoc editi, cum tale ſtatutum ſit contra Deum. 8. diſtin. qui contra. 22. q. 7. flagitia. Quinto, quia non poteſt agere contra venditorem de precio ſibi dato: obſtat enim ſibi turpitudo ſua, & hoc niſi expreſsè caueret. 10. q. 2. hoc ius. C. de rei vendi. ſi mancipium.

*Alex. in 4. diſt. 24.*

Secundum tamen Alexand. de Ales, in 4. talis poteſt rem emptam reſtituere vendenti, vt recipiat precium, quod de illa dedit. Magis enim poteſt ſibi prouidere, quam alij: de-

A bet tamen inducere furem ad hoc, vt reſtituat eam vero Domino rei. Sexto, quia perdit expenſas ſuas voluntarias: nam talis contrectando rem alienam, furtum committit, & fur ſemper in mora eſt. C. de fur. l. 2. & ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. Et ſecundum hoc, equus furto ſublatus, quantuncunque & quantiſcunque expenſis a fure melioratus, reſtituendus eſt. Quibuſdam tamen & ſatis diſcrete apparet, quòd licet in forinſeco iudicio & ciuili, ſicut dictum eſt, equus talis eſt taliter reſtituendus: tamen de quidditate naturalis iuris & B conſcientiæ bonæ videtur dicendum, ꝙ iſte reſtituere debeat intereſſe rationabilium expenſarum, per quas equus melioratus eſt, niſi pro quanto ciuile iudicium eſſet inflictum furi illi in pœnam. Idem quoque de conſimilibus dicendum eſſe videtur. concordat Raymund. Secundo autem, ſi rapinæ emptor non probabiliter credat rem eſſe iuſtam cum præcedentibus in prædictis ſex ſociandus eſt. Verbi gratia: Fuit ductus ignorantia iuris, vel ignorantia facti. Ignorantia iuris, ſcilicet, quia licet tunc crederet eſſe raptam, non tamen credebat, quod illam emere C eſſet peccatum: & talis ignorantia non excuſat. Nec etiam excuſat ignorantia facti craſſa & ſupina: vt puta cum quis tempore belli emit a quodam ſtipendiario calicem & miſſale vel paramenta & conſimilia: Propterea omnes tales in foro conſcientiæ reſtituere obligatur, arg. extra de cle. excommu. mini. apoſtolicæ. 12. q. 2. quæ etiam humanis. 16. quæſt. 1. ſi cupis. Tertiò autem ſi de hoc nihil cogitat: & hoc propter fatuam ac temerariam ſimplicitatem, in foro conſcientiæ etiam ſatisfacere debet. Hæc ſecundum Raymun. & Hoſtien. Idem quoque dicendum eſt, ſi de hoc du- D bitabat: quia ſecurior pars eligenda eſt, ſecundum Alexand. de Ales. Secundo autem ſi emptor emerit bonafide, & tunc eſt etiam diſtinguendum: quia aut prædictam emit, vt eam Domino ſatisfacere poſſet, aut ſcilicet pro commodo ſuo haberet. Primo inquam, vt eam Domino redderet, ſcilicet recepto precio & intereſſe ſuo, cum alias Dominus rem eam nullo modo recuperare poſſet, vel ſaltem non tam faciliter rehaberet: tunc cum vtiliter geſſerit negotium Domini rei: ideo totum poterit recuperare pretium & intereſſe ſuum: & ſi res ſine culpa ſua amittatur, vel perire contingat, tunc non tenetur. Et breuiter quicquid ſibi adeſt ex illa re, vt penſio, mer- E ces, fructus, vel ſimile, reſtituere obligatur. Et quicquid ſibi abeſt, vt precium moderatæ expenſæ, repetere poteſt: vel cum eo, quod ex ipſa re ſibi aduenit vſq; ad concurrentem quantitatem, poterit merito compenſare. Si autem talis emptor poſtquam fecit diligenter inquiri, non potuit reperire, cuius res erat: tunc quicquid res illa valet, vltra id quod emptori ipſi debetur, pro anima illius, cuius extiterat, res pauperibus eroganda eſt. Conſulendum eſt ei, ſecundum Raymun. quòd hoc publicè fiat, vt omnis ſuſpitio euitetur, & ſic li- F beratus eſt, quia in hoc illius negotium vtiliter geſſit, arg. 12. q. 2. quatuor. Satis concordant Hoſtien. & Raymund. Secundo autem modo rapinam emit, ſcilicet vt pro commodo ſuo haberet: & tunc ſi probabiliter non credebat rem illam fuiſſe raptã: vt quia omnes vicini, vel maior pars, ita credebant, neque aliud veriſimilirer extimari debebat: tunc hæc bona fides quatuor ſibi confert. Primo, quia durante bona fide & cônſcientia non decepta, rem illam reſtituere non tenetur. Sed ſi poſtea nouerit rem illam fuiſſe raptam, quia bellum credebat iuſtum, & reperitur in- G iuſtum: tunc reſtituere obligatur. C. de fur. l. 2. Tenetur etiam extantes ſatisfacere fructus: de conſumptis autem non tenetur propter bonam fidem, vt l. fructus, & l. ſi ex diuerſo. §. fin. ff. de rei vendi. Secundo, quia poteſt rem vendere & alienare, bona fide durante. Sed ſi aliquod lucrum ex venditione rei conſecutus eſt, debet illud reſtituere Domino venienti. ff. de condi. indeb. l. nam & hoc natura. Tertio, quia non tenetur reſtituere in fortuito caſu, durante ſcilicet bona fide: ſi enim interim pereat ſine culpa ſua, in nullo tenebitur Domino reſpondere. Quarto, quia poſt H reſtitutionem rei, ſi eam fecerit iudice ſententiãte: de precio, quod dedit contra venditorem, agere poteſt, vt ipſum ſeruet indemnem. 12. quæſtio. 2. Vulteranæ. Aliter enim minimè poſſet: vnde dicat emptor domino rei, quod ipſum ad iudicium trahat: & poſtquam citatus fuerit, denunciet venditori quod compareat atque defendat rem ipſam: & ſi res tunc ab eo euincitur, venditor tenebitur de euictione, niſi tempore dandæ ſententiæ emptor per contumaciam fuiſſet abſens: vel niſi per iniuriam iudicis fuiſſet ſententia lata, extra de empt. & vendit. c. ſi. Si autem ad ſacerdotis præce-

*Qui reſti tuere tenẽ tur ĩ foro cõſciẽtia.*

*Alius caſus notabilis.*

*Reſolutio*

*In [illegible] profe[illegible] na fi[illegible]*



A præceptum hoc fecerit in conſcientię foro: in eodem quoq; foro venditor inducẽdus eſt, vt ipſum conſeruet indemnem, arg. ext. de emptio. & vendi. c. ſi. Si quis etiam plenius de talibus emptionibus licitis & illicitis ſatisfaciendis, vel non ſatisfaciendis, intelligere cupit: decurrat ad ea, quæ dicta ſunt ſup. ar. 2. c. 1. in diſtinctione de ſubdito ad iuſſionem Domini ſui, iuſte, vel iniuſte bellante; quia in bello iuſto habita licite vẽdi, & emi poſſunt, quamuis tutius & meliꝰ ſit, cęteris paribus, non ſe de talibus impedire. Sed quid ſi quis dubitat, vtrum res ſit de rapina? Dicendum, ſm Alex. de Ales in B 4. hoc de alienis rebus ſemper regulare eſſe, ꝙ homo talem rem reſtituere obligatur, qñ conſcientia dictat, ꝙ ſit aliena, ſeu cũ eſſe dubitat alienam, ſiue obtinuerit per dationem, ſiue per emptionem: debet autem illã reſtituere dño cum conſcientia furis, qui eã furatus eſt, ſcilicet vt liberetur vterq;.

*Alexã. in 4. vbi ſupra.*

### *Sextus quaternarius ad idem tendit. Cap. 6.*

SExtum quaternariũ cum prędictis addamus, de his quoq;, qui dant cauſam C efficacem damnis alienis. Primo ſigno indicatiuo, ſecundo modo inductiuo, tertio dicto incitatiuo, quarto facto animatiuo. Primo quidem ſigno indicatiuo, ſicut ſæpe contingere ſolet in proditionibus & in guerris iniuſtis, quando aliquis ſtatuitur in certo loco, vt dato fumi, vel capucei, aut alterius rei ſigno, gentes paratę ad prædam currant, ingrediantur & prædentur ciuitates, vel caſtra. Secundo modo inductiuo. ſ. cum aliquis aliquid operatur, vt proditio, vel aliquod malum perpetretur in ciuitate, vt puta cum ignem in aliqua domo accẽdit, vt cum gentes ad ignem extinguendũ currunt, proditio conſequatur effectum: aut D cum vnus in capta ciuitate, vel terra ad ſaccomanum incipit ponere vnam domũ, vel eã incendit: Vnde idẽ operari. i. accẽdi alij inducuntur, & ſic de ſimilibus. Tertio dicto incitatiuo, ſicut ſæpe contingere ſolet, quando gentes deficientes animo, non audent quædam impia perpetrare, & aliqua damna dare, niſi ab aliquo verbis incitatiuis inducantur. In talibus autem, ſm Hoſt. & Inn. incitationis efficacia conſideranda eſt. Nam quanto in aliquo fuerit efficacior inductio ad malum, tanto amplius ſatisfacere obligatur. Quarto facto animatiuo, ſicut euenit his, qui in guerris iniuſtis, inſtrumẽtis bellicis ſolent vti. Nam ſi tubæ & alia inſtru- E menta in talibus nil valerent, ad quid portarentur ad illas? & quia plurimum valent ad animandum, & ad dirigendum equos & gentes: propterea non immerito vtens in iniuſto bello talibus inſtrumentis, tantum reſtituere obligatur, quantum ad malum efficacem dedit occaſionem.

### *Septimus quaternarius etiam de eodem. Cap. 7.*

SEptimum quaternarium ſuperaddamus de his etiam, qui alienis damnis F dant cauſam efficacem. Primo tacẽdo, ſecundo conſentiendo, tertio obuiando, quarto participando. Primo quidem tacendo: verbigratia, quidam videt proximum damnificari iniuſtè, & credit, quod ſolo verbo ſine periculo ſuo auxilium præſtare poſſet iniuriam patienti, & tacet: talis quidem homo ſatisfacere damnum obligatur, ſi tali modo obſtare, & obuiare ex officio tenebatur. Vnde Prouer. 24. c. ſcriptum eſt: Erue eos, qui trahuntur ad mortem: & eos, qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſ- G ſes. Si autem talis ex officio non tenetur: licet mortaliter peccet, non obuiando malis, ſicut dictum eſt, non tamen reſtituere obligatur. Ad clarius veritatem percipiendam ponantur in practica caſus. In quadam ciuitate tractatur de imponendo collectas, ſeu taleas clericis, ſeu aliquid conſimile contra eccleſiaſticam libertatem. proponitur hoc in conſilio deliberandum: quibuſdam diſplicet hoc tanquam iniuſtè factum: & licet non conſentiant, non tamen audent contradicere manifeſtè, ſed tacent: quid ergo iuris? Dicendum, quod ſi non timent periculum vitæ, vel ſtatus ſui, aut alias incurrere aliquod grande malum, publicè contradicere obligantur. Quod ſi fecerint, licet eorum contradi- H ctio nullum ſortiatur effectum, ſed collecta clericis imponatur: tunc non tenentur reſtituere, nec etiam peccant: non tamen propter leuem timorem excuſabiles fiunt, ſed tunc quando magnum periculum imminet, & poteſt grauare multos. Si vero homo ex puſillanimitate non audet publicè obuiare: nec cęteri ciues ciuitati & ſtatui eum reputent infidelem ſi tali iniuſtitiæ non conſentit, licet mortaliter peccet, non tamen ſm quoſdam ſatisfacere obligatur. Alij vero & probabilius dicunt, hoc verum

*Præcedẽtiũ declaratio.*

*Deciſio.*

A rum non eſſe in his, qui prohibere poſſunt, & non prohibẽt. Neq; in his, quibus ex hoc prouenit commodum ſingulare, ſeu burſale, quia tunc efficaciter conſentire vidẽtur, Secundo conſentiendo, quod intelligi habet, quando ſine tali conſenſu talis damnificatio ſubſecuta non eſſet. Ad hoc enim, 2. q. 1. c. notum ſit. in fi. vbi ſcriptum eſt, quod facientem & conſentientem par pœna cõſtringit. Quod ſcriptum eſt ex ſentẽtia Pauli 2. c. ad Rom. vbi dicitur: Non ſolum eos, quia talia agunt, ſed conſentiunt facientib. Quod tamen intelligitur de conſenſu, de quo loquuntur humanæ leges, vbi cooperationis affectus in opere demonſtratur, B ſecundum Innoc. & Hoſt. Idem quoq; dicendum eſt, ſi aliquod damnum illatum ſit nomine tuo: & tu hoc ſentiens habes ratum, inſolidum obligaris, ſecundum Raymun. 11. q. 3. qui cõſentit. & duob. c. ſeq. & ext. de reſtitu. ſpo. cum ad ſedem. in fi. quia ſecundum Scot. talis dictus eſt conſenſus interpretatiuus. Tertio obuiando. ſ. ne homo acquirere poſſit, quod acquirere expectabat, & erat in via habendi. Talis autem ad reſtitutionem tenetur, non tamen ex ęquo: quia minus eſt habere in potentia, & eſſe in via ad habendum, quam habere in actu. Vnde damnificans hominem de ſeminato agro, C puta ſemina fodiendo: non tenetur reſtituere totum valorem futuræ meſſis: quia nunquam niſi in potentia fuit habita. Et dubium erat, qualiter fructificaſſet ager: tenetur igitur tantum reſtituere, quantũ fructus agri in illo dubio potuiſſent vendi. Hoc ſentit Alex. Lombar. & Tho. Idẽ quoque dicendum eſt, ꝙ tenens mutuum, aut aliud debitum vltra legitimum tempus a domino præconceſſum, tenetur ad totum intereſſe damni ex tunc creditori propter hoc prouenientis. Non tamen ad totum lu- D crum, quod ex tunc illi probatur proueniſſe, ſi id habuiſſet: immo debet ei ſubtrahi tantum, quantum dubietas perditionum in mercationibus, vel emptionibus contingentium rationabiliter eſt penſanda, & peritorum iudicio probabiliter æſtimanda.

*Commodũ pecuniæ.* (margin, beside A)

*Cõſenſus interpretatiuus ſecundum Scotum.* (margin, beside B)

Ad hoc tamen intereſſe dico illum taliter obligari, vbi defectus ipſe ſoluendi proueniat ex culpa ſua: qui vero abſq; omni culpa ſua impotens ſit ad ſoluendum, non ſic ſtrictè loquendum eſt. Inſuper eſt notandũ, ꝙ ſi creditor ex illa pecunia nil feciſſet, nec ſupponitur fuiſſe facturus, vnde lucrum aliquod conſequi potuiſſet: vtpote quia pro certo ſupponitur, ꝙ eam ſimpliciter expendiſſet, vel ſeruaſſet in arca: tunc ad nullum E intereſſe lucri ſibi obligaretur. Sed quid de notarijs, qui precio, ſiue prece teſtamenta deſtruunt, ſiue occultant: vnde non ſoluuntur legata ad pias cauſas, nec alia debita, neq; fiunt reſtitutiones de male ablatis certis, ſiue incertis? Dicendum, ꝙ quando a notarijs, ſeu a quibuſcunq; alijs teſtamenta taliter deſtruuntur, ꝙ nunquam reperiri poſſunt: tenentur ad reſtitutionem omnium prædictorum. Si autem ſolum occultant illa, ſeu occulte conſeruant, grauiſſimè peccant: neq; abſolui poſſunt, niſi illa publice, vel priuate reuelent. Tamen nõ credo, eos ad reſtitutionem teneri, cum hæredes credi F toribus & legatarijs ſemper remaneant obligati. Quod autem dixi de talibus teſtamẽtis, idem quoq; intelligendum eſt de quibuſcunq; alijs ſcripturis, ſiue mercatorum, ſiue vſurariorum libris, & conſimilib. Quarto participando. i. qui de rapina edunt, vel dono, aut aliter recipiunt, omnia reſtituere obligantur. Quod tamen intelligẽdum eſt, ſecundum Hoſt. niſi conſumpta eſſent antequam intelligerent illa de rapina fuiſſe. C. de rei vendi. l. certum eſt. His ſeptem quaternarijs ſufficienter oſtenſum eſt, ꝙ qui rapinæ & furto præſtant cauſam efficacem: reſtituere obligantur, vt merito quilibet no G ſcere poſſit qualiter a prædictis caueat in futurum, & de præteritis ſufficiat iuxta poſſe. Quod & velle & perficere nobis concedat miſericordia Saluatoris, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

*Præuatiũ decrat.* (margin, beside E–F)

---

FERIA SECVNDA

Poſt iiij. Domi. in Quadr.

*Quis etiam reſtituere obligatur, vbi declarantur quinque quaternarij hominum, qui vſurarijs dant cauſam efficacem.* H

## Sermo XXXV.

*CVm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, oẽs eiecit de tẽplo. Io. 2. c.* Iam in præcedenti ſermone declaratũ eſt, qui ſunt hi, qui rapinis, atque furtis dant cauſam efficacem, & quomodo reſtituere obligantur. Nunc autem in præſenti ſermone tractandum eſt de his, qui ſecundum regulam in principio 33. ſermonis datam, vſuræ

præ-



A præſtant cauſam efficacem, & in quo etiam obligantur. Vnde ad præſens non de ipſis vſurarijs: ſed tantum de his, qui prædictam cauſam efficacem vſurarijs præſtant, vt verificetur verbum præallegatum, quod Io. ait, Cũ feciſſet. ſ. Dominus Ieſus Chriſtus, quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo: vt myſtice innuatur, ꝙ omnes tales de regno cœlorum, quod eſt templũ, niſi conuertantur ad Deum, eijciendi ſunt in tenebras exteriores, & in incendia ſempiterna. De talibus autem diſtinguere poſſumus dicentes, quod triplex eſt hominum genus præſtantium vſuræ cauſam efficacem. Primi B ſunt vſuræ adiutores, ſecundi eius reacquiſitores, tertij eius retentores, ſeu ne reſtituatur impeditores.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De his, qui vſuris præſtant cauſam efficacem ad lucrum vſurarium adiuuantes.*

PRimi autem ſunt vſuræ adiutores, ſcilicet qui ad acquirẽdas vſuras præſtant cauſam efficacem. i. ſine C qua non acquireretur tale vſurarium lucrum: & de hoc duos quaternarios diſtinguamus.

*De quatuor primis generibus hominum, qui ad lucra vſurarios quandoq; efficaciter iuuant.*

*Cap. 1.*

*Hominũ, qui vſurarios iuuãt quatuor ſunt genera.* (margin)

PRimus autem quaternarius quatuor genera hominum, qui vſurarios iuuant, in ſe comprehendit. Quorum primi ſunt ad vſurã mutuum accipientes, ſecundi ſunt ipſi ſenſales, tertij vero ſunt ſcribę, ſeu tabelliones, quar D ti autem vſurarum teſtes. Primi ad vſuram mutuum accipientes. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ duo neceſſaria ſunt ad hoc, ꝙ ſine mortali culpa homo tale mutuum ſuſcipere poſſit. Primo, ꝙ qui hoc mutuum pręſtat, non inductus ab alio, ſed a ſeipſo ad tale mutuum dandum paratus ſit. Secundo, ꝙ qui mutuum ſuſcipit ad hoc ob legitimã cauſam ex neceſſitate cogatur, vno iſtorum deficiente ſemper accipiens mutuum vſurarium mortaliter peccat, de quo poteſt ratio aſſignari. Primo, quia homo dat illi, qui iuſtè minime accipere poteſt, & cooperatur mutuanti ad iniuſtitiam exequendam, cum E tota vis cõtractus ex vtriuſq; concordi conſenſu manifeſte procedat. Secundo, quia velle ꝙ proximus mortaliter peccet, vt ipſe ſuam expleat inordinatam affectionẽ, prauum & impium eſſe videtur: & maxime ſi ad hoc illum inſtantia ſua inducat. Nam & ſi homo non eſſet in neceſſitate extrema, mortale peccatum eſſet, aliquem renitentem inducere dare mutuum ad vſuram: immo potius liceret neceſſaria pro conſeruanda vita illi rapere violenter, quam illum inducere ad tale mutuum exhibẽdum. Cuius ratio eſt, quia extrema neceſſitate omnia cõmunia ſũt. ff. ad leg Rhod. de iac. l. 2. §. cũ in F eadem. in tex. & in glo. propterea taliter accipiens minime peccat: ſed taliter inducere ad mutuum dandum ſine mortali culpa non poteſt fieri: Ideo potius tenetur homo velle inedia mori, quam proximi velle animam interire. Quare autem in huiuſmodi hominibus cum duabus prædictis conditionibus hoc licitum ſit, poteſt probari ratione, auctoritate, atq; exemplo. Primo oſtenditur ratione. Nam ſicut eadem ratio reſpectu agentis poteſt vtique eſſe mala, & reſpectu patientis & conſulentis bona & meritoria, quando. ſ. non conſulit eam, niſi inquantum eſt bona, vel propter bonum; ſic recipere mutuum ad vſuram poteſt eſſe licitum, li G cet præſtare ſit malũ. Poteſt enim recipienti per ſe & abſolutè diſplicere illa vſura: & poteſt conſentire in illam ſolam eius redditionem abſq; hoc, quod conſentiat in acceptionem vſurę, in quantum videlicet eſt vitioſa. Et tunc licet contractus talis mutui fiat ex vtriuſq; conſenſu: non eſt tamen a conſenſu iſtius, in quantum eſt vitioſus, niſi per accidens ſolum. Secundo quoq; auctoritate probatur. Nam teſte Aug. aliud eſt bene vti malo, aliud eſt male vti bono. Bene itaq; vti malo non eſt peccatum, ſed bonũ: cum hoc etiam Deus agat, dum permittit H committi mala, & inde elicit iuſtitiæ bonũ: ſed male vti bono peccatum eſt. Quapropter bene vti vſurarij malo, bonum eſt: vtitur autem homo illo bene, dum pro ſua neceſſitate mutuum quærit, & abſque vſura habere non valet; non illius vitio delectatus, ſed ſolum ſua neceſſitate coactus. Pro quãta autem neceſſitate hoc licitũ ſit, non facile diffinitur, cum id plus doceat vnctio charitatis & conſcientia bona, quam ars, ſeu ſcientia acquiſita: non tamen neceſſe eſt expectare extremam neceſſitatem. Ex hoc autem manifeſte apparet, ꝙ cum tale mutuum ſuſcipitur ad voluptates explen-

*Q'd homo mutuum ſuſcipere queat duo ſunt neceſſaria.* (margin, beside D)

*Quando cõia oĩa.* (margin, beside F)

*Eadẽ rõ poteſt eſſe bona, & mala diuerſimode.* (margin, beside F–G)

das

A das in vanitatibus laſciuis, atq; ludis, & cõſimilibus, vel vt homo lucretur amplius, atque ditetur: ſemper mortale peccatum eſt, quia malo illius non vtitur bene. Tertio quoq; monſtrari poteſt exemplo. Nam ſecundum Auguſt. in epiſtola ad Plebicolam: aliud eſt inducere idolatram, non ſolum vt iuret, ſed etiam vt per idola iuret. Atque aliud eſt recipere iuramentum per idola factũ ab idolatra nolẽte aliud iurare, aut aliud iuramentum firmum non recipiente. Primum quidem illicitum eſt, ſecundũ autem licitum: quia tunc homo vtitur malo bene, propterea licite põt compellere iudex hominem infidelem vt iuret per falſos deos, B vel Iudæum vt iuret per ſuam fidem, vel legem, de veritate dicenda, ſi non poteſt aliter creditor ſuam pecuniam rehabere, quia tunc homo etiam vtitur malo bene. Concordat Richar. in 4. diſtin. 15. q. 5. in fi. Simile quoq; eſt ſecundum Tho. de eo, qui incidit in latrones, cui licet eis manifeſtare & dare bona, quæ habet, ne. ſ. occidatur: quæ tamẽ bona ipſi latrones diripiendo, proximũ, & Deum offendunt. Ex prędictis igitur patet, ꝙ qui pro augenda ſubſtantia ſub depoſiti nomine, vel ad diſcretionem inducunt aliquas viduas, ſeu alios ad tale mutuum ſibi C dandum: vnde quandoq; ex timore cõſcientiæ illud agere nollent: mortaliter peccant, quia tales non vtuntur bene malo aliquo in proximo præexiſtẽte, ſed potius ad malum incitant & inducunt eos, quod nondum in ſeipſis habebant. Secundi ſunt ſenſales, ſeu meſſeti, aut corratarij nuncupati, de quibus duplex conſideratio fieri poteſt. Primo per reſpectum ad mutuo indigentes, ſecundo per reſpectum ad mutuum dantes. Primo autem ſi conſiderantur quantum ad mutuo indigentes, dupliciter peccare poſſunt. Primo ſi mutuum quærunt pro his, qui nõ in- D digent: ſicut quotidie in depoſitis & cõtractibus ſimilibus fieri ſolet: nam quia mutuum recipiens peccat. Ideo neceſſe eſt eũ, qui ei in hoc cooperatur, fiat etiã particeps eius culpę, ambo vtentes malo vſurarij malè. Secundo etiam peccant, ſi neceſſitate cogente, vel non cogente proximum ad vſuram mutuum tribuere renitentem inducũt, argu. ext. de homici. ſicut dignum. §. qui vero. Secunda conſideratio fieri poteſt per reſpectum ad mutuum dantes. Secundum. n. Girald. Odo. dupliciter in hoc mediatores eſſe poſſunt. Primo enim, cum inſtant pro illis, qui mutuo indigent & procurant ab illis, qui parati ſunt dare: tales inquam nec

*Senſales, & qui ſe interponũt in emptionibus, & venditionibus.*

*Girardus Odo.*

peccant, & minus ſatisfacere obligantur, E cum proximo ſuo malo vſurarij vtantur bene. Secundo vero cum inſtant pro parte & lucro vſurarij. Tales inquam non tantum peccant, ſed etiam in ſolidum ſatisfacere obligantur: ſi tamen ſunt ad hoc ſic cooperati, quod abſque cooperatione eorum illa vſuraria præſtatio minime eſſet. Ratio autem prædictorum ex dicto Philoſ. 2. Ethic. patere poteſt, dum ait: quod medium comparatum extremo, ſapit naturam extremorum. Tertij ſunt notarij, ſiue ſcribæ, ſeu tabelliones. De talibus enim diſtinguendum eſt, ſecundum Girald. Odo. F quod ſi ſcienter faciunt chartas, vel conficiunt inſtrumenta de debito vſurarum, ac ſi ſit debitum legitimum & abſq; vſura, ſicut chartas de duplo, vel de triplo, &c. Tũc quidem tenentur reddere vſuram acceptam, ſi vſurarij non reſtituant ipſi: niſi hoc facerent in fauorem receptoris mutui, ſecundum quoſdam, & mihi placet. Ratio eſt, quia eorum inſtrumentum eſt efficaciter cooperatum ad hoc, vt vſurario talis ſoluatur vſura. Si vero in nota, vel inſtrumento eſt facta expreſſa mentio de vſura: tunc ſiquidem non tenetur, quia tunc non efficaciter cooperatur, quod tamen intellige, niſi vbi eſſet conſuetudo G per talia inſtrumenta in iudicio cogere debitores ad ſoluendas vſuras: quia tunc etiam modo prædicto obligarentur. Addit etiam Hoſtien. quod tales notarij periuri ſunt, quia cum creantur iurant, quod talia non conficient inſtrumenta: ergo nec de cætero teſtificari poſſunt, nec publica conficere inſtrumenta: nam periurus teſtificari non poteſt, quantumcunque pęnitentiam egerit. extra de teſtib. ex parte. & cap. vltimo. Ex hoc etiam ſunt infames, quibus ſunt omnes actus legitimi interdicti. extra de teſti. licet ex quadam; reſpon. 1. H Hæc Archid. diſtin. 46. ſicut. Quarti ſunt vſurarum teſtes, qui ſi ſcienter inſtrumentis vſurarijs conſentiunt eſſe teſtes, & peccant, & ſatisfacere obligantur, ſecundum diſtinctionem, quæ de notarijs facta eſt, cum conſtet, inſtrumentum ſine teſtibus non obtinere robur. vnde ſecundum quoſdam huic impio lucro pręſtant cauſam efficacem.

*De notarijs & tabellionibus an reſtituere teneantur.*

*Periuri teſtificari nõ poſſunt.*

De



A *De ſecundis quatuor generibus hominum, qui vſurarios ad lucrum efficaciter iuuant. Cap. 2.*

SEcundus quaternarius, quatuor alia hominum genera continet, qui ad lucrandum vſuras etiam efficaciter operantur. Primi ſunt ſocij vel factores, ſecundi ſunt famuli vſurariorum, tertij ſunt ſeruitores eorum, quarti ſunt tutores filiorum vſurariorum. Primi autem ſocij ad vſuram, vel factores inſtantes ad mutuum dandum in vſurariorum perſona, ita quod apud eos reſidet quaſi principalis auctoritas domino- B rum ſuorum: & tales, niſi principales reſtituant, ſatisfacere obligantur, ſecundum Girard. Odo. & hoc, quia ad hoc efficacem cauſam pręſtant. Secundi ſunt famuli vſurariorum, ſeu mercatorum, qui pro eis in mercantijs & contractibus vendunt tempus: vel alias pro eis male lucrantur: & hi etiam ad reſtitutionem tenentur: & hoc ſecũdum Rodo. ſi in perſona principalis id agunt, cũ huic impio lucro pręſtent etiam cauſam efficacem. Tertij ſunt ſeruitores, qui. ſ. ad ſolam actualem & manualem traditionẽ man- C cipati ſunt, ita quod ipſi non taxant preciũ vſurarum, aut contractuum impiorum, neque cum eis pactum contrahitur de vſura, quamuis ipſis præſentibus & pecuniam tradentibus fiat: Tales inquam, ſemper in his mortaliter peccant: tamen reſtituere non tenentur, niſi ſolum illa, quę ſibi ipſis de vſuris retinuiſſent. Iſtos autem intellige non teneri, ſi abſque omni inductione tradunt ipſam pecuniam ad vſuram, nec poſtea coacti exigunt eam: aliter autem tenerentur, ſicut infra ar. 2. in fi. primi capituli apparebit. In hoc conueniunt Girar. Odo. & Vuil. Quarti ſunt tutores & curatores, vel matres, & quicunq; alij, qui ſine mandato ge- D rendo negotium alienum pro alijs fęnerantur: tales inquam ad reſtitutionem tenentur, ſecundum Alexand. Lombar. & Rodo. quia talium contractuum fuerunt miniſtri & auctores: & ſic ad tale lucrum præſtiterunt cauſam efficacem. Poteſt etiam hic quæri, nunquid pupillus poteſt dicere tali tutori, tanto tempore habuiſſe pecuniam meam: propterea peto pro ea licitum lucrum: vſuras autem nolo, ſed intereſſe meum: tamen prædictum lucrum dicit ſe retinere velle cum proteſtatione præfata: nunquid hoc licite poteſt fieri? Dicendum, quod talis pupillus facta proteſtatione pręſ-

*Vſurã facientiũ & cõmittentiũ ſũt genera quatuor.*

*Primi.*

*Secundi.*

*Tertij.*

*Quarti.*

dicta reſtituere non tenetur, ſed tutor, niſi E vſuraria quantitas excederet moderatum lucrum intereſſe. Tunc enim ſuperfluum lucrum retinere non poſſet, ſed illud reſtituere deberet tutori, qui tutor reſtituere debet vſuras, & ſibi imputet imprudentiam ſuam. Si autem pupillus recipiat prędictas vſuras ſine proteſtatione præfata, prædictas vſuras reſtituere obligatur. Sed contra tutorem agere poteſt, ac ab eo petere intereſſe. Si vero tutor pecuniam pupillo reſtituat: nihilq́ue illi dicat, quod lucrum prædictum vſurarium ſit: demumq́ue lapſo temporis pupillo dicit illud fuiſſe vſu- F rarium lucrum: tunc pupillus ei credere non tenetur, neque illud reſtituere obligatur, ſecundum quoſdam. Ratio eſt, quia pupillus non approbauit, quod ille fecit, nec de vſuris aliquid dixit tempore, quo debebat. propterea tutor ipſe tale lucrum reſtituere obligatur. Sed nunquid omnes prædictæ quatuor generationes, ſcilicet ſocij, vſurariorum famuli, ſeruitores, & tutores, atq; quilibet alij, vt puta filiusfamilias, qui pro patre vſuram fecit: & alia quatuor hominum genera, de quibus in ſequenti capitulo patet: & conſimiles, poſſunt inuitis G illis accipere pecuniam ad quantitatem acquiſitæ vſuræ, & reſtituere his, qui habere debent? Dicunt quidam quod ſic: quia tales non committunt furtum, cum pecunia illa vſuraria non ſit illorum. Sed cum per efficacem cauſam prædictorum. ſ. ſociorum & conſimilium, & per intermedium illorum tale iniuſtum lucrum deueniat ad manus vſurariorum, & ad reſtitutionem obligati ſint ipſi mediatores iuſtum eſſe videtur, vt quæ cauſa illorum iniuſte ablata ſunt de lege naturæ, iuſtè licentiam habeant illa ſatisfacere, ne ipſi de proprio ſatisfacere teneantur. Quod etiam videtur ſentire Chryſoſt. qui extra de reg. iu. c. 1. ait: Vnumquod- H que per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Propterea prædicti dicunt, quod ad hoc agendum prænominati tenentur: & in hoc agunt vtilem curam ſuam, atque illorum, qui iniuſte detinent illa. Hæc autem credo intelligenda in conſcientiæ foro, & vbi nullum de alijs inconuenientibus ſubſequeretur: de quibus in ſermone 33. artic. 1. cap. 2. plenius dictum eſt.

*Caſus legalis.*

AR-

A

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*De his, qui vſuræ præſtant cauſam efficacem, dum ſcilicet pro vſurarijs reacquirunt fęnus.*

SEcundi vero, qui ad fęnus præſtant cauſam efficacem, ſunt vſuræ reacquiſitores: qui licet etiam non fecerint cõtractus vſurarios: tamen vſuras per litigia coactiua, vel aliter diuerſimodè reacquirunt. Et de his duplicem quaternarium ſubiungamus.

B

### *De primis quatuor generibus hominum, qui ad reacquirendas vſuras vſurarijs efficacem cauſam præſtant.* Cap. I.

PRimus quaternarius, quatuor hominum genera comprehendit. Primi ſunt tutores, ſecundi ſunt viduę matres, tertij ſunt vſurarios ſociãtes, quarti ſunt vſurariorũ famuli, vel factores. Primi ſunt tutores & curatores, qui licet non fecerint ipſi contractus

*Primi.*

C vſurarios pro pupillis; tamen pro eis accipiunt vel exigunt vſuras. Tales inquã, quia huic impio lucro præſtiterunt ſimilem cauſam efficacem, ſecundum Alex. Lombar. reſtituere obligantur: ſi ille, cuius nomine acceperunt, non eſt ſoluendo, vel non vult ſatisfacere. Hoc etiam ſentit Bar. Brix. in c. ſicut non ſuo. 46. diſt. vbi oſtenditur, ꝙ ſicut prohibetur homo vſuras accipere nomine ſuo, ita & nomine alieno. Huius etiam ratio eſt, quia facientem & conſentiẽtem par pœna conſtringit. 2. q. 1. notum. in fi. immo quod grauius eſt, ſi tutor nomine pupilli exigit prędictas vſuras, etiam poſt depoſitũ officium, poteſt agi contra ipſum. 46. diſtin.

*Non ſolũ q faciũt, ſed qui cõſentiũt facientibus. Rom. 1.*

D ſicut nõ ſuo. in tex. & glo. Sed q́d faciet tutor, qui a communitate arctatur tutelam ſuſcipere cuiuſdam pupilli, qui multa habet ſuſcipere de vſuris? Dicendum quod coram Epiſcopo ciuitatis & Poteſtate proteſtari debet, quod a debitoribus non exiget, niſi capitale, & de vſura ſe non intromittet: & de hoc faciat fieri publicum inſtrumentum. Secundi ſunt viduæ, quæ pro ſe, vel pro filijs recipiunt vel exigunt in iudicio vel extra iudicium, maritorum ſuorum vſuras, aut lucrum contractuum impiorum. Iſtæ quoq; reſtituere obligantur, cum tali iniuſto lucro efficacem præſtent occaſionem. Tertij ſunt

*Secundi.*

*Tertij.*

ſocij impiorum lucrorum, ſicut venditores terminorum & conſimilium, qui etiam reſtituere obligãtur, non tantum ea, quæ pro ſe acquiſierunt, verumetiam quicquid in iudicio vel extra iudicium pro ſocijs ſuis exigunt, vel recipiunt, cum in his etiam pręſtẽt cauſam efficacem. Quarti ſunt factores, vel famuli, qui per litigia coactiua vſuras exigunt, vel lucra contractuum impiorum. Tales enim omniũ, quæ opere eorũ de talibus acquiruntur ad reſtitutionem tenẽtur, quia in talibus efficaciter cooperantur. E

*Quar.*

### *De ſecundis quatuor generibus hominum, qui etiam ad requirendas vſuras efficaciter fauent.* Cap. 2. F

SEcundus quaternarius comprehendit alia quatuor hominum genera, qui etiã ad reacquirendas vſuras præſtant cauſam efficacẽ. Quorũ primi ſunt aduocati, & ꝓcurat. ſecundi mutuũ gratuitũ impedientes, tertij ſunt cõmunitates ad vſuram mutuantes, quarti Reges & Principes vſuræ fauorẽ dantes. Primi ſunt aduocati & procuratores, quorum patrocinio & fauore ſcienter vſuræ in iudicio vel extra iudicium reacquiruntur: & licet ſcripturæ, quæ eis porriguntur, appareant iuſtæ & non de contractibus vſurarum: tamen quia de talibus fallacijs ſunt, & eſſe debent experti & auiſati: ideo in talibus eorum conſcientia requirẽda eſt. Nam ſi cum ſciant, ꝙ tales ſint cõtractus vſurarij, huiuſmodi lucris fauent, ſeu ad talia reacquirenda, ſeu defendenda cum effectu laborant, reſtituere obligantur, quia ad hoc dant operam efficacem. G

*Procuratores, Aduo. fauẽ. vſur.*

*Quicquid agant homines intentio iudicat omnes.*

Hoc ſentit Innoc. & Hoſt. in c. Michael. ext. de vſur. & Archid. in c. ſi quis oblitus. 14. q. 4. Secundi ſunt impedientes, ſcilicet cum ſunt aliqui, qui cuidam volunt mutuare pecuniam gratis, & alij hoc impediunt & inducunt illam dari mutuo ſub vſuris, ſeu eſt aliquis, qui vult cõtractum facere cũ quodam & licito modo: tertius vero hoc impediens reducit factum ad contractum vſurarium & iniuſtum. Tales inquam impedientes, ſecundum Rodo. reſtituere obligantur, quia impediunt indebite proximi vtilitatem impediendo, ne mutuum gratis detur, aut ꝙ contractus licite fiat, & ſic in talibus præſtant cauſam efficacem ad impium lucrum. Tertij vero ſunt ciuitates & terræ, ſeu quæcunq; collegia, quæ recipiunt vſu- H

*Impedientes.*

rarum



A rarum emolumentum & fructum. De quibus quærit Hoſtiẽ. in ſumma de pęnitent. §. ſi. verſi. quid de ciuitatibus, vtrum ad receptarum vſurarum ſinguli teneantur? & dicit quod ſic, licet vniuerſitatis cauſa non ſit ſingulorum. 12. q. 2. qui manumittitur. Ratio huius eſt, quia quantum pertinet ad delicta, omnes hi qui ſunt conſentientes & agentes puniuntur & ſingulariter obligantur: non quidem tanquam vniuerſitas, quæ animam non habet, neq; tanquam vniuerſi, ſed tanquam ſinguli, ext. de vſur. conqueſtꝰ. 7. q. 1. ſicut vir. 24. quęſt. 3. ſi habes. ff. quod met. cau. l. metum. §. animaduertendum. Et

*Ciuitates, quæ ſuſcipiunt vſurarii fructum.*

B hoc intellige verũ in his, quibus hoc placet ratumq; habent, atq; conſentiunt, vel prohibere poſſunt & nõ faciunt, de ſent. excom. quantæ. Hoc tamen intelligunt quidam de regentibus & prohibere valentibus: ſecus autem de alijs non principalibus gubernatoribus, vel alijs ignorantibus non prohibere valentibus, niſi participauerint commodum ſingulare, ſiue burſale, quia tunc efficaciter conſentirent. Idem quoq; Archidiaconus in c. 2. 46. diſt. ſentire videtur, dicens, quod omnes ſingulares perſonæ tenentur, quarum conſenſu atq; auctoritate id factum eſt, & in ſtatu damnationis ſunt. Idem quo-

C que dicendum eſt, ſi collegium aliquod accepit pignus in caſu non conceſſo, extra de vſur. conqueſtus. ar. 7. q. 1. ſicut vir. 24. q. 3. ſi habes. ff. quod met. cau. l. metum. Idem quoque ſentire videtur Ioan. poſt Ala. in d. cap. conqueſtus. Cum his etiam concordat Raymundus, & alij plures. Quarti ſunt Reges & Principes, atque alij terrarum domini, de quibus extra de vſur. poſt miſerabilem. ſcriptum eſt, Iudæos ad remittendas Chriſtianis vſuras per Principes & Poteſtates compelli præcipimus ſeculares. Alex. tamen Lomb. ait, ꝙ tales Domini, qui in terris

D ſuis vſurarios tenent, licet mortaliter peccent: tamen nihil obligantur reſtituere, ſi nihil ad eos de bonis eorum peruenit. Neque eſt ſimile de auctoribus mali, qui efficacem cauſam præſtant. Et de his, qui ſunt mali cauſa per accidens: puta quia tale malum in patria conſeruant, vt libere fiat. Si autem prædicti Domini cogunt debitores dare vſuras, ſecundum Rodo. tunc ad reſtitutionem tenentur, etiam ſi nihil ad eos peruenit: tamen de hoc in fine ſequentis articuli plenius diſſeremus. Sed forte meliꝰ ſentit Vuil. di. quod tales, qui cum poſſint, non compellunt ad reſtituendum vſuras: tenentur etiam ſi nihil peruenit ad eos. Cuius ratio poteſt eſſe, quia ſicut ſupradictum eſt, habẽt hoc ab eccleſia in præceptum ſaltem de Iudæis, quod ſi non obſeruant, cum ex eorum officio incumbat eis, interpretatum conſenſum ſe habere demonſtrant, iuxta illud: Non caret ſcrupulo conceſſionis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. ext. de homi. c. ſicut dignum. §. 3. E

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De his, qui præſtant cauſam efficacem ne vſuræ valeant ſatisfieri.*

TErtij vero, qui cauſam efficacem pręſtant fęnori, ſunt vſuræ retentores, ſeu ne reſtituantur impeditores, qui ſcilicet modis varijs efficax præſtant impedimentum, ne fęnus ſatisfieri poſſit, de quibus diuerſos quaternarios ſubiũgamus. F

### *Primus quaternarius impedientium, ne vſura valeat ſatisfieri.* Cap. 1.

PRimus quaternarius quatuor genera hominum in ſe comprehẽdit, qui impediũt ne ſatisfiat vſura. Primi ſunt vſurariorum vxores, ſecundi vſurariorum filij & familia, tertij vſurarij nupta filia & maritus eius, quarti ſunt vſurariorum hæredes. Primi ſunt vſurariorum vxores, de quibus diſtinguẽdum eſt: quia aut mulieris maritus eſt ſoluendo, vel non. Primo autem ſi eſt ſoluendo, ſecundum Alexan. Lombar. tunc ſi ſint ibi aliqua bona de iuſto, & ſeparata ſunt, de illis expendere, ſeu viuere poteſt. Si autem ſunt ibi aliqua bona de iniuſto, ſed ita mixta cum impie acquiſitis, quod diſcernere minime poteſt: adhuc de illis expendere poteſt, dum tamen in mente habeat viuere de iuſto. Concor. Rodo. Idem etiam addit, quod & ſi talis vxor de oue & boue, ſiue de quacunque alia re habita de vſuris comedere non poſſit vltra caſum neceſſitatis, ſicut infra patebit, ſi tamen res ſit empta de vſura, poſſit inde comedere etiam ſine caſu extremæ neceſſitatis. Cuius ratio eſt, ſecundum quoſdam, quia cum in vſura dominium transferatur, non eſt neceſſe reſtituere rem habitam pro vſura, ſed ſolum vſurarium ad ſatisfaciendum non facere impotentem. Secundo autem, ſi vſurarius non eſt ſoluendo: puta quia nihil habet, niſi G H

*Vſurariorum vxores.*

de

A de vſuris, vel quia omnia bona ſua pro vſuris reſtituendis merito obligata ſunt, licet de bene acquiſitis habeat quædam. tunc ſecundum Girard. Odo. etiam diſtinguendũ eſt: Quia ſi talis vſurarius habet aliqua, quæ non ſunt empta, vel habita de vſuris, & dos vxoris ibi fuit prius quam prædictæ vſuræ, poteſt & debet inde ſolui, etiam dato, ꝙ vir eius non habeat ſufficientiam ad ſoluẽdum vſuras. Si vero non ſunt ibi, niſi empta vel habita de vſuris, atque prædictæ vſuræ ibi primo fuerunt quam ipſius vxoris dotes: tunc ipſa reſtituere cogatur, quicquid pro victu, ſeu quocunq; alio modo accipiet inde: quia ei ad non reſtituendum præſtat efficacem cauſam. Sed omnia ſupradicta intellige, niſi in caſu dum cauſam expoliatorum agit. ſ. mouendo & inducendo ꝓ poſſe ad reſtituendum, quia tunc non tenetur de his, quæ expendit, ſeu conſumpſit eo tempore, quo circa eius emendationem fideliter laborauit, etiam ſi reſtitutio non ſequatur, ar. 11. q. 3. quoniam multos. ext. de ſen. exc. inter alia. Nam qui vtiliter alterius negotiũ gerit etiam abſentis & ignorantis, licite recipit expenſas: non tamen ſecundum Rodo. de talibus poteſt viuere per totum annum propter vnam admonitionem, vel etiã propter duas, ſed quandiu continue inſtat

*De vſuris egregie agit Alex. p. 3. q. 66. a quo Auctor multa accepit & ponit quatuor caſus, in quib. vſura eſt permiſſa, ſed clarius declarat Scotus ĩ 4. di. 18 q. 2. et reducit clarius ad duos caſus generales.*

C oportunis horis. Concordat in hoc etiam Hoſt. Si autem de correctione vſurarij non remaneat ſpes & in vxorem ſuam crudelis eſt, & de impie acquiſitis viuere eam cogit: Quid habet agere talis vxor? Dicendum, ꝙ triplex remedium habere poteſt, ſecundum Raymun. Primum, ꝙ ſibi aliunde victũ procuret, vel ab amicis, vel a cõſanguineis ſuis, aut proprijs manibus laborando, ſiue alio modo honeſto, ſi oportet etiam mendicare, dummodo ſine inhoneſtatis periculo fieret. Secundum, vt denunciet his, qui prodere poſſint, vel etiam ſi probabiliter poteſt, denunciet epiſcopo, vt compellat eum paſcere vxorem ſuam de iuſto. 2. q. 1. ſi peccauerit. ext. de iureiu. quemadmodum. 22. q. 5.

D hoc videtur. Sed ſecundum Hoſtien. hoc remedium inane eſt, ſi talis mulier habet maritum crudelem, vt patet ext. quod met. cau. cap. 1. Tertium remedium, vbi aliud non poſſit agere: nec per eleemoſynas honeſtè quærere, neque alio modo licite inuenire: ex quo ita arctata eſt, poterit inde comedere & non tenetur, quia tempore tantæ neceſſitatis, ẽt a furto excuſaretur in totum. Neceſſitas enim non habet legem, de conſe. diſtin. 1. ſicut. & diſtin. 5. diſcipulos. ext. de

*Vſurarij coniunx quid agere dẽt de impie & iniuſte acquiſitis.*

*Primũ remedium.*

*Secundũ remediũ.*

*Tertiũ remedium.*

E reg. iur. quod non eſt. Si autem periculum mortis non immineat manifeſte, aliquod peccatum committere videretur: propterea aliqua pęnitentia ei ad cautelam iniungenda eſt, ar. ext. de fur. ſi quis per neceſſitatem. ext. de homici. cap. 2. Quicunq; tamen talia ſumit, cũ magna parcitate ſumere obligatur, & in tantum dolere debet, atque proponere in mente ſua, quod ſi vnquam & quam cito poterit reſtituet quicquid inde expendit, & hoc ſatis ſecurum eſt. Quartum remedium poteſt addi, ꝙ talis vxor res domus modo licito augmentet, atq; conſeruet, quia hoc etiam cedit in creditorum vtilitatem.

F Quintum quoque ſuperaddatur, ꝙ ſi vir eius habeat plura incerta, vbi ſufficiat ad ſatisfaciendum certis: poteſt tali vxori per epiſcopum prouideri. Omnibus autem ſupradictis remedijs poteſt vti vxor vſurarij, ſi de vſuris mulier habeat dotem, & vir nihil habet, niſi reſtitutioni obligata, ſicut prædictum eſt. In omni tamen caſu prædicto tenetur vxor reddere debitum viro ſuo, & econuerſo, niſi ſubſit aliud impedimentum. 33. q. 5. ſi dicat. Concordat etiam his Hoſtien. & plures alij. Secundi ſunt filij & filiæ & familia vſurarij, qui viuunt de vſuris. De quibus eſt diſtinguendum, ſecundũ Girard. Odo. quia aut vſurarius eſt ſoluendo, vel non.

*Quartum remedium.*

*Quintum remedium.*

*Filij & filiæ vſurarij.*

G Primo autem ſi eſt ſoluendo, & habeat alia vltra ea, quæ ſoluere & ſatisfacere obligatur: de illis uiuere poſſunt cum diſtinctione in principio huius capituli de illicite aduenientibus habita de vxore. Secundo autem ſi non eſt ſoluendo quicunque de familia eius, quicquid pro ſuo uictu, uel quomodocunq; acceperint ſatisfacere cogantur: quia illum ad ſatisfaciendum faciunt impotentem, & ad hoc præſtant cauſam efficacem. Excuſari autem tales & conſimiles poſſunt propter quinque. Primo propter procurationem, ſecundo propter recompẽſationem, tertio propter reſtaurationem,

H quarto propter ignorantiam, quinto propter neceſſitatem. Primo inquam excuſari poteſt homo in hoc propter procurationẽ, hoc eſt ſi cauſam ſpoliatorum agit, id eſt, dũ procurat fideliter, quod eis reſtitutio fiat, ſicut de uxore ſupra in hoc cap. dictum eſt. Secundo propter recompenſationem, quia ſcilicet ei tantum reſtituit, quantum de ſuo accepit, ſicut contingit in emptionibus, in opibus mercennarijs, in commutationibus, & conſimilibus: & de hoc in ſequenti cap. §. 3. latius dicetur. Tertio propter reſtaurationem, ideſt, ſi ſe reſtauraturum propo-

*Excuſatio filij vſurarij quadruplici ratione.*

nat:



A nat: & ad hoc facultatem ſe habiturũ probabiliter credat. Quarto propter ignorantiam, quia ſcilicet neſciat homo rem eſſe talem, nec cauſam habeat hoc ſciendi, illum videlicet eſſe talem. Quinto propter neceſſitatem, puta quantum ad hoc: quia filioli, atque filiolæ in tali ætate ſunt, quòd aliter commode viuere non poſſunt. Vltra prædicta poteſt etiam quęri: Si dum viueret Titij pater expendit trecentas libras in ſtudio pro filio ſuo, vt Doctor efficeretur, cum nihil niſi de vſuris haberet: cumque de vſuris habuiſſet mille, poſt mortem non dimiſit filio, niſi

*Quęſtio.*

B quinquaginta libras. Quæritur, vtrum de illis trecentis Titius ad reſtitutionem ſit obligatus? Ad quod dicendum, quòd ſi pater Titij non erat ſoluendo, quando filium in ſtudio nutriebat: tunc diſtinguendum eſt: nam ſi Titius credebat quòd pater ſuus ſibi de bonis licitis prouideret ratione bonæ fidei: de rebus iam conſumptis ſatisfacere non tenetur, ſed ſolum de extantibus. Si autem nouit ſuum patrem de vſuris omnia poſſidere propter conſcientiam læſam, quam habebat in vtendo alienis rebus, debet illas trecentas libras reſtituere, ſecundum diuinum ius. & ſic de

C conſimilibus idem iudicium fieri poteſt. Tertij ſunt filia vſurarij, atque maritus eius. De quibus notandum eſt, quòd ſi quis accepit filiam vſurarij in vxorem, qui nihil tunc temporis habebat, niſi reddendum: Tunc ſecundum quoſdam, dotem quam inde accepit cum filia reddere non tenetur: ſi non craſſa, ſed probabili ignorantia ductus fuerit: quia ſcilicet probabiliter credebat ſocerum non eſſe vſurarium, aut præter illam dotem habere ſufficientiam ad ſoluendum. Secundum vero Giral. Odo. alioſque ſolennes Doctores, talis gener ex quo ſcit quòd dos ac-

*Reſponſio quorũdã.*

D cepta, quando eam accepit, erat neceſſaria ad ſoluendum, & iam alia debita reddi: non poteſt talem dotem cum bona cõſcientia retinere, ſi certi ſunt hi, quibus primo talia debebantur. Cuius ratio eſt, quia de aliorum rebus nullatenus, ſecundum Deum illa potuit dotari. Sed tamen ſi vſurarij filia talem dotem vult reſtitui, & eius maritus obſtat: culpa erit mariti, non vxoris. & hoc ſi illa proponat dotem illam ſatisfacere, ſi vir eius ante illum obiret. Si autem econuerſo vir eius vult illam reſtitui, ſed vxor eius obſiſtit, nec patitur illam reddi: tunc forte ſuffi-

E cit illi, quòd ipſe non percipiat de bonis illis, & proponat quando poſſet reſtituere illam. Si vero vterque in ſatisfaciendo ex mala voluntate concordant, ambo in ſtatu damnationis viuunt. In remedium tamen periculi dici poſſet, quòd ſi pater talis vxoris, ſiue eius hæredes haberent ſufficientiam ad ſatisfaciẽdum certa: tunc talis dos, ſi parua eſt, in totum: ſi autem magna, in partem de incertis dięceſanus poſſet cum tali muliere ſecundum diſcretum iudicium diſpenſare. Conſulendum eſt etiam tali mulieri de bonis vſuræ certis habenti dotem, cum ſibi non

F poteſt aliter prouidere: quòd ſi contingeret eam præmori viro, debet in fine vocare virum, & filios, ſi illos habet: ac eis proteſtari dotem ſuam de vſuris fuiſſe, obſecrans, & obteſtans, quatenus reſtituant eam, quia illam nullo modo poſſunt licite retinere: quod ſi non fecerint, non ei, ſed illis imputabitur. Sed quid ſi pater vſurarius dotauit filiam ſuam eo tempore, quo etiam remanebat ſoluendo: & per conſequens non propter dotes illas factus eſt impotens ad ſoluendum? Dic, ſicut patet in ſermone 39. artic. 1. capit. 2. circa principium. Quarti ſunt vſu-

G rarij hæredes, de quibus ſecundum Archidiaconum, & alios Canoniſtas, eſt dicendum, quòd licet aliter ſecundum leges diſtinguatur: tamen de iure canonico hæredes tenentur ad omnia debita defunctorum, in quorum loca ſuccedunt: ſiue hæres ſit filius, ſiue extraneus: ſiue raptoris, ſiue alterius: Siue talia debita fuerint ex contractu, ſiue ex maleficio, vel quaſi: ſiue res peruenerit ad hæredem, ſiue nõ. 16. q. 6. ſi Epiſcopum. extra, de pigno. ex præſentium. in fi. de ſolutio. cap. 1. de vſur. tua nos. de rapto. in literis. de ſepul. c. fi. vbi plene de hoc. & de ſenten. excom. a nobis. &

H hoc intelligas, ſi hæreditas ſufficit. Si autem hæreditas non ſufficit ad omnia debita perſoluenda, ſecundum Ray. in iudicio animæ: etiam ſi hæres non fecit inuentarium, niſi quantum ſufficit hæreditas, non tenetur. Secus autem in foro iudiciali, ſecundum Ioan. And. in nouella. vbi dicit, ꝙ ſi fecit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias. Quo autem ad iudicium animæ, illud indiſtincte affirmat. Ad hoc quidem addendum eſt, quòd talis hæres vltra hæreditatem tenetur in iudicio animæ ad omnia, quæ prædictus vſurarius pro eo expendit, ſi illa ſuſcepit mala fide. Ratio eſt,

A quia ad non reſtituendum præſtitit cauſam efficacem. Et hoc intellige, ſi talia habuit eo tempore, quo erat vſurarius non ſoluẽdo. Sed quid ſi de duobus heredibus vſurarij, alter factus eſt non ſoluendo? Dicendum, ſecundum Hoſtien. quòd alter inſolidum obligatur, & hoc vſque ad quantitatem, quæ ad eum de hæreditate peruenit. Ratio eſt, quia ſuccedit in crimine, & etiam quia omnes res hæreditariæ obligatæ ſunt, extra de vſur. cum tu. §. ſi.

*Secundus quaternarius eorum, qui etiam efficaciter impediunt, ne ſatisfiat vſura. Cap. 2.*

B

SEcundus quaternarius etiam quatuor genera hominum comprehendit in ſe, qui efficacem cauſam præſtant, ne vſura valeat ſatisfieri. Primi ſunt vſurariorum famuli, ſecundi vſurariorum conſanguinei, tertij vſurariorum ſeruitores & mercenarij, quarti ſunt vſurarijs denarios mutuantes. Primi ſunt vſurariorum famuli, qui ſcilicet non ad exercendum fęnus, ſed in domo, vel in alijs negocijs ſeruiunt eis. De quibus dicendum eſt, ſicut de vxore vſurarij in hoc artic. & cap. j. dictum eſt.
C Quia ſi vſurarius non eſt ſoluendo, nullo modo de bonis vſurarij viuere poſſunt. Neque inſuper ſalarium ſuum ab eis ſuſcipere licet, niſi duo ibi concurrant. Primum, quòd ibi ſit aliquid de licite acquiſitis, non autem empta, vel habita de vſuris. Secundum, quòd tale ſalarium prius fuerit, quàm vſuræ. His autem duobus concurrentibus prædictum ſalarium ſuum, ſecundum aliquos, ſuſcipere poſſunt, etiam dato quòd vſurarius non haberet ſufficientiam ad ſoluendum vſuras: de bonis autem illius viuere eis nequaquam licet, aliter darent ei ad non ſoluendum cauſam efficacem, vbi
D vſurarius non eſt ſoluendo. Secundi ſunt conſanguinei, ſeu amici domeſtici, ſocij & quicunque alij, qui de bonis ipſius vſurarij comedunt, bibunt, ſiue dono, ſiue quocunque alio modo recipiũt, vel in alienos vſus conuertunt. De quibus notandum eſt, ꝙ ſi vſurarius non eſt ſoluendo, quòd omnia bona quæ habet, non, aut vix ſatisfactionem ſufficiunt, licet habeat aliqua de licite acquiſitis. Tales inquam, quicquid prædictis modis ſuſceperint, ſatisfacere obligantur: quia etiam ad non ſatisfaciendum præſtant cauſam efficacem. Si quis autem de hoc dubitat, & res adhuc extat: ſatisfacere obligatur, ne pro re temporali in diſcrimine animam ſuam ponat, ſecundum regulam Alexan. ſupra ſermone 32. qui eſt præcedentis ſermonis artic. 3. & in ſi. 5. cap. datam. Tertij ſunt vſurarijs ſeruientes, & mercenarij: de quibus dicendum eſt, quòd ſi vſurarius quæcunque habet obligata ſunt pro vſuris, ſeu non eſt ſoluendo: tunc diſtinguendum eſt: quia aut illis ſeruiunt in rebus licitis, & honeſtis: & tunc ſi propter diminutionẽ ſubſtantiæ vſurarius non fiat magis impotens ad ſoluendum, licite poſſunt ſuſcipere condignam mercedem: & hoc quia vtilitas, quam inde conſequitur vſurarius talis ex illorum opere cum mercede merito compenſatur: & propter mercedem mercenarijs datam pauperior minime dici poteſt, cum loco mercedis habeat commodum operum. Idem quoque dicendum eſt de his, qui vendunt vſurario ſuas merces: quia ſi recipiunt denarios de vſurario lucro, ipſi quoque eiuſdem valoris rependunt merces: vnde niſi alia cauſa ſubſit, non faciunt eum ad ſatisfaciendum amplius impotentem. Solet etiam dici, ſecundum Alexan. Lombar. quòd illi, quibus debetur aliquid ex contractu, vel quaſi; aut ex maleficio, vel quaſi, poſſunt recipere, quod ſibi debetur ex huiuſmodi rebus, dum tamẽ rem vſurariam, furtiuam, vel raptam nõ recipiant in ſpecie ſua. quod quidem in vſura eſt verum, ſecundum illos, qui tenent quòd in vſura dominiũ non transfertur. Cuius opinionis fuerunt Alexan. de Ales, Bonauen. Richar. Sco. in 4. diſtinctio. 15. Hugo, & Ray. in titulo de decimis. Contrariæ vero opinionis fuerunt Goffre. in titu. de decim. & Bernar. extra, de deci. ex tranſmiſſa. licet hoc non dicat expreſſe. & glo. 14. quæſt. 4. in cap. ſi quis. & Tho. Secundum vero primam opinionem non debent recipi res vſurariæ in ſpẽ in ſolutionem: quia poteſt debitor, qui eas dedit, & contradicere, & illas repetere creditori. Aut tales ſeruitores ſeruiunt vſurario in illis, in quibus eum ad ſatisfaciẽdum, dum recipiunt ſalarium, faciunt impotentem: Et tunc licet ſi ſeruiant ei in rebus licitis, & honeſtis, nõ peccent: immo quandoque apud Deum plurimum mereantur: tamen ſalarium, ſeu precium ſuſcipere minime poſſunt, cum ex hoc ad eum ſatisfaciendum faciant impotentem, atque ad hoc pręſtant cauſam efficacem. Huiuſmodi ſunt medici, barb tonſores, & varij conſimiles. Et licet tales ab vſurario ſalarium acceptare

*Vſurariũ ſalarium.*

*Vſurar. ſeruien.*

*D. Bo. Alex. de Ales S. in 4. di.*

E F G H

re



A re non poſſint, tamen in extrema neceſſitate illi ſubuenire tenentur amore Dei ex ipſa lege naturæ, & ex ipſo Dei præcepto, Lucæ 10. vbi ait, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Quarti autem ſunt denarios vſurarijs mutuantes: de quibus diſtinguit Vuil. quia aut bona fide creditor vſurario pecuniã mutuauit, vt ex ipſa commodum ſuum faceret, & licite lucrando forte ex ea ſe liberaret: & tunc recipere poteſt, quod liberaliter mutuat, etiam ſi aliàs ille nõ ſufficeret ad ſoluendas vſuras. Aut alia, & non iuſta cauſa illam mutuo ei dedit: puta ad ludendum in alea, aut ad meretrices, vel hy-
B ſtriones, & ad conſimilia diſpergendum: & tunc non poteſt debitum ab illo recipere, qui alias non eſt ſoluendo.

*Vſurarijs denarios mutuãtes*

*Tertius quaternarius etiam de his, qui efficaciter obuiant, ne reddatur vſura. Cap. 3.*

TErtius quaternarius de eodem ſubdendus eſt. In quo primi ſunt vſurariorum eleemoſynas acceptantes, ſecundi oblationes recipientes, tertij parochiales, quarti autem ſunt prælati ſubſcribentes. Primi ſunt eleemoſynas acce-
C ptantes: de quibus diſtinguẽdum eſt, quòd ſi vſurarij propter hoc efficiantur non ſoluendo, & hoc intellige de certis: tunc qui recipit, reſtituere obligatur. Secus autem ſi habent aliqua alia, quæ non ſunt de vſura, ſeu per hoc ad ſatisfaciendum vſuram impotentes non fiant. Concordat Vuil. Inſuper eſt notandum, quòd etiam ſi vſurarij eſſent non ſoluendo, excuſantur Religioſi, & Prædicantes, qui vadunt vt ad pœnitentiam, & ad ſatisfaciendum illos inducant, ſi comedant de vſuris. & hoc maxime, ſi apud alios commode inuenire non poſſunt, ſiue inducant illos prædicatione generali, ſiue etiam perſuaſione ſpeciali, extra, de ſenten. excõmu. cum voluntate. §. 1. Quod quidem, ſecundum Raymundum, verum eſt, ſi de correctione ſpes probabilis habeatur, & ſi etiam propter eorum expenſas non ſubtrahatur vſurario reſtituendi facultas in toto, ſeu in magna parte, ar. 2. quæſt. 6. anteriorum. §. illud. Concor. Raymun. Archidiac. & Hoſtien. Secundi ſunt oblationes recipientes. Nam qui recipit eas ab vſurarijs manifeſtis: & quod accepit reſtituere obligatur, & donec ſatisfecerit ad arbitrium Epiſcopi ſui ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus: extra, de vſur. quia in omnibus. in ſi. Caueat igitur, ne interim celebret: aliàs fieret irregularis. hæc eſt ſententia Hoſtien. Sed ſecundum Archidiac. decretum illud non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Raymundus autem dicit, quòd ſi ſunt vſurarij manifeſti, ipſo iure ſunt excommunicati, quantum ad ea, quæ ponuntur in dicta decretali, quia in omnibus. §. ideo. Sed cui talis oblatio reddenda eſt? Dicendum ſecundum quoſdam, quòd Epiſcopo debet dari, vt ſecundum prouidentiam eius illi reſtituatur, a quo eſt habita, ſi inueniatur: alioquin pauperibus diſpenſetur, arg. 14. q. 5. immolans. Secundum vero Alexan. Lombar. & Vuil. reſtitui debet illi, qui eam dedit. Et hoc primo in opprobrium ſui. extra, de homicid. cap. ſicut dignum. §. eos. Secundo, vt illi ſatisfacere poſſit, a quo accepit. ar. extra, de vſur. cum tu manifeſtos. & hæc ſententia melior eſſe videtur. Qui autem ſint vſurarij manifeſti, ſecundum Hoſtien. dupliciter demonſtratur. Primo per notorium iuris, ſecundo per notorium facti. Primo quidem per notorium iuris dicuntur vſurarij manifeſti, quando ſunt per Epiſcopum in eccleſia publicati. ſecus autem ſi ab Epiſcopo tolerantur. Secundo autem per notorium facti, id eſt, per euidentiam manifeſtam, ſcilicet cum tenent paratam menſam ad pecuniam mutuandam cuilibet ſub vſuris, ſicut meretrix in proſtibulo cuilibet ſtat parata. ita habetur in l. palam. ff. de verborum ſig. & per Bar. in l. 2. ff. de fur. Si autem ſunt ſolum manifeſti per famam, non tamen notorij, ſecun. Gar. hanc pœnã non patiuntur. Tertij ſunt parochiales, quibus in curam plebs conceſſa eſt, & de animabus curam vſurariorum habere debent, atque illos monere, & corrigere obligantur, ſicut plenius in ſermone 53. articu. 1. cap. 3. diſſeremus. Quarti ſunt prælati, qui ſubſcribunt, atque ſigillant cedulas vſurariorum: de quibus ſecundum Hoſtien. dicendum eſt, Quòd ſi prælatus non legit tenorem, vel etiam ſi legit, & vſura non appareat ibi: quia forte maior quantitas ibi poſita eſt, quàm fuerit mutuata: atque ipſe prælatus non diligenter conſideret, fatue facit, ſed tamen in veritate non conſentit. Si vero legit, & percipit veritatem, particeps eſt peccati, & non commodi vſurarum: nam ſubſcriptio in multis probationem inducit, extra de ſenten. & re iudi. cum inter vos. Idem quoque Goffre. ſentit.

*Vſurariorum eleemoſynas acceptantes.*

*Apud uſurarios manifeſtos prædicatores & cibo acquirendo excuſantur ſi alia deſit occaſio*

*Parochiales verſus vſurarios quomodo ſe habere debent.*

E F G H

Q 2 Quartus

A

## *Quartus quaternarius adiungatur etiam de his, qui efficaciter operantur, ne de vſura ſatisfactio fiat. Cap. 4.*

QVartus inſuper de eodem quaternarius ſubiūgatur. Primi quorum ſunt domos ad exercendum fænus locantes, ſecundi manifeſtos vſurarios ad confeſſionem indebite admittentes, tertij ſunt notarij & teſtes vſurariorū teſtimonijs indebite aſſiſtentes, quarti autem ſunt manifeſtos vſurarios ſepelientes.

B

*Domos ad fænus exercēdū accommodantes.*

Primi ſunt domos ad fænus exercendum locantes, vel quomodocunq; accommodantes, ſeu vendentes. Vnde extra, de vſur. vſurarum voraginem, lib. 6. grauiſſima ſententia lata eſt, vbi præcipitur quòd nullum collegium, vel vniuerſitas permittat aliquos alienigenas, vel aliquos non oriundos de terris eorum, qui publice vſuras exercere volunt ad hoc domos in terris eorum conducere, aut alias habitare: ſed omnes huiuſmodi manifeſtos vſurarios infra tres mēſes de terris ſuis expellant. Nemo illis ad exercendum fænus domos locet, vel alias quocunque titulo concedat. Qui contra fecerit, ſi perſonæ

C

ſint eccleſiaſticæ, Patriarchæ, Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, ſuſpenſi ſunt: inferiores autem his perſonæ ſingulares excommunicati ſunt: Collegium, vel vniuerſitas alia interdicti ſententiam ipſo facto incurrunt, quam ſi per menſem ſuſtinuerint indurato animo, terræ eorum quandiu ibi vſurarij commorantur eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Si autem laici fuerint per ſuos ordinarios per cenſuram eccleſiaſticam cōpeſcantur. Circa hoc tamen aduertendum eſt, quòd recedentibus vſurarijs illis ceſſabit interdictum, ſecundum Ioan. Andr. Sed nunquid hi, qui vendunt eis domos,

D

*Quæſtio.*

incurrunt hanc pœnam? Dicendum, ſecundum Archidiac. Vuil. & Ioan. Andr. quia ibi dicitur, quocunque titulo, ergo nec locare, nec precario concedere, nec eis vendere poteſt. Sed quid ſi ad fænus non conducunt illas, ſed ad alia opera ſua?

*Solutio.*

Dicendum, hoc non eſſe prohibitum. In dubio autem præſumitur ad hoc conducere illam, ſi conſueuerunt exercere vſuras. ff. de actio. & oblig. ſi cui. Quæri etiam poteſt, ſi reſtituere tenentur lucrum penſionis, qui locant ad fænus vſurarijs domos? Et dicēdum, quòd licet participes ſint omnium peccatorum, quæ in ea ex fęnore perpetrantur: nihilominus ratione contractus

E

locationis, in quo lucro transfertur dominium in locantem, poſſunt tale lucrum non illicite retinere, niſi vſurarius tunc impotens eſſet reſtituere acquiſitas vſuras, quia non poſſet recipere penſionem, niſi prius debuiſſet habere. Secundi ſunt manifeſtos vſurarios ad cōfeſſionem indebite admittentes, ſiue abſoluentes. de quibus extra, de vſur. cap. quamquam. lib. 6. ſcriptum eſt: Nullus manifeſtorum vſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue ipſos abſoluat: niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendis pro vſurarum viribus facultatum præſtent, vt

F

*Vſurariorum teſtamenta.*

præmittitur, idoneam cautionem. Teſtamenta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure. Sed nunquid ad ſalutem ſufficit vſurario, qui reſtituere habet in periculo mortis exiſtens, quòd condat teſtamentum ſuper reſtitutione malorum ablatorū? Dicendum, ſecundum Alexand. Lombar. omnino, quòd non. De quo duplex ratio poteſt dari.

*Prima ratio.*

Prima, quia teſtamentum eſt vltima ſententia voluntatis noſtræ de eo, quod poſt mortem ſuam quis voluit fieri. Cum enim teſtans hoc voluit fieri

G

poſt mortem, & poſt mortem locus pœnitentiæ nullus ſit, ſine qua nullus vſurarius abſolui poteſt: reſtat quòd ſolum tale teſtamētum condens in ſtatu ſalutis minime poſſit eſſe. Propterea oportet, quòd in vita reſtitui velit, aliàs non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſicut dicitur de regulis iuris, lib. 6.

*Secunda.*

Secunda ratio eſt, quia iuſtitia Dei requirit, vt ille ſatisfaciat, qui peccat. Vnde ſicut vſurarius eſt, qui offendit: ſic ipſe debet ſatiſfacere, in quo offendit. Non vtique hoc facit, ſi relinquit in teſtamento, quòd per alium fiat. Si igitur ſatisfacere cupit ita,

H

*Vſurarius quæ obſeruare debet ad hoc, vt plene ſatisfaciat. Primo. Secundo.*

quòd ei remittatur peccatum, quatuor eum obſeruare oportet. Primo, ſi pecuniam habet vnde reſtitutio fieri poteſt, priuſquā moriatur reſtitutionem illam exponat per fidelem amicum. Secundo, quòd ſub voce præconia faciat ſe ſolenniter præconizari, quòd omnes a quibus per ſe, vel per alium pecuniam extorſit, plenam, & integram ſatisfactionem veniant recepturi. Et hoc quidem: tum vt qui debēt habere plenius innoteſcat, & venire poſſint repetere ſua: tum vt ſcandalum, quod in publice exercendo vſuras multis ab eo exhibitum eſt, hoc quaſi in publica pœnitentia deleatur,

deleatur,



A

& emendetur: quia vt dicitur extra, de pœniten. & remiſſio. cap. j. manifeſta peccata, non ſunt occulta purganda correctione. Quod ſi talis vſurarius non publice fecerit, ſecundum Alexan. Lombar. non debetur ei ſacramentum, nec eccleſiaſtica ſepultura.

*Tertio.*

Tertio, ſi vſurarum habet aliqua inſtrumenta: ex tunc ea caſſet per publicum inſtrumentum, vel redigat ad debitum veritatis. Quarto ſi aliquid deficit explicandum, vel debite obligandum, faciat ſibi fieri publicum inſtrumentum, atque debitam cautionem, ſicut exprimitur, ſcilicet, lib. 6. de vſur. in dicto ca.

B

quamquam. Et ſecūdum Magiſtros, vtriuſque iuris Doctores, eius fideiuſſor integraliter, & inſolidum obligatur ad reſtitutionem omnium vſurarum certarum, & incertarum: ac etiam male ablatorū per vſurarium extortorum, quantum vires prædictæ hæreditatis ſe extendunt. Et hoc habito reſpectu ad tempus prædictæ cautionis. Nam licet tempore præſtitæ cautionis principalis eſſet ſoluendo: demumque eius facultates exhauſtæ eſſent aliter, quàm in reſtitutionibus prædictis: nihilominus fideiuſſor remanebit ad omnia obligatus. Et licet proſit inopiæ exceptio principa-

C

li: non tamen fideiuſſori eius in dicto caſu.

*Quæſtio.*

Ad hoc etiam quæri poteſt de eo, qui ſe ſponte obligat ad vſurarum reſtitutionem, credens bona vſurarij ad hoc ſufficere, & quòd non ſufficiunt poſtea adinuenit: nunquid ſatisfacere teneatur de proprio ſuo?

*Solutio.*

Dicendum enim, quòd aut promiſit, & obligauit ſe diſtincte, puta ſi tantum haberet de bonis defuncti, & tunc non obligatur, niſi pro tanto, quantum inuenit de bonis eius. Aut obligauit ſe indiſtincte: & tunc ſi opus eſt, tenetur de ſuo ſupplere ita, quòd integre ſoluat. Ratio huius eſt, quia ſeipſum proprijs verbis illaqueauit.

D

*De vſurarij voto, & intentione.*

Sed ſi hoc in intentione habuit, nec tamen id verbis expreſſit: nunquid excuſatur? Dicendum quòd non, quia ſtatur magis obligationi expreſſæ, quàm intentioni occultæ: tamen quia explicite non expreſſit, ſibi imputet: quia non debent propter ſtultitiam ſuam creditores ſuo fraudari iure.

*Altera quæſtio.*

Item quæri poteſt, vtrum qui recepit per publicum inſtrumentum cautionem de reſtituendis vſuris, & male ablatis, ad voluntatem ſuam poſſit ſine peccato iſti relaxare hanc promiſſionem, & inſtrumentum cautionis reddere, vel caſſare?

*Solutio.*

Dicendum quòd ſi ille, qui ſe obligauit, compos eſt ſuæ mentis,

E

& hoc poſtulet importune, cum ſalus eius eſſe debeat in manu ſua, neque teneatur homo ſalutem animæ ſuæ cum ſuo ſcandalo procurare: nec inſuper propter hoc a vinculo debitorum remaneat abſolutus, poteſt ſine peccato huiuſmodi inſtrumentum obligationis caſſare. Contrarium vero dicas, ſi talis obligatus prælato ſuo eſſet. Inſuper aduertendum eſt, quòd ſi vſurarius non poteſt habere fideiuſſorem, nec pignora, ſecundum Ioan. And. iuret ſe facturum, quod cauet, & ſufficit, maxime ſi hoc veriſimile eſt, extra de donatio. inter virum, & vxorem, cap. per literas. His

F

igitur præmiſſis detur ei pęnitentia, & non prius, ſicut præcipitur in ſupradicto cap. quanquam. Et ſi aliter quis abſoluerit eum, theſaurizat ſuper ſe iudicium Dei, & animam illius præcipitat in profundum: neque ignorantia excuſat, ſicut patet extra, de iniur. & dam. da. cap. ſi culpa. Neque video, quare a ſatisfactione excuſetur poſſibili: cum ſicut ex præcedentibus patet, ipſe ſit cauſa efficax tantorum malorum. Tertij ſunt notarij, & prædictorum vſurariorum teſtes, qui contra prædictam decretalem, quamquam, interfuerunt teſtamentis: nam quicquid notarius inde lu-

G

cratus eſt, reſtituere obligatur. Et propter inobedientiam peccant omnes tali teſtamento conſentientes, & animam vſurarij, & ſuas in infernum demergūt. Quarti ſunt manifeſtos vſurarios ſepeliētes. Tales enim eadem pœna plectuntur, ſicut de recipientibus eorum oblationes in præcedenti cap. dictum eſt. Et vltra hoc, ipſo facto ſunt excommunicati, per clemen. j. extra, de vſur.

*De nō vere ſepeliētibus vſurarium.*

Sed quid de his, qui non ſepeliunt vſurarium, ſed illum ſimulant ſepelire: puta quia in ſecreto ponunt capſam cum honorifico apparatu, ac ſi ibi talis vſurarij eſſet corpus.

H

Dicendum, ſecundum Ioan. And. & alios Doctores, quòd ſubiacent illis pœnis. Omnes igitur tales prædictis modis ſepelientes non poſſunt abſolui, niſi prius ad arbitrium Epiſcopi ſatisfecerint competenter, quocunque priuilegio non obſtante, extra de ſepul. eos qui. in clem. In his etiam includuntur mulieres.

A *Quintus etiam quaternarius ſuperaddendus eſt etiam de impedientibus, ne ſatisfiat vſura.* *Cap.* 5.

QVintus, & vltimus quaternarius ét ſubiungatur de eiſdem, qui impediunt, ne vſura valeat ſatisfieri inter eos. Primi ſunt teſtamentorum vſurariorum executores, ſecũdi hæreditatum vſurariorum defenſores, tertij vero ſunt piarum domorum gubernatores, quarti rei emptæ de pecunia fęnebri retentores.

*Vſuræ ne ſatisfiant, impedientes qui.*

*Primi.* Primi ſunt vſurariorum teſtamentorum executores. Sæpe enim contingere B ſolet, vt relicta vſurarij bona non plene ſufficiant ad ſatisfaciendum debita certa: & nihilominus, ne vſurarij funus careat eccleſiaſtica ſepultura, cum Epiſcopo de certa quantitate pecuniæ pro incertis conueniat executor: qua quidem parte amota, reliqua vſurarij bona non ſufficiunt ad ſatisfaciendum plenarie certa. Executor igitur talis cum det cauſam efficacem, quòd qui debent habere certa de bonis vſurarij, non poſſint rehabere de proprijs in ſolidum ſatisfacere obligatur. Sed de hoc plenius in ſermone 39. artic. 3. cap. 1.

*Secundi.* Secundi ſunt hæreditatum vſurariorum de- C fenſores, impedientes ſcilicet, ne ſatiſfiant vſuræ: ſicut procuratores, & aduocati, & quicunque ſint alij. Omnes inquam tales in totum ſatisfacere obligantur, ad quod ne redderetur dederunt cauſam efficacem.

*Tertij.* Tertij ſunt piarum domorum gubernatores, ſiue rectores, ſiue religioſi, & eccleſiaſticæ perſonæ, ſiue ſeculares ſint: qui quandoque ſub pallio pietatis, atque communis, & maioris boni paſſim vſurariorum bona, ſeu hæreditates ſuſcipiunt, impedientes, & efficacem cauſam dantes, ne certa certis valeant ſatisfieri: propterea totum id, ad quod talem cauſam præſtiterunt, ſatisfacere obligantur.

D *Quarti.* Quarti ſunt rei emptæ de pecunia fęnebri retentores. Pone, ꝙ vſurarius de vſuræ pecunia emit equum, ſiue prædium, aut domum, & hoc alteri donat, demum efficitur non ſoluendo: tunc ſecundum Ray. debitor, qui vſuras ſoluerat, rem illam poteſt emere a poſſeſſore, & ille eam ſatisfacere obligatur. In tali nempe caſu res loco precij ſuccedit, ſicut econuerſo precium loco rei. ff. de petit. hæredi. l. ſi rem. extra, de vſur. cum tu. vbi præcipitur vendi poſſeſſiones, quæ emptæ fuerunt de vſuris. Hoc tamen ſecundum Vuil. verum eſſe intellige, quãdo rem talem habuit ex cauſa lucratiua. Secus, ſi E emiſſet, vel alia non lucratiua cauſa, & bona fide habuiſſet, cum hoc concord. Goffre. & Hoſtien. Et addunt, quòd ſi res illa ex cauſa lucratiua poſtea ad alium ex ſimili cauſa prouenire contingat, & iſte vltimus fuit ille, qui vſuras ſoluerat, ſeu repetere poterat ille, cui prius res data fuit liberatus eſt, vt contra eum non poſſit agi. ff. de actio. & obliga. l. omnes debitores. Secundum etiam Hoſtien. ſi res empta de pecunia fęnebri per tertiã perſonam peruenit ex cauſa lucratiua ad eum, qui dedit vſuras: vſurarius minime liberatur. ff. de verb. oblig. inter ſtipulantem. F

*De quibuſdam qui non ſolum vſuras ſatiſfacere obligantur, ſed etiam maiorem excommunicationem incurrunt, eo quòd vſuris efficaciter fauent.* *Cap.* 6.

VOlo etiam vltra omnia, quæ in præcedenti ſermone dicta ſunt, attentius annotari, & pro vltimo capitulo ſuperaddi: quòd ſunt quidam, qui ſuper omnes prædictis tribus modis fauentes vſuris culpabiles æſtimantur, grauiorique pœna plectuntur, quàm ipſi peſſimi vſurarij. G Nam grauioris culpæ eccleſia ſancta determinauit eſſe efficaciter authenticare vſuras, quàm rapere per vſuras: vnde eccleſia vſurarios excommunicat excõmunicatione minori. extra de vſur. in pleriſque capitulis. efficaciter autem authenticantes vſuras excommunicat excommunicatione maiori. proinde extra de vſur. c. ex graui. in clem. ſex ponuntur excommunicationes maiores contra prædictos efficaciter authenticantes vſuras.

*Vſuras authenticare grauioris culpæ, quam rapere per vſuras.*

Nam ſicut ibi dicitur, excommunicati ſunt Poteſtates, Capitanei, Rectores, Iudices, Conſiliarij, Conſules, & quilibet alij officiales, qui delinquunt in caſibus infraſcriptis. H

*Primus caſus.* Primus eſt, ſi ſtatutum decætero facere, ſcribere, vel dictare præſumpſerint, quòd vſuræ ab vſurarijs exigi poſſint.

*Secundus.* Secundus vero eſt, ſi ad ſoluendum vſuras debitores compellunt.

*Tertius.* Tertius eſt, ſi quis iudex quòd vſurarijs ſoluantur vſuræ, præſumpſerit iudicare.

*Quartus.* Quartus eſt, ſi de prædictis quis dederit operam, quòd ſolutæ vſuræ non repetantur.

*Quintus.* Quintus eſt, ſi ſtatuta hactenus edita in vſurarum fauorem, qui hoc facere poſſunt infra tres menſes non deleuerint de libris communitatum.

*Sextus.* Sextus eſt, ſi ipſa ſtatuta, ſeu conſuetudines effectum vſura-

vſura-



A vſurarum habentes, præſumpſerint obſeruare: & licet iſtæ excommunicationes ſecundum iudicium eccleſiæ grauiſſimæ culpæ, & pœnæ ſint: tamen ſecundum iudicium ſeculare omnes in præfato capitulo prætacti, qui ſecundum triplicem modum in tribus articulis huius ſermonis oſtenſum, offendunt, grauius puniuntur, cum obligẽtur ad ſatisfactionem omnium vſurarum, quas ipſi vſurarij ſunt lucrati: niſi ipſi vſurarij reſtituant prædictas vſuras, ſicut de hoc plenius in præcedenti ſermone, cap. j. circa finem patet. Mira quidem inſania populorum, qui in blaſphemiam B diuinæ, ac eccleſiaſticæ legis impoſſibile putant eſſe populos ſtare ſine vſuris publicis, & a communitatibus, & a Dominis authentice probatis: cum manifeſte clareſcat, ſicut ex prædictis apparet, quòd vſuras efficaciter approbantes grauius puniuntur, & ad reſtitutionem grauius, quàm ipſi vſurarij obligantur, cum reſtituere teneantur, ſicut prædictum eſt, quæ non ipſi, ſed vſurarij occaſione eorum rapuerunt impie. Patet igitur ex prædictis, quomodo diuerſimode plurimi vſurarijs præſtant cauſam efficacem, & qui reſtituere obligantur, ac qua pœna plectuntur, vt meri- C to ipſum vſuræ ſcelus omnibus inhorreſcat, & ad reſtitutionem illi obligati ſatisfacere ſe diſponant, vt & animam ſuam liberent, & diuitias ſempiternas acquirant, per miſericordiam filij Dei Ieſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritusſancto coæternus, & glorioſus vi. & re. in ſecula ſeculorum, Amen.

---

FERIA TERTIA poſt iiij. Domin. in Quadrag.

D *Quid & quantum homo reſtituere teneatur.*

## Sermo XXXVI.

N*Olite ſecundum faciem iudicare, ſed iuſtum iudicium iudicate.* Ioan. j. cap. In præcedentibus tribus ſermonibus ſatis ſufficienter viſum eſt, quis ſatiſfacere obligatus ſit. Iam ad ſecundum, & tertium principale, ſcilicet quid, & quantum reſtituendum, dirigamus ſermonem. Sed attẽte circa hoc cõſideranda ſunt verba Domini admonentis, & dicentis: Nolite ſecundum faciem iudicare, ſcilicet quid, E & quantum reſtituendum ſit: Sed iuſtum iudicium iudicate: ſcilicet ſicut inferius eſt declaratum. Vnde cum ambæ ſimul iſtæ duæ Religioſitates communiter concurrãt, de ambabus inſimul diſſeramus. Ad quarum intelligentiam inſinuãda eſt etiam regula in principio 33. ſermonis annunciata, quæ talis eſt: Omne damnum, quod quis dat, aut eſt cauſa efficax, quòd detur, ſatisfacere obligatur. Ex qua regula elici poteſt, quòd triplex eſt damnum, quod proximo inferri ſolet. Primum eſt damnum ſpirituale, ſecundum damnum corporale, tertium vero damnum temporale. F

*Damnũ triplex, quod ꝓximo inferri ſolet.*

ARTICVLVS PRIMVS.

*De triplici damno ſpirituali, quod proximo ſolet dari.*

PRimum damnum, quod proximo inferri ſolet, eſt ſpirituale. Secundum enim Sco. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 27. nullus poteſt in naturalibus bonis animæ alteri inferre damnum, cum ipſa naturalia bona ſint incorruptibilia.

*In naturalib. aĩæ bonis nõ põt quis lædi.*

G Sed poteſt homo damnificari in bonis morum, vel acquiſitis: cuiuſmodi ſunt gratiæ, & virtutes, quæ corrumpi valent: vel acquirendis, quia per bona opera acquiri debent, quorum acquiſitio facile impeditur. Per peccata enim, & vitia iam acquiſitæ virtutes corrumpuntur, & tandem vitia generantur, & quæ debent ex bonis operibus generari, impediuntur. In his quoque non poteſt aliquis aliquẽ damnificare directe: cum enim gratia, & virtutes non perdantur, niſi per vitioſos actus: nec etiam earum acquiſitio, niſi per eoſdem valeat impediri. & peccatum, atque vitium adeo voluntarium eſt, ſecundum Auguſt. de vera religione, H quòd ſi non fit uoluntarie, non eſt peccatum. Nulluſque poſſit directe in actum alterius uoluntatis, & per conſequens nec in peccatum eius: ideo conſequens eſt, ꝙ nec ablatio horum bonorũ quiſquàm directe facere, nec etiam per conſequens alium in his damnificare ualet. Indirecte autem, & diſpoſitiue poteſt quis aliũ damnificare, ſcilicet inducendo eum ad uitioſos actus, quibus, & uirtutes corrumpuntur, & uitia generantur. Quantum autem malum ſit animas inducere ad peccandũ, ſatis patere poteſt conſideranti differẽtiam

*Inducere animas ad peccãdum non leue malum.*

A inter bona ſpiritualia, corporalia, atque terrena. Ad hoc autem. 6. quæſt. 1. cap. ex merito, dicitur: Deteriores ſunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaq; diripiunt. & ead. quæſt. cap. ſunt plurimi. Gregorius ait, Multum damna morum a damnis temporalium diſtant. Concor. Richar. Talis autem inductio ad peccatum tripliciter poteſt fieri. Primo ſcandalizando, ſecundo ad malum inducendo, tertio malum exemplum dando.

B *Quòd tripliciter homo proximum ſcandalizat. Et quomodo reſtituere obligatur. Cap. 1.*

*Scandalizat homo tripliciter*

*Tripliciter qs ſcādalizat decipiendo, vt qs ſcidat aliquod dānū, ſecundo affligēdo ipſum, vt blaſphemet Deū, tertio, quādo aliqs pbet exemplū mala vita.*

PRimo quidem indirectè proximo infert homo ſpirituale damnum, eum ſcandalizando. Tripliciter autē poteſt homo proximum ſcandalizare. Primo verbo, ſecundo facto, tertio ſigno. Primo quidem quis ſcādalizat verbo, & licèt multipliciter fieri poſſit, tamen ad præſens differamus, cum fit hoc verbo iniurioſo, ſicut patet Matth. 5. vbi Dominus ait: Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio: qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis. Primus eſt actus iræ interior, nullo ſigno exteriori expreſſus, & hoc ſcandalizare non poteſt, cum minime videatur. Secundus eſt idem actus confuſo ſigno expreſſus: ſicut dare interiectiones ſolemus, cum ſumus infirmi, & quando emittimus gemitus, & vlulatus confuſos. Et pro hoc dicitur, Qui autem dixerit fratri ſuo Racha. Racha eſt, ſecundum Auguſt. interiectio ſignificans iræ, ſiue indignationis motum, & contemptum eius, in quem

*Racha quid.*

D iraſcimur: & hoc quidem quandoq; ſcandalizare poteſt audientes. Tertius eſt actus manifeſte declarās proximo iniuriam dici: & hoc etiam magis proximum ſcandalizat, quia manifeſte demonſtrat proximi ſui contemptum, cum Fatuus nominatur. Fatuus enim dicitur, qui neque quod ipſe, neque quod alij fantur, intelligit. His tribus tres pœnas correſpondentes gradatim annectit: quia ſecundum Auguſt. iudicio adhuc datur locus defenſioni: ad conſilium prolatio ſententiæ pertinere videtur, quando ſcilicet iudices inter ſe conferunt, quo ſupplicio reus damnandus ſit: In gehenna ignis damnatio certa eſt: & ſi hæc tria iræ, & odij pleno conſenſu fiant, ſemper peccatum mortale eſt.

*Fatuus quid.*

E Proferre etiam in proximū verbum iniurioſum ex ſubita ira, mortalis etiam culpa iudicatur. Tales inquam quandocunque contra proximum ſupradicta iniurioſa verba protulerint, ſatisfacere obligantur per ſe, vel per interpoſitam perſonam, dicendo humiliter culpam ſuam, atque veniam poſtulando. Secundo contingit proximum ſcandalizare facto, id eſt, opere iniurioſo, ſiue corporali, ſiue temporali. Nam ſecundum Nicol. de Lyra, F in illatis damnis duo ſunt penſanda, ſcilicet offenſa, atque iniuria. Offenſa autem fit in rei corporalis, ſeu temporalis ablatione. Iniuria vero in damni ſpiritualis occaſione, ſcilicet, cum quis ex dato damno iniuriato impatientiæ, & odij, atque ſcandali materiam præſtat: vnde damnum inferenti non ſufficit ad ſalutem ſatisfacere de offenſa reſtituendo aliena: ſed ei neceſſarium eſt iniuriam, & ſcandalum amouere: quod fit cum ab eo, cui datum eſt per ſe, vel per interpoſitam perſonam veniam humiliter vult poſtulare, & hoc expreſſo, vel ſuppreſſo nomine illius perſonæ, ſecundum quòd qualitas ne- G gocij id expoſcit. Vnde qui ex impoſſibilitate de primo abſolutus eſt, niſi etiam ex impoſſibilitate cogente non abſoluitur a ſecundo. propterea ſi quis in corporalibus, ſeu in temporalibus proximo damnum dedit, ſi illa ſatisfacere non valet, ſaltem poſtulare ei, vt dictum eſt, veniam debet. Concord. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 62. artic. 6. Quidam etiam dicunt, ꝙ qui damnum eſt paſſus, ſi ignorat qui illud dedit: ſi offendēs damnū offenſæ ſatisfacere non poteſt, non veniam, ſeu remiſſionem poſtulare, nec de offenſa, nec de iniuria tenetur: quia quo H ad diuinum iudicium non eſt in mora, & facile nouum ſcandalum oriri poſſet.

*Scandalū ſigni. Signa q̄ interius cognoſcūtur.*

Tertio quoque ſcandalum proximo præſtatur ſigno. Sunt enim aliqua ſigna, ſine quibus non poteſt exterius innoteſcere interioris dulcedinis actus, etiam illius ad quam omnes de neceſſitate tenemur: quia in omnimoda negatione eorum manifeſtum ſignum iræ, & cordialis odij demonſtratur. Inter huiuſmodi ſigna videtur eſſe ſalutatio, aut ad aliqua interrogata aliqualis reſponſio. Vnde Matthæi. 5. cap. Dominus ait: Si ſalutaueritis



A tis fratres veſtros tantum: quid amplius facietis? nonne & ethnici hoc faciunt? Vbi manifeſtè oſtendit, hoc non ſufficere ad ſalutem. Qui ſuo inimico negat verbum, aut qui in eius præſentia ſemper auertit vultum, vel ſubito fugit: cordialis odij atque mortalis ſignum manifeſte oſtendit: niſi hoc ex cauſa valde rationabili agat: vtpote ſi probabiliter timet ex hoc aliquid deterius euenire: & tunc rationem & intentionem facti ſui debet intuentibus propter vitationem ſcandali propalare, ſi bono modo id fieri poteſt. Qui ergo prædictis & conſimilibus B ſignis ſuum proximum ſcandalizat, ſicut prædictum eſt, ſatisfacere obligatur. Hinc pro omnibus tribus prædictis modis ſcandalizandi Dominus, Matth. 5. cap. ait: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum. Ait enim: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus: nomine fratris omnes exprimit homines, maximè tamen quemcunque fidelem. habet aliquid aduerſum te. Secundum Auguſtinum, tunc habet aliquid aduerſum C nos, ſi nos eum in aliquo læſimus. Nam nos aduerſus illum habemus, ſi ille nos læſit. relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, ſcilicet ab eo veniam poſtulando: & tunc veniens offer munus tuum. Sed nunquid ad literam hoc ſeruari debet? Dicendum, ſecundum Auguſtinum: quòd ſi frater ſit præſens, non hoc differre diutius debes, cum iubearis munus tuum ante altare relinquere. Ad literam autem hoc dicit, vt innuatur, quòd talis ſatisfactio præmittenda eſt omni operi quantumcunque D ſpirituali & vtili: ſicut eſt deuotæ oblationis donum vel ſacrificium; & vt ex hoc etiam demonſtretur, quòd oratio vel ſacrificium nihil prodeſt, nec dignè exercetur ab illo, qui pro poſſe & ſecundum quod debet, non ſatisfecit ei, quem læſit. Si autem proximus non eſt præſens, vtputa quia eſt vltra mare: abſurdum eſt credere, ſecundum Auguſtinum, munus relinquendum, quod poſt maria peragrata offeras Deo. Propterea dicit, quòd in ſimili caſu motibus animi ad recōciliationem proximi pergendum eſt, vt ſcilicet humili affectu te proſternas in conſpectu Dei tui,

*Scandalizans proximū tenetur ad ſatisfaciēdū et q̄uo.*

*Fratris noīe quid intelligit.*

*An fratri recōciliādū ſit ad literam.*

*Prædictorū declaratio et ſatisfactio.*

E munus tuum oblaturus. Eſt igitur ſententia Auguſtini, quòd vbi bono modo proximus poteſt adiri, exterior ſatisfactio præire debet: vbi vero non eſt oportunitas adeundi, poteſt differri. Et interim ſufficit ſibi affectu humiliari & reconciliari cum propoſito id opere adimplendi quamcitius fieri poterit bono modo.

F *Quod tripliciter inducet proximum ſuum homo ad malum: & quomodo reſtituere obligatur. vbi ſimul oſtenditur, quæ ſunt licitæ, & illicitæ artes. Cap. 2.*

*Inducit homo proximū ſuū ad malū. tripliciter.*

SEcundo autem infert homo indirectè ſpirituale damnum proximo ſuo, eum ad malum inducendo. Tripliciter enim inducit homo proximum ſuum ad malum. Primo locutione, ſecundo operatione, tertio vero nouitatum inuentione. Primo quidem inducit homo proximum ſuum ad malum locutione, & hoc quidem multipliciter. Primo docendo, ſecundo flectendo, tertio contaminando, quarto corrumpendo, ſeu ſpiritualiter venerando: quinto retrahendo. Primo qui- G dem docendo, ſcilicet cantiones carnales & ad laſciuiam prouocantes: vel docendo fucare vultum & ſe ornare & conſimilia operari. Secundo autem flectendo ad mala: puta ad vſuram, ad furtum, ad rapinam & ad partialitates. Et hoc quidem in conſilijs iniquis vel ſuaſionibus falſis, aut comminationibus ſæuis, ſeu præceptionibus impijs & conſimilibus. Tertio vero contaminando, ſcilicet in carnalitatibus per laſciuias, cantilenas & cantus. Vnde 92. diſtinctio. cap. in ſancta, ſcriptum eſt: Deum moribus ſtimulat, qui H populum vocibus delectat. aut per inhoneſtos dictatus & libros. Item in ſodomijs per peſtiferas blanditias & ſeductiones. In luxurijs per impias vetulas & mediatores. In ſacrilegijs per diabolicas & profanas ſuperſtitiones: de quibus ſcriptum eſt.

*Moritur arreptus monacha quicunq; potitur.*

Quarto corrumpendo, ſeu ſpiritualiter venenando, ſcilicet detrahendo ſeu detractiua prædicatione vel hęretica, ſeu contaminata doctrina: ſiue docendo infirmitates curare, dęmones inuocare, ſeu per incantationes furta & amiſſas beſtias recuperare,

vel

A vel recipere : ſiue breuibus & alijs augurijs & ſortilegijs atque conſimilibus fidem dare . Quinto retrahendo ſcilicet, ne homo reſtituat aliena, vel ne amoueat ſuperfluitates & vana, ne prædicationibus & doctrinis credat ſalutiferis, ſeu ne per ingreſſum Religionis mundum relinquat . Circa hoc vltimum notandum eſt, ſecundum Scotum in 4. diſt. 15. q. 2. quod qui ſubtrahit a Religione aliquem iam obligatum profeſſionis voto tenetur pro viribus laborare, vt ad Religionem redeat, vt hoc modo tam ſibi, quàm religioni plenariè ſatisfaciat. Si autem ille intrare noluerit, ſecundum Giral.

*Scotus ĩ 4. diſt. 15. q. 2. & bene ꝓpēde.*

B Odo. videtur, quòd qui eum religioni ſubtraxit, ſi ſit idonea perſona & habilis religioni ad intrandum, quòd ipſe eam intrare tenetur, vt ſic intrando ſatisfaciat ordini & bene viuendo, & orando pro alio laboret ad eius conuerſionem . Si autem non ſubtraxit aliquem ſic obligatum, ſed volentem intrare tantum: tunc etiam diſtinguendum eſt, quia aut animo hoc fecit nocendi ipſi religioni, & tunc obligatur ipſi religioni. Sed quia multum intereſt intereſſe in religione, & prope eſſe : non tantum obligatur, ſicut in primo caſu, ſed tenetur ad aliqualem reſtitutionem, puta ad aliquam

C inductionem alterius aliqualiter æquiualentis ad ingreſſum illius religionis . Aut fecit animo conſulendi ſibi : puta quia erat magiſter ſuus, & in ſtudio cum eo vigilabat: Et tunc ſi ſine fraude hoc fecit, non credo eum illi religioni in aliquo obligatum : tenetur tñ in primo & ſecundo caſu perſonæ ſubtractæ in perſuaſionibus, & alijs ſpiritualibus bonis ad æquiualentiam bonis illis, in quibus retrahendo illum damnificauit . Concor. Giral. atque Richard. cum Scoto . Qui vero alijs quinque prædictis & conſimilibus modis aliquem corrupit & ad peccãdum induxit, ſecundũ Scotum, tenetur modo poſſibili reſtituere dam-

D num. Et hoc tripliciter . Primo eum de veritate docendo, ſeipſum de prædictis accuſando, atque illum ad pœnitentiam & ad virtuoſos actus efficaciter inducendo . Secundo autem, ſi ſola inductio ſufficere non videtur: quia facilius eſt hominem peruertere, quàm conuertere: tunc tenetur pro eo orare & aliorũ orationes ſibi fideliter procurare, quibus a Deo ſua conuerſio procuretur . Tertio quoque debet per alios efficaces ſuaſores procurare eius conuerſionẽ, dum tamen illius peccatum occultum non prodat . Ex his autem manifeſtè apparet, quantum periculum ſit ad malum ſollicitare quenquam & inducere ad peccandum : quia vix poteſt reſtituere dignè, cum ad voluntatem iam ad peccata illectam vix poſſit perſuaſionibus & alijs multiplicibus vijs inducere ad virtutem . Addatur quoque, quod ſecundum Auguſtinum libro retractationum dicitur : Cum virtutum bona maxima ſint : plus damnificat, qui in iſtis damnificat, quàm in quibuſcunque alijs: & per conſequens plus ſecundum iuſtitiam obligatur ad reſtituendum proximo tale bonum, quantum ſibi poſſibile eſt . Hæc eſt ſententia Scoti, Giral. Odo. & Richardi.

*Tripliciter qs tenet̃ reſtituere dãnum quia aliquem ſubtraxit a Religione.*

E

F Secundo inducit homo proximum ſuum ad malum operatione, id eſt, illicita exercitatione & arte . Quærunt Doctores, quid de his, qui faciunt vel vendunt venenum aut toxicum, baliſtas, arcus, ſagittas, carellas, lanceas & ſimilia ad homines occidendos? vel faciunt decios vel tabularia ad ludẽdum ad fortuitos ludos, vel faciunt machaguones pro capitibus mulierum, vel fucamenta ad ornandum, ſeu faldandum vultum earum vel aurifigia, rachamaturas, ſeu bordaturas, coronas floridas ad laſciuiam prouocandum : picturas vanas atque laſciuas in cameris & lecticis & quibuſcũque alijs locis, & cuncta conſimilia, quę nihil valét ad vtilitatem humanam, ſed tantum ad interitum animarum? Videtur enim quòd nullus labor, nec aliquod officium debeat approbari, niſi valeat ad commodum humanæ vitę. Cum Gen. 3. dicat Dominus, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. quaſi dicere velit, Non labores, ne deſudes, niſi in opere illo, quod valeat ad faciendum panem tuum, hoc eſt ad ſuſtentationem vitæ tuæ . Ad quod dicendum, quòd in triplici genere debent diſtingui artes & manuales operationes . Primo ſunt quædã neceſſariæ, ſecundo quædam indifferentes, tertio quædam pernitioſæ . Primo enim ſunt quædam artes neceſſariæ ad humanum vſum: licet homines illis abuti poſſint & ſępius abutantur: ſicut ſunt agriculturę, lanificia, ars architectorum, ſutorum, textorum & conſimilium . Secundo ſunt quædam artes, quæ multum ſunt indifferentes : quia his vt plurimum abutũtur quidam, & quidam vti poſſunt eiſdem bene : ſicut ſunt gladij, lanceæ, baliſtæ, ſagittę & ſimilia, quibus homines vtuntur ad bellum iuſtum atque iniuſtum. Similiter etiam quędam venena, quibus homines ad ſanitatem corporis vti poſſunt : inſuper etiam ad hominis necem.

*Quæſtio vtilis.*

G

*Tria ſunt artium genera.*

H

*Prima.*

*Secunda.*



A necem . Itẽ fieri poſſunt aurifigia & rachamaturæ & conſimilia ad mundi vanitates, & eccleſiaſtica ornamenta. Similiter tabernæ & hoſpitia ad perniciem & neceſſitatem & ſic de alijs . In omnibus ſupradictis in primo & ſecundo caſu & conſimilibus eis ad intentionem facientis & vendentis recurrendum eſt . Et in huiuſmodi diſtinguendum eſt, quia quandoque homo non peccat, quandoque peccare poteſt, quandoque autem peccat . Primo enim ſi homo credat hoc alicui neceſſarium fore vel vtile : vel animum habuit indifferentem, ſeu de hoc nihil cogitabat, quia ratio-

B nem cogitandi non habebat, non peccat, etiam ſi illo talis abutitur. 23. q. 5. de occidendis . vbi Auguſtinus ait : Abſit vt ea, quæ propter bonum & licitum facimus aut habemus : ſi quid propter hæc præter noſtram voluntatem quicquam mali acciderit nobis imputetur: alioquin nec ferramenta domeſtica aut agreſtia ſunt habẽda, ne quis ex eis vel ſe vel alium interimat ; nec arbor eſt plantanda, ne quis in ea ſe ſuſpendat. Secundo autem homo peccare poſſet, ſi ei conſcientia dictaret, quòd ille hoc ad abuſum acquireret, vel hoc dictare deberet ratione requirentis perſonæ, ad hoc 5. q. 5.

C non omnis, Auguſtinus ait: vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat, quàm eſurienti panis frangitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Tertio vero manifeſte mortaliter homo peccat, ſi hoc ſcienter facit vel vendit, vel quomodo cunque aliter alienat, vt alius abutatur & omnia mala, quæ inde ſequuntur, imputantur ei. 2. q. 1. notum. 11. q. 3. præcipuè. 15. q. 6. ca. 1. ad fi. vbi ſcriptum eſt : Non tantum attendenda ſunt quæ fiant, quantum quo animo talia fiãt : amplius reſpicit Deus ad cogitationes & ſpontaneas voluntates,

D quàm ad actus qui per ſimplicitatem, aut per neceſſitatem fiunt . Tertio autem ſunt quædam artes pernicioſæ, quæ ad nullum vſum humanum vtiles ſunt, niſi ad perniciem corporum & animarum : ſicut ſunt quædam venena mortifera, & ad nullum vſum humanum vtilia . Facturæ autem ſuperfluæ & ſumptuoſæ cortinarum & linteaminum & camiſiarum, quæ in decuplo plus valent, quàm tota camiſia . Decij, tabularia, tabulæ, carticellæ ſeu narbi, maghaguones, ſeu mitre pro capitibus mulierum, fucamenta earum, coronæ floridæ, & laſciuæ picturæ ad vanitatem, ſeu luxuriam concitantes & conſimilia, tunc mortaliſſi-

*Tertia.*

E me peccant talia exercẽtes faciendo, tenendo, vendendo, donando vel quomodocũq; alienando, & oĩa peccata & mala, q̃ perpetrantur illarũ rerũ occaſione, eis imputantur, & omniũ animarũ pereuntiũ occaſione rei ſunt apud Deum, extra de iniur. & dam. da. c. fi. Ad hoc etiam facit optime lex diſtinguens inter venenum bonum & malum, d. ꝙ flagitioſæ rei, quæ nullo modo ꝑ adiectionem alterius rei ſiue materiæ poteſt eſſe vtilis vſui humano : nec emptio, nec mandatum, nec ſocietas valere poteſt. ff. de contrahen. emptio. qui venenum. His concor. Ray. Innoc. & Hoſtien. extra ne cle-

F ri. vel mona. c. 1. immo ſi quando, licet raro contingat, ꝙ aliqua prædictarum aliquis ad licitum vſum inducere poſſit: tamen ſecundum Chryſoſto. vt refert Tho. 2. 2. q. 142. arti. 2. in fi. tales artes non ſunt tolerandæ . Vnde ſi operibus alicuius artis, vt pluries aliqui male vterentur, quamuis de ſe non ſint illicitę, ſunt tamen per officium Principis extirpandæ a ciuitate ſecundum documenta Platonis . Non eſt autem neceſſe extirpare a ciuitate ea, quæ venialia ſunt : ſed quæ ſunt in animarum & populi detrimentum: ſicut diuerſi fortuiti & pernicioſi

G ludi, ſuperfluæ vanitates, curioſæ inuentiones & ſimilia . Nec ſupradicti per ignorantiam excuſantur, ex quo ſciunt ꝙ communiter ꝑ maiori parte homines talibus abutuntur . Propterea quilibet obligatur ſcire de arte, cum qua victum lucratur, vtrum ſit licita, vel econuerſo . In hoc quoque debet multum vigilare Confeſſor, cum pœnitens venit ad eum: ſi in tali exercitio vel officio, ſiue arte ſit, in quo poſſit ſaluare animam ſuam: aliter ex ignorantia, vel negligentia non excuſatur ipſe confeſſor, ſi pęnitentem per abſolutionem reddit ſecurũ, cum exerceat artem, cum qua anima ſua periclitatur.

H extra de iniur. & dam. da. ſi culpa. Vnde ambobus accidit, quod Dominus Matt. 15. ait: Cęcus ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueã cadunt. Tertio inducit homo proximũ ſuum ad malum nouitatum inuẽtione. Vnde Tho. 2. 2. q. 169. in fi. 2. arti. ait, quòd artifices ornamentorum peccant inueniendo aliqua ſuperflua & curioſa. Vnde Chryſoſt. ſuper Matt. Homil. 49. inquit : Ab arte calceorũ ſutorũ & textorũ, multa reſcindere oportet : etenim plura ad luxuriam deduxerunt neceſſitatem eius corrumpentes, aut malæ arti commiſcentes . cum hoc concor. Alexan. de Hal. Quomodo autem & quę fieri debeat reſtitutio omnium, quæ in preſenti

*Artifices ornamentorũ peccant inueniendo curioſa.*

A præſenti capitulo dicta ſunt, non poteſt ſigillatim facile diffiniri, ſed iudicio boni viri atque iudicio confeſſoris diſcreti in quolibet particulari caſu prudenter determinanda eſt. Nec minus ſpiritualia, quàm temporalia & corporalia damna æſtimanda ſunt, ſicut ſuperius in principio primi articuli præſentis ſermonis demõſtratũ eſt.

*Tripliciter homo, per malum exemplum proximum ſcandalizat, & de illorum reſtitutione condigna. Ca. 3.*

B TErtio infert homo indirecte proximo ſuo ſpirituale damnum, ei malum exemplum dando. Vnde lamentabiliter de talibus Dominus per prophetam ait: Factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorũ commorantium in circuitu. Ait enim de Eccleſia Chriſtus: Factus ſum tanquam vas perditum. id eſt, perforatum: quaſi dicere velit, Nullus vult per ſpem ſe iam proijcere in me: immo & qui de corpore meo erant de mea effluunt fide: ſicut in vaſe perforato nullus liquorem reponere iam confidit, & quicquid ponitur intus, ſubito

*Malum exemplũ quantum obſit.*

C foras fluit. Prædictorum autem rationem & ſignum ſubdit, quoniã audi. vi. mul. cõmo. in circuitu. In circuitu nempe commorantur hæretici, Gentiles atq; Iudęi: nec ad centrum Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui in medio eſt Eccleſiæ, propter mala exempla accedere volunt. Iſtorum nempe vituperationem audire Chriſtus nõ ceſſat, quia propter multorum Chriſtianorum mala exempla Chriſti fideles a prædictis cõtinuè blaſphemantur: vnde & multi ab ea retrahuntur: & quod deterius eſt, multi qui iam crediderant, retrocedunt & ad vomitũ reuertuntur. In circuitu quoque commo-

D rantur, qui ſuis malis exemplis proximum ſuum ſcandalizant, mundo dediti & a via veritatis alienati. Iuſti enim in hoc circuitu mundanorum & tranſeuntium temporalium morantur, dum de terrenis tantum neceſſaria ſumunt. Mali etiam ſi pauperes rebus ſint, in eis corde, ore & opere manẽt. De tribus enim principalioribus malis tales maxime proximum ſcandalizant. Primo de auaritia, ſecundo de luxuria, tertio de ſuperbia. Primo nanque impij per malum exemplum proximum ſcandalizant de auaritia. Huiuſmodi ſunt vſurarij manifeſti, ſcelerati & aperti luſores: luſorum in logijs & alijs locis manifeſti receptatores, impijſſimi raptores & conſimiles. Quanta au-

*Impij q̃d.*

E tem deteſtatione digni ſint, qui luſoribus receptacula præſtant, oſtendunt etiam humanæ leges, cum ff. de aleę lu. & aleato. l. 1. in princip. ſcriptum eſt: Si quis eum, apud quem alea luſum eſſe dicetur, vulnerauerit, damnumue ei dederit, ſiue quid eo tempore furto ſubtractum eſt, iudicium non dabo in eum. In qua lege, ſecundum Bartol. de Saxoferrato, aperte notari poteſt, ꝙ tempore ludi, qui retinet ludum, ſine tẽporali pœna verberari poteſt. Fur quoq;, ſi probauerit quòd furatus ſit ab eo, qui re-

F tinebat ludum in domo, atque eo tempore quo ludebatur, impunis erit. Publici atque obſtinati raptores, ſecundum Can. etiam multiplici plectuntur pœna. Primo enim raptor excommunicatur ab illo Epiſcopo, in cuius diœceſi rapinam fecit. extra de rapto. c. 1. 6. quæſt. 3. placuit. Secundo vero, niſi ablata reſtituat vel plenam ſecuritatem de reddendo dederit, ſi habeat vnde poſſit, pœnitentia ei denegatur. Tertio autem, ſi reſtituere poſſet, ſed noluit ſatisfacere & diſtulit pœnitentiam vſque ad mortem: ſi tunc minimè ſatisfacere poteſt, ſi pœnitentiam & viaticum petit dabuntur

G ei: tamẽ priuabitur eccleſiaſtica ſepultura, niſi hæredes ſeu propinqui pro eo ſatisfacere velint. quod quidem ſtatutum eſt ad aliorum terrorem. Si vero impęnitens ipſe decedat & viaticum ei non dabitur & priuabitur eccleſiaſtica ſepultura: presbyteri vero, qui contra fecerint ipſum ſepeliendo & huiuſmodi, ab officio deponendi ſunt. Omnia ſupradicta habentur extra de rap. in c. ſuper eo. & in c. in literis. Secundo autem impij per malum exemplum proximum ſcandalizant de luxuria, ſicut publici peccatores atque mulieres ornatu meretricio incedentes: & maxime cum in ſacris

*Impij malũ exẽplũ ſcandalizã.*

H templis huiuſmodi profana faciunt, quorum fętor & horror aſcendit vſque ad nares Domini Sabaoth. In horum autem myſterium extra de iniur. & dam. da. c. ſi egreſſus. & ſumitur de Exod. 22. cap. vbi ait: Si egreſſus ignis apphręhenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris: reddet damnum, qui ignem ſuccendit. quod verbũ ſi ad literã obſeruare quilibet obligatur, quãtomagis ſi hæc ſuccenſio fit in ſegete animarũ. Nonne de vobis, o mulieres vanæ, Eſa. 50. cap. ait: Ecce vos accendentes ignem flammis accincti: quia dum vanitatibus veſtris in hominibus luxuriæ ignem accenditis, voſmetipſas eiſdem flammis accin-



A accingitis & comburitis? Quis autem ita inſanus eſt, vt non credat eſſe peccatum pręparare venenum ad homines occidendos? & ſi culpã exiſtimas occidere corpora moritura: quanto grauius cenſere debes animas occidere Dei imagine inſignitas, & perpetuo duraturas? Sed de hoc in ſermone 46. & 47. plenius differemus. Nec ſufficere video, quòd talis mulier ſatisfaciat condecenter amouendo ſuperfluas vanitates, ſi prædictas geſſerit animo ad luxuriam & concupiſcentiam ſui prouocandã: ſicut nec ſufficit homines vſurarios ceſſare ab impio lucro, niſi reſtituant impiè acqui-

*Pręparare venenũ ad occidẽdum homines malum.*

B ſita. vt ergo talis ſatisfaciat plenè, neceſſe eſt ei tanta honeſtate fulgere, quòd qui ex ſua occaſione ſcandalizati ſunt, ex eius honeſta conuerſatione reddantur ædificati. Manifeſtum quoque exemplum malum de luxuria præſtant in publica fornicatione, ſeu adulterio commorantes, & quælibet publicæ meretrices: & quod horrendum eſt etiam audire, quidam ſunt publici ſodomitæ, quidam etiam puellarum & puerorum, ſeu mulierum raptores atque violatores. Tertij verò impij propter malum exẽplum proximum ſcandalizant de ſuperbia, inter quos connumerari poſſunt tenentes inimicitias, nolenteſque parcere inimicis publice partiales, & qui inter partes capita

*Q̃uo mali offendunt per malum exemplũ.*

C ſe faciunt inſignia inter partes diſtinguentia manifeſtè tenentes, ſe partiales publicè profitentes, publici homicidæ. Similiter etiam lætantes de malis, quæ fiunt in iuſto bello, atque laudantes ea publici incantatores. Similiter etiam hi, qui per incantationes quærunt, vel requirunt furta, & publice faciunt conſimilia mala. Omnes autem ſupradicti & conſimiles eis, qui per opera auaritiæ, luxuriæ, & ſuperbiæ proximum ſcandalizant, tantum bonum exemplum de ſua conuerſione perhibere

*Quid de mulierib⁹ carminatricibus.*

D tenentur, quòd qui de eorum malis exemplis ſcandali habuerunt occaſionem, de eorum conuerſione ſumant contrariam ædificationem. Nam ſicut dicitur extra de pę. & remiſſio. cap. 1. Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda: immo ſecundum glo. ibi, qui publicè peccant, publicè corrigantur. 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit. & de conſe. diſtin. 2. ego Berengarius, in ſi. & hoc ſiue ſint grauia, ſiue leuia, vt ſedetur ſcandalum populorum, publicè fieri debet.

E

Articulus Secundus.

*De triplici corporali damno, quod proximo inferri ſolet, & de debita ſatisfactione illorum.*

SEcundum autem damnum, quod proximo inferri ſolet, eſt corporale. quod ſecundum regulam ſuperius datam, etiam reſtitui debet. Tripliciter autem tale damnum dare contingit. Primo vulnerando, ſecundo mutilando, tertio occidendo. Et licet homo reſtituere non poſſit membrum vel vitam: ad reſtituendum tamen

*Damnũ corporale triplex.*

F alia bona neceſſario obligatur compenſata qualitate læſi, & quantitate damni atq; poſſibilitate lædentis, ſecundum Richar. & Sco. in 4. diſtinct. 15.

*Scotus in 4. diſ. 15.*

*Ad quid ſatisfacere obligatur, qui vulnerat proximum ſuum. Cap. 1.*

PRimo quidem homo infert damnum, proximum vulnerando, & hoc ſcilicet irremediabili modo: & talis in reſtituẽdo ad tria remanet obligatus. Primo quidem tenetur ad expenſas in medicos, quas ille in ſuorũ vulnerum ſanatione feciſſet. vn-

*Qui vulnerat proximũ, ad q̃d tenet.*

G de extra de iniur. & dam. da. cap. ſi rixati. & ſumitur Exod. 21. Si rixati fuerint homines & percuſſerit alter proximum ſuum, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto: qui percuſſerit operas eius, ſcilicet amiſſas, ſecundum glo. & impenſas in medicos reſtituat. Secundo tenetur ad illa, quę vulneratus occaſioen talis læſionis amiſit: puta ſi homo deditus erat alicui labori corporali. Vnde veriſimiliter credi poteſt, ꝙ inde fuiſſet lucratus, ad talem ſatiſfactionem obligatus eſt, ſicut dicit in præallegato c. glo. Tertio ad ſatisfactionem

H tenetur & placationem ipſius læſi de iniuria data. Cum enim honor inter exteriora bona ſit maximum bonum, non videtur, quòd inferiori poſſit aliter iniuria fieri, per quam deijcitur multum, quin illi obligetur ad talis honoris reſtitutionem. Certum eſt enim, quòd talia alicui inferre eſt notabiliter illi iniuriari: ſecundum enim Thom. 2. 2. quæſtio. 63. articulo 6. qui percutit aliquem, tenetur recompenſare iniuriam paſſo, quamuis nihil remaneat apud ipſum, & hoc ad arbitrium boni viri.

De

A *De ſatisfactione illorum, qui mutilant proximo ſuo aliquod membrum. Cap. 2.*

SEcundo autem homo infert damnum, proximum mutilando: quod quidem irremediabile damnum eſt: puta, quia ei abſcidit manum, ſeu truncauit pedes, aut hominem excęcauit. Pro tali offenſione, ſecundum Sco. in 4. di. 15. q. 3. cõmuniter in eccleſia, niſi reſtituitur pecunia, reſtitutio non reperitur ſtatuta. ad hoc tamen talis mutilãs, ſecundum eum, obligatur. Primo ad expenſas in curatione illius, ſicut di- B ctum eſt ſupra in c. ſi rixati. Secundo ad ſatisfactionem impediti lucri pro toto futuro tempore, quo vſurus erat illo membro, quo abſciſus eſt, ſecundum quod dicitur, s. ſermone 33. artic. 2. & c. 2. plenius eſt declaratum. Tertio ad ſatisfactionẽ afflictionis illius mutilati, quę ſibi perpetua eſt cum viuere ſine oculis aut ſine manu triſtabile ſit & maximę pœnæ. Propterea tenetur ei ad aliqua alia ſuperimpendenda: ex quibus onera & triſtitias, quas ex tali læſione incurrit, conſolabilius atq; leuius ferre poſſit. Ex vno tamen reſpectu plus ponderanda eſt mutilatio pauperis, quàm diuitis, C ſi magis egebat parte abſciſa ad neceſſariũ victum: quia vſus fuiſſet plus parte illa ad neceſſaria procuranda. Ex altero vero reſpectu in diuite eſt alia conditio ponderoſa, ſcilicet dignitas ipſius. Sed hoc nihilominus parum eſt, quo ad primum reſpectum. Quarto autem truncator diues tenetur alere a ſe trũcatos, ſi alimonijs egeant. Quinto obligatur ad ſatisfaciendum etiam conſanguineis illius mutilati: puta ſi ille, ſcilicet cui manus eſt ablata, ſe & ſuos alebat & vxorẽ, filios, patrem & matrem, vel alios, quod nunc implere non poteſt. talis damnum inferens ad æqualia obligatur, ſecun- D dum iudicium boni viri.

*Scotus vbi ſupra.*

*De his, quæ reſtituere obligatur homicida impius. Cap. 3.*

TErtio vero infert homo damnũ proximo, occidendo. Tali autem occiſori, ſecundum Sco. in 4. diſt. 15. tria neceſſaria ſunt. Primo enim ei expedit, ꝙ exponat vitam ſuam in cauſa iuſta: vtputa contra inimicos eccleſiæ, vel contra hereticos & alios infideles & hoc ordinãdo laborem & periculum ſuum in ſatisfactionem illius, quem ipſe occidit: vt cui non poteſt in corporalibus, ſatisfaciat in ſpiritualibus bonis. Quòd ſi nec tantam ſatisfactionem facere velit, vel reſtitutionem, nõ poteſt omnino a reſtitutione eſſe immunis: contra quoſdam fatuos confeſſores, homicidas leuiter abſoluentes, non attendentes eis reſtitutionem neceſſario incumbentem, quaſi facilius tranſire poſſit impius homicida, quàm vt ita dicam, canicida vel bouicida. Nam ſi quis occidiſſet bouem proximi ſui, vel canem, non abſolueretur ſine reſtitutione, & tamẽ leuiter abſoluitur de impio homicidio perpetrato. Quantum autem homicidium Deus deteſtetur, manifeſte patet: quãdo Dauid, qui occiderat iuſte, quia mul- F ti humani ſanguinis effuſor fuerat, templũ ſibi ædificare prohibitus eſt a Deo. ſi ergo occiſor iuſtus non acceptatur ad cultum diuinum: iniuſtus occiſor vbi parebit? Huius ſententiæ eſt Sco. Secundo autem ſecundum Giral. Odo, obligatur, ſi prædicti caſus non occurrerẽt, homicida totam vitam ſuã in oratione & pęnitẽtia ordinare ad illius vtilitatem, quẽ ipſe occidit. Tertio quoq; ſecundũ Sco. & Giral. ſi interfectus aliquos ſuſtentabat, ſcilicet patrem vel matrem, vel alios ſibi propinquos ſeu pauperes: obligatur talis interfector omnibus illis ad tãtam G reſtitutionem, quantam illis abſtulit per interfectionem illius. Ratio enim horum eſt, quia damnum paſſo eſt reſtitutio facienda. Ex his elici poteſt, ꝙ ſi quis reipublicæ neceſſarius erat, ſi ex huiuſmodi morte damnum eſt paſſus, occiſor ad dignam recõpenſationem ei redditur obligatus. Seruus etiã domino ſuo occiſus debet reſtitui ſibi per alterius ſerui æquiualentis dationem, vel emptionem vel per precium cõpetens emptioni. In omnibus igitur in toto hoc ſecũdo articulo dictis, in quibus damnum neq; in ſe, neq; in ęquiualenti reſtitui poteſt per recompenſationem fiendam, arbitrio boni viri reſtitui debet, ſm Richar. Tho. &c. H

E

*Occiſori tria ſunt neceſſaria pro ſatisfactione.*

## ARTICVLVS TERTIVS.

*De temporali damno, quod proximo datur. Et ad præſens ſufficit agere de triplici famæ reſtitutione ſecundum quòd homo tripliciter diffamatur.*

TErtium autem damnum proximo inferri ſolet, ſ. temporale: quod quidẽ reſtitui debet iuxta principalem regulam ſuperius datam. Inter omnia autẽ temporalia



A poralia bona bonum nomen & bona fama obtinet principatum, ſicut Prouer. 22. c. ſcriptum eſt: Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Propterea pro præſenti ſermone, cæteris prætermiſſis, de famæ reſtitutione, quaſi quodammodo rebus ſpiritualibus adhærẽtes, plenius diſſeramus. Maius autem bonum eſt, quod eſt in nobis, quàm quod eſt extra nos. Temporalis nanq; ſubſtantia extra nos eſt, bona fama intra nos. Vnde 6. q. 1. c. deteriores. Anacletus ait: Deteriores ſunt, qui bonorum vitam moreſq; corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorũ prædiaq; diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos B ſunt, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri quoq; detractores & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, proprie noſipſos decipiunt. Tripliciter enim, ſecundum Sco. in 4. diſt. 15. homo proximũ ſuum diffamat. Primo manifeſtando occultum, ſecundo denegando verum, tertio imponendo falſum.

*Bonũ nomen excellit ceteris bonis temporalia.*

*Quòd ſatisfacere obligatur, qui proximum diffamauerit manifeſtando eius occultum malum. Cap. 1.*

PRimo autem homo proximũ ſuũ diffamat, manifeſtãdo occultum malum, ſcilicet cum non ſeruato ordine iuris, peccatũ illius in publico prodit. Talis inquã licet grauiter peccet: tamen verbũ ſuũ, quod in publico propoſuit, retractare nõ debet: quia hoc faciẽdo criminaliter mentiretur, cum ſciat quod propoſuit eſſe verum. Nec enim mentiri tenetur propter quodcunq; bonum proximo ſuo reddendũ: cum ſm Apoſtolũ, nõ ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Tenetur tamen alio modo licito reddere ſibi famã, vtpote per talia & conſimilia verba dicendo, ꝙ nõ credat hũc hominẽ eſſe talẽ, male dixi, fatue dixi. Et hęc quidem vera ſunt, D quia talia propoſuit non ſeruato ordine iuris: propoſuit enim in publico, quod nõ eſt verum publicum. Conſimilis quoq; perſuaſio eſt, ſi dicat ꝙ non reputat eum eſſe malum: bonus eſt enim, quia quilibet præſumẽdus eſt bonus, donec probetur contrarium, ext. de ſcrutinio in ordine fac. c. vnico. Humana enim fragilitas illum, quem indignũ eſſe non nouit: dignum debet æſtimare. Nõ enim eſt probatus malus coram iſtis, propterea non eſt ab eis æſtimãdus malus. Hoc eſt ergo perſuadere eis, ꝙ non reputent eũ indignũ neq; malum. Et ſm Rich. & Tho. tenetur ſibi ad aliquam recompenſationẽ, ad arbitrium boni viri, ſi non poteſt ei reſtituere famam prędictis modis. E

C *De ſatiſfactione, vnde q̃ copioſe hẽt Scotus in 4. diſ 15. q 1. et Gabriel in 4. diſ. 16. q. 2. ar. .. et q. 1. ar. 3. dub. 4.*

*Quòd ſatisfacere debet, qui negat verum occultum crimen, publicè ſibi impoſitum. Cap. 2.*

SEcundo autem modo homo proximũ ſuum diffamat, negando verum, ſ. cum crimen verum, ſed occultum, in publico tamen ſibi impoſitum negat: quia in hoc negans notat in iudicio de calumnia imponentem, eo ꝙ accuſator vel denũciator falſi criminis eſt infamis, ſicut patet per ea, quæ F dicuntur extra de calum. c. 1. & 2. Tamẽ aliter negans nõ tenetur retractare negationẽ ſuã, quia non tenetur in iudicio confiteri ſe reũ nondũ conuictus. Tenetur quidẽ quaſi per quędã ſobria verba, ſicut in præcedenti c. dictũ eſt illi accuſanti reſtituere famam, quã notauit de calum. indirectè: vtputa dicendo, non habeatis eũ pro calumniatore, quia fortè proponendo habuit bonã intentionem: vel fortè credidit ſe probare intentum ſuum, ſed deceptus fuit. Sed circa hoc tria dubia, ſeu difficultates remanere videntur. Prima aũt eſt, an qui tale crimen in publico ſibi impoſitum negat mortaliter pec- G cet? videtur. n. ꝙ ſic. Primo, quia mẽtitur & in mendacio reipublicæ pernitioſo. Nã reſpublica propter mendaciũ eius publicũ impeditur a punitione eius iuſta. Secũdo, quia nocet perſonæ accuſanti, cũ per hoc de calumnia infametur. Dicẽdũ ergo ad primũ, ſicut Deuter. 16. c. ſcriptum eſt: Iuſte, quod iuſtũ eſt, exequeris. Nequaquam. n. reſpublica omnia mala punire debet, ſed quæ cum hoc ſunt puniẽda, & talia Poteſtas iuſtè poteſt punire. Talia aũt ſunt, quæ coram iudice reipublicę poſſunt ſufficienter probari: propterea non lęditur reſpublica, ſi diuinũ iudiciũ excedat iudiciũ eius, vt. ſ. aliqua reſeruentur iudicio Dei, ſuper quo nõ poteſt reipublicæ iuſtũ iudicium eſſe: quia ſicut 1. Reg. 16. habetur, Homo videt ea quę patẽt: Deus aũt intuetr̃ cor, & ſic patet reſp. ad primũ. Secundo autẽ cum dr̃, ꝙ tale mendaciũ eſt pernitioſum contra accuſantem. Dicendum, ꝙ non eſt pernitioſum cõtra accuſantem eũ, ſed ipſe ſibi pernitioſus eſt, dum eo modo proponit, quo minimè proponere debet: quia cum deberet nõ proponere, ſibi imputetur ſi aliqua infamia ei ſubſequatur, cũ ipſe de hoc cauſa ſit, non aũt iſte negãs. Nam defendit innocẽtiam ſuã in publico, vbi

*Quõ qs tenetr̃ retractare negationẽ, & qñ.*

*Quõ mẽdaciũ eſt pernicioſum cõtra accuſantem.*

A vbi equidē nō eſt nocens: nec habēdus eſt ꝓ nocēte, donec fuerit ipſe cōuictus. Scđo etiā remanet difficultas, ſi talis peccat mentiendo pro ſe: Primo. n. videtur durū, ꝙ quilibet ab vno in publico accuſatus teneatur de neceſſitate ſalutis id, de quo eſt accuſatus, in publico confiteri ſtatim: & ſic ſtatim in iudicio ſanguinis patibulo ſe exponere. Secūdo etiā habēdo oculum non tantū ad pœnā, ſed ad honeſtum & inhoneſtum, nō videtur, ꝙ iſte honeſte, & ſm rectam rationem debeat corā tali iudice confiteri, quia ipſe pluſquam quicunq; alius ſingularis accuſans ſibijpſi auferret famā, quia in iudi-B cio confitenti creditur contra ſe. Quid igitur faciendū? Reſpondeo, ꝙ tunc danda eſt reſponſio Iuriſtarū: nego propoſita, vt proponuntur. Et hoc quidem in propoſito ſine mendacio dici poſſunt; quia proponuntur in publico, vt publica & vt publicè probāda: ſic autē ea negare poteſt quis, quę ſcit in publico non poſſe probari. Quòd ſi iudex vrgeat eū, vt propoſitū fateatur, vel vt publice neget. Reſpōdere vtiq; poteſt, ꝙ ipſe ad accuſationē ſufficienter reſpondit. Et ſic eſt moris reſpondere Iuriſperitis: nec declinare vult ab illa reſponſione. faciat iudex erga accuſantē, quod iuris eſt. Tertio quoque C etiā remanet difficultas, ſ. ſi talis prædicta negans intendat tantū negare illud, vt propoſitum eſt ibi, videlicet vt publicum: ſicut facit ſacerdos de confeſſo dicens, nihil mali ſcio iſtum feciſſe: quia loquitur vt in publico, audiuit autē in alio foro. Nūquid iſte negans de illa negatione pęnitere tenetur? dicendum ꝙ bonarum quippe mentium eſt etiam ibi culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt, ſicut in c. ad eius. 5. diſt. Auguſt. ait: Multo quidem amplius, vbi dubitatur an ſit in culpa: & qualis etiam culpa bonæ mentis eſt culpam agnoſcere. Propterea in tali caſu tutum eſt poſt talem negatio-D nem pœnitere indiſtincte. De hoc tanquā de tali, quale eſt, vtputa ſub tali diſtinctione, ſi mortale tanquam de mortali, ſi veniale tanquam de veniali.

*Conſiliū.*

### *Quòd reſtituere obligantur hi, qui proximum ſuum infamant falſa imponendo, aut audita narrando. Cap. 3.*

*De his, qui infamāt proximum.*

TErtio quidem homo proximum ſuū diffamat, imponendo ſibi falſum, ſcilicet crimē. Et hoc dupliciter cōtingere poteſt. Aut narrando malum a ſe inuentum, aut narrando malum ab alijs auditum. Primo quidem narrando malum a ſe E inuentum: Talis nempe debet reſtituere famam, retractando ſimpliciter verbum ſuū, & quod ſibi impoſuit, & hoc ita in publico, ſicut publicè diffamauit, alias non ſeruat iuſtitiā, ſcilicet reddendo proximo ſuo, quod ſuum eſt. Talis autem famæ reſtitutio, ſecundum Richar. taliter fieri debet, ſcilicet ꝙ vbi homo cōtra proximum ſuum dixit per ſe, vel per alium: vel per cantilenam, aut per libellum famoſum, vel per detractionem & oblocutionem & in locis alijs, vbi ſentit illum diffamatum: dicto ſuo vel facto F recognoſcat ſuum errorem, & dicat quòd mentitus eſt per guttur ſuū, ar. ext. de purga. can. inter ſolicitudines. §. ꝑcipias. Qđ quidem intelligendum eſt, niſi ex tali recognitione aperta, infamata perſona magis infamaretur. Non dicet ergo: Ego de tali facto infamaueram talem, ſpecificando peccatum: ſed ſic dicat in generali: Ego diffamaueram talem de re, de qua inter vos diffamatus eſt: Sciatis, quòd ego inueni, & mendacium eſt, quicquid de hoc dixi: Non dicat illud fuiſſe falſum, ſed mendacium, eo quòd contra mentem dicebat proximū G diffamando, & tamen poteſt eſſe verum, quod ipſe dicebat. Et niſi rationabilis cauſa obſtet, ſecundum Ray. & Hoſtien. tenetur talis infamans ab infamato veniam poſtulare, ar. 14. q. 6. cap. 1. 5. q. 1. quidam. Videat ergo quilibet, quantum difficile ſit reſtituere ablatam famam: & quàm rari reperiantur, qui hæc ſeruent, & nihilominus innumeræ quotidie grauiſſimæ infamiæ ſine ſatisfactione imponuntur. Si obijcitur, ꝙ homo magis tenetur pro propria, quàm pro aliena fama zelare, nec poſſit proximo ſuo reddere famam ſuam in retractando verbum ſuum, niſi ſeipſum turpiter dif-H famaret. Dicendum ſecundum Sco. vbi ſupra, quòd ſicut dicetur in ſermone 38. artic. 2. ca. 2. bona corporis atque exteriora minime negligenda ſunt, niſi in ordine ad animæ bonum & ad ipſum Deum. Hoc autem non eſt, niſi vt iuſtè competere poſſit ipſi, ſcilicet diligenti. Propterea, ſicut ibi de dilectione corporalis vitæ ſuijpſius dicetur: ita dico hic proprie de dilectione famæ, quòd cuilibet cui competere poteſt fama, magis debet ſibi diligere illam iuſtam, quàm alteri cui non poteſt competere, niſi iniuſtè. Si autem talis ſibi fama non poteſt cōpetere, niſi iniuſtè, alteri vero iuſtè: magis

*Melior iuſta fama, iniuſta fama.*





A gis debet illam diligere, cui competit iuſte. Et ſic eſt in propoſito noſtro. Facile enim de crimine accuſato iuſte competit fama: ſibi autem poſt talem accuſationem fama non conuenit iuſte: non ſolum, quia in accuſando mentitus eſt, ſed quia publice mentitus eſt, in quo ſeipſum ſufficienter & radicaliter diffamat directe. Igitur poſtea oſtendēs innocentiam alterius, cui tenetur in hoc & indirecte innocentiam ſui, non tunc proprie ſe diffamat, ſed & amouet tantum a ſe laudem falſam, quam poſt accuſationem mendacem indignus eſt. Pateat hoc per exemplum. Quidam tribus videntibus forB nicatur: illi poſtea accuſantes crimen, non vtique diffamant illum, ſed ipſe in publico illo facto ſeipſum diffamat: quia publice committendo quodcunque crimen læſionem ſuæ dignitatis incurrit: & ſic quantum eſt in ſe, famam ſuam amittit: nec pręterea publico illa per quam talis læſio nota ſit aufert ſibi famam, ſed tantummodo facit magis in publico deuenire illud, quod tamen prius ex natura commiſſi actus ſimpliciter publicum erat. Secundo autem homo proximum ſuum diffamat, narrando malum ab alijs auditum. Verbi gratia: Qui-C dam non imponit alteri in publico tale crimen, ſed de illo ſecundum audita murmurat, vel indiſcrete cuicunque vel coram multis alicubi narrat, non tamen tanquam ſibi certum, ſed ſic audiſſe teſtatur: nunquid talis reſtituere obligatur? Dicendum, quod rara fides, ideo quia multi multa loquuntur: propterea dicens ſe tantum audiuiſſe, niſi ex modo ipſo dicendi aliquam maiorē certitudinem, quam ex communi relatione oſtendat ex natura actus in illorum opinione, non aufert iſti famam: quia ſi firmiter illi concipiant eum, de quo eſt ſermo, fore criminoſum, leues vtique ſunt, ſicut Eccleſiaſtici 19. ſcriptum eſt: Qui cito credit, le-D uis eſt corde. verūtamen quia a ſcandalo puſillorum cauere neceſſe eſt, iuxta illud Apoſto. 1. ad Corinth. 8. Si proximum ſcandalizarem, non manducarem carnes in æternū. Et multi ſunt tales puſilli leues ad cito credendum mala, ideo periculoſum eſt valde ex aliorum relatu eis audita talia referare. Quod quidem ſi fit aliquo malo animo lædendi illum, de quo eſt ſermo, non eſt facile excuſare, quin contra charitatem fiat, & per conſequens mortalis ſit culpa. Si autem referatur non ex intentione lædendi, ſed ſolum ex quadam inconſideratione, & ex improuiſo fiat: durum eſt quod exeat genus E venialis, cum humana lingua in lubrico poſita ſit: & ſicut Iac. 3. ſcrip. eſt: Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. Ex his igitur, quæ prædicta ſunt in præſenti ſermone: patet quid reſtitui debet de damnis illatis, ſiue ſpiritualibus, aut corporalibus, aut temporalibus quo ad famam, quæ licet grauia videantur: tamen ſuauiſſimus amor Dei per gratiam hoc ſeruare volentibus faciet onus leue conſiderata fęlicitate æterna, ad quam properare creati ſumus, vt regnare poſſimus in ea cum Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit & ibi triumphaliter regnat, in ſecula ſeculorum, Amen. F

*Caſus notabilis.*

---

## FERIA QVARTA
### Poſt Domi. iiij. in Quadr.

### *De reſtitutione temporalium rerum, quod comprehenditur ſub quid, quod, & quantum reſtituendum ſit.*

## Sermo XXXVII. G

VEnit nox, quando nemo poterit operari. *Ioan 9. c.* Dignum nempe eſt, & animaduerſione attenta, verbum Domini Saluatoris, maxime his, qui aliena reſtituere obligantur: Ait enim, Venit nox. ſcilicet corporalis, & forte improuiſæ & ſubitaneæ mortis, quando nemo poterit operari, ſcilicet pęnitentiam debitam & reſtitutionem condignam: quaſi etiam alio ſenſu dicat, Reſtituere ſatage, dum ſanus es, dū vales, dum hoc lumen conſcientiæ tibi dictat: quia veniet nox, ſcilicet excæcationis H mentalis, quando nemo poteſt operari. Et hoc patet, quia excęcabit te malitia tua, & indurabit cor tuum iniquitas tua. Vt ergo quilibet veſtrum, dum viuit, debitam reſtitutionem opere adimplere poſſit: peractis his, quæ ad reſtitutionem famæ pertinere videntur, cum ſit corporale bonum: nunc de reliquis tēporalibus bonis tē reſtituendis diſſeramus. De quibus poſſumus diſtinguere triplex debitum, quod reſtitui debet. Primum dici poteſt iniuſtum, ſecundum autem turpem, tertium vero illicitum, ſiue alienum.

*Nox corporis.*

A

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Quod omne temporale, quod iuſte teneri non poteſt, reſtituendum eſt.*

PRimum quidem debitum, quod reſtitui debet, dici poteſt iniuſtum: quia iniuſte eſt habitum, vel iniuſte detentum. Pro quo talis regula eſt danda: Omne alienum, vel quod de iure alteri debetur, ſiue licite, ſiue illicite habitum, reſtitui debet. Ad cuius regulæ intellectum notandum eſt, quod quatuor reſtitui debent, quãtum ad hanc regulam ſpectat. Primo omne alienum licite acquiſitũ,

B *Quatuor reſtitui debent.*

ſecundo omne alienum non lciite acquiſitum, tertio omne licite acquiſitum quod alteri debetur, quarto omne nõ licite acquiſitum, quod alteri etiam debetur.

*Quod omne alienum, licet ſit licite acquiſitum, reſtitui debet. Cap. 1.*

PRimo quidem reſtitui debet omne alienum licite acquiſitum: huiuſmodi ſunt res datæ in vltima voluntate ad pauperibus diſpenſandum, vel ad quaſcunque cauſas pias ad

C

conſeruandum recommendatæ. Res quoq; obliuioni traditæ reſtitui quoq; debent, omnia mutuata, omnia debita cõtracta, omnia iuſte promiſſa, omnia depoſita: quæ quidem ſi ſubtrahantur ſine recipientis culpa, ſatiſfacere non tenetur. Secus autem ſi cum ſua magna culpa amitteret depoſitam rem, ſecun. Tho. 2.2. q. 62. art. 6. Pone autem ſecundum Sco. ꝙ quidam, qui mercatur in Francia cum alterius pecunia, exiſtẽs ibi mutuũ accipiat nomine dñi ſui, ignorãte tamen domino eius, & lucretur de tali pecunia: Quęritur quid iuris? Dicendum ſm eum, ꝙ tene-

*Caſus quẽ ponit Sco. in 4. di. 15*

D

tur reddere fructus dño principali, ſicut de pecunia propria. Nam eodem modo tranſit dñium vſus talis pecuniæ mutuo acceptę in dñm principalem, ſicut etiam pertinet ad eũ dñium vſus de pecunia propria. Tenetur tamen dñs principalis prouidere ſibi de induſtria ſua, atq; de alijs laboribus ſuis. Talis tamen rõ intelligi habet, quando omne damnum talis mercationis in detrimentum cederet dño principali. Puta qñ ille, q mutuo accepit, pauper eſſet, & non poſſet reſtituere creditoribus, ſi perderet illam pecuniã. Sed quid ſi eſſet diues, & non intenderet ex damno proueniente damnificari dominum principalẽ: ſed propterea accepit mutuum ſub nomine domini ſui, quia ſub nomine

E

ſuo tale mutuum minime reperiret. Tunc dicendum, ꝙ in tali caſu reſtituere non obligatur, quia tunc vſus talis pecuniæ nõ tranſit in dominum principalem, niſi tantũ nomine, & non re. Hæc Scotus in quodam tractatu ſuo.

*Quod reſtituendum eſt omne alienum non licite acquiſitumt. Cap. 2.*

SEcundo reſtitui debet omne alienum non licite acquiſitum. Huiuſmodi ſunt vſuræ, furta, rapinæ. Ad hoc etiam obligantur rodentes monetas, vel ipſas buſtonantes. Quod quidem fit cum a leuioribus

F

exigunt grauiores, vt eas fundant, vel plus campſoribus, vel fuſoribus vendant. De his etiam ſunt, qui mercantiarum terminũ vendunt creſcentes in eis precium propter terminum prolungatum. Et qui eas multo plus quam ſit iuſtum precium, vẽdunt, vel minus emunt, vel diuerſis fraudibus in artibus & mercantijs vtuntur falſis ponderibus: & in malis menſuris, in mendaciter numeratis, & diuerſimode falſificatis, aut fraudulenter commixtis, & in contractibus vſurarijs habitis. Si autem in talibus con-

G

tractibus homo quærat quantum ſatifacere obligetur? Dicendum, ꝙ in conſiderando quantum reddi debet, ſeu quanta in contractu, ſeu mutuo fuit vſura, ſemper recurrendum eſt ad tempus, in quo fuerunt facti cõtractus illi, prout refertur ad tempus ſolutionis, pro quo. ſ. facta eſt. Verbi gratia: In Paſcate tradidi tibi modium bladi ſecundũ precium, quod valebit in Pentecoſte, & probabiliter creditur plus valiturum. Tunc ſiquidem quicquid plus accepero vſurario modo, quam valuerit tempore traditionis, reddere debeo, & nõ amplius, neq; minus: & hoc ſiue plus quam accepero valeat, ſiue

H

minus valuerit in ipſa Pentecoſte.

*Quod reſtitui debet omne licite acquiſitum quod alteri debetur. Cap. 3.*

TErtio reſtitui debet omne licite acquiſitum, quod alteri debetur: ſicut ſunt inſtrumenta, vel chartæ ſcribarum, vel aliorum teſtamenta, libri mercatorum: ſimiliter quæ relicta, vel data ſunt pauperibus, aut eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, & puellis nuptui tradendis, ſeu pro quibuſcunq; alijs diſpenſanda, aut quęcunque alijs de iure ſuccedunt. Item debet reſtitui,



A

*Decimæ, & tributa.*

reſtitui, atque dari decimę & tributa, ſeu exactiones debitæ & honeſtæ: dicente Domino, Matth. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & q̃ ſunt Dei Deo. Sed de his, & maxime de decimis, alias amplius diſſeremus.

*Quod omne non licite acquiſitum, quod alteri debetur, reſtitui debet. Cap. 4.*

QVarto autem reſtitui debet omne nõ licite acquiſitum, quod alteri debetur: ſicut ſunt bona, quæ alteri ſuc-

B

cedunt de vſuris, furtis, atq; ſimonijs, rapinis & conſimilibus: quia licet tales nõ ſint illi, per quos ſunt talia impie acquiſita: quia tamen ad eos res illæ iniuſte peruenerunt quodammodo plus quam hi, qui male illa acquiſierunt, reſtituere obligantur: cum bona illa ad eos tranſire videantur cum onere peccatorum, & ſæpe cum obligatione diuerſarum promiſſionum. Tamen circa hoc Io. And. & Hoſt. Inno. & alij pleriq; Doctores, extra de vſur. c. tua nos. quęrunt, an tales hęredes reſtituere teneãtur ex perſona illorũ, quibus ſuccedunt, an ex perſona propria? Ad quod diſtinguendo reſpondent, quod ſi

C

tales in extremis pœnitentes, & abſoluti deceſſerunt, tenentur ex perſona illorum: ſed ſi deceſſerunt impœnitentes, tenentur ex parte ſua de eo tantum, quod peruenit ad eos. Ad hoc etiam facit, quod no. Ioan. And. ext. de ſepul. c. parochiano.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*De multiplici turpi lucro, & quod reſtitui debet, vel non.*

SEcundum autem debitum, quod reſtitui debet, dicitur turpe lucrum. Ad in-

D *Cõtractus poteſt eſſe dupliciter vitioſus.*

telligendum autem, quid ſit turpe lucrum, ſecundum quoſdam notandum eſt, ꝙ contractus poteſt eſſe dupliciter vitioſus & nullus: aut in ſua materia, aut in ſua forma. Primò enim contractus eſt vitioſus & nullus in ſua materia, ſeu cauſa motiua vel effectiua: non tamen in ſua intrinſeca forma, ſicut meretricium ſolutarum, hyſtrionatus, lenocinium, duellum, exercitiũ pugnantiũ in arena, & conſimilia. Secundò autem eſt vitioſus contractus in ſua forma, ſicut patet in contractibus vſurarijs confectis ſub titulo & pallio depoſitorum, emptionũ, ſeu cõmutationum aut locationum & conſimilium contractuum licitorum. In prædictis

E

igitur & conſimilibus aduertendum eſt ſecundum quoſdam: ꝙ non omnis vitioſitas contractus obligat ad reſtitutionem, ſed ſolum quæ aufert ius adinuicem contrahendi: Sicut patet in eo qui clandeſtinè vel ex praua intentione, vel voluntate contrahit coniugium, vel homagium cum aliquo Re-

*Duplex turpe lucrum.*

ge. Alij vero dicunt, ꝙ duplex eſt turpe lucrum: vnum, in quo competit repetitio: ſecundum in quo repetitio minime cadit. Primum eſt in quo competit repetitio & dominium non transfertur, ſicut in rapina, in furto & conſimilibus: vel transfertur dominium, competit tamen repetitio eius, ſicut

F

ſecundum quoſdam in vſura contingit. Similiter competit repetitio, licet forte dominium transferatur in his, quæ homo lucratur in emptionibus & vẽditionibus, & alijs contractibus per mendacia, periuria, circũuentiones, & falſas commixtiones, ſiue lucrantur cum ponderibus & menſuris falſis, & conſimilibus. Nã regulare eſt, ꝙ qñcũq; ex parte accipientis tantum eſt turpitudo reſtitutio competit. ff. eo. tit. l. & ſi. & talia reſtituẽda ſunt eis, quibus illatum eſt damnũ. ſi res alicuius valoris ſunt. De minimis autem fieri debet, ſicut dicetur in primo c. ſub ſequenti. Secundum vero eſt turpe lucrum,

G

in quo non competit repetitio, & transfertur dominium, ſicut patet in meretricio, lenocinio, & conſimilibus. Nam etiam regulare eſt, ꝙ qñcunq; tam ex parte dantis, quam ex parte recipientis, turpitudo cadit, non competit repetitio. Sed de hoc plenius in ſermone 39. art. 2. cap. vlt. dicemus. In his igitur, in quibus non competit talis repetitio, diſtinguunt quidam, quod aliqua ſunt prohibita, quia mala: aliqua vero ſunt mala, quia prohibita, in cap. ex parte. de offic. deleg. Principaliter vero in his, quæ ſunt

H

prohibita, quia mala, etiam diſtinguendum eſt: quia quædam ſunt, quę puniuntur a iure ciuili in forma iudicij ſola infamiæ pœna: quædam vero grauius puniuntur a iure. Primo enim ſunt, quæ puniuntur a iure ciuili in forma iudicij ſola infamiæ pœna, ſicut hyſtrionatus, exercitium illorũ, qui in arena pugnant, ſiue etiam in duello, & opus meretricum ſolutarum, & conſimilium. In talibus autem turpiter acquiſita retineri poſſunt in acquirentium vſum. Secundo ſunt quædam, quæ grauius puniuntur a iure, ſcilicet per corporalem pœnam, vel per extorſionem ipſorum turpium lucrorum, ſicut contingit in azardis. Et tali-

*Prohibita quę dicũtur, & q̃ puniũtur a iure.*

ter acquiſita retineri non poſſunt, ſed in pios vſus eroganda ſunt, niſi forte iam reſtituta ſint, vel reſtituere velit eis, a quibus habita ſunt. Secundo autem ſunt quædam mala, quia prohibita: ſicut ſunt torneamenta. extra de torneamen. per totum. Negotiatio quæ eſt clericis interdicta. extra ne cler. vel mona. cap. 1. & de vi. & honeſt. cler. c. diœceſanis. in cle. Item notandum, quod ſecundum Aluarum, vendere carius quam ematur cupiditatis cauſa, dicitur turpe lucrum, 13. q. 4. quicunq;. propterea debet pauperibus erogari. Et idem ſecundum quoſdam, mercari in locis ſacris. 88. diſ. eijciens. & lucrum aduocationis, vel medicinæ in caſibus non conceſſis. extra in tit. de poſtu. per totum. Emere bladum, vel vinum ab eo, qui hoc non habet pro ſua arte: ſed quandoque hoc agit, vt poſtea carius vendat. Facere & vendere fucamenta, quibus vanæ mulieres iniuſte ſe ornant: & etiam quæcunque alia, quæ prohibentur per iuſta ſtatuta ciuitatum, ſicut mulierum pompæ, atque ornatus. Item lucrum emptionum, & venditionum tempore interdicto & feriato, ſecundum quoſdam eſt turpe lucrum. extra de fe. c. 1. & ſi. Totum igitur lucrum omnium prædictorum ſecundum quoſdam, eſt pauperibus diſpenſandum. Quid autem faciendum ſit de turpiter acquiſitis, & quibus reſtituenda ſint, copioſius & ſerioſius vide in ſermone 39. art. 2. per totum. His igitur iam de turpi lucro præmiſſis, ad clariorem etiam intelligentiam prædictorum ponamus quatuor dubia circa materiam iſtã. Primum de commutationibus & alijs contractibus: ſecundum de meretricibus: tertium de luſoribus: quartum de vſurarijs mentalibus.

*Aluarus de plãctu Eccleſiæ.*

*Vendere fucamẽta mulierũ malũ, quia prohibitũ.*

### *De reſtitutione eorum, quæ quotidie in commutationibus, & in alijs contractibus turpiter lucrantur modicum minus vendendo, vel minus emendo. Cap. 1.*

PRimum quidem dubiũ eſt de commutationibus, ſiue alijs contractibus. Circa quod quæri poteſt, vtrum quod communiter aliquid diminuit, ſiue excedit pretium, ſit ſecũdum Deum, ſeu diuino iure illius, a quo fuit illicite acquiſitum, aut reſtitui ſit neceſſe. Dicendum, ſecundum Girard. Odo. & alios Doc. quod non omnis exceſſus, ſeu diminutio iuſti precij eſt illius, a quo eſt habitus & acceptus, nec poteſt vendicari a dante. Et hoc quia non aufert ius adinuicem contrahendi. 14. q. 5. non ſane. Quod quidem ad præſens quadruplici ratione probari poteſt. Primo ratione pacis & ſaluationis, ſecundo ratione diuinæ condeſcenſionis, tertio ratione mutuæ concordationis, quarto ratione humanæ æſtimationis. Primo quidẽ ratione pacis & ſaluationis. Quod enim ex conſenſu & ſtatu communi pro communi omnium vtilitate procedit, eo ipſo obtinet æquitatem & robur communis iuris: ſed communis conſenſus, ac recta & diſcreta conſuetudo, vult quod non omnis exceſſus in talibus reſtitui ſit neceſſe. Quod quidem dupliciter probari poteſt, quia expedit primo temporali paci, ſecundo ſpirituali ſaluti. Primo autem expedit temporali paci, quia alias infinitæ querimoniæ & litigia & huiuſmodi orirentur. Secundo ſpirituali ſaluti. ſ. communitatum & partium eius: quia cum difficillimum ſit ab huiuſmodi contractuum exceſſibus ſe totaliter depurare, & maxime in hominibus imperfectis inhiantibus lucris, ex quibus, & in quibus maior pars cõitatis hominum conſiſtit: periculoſiſſimum omnibus eſſet, ſi nihil huiuſmodi conceſſum ſibi vẽdicare & retinere liceret. Secundo rõne diuinæ cõdeſcenſionis. Prouidẽtia. n. Dei humanæ infirmitati poſt lapſum primi hominis in pluribus condeſcendit, nec exigit ab ea quicquid eſt perfectę & integerrimę, ac rectiſſimę æquitatis. Recta. n. ratio docet, quod aliter eſt regendus, ac docẽdus infirmus & aliter ſanus. Et hoc eſt ꝙ oẽ vitium in huiuſmodi Deus non reputat mortale. Cõſtat aũt ex decalogo & alijs diuinæ ſcripturæ locis, ꝙ oĩs rapina & furtum, & oĩs electiua & deliberata vſurpatio alienæ rei inuito dño nobis eſt mortalis culpa: ergo oĩs exceſſus in huiuſmodi precijs vere non eſt rapina, vel furtum, ſeu vſurpatio alienæ rei. Tertio ratione mutuæ cõcordationis. Propria nãq; forma & ratio cõmutatiui cõtractus ex vtriuſq; partis libero, ac pleno conſenſu inchoatur & ratificatur, ita ꝙ emptor vult ſibi plus rem emptã, quã pretiũ & venditor econuerſo. vterq; ẽt ex pleno conſenſu alienare a ſe intendit propriũ dñiũ rei ſuę, illud totaliter in alterũ transferendo. Et ſi in aliquo pręter intentionem & æſtimationem propriam defraudatur, citra tamen exceſſum enormẽ, lege diuina, vel humana prohibitum: vult nihilominus contractum mutuũ eſſe ratũ & firmum, etiam ſi libere & expreſſe omni tali legi renũciaret pro

*Quadruplex ratio aſſign.* [?]



pro quanto ſua tẽporali indemnitate id facit: aliter ſibi nihil inde reddere obligatur, quia iam non eſt enormis, immo forte nec vllus exceſſus: quia ſicut potuit abſque omni precio donare, ſic potuit pro ſe in pleno precio vendere, vel donare. Quarto ratione humanæ æſtimationis, quæ quidem incerta eſt ad mere iuſta precia prætaxanda, & ad præciſe diſcernendum exceſſus, & defectus precij iuſti. Propter quod licet in aliquo precium diminuatur, vel excedat, nihilominus nulli proprio, aut communi iudicio cenſetur, aut cenſeri debet pro enormi, nec ſic reſpectu iudicij noſtri recedit a moderantia precij iuſti ſub competenti latitudine menſurandi, quin infra ipſum aliqualiter includatur: ſicut muſtum, vel vinum acerbum, ſeu aliqualiter acetoſum non recedit ſic a ſpecie vini, quin includatur in ipſa. Propterea etiam ſecundum Scot. in 4. diſtinct. 15. q. 2. Æqualitas commutationũ, & contractuum non conſiſtit in indiuiſibili medio: imo in medio illo, quod commutatiua iuſtitia reſpicit magna eſt latitudo: & intra illam latitudinem non attingendo indiuiſibilem punctum æquiualentiæ rei, & rei in quocunque gradu citra extrema fiat iuſte ſit: quia quo ad hoc commorantes, & contrahentes attingere medium indiuiſibile, quaſi impoſſibile eſſet. Quæ autem ſit iſta latitudo, & ad quantam ſe extendat, dupliciter patet. Primo ex lege poſitiua, ſecundo ex conſuetudine approbata. Primo enim ex lege poſitiua, quia contractum reſcindit, vbi contrahens decipitur vltra medietatem iuſti precij: nihilominus infra illud, ſi ex alio appareat iniuſtitia, ſecundum conſcientiam debet fieri reſtitutio correſpondens. Secũdo ex conſuetudine approbata, ex qua relinquitur quandoque ipſis commutantibus non penſata mutua neceſſitate reputant ſibi dare mutuo æquiualens hinc inde accipere. Durum eſt enim inter homines contractum eſſe, in quibus contrahentes non intendant aliquid de illa indiuiſibili iuſtitia remittere ſibi mutuo, vt pro tanto omnem cõtractum aliqua donatio concomitetur. Et ſic iſte eſt modus commutantium, quaſi fundatus ſuper illud legis naturæ, hoc facias alijs, quod tibi vis fieri. Satis probabile eſt, ꝙ quando mutuo ſunt cõtenti remittere ſibi volũt quicquid defuerit ab illa iuſtitia requiſita. Hæc Scotus. Si quis autem obſtaret, & diceret, ꝙ quicquid in cõtractibus eſt illicitum, & peccatum: cõtra ius diuinum eſſe videtur, & ſic nullum robur ab eo obtinere meretur: immo potius oppoſitum, propter quod nullus illicitus exceſſus precij poteſt a iure diuino acquiri peccanti in illo. Dicendum, ꝙ in huiuſmodi contractibus ſunt duo præcipue attendenda. Primo intrinſeca affectio, ſecundo extrinſeca actio, ſeu operatio. Primo enim attendenda eſt intrinſeca affectio pro quanto vult ſcienter in proximum aliquam inæqualitatem: vt ſcilicet in huiuſmodi contractibus meliorem partem habeat, quàm ille, pro tanto aliquid de iuſtitia habet: quæ ſi non eſt mortalis, ſufficit tamen per contritionem, & pœnitentialem ſatisfactionẽ, & purgationem, aut per purgatorij ignem, ſicut & cætera venialia expiari. Secundo autem attendenda eſt extrinſeca actio, ſeu operatio, & commutatio: licet ſecundũ veridicam æſtimationem precij ſui contineat aliquantulam æqualitatem: in reſpectu tamen ad cõmunem ſtatum, & ad condeſcenſiuam Dei legem, & ad liberum conſenſum contrahentium, non habet inæqualitatem: immo potius benignam, & condeſcenſoriam, ac ſalutiferam æquitatẽ. Et ideo quantum ad hoc, tam diuino, quàm humano iure robur obtinet firmitatis. Aliter omnis huiuſmodi exceſſus precij eſſet in acquirẽtibus mortalis culpa: quia eẽt vſurpatio rei alienæ, inquãtum alienæ. Teneretur etiam quilibet vẽditor, ſiue emptor omnem talẽ exceſſum reſtituere: & ſic omnes, qui hoc non reſtituerent damnarentur: quod quidẽ nequiſſimũ, & duriſſimũ eſt penſare. Verũtamen propter prauitatem humani affectus ad hæc temporalia inclinati, ac propter inæqualitatem talium cõmutationũ ſecurius, atque iuſtius eſſet omnem talem exceſſum ſcienter factum, ſi alicuius quantitatis appreciabilis foret, ſatisfacere fraudatis: aut ſi parui valoris eſt, pro animabus illorũ pauperibus erogare: quia in hoc plus proficeret fraudatio, niſi cum ipſe graui inopia laboraret. Hæc tamen prædicanda ſunt cum magna diſcretione, quia populi ad dilatandam conſcientiam proni ſunt.

*Hæc ora expenit Doc. ſubtilis in 4. di. 15. q. 1* [?]

*In contractib. duo præcipue attẽdẽda. Primo.*

*Secundo.*

### *De turpi lucro per meretricium acquiſito, & conſimilibus illi. Cap. 2.*

SEcundum autem dubium eſt de meretricibus ſolutis, vtrum reſtituere obligentur? Ad quod dicendũ, ꝙ quãuis in cõtractu mercedis ꝑ meretricio ſit materia meretricij vitioſa: & volũtas ad meretriciũ

*De merce de meretricis, an ſit conueniens, vel iuſta. Vide pro hac re Phil. Hebreũ, qui rem hanc egregie tractat in tract. de mercede meretricis reponenda in ſacrario.*

A & ad contractũ ſuæ mercedis mouens: forma tamen contractus habet in ſe aliquid veri iuris: quia meretrix concedit lenoni corpus perſonaliter, & naturaliter, ac ciuiliter ſuum. Sic etiam ille pro carne meretricis ſibi conceſſa dat aliquid vere ſuum. Si autem mihi licitum eſt dare rem meam gratis: multo magis licitum eſt mihi dare aliquid pro alio mihi conceſſo, quamuis mihi illud impie concedatur: & maxime ex quo aliqua temporalitas, ſiue vere, ſiue ſecundum eius iudicium & beneplacitum inde proueniat danti. Si vero iure diuino aut humano non auſertur alicui iuriſdictio, vel poteſtas dandi aliquid meretrici pro locatione ſui corporis, aut hyſtrioni pro ſuo hyſtrionatu, & ſic de alijs: non oportet ex alijs ſuperannexis vitioſitatibus ſui iuris, quandam æqualitatem & licentiam annullari. Huic etiam B concordat Tho. in 4.di.15.d. Quod aliquid eſt illicite acquiſitum: non quidem quia illa acquiſitio illicita ſit, ſed quia illud ex quo acquiritur illicitum eſt. Et hic trãsfertur dominium & repetitio minime cõpetere pote: ſicut in eo, quod mulier per meretriciũ lucrari ſolet. Et tex. habetur de hoc in l. 4. §. 1. ver. ſed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. cau. Et hoc quidem nũcupatur proprie C turpe lucrum. Talis enim mulier turpiter agit & contra legem: ſed in eo, quod accipit non agit iniuſte, nec contra legem, propterea qđ accipit & retinere poteſt & eleemoſynas pauperibus diſpẽſare: oblationem autem publicam ad altare minime offerre poteſt. Quando autem reſtituere obligatur, & cui, vide in ſermone 39. art. 1. c. 1. circa med. & art. 2. c. 3. vltra medium.

*De reſtitutione eorum, quæ quis lucratur in ludis. Cap. 3.*

*Ludorum quidã ad miſſi cauſa animi, quidam prohibiti.*

D TErtium vero dubium eſt de luſorib⁹. Circa quod aduertendum eſt, ſecundum Richard. de media villa in 4. diſt. 15. q. 8. quod ita ſunt prohibiti quidam ludi, quod tamen reſtitui non præcipiuntur quæ lucrantur ſecundum legem illius ludi, ſicut ſunt torneamenta & ſimiles ludi, qui non innituntur fortunæ, ſed tamen prohibiti ſunt. Propterea qui in tali ludo lucratur, licet peccet, cum faciat contra prohibitionem eccleſiæ, non tamen reſtituere obligatur. Sunt etiam alij ludi prohibiti: ita quod etiam lucrum eorum ex præcepto debet reſtitui: cuiuſmodi ſunt ludi taxillorum & alearum. Quod autem tales ludi prohibiti ſint, patet diſt. 35. epiſcopus. ff. de E aleato. per totum. in Auth. de ſanctiſ. epiſc. §. interdicimus. ext. de vi. & hone. cleri. clerici officia, in tex. & glo. Non tamen prohibitum eſt ludere, ſi non fit ex cupiditate: vt cum fit pro communi conuiuio faciendo: quia ſicut dicitur. ff. de aleato. l. vlt. ꝙ in cõuiuio veſcendi cauſa ponitur in eam rem familia ludere permittatur: hoc tamen nõ eſt prædicandum conſiderata in hominibus pronitate ad malum, ac viſis impietatibus, quę ſequuntur exinde, ſicut patet in 42. ſermone. Quod etiam lucrum taxillorum, ludi & alearum, ac ſimilium innitentium ipſi fortunæ homo reſtituere obligetur, ſecun- F dum quod prohibitum habetur diſt. 35. epiſcopus. in glo. Tamen circa hoc quadruplex opinio reperitur. Prima eſt dicentium, iura prædicta & glo. ad ſatisfactionem arctare eos, qui ad ſatisfactionem per iudicem cõpelluntur. Si autem per ſententiam iudicis non arctantur, reſtituere non tenentur. Ratio eſt, quia talis reſtitutio præcepta eſt in pœnam lucrantium tali lucro. Nec iura ad hoc allegata dicunt, quod tales teneantur reſtituere ipſo iure. ſ. quod ab eis de iure repeti poteſt. Quandoq; enim homo aliquid licite retinere poteſt antequã per ſen- G tentiam reddere compellatur: quod tamen per ſententiam iuſte latam ſatisfacere neceſſe eſt. Electio enim excommunicati excommunicatione minori non eſt irrita ipſo iure, eſt tamen irritanda. ext. de cleri. excõ. miniſtran. ſi celebrat. Interficiens quoq; hominem contra iuſtitiam, iuſtè præter ſententiam hæreditate priuari poteſt: ſed tamẽ ante ſententiam non tenetur dimittere eã, ſicut plenius in ſequenti artic. 2. apparebit. Secunda autem opinio eſt communior & ſecurior. Hæc autem tenet pro eo modo, quo ludus taxillorum & alearum prohibitus eſt: eodem tenetur ipſo iure homo ad re- H ſtituendum, quod ex eo lucratur: quia non tantum prohibetur ludus talis, ſed etiã eius lucri acquiſitio. Tertia quoq; eſt opinio eorum, qui probabiliter dicunt, ꝙ quia talis reſtitutio præcepta non eſt per ius canonicũ, ſed tantum per ius ciuile, non videtur quod ad hanc reſtitutionẽ ſint de neceſſitate aſtricti, niſi qui de iure legibus imperialib⁹ ſunt ſubiecti: niſi alicubi ſit reſtitutio per conſuetudinem approbata. Quarta autem opinio & probabilior eſt & vera, iudicio meo, ꝙ talis reſtitutio implicite in iure canonico pręcepta eſt: quia leges imperiales non contrariantur iuri diuino: nec per ius canoni-

cum,



A cum, aũt per rationabilem contrariam conſuetudinem abrogatas eas obſeruandas iura canonica decreuerunt, ſicut di. 10. de capitulis, & c. quis autem, & duobus capitulis immediate ſequentib. patet. Sed de reſtitutionibus acquiſitorum in ludo plenius agemus in ſermone 42. art. 3. c. 1.

*De reſtitutione turpis lucri mentalis vſuræ. Cap. .*

*Vſura aĩo cõmuttit.*

QVartum vero dubium de vſuris mentalibus. Quidam enim dicunt tripli- B cem eſſe vſuram. Primam videlicet animi, ſecundam vero ſigni, tertiã quoque pacti. Prima quidem vſura eſt animi: quæ ſcilicet contingit, cum homo dat mutuum principaliter propter ſpem lucri, non autem ſi ſecundario: puta quia ei mutuat principaliter propter charitatem; ſecundario autem, quia ſe illi ſentit naturaliter obligatum, vel ſperat alias in ſua conſimili indigentia ſubueniri. Talis, qui principaliter mutuat propter ſpem lucri, in iudicio animæ reſtituere obligatur, ſicut teſtatur Vrbanus, extra de vſur. conſuluit. vbi ait, C quod tales in iudicio animarum, vt reſtituant inducendi ſunt: quia faciunt contra legem Chriſti, Luc. 8. dicentis mutuum dantes, nihil inde ſperantes. quod verbum exponit glo. ſicut prædictum eſt. Quidam tamen, inter quos fuit Scotus in 4. & Alexand. Lombar. in tractatu ſuo de vſuris: Dixerunt talem vſuram animi & mentalem, licet cum culpa mortali fiat: nihilominus ad reſtitutionem minime obligare. Ad quod probandum adducunt exemplum de furto, dicentes: Quod ſi aliquis gratis & liberaliter in domum recipit, quod affectabat, & intendebat furari: quamuis talis furetur mente, non tamen opere: ita D quod ad reſtitutionem merito obligetur: ergo a ſimili, ſi quis lucrari intendit ex mutuo, quod concedit: & tamen a debitore nihil exigit, nec eum per aliquod pactum compellit, ſed gratis & liberaliter ab eo aliquid recipit, quãuis ſit vſurarius mente, nõ tñ cenſendus eſt vſurarius opere, ita qđ ſatisfacere teneatur. Ad quod reſpondet Ioan. And. in mercurialib. & ſuper regula, peccatum, dicit, quod inter caſum furti & mutui maxima diſſimilitudo eſſe probatur. Nam licet donatarius in caſu furti habuerit intentionem corruptam ad furtum, non tamen donatio cauſatur ab eius facto:

*Alex. de Lomb.*

nec annexa eſt illi intẽtioni corruptę, cuius E contrarium in mutuo cadit: quia cum ex bono charitatis gratis deberet fieri, fit ſpecialiter ex ſpe lucri: cui quidem vitioſę ſpei effectus conſequitur, quod eſt lucrum, & ideo talis ad reſtitutionem tenetur. Ratio huius, ſecundum quoſdam, poteſt eſſe, quia ſicut datum, quod traditur ex intentione donandi, ſortitur veram rationem doni, & amittit rationem mutui: vt ſi mutuetur ex intentione & ſpe lucri, amittit eo ipſo rationem mutui gratuiti, & ſortitur rationem mutui vſurarij. Ex quo patet, quod lucrum tali intentione receptum, vſurarium eſt, & reſtitui debet. Et hæc opinio eſt vera, ſecundum Innocen. Hoſtien. Ioan. And. Archidia. & Ray. Sed cui reſtitui debeat: vi- F de in ſermone 39. art. 2. cap. 1. Secunda vero vſura eſt ſigni, cum videlicet non expreſſum interuenit pactum, ſed quædam ſunt manifeſta ſigna, vt puta cum mutuans inſinuat per aliquod verbum, vel ſignum, quod actualiter non mutuaret, niſi inde haberet aliquod lucrum: ſeu cum poſt mutuum negat terminum, vel denegat relaxationem iuramenti ei, qui iurauit non ſe abſentare & his ſimilia. Talis enim non tantum reſtituere tenetur, quod inde accepit: verum etiam videtur quod reſtituere de- G beat ei, qui mutuum tali modo recepit, niſi aliquid obſtet, ſicut ponetur in ſermone 39. artic. 2. cap. 3. in 3. caſu. Huius ratio eſt, qnia non refert quid ex æquipollentibus fiat, & an verbo, vel ſigno, ſeu demonſtratione, vel circumlocutione aliquid oſtendatur, extra de conſangui. & affini. tua nos. ff. ſi cert. pet. l. certum. Tertia autem vſura eſt pacti, ſcilicet cum fit pacto expreſſo de acquirendo lucro vltra ſortem. Et hæc omnino prohibita eſt tam in lege naturæ, quã in lege ſcriptę, quam etiam in lege gratiæ, ſicut alibi plenius oſtendi habet. Propterea omne eius lucrum reſtitui debet, ſi- H cut in ſermone 39. art. 2. c. 3. dicetur. Circa aũt vſurã animi, de qua dictũ eſt ſuperi⁹, iterum quæri poteſt, Vtrum ſi non fuit intentio creditoris aliquid ex mutuo recipere, ſed debitor poſtea aliquid dat, an ad reſtitutionem creditor teneatur? Ad quod dicendum, quod ex parte remunerantis, ideſt, debitoris in remunerando creditorem, triplex intentio diſtingui poteſt. Prima eſt timoroſa, ſecunda gratioſa, tertia amoroſa. Primum autem dicitur intentio timoroſa, quia ſcilicet debitor, vel timet diſplicere creditori, vel credit illum remu-

*Vſura ſigni qd ſit*

*Vſura pacti quid.*

*Dubitatio*

*Solutio Intẽtio timoroſa, gratioſa, & amoroſa qd ſint, & qño pendũtur in contractibus.*

 nerari,

A nerari, aut timet ab eo ſibi mutuum auferri, ſeu timet ne indiſcretus exiſtimetur in tantum, quod illum, vel alium non reperiret de cętero mutuantem, & ſi qua alia con ſimilis concurrat cauſa: in huiuſmodi caſibus ſi creditor hoc credit, vel veriſimiliter credere debet, reſtituere obligatur: tamen reſtituere non tenetur bona fide conſumpta, ſecundum Vuil. Magnum eſt nihilominus argumentum pro creditore, quod debitor mere, & liberaliter donat, ſi tempore quo aliquid vltra ſortem ſoluitur, debitum ſortis extinctum eſt alio non dato. ſed ſi durabat; præſumitur metu repetitionis ſortis id actum eſſe. Secunda
B dicitur intentio gratioſa, quæ eſt quando in remunerante aliquis reſpectus interuenit recompenſationis: non tamen principaliter propter illud, ſed magis id ex gratia facit: extunc ſi creditor hoc credit, reſtituerè non tenetur. Tertia eſt intentio amoroſa, quia ex ſola charitate debitor donat aliquid creditori: vnde ſi creditor taliter datum credit, reſtituere non tenetur, etiam ſi contrarium poſt receptionem muneris propaletur. Nam vſura, ſecundum Goffred. eſt quicquid accedit ſorti intentione præcedenti, vel pacto: hoc non interuenit hic, nec etiam tempore receptionis, niſi talis credulitas prima craſſa & ſupina foret.

*Vſura ſecundum Goff. vide de Euag. ætcr. ĩ tractatu de vſuris.*

C

## Articvlvs Tertivs.

### *Quod multa reſtitui debent, quæ licet non ſemper ſint illicitè acquiſita, tamen illicitè retinentur.*

D Tertium autem debitum, quod homo reſtituere obligatur, lucrum illicitum, ſiue alienum dici poteſt: quia ſcilicet illicitè detinetur, cum alienum ſit. Quadruplici enim ratione, quantum ad præſens ſpectat, tenetur homo ſatisfacere tale illicitum lucrum. Primo ratione erroris, ſecundo ratione condemnationis, tertio ratione donationis, quarto ratione incertitudinis.

*Homo tenetur ſatisfacere illicitũ lucrũ, ꝙ probatur quadruplici ratione.*

### *Quod acquiſita per errorem reſtituenda ſunt. Cap. 1.* E

Primo enim tenetur homo ſatiſfacere illicitum lucrum, ſeu alienum ratione erroris. Pro quo talis regula danda eſt. Omne acquiſitum a dante per errorem perſonæ, cui datur reſtitui debet. Pro cuius declaratione notandum eſt, ꝙ triplex eſt error, qui obligat ad reddendum. Primus eſt error perſonæ, ſecundus eſt error fortunæ, tertius eſt error conditionis appoſitæ. Primus eſt error perſonæ, ſcilicet quia dans credit alteri dare: tunc illud reſtituendum F
eſt danti, vel illis ad quos dantis intentio referebatur: vt puta ſi ſolis infirmis hoſpitalis Sancti Antonij, ſiue alterius loci: ſiue perſonæ intendebat dare, non autem quæſtoribus, eſt illis infirmis & pauperibus reſtituendum. Veruntamen quia nullus tenetur proprijs ſtipendijs militare, nec etiam gerere cauſas aliorum ad expenſas ſuas: dico quod tales viuere poſſunt ſuper quæſtis, quas faciunt, & poteſt eis moderatum ſalarium deputari. Si tamen tales quæſtuarij dicunt ſe eſſe ſacerdotes, & non ſunt, & per impias deceptiones, promiſſiones, & mendacia lucrati ſunt: G
tunc aut emunt quæſtam illam pro certa pecuniæ quantitate: & tunc quia id, quod illis impijs modis lucrati ſunt, eſt turpe lucrum: totum debet pauperibus erogari. Aut ſunt ſub obedientia hoſpitalis, pro quo quærunt: & tunc dominus hoſpitalis nihil eis dimittere debet, præter communem victum aliorum confratrum, ſed totum debet vſui pauperum applicare, & ſi aliter facit ipſe dominus peccat. De his H
etiam tres prudentiæ maxime neceſſariæ ſunt in modo reſtituendi. Prima in periculis, ſecunda in remedijs, tertia in indulgentijs. Pro prima prudentia talis regula danda eſt, quod quandocunque debitum non poteſt reddi domino ipſo ſciente abſque magno periculo: tunc ſufficit quod ei reddatur inſcio illo. Quæ autem ſunt pericula illa, ſermone trigeſimooctauo, arriculo ſecundo patebunt, ſcilicet periculum infamiæ, grauis ſcandali, plurium vel paucorum, aut mors corporalis, ſeu culpę moralis, quando ſcilicet vnum, vel plura iſtorum &c. Secundus eſt error fortunæ: vt puta quia is, cui datur a dante, pauper æſtimatur, cum tamen ſit

*Triplex error obligat reddere acquiſita.*

*In modo reſtituendi tres prudẽtiæ adhibendæ.*



A ſit diues. Talis autem id reddere debet dãti, vel alicui pauperi, niſi interim ille pauper fiat: quia tunc illud retinere poteſt. Vnde Scotus ait: Videant truſatores illi, qui ſcilicet diuites exiſtentes tanquam egeni eleemoſynas recipiunt, ne iniuſtè omnia huiuſmodi recipiant: quia non eſt ibi in dante voluntarium propter conditionis ignorantiam, quam reſpicit in donando. Tertius eſt error conditionis appoſitæ: vt puta cum is, cui datur, creditur eſſe ſanctus vel bonus, cum tamen non ſit: aut miſſam celebraturus, cum non faciat. Tunc
B ſi receptori conſtat de præciſa intentione dantis: quia ſcilicet nullo modo aliter daret, ad reddendum obligatur, ſecundum quoſdam. Aut ad ſufficienter ſupplendum per ſe, vel per alium, ſecundum dantis intentionem. Quorum ratio eſt: quia cum res in iſtum non tranſeat, niſi eo modo quo dans transferre intendit, ſi conditio non exiſtit, in ipſum res minimè trãſferri poteſt. Alij vero dicunt, quod ex quo illi perſonæ ſimpliciter dat, & dare intendit, quamuis non ſubſit cauſa, propter quam dare intendit: nihilominus donatio manet, niſi cauſa illa non ſolum eſſet cauſa motiua, ſeu finalis, ſed etiam con-
C ditio dandi: vt ſit ſenſus: Do tibi, ſi tu es bonus, vel ſi facis hoc, aliter non: ſicut de miſſis a ſecularibus communiter fieri ſolet. Probant hi hoc per ſimile, vt puta ſi quis daret Petro centum marchas, quia credit ipſum eſſe, vel fuiſſe amicum ſuum, vel patris ſui, qui ſecundum veritatem non ſit, vel non fuerit: non tenetur Petrus reſtituere illas, & tamen teneretur, ſi dans diceret, do tibi eas, ſi tu es vel fuiſti amicus meus & non aliter. Prædictis concordat Gyrald. Odon. Primi autem dicunt hoc non eſſe ſimile: quia in primo caſu dans intendebat dare Domino & cultui eius potius, quàm homini. Intende-
D bat etiam per hoc ſibi vel ſuis procurare ſpiritualia bona, a quibus quidem fraudatur iniuſtè vſquequo illa bona ſpiritualia ſibi ſuppleantur, ſeu reſtituantur. Secundum autem Innocent. & Hoſtienſem, hypocrita, qui ſub nomine boni ac deuoti viri multa quæſiuit, reſtituere obligatur, quia illa bona per fraudem adeptus eſt. 14. quæſtione quinta, ca. fina. Sed fortè non tenetur reſtituere his, qui illa dederant: quia iam ſuam mercedem conſecuti ſunt. Sed debet ea alijs deuotis viris, ſeu alijs pauperibus diſpenſare. De hoc etiam in ſequenti iij. cap. tangetur. E

*Opiniones diuerſæ circa quæſtiones propoſitas.*

### *Quod condemnationes & pęnæ iuſtè a iudice ſententiatæ ſolui, ſiue reſtitui neceſſario debent. Cap. 2.*

Secundo tenetur homo ſatisfacere lucrum illicitum, ſiue alienum ratione condemnationis: quia ſcilicet fur & raptor & quilibet ſimilis, non tantùm te- F
netur ſatisfacere malum ablatum, ſed etiã condemnationem ex illo debitam. Pro hoc igitur poteſt talis regula dari: Omnis pœna a iudice iuſtè ſententiata ſub reſtitutionis debito ſoluenda eſt. Quæ intelligenda eſt, quòd non eſt ſoluenda, quando non eſt ſententiata, nec antequam ſit ſententiata, niſi ex aliqua cauſa deberetur. Aut niſi iure eſſet ſimpliciter ſtatutum eam ſolui, quamuis a nullo ſpeciali iudice ſententia eſſet lata. Aliter enim pœnæ poſitiui iuris non intelliguntur ſimpliciter eſſe inflictæ, ſed ſolum ordinatæ, vt per iudices iudiciario ordine infligantur. Alias G
quilibet homicida, quantumcunque occultus, mortaliter peccaret non reſtituendo curiæ omnia ſua, & non offerendo ſe iudici ad ſupplicium, quod leges ſtatuunt homicidis. Et circa hoc aduertendum eſt, ſecundum Raymun. quòd in hoc caſu pœna vnius non liberat alium. 12. quæſtio. 2. cum deuotiſſimam. Ex hac igitur regula elici poteſt, quid dicendum ſit in diuerſis caſibus. Verbi gratia de homicida. quidam enim homicidium perpetrauit. Primo enim contingere poteſt, quòd ipſe non eſt captus, nec etiam bona ſua. Sécundo autem euenire poteſt, ꝙ ipſe eſt captus, ſed nondum contra eum ſententia iuridicè lata eſt. Tertiò accidere poteſt, quòd con- H
tra eum & omnia ſua iuridicè ſententia data eſt. Primo enim contingere poteſt, quòd talis homicida fugiens non capitur, nec ſua bona. Talis enim licitè fugere poteſt & bona ſua alienare, ſeu alibi aſportare, ſi contra eum, aut contra ſua bona ſententia data non fuit. Secundo autem, ſi talis homicida, iam captiuatus eſt propter hoc: tunc diſtinguit Anton. de Butr. quia aut peccatum eſt occultum, aut manifeſtum. Primo, ſi eſt occultum, fugiendo non peccat: quia nulli dicendum, quòd ſe prodat. Secundo autem ſi peccatum eſt manifeſtum, tunc mortaliter peccat

*Pęna iuſte a iudice inflicta ſolui dẽt.*

*Pęna vni' nõ liberat aliũ quõ intelligĩ.*

A cat fugien do: pro hoc facit glo.1. diſt. in c.iuſgentium. Quæ dicit illum captiuũ peccare, qui fugit a Domino ſuo, ſi bellum eſt iuſtum. licet autem fugiendo peccet: tamẽ minimè ſe reſtituere obligatur, quia iuxta prædictam regulam, ſententia contra eum nondum eſt lata. ff. de donat. l. poſt contractum. & l. donationes. §. vlt. Tertio vero ſi contra eum & cõtra ſua bona ſententia data eſt: tunc nec ſe defendere, nec fugere poteſt, nec ſua bona alienare a manibus iudicantis: quod ſi fecerit, illa bona temporalia ſatisfacere obligatur ipſe & quicunque B auferret ea. Ratio autem prædictorum eſt, quia licitum eſt iudici ei reſiſtentem impugnare. 23.q.5. non putes, cum ſequentib⁹. ca. Relinquitur ergo, ꝙ ex parte iudicis ſit iuſtum bellum, & ex parte homicidæ iniuſtum. Hinc ad Rom.13. Apoſtolus ait: qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & ipſe ſibi damnationem acquirit. 11. qõ.3. qui reſiſtit. Et licet homo naturaliter inclinetur ad reſiſtendum inferentibus ei mortem: tamen quia data eſt ei ratio, vt ea ad q̃ natura inclinat, non paſſim, ſed ſecundum ordinem rationis executioni demandet: propterea non omnis defenſio ſui licita C eſt, ſed quæ fit cum debito moderamine rationis. Hoc ſẽtit Bal. de Peruſio in l. vt vim, ff. de iuſti. & iu. Quidam etiam credunt, ꝙ iuſtè condemnatus ad mortem, ſi fugit, ſeipſum reſtituere, & in manibus iudicis ſe tradere obligatur. Quod quidem ſatis durum eſſe videtur. Ad hoc autem probandum allegant Apoſtolum & decretum, ſicut prædictum eſt: pro hoc etiam facit glo. in c. paſtoralis. de ſenten. & re iud. in clem. quæ dicit, ꝙ ſi captiuus ad pœnam, vel ad periculum mortis relaxetur de redeũdo ad D carcerem præſtito iuramento: tunc diſtinguendum eſt, quia aut mors erat iniurioſa, aut non. In primo caſu non tenetur redire, quia iuramentum eſt contra legem naturæ & contra bonos mores, in regula, non eſt, de reg. iu. lib.6. Quiſquis ergo firmauerit iuramento aliquid ſe facturum, quo ſpiritualis, ſeu corporalis adimatur ſalus, vel cum quo vtraque ſalus reparari, vel conſeruari non poſſit, fidem prohibetur ſeruare promiſſam. In ſecundo caſu dicit glo. quòd redire tenetur: eadem enim ratione cogere videtur ſententia iuſtè lata, ſicut licitum iuramentum, per rationem præallegatam, & per dictum Apoſtoli & decreti, ſicut ſuperius patet. Licet autem ei non liceat reſiſtere mortem taliter inferenti: tamen ſecũdum Thom. & Archidiaco. non tenetur facere id, vnde ſibi ſequatur mors. Propterea ſi quis ſic damnatus eſt, ꝙ moriatur fame: non peccat, ſi cibum ſibi occultè miniſtratum ſumat, quia non ſumere, eſt ſeipsũ occidere, qđ vtiq; minimè licet. 23.q.5.ca. ſi nõ licet. Hæc eſt ſententia Archid. 23.q.5. in c. cum homo occidit. Et Tho. 2.2.q.69. Archidiaconus quoque in dicto. c. cum homo. 23.q.5. de homine condemnato etiam aliter diſtinxit: Quia aut eſt damnatus iniuſtè, & tunc fugere licet, niſi ſcandalum oriatur: aut iuſte, & tunc fugere minimè licet, tamen de debito redeundi nihil dicit. Ex F hac regula patet, ꝙ iuſtè condemnatus ad mortem, ſe redimendo per pecuniam corrumpendo iudicem mortaliter peccat: tamen ſi ſe emendare proponit, atque promittit, ante latam ſententiam cum accuſante poterit concordare. Patet etiam, ꝙ ſi procurator vel aduocatus & quicunque alius per cautelas & malitias iuuet malefactorem, ne condemnetur: licet mortaliter peccet: tamen ſi nondum ſententia eſt lata, ſatisfacere non tenetur: quia vſquequo G ſententia data eſt, communitati non acqritur ius: immo poſt ſententiam reſtat dãnato beneficium appellationis vſq; ad tempus prætaxatum a iure. Poſt autem illud tempus liberans malefactorem, cõitati ſatiſfacere obligatur, & quicquid inde accepit pauperibus erogandum eſt. Ex hoc etiam patet, ꝙ ſi quis cõdemnatur pro furto, ſeu rapina, ſiue pro quocunque alio malo, non tantum ablata reſtituere obligatur, verum etiam cõdemnationem pecuniariam & pęnam, quam ſibi iudex iuſtè infligit, & hoc poſtquam ſententia lata eſt. Hoc ſm̃ Tho. H 2.2.q.62.art.3. Ratio autem, quare pœnæ ſiue damna non debent ſolui, niſi poſtquam ſententiæ latæ ſunt, ſecũdum quoſdam eſt, quia prædictæ pœnæ non ſunt ex diuino iure, ſed ex humana inſtitutione.

*Diſtĩctio adhibẽda in p̃miſſis.*

## *Quod reſtitui debet omne acquiſitum a dante non habente legitimam authoritatem dandi.* *Cap.* 3.

TErtio autem tenetur homo ſatisfacere lucrum illicitum, ſiue alienum, ratione donationis. Pro quo etiam talis regula poteſt dari. Omne acquiſitum a dante, non habente legitimam auctoritatẽ dandi, reſtitui debet. Ratio huius regulæ triplex eſt: quia ſm̃ Scotum, non eſt iuſtitia, ſi donans

*Acquiſitũ a dãte reſtitui debet qui n̄ hẽt p̃tãtẽ dandi.*



A donans non iure liberaliter donat: atque nullus poteſt trãsferre ius in alterum, quo ipſe caret. Et ad hoc multa reduci poſſunt, quæ liberam donationem impedire videntur. Et maximè tria. Primo, cum donatur ex ignorantia: ſecundo, cum donatur ex violentia: quia ſicut patet ex 3. Ethy. ignorantia & aliqualis coactio excludit voluntarium. tertio, cum donatur prohibente iure. Primo autem, cum donatur ex ignorantia: Non enim mere liberaliter donat, qui ex B ignorantia donat: ſicut donant furioſi, frenetici, mentecapti, morti propinqui, ſcilicet cum non iam regnat in eis liberum arbitrium. Et tamen opere & malitia alicuius condit teſtamentum: quod quidem coram Deo nullum obtinet robur. Ex hoc ſequitur, ſecundum Scotum, ꝙ deceptus de eo, cui donat, quantum ad illam rationem, propter quam donat, non ſimplicitet donat. Et ideo ſi alicui tanquam propinquo donat, qui tamen non eſt propinquus, non ſimpliciter donat. Similiter ſi alicui vt egeno, qui non eſt egenus, ſicut de hoc ſupra in præſenti articulo, & 1.c. dictum eſt. Se- C cundo cum aliquid donatur ex violentia. Non enim liberè id donatur, quod contra voluntatem alicuius, a quo dependet in donando donatur, ſicut patet in caſu primo, de quo extra de cenſib. exigit, lib.6. vbi præcipitur reſtitui, quod viſitationis cauſa iniuſtè receptum eſt. Neque etiam illa donatio valet, quæ ex quacunque neceſſitate & non a mera, grata & gratuita voluntate ꝓcedit. Tertio autem non valet donatio, quæ fit prohibente iure: ideo non poteſt donare furioſus, quia comparatur inſanti. 15. q.1. merito. extra, de homicid. ſi furioſus. in clem. Similiter non valet, quod donat ſeruus, aut filiusfamilias, qui non habet peculium caſtrenſe, vel quaſi. ff. ad Macedon. l. ſi lius. ff. de pecu. l. filius. Neque valet, quod D donat vxor, quæ nõ habet res paraphernales. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. Quintus. Neque quod donat monachus, vel clauſtralis, ar. 12.q.1. nolo. & c. non dicatis. & extra de ſtatu monach. cum ad monaſterium. Neque quod donat bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrator, vt bona eccleſiaſtica moderatè donet, & perſonis honeſtis, quia pauperum bona ſunt. 16. q.1.c. ſi. aliter raptor eſt. Neque quod donant, qui minores ſunt vigintiqnque annis, C. ſi maior fac. ra. ha. l. ſi. Et multominus, ſi donat pupillus, qa alienare nihil poteſt ſine auctoritate tutoris. ff. de acquir. rer. dom. l. pupillus. Neque quoque valet donatio prodigi. ff. de cura. E furio. l. Iulianus. Omnia igitur ſupradicta & conſimilia a talibus habita & donata reſtitui debent, niſi probabiliter præſumatur, quòd talis donatio placeat illis, qui ſuper hoc habent poteſtatem. Cum his concordat Scotus.

## *De reſtitutione incertorum, ſecundum varias opiniones.* *Cap.* 4.

F QVarto tenetur homo ſatisfacere lucrum illicitum, ſiue alienum, ratione incertitudinis. Sunt enim quædam incerta & vaga, quorum non reperiũtur, etiam ſi diligenter quęrantur expoliati, ſeu ignorantur omnino: & talia in pias cauſas diſtribui debent: & maximè in alimonias pauperum, & in redemptionem miſerabilium captiuorum. Rationem quoq; huius oſtendit Scotus dicens: quod cui nõ poteſt temporaliter reddi, ei ſpiritualiter ſatiſfaciat. Redditio autem ſpiritualis maximè fit, cum pro illo pauperibus diſpenſatur, & in hoc omnes concordant. Sed per quem hæc diſpenſatio fieri debeat, eſt triplex opinionum varietas inter Doctores. Prima opinio eſt Raym. & Hoſtien. qui dicunt, ꝙ G hoc fieri debet de conſilio & auctoritate illius epiſcopi, aut pęnitentiarij, vel capellani, in cuius diœceſi habita illa ſunt. 88. diſt. epiſcopus. 12.q.2. conceſſo. & c. quatuor. 6. q.3.c. ſi. extra de rap. c.1. Hoſtien. etiam ait: quia reſtitutio male ablatorum eſt vnus de caſibus ad epiſcopum pertinentibus, ſicut patet per eum, extra de iud. cum ſit, & extra de vſur. cum tu. vbi latè proſequitur materiam iſtam. & etiam in ſumma. de pœ. §. vlti. iuxta ſi. & facit ad hoc. 12.q.1. præcipimus. Addunt etiam ad hoc alij rationem: quia cum huiuſmodi incerta ſint pro animabus eorum, quibus debentur, fideliter diſpenſanda, ac per conſequens ſunt eo ipH ſo ad diuinum cultum & ad ſubuentionem pauperum ordinata: Solus autem eccleſiaſticus prælatus ſit auctor & moderator diuini cultus & pater pauperum & diſpenſator rerum diuino cultui ordinatarum, ſicut 87. diſt. c. diuinæ, & multis alijs cauſis ſuperius cum prædictis capitulis allegatis. ideo ſecundum eius iudicium ſunt incerta debita diſpenſanda per eum. Inſuper addi poteſt, ꝙ hodie ex communi conſuetudine Papæ & epiſcoporum, videtur hoc eſſe iuris poſitiui præceptum, ſeu ſtatutum. Propterea nullus cõmuniter ſe intromittit de incertis

*De reſtitutiõne vide q̃ hẽt copioſè D. Bon. et D. Thomas in 4. diſ. 15. q. vlt. & 2. 2. q. 61. vide Aſteſ. lib. 5. titu. 19. c. 1.*

A certis abſque commiſſione epiſcoporum.
Et ideo ſecundum Ioan. An. æqua videtur
eſſe ordinatio epiſcoporum, qui commu-
niter per ſtatuta ſua in incertis ſibi reſer-
uant non ſolum abſolutionem peccati, ve-
rumetiam diſpenſationem ipſorum. Secũ-
da eſt opinio Archidiac. qui ait, ſententiam
Raymun. & Hoſtien. eſſe veram in hoc ca-
ſu, & in alijs, quando nullus deputatus eſt,
qui hoc exequatur. 12. q. 2. de laicis. in fi. &
notatur extra, de verbo. ſigni. cum intro. in
glo. quæ incipit, Non intelligas. Sed vbi cer
ta perſona a teſtatore deputata eſt, illa nẽ- *Certa ꝑſona a teſtatore deputata.*
pe exequi debet, vt in dicto. c. de laicis. &
C. de epiſco. & cler. l. nulli. & extra de teſt.
tua. & c. Ioannes. immo credo, ꝙ ipſe ra-
B ptor bona incerta, quæ debent dari pauperi
bus, ſine licentia epiſcopi, vel alterius iudi-
cis eccleſiaſtici poteſt dare, ſicut ſatis bene
colligitur, extra de vſu. cum tu. §. 1. ver. his.
Hoc quidem innuit ſatis clarè extra de ho-
mi. c. ſicut dignum. §. eos. in glo. quia non.
Nec ob. extra de Iudæ. cum ſit. Nam decre-
talis illa non loquitur de Chriſtiano, ſed de
Iudæo, cum auctoritas & diſpenſatio quo
ad pauperes Chriſtianos ab eccleſia merito
ſuſpecta habetur. Et ideo iuſtè dicit, ſecun-
dum prouidentiam diœceſ. & etiam, quia
ad hoc ille arctatur inuitus. Talis autem ſu
ſpicio in Chriſtiano fideli merito quidẽ ceſ
C ſat. Et ſic non dubito, ꝙ epiſcopus non ha-
bet ſe intromittere de talibus, niſi in defe-
ctum, vel niſi vbi ageretur in iudicio con-
tra nolentem pauperibus dare. Huius ſentẽ
tiæ eſt Ioann. An. in c. quamquam. de vſur.
lib. 6. Hæc etiam clarè innuit Innocen. extra
de immu. eccle. quia plerique. Si autem il-
licitas negociationes faciat, vel alias iniu-
ſtè aliquid quærat, Sacerdos iniungere de-
bet ei, vt in bonos vſus expendat: puta pau
peribus erogando, vel eccleſiæ, ſeu in alijs
cauſis pijs. ar. 24. q. 6. ſi quis Romipetas. Po
teſt etiam hoc ratione probari. Nam licet,
ſicut ſuperius dictum eſt, in pleriſque c. de-
D cretorum prælati diſpenſatores ſint rerum
datarum pauperibus: non tamen ſequitᷣ pro
pter hoc, ꝙ diſpẽſatores ſint omnium, quæ
ſecundum Deum ſunt in diuinum cultum
& pauperibus eroganda. Et hæc ſunt pro
tanto ordinata in diuinum cultum: nam ſe-
cundum hoc eſſent diſpenſatores omnium
illorum ſuperfluorum, quæ diuites ex diui-
no præcepto tenentur pauperibus diſpenſa
re, & iterum omnium, quæ quis apud ſe
nouerit pauperibus erogare, quod quidem
a nullo conceſſum eſt. Scotus autem in 4.
diſt. 15. q. 2. non longè a fine ait: Si quæras, E
per manus cuius debeant talia pauperibus
diſpenſari? Reſpondeo, ꝙ non inueni, quis
neceſſario determinatus ſit mediator ĩ iſta
pauperibus diſpenſando. Quidam autem
Doctor ait, quia confeſſor, vel aliquis alius
ea diſpenſare debet, de cuius fidelitate ille
confidat. Mihi autem videtur, ꝙ talis per
ſeipſum conſilio nihilominus boni viri po-
teſt hoc pauperibus erogare, quia tali me-
diatori ad diſpenſandum tribui poſſet, de
cuius fidelitate præſumeret: & tamen ſibi-
ipſi appropriaret, vel in alios vſus conuer- F
teret, quam deberet: vnde vbi lex diuina,
ſeu eccleſiaſtica perſonam non ligat, ſequẽ
da eſt ratio naturalis. Illa autem dictat, ꝙ
homo qui ad hoc tenetur, magis reſtituat
pauperibus per ſeipſum, quam per alium:
non excludendo tamen arbitrium boni vi-
ri, ſed potius includẽdo. Hæc eſt ſnĩa Scot.
Tho. quoque. 2. 2. q. 62. inquit: Si ille, cui re- *Sco opi.*
ſtitutio debet fieri, ſit omnino ignotus, de-
bet homo ei reſtituere, ſicut poteſt: ſcilicet *D. Thom. opinio.*
dando ei eleemoſynas pro ſalute eius, ſiue
ſit mortuus, ſiue viuus: præmiſſa tamen di-
ligenti inquiſitione de perſona illius, & ibi
de auctoritate epiſcopi nihil dicit. Tertia
quoque opinio eſt ambas præcedentes qua G
dam prudenti diſcretione connectens, q̃
dicit, ꝙ epiſcopus habet diſpenſare incerta
illa, in quibus dominium non transfertur:
vel ſi transfertur, competit repetitio eorũ-
dem. Inſuper & in his incertis, in quibus
nullus ad eorum diſpenſationem deputa-
tus eſt. Ad declarationem vero huius opi-
nionis examinanda ſunt verba iſta. Dicit
enim primo, ꝙ epiſcopus habet diſpenſa-
re incerta illa, in quibus dominiũ non trãſ
fertur: ſicut ſunt rapina, furtum & conſimi
lia. Secundo etiam addit: vel ſi transfertᷣ,
competit repetitio eorundem: ſicut eſt vſu
ra, ſecundum eos, qui dicunt ꝙ in vſura do-
minium transfertur. Tertio quoq; ſubdit, H
& in his incertis, in quibus nullus ad eorũ
diſpenſationem deputatus eſt. At econtra
primo in illis malè ablatis & incertis, in
quibus trãsfertur dominium: ſicut ſunt ea,
quæ mercatoriè homo lucratur in aliquan-
tulum plus vendendo, & minus emendo,
ſicut in præcedenti art. & 1. c. dictum eſt. Si-
militer & lucrum iudicis vendentis iudiciũ
iuſtum, & teſtis vendentis teſtimonium ve
rum, & fæneratoris mentalis, meretricis, &
hyſtrionis, de quibus. 9. qõ. 5. non ſanè. In
talibus inquam Archid. & ſequentium vera
ſententia eſt: quia ſine auctoritate epiſco-
pi ab



A pi ab eo, qui foreſecit in pias cauſas diſpẽ-
ſari poteſt. Ratio eſt, quia in talibus ius do-
minij habet, licet iniuſtè: propterea poteſt
facere de ſuo per ſe, vel per alium, velle ſu-
um, in pias cauſas diſpenſando, ſicut di-
cit dictum c. non ſanè. Cum hoc concord.
Ioan. An. in c. 2. de teſta. lib. 6. Secundo au-
tem in illis, in quibus dominium nõ tranſ-
fertur, ſicut in rapina & furto: & ſi transfe
ratur, competit tamen repetitio eorundẽ, ſi
cut in vſura contingit: In illis inquam eſt
ſententia vera Hoſtien. atque ſequentium
eum, ſcilicet quod talium diſpenſatio per-
B tineat ad epiſcopum. Ratio eſt, quia tũc ſo-
refactor non habet ius domini ſuper illa:
vel ſi habet, non tamen perfectè habet, ſi-
cut in vſura patet, quia in illis competit re-
petitio ſpoliato vel hæredibus ſuis. Pro-
ptera volunt iura, ꝙ ſi tales expoliatores,
vel eorum hæredes nõ reperire contingat
in pias cauſas pro eorum anima diſpenſa-
re: hoc quidem non per eum, qui ad reſtitu
tionem tenetur, cum ſit ſuſpectus: atque
in hoc extraneus ab eo, cui debebat reſtitu
tio fieri: nec non a paupibus, quibus illa di
ſtribuenda ſunt. Sed talis diſpenſatio fieri
debet per epiſcopum, qui eſt pater paupe-
C rum & ordinarius iudex diœceſis ſuę, ſicut
ſupradictum eſt. Et ſecundum hanc diſtin-
ctionem ſenſiſſe videtur Ioan. An. dum di
cit in 2. c. de teſta. lib. 6. ꝙ vtraque opinio-
num prædictarum, ſcilicet primæ & ſecun-
dæ, continent æquitatem. Et ibi addit ratio
nes. Secundum etiam quoſdam, licèt hæc
diſtinctio vera ſit: tamen ſi forefactor non
ſeruata prædicta diſtinctione iam de facto
reſtituit certa certis, & incerta diuino cul-
tui mancipauit, prout animabus eorũ, qui-
bus debebantur, expediens erat: non tene-
tur iterum reſtituere illa, nec poteſt ad hoc
D cogi per confeſſorem, vel per alium ſupe-
riorem, niſi quatenus poteſt ab eis pro pec-
cato ſuo digna pœnitentia imponi: quæ ta-
men propter id, quod præmiſſum eſt, non
debet hic amplius pecuniaria eſſe, quàm in
cæteris culpis, ſcilicet auaritiæ vel homici-
dij, aut conſimilium peccatorum. Poteſt tñ
prælatus cogere ſic reſtituentem, vt certifi-
cet eum de debita reſtitutione certorum &
incertorum, per eum facta. Et hoc ſi forefa- *Prælatus quãdo poſſit.*
cta illius publica erant: alias in foro ſacra-
mentalis confeſſionis, ſeu conſcientiæ con
tra ſe, vt pro ſe confitenti credendum eſt.
Tertio autem in illis incertis, in quibus nul
lus diſpenſator deputatus eſt communiter,
ſecundum omnes Doctores Epiſcopus di-
ſpenſandi auctoritatem habet: & ad eum il E
la pertinet diſpenſare, ſicut Archidiaconꝰ
ſuperius probat. Inſuper, ſicut ibidem ſub
dit, epiſcopus ſe intromittere habet, vbi eſ
ſet reſtitutionis defectus, vel vbi debent e-
xecutores, & etiam vbi in iudicio ageretur
contra nolentem talia diſpenſare. In quo
autem loco talia incerta habeant diſpenſã-
ri, dicetur in ſermone 40. artic. 1. c. 3. in fi.
Satis igitur ex prædictis patet, quid & quã
tum homo reſtituere obligetur. Et per di-
uerſas diſtinctiones, & caſus quilibet di-
ſcere poteſt, quibus luminibus circa hanc
materiam in ſalutis viam dirigi debet, vt F
& voluntas bona reſtituendi iuuetur lu-
minibus veritatis: & facultas, immo & om
nia ad id perficiendum fulciantur auxilio
diuinæ largitatis, donante hoc & omnia
alia bona Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui
cum patre & ſpiritu ſancto, in trinitate
perfecta regnat per infinita ſecula ſecu-
lorum, Amen.

---

FERIA QVINTA G
post iiij. Dñicam in Quad.

*Quando homo reſtituere obligatur.*

## Sermo XXXVIII.

A*Doleſcens, tibi dico, ſurge. Luc. 7. c.*
Feſtinantiam ad reſtituẽdum
indicant hæc ſacratiſſima ver
ba, cum adoleſcenti, qui na-
turaliter tenacitatem & aua-
ritiam neſcit, dominus ait: Adoleſcens, ti-
bi dico, ſurge, ſcilicet ad aliena reſtituen- H
dum. Quanto igitur ex obliquo redarguẽs
incitat frigidos & tenaces ſenes, quorum
corrupta & vitioſa natura, quanto plus de-
ficit & paucioribus opus habet: tanto am-
plius tranſitoria concupiſcit. Et quanto ꝓ-
pinquior eſt vno inſtanti cuncta relinque-
re, tanto tenaciori affectu temporalia ſtrin-
git. Omnes igitur in hac quarta Religioſi-
tate, quæ eſt, quando homo reſtituere obli
gatur, admonet: etiam omnibus commina
tur, ne reſtõnis tranſeat debitum tempus.
Propterea viſis iam tribus principalibus, ſ.
quis obligatur ad reſtituendum, & quid, &
quantum reſtitui deberet: Iam quartũ prin
cipale videndum eſt, videlicet quando ho-
mo reſtituere obligatur. Ad cuius declara-
tionem triplex regula ponenda eſt.

ARTI-

A

## ARTICVLVS PRIMVS.

### *Quod non licet rem alienam inuito domino aliquo tempore detinere, niſi in aliquo caſu.*

PRima autem regula pro primo articulo, ſecundum Sco. vbi ſup. ponatur, quæ talis eſt. Non licet alienum inuito domino aliquo tempore detinere, niſi circa hoc dominus in B iudicio erret. Circa hanc regulam, vt melius capiatur: tria notabilia ſubiungamus. Primum de acquiſitis iniuſtè, ſecundum de acquiſitis iuſtè, tertium de neceſſitate licentiæ.

### *Quod valde ſtrictè quilibet obligatur ſtatim ſatisfacere alienum illicite acquiſitum. Cap. 1.*

PRimum autem notabile de acquiſitis iniuſtè, tale eſt. Quod debita acquiſita ex impio lucro, mox pro poſſe ſoluenda ſunt. Huiuſ- C modi enim ſunt rapinæ, furta, vſuræ, ſimoniæ & conſimilia. De hoc enim poteſt triplex ratio dari. Prima quidẽ reſpectu Dei, ſecunda reſpectu proximi, tertia reſpectu ſui. Prima autem ratio eſt reſpectu Dei, qui ſcilicet hoc præcipit. Secundum enim Thom. Alexan. Lombar. & Sco. licet affirmatiua præcepta Dei non obligent ad ſemper: tamen ad hoc obligant præcepta negatiua: quamuis etiam præceptum de reſtitutione facienda ſecundum formam videatur affirmatiuum: tamen ſecundum veritatem implicat negatiuum, quo quis prohibetur detinere alienum. Et ideo, ſecundum Scotum, ſicut auferre alienum eſt contra præceptum Domini negatiuum; Non furtum facies: ita & tenere alienũ. Et ideo ſicut neceſſarium eſt ſeruare negatiua præ- D cepta; ita neceſſarium eſt non tenere aliena domino ſuo inuito, & per conſequens vel actu ſtatim reddere vel ſtatim reddere velle, cum fuerit opportunum. Secunda ratio eſt reſpectu proximi: quia ſecundum Alexand. Lomba. eadem iniuria eſt, & rem alienam inuito domino retinere, ſicut eã inuito domino auferre. extra de reſti. ſpol. c. ſæpe. vbi glo. inquit, quòd iura reputant pro eodem auferre & detinere iniuſtè, ar. ad hoc. 15. q. 3. de crimine. Tertia ratio eſt reſpectu ſui. Nam ſecundum Sco. vbi ſupra, vt hominem verè pęnitere poſſit, ſtatim ceſſandum eſt ab actu cuiuſcunque mor- E talis culpæ: non tantum exteriori, ſed etiam interiori, iuxta illud Eccleſiaſtici. 21. Quaſi a facie colubri fuge peccatum. Aliter ſecundum Auguſt. extra de reg. iur. in lib. 6. in regula, Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, &c. Tenetur autem homo ſe ponere in tali ſtatu iuxta poſſe, quod ſibi remittatur peccatũ. Vnde ſicut tenens adulteram, non eſt capax pęnitentię, ſed irriſor: & ſi talis ad pęnitentiam venit, peccatum peccato addit, ſecundum Sco. vbi ſupra. Sic & detinens alienum voluntariè & de facto, pęnitentiæ non eſt capax. Hinc. 14. q. 6. c. ſi F res. Augu. ad Macedo. ait: Si res aliena propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & nõ redditur: pęnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Et in fine. c. addit: Nolentes autem reddere, quos nouimus & malè abſtuliſſe: & vnde reddatur habere arguimus, obteſtamur, increpamus: quoſdam clam, quoſdam palam, ſicut diuerſitas perſonarum diuerſam videtur poſſe & velle medicinam accipere. Ratio etiam prædictorum eſt, quia qui habet de impiè acquiſitis & reſtituere non vult, cum poſſit, ſemper augmentat peccatum. G

*Prima rõ.* *Præcepta affirmatiua ad quid obligant, & quõ.* *Secunda ratio.* *Tertia rõ.*

### *Quod debita ex licitis contractibus facta debito tempore diſcrete tamen interpretato reſtitui debent. Cap. 2.*

SEcundum notabile eſt de acquiſitis iuſtè. In quibus quidem reſtituendis attendendæ ſunt circunſtantiæ contractuum, vel pactorum, aut interuenientium iuramentorũ præfigẽtium certum tempus. In talibus enim non ſic ſtrictè debitor obligatur vſque ad neceſſitatem extremam, ſeu mox omnibus expoliare vẽdẽdo 100. pro H 25. vel 10. ſicut obligatur in primis. Nam ſecundum Sco. vbi ſupra, vbi reſtitutio nimis notabiliter eſt damnoſa, non tenetur homo ad ſtatim reſtituendum, ſed ſufficit ꝙ ſaltem affectu reſtituat ſtatim. Ratio huius eſt, quia non eſt præſumendum ꝙ benignitas iuris & æquitatis impiè velit interpretari, ac nimium durè mutui vel emptionis cõtractus & conſimilium negociorum, quæ pro vtilitate mutuum recipientis, aut pro vtriſque contrahentis communi commoditate ordinata ſunt. Si autem obijciatur, ꝙ reſtituere eſt actus negatiui præcepti in nõ tenendo ſcilicet alienum: & ad obſeruationem negatiui præcepti ſemper & ad ſemper quilibet obligatur, ſicut ſuperius eſt dictum.

*Scotus vbi ſupra.*



A ctum. Dicendum, quòd ad hoc reſpondebitur in fine ſequentis capituli, ſecundum Sco. In his tamen regulariter tenẽdum eſt, ꝙ par neceſſitas vel damnificatio creditoris pari vel minori neceſſitati, ſeu damnificationi debitoris ſemper præferenda eſt. Hoc enim dictat atque exigit beneficij & gratitudinis ratio: quæ quidem benefico, B ſeu benefactori debetur: & etiã dictat hoc æquitas, qua vtique iuſtum eſt ex ſuis & ſibi debitis dominum potius atque prius ſuſtentari, quam alium ex eiſdem.

### *De triplici licentia, quæ neceſſaria eſt his, qui non debito tempore reſtituunt alienum. Cap. 3.*

TErtium quoque notabile eſt de neceſſitate licentiæ. Triplex nanque eſt differentia debitorum. Quidã licet poſ- C ſint ſatisfacere aliena: tamẽ pro leuiori grauamine ſuo ſolutionis terminum vellent. Quidam vero cum magna difficultate partem debiti ſoluere poſſunt. Quidam quoque abſque magno ſcandalo ſatisfacere minime valent. Sic autem ſecundum hanc triplicem differentiam debitorum, triplex licentia neceſſaria eſt. Prima dicitur obtẽta, ſecunda autem quæſita, tertia vero interpretata denominatur, vt hæ tres licentię prædictis tribus debitoribus per ordinem habeant reſpondere. Prima autem licentia primis debitoribus correſpondens dicitur obtenta: quia hi, qui habent vnde debita ſoluant, niſi eis prolongandi notabiliter vltra tempus debitum libera licentia a creditoribus petita concedatur: ſolutionem & ſatiſfactionem talis licentiæ differre non poſ- D ſunt: quia iuxta præfatam regulam Scoti non licet alienum inuito domino aliquo ſcilicet notabili tempore detinere. Si vero quæras, quæ licentia libera cenſenda ſit? Dicẽdum, quòd illa verè libera dici poteſt, quæ his quatuor caret. Primo timore, ſecũdo pudore, tertio deſperatione, quarto vero ſpe. Primo timore, id eſt, ꝙ talis licentia non detur ex timore. Secundo, ꝙ non detur ex pudore, id eſt ꝙ non detur ex verecundia atque per medium alicuius, cui creditor contradicere, ſeu illam erubeſcat negare. Tertio non detur deſperatione, ſcilicet ꝙ aliter creditor non poſſit rehabere ſuum. Quarto vero non detur ſpe, ſcilicet alicuius ſeruitij temporalis. Quomodo autem debitor noſcere poſſit, ſi abſque his, E ſeu abſque aliquo eorum a creditore ei libera licẽtia tribuatur, vide in ſermone. 40. ar. 2. c. 3. Quia ſicut ibi illa intelliguntur de vera indulgentia liberè debitoribus facta, ita hic intelliguntur eadem de licentia libere acquiſita. Secunda vero licentia ſecundis debitoribus correſpondens nuncupatur quæſita. Nam hi, qui cum magna difficultate partem debiti ſatisfacere poſſunt: dilationis licentiam petere debent, ſi quod poſſunt propter incommoditatem ſtatim ſoluere nollent. Pone caſum, quòd debitor multum indigens eſt: & creditor etiam non eſt diues: nec tamen vult concedere di- F lationem quæſitam. Quid igitur faciendũ eſt? Tunc, ſecundum Alexan. Lombar. diſtinguendum eſt: quia aut creditor plus quam debitor indigens eſt, aut creditor & debitor æqualiter ſunt indigentes, aut creditor non multum indiget. In primo, & ſecundo caſu reſtituere obligatur ſine dilatione, quia nullus debet facere profectum ſuum de re aliena cum damno eius, cuius eſt inuito domino. In vltimo autem caſu, ſi G debitor tantum indiget, quòd ſi creditor ĩdigentiam eius ſciret ſecundum rectam rationem & charitatem fraternam, nõ deberet ſibi claudere viſcera pietatis: ſed eadem charitate deberet ei dare dilationem, ſeu facere ei remiſſionem in toto, ſeu parte cum conſilio boni & diſcreti viri. Debitor reſtitutionem differre poteſt, etiam ſi creditor dilationem ſolutionis negaret. Ratio huius eſt: quia tunc habet dilationis licentiam interpretatam, ſicut infra patebit. At econtra, ſi debitor non tantum indiget: ꝙ ſi creditor ſciret talem indigentiam eius ex fraterna dilectione non teneretur ſibi dare di- H lationem in toto, ſeu in parte: quia indigẽtia non eſt tanta, ꝙ non poſſit ei reſtituere in toto vel in parte: ĩ tali caſu ſi creditor debitori negat dilationem ſolutionis, ipſe debitor tenetur ei ſoluere ſtatim. Et quamuis alij aliter dicant, hæc tamen videtur ſententia vera. Si autem ſunt plures creditores, & vnus non vult dare dilationem, ſed petit quòd debitor cedat bonis: tunc ſecundũ Raymun. ſtandum eſt maiori parti. Maior autem pars dici debet, vbi maius & fortiꝰ debitum eſt. Si vero par ſit debitum, maiori creditorum numero ſtandum eſt. Si autem omnia paria ſunt, clementior ſententia eligi debet, ſcilicet de danda dilatione. C. de ceſſio. bono. l. ſi. Tertia autem licentia tertijs debitoribus correſpondens, nominatur interpretata. Nam hi, qui abſque magno

*Debitorũ diua triplex.* *Prima licentia.* *Secunda licentia.* *Tertia licentia.*

A magno inconuenienti ſatisfacere non poſſunt: dum tale inconueniens imminere videtur differendi ſatisfactionem, licentiã habent interpretatam. Si tamen habent voluntatem reſtituendi, quando opportunitas erit. Nam ſecundum Scot. vbi ſupra, in caſibus aliquibus quandoque licet differre reſtitutionem exteriorem, poſita tamen interiori cauſa, ſcilicet voluntate reſtituẽdi, cum occurrerint circumſtantiæ opportunæ. Illi autem caſus, ſecundum eum, ſub B hac maxima continentur, Licet retinere rẽ alienam, quando ille eam detineri rationabiliter debet velle: & hæc propriè dicitur licentia interpretata. In tribus autem caſibus non debet homo velle ſibi ſtatim reddi rem ſuam, quando ſcilicet reſultat in notabile damnum ſui, vel populi, aut proximi.

*In tribus caſibus nõ dẽt hõ uelle ſibi ſtatim reddi rem ſuã.*

Primo, quando reſultat in euidens & notabile damnum ſui, ſicut patet de illo, qui habet gladium ab eo, qui in furiam verſus eſt: cui tunc gladium ſatisfacere nõ tenetur: licet debeat eſſe paratus in animo illum reddere in tempore opportuno. Simile contingit de muliere honeſta, quæ licet marito reddere debitum obligetur: C tamen quando id petit inordinatè, & non tãtum contra animam ſuam, ſed etiam proprij corporis ſanitatem, ſatisfacere non tenetur: immo grauiter peccaret, ſi ei in illo pareret. Sed de hoc latius dictum eſt, ſup. ſermone. 17. art. 2. per totum: & idem de ſimilibus dicendum eſt. Secundo, quando ſtatim reſtituere alienum reſultat euidens & notabile damnum populi. Secundum ẽt Sco. vbi ſup. & Gyral. Odon. Si debitor eſt perſona notabilis & reipublicæ neceſſaria multum, & creditor poteſt ſine re illa trãſire: talis debitor pro tunc rem illam ſatiſfacere non tenetur, licet obligetur reſtituẽdi voluntatẽ habere quam cito poterit abſque reipublicæ damno. Si autem ſtatus ille, ad quem conſeruandum res iſta neceſſaria eſt, reipublicæ neceſſarius non videtur: D credo ꝙ ſtatim reſtituere teneatur. Inſuper ſi ille, cuius res eſt, ſine illa tranſire nõ poſſit. credo eam fore reſtituendam, dato ꝙ eſſet alij neceſſaria ad conſeruandum ſtatum vtilem & neceſſarium reipublicæ. Et tunc debet talis ad rem publicam recurſum habere, vt ſtatum ſuum conſeruet, ex quo ei neceſſarius eſt.

*Vide Sco. vbi ſupra.*

*Quæ hẽt Sco. in 4. diſ. 15 vide q. 1 ibi pulchra, & reſoluta.*

Tertiò, quando ſtatim reſtituere alienum reſultat euidens & notabile damnum proximi: quia ſcilicet ex hoc euidenter aliquot, vel plura iſtorum quatuor eueniunt ei, vel ſuis: videlicet aut infamia grauis, ſeu ſcandalum plurium vel E paucorum: ſiue mortis periculum aut mortalis culpæ. Ratio autem, ſecundum Scot. quare talis differre poteſt, eſt: quia huiuſmodi creditor debet magis velle, ꝙ maximum incommodum reſtituentis proximi euitetur in illa modica reſtitutionis dilatione, quam modicum incommodum ſuum, vel nullum. Si autem obijciatur, quòd reſtituere, ſicut ſuperius dictum eſt, actus eſt negatiui præcepti, quia non debet retinere F alienum & ad obſeruationem negatiui p̄cepti ſemper & pro ſemper quilibet obligatur. Dicendum, ſecundum Sco. ꝙ alienũ iniuſtè & inuito domino retinere ſimpliciter prohibetur: propterea ſemper & pro ſemper iſto modo id neceſſe eſt non retinere. Sed quando quis habet voluntatem reſtituendi pro tempore opportuno, ex tũc licet domino rei volente, id eſt, velle debente. Vult autem hoc Dominus rei & ſi non actu elicito, tamen actu debito & honeſto: quia velle debet, quòd qui ſuum habet, id teneat quouſque poſſit reſtituere opportunè. Si iterum dicas, Dominus rei hoc agit inuitè: quia non vult, quòd per quantumcunque tempus teneatur ſuum. Dicendum etiam, ſecundum Sco. ꝙ Domino ma- G lè & inordinatè volente ſtatim rehabere ſuum, & per conſequens contra rectam rationem volente proximum tenere ſuum: tamen tenens non eſt detentor iniuſtus: nã & depoſitum, de cuius redditione ſtrictiſſima lex habetur. l. fin. C. depoſi. inuito Domino voluntate inordinata poteſt licitè retineri.

## Articvlvs Secvndvs.

*Quod homo tunc aliena ſatisfacere non teneatur, quando res temporalis non poteſt reſtitui abſque euidenti periculo dãni incomparabiliter præualentis.* H

Secunda autem regula pro ſecundo ar. hæc eſt. Quandocunque res temporalis non poteſt reſtitui abſque euidenti periculo damni debitæ rei incomparabiliter præualentis: tunc homo reſtituere non tenetur. Ratio huius regulæ eſt, quia ſecundum Apoſtolum ad Roman. 3. non ſunt facienda mala, vt veniant bona: ſic multominus facienda ſunt bona, vt ueniãt mala. Bonum quidem eſt reſtituere aliena: ſed vbi creditori, vel reipublicæ, aut debitori incõparabiliter



A parabiliter præualẽs ſequatur malum: recta ratio non expoſcit, ꝙ tunc talis reſtitutio fiat. Quia enim ſuperius in præcedenti c. mentio facta eſt, ꝙ ſatisfactio licitè differri poteſt concurrente licẽtia interpretata: Ad præſens, iuxta prædictam regulam dicendũ eſt, ꝙ eadem licentia ſemper perſeuerante homo reſtituere non tenetur: quod eſt dicere, ꝙ ſemper durãte graui periculo infamię grauis, ſeu ſcandalo plurium, vel paucorum ſine periculo mortis aut mortalis culpæ, ſicut ſuperius dictum eſt, homo ad ſatisfaciẽdum rem temporalẽ nõ obligatur.

*An homo teneatur reſtituere i oĩ caſu.*

Sub hac igitur regula multi obſcuri & perículoſi caſus poſſunt ſatis faciliter declarari, de qui- B bus triplicẽ differentiã ſubiungamus. Quidam principaliter pertinent ad vitandum damnum temporale, & maxime infamiam & ſcandalum: Quidam autem ad vitandum periculũ corporale & maxime caſum mortis: Quidam vero ad vitandum periculum ſpirituale, ſcilicet mortalis culpæ.

*Quòd homo non tenetur reſtituere res temporales, quando ex hoc veriſimiliter ſibi, vel ſuis magna infamia, vel graue ſcandalum orietur.* Cap. 1.

C

Primo quidem ſm præfatam regulam homo rem temporalem ſatisfacere non tenetur, vbi ex hoc ſibi vel ſuis graue ſcandalũ ſeu infamia veriſimiliter oriatur. Propterea ſi quis ex falſa accuſatione, vel teſtificatione fecit aliquem perdere pecuniam, ſiue agrum, & non habet bona vnde ſatisfacere poſſit: nec per cõtrariam teſtificationẽ poteſt illi reddere ſua, quin apertè ſubeat periculum magnũ: aut quin inde graue ſcandalum paucorũ vel plurium ſubſequatur, nõ mortaliter peccat hoc non faciẽdo. Solum D enim plene doleat de commiſſo: & inſuper de hoc, ꝙ non habet facultatẽ idoneam ad reſtituendum, & firmiter proponat ſatisfacere, ſi vnquã poſſibile erit. Idem quoq; iudiciũ eſt de eo, qui nõ poteſt reſtituere omnia ſine notabili periculo proſtitutionis filiarũ ſuarũ, aut euagationis latrocinię filiorum omnibus circũſtantijs morigerationis eorũ diligentius cõpenſatis. Talis. n. iudicio & moderamine ſapientis, & boni viri põt aliquid cũ dolore animi retinere. Sed talis caſus non eſt populis prædicandus, ſed in conſilijs dandis ſæpe neceſſarius eſt, & cum multa diſcretione prædicari debet.

*Quòd rem temporalem homo ſatisfacere non tenetur ſi ex eo ipſe, vel ſui veriſimiliter incurrunt mortem, vel corporis notabilem læſionem.* Cap. 2. E

Secundo iuxta præfatam regulam, in caſu homo ſatisfacere non tenetur rem temporalem, quando ipſe vel ſui ex hoc veriſimiliter incurrerent mortem, vel corporis notabilem læſionem. Verbi gratia: Pone quòd ſi debitor ſatisfaciet, fame peribit: Et fortè idem contingeret in creditore, niſi ſibi reddatur ſuum. Quid igitur faciendum? Diſtinguendum eſt, ſecun- F dum Richar. & Sco. vbi ſupra, quia ad extremam neceſſitatem aut prius deuenit debitor, aut ad extremam neceſſitatem prius deuenit creditor, aut ſimul deueniunt vterque. Primo ſi ad extremam neceſſitatem prius deuenit debitor, & creditor habet aliqua citra extremam neceſſitatem: tunc res illa ſit debitoris iure poli, quo iure ad prouidendum ſuſtentationi naturæ in extrema neceſſitate detentis via omnibus eſt conceſſa: nam extrema neceſſitas omnia cõmunia facit. ff. de lege Rhod. l. 2. §. cum in eadẽ, in tex. & glo. Et iterum ad hoc ext. de verb. ſigni. exijt qui ſeminat. lib. 6. Nec etiã rẽ il- G lam tenetur debitor reddere creditori, durante illa neceſſitate extrema, etiã ſi creditor ad eandem neceſſitatẽ deueniret interim, quia ceſſauit dñium eius in re illa, & facta eſt debitoris iure poli. Secundo ſi ad extremã neceſſitatẽ creditor deuenit, prius debet ei duplici iure reddi. Primo, quia a natura erat ſuum: Secundo, quia iam ex neceſſitate iſta iterum factum eſt ſuum: Tertio autẽ, ſi ad extremam neceſſitatem ambo & debitor & creditor deuenerunt: tũc creditori reſtitui debet, quia nũquam cecidit a dñio rei ſuæ.

*Quotuplici iure põt reddi alienum ſublatũ.*

Si autem obijcias, ꝙ quili- H bet magis ſe diligere debet, quàm proximũ ſuum, & per conſequens magis vitam corporalẽ propriã, quàm proximi ſui: & conſequenter rem iſtã ſimpliciter neceſſariã ſibi potius retinere, quàm proximo dare. Dicẽdum, ꝙ quilibet magis debet vitam ſuã diligere ordinatè, ſicut dirigibilis eſt ad vitã æternã: & ita magis conſeruationẽ vitæ ſuę iuſtã, quàm conſeruationem iuſtam proximi ſui: non tamen magis diligere debet vitæ ſuæ cõſeruationem iniuſtã, q̃ conſeruationẽ vitæ proximi iuſtã. Sic enim debet magis latro ſuſpendiũ ſuſtinere, quàm vt euadat occidere ſuſpendentem. Ratio eſt, quia

A

dilectio corporalis vitæ cuſtoditę iniuſte nō eſt ordinata dilectio: quia non eſt ad dilectionem animæ, nec Dei. Iſtius autem debitoris in vltimo caſu in re aliena cuſtoditio vitæ eſt iniuſta: Et cum hoc etiam eſt homicida, quia iniuſte occidit alium, cum ſubtrahit ei neceſſarium, quod ei debetur. Hæc Sco. vbi ſupra.

B

*Quòd non tenetur homo reſtituere rem temporalem, ſi veriſimiliter ipſe, vel ſui incurrunt mortalem culpam: vbi declaratur quid conſulendum ſit mulieri filium ſibi de adulterio generanti, vel partum alienum ſupponenti. Cap. 3.*

TErtio quoq; ſecundum regulam datam homo rem temporalem ſatisfacere non tenetur, ſi ex hoc veriſimiliter incurreret ipſe vel ſui damnum ſpirituale. i. mortalem culpam: quæ quidem ex inuolutione multorum periculorū quaſi ſemper euenire ſolet: ſicut verbi gratia, ſæpe cōtingit de vxore, cuius adulterinus filius de bonis mariti nutritur & hæreditatur: Cui conſuli nequaquam debet, quod id reuelet marito ſuo: immo potius inhiberi poteſt. Et hoc propter ſeptem pericula a Doctoribus aſſignata. Primo propter periculum infamiæ, ſecundo propter periculum ſcandali, tertio propter periculum mortis, quarto propter periculū improbabilitatis, quinto propter periculum maioris confuſionis mariti, ſexto propter periculum maioris damni eius, ſeptimo propter periculum ruboris legitimæ prolis.

*Si mulier nouit concepiſſe filiū ex adulterio, an debeat reuelare viro ſuo, & qđ nō tenet Scotus ī 4. & vide pericula ſeptē q̄ hic ex cōi cōſenſu Docto. aſſignant.*

*Infamia diſcrimē.*

Primo propter periculum infamiæ, ſ. mulieris: quia hoc taliter reuelando, cum eſſet antea bonæ famæ ſeipſam peſſimè ac turpiſſimè diffamaret: quod quidē magnum eſt periculum mulieri. Nā, ſecundum quod Prouerb. 22. c. ſcriptū eſt, melius eſt nomen bonū, quàm diuitiæ multæ: licet intelligatur de viris: tamen turpius & periculoſius inhoneſtatis infamia mulieribus ingerit notam.

*Scādalū.*

D

Secundo propter periculum ſcandali. ſcilicet viri & conſanguineorum, atq; amicorum eius, ſi illis hoc innoteſceret malum. Nam non ſolum apud ſe turbarentur ex eo, ſed vix ex tūc poſſent cum ea amicitiam & pacem, ac concordem ſocietatem habere: immo fortè maritus dimitteret eam, & non valentes forſitan continere, vterq; adulterium perpetraret, & ſic innumerabilia & irrecuperabilia inter eos orirentur mala.

E

*Pericu. mortis.*

Tertio propter periculum mortis. ſ. & vxoris & ſpuriæ prolis, atque adulteri ſui. Nam probabiliter timere poſſet, ꝙ occideretur a viro, ſiue ab aliquo propinquo eius, ſiue amico: immo etiam contingere poſſet, ꝙ eius maritus ſeu quicūq; alius, dum occidere quęreret alium, necaretur. Propterea, ſm Sco. vbi ſup. concurrentibus tribus prædictis periculis, quæ videntur probabilia & in pluribus euentura, non debet talis mulier ſuo coniugi reuelare, & propter bonum incertum reſtituendæ hæreditatis talibus periculis ſe exponere manifeſtè.

*Improbabilita.*

F

Quarto propter periculum improbabilitatis: nam nec vir, nec filius, nec etiā publicus iudex mulieri hoc reuelanti credere obligatur, niſi probet dictum ſuum per infallibilia ſigna, aut per violentas probationes, ſiue per idoneos teſtes. Nā ex ſolo eius dicto non poteſt exhæredare talem filium ſuum, maximè in terris, in quibus primogeniti ex conſuetudine in toto, vel in parte in hæreditate ſuccedunt. Inſuper, ſm Sco. vbi ſupra, in talibus terris, ſi pater crederet in hoc vxori ſuæ, nō poſſet tamen a ſpurio auferre hæreditatem, niſi in publico foro eū probaret talem: & tunc oporteret mulierē non tātum apud maritum, ſed apud totam patriam diffamari.

*Confuſio mariti.*

G

Quinto propter periculum maioris cōfuſionis mariti. Valde ignominioſum eſt viro, ꝙ ſibi vel alteri reueletur, vxorem eius prolem de adulterio concepiſſe: vnde longè honeſtius & honorificentius, ac glorioſius ei eſt, ꝙ hoc omnino cęletur etiam ſibijpſi.

*Periculi maioris damni.*

Sexto propter periculum maioris damni ipſius mariti, qui longè amplius dānificatur in iſto, quàm in nutriendo & hæreditando filium non ſuum, quem extimat eſſe ſuum. Conſtat enim, ꝙ huiuſmodi extimatio paternitatis & filiationis, maior & propinquior cauſa eſt colligationis & amicitiæ, aut complacentiæ & gaudentię patris ad filium & econuerſo, quàm ſit ſola corporalis generationis virtus abſq; tali extimatione: nā tali extimatione omnino amota: ſic per omnia ſe habet pater ad filium ſuum, ſicut ad extraneū & ecōuerſo.

H

Dētur deniq; duo viri, quorum vnus firmiter credat, atq; credatur eſſe pater dicti filij & non eſt: alter vero nō credat, nec credatur, & tamen eſt: Nunc quæritur, quis illorum duorū plus boni & gaudij & præſidentiæ, ac iuris habebit in præfato filio? Et indubitanter veraciter experimur, ꝙ incomparabiliter plus habet putatiuus pater, quàm verus: nam & filius etiam ſm Deum nō tenetur obedire ac filiationis reuerentiam exhibere



A

bere patri vero, ſed putatiuo. Neq; inſuper pater verus filium talem diligere obligatur, nec eum habere pro filio ſuo: putatiuus aūt ad huiuſmodi obligatur. Vides igitur, quātum bonum vxor reuelās proprium crimē auferret putatiuo patri: vtiq; ferè tantum quantum ſi auferret ſibi verū filium, & pro vero filio reputatum.

*Ruboris diſcrimē.*

Septimo propter ruboris periculum legitimæ prolis. Multum nempe illi ex hoc detraheretur, cū infamia matris plurimum vergat in infamiam prolis. Sed circa hoc etiam quæri poteſt, ſi vnquam marito, vel alijs extra confeſſionem debeat mulier reuelare? Dicendum ꝙ ſic, ſi hæc tria concurrant ſimul.

B

Primo, ſi apud maritū, & alios primo ſuper hoc grauis & fortis ſuſpicio impreſſa eſſet & occaſio taliter ſuſpicandi. Secundo, ſi ex certis & ſufficientibus cauſis poteſt & debet vehementer & valde probabiliter credi, ꝙ nihil de primis tribus periculis ſupradictis, hic ſubſequeretur aut creſceret, ſed potius minueretur. Tertio, ſi firmiter præſumatur, ꝙ filius bonis mariti voluntariè cedet. His autem tribus concurrentibus reuelare deberet & poſſet: ſed vix iſta cōcurrunt, & rariſſimè præſumendum eſt, ꝙ concurrant.

C

Inſuper dici poſſet, ſm Vuil. ꝙ etiam reuelare poteſt, ſi non timet maritum vel aliud imminere periculum. Sunt vtiq; quidā viri ſcienter vxorum adulterium ſuſtinētes, vel etiā conſentientes: immo quandoq; ad hoc vxores ſuas arctantes: vel quia proprios filios non poſſunt habere, vel alia quacunq; pudenda occaſione. Sed nunquid mulier talis debet reuelare crimen ſuum filio ſpurio, & inducere eū ad dimittendū hęreditatem vero hæredi? Ad hoc dicēdum, ſm Sco. vbi ſupra, ꝙ aut filius crederet matri, aut non. Si autem crederet, non tamē probabile eſt, ꝙ propter hoc dimitteret dictam hęreditatem: nam paucos reperire cōtingit, qui ita

D

perfecti ſint, ꝙ propter conſeruandam conſcientiā in foro Dei dimittant magnas poſſeſſiones, quas retinere poſſunt iure exteriori & velint ſpurij reputari. Nec hoc mater præſumere poteſt, niſi antea multum fuiſſet experta de bona voluntate filij ſui: non igitur debet ſe exponere certo periculo diffamationis apud filium propter incertam correptionem illius. Si vero non crederet, tunc ſequeretur inde duplex malum. Primum, quia ipſa diffamatur: ſecundum, quia ab eo hæreditas ſicut antea poſſideretur. Si quis obſtet, ꝙ tali filio debeat reuelari, ne fortè ignoranter copularetur per

E

matrimonium ſorori ſuæ, aut alteri ſuæ propinquæ, ſeu alia faceret, quæ a iure ſpurijs prohibita ſunt. Dicendum, ꝙ talis ignorantia, dum perſeuerat, omnino excuſat, cum ſit ignorantia facti. Si quando tamen factū veniret ad lucem, tale matrimonium dirimendum eſſet. Si vero quæratur, an dato ꝙ talis filius ex verbis matris ſe ſpurium credat, teneatur ſatisfacere bona, quę habuit a marito matris, cæteris filijs, aut alijs hæredibus prædicti mariti? Dicendum, quòd ſi hoc indubitanter credit, & rationem id credendi habet, tenetur ſecundum Deum, nō tamē humano iure.

F

Si tamen nō habet ſufficientem cauſam, & rationem credendi, tunc reddere non tenetur, ex quo per ſe vel per alterum ſibi claret, ꝙ non habet ſufficientem, ſeu condignam rationem credendi.

*Quatuor ſigna reddūt ſuſpectam matrem.*

Sunt autem inter cætera quatuor ſigna, quæ reddunt ſuſpectam talem matrem, ita quòd hoc ei de facili non debet credi. Primum eſt amor, ſecundum eſt odium, tertium ſtultitia, quartum incertitudo. Primum eſt amor. id eſt, ſi prædiligit aliam prolem viri ſui. Secundum eſt odium: videlicet, ſi præſumitur ipſum vel eius vxorem odire. Tertium eſt ſtultitia: quia ſcilicet mulier fatua, ac leuis eſt, ſed pertinacis ſenſus.

G

Quartum eſt incertitudo: cum non conſtet ipſam eſſe, vel fuiſſe certam, quòd hunc concepit de adultero aut de viro: nō enim hoc cum omni poteſt ſemper adulteræ eſſe certum.

*Remediū triplex cōtra prædicta dari poteſt.*

Sed quod remedium debet tali mulieri exhiberi? Dicendum quòd ei, ſecūdum Sco. vbi ſupra, triplex remedium dari poteſt. Primum eſt, quòd inducat filium intrare religionem: & tamen talem, ꝙ poſſit profeſſionem ſuam ſeruare, ne ſcilicet incidat in Scillam cupiens vitare Charibdim. Secundum eſt, quòd clericus fiat, vnde valeat tamen ſecundum Deum eccleſiaſtica beneficia acceptare: & his quaſi ſufficientibus merito iam contentus dimittat

H

hæreditatem alteri fratri laico in ſæculo remanenti. Si tamen per nullam perſuaſionem honeſtam cor talis filij mater flectere poteſt, vt hæreditatem dimittat: non videtur, quòd ſe debeat prodere illi: cum certa non ſit, quòd talis ab ea imperſuaſibilis in alijs tam licitis & honeſtis flecteretur ex illo, immo fortè tenacius retineret, ne ſpurius putaretur, cum talem notam multum caueant malè nati.

*Remediū tertium.*

Tunc demum tertium remedium eſt addendum, ſcilicet quòd ſaluo iure humano, & abſque infamia ſua poteſt & debet de ſua dote, & cęteris bonis &

A laboribus, ac ſudoribus ſuis indemnem facere virum & legitimam eius prolem. Obligatur enim ſatiſfacere viro de conſumptis ab illegitimo filio. Sed talis filius ſatisfacere non tenetur, quæ conſumpſit quādiu bonæ fidei fuit. De hæreditate autem mulier obligatur hæredibus viri ab inteſtato, vel hæredibus ſcriptis: vel quibus veriſimiliter creditur, quòd reliquiſſet hæreditatẽ, quod ſi neſcitur, debet pauperibus erogari. Tenetur inquam ſecundum correſpondentiam iuſtitiæ: non enim dico quòd teneatur ad reſtituendum æquiualens totius hæreditatis: quia ſicut ſuperius dictum eſt, B plurimũ quidem differt in habere & prope eſſe habere. Sed quia iſte legitimus hæres nunquam habuit hæreditatem, licet ſecundum iuſtitiam fuerit prope. Propterea minus, quàm æquiualens hæreditati ſibi ſufficit pro reſtitutione fienda: illud autem minus determinetur, ſecundum arbitrium boni viri. Videtur tamen, quòd ei debeat prouidere de victu ac veſtitu honeſto, ſi fuerit hæreditas pinguis vt ſufficere poſſit hęredi ad duplum, ſiue ad triplum iſtius. Quod ſi neque hoc etiam fieri poteſt, pro tunc non obligatur. Tenebitur tamen, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam. extra de ſolu. C c. Odoardus. Si vero talis mulier non habet vnde reſtituere poſſit: tunc ſicut in articulo ſequenti apparebit, ex impotentia excuſatur, ſi habeat ſatisfaciendi propoſitum, cum deuenerit ad pinguiorem fortunam. Inſuper attentè notandum eſt, quòd ea quę dicta ſunt de adultera quo ad reſtitutioné, eadem dicenda ſunt de adultero, ſecundum quoſdam. Cuius ratio eſſe poteſt, quia ad prædicta damna cum adultera præfata dedit cauſam efficacem, quam qui dat, ſemper reſtituere obligatur, ſicut in ſermone 34. in principio patet de ſupponente ſibi alienum partum. Idem dicunt Doctores D de adultera, quæ filium de adulterio generauit: nam vbi talia pericula euenire contingit, prædicta remedia adhibenda ſunt, & iuxta ſuperius dicta, reſtitutio eſt facienda. Nec eſt tali mulieri pœnitentia deneganda, ſed debita ſatisfactio iniungenda: ſicut nec etiam prædictæ mulieri filium de adulterio generanti. de pę. & remiſ. officij. In quo capitulo mulier ſupponens alienum partum, in hoc ſociatur cum muliere filium de adulterio generante.

## ARTICVLVS TERTIVS. E

*De varia difficultate reſtituendi.*

TErtia autem regula pro tertio articulo iſta eſt, quòd ad impoſſibile nemo tenetur. Poſſumus tamen diſtinguere triplicem impoſsibilitatem. Prima eſt vera, ſecunda eſt imperfecta; tertia vero eſt ficta, ſeu falſa.

*Impoſsibilitas reſtituendi triplex.*

*Quòd omnimoda impoſſibilitas reſtituendi hominem omnino excuſat. Cap. 1.*

F PRrima impoſsibilitas ſatisfaciendi eſt vera: quia verè nullo modo homo ſatisfacere poteſt, ſcilicet rem ſpiritualem, ſeu corporalem, ſiue temporalem. Vbi aduertendum eſt, quòd omnimoda impoſsibilitas reſtituendi hominem ſimpliciter excuſat, iuxta illud, quod extra de ſolu. cap. Odoardus. & de reſtitu. ſpolia. c. 2. ſcriptum eſt: Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excuſat. Tamen requiritur de neceſsitate ſalutis, quòd homo habeat plenum & firmum propoſitum de reddendo, ſi poſſet, & ſtatim cum poſſet. 14. q. 6. ſi res. C. de ceſsi. bo. l. 1.

*Prima impoſsibilitas reſtituendi.*

G

*Ad quid obligatur, qui vſque ad quoddam tempus reſtituere non poteſt. Cap. 2*

SEcunda vero impoſsibilitas dicitur imperfecta. ſ. quando ad tempus homini prædicta tria, ſeu aliquod eorundem reſtituere impoſsibile eſt. Et talis impoſsibilitas ad tempus excuſat, ſcilicet cum præfato propoſito reſtituendi ſtatim cum poſsibile erit. Et ſic intelligenda ſunt, quæ dicuntur, ſupra ſermone 38. articu. 1. cap. 3. & infra ſermone 40. art. 2. c. 1. H

*Secunda impoſsibilitas.*

*De his, qui in ſatisfaciendo licet poſſint plene non reſtituunt aliena: tamen ſecundum varios gradus, aliqua reſtituendo miſericordiæ diuinæ appropinquant. Cap. 3.*

TErtia autem impoſsibilitas ficta, ſeu falſa merito nominatur, eo ꝙ homo ex inordinata affectione ad temporalia bona fictè, ſeu falſè iudicat non poſſe ſatisfacere id, quod poteſt, & quantũ pōt. Tales



A Tales ſemper in ſtatu perditionis manent, dum non reſtituunt iuxta poſſibilitatem ſuam, niſi habeant illam licẽtiam primam, de qua dictum eſt ſupra in ſermone 38. articu. 1. c. 3. Tamen ne tales in baratrum deſperationis ſe demergant, moralis ſimilitudo notanda eſt. Quia enim in tali hominum genere diuerſi ſunt gradus huius cæcitatis, ac per conſequens grauioris periculi vnius, quàm alterius eſt ſtatus, ad grauiora diſcrimina euitandum poſſunt tales aſſimilari quinque hominibus tranſeuntibus in nauicula magnum & ſolitarium, rapidum ac periculoſum flumen. Dumque improuidè ęque inconſideratè tranſeunt illud, ſubito caſu nauicula in fluuium reuoluta eſt, & ipſi omnes pariter in aqua ſubmerſi ſunt: Inter eos autem vnus natandi ſcientia gnarus, ad ripam veniens, euadit periculum mortis, totuſq; madefactus egreditur flumen. Secundus vero ignorans natandi artem, dum ducitur impetu aquæ applicat ſe arido ligno, quod in flumine caſu reperit. Ibique clamans nullumque conſpiciens, auxilium cęlitus præſtolatur: interim tranſit quidam fortuito caſu & nauicula liberat eum. C Tertius vero fluminis impetu tractus, nunc in aquam deſcendés, nunc vero reaſcendens, difficillimè ramuſculo arboris tandem applicare ſe putans petit liberatorem dari: & magnis clamoribus poſtulans & expectans, interim caſu quidam tranſiens inde audito clamore currit & longam lanceam inde porrigens ad litus eum attrahit liberatum. Quartus inſuper a flumine raptus longoq; ſpatio ductus & iam quaſi neci propinquus, rubo natura ſe iuuante adhæret ſæpe ſæpius fluctibus ſubmergendus: Tandem caſu inde tranſeunte cum canibus ouium multarum D paſtore, ex latratu canum & murmure atq; lamentis demerſi hominis didicit ipſe paſtor hominem demerſum in fluuium iam morti propinquum: ſtatimque ad illum proiecto fune, & illo ſe ei applicante: ſubmerſum trahit liberatum ad ripam ſeminecem, & aquæ nimietate plenum, ac modis omnibus, quibus valet, in eo valetudinem reparare contendit. Quintus vero omni auxilio deſtitutus ſuperatus ab impetu aquæ violenta morte necatur. Hi omnes diuerſos indicant ſtatus hominum valentium, ſed non ad plenum volentium reſtituere aliena. Quidam autem annuatim reſtituunt bonam partem: quidam vero minorem: alij autem adhuc minorem: E iterum alij minimam portionem. Quidam vero nihil reſtituere volunt. Hi nempe vltimi tanquam deſperati viuentes nullum ſibi remedium pro mortis hora relinquunt: Vnde diuino ſuper eos iudicio irruente, palam coram oculis omnium in hora mortis manifeſta ſigna oſtendunt ad incendia ſempiterna ſe damnatos. Quatuor vero præcedentes illos oſtendunt, qui & ſi plenè non reſtituunt, quæ de neceſſitate ſalutis tenentur: tamen quanto amplius ſatisfaciendo aliquid debito iuſtitiæ appropinquant, tanto amplius diuinam miſericordiam eis ſe appropinquare demonſtrāt, F ſicut Iaco. 4. ſcriptum eſt. Appropinquante Deo, & ipſe appropinquabit vobis. Quod & vobis, & nobis concedere dignetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

*Simile.*

---

## FERIA SEXTA poſt iiij. Domin. in Quadrag.

*Cui homo reſtituere obligatur.* G

## Sermo XXXIX.

VOce magna clamauit, Lazare veni foras, Ioan. 10. c. Homo in alienis implicitus in retinendi duritie obſtinatus, de vſuris, rapinis & furtis multipliciter diffamatus, in Lazaro mortuo, manus & pedes inſtitis alligato, in ſepulchro lapideo tumulato, atq; olenti fętore quatriduano myſticè deſignatur. Cui clamore valido & lachrymis opus eſt, vt reſtituendo aliena per gratiam a morte culpæ reſurgat. Sed H quia ad talem reſurrectionem, nec homo ſine Deo, nec Deus ſine homine operatur: Ideo ex parte Dei donatur ad hoc veritas, quæ illuſtrat: charitas, quę inflammat: & poteſtas, quæ roborat animam peccatricem. veritas monſtratur in voce, charitas demõſtratur in magna: ſed poteſtas in clamore valido prædicatur. Ex parte autem peccatoris, vt a culpa reſurgat & reſtituat aliena, neceſſaria eſt ſocietas, ſcilicet cum voluntate Dei, viuacitas in propria anima, & nouitas in ſpirituali vita. Societas in Lazaro, qui interpretatur adiutus: viuacitas in veni: ſed nouitas in foras, ſpiritualiter demõſtratur: vt innuatur eſſe verum, quod ait Aurelius Auguſtinus: Qui creauit te ſine te, non ſaluabit

A ſaluabit te ſine te. Ad hanc reſurrectionem Deo irradiante, vt oſtendamus viam, quintam Religioſitatē declaremus ad pręſens, q̄ eſt, cui homo reſtituere obligatur: ne dādo cui non debet dari, hęc reſtitutio inanis fiat. Vt ergo clarius intelligatur, cui omne debitum, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè acquiſitum ſit, reſtitui debeat, tria in ipſo debito reſtituendo conſideranda ſunt. Primo ſcilicet titulus, ſecundo peccatum, tertio vero tēpus.

## Articvlvs Primvs.

### *De triplici titulo, quo omnia temporalia poſſidentur.*

B

PRimo nempe in debito reſtituendo conſiderandus eſt titulus. ſcilicet, quem habet Dominus in re ſibi, vel alteri reſtituenda: qui ēt poteſt tripliciter diſtingui. Nam dominiū rei quidam habent cum iuſto titulo, & recto: quidam cum iuſto titulo & non recto: quidam vero nec cum iuſto titulo, neque cum recto.

### *Quibus reſtitui debent res habitæ ab his, qui eas iuſto & recto titulo poſſident.* Cap. 1.

C

*Qui habent iuſtū titulū dominij.*

PRimo enim ſunt quidam, qui in rei dominio habent iuſtum titulum atque rectum, ſicut haberi ſolet in rebus iuſtè acquiſitis ab his, quibus reſtitui debent. De quibus triplex varietas, quæ eis contingere poteſt, conſideranda eſt. Nam in re, quæ reſtitui debet, aut ipſe verus eſt dominus, aut ſolum eſt diſpenſator, aut legitimus hæres. Primo ſi ipſe eſt verus dominus rei a quo res fuit habita vel ſublata, ſemper ſibi reſti-
D tui debet. 3. q. 1. reintegranda, & ferè per totam quæſtionem. & de homi. cap. ſicut dignum. §. eos. Et hoc, niſi iuſto bello, ſeu iuſto edicto imperiali, ſiue eccleſiaſtico ille, cui res eſt ſublata, iure rehabendi priuaretur ſimpliciter, vel ad tempus. Nam quando contingeret hoc, puta quando tanquam hæreticus condemnatus eſſet: poſſet ſolutio tunc differri ſimpliciter, vel ad tempus, extra de hære. excommunicamus. in §. ſi vero, & de homi. pro humani. li. 6. Ex hoc etiā ſequitur, quòd ſi fur ingreditur domum meam atque perſecutus fugit, & pallium ſuum dimittit: ratione ſui delicti priuatur iure ſuo, quia in damnum alterius veniebat.

*Caſus notabilis.*

E Et licet hoc non debeam retinere, tamen poſſum id pauperibus erogare, ſiue furem illum agnoſcam, ſiue non. Inſuper eſt notandum, quòd ſi dominus rei non habet ſenſum, & auctoritatem diſpenſandi res ſuas, tunc reſtitui debet tutori illius, aut cuicunque incumbit in hoc caſu gerere curam eius. Secundo autem ſi eſt ſolummodo diſpenſator, ſcilicet principalis, ſicut ſunt diſpenſatores hoſpitalium eccleſiaſticorum bonorum & aliarum piarum domorum & conſimiles: tunc ſi viuit, ſibi reſtitui debet, aut ſuo legitimo ſucceſſori. De prælatis autem notandum eſt, ſecūdum Alexan. Lom-
F bar. & Tho. 2. 2. q. 62. artic. 5. quòd poſſunt res Eccleſiæ ſurripere tribus modis. Primo, ſi prælatus ſurripit rem Eccleſiæ non ſibi, ſed alteri deputatam: vtputa ſi Epiſcopus ſibi rem capituli vſurparet, & tunc vtique planum eſt, quòd illam rem reſtituere debet, eam ponēdo in manus eorum, ad quos de iure pertinere videtur. Secundo modo, ſi perſona eccleſiaſtica rem Eccleſiæ ſuæ cuſtodiæ deputatam in alterius dominium transfert: puta conſanguinei vel amici, ſeu meretricis, mimi, vel hyſtrionis, vel conſimilium perſonarum. Et tunc ſi propter fauorē ſæculi aut propter peccatum, quod committit, ſeu propter carnalitatem hoc facit, mortaliter peccat. 86. diſt. donare. Et
G vltra hoc ſi proprium habet, æquipollentem rem in vtilitatem Eccleſiæ reſtituere debet, aut ſub ſua cura habere, vel alterius ſecurioris, vt peruenire poſſit ad ſucceſſorem. Hi autem, qui taliter acceperunt, omnino reſtituere obligantur. 14. quæſtio. 6. cap. 1. Et tenentur illa, tamen ſine ſcandalo dantis reſtituere ſucceſſori vel eius ſuperiori, qui expendat in vtilitatem Eccleſiæ. arg. 17. quæſtio. 4. ſi quis in atrio. extra de offi. ordi. cum vos. Sed aduertendum
H eſt, quòd ſi hi qui receperunt, reſtituunt ſciente eo, qui dedit: ipſe dans reſtituere amplius non tenetur. Si verò cauſa eleemoſynæ, ſeu ſuſtentationis naturæ eis tribuat, non peccat: quia vitium non eſt fouendum, ſed natura eſt ſuſtentanda: nec tunc reſtituere obligatur, dummodo ab eorum abſtineat culpis. 86. diſtinct. paſce. 12. quæſtio. 2. & ſi illi. & c. gloria. Et maximè licet hoc hoſpitalitatis cauſa, quando talis caſu fortuito ſuperuenire contingit, neque alias ad comedendum faciliter inueniret, arg. 42. di. quieſcamus. 11. quæſt. 3. quoniam multos. in fi. Idem dicendum, q̄ ſi erant bene meriti & honeſti viri, præſertim qui a iam

*Res Ec- cleſiæ ſunt ripitur modis.*



A iam Eccleſiæ ſeruitium impenderent defendendo, ſeu patrocinium in eam prętando, aut eleemoſynas conferendo, & hoc quia talibus tenetur Eccleſia ſignis gratuitis reſpondere. 12. quæſtio. 2. quicunque. & c. eccleſiaſticis. Tertio modo poteſt prælatus, ſeu eccleſiaſticus alius rem Eccleſiæ ſurripere animo ſolo, dum ſcilicet recipit animo poſſidendi rem illam vt ſuam, & non Eccleſiæ nomine, & ſufficit talem rem reſtituere animum deponendo. Tertio vero ſi eſt legitimus hæres, ſibi bona præcedentis domini reſtitui debent. 3. quæſtio. 1. c. reintegranda, & ferè per totam q. & extra de
B reſtitu. ſpolia. ferè per totum. Et ſecundum Ray. ſi hæredes ſunt plures, vnicuique ſecundum proportionē ſuæ hæreditariæ portionis reſtituenda ſunt. Si autem hæres in aliqua determinata quantitate conſtitutus ſit: puta in campo, vel in domo, & non plus: tunc reſtitutio non debet fieri hæredi, ſed illi vel illis, quibus teſtator reliquit diſpoſitionem bonorum ſuorum. Inſuper aduertendum eſt, quòd ſi defunctus in morte legauerit pauperibus, vel alijs pijs locis oīa bona ſua: tūc ſicut per virtutem teſtamenti prædictis pauperibus, ſeu alijs pijs locis, quibus legata ſunt, acquiritur ius in
C bonis ipſius defuncti præſentibus & paratis: ita quoq; illis acquiſitum eſt ius in his, quæ iure debentur ei quocunque iure: & ideo in hoc caſu perſonis, quibus omnia ſua legat, debet fieri reſtitutio.

### *Quibus debent reſtitui res habitæ ab his, qui illas poſſidebant iuſto titulo, ſed non recto.* Cap. 2.

*Qui ī domino habēt iuſtū titulū, ſed nō rectū.*

SEcundo ſunt quidam, qui in dominio rei habent iuſtum titulum, ſed non rectum, ſicut contingit in vſurario, qui in tantum ſuper acquiſita per vſuram habet titulum verum, inquantum ei voluntariè
D voluntate tamen coacta exhibita eſt: ſed propterea non habet rectum, quia ſatisfacere obligatur. Si igitur res quædam ab vſurario habita fuit dono ſeu quocunque alio modo lucratiuo, de quo vſurario conſtat, q̄ quicquid habet, eſt de vſuris, & quaſi totū eſt neceſſarium ad ſoluendum: tunc dicendum, quòd ſi id habitum eſt, quando ſatiſfacere potēs erat: & poſtea impotēs eſt effectus, nō tenetur recipiens ſatisfacere, quod recepit: quia cum vſurarius dedit, verus dominus erat, & ſine ipſa ſatisfacere potens erat: propterea non dedit ei recipiens ad
E non reſtituendum efficacem occaſionem: ſi autem impotens poſtea factus eſt, non eſt culpa recipientis. Idem quoque de dotibus mulieribus aſſignatis, cum tali diſtinctione dicendum eſt, & intelligi habet de talibus dotibus, vt ſuperius dictum eſt, 35. ſermo. artic. 3. cap. 3. Si autem tale datum reſtituendū eſt, reſtitui debet eidem, niſi per ſuperiores iudices res illius eſſent reſtitutioni iam ſententialiter iudicatæ. Quidam tamen de rebus vſurarij diſtinxerunt dicentes, quòd ſi res habita per vſuram extat adhuc eadē ſpecie, atq; numero apud eum, cui ab vſurario tradita eſt: puta equus & ſimile: quia
F tūc nō debet eā reddere vſurario, ſed ei cuius illa res fuit, ſi illum nouit: ſi vero non eſt eadem numero, debet vſurario reddi. Huius opinionis ſunt hi, qui tenēt quòd in vſurario dominium non transfertur. Primę tamen ſententię potius adhęrendum puto: & hoc propter triplicem rationem, ſecundum quam vſura differt a rapina & furto. Primo ratione voluntarij, ſecundo ratione mutui, tertio ratione experimenti. Primo quidem ratione voluntarij. Nā quod in vſura accipitur vltra ſortem, nō eſt ſimpliciter violētum, nec per vim factum dn̄o rei: nec
G eſt omnino etiam voluntarium, ſed voluntarium mixtum. Non ſic aūt in rapina & furto: nam quod accipitur per violētiam, accipitur & contra voluntatē domini eius: propter quod iure poli equus furatus ſemper reſtituendus eſt idē numero in cuiuſcunq; manus tranſierit. Non ſic autē de equo habito per vſuram, quia ſufficit q̄ tantum precium eius reſtituatur. Secundo ratione mutui, quod quidē concurrit in contractu vſuræ: ſicut enim contingit in mutuo, quia neceſſe non eſt, quòd accipiens mutuum reddat mutuanti eadem numero, ſed ſufficit q̄ reſtituat æquiualens precio: ſic eodem modo videtur eſſe in excreſcentia, quæ ratione mutui contingere ſolet: quia neceſſe non
H eſt, quòd recipiens lucrum, idem numero reddat, ſed ſufficit, quòd reddat ęquiualens precio. Tertio ratione experimenti: quia ſi ille, a quo vſurarius rem habuit per vſurā, eam ſibi reacciperet ſola auctoritate propria, puniretur hodie tanquam fur, ſiue raptor, quod non fieret, ſi non transferretur dominium in vſura. Si tamen contrarium ius vel contraria conſuetudo eſſet in regione vel regno: tunc præfato vſurario nō eſt reſtituenda, ſed illi a quo habuit eam, ſi ſciretur vel inueſtigari poſſet. Si quis autem obiiciet, q̄ ſi vſurario reſtituatur, fortè nunquam

*Res vſurarij dupliciter cōſiderari poſſunt.*

A quam ſatisfaciet, ſed fortè eã dabit alijs ad vſuram, & ſic damnificabitur ille, qui ſoluit eam, & vſurario dabitur occaſio quædã delinquẽdi: & hoc modo ſequitur duplex malum. At ſi nõ vſurario reſtitueretur, ſed illi qui eam ſibi ſoluit: Tunc duplex inde ſequitur bonũ. Primũ, quia vſurarius erit ab illa reſtitutione alleuiatus & liberatus. Secundũ, quia ille qui prius vſurario ſoluit, erit de tali ſatisfactione iuſtiſſimè recreatus. Dicendũ, ꝙ ſi quis talẽ vſuram ſatisfaceret ei qui illam ſoluit & hoc cũ conſcientia & licentia vſurarij præfati, vt a tali ſatisfactione ſe noſceret liberatum prudẽter & charita-

*Ex reſtitutione vſurarij duplex oriẽ bonum.*

B tiuè pro vtroq; agere videtur iudicio meo: Tamẽ quia ſi non fieret cautè, fortè repeteret vſurarius præfatus pecuniam, ſeu rẽ ſuã in foro & iudicio ſęculari: Et ſic bis reſtituere cogeretur, qui incautè taliter reddidiſſet. Propterea vt tale periculum euitetur, põt talis reſtituens adire epiſcopũ, qui valet vſurarios ad reſtituendum arctare: & de licentia & obedientia ſua reſtituat id, quod habet his, qui damnificati ſunt ab vſurario. Et tunc ſi talis reſtituens ab vſurario de prædicto moleſtaretur coram iudice ſæculari, epiſcopus mandare poterit, ꝙ de hoc iudex ſe non intromittat, quia iam fecit negotiũ de

C hoc in foro ſuo, dum mandauit tali reſtituẽti reſtitutionẽ præfatã. Sed pone, ꝙ aliquis talem vſuram creditoribus reddiderit, non timens ab vſurario iterũ cogi: nunquid iterum reſtituere obligatur? Dicendum ꝙ nõ: quia quamuis eo inuito tamen vtiliter cauſam ſuam & etiã ſine ſua ratihabitione vſurarius de illa quantitate abſolutus eſt: & ſi non a culpa, quia non cõteritur de peccato. Prædicta autem de vſurario quo ad titulum eodem modo intelligẽda ſunt de quocũq;, qui ſm humana iura rationabiliter edita iuſtum titulum dominij habet in rebus, licèt non rectum: quamuis tantum vel amplius

D debeat inde alijs. Verbi gratia: quidã, cuius eſt quædam domus ſecundum rectam rationem, moleſtatur in iudicio pro illa domo a quodam qui prætendit ſe habere ius ſuper illam, tandem per allegata & probata in iudicio ipſe moleſtans recepit illam domum iuſto titulo, ſed non recto: quam ſecundum veritatem domus erat illius, qui eam ante poſſidebat: ſed quia in probationibus defecit, vel quia aliud impediens ſuperuenit: poſſidens amiſit in domo illa ius ſuum: demum locatur cuidam, qui de hoc veritatẽ nouit: Quæritur nũc, cui iſte ſecundum rectam conſcientiam de penſione tenebitur

*Caſus notabilis, & obſeruatione dignus.*

reſpondere? Dicendum ꝙ illi, qui iuſto titulo, licet non recto poſſidet eam. Ratio eſt quia ab eo iuſto titulo poſſidetur: licèt ſm conſcientiam rectam talis poſſidens hoc titulo domum, poſſeſſionem vel penſionem, non tantum, ſed ipſam domum reſtituere obligatur. Et ſic de conſimilibus dicendũ eſt. Hæc eſt ſententia Innoc. in c. ꝙ ſicut, extra de elec. De illo autem, qui iuſto titulo, ſed nõ recto acquiſiuit in iudicio domũ, vide in ſermone 34.c.3. ante medium, &c. E

*Quòd bona habita ab his, qui in eis non habent iuſtum titulum, nec rectum, non eis, ſed veris dominis reſtitui debent. Cap. 3.* F

TErtio autem ſunt quidam, qui in dominio rerum nec habent iuſtum titulũ, nec rectum: quia in eis non tranſfertur dominium. Sicut ſunt raptores & fures, ſimoniaci, & conſimiles, qui nullo iure in rebus titulum iuſtum, nec rectum dominium conſequuntur. Vnde res habitæ a prædictis non ſunt eis reſtituendæ, ſed vero illarum domino, cuius erant, excepta ſimonia: de qua dicetur in articulo ſequenti.c.3. in fi. qua excepta, ſecundum quoſdã, cuicunque illorum, ſiue furi, ſiue raptori, G homo reſtituat, minime liberatus eſt. Si autem vero domino reſtituatur per perſonã religioſam, vel aliam, cautè fieri debet ſuppreſſo nomine furis, ita ꝙ qui furtum fecerit, non intelligatur.

*Qui in domino nec iuſ. tituli habent, nec rectum.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Quibus reſtituenda ſunt, quæ cum peccato dantur ſiue accipiuntur.*

SEcundo autem in debito reſtituendo conſiderandum eſt peccatum, ſcilicet quod interuenire contingit in lucro. H Quod quidem, ſecundum Alexan. Lombar. tripliciter diſtingui poteſt. Nam res ipſa turpiter malè accipitur: aliquãdo cum culpa accipientis & non dantis: aliquando autem cum culpa dantis & non accipientis: aliquando cum culpa vtriuſque, ſcilicet dantis & accipientis, vt ſic triplex turpitudo dicatur. Et de hoc eſt textus in l.j. ff. de condictio. ob turp. cau.

Cui



A *Cui reſtitui debet res, quæ cum culpa, & turpitudine accipientis, & non dantis habita eſt. Cap. 1.*

PRimo enim res reſtituẽda aliquãdo accepta fuit cum culpa, & turpitudine accipientis, & non dantis, ſicut patet in rapina, furto, & vſura: & tunc reſtituenda eſt illi, cuius res fuit: quia non amiſit dominium ſuũ. Vnde 14. quæſtio. 5. ca. non ſanè. in fi. dictum eſt: Qui vero contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumnijs, oppreſ-

B ſionibus, inuaſionibus aliqua abſtulerunt, reddenda potius, quàm donanda cenſemus, Zachei publicani exemplo, qui dicit Lucę 19. Si quẽ defraudaui reddo quadruplum. Tamen quandoque contingere poſſet, quòd dans amittit dominium rei datæ: Propterea eam minime rehabere debet, nec tamen accipiens retinere poteſt. Et de hoc ſubdamus aliquos caſus. Primus eſt de illo, qui mutuat nummos cuidam cum pacto, quòd ille teneatur ire ad ſuum molendinum, ſiue furnum, aut ad ſcholas ſuas, & aliter non mutuaret. Talis enim, ſecundum Doct. vſuram com-

*Diuerſi caſus. Primus.*

C mittit, quia ex pecunia commodum ſuſcipit, & vtilitatem, quæ poteſt pecunia æſtimari. Non tamen dico de præmio, ꝙ talis mutuans conſequatur ex labore, ſed de commodo quod conſequitur, quia & molendinum, & ſcholæ, &c. maiorem habent concurſum, creditum, & ſequelam, quæ poſſunt, & debent pecunia æſtimari iudicio boni viri. Hoc ſentit Ioan. Andr. in regula, peccatum. extra, de reg. iuris. in 6. Si vero, cui tale reſtituendum reſtitui debet, quæratur? Dicendum, quòd debet pauperibus erogari. Ratio huius eſt, quia qui iuit ad molendinum, non contulit ali-

D quod lucrum intuitu mutui, quod non antea illi, ſeu alteri contuliſſet. Et ideo non poteſt ſe reputare grauatum, ac per conſequens nihil ſibi reſtitui debet: & ille, cuius eſt molendinum aliquod appreciabile commodum ratione mutui conſecutus eſt, quod tamen retinere non poteſt, propterea eſt in pias cauſas diſpenſandum. Secundus caſus eſt de vſurario mentali. Nam & illi, qui dedit mutuum principaliter propter lucrum mentalẽ vſuram commiſit. extra, de vſur. c. conſuluit. Propter quod ea, quæ exinde recepit, retinere nõ poteſt, quia contra Domini legem fecit, qui Lucæ c. 6.

*Secundus*

ait: Date mutuum, nihil inde ſperantes. Inſuper & ille, qui propter mutuum præmiũ dedit, rehabere non debet: quia id a ſe voluntarie abdicauit, propterea pauperibus erogandum eſt, ad hoc extra de homic. cap. ſicut dignum. & de vſur. cum tu. & in cap. non ſanè. 14.q.5. E

*Cui reſtituenda res eſt habita cum culpa, & turpitudine dantis, & non accipientis. Cap. 2.*

SEcundo vero reſtituenda eſt res, quando fuit accepta cum culpa, & turpitudine dantis, & non accipientis, puta F quia mala intentione dedit, tamen accipiens bona intentione accepit, ſicut ſæpe contingit de furibus, & raptoribus, & vſurarijs, qui ex vanitate, & pompa faciunt eleemoſynas, & conſtituunt, & dotant capellas, & conſimilia de impiè acquiſitis certa non ſatisfaciendo certis, &c. De huiuſmodi autem datis diſtinguendum eſt. Nam ſi id, quod extitit datum, fuit in poteſtate dantis, qui ſcilicet dans habens poteſtatem dandi dedit pro luxuria, vel alia cauſa impia: ſed accipiens recepit intentione bona: tunc recipiens retinere poteſt. G Si autem non: quia alienum dedit, vel id ſuper quo non habuit poteſtatem dandi, tunc reddendum eſt illi, cuius eſt, vel illi qui habet poteſtatem in eo, quod datum eſt. Qui autem ſint illi, qui donare non poſſunt, dictum eſt ſupra, ſermone 37. artic.3. cap.3. & ibi etiam videre potes, quibus tunc res reſtitui debet: Hoc ſemper intelligendo, quòd id ſine ſcandalo dantis fiat. Quòd autem taliter acceptum reddendum ſit, patet per Auguſt. in prædicto cap. non ſanè. 14.q.5. in fine. & ibidem in cap. forte. iterum dicit, forte aliquis cogitat, & dicit: Multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi: Non habeo pec- H catum, ſi illis abſtulero, & pauperibus dedero: vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero: ſed huiuſmodi cogitatio ei diaboli calliditate ſuggeritur. Nã ſi totum tribuat, quod abſtulerat, addit potius peccatum, quàm minuat. Et iterum in cap. nolite, Auguſt. de verbis Domini inquit: Nolite eleemoſinas facere de fęnore, & de vſuris. & in c. immolantis, Auguſti. idem iterum aſſeuerat.

*Res cui debet reſtitui acquiſita cũ turpitudine.*

Cui

A

## *Cui reſtitui debet res habita cum culpa, & turpitudine dantis, & accipientis.* Cap. 3.

TErtio autem reſtituenda eſt res aliquando accepta cum vtriuſque culpa, & turpitudine, ſcilicet dantis, & accipientis. Vnde regulariter tenendum eſt, quòd nulli ex impia cauſa aliquid danti, quod ab eo cui datur licite retineri non poteſt: debet id ipſi ſatisfieri, ſi ei cui dedit, impietas innoteſcat. Ratio huius eſt, quia ſua impietas reddit, & oſtendit ad id

B

eum indiſpoſitum, & indignum. Tale igitur datum cum vtriuſque culpa dupliciter contingere poteſt, aut ſine iniuria aliena, aut cum iniuria aliena. Primo autem acquiritur res cum vtriuſque culpa, ſed ſine iniuria aliena. Et de hoc ſubdamus aliquos caſus. Primus caſus eſt, cum iudex, ſeu aſſeſſor habens certum ſalarium vendit iuſtum iudicium, & teſtis verum teſtimonium: & ſic aliquid datur, quod non debet dari. Vnde Auguſt. 14. quæſtio. 5. cap. non ſane, ait: Non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium: illi enim inter vtranque partem ad examen exhibentur, iſti ex vna

*Varij caſus in re propoſita.*

C

parte conſiſtunt. Talis igitur iudex, vel teſtis, ſeu aſſeſſor, quicquid inde accepit, reſtituere obligatur: quia ratione ſui amiſit ius acquirendi dominium in tali dato, ſicut oſtendit Auguſt. in prædicto cap. non ſane. ar. etiam de hoc, extra, de vita, & honeſtate cler. cum ab omni. Sed alij inferiores officiales, puta nuncij, ſeu miſſi & huiuſmodi, ſiquidem extorqueant iuxta morem illius terræ, vtputa denarium, ſeu obolum, vel aliud certum quid per moderatam improbitatem, ad reſtitutionem non obligantur, niſi certum recipiant ſalarium. 23. quæſtio. 1. militare. Sed debent illa pau-

D

peribus erogare, vt in prædicto cap. non ſanè. Hoc autem notat Ioan. Andr. & Archidiac. in illo cap. non ſanè. 11. quæſtio. 3. qui recte. & Innocen. extra, de immun. eccleſ. quia plerique. inſuper & Ray. & Hoſtien. in ſummis eorum. Sed quibus ſatiſfacere debet iudex prædictus, ſeu aſſeſſor? Dicendum, ſecundum Alexand. Lombar. quòd aut dans illa dat cum bona intentione: vt ſcilicet ius ſibi, & æquitatem conſeruet: & tunc ipſi danti reddi poteſt. Aut eo animo dat, vt animum iudicis corrumpat, & ſibi inclinet: Et tunc ſicut dictum eſt, nec recipiens retinere poteſt, quia ratione delicti amiſit ius acquirẽdi dominium: nec etiam reſtituenda ſunt danti, qui quantum in ſe fuit, rem datam a ſe voluntarie abdicauit. Hinc in præfato ca. non ſane. Auguſt. de dante ait: Ille tamen ſolet male ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit, quoniam venale eſſe non debuit. Et ſubditur de recipiente circa ca. finem. Iſti facilius ea, quæ iſto modo acquiſierunt, tanquàm ſua pauperibus largiuntur, quàm eis a quibus accepta ſunt, tanquàm aliena reſtituantur. Ex quo pa-

E

tet, quòd hæc pauperibus debent dari, ſeu illi in cuius iniuriam data ſunt, ſi iniuſte ſit iudicatum. Secundus caſus eſt de his, qui pecuniam recipiunt ab accuſatis de crimine Poteſtati, ſeu ab alijs carceratis, antequàm contra eos ſententia proferatur: & Poteſtas ad eorum intercedentium preces liberat eos. De quo dicendum, quòd ſi tales accuſati, vel carcerati ſunt innocentes: Tunc etiam diſtinguendum, quia aut illi interceſſores ſunt officiales ſalariati a communitate, vel domino, & tunc non poſſunt recipere eam: ſed ſi receperint, tunc illis a quibus receperant reſtituere obligantur. Si

F

*De his pecuniam recipien. ab accuſatis.*

vero tales interceſſores non ſunt officiales ſalariati: tunc poſſunt tenere eam, nec ſatisfacere obligantur: immo ſi hęc cum charitate, & pietate fecerunt, merentur etiam apud Deum, quia obſeruant, quod Prouerb. 24. cap. præceptum eſt: Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes. Forte enim tales non poterant aliter adiuuari, cum haberent aduerſarios potentes, & diu in carceribus perſtitiſſent, & plura inſuper expendiſſent, ac multas alias vexationes fuiſſent paſſi: vnde ei & ſuam vexationem licebat redimere, & interceſſores pro ſuo labore commodum reportare. Inſuper tâ-

G

les interceſſores pro huiuſmodi dominis obligantur pro tali obligatione benigna. Si autem tales accuſati, & carcerati culpabiles ſunt, & merito condemnandi: tunc huiuſmodi interceſſores talem pecuniam retinere non poſſunt, ſed eſt pauperibus diſpenſanda: quia illi culpabiles iniuſte dederunt, & interceſſores turpiter acceperunt; & vltra hoc grauiſſimum peccatum ab eis perpetratum eſt, quia iuſtitiam impedientes, eam quodammodo perſequuntur. Tertius caſus eſt de his, qui recipiunt mutuum ſub vſuris: aut propter cauſam

H

*De his recipien. mutuum ſub vſu.*



A

malam, non quidem propter neceſſitatem, ſed vt ludant, luxurientur, & cætera ſimilia operentur: vel vt magis ditentur, aut nolentem mutuum dare ſub vſuris ex conſcientia, vel mundano rubore inducunt illum eis ſub vſuris mutuum dare. Ambobus iſtis concurrentibus, ſeu altero eorundem lucrum de mutuo iam acceptum non debet reſtitui eis, ſed pauperibus diſpenſari: & hoc, quando mutuanti innoteſcit taliter mutuum fuiſſe acceptum: quia vbi talia non aperte ſunt nota, lucrum de mutuo dantibus illud reſtitui debet. Ex hoc patere poteſt, quòd ſi mercator mutuum

B

ſuſcipit ſub vſura a vidua muliere, ſeu ab altero ciue, & eis innoteſcit, quia id accipit, vt amplius ditetur: aut innotuit eis, quòd rogati ab eo, atque precibus coarctati tale vſurarium mutuum conceſſerũt, qui aliter ad hoc minime diſpoſiti erant: Tunc habitum lucrum ab eo ex mutuo datum ei ſatisfacere non tenentur, ſed eſt pauperibus diſpenſandum, tum quia ambo turpitudinem operati ſunt, tum quia mercator dedit, quod potuit dare, tum quia eius impietas promeretur, & exigit id non ſibi reddi. Et tamen qui id recepit, reſtituere non poteſt, cum ſit vſura,

C

propterea eſt in pias cauſas cõuertendum: & ſic de ſimilibus caſibus dicendum eſt. Si autem plenius intelligere vis, quando ſit peccatum mutuum recipere ſub vſuris: & per conſequens, quando lucrum de mutuo ſit debitori, vel alteri reſtituendum: vide in ſermone 35. artic. 1. & cap. 1. Idem quoque dicendum eſt de dante aliquid alicui, vt faciat teſtimonium falſum, aut vt iniuſtam cauſam, ſeu aduocationem pro eo ducat, aut iniuſtum duellum faciat, ſeu iocum, vel bellum. Nil enim horum, vel conſimilium poteſt licite retineri, niſi retineatur propter aliquam cauſam iuſtam:

D

vtputa propter pauperiem propriam ſubleuandam: & hoc de licentia ſui confeſſoris. Neque tamen reddendum eſt danti, ſicut dictum eſt, ſed pauperibus erogandum, eo quòd cum vtriuſque culpa ſit datum. Secundo acquiritur cum dantis, & accipientis culpa res ipſa, atque cum iniuria aliena. Et tunc regulariter tenendum eſt, quòd quicquid in iniuriam, vel damnum alterius datur, & in cuius iniuriam datum eſt, reſtitui debet, ſicut oſtendunt multa iura inferius allegata. Poteſt tamen cum alterius iniuria aliquid tripliciter dari: videlicet aut cum iniuria vnius, aut cum iniuria plurium, aut cum iniuria alicuius eccleſiæ. Primo cum iniuria vnius: vtputa cum vxor committit adulteriũ propter pecuniam, debet ſecrete hæc mulier talem pecuniam reſtituere viro ſuo, cum etiam dotem perdat, & viro applicanda ſit. extra, de diuor. olim. Si etiam aliqua ſoluta mulier ſcienter recipiat pecuniam pro adulterio ab alterius marito: talis pecunia reſtitui debet vxori, in cuius iniuriam data eſt. Si vero & vir, & mulier ambo matrimonio ſunt aſtricti: & propter pecuniam in adulterium cadunt, qui pecuniam recipit illam compari ſuo

*Poteſt aliquid cum alterius iniuria dari.*

E

ſatisfacere obligatur: quia plus iniuriatur compari ſuo, quàm alieno, licet in hoc vterque iniuriam patiatur. Item ſi quis hominem pro pecunia occidit, talis pecunia hæredi interfecti reſtitui debet. Secundo autem recipitur cum iniuria plurium, ſicut contingere ſolet de officiali alicuius domini, ſeu communitatis, cui ſi certum ſalarium ſtatuatur pro adminiſtratione officij ſui, & contra ſtatuta domini, ſeu communitatis aliqua recipit, reſtituere debet ipſi domino, ſeu communitati, quia in eius iniuriam talis pecunia recepta eſt. Verbi gratia: Com-

F

*Caſus.*

G

munitas ipſa Senarum emit totum ciuitatis frumentum, ſtatuens perſonas, quæ ipſum frumentum vendant, ponens precium frumento, & ſalarium ipſi vendenti, modo vendens precium auget: Quæritur, cui tale lucrum reſtitui debet? Dicendum, quòd communitati Senarum, quæ rei venditæ domina eſt, cui & damnum & lucrum prouenire debet; & ille qui vendit, limitatum mandatum habet, vnde non poteſt tale lucrum ſibi retinere, nec aliter diſpenſare, ſed communitati reſtituere debet, a qua ſalarium habet pro ſuo labore: inſuper qui & ipſi communitati iniuriam facit. Nec eſt ſimile de ſenſali,

H

cui trado librum, vel veſtem meam ad vendendum pro decem libris: ipſe vero pro duodecim vendidit: datque mihi decem libras, pro ſe vero reliquas tenet. Differentia autem & ſimilitudo in his caſibus patet: quia vendens frumentum, merus nuncius eſt, & habet a domino limitatum mandatum non vendendi plus, vel minus, & hoc communiter iurat. Venditor vero veſtis limitatum a domino mandatum habet, non vendendi minus, quàm decem, vnde rem quaſi pro vendita habet. Propterea in toto intentionem domini

*Nota differentiã.*

A mini implet, qui dat rem pro precio ab ipſo poſito, & ſtatuto: ſed non habet mandatum, quòd non accipiat plus, ſi poteſt habere. Similiter ſi aliqui alliciant animum alicuius per fraudem, & commentum auaritia ducti, vt monaſterium intret, quamquam eius bona in iniuriam monaſterij ſint accepta. Tamen quia in hoc defraudantur hæredes, qui potiores erant poſt illum, ideo hæredibus debent reddi: & ſic intelligitur can. conſtituit. 20. quæſtio. 3. Tertio quoque contingere poteſt, quòd res accipitur cum iniuria eccleſiæ tantum, & non alterius: Et tunc
B diſtinguendum eſt: quia ſi pecunia data eſt pro ingreſſu monaſterij: & ille, qui dedit vult vitam mutare in melius, ſed non poteſt ſine auxilio pecuniæ, vel rei datæ: tunc debet reſtitui ei, qui ſimoniace dedit Abbati, vel Abbatiſſæ: & hoc vt ad monaſterium intrare poſſit, vt qui habet onus, habeat emolumentum. extra, de ſimo. cap. veniens. Si tamen talis vellet in ſeculo remanere, ſibi reſtitui non deberet, ſed in pias cauſas extra monaſterium illud diſpenſandum eſt. Si vero in eccleſiæ iniuriam data eſt, tunc illi eccleſiæ dari debet, in cuius iniuriam eſt rece-
C pta. extra, de ſimo. de hoc. vbi mandatur, pecuniam dari eccleſiæ ſimoniace receptam. Idem quoque probatur ibidem in cap. audiuimus. & cap. conſulere. item 17. quæſtio. 4. ſi quis in atrio. 27. quæſtio. 1. ſi quis rapuerit. Secundum autem quoſdam, qui accedunt ad infidelium ciuitates tempore guerræ, ſeu tempore treugæ cum mercibus prohibitis, quia peccauerunt cõtra Chriſtianam religionem: lucrum, quod inde habuerunt, reſtituere tenentur. Et ſecundum quoſdam, in pœnitentia iniungendum eſt eis, quòd id diſtribuant in ſubſidium eorum, qui inter infideles captiui
D ſunt, vel in ſubſidium eorum, qui pugnant pro fide: aut ipſimet impendant in ſubſidio eodem, ſi ad hoc idonei ſunt corporaliter laborare, ar. 17. quæſtio. 4. ſi quis matrici. Tamen ſecundum alios, hoc conſilium eſt, non præceptum, ſcilicet, quòd talia taliter diſpenſentur, licet reſtituere teneantur, ſ. tale lucrum conuertendo in pias cauſas.

*Quorundã opinio*

ARTICVLVS TERTIVS. E

*Quando res vni prius, quàm alteri reſtituenda eſt.*

TErtio vero in reſtituendo debito cõſiderandum eſt tempus. ſcilicet, quãdo prius vni, quàm alteri reſtituendum eſt. De quo ſunt tres regulæ declarandæ. Prima eſt de incertis, ſecunda vero de certis, tertia autem de ipſa prioritate temporis.

*Quòd prius certa, quàm incerta reſtitui debent. Cap. 1.* F

PRima regula eſt de incertis, quæ talis eſt. Prius, quàm reſtituantur incerta, reſtitui debent certa. Quod probari poteſt tripliciter. Primo ratione ſucceſſionis, ſecundo ratione obligationis, tertio ratione ſimilitudinis. Primo ratione ſucceſſionis: quia non ſuccedit pauperibus ipſe Chriſtus, niſi quando non reperiuntur perſonæ certæ, quibus reſtitui debeant certa, vt quaſi per ſubſtitutionem ſuccedere videatur: ac ſi diceret ipſe teſtator, facio meos hæ-
G redes tales, & tales: & ſi eos reperire non contingat, ſubſtituo mihi Chriſtum in pauperibus ſuis. Secundo ratione obligationis: quia pauperibus non tenentur hæredes, niſi vnica ratione: videlicet in foro Dei: ſed creditoribus certis tenentur triplici ratione, ſcilicet in foro Dei, & in foro mundi, quia hæredes poſſunt a creditoribus in iudicio conueniri. Tertio ratione ſimilitudinis. a ſimili enim conſidera de ipſo ſimplici voto, quod quidem non obligat quo ad Deum, ſicut id quod eſt ſolenne. Nam ſolenne votum non ſolum impedit matrimonium contrahendum, ſed
H etiam dirimit iam contractum: ſimplex autem votum ſolum impedit cõtrahendum, ſed non dirimit iam contractum. Et ratio huius eſt, quia in ſimplici voto vnum vinculum ſolum ligat, in ſolenni autem duplex: ſic in propoſito dici poteſt. Ex hoc autem colligi habet error, qui quotidie practicatur contra reſtituendas vſuras, ſeu rapinas. Ad cuius intelligentiam ponatur caſus, & detur vnus, q. decem millia habuit de vſuris, vel de rapinis: inter quæ quinque millia reperiuntur certa, & quinque millia incerta ſint, tamen in morte de bonis iſtius non

*Certa prius quàm incerta debent reſtitui, & ... eſt pars ſatisfactionis.*

*Votum ſolenne.*

*In voto ſimplici.*

*Caſus.*



A non inueniuntur, niſi tria millia, & ſic non ſufficiunt ad ſatisfaciendũ ſolummodo certa certis: tunc manifeſte apparet, quòd ſi quid pro ſatisfactione incertorum accipitur, vt pauperibus, ſeu in pias cauſas diſpenſetur, totũ noua rapina eſt, & eſt quodammodo facere raptorem Chriſtum in pauperibus ſuis. Propterea quicunque hoc intelligit, atque nouit, licet pauper ſit, vel pauperibus diſpẽſet, ſi quicquam inde accepit, & rapinam committit, & ſatisfacere obligatur his, qui debent habere certa, quod tamen contrarium quotidie intelligimus fieri: quia quod reſtitui debet certis perſonis,
B non poteſt pauperibus diſpenſari. extra, de homic. in c. ſicut dignum.

*Quòd male ablata prius, quàm alia debita reſtitui debent. Cap. 2.*

SEcunda regula eſt de certis, quæ ſecundũ Alex. Lombar. talis eſt. Male ablata certa, priuſquàm alia incerta reſtitui debent. Ad intellectum tamen regulæ huius notandum eſt, q; ſecundum triplicem voluntatem creditoris contingit debitorẽ habere ſubſtantiam eius. Prima eſt voluntas violentata, ſecunda cõditionata, tertia vero dicitur conformata. Prima autem voluntas concurrit in rapina, furto, & ſimilibus: ſecunda vero in vſura, tertia in reliquis cõtractibus iuſtis. Et ſecundum hunc triplicis voluntatis gradum homo varie prius, & poſterius reſtituere obligatur. Prima autẽ eſt voluntas violentata: hoc autẽ contingit, quando auferuntur homini ſua contra voluntatem ſuam, vt dixi, per rapinam, & furtum: propterea talia prius reſtituenda ſunt, quã vſura, & cætera debita alia. Quod propter tria contingit. Primo propter offenſionem, ſecundo propter expropriationem, tertio propter compulſionem. Primo
D inquam prius reſtitui debet certa rapina, & furtum, quàm vſura, & alia debita iuſta, & hoc propter offenſionem. Nam in eis maior infertur iniuria, quia illa penitus ſunt inuoluntaria: vſura vero in aliquo eſt voluntaria, ſcilicet voluntate conditionata: propter hoc de ſui natura minorem iniuriã in proximum ſapit. Alia vero debita ſine iniuria fiunt, quia voluntaria ſunt: Et ideo rapina, & furtũ prius reſtitui debent, quàm ipſa vſura, & alia debita licito modo contracta: ac eadẽ ratione prius rapina, quàm furtum reſtitui debet, quia etiam grauior in rapina, quàm in furto violentia, & iniuria

*Debitor habet ſubſtantiam creditoris ſecũdum triplicem voluntatem creditoris.*

E proximo irrogatur. Secũdo propter expropriationẽ: Nam in rapina, & furto, ſecundũ omnes Doctores, dominiũ non transfert: maxime ſi extãt habita illis modis. Et ideo talia nunq̃ ſunt taliter poſſidentis: in vſura vero, ſecundũ Doctores multos, dominiũ transferri videtur. Tertio propter compulſionem. Magis enim debitor cõpellitur, & arctatur a iure reſtituere, quę extorſit per rapinam & furtum, q̃ quæ habuit per vſurã: Nam ad reſtituendum vſuram compellitur diuino, & eccleſiaſtico iure: ſed ad reſtituẽdum rapinam, & furtum arctatur diuino, eccleſiaſtico, & humano, ſiue iure ciuili. Et
F inſuper aduertendum eſt, quòd ſi debitor non in ſolidum reſtitueret, quod extorſit per rapinam & furtum, & etiam quod habuit per vſuram, tenetur in ſolidum reſtituere prius, quod habuit per rapinã & furtum, quàm quòd habuit per vſuram. Et hoc maxime oſtenditur duplici ratione. Primo ratione voluntatis concurrentis, ſecundo ratione iuris coarctantis. Primo ratione voluntatis concurrentis. Nam ille, qui per vſuram ſpoliatus eſt, ſicut ſupra diximus, ſua voluntate ſpoliatus eſt: qui autem ſpoliatus eſt per furtum, atque rapinam, contra voluntatem ſuam dicitur ſpo-
G liatus. Sed reſtitutio illius, qui ſpoliatus eſt omnino contra voluntatem ſuam, impediri non debet per reſtitutionem illius, qui ſpoliatus eſt conſentiente voluntate ſua. Secundo ratione iuris coarctantis: aperte nempe conſpicimus, quòd a iure ciuili homo compellitur ad reſtitutionem in ſolidum rapinæ & furti, non obſtante, quòd per hoc talis non potens reddatur ad plene reſtituendum vſuras. Hæc eſt ſententia magiſtri Geral. de Senis, de Ordine Fratrum Eremitarum. Secundo autem voluntas dicitur conditionata, quæ cadit ſcilicet in vſura. In hac igitur, quia non ca-
H dit voluntas libera, ſed quadam conditione coarctata: ideo prius tenetur homo reſtituere, quæ habuit per vſurã, quàm quæ habuit per alios contractus voluntarie factos. Huius autem ratio eſt, ſecundum Alexan. Lombar. quia in reſtitutione debitorum ſolum iuſtitia obſeruatur: ſed in reſtitutione vſuræ, & quorumlibet male ablatorum non ſolum iuſtitia ſeruatur, ſed etiam iniuria Deo facta & proximo amouetur. propterea talis reſtitutio præferenda eſt. Si quandoque tamen contrariũ obſeruetur, quia & talia debita iuſta in ſatisfactione præponantur male ablatis: Aduertendum,

A tendum, quòd in duplici caſu hoc fieri poteſt. Primo ſcilicet, quando debita ſunt clara & manifeſta, & reſtitutiones vſuræ, & male ablatorum non ſic: ſed ſunt vtique inquirendæ, quia obſcuræ ſunt. Sed ſicut in præcedentibus patet, clarum ſemper præcedit obſcurum in humano iure. Secundo, quando res quæ debetur, determinata eſt: verbi gratia quinquaginta, vel centum, & male ablata reſtituenda non ſic ſunt determinata, ſed in iure determinatum indeterminatum pręcedit, in quantum huiuſmodi, ſicut etiã ex præcedentibus patet. Hic enim ordo, de quo nuper hic diximus, in reſtitutione multotiens nõ ſeruatur: quia nõ ſemper

B præponitur clarum, & determinatũ obſcuro & indeterminato: q̃a quod iuris eſt, a paucis obſeruatur. Tertia autem voluntas dicitur conformata, quia in licitis cõtractibus voluntas contrahentium inſimul conformatur: propterea habita cum tali voluntate poſt pręcedentia reſtitui debent. In reſtitutione autem talium aliqua prius reſtituenda ſunt: nam prius reſtitui debẽt quæcunque certa debita, quàm quæcunque ad pias cauſas relicta, atque donata. Cuius ratio eſt, quia donatio, & legatorum ad pias cauſas largitio, ſunt ex ſupererogationis cõ-

*Tertia uoluntas.*

C ſilio, vel ſunt forte bona incerta. Reſtitutio autem male ablatorum, ſeu aliorum debitorum certorum, ſunt ex obligationis præcepto: prius enim reſtitui debẽt ſecundum neceſſitatem præcepti, quàm quæ ſunt ſupererogationis conſilij. Huic ſententię cõcord. Archid. in c. non ſanè. 14.q.5. Hinc & Ray. ait, quòd ſi creditores, vel legatarij ſimul veniant ad hæredem, primo eſt creditoribus ſatisfaciendum: ſed ſi venerint ſeparatim, liberabitur hęres ſoluẽdo per ordinem cuilibet venienti, ſiue creditori, ſiue legatario, dum tamẽ nihil in dolo, vel fraude operetur. Veruntamen ſi legatarij præ-

D ueniunt creditores, & accipiunt, vel poſteriores creditores priores, & potiores in iure præueniunt creditores poſtmodum venientes, hæredem inquietare non debent, niſi de hæreditate remanſerit ei, vnde poſſit adhuc illis ſatisfacere, ſed habent tanquàm potiores ius ſuum ſaluum contra legatarios, qui primo acceperunt: ſimiliter & creditores antiquiores contra poſteriores, qui acceperant primo. Idem quoque ait Vuil. & addit, quòd ſi hæres credit, vel ſcit hæreditatem vltra debita non extendi, ſiue ex contractu, vel quaſi: ſeu ex maleficio, vel quaſi, nihil legatarijs debet dare. Si vero quantitatem debitorum neſcit, debet creditoribus ſatisfacere primo. Et ſi legatarij prius, vel ſimul cũ creditoribus legata petant, etiã creditoribus potioribus prius eſt

E fauendum. Si autem nihil de hæreditate remanet, ſolutis debitis legatarij non tenentur. Si vero hunc ordinem mutauerit hæres: primo. ſ. ſoluendo legatarijs, ſecũdo ſecundis creditoribus, priuſquàm prioribus in foro conſcientiæ minime liberatur, niſi hoc faciat ignoranter, reputans ſcilicet hæreditatem ſufficere ad omnia ſoluenda, vel neſciens hunc creditorem eſſe potiorem. His autem concordat etiam Hoſtien.

F

*Circa contractus licitos, cui homo prius reſtituere obligetur. Cap. 3.*

TErtia regula eſt de ipſa prioritate tẽporis, quę talis eſt. Quòd cæteris paribus, qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, vt in c. qui prior. extra, de reg. iu. in 6. Huius regulæ ratio eſt ex prioritate obligationis, & debiti, quamquam poſteriora debita in ſoluendo anterioribus, quãdoque præferuntur aut propter pignus a creditore habitum, aut propter actionem priuilegiatam, quod debetur ratione tute-

*Regula prioritatis declaratio.*

G læ, vel depoſiti prius ſoluendum eſt, quàm id quod debetur ex alijs actionibus nõ priuilegiatis: vbi autem ſunt priuilegia paria, ſcilicet perſonarum, vel actionum inſimul, & æqualiter ſatisfaciendum: niſi ex aliquo illorum probetur, ꝙ alteri præferendus ſit ſecundum legem pacti, ſeu ſcripti, vel vſus approbati. Hæc aũt notari ſolent. C. de bo. auct. iu. poſ. l. pro debito. Ad pleniorem aũt intellectum prædictorum ponatur talis caſus. Campſor quidam, qui cambij tenebat tapetum, rupit & aufugit, qui etiam mercator erat. Modo autem veniũt deponentes,

*Caſus.*

H & petunt depoſita: veniunt vendentes, & petunt venditos pannos, aut precia eorundem: veniũt hypothecarij, & petunt ſe pręferri: veniũt pro dotibus vxores, & nurus: veniunt alij ſimplices chyrographarij, oẽs iſti veniunt ſimul. Quæritur modo, quo ordine, & quibus prius ſatisfaciẽdum eſt? Dicendum eſt, ſecundũ Bal. de Peruſio in d. l. pro debito. ꝙ talis ordo ſeruandus ſit. Primo enim ſatisfacere debet dñis rerũ: verbi gratia, deponenti, ſi extat depoſitũ, vt ff. de priuil. cre. l. fi. & l. ventri. §. in bonis. eo. tit. Secundo ſatisfacit mercium vẽditori, ſi extẽt merces: hoc eſt ipſę merces ei reſtituãtur, tanquàm ſingulariter pro precio obligatæ.



A gatæ. Si autem plus valerent, id plus reddetur ad commodum aliorum creditorum, vt ff. de acti. empti. l. Iulianus. §. offerri. Si iſtæ merces non extant, ſed venditæ ſunt, & loco earum aliæ ſubrogatæ, nõ redduntur loco earum, quia nõ ſunt pro precio obligatæ, vt ff. de in rem verſo. l. quidã. vbi de hoc notabilis tex. Huius autẽ ratio aſſignatur; quia precium ex re illa redactum obligatum non erat: ergo nec etiam res, quæ emitur & habetur ex eo. Idem quoque in permutatione dicẽdum eſt: quia vbi ſpecies in obligatione eſt, nõ ſuccedit alia loco illius, vt notatur ff. de verb. ſig. l. Labeo. & C. de

B rei ven. l. mater. Tertio cæteris paribus præfertur vxor, quia hypothecam habere cẽſetur: ideo præfertur nedũ præcedẽtibus perſonalẽ obligationẽ, ſed etiã præcedentibus tacitã hypothecam habẽtibus. l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. Non tamẽ præfertur creditoribus anteriores, & expreſſas habentibus hypothecas. Fiſcus quoq; ſimile priuilegiũ habet cũ muliere. C. de priuil. fi. quãuis. de hoc etiã habetur extra de pigno. ex literis. in gl. quoniã mulier. Quarto poſt hypothecas veniunt deponentes, ſ. ſi non extat depoſitũ. ff. depoſi. l. ſi hominẽ. §. fi. Hoc aũt priuilegium depoſiti datur propter fre-

C quẽtiam contractuũ depoſitorũ: cum ſicut in l. prædicta patet, tali priuilegio non gaudẽt, q̃ ſub nomine depoſiti, vel colore mutuant ad vſuram: hypotheca aũt potior eſt, quia pertinet ad rẽ ipſam. ff. de pact. reſcriptum. Quinto veniũt ſimplices priuilegiati, i. habẽtes priuilegia perſonalia, non realia. Sexto & vltimo veniunt omnes chyrographarij pro rata, non obſtante prioritate contractuum, quia licitum eſt debitori propter cumulum creditorum facere deteriorẽ cauſam priorũ creditorum, nõ tamẽ dominiũ, neq; hypothecã, nec priuilegiũ habentium, vt ff. de ſeparati. l. 1. §. cõtrario. Et

D iſta eſt ratio, quare in chyrographarijs creditoribus non attẽditur tẽpus: quæ quidem ratio notanter mẽti recõmendanda eſt. Itẽ ſecundũ Ray. notandum eſt, ꝙ ante omnia hæres deducere põt expenſas, quas fecit in neceſſarias cauſas hæreditatis ſuæ, ſiue in funere, ſiue in teſtamẽto, vel inuentarij cõfectione, vel ſimilium. Et breuiter ſicut debitis totam hæreditatẽ exhauriẽtibus a lucro debet eſſe immunis, ita & etiã a grauamine: probatur hoc C. de iure deli. l. ſancimus. §. & ſi præfatam, & ver. ſequẽti. Idem dicunt Vuil. & Hoſtiẽ. Hæc breuiter de hac quinta Religioſitate ſunt dicta, vt quilibet

E ſufficienter noſcere poſſit, cui ſatisfacere debet, & cognitum valeat opere adimplere: Quod ex munere ſuo cuilibet veſtrum reſtituere obligato largiri dignetur miſericordiſſimus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

---

## SABBATO POST QVARTAM Dominicam in Quadrageſima.

*Quo loco, & quomodo, & quare aliena reſtituenda ſunt.*

## Sermo XL.

F

SI *ego iudico, meum iudicium verum eſt, quia ſolus non ſum,* Ioan. 8.c. Ardua quidem forte aliquibus videntur, quæ in materia præſenti dicta ſunt, atq; dicẽtur. Quod quidẽ in pleriſq; efficere ſolet difficultas virtutũ, & facilitas vitiorũ, quia facile eſt recipere, ſ. dñiũ: & difficile valde reſtituere aliena; & ad hoc mãmona iniquitatis operã ſuã pſtat. His ſiquidẽ, quib. hoc vr̃ difficile, ꝑ me rñdet veritas ipſe Chriſtus, qui ĩ verbis ꝓpoſitis ait: Si ego

G iudico, ĩ materia iſta; meũ iudiciũ verũ eſt, in talia iudicando: quia ſolus non ſum, ſed multitudo ſolẽniũ Doctorũ, atq; veracium eſt mecum. Vel, vt verius ego pro meipſo dicã, imitator ſum ego ſolẽniũ Doctorũ, a quibus (vt patet) & dicta, & dicẽda habita ſunt, atq; ꝑ eos, ſm̃ cõem opinionẽ, veritas Chriſti locuta eſt. Iuxta ergo præoſtenſum ordinẽ ad tres vltimas Religioſitates ſimul dirigamus ſermonem, de quibus vidẽdum eſt. Primo, quo loco res alienæ reſtituendæ ſunt: ſecundo, quomodo: tertio vero, quare, ſcilicet reſtitui debent.

### ARTICVLVS PRIMVS.

H *De loco, in quo res alienæ reſtituendæ ſunt.*

PRimo autem vidẽdum eſt, quo loco alienũ reſtitui debet. De quo triplex obſeruanda eſt diſcretio. Prima in precio, ſecunda in conſilio, tertia in incerto.

*Quid faciendum ſit, cum ille cui res reſtitui debet, longe diſtat. Cap. 1.*

PRima diſcretio obſeruanda eſt in precio, ſ. quod pro rei reſtitutione ponendum eſt. Circa quod eſt ſciendum, ꝙ ſi ille, cui res reſtitui debet,

*Quid faciendũ ſit in caſu, quãdo debet fieri reſtitutio.*

A debet, tantum diſtet ꝙ reddens plus expẽderet in faciendo rem deportari, ꝗ valeret: ita ꝙ res finaliter non perueniret ad illum, cui debetur:tunc non oportet eam mitti:& maxime ſi vnum, vel plura de his tribus cõcurrant. Primo, ſi res reddenda parui precij ſit:ſecũdo, ſi ꝑ viã licitã fuit habita, vel accepta:tertio, ſi debitor nõ fuit in culpa reddẽdi ſine mora. Sed ſi cõtra hęc tria, vel aliquod eorũ factũ ſit, aliter ſm diuerſitatẽ caſuũ dicendũ eſt. Si aũt ſm primũ modũ eſſe cõtingat, triplici remedio tuto reſtituens põt vti. Primũ eſt, ꝙ expectet perſona, cui res reſtitui debet, ſi qñ credatur haberi, vel B ſi ſpes eſt, ꝙ per nunciũ poſſit ei trãſmitti, etiã expectãdũ eſt. Secundũ remediũ eſt, ꝙ interim dũ expectatur prædictus, rẽ illã ſigillatã apud alium a ſe in aliquo loco tuto deponat: vtputa apud parentes, ſeu apud alios ſuos amicos reddendam illi, ſi venerit, aut remittendam, ſi ſine immoderatis ſumptibus ei trãſmitti poterit. Hoc autem pro tanto tutius eſt, pro quãto homo apud ſeipſum, & etiam apud proximũ ſuum certior ſit, ꝙ abſq; dolo, & fraude firmũ, & indilatum propoſitum habet ad id reddendũ: ita ꝙ quantũ eſt ex ſe, ſatisfaciendi nullatenus eſt in mora. Penſandæ ſunt tñ circunſtã C tiæ rei. Nã ſm Vuil. tã parua poſſet eẽ quãtitas illius rei reddẽdæ:& tam diues, & largus ille, cui reſtitui debet, ꝙ ei trãſmitti nõ oporteret, ſed pro illius anima pauperibus diſpenſanda. Tertium remediũ eſt, ꝙ quando multũ probabiliter creditur, creditorem nõ eſſe amodo redditurũ, nec de cætero eẽ amplius opportunitatẽ mittẽdi, ſeu reddẽdi: debet pauperib. diſpenſari pro ſalute ipſius, vt poſtꝗ non põt ſibi reddi bonũ temporale, reddatur ei iam conuerſum in ſpirituale. Et hoc ne reddẽs timeat, ꝙ ſi creditor ipſe rediret, poſſet in foro iudiciali ab ipſo id repetere, & rehabere. Si tamen creditor D propinquos habet, debet res illa ſatisfieri eiſdem, ſecundum Sco. quia præſumitur lege naturæ, ꝙ talis magis vellet reſtitutionem propinquis ſuis, quàm alijs fieri.

*Cuius conſilio mittens rem alienam ſtare debet, atque quas circunſtantias circa hoc penſare debet qui de talibus conſilium præſtat. Cap. 2.*

SEcunda diſcretio obſeruanda eſt in cõſilio. Nam ad cõſilium boni, & diſcreti viri ſtandum eſt de his tribus, quãtum ad præſens ſpectat. Primo, quis occurrẽtes expenſas in mittendo facere obligatur: E ſecundo quantitas. tertio vero ſi nullas. Primo inquam dans in hoc conſilium, penſare debet, quis in mittẽdo expenſas facere debeat. Nam fur & raptor, dum ſe abſentat a loco, & a perſona, a qua ſubſtãtiã rapuit, ipſe in culpa eſt: propterea ſuis expenſis, rem furto, vel rapina ſublatã, vel eius valorem trãſmittere obligat, arg. ex, de rap. c. 1. & c. ſuper eo. De vſurarijs aũt diſtinguendũ eſt: Nã ſi vſurarius ſe abſentauit a loco, in quo exercitauit vſuras, tunc ſuis ſumptibus vſuras illas trãſmittere obligatur creditoribus ſuis, ſecundũ Hoſtiẽ. & Ioã. And. in c. cum tu. extra, de vſu. Si vero tales creditores ſe F tranſtulerunt de loco, vbi ſoluerunt vſuras, ad habitandum in alio loco: tũc ſumptibus creditorum debent ad eos tales tranſmitti vſuræ:& ſic intelligitur glo. in ſupradi. c. cũ tu. Secundo penſare debet, quantas expẽſas teneat quis facere promittẽdo. Circa quod põderare, ac penſare dẽt, maxime hæc tria. Primo proportionẽ rei, ſecũdo quãtitatem futurarũ expẽſarũ, tertio probabilitatẽ occurrẽtiũ, ſeu veriſimiliũ periculorũ. In hoc tñ iudicio, qñ creditori differtur ſolutio rei ſuæ, ſemꝑ ꝑferre dẽt eius damnificationẽ, & incõmoditatẽ dãnificationi, & incõmoditati debitoris, quã ſecuturus eſt in faciẽ- G dis expẽſis. Tertio aũt talis cõſiliũ præſtans pẽſare debet, ſi nullæ expẽſæ in talibus faciẽdæ ſunt. Nã ſi ex cõmuni iure, ſeu priuato pacto nõ obligatur homo rẽ, vel cẽſum reddere, niſi in tali caſtro vel terra, tũc non tenetur id lõgius mittere ad ſuas expenſas.

*De loco, in quo incerta diſpenſari debent, & de triplici genere incertorum. Cap. 3.*

TErtia diſcretio obſeruanda eſt in incerto. Circa hoc quæri põt, an debita incerta quo ad perſonas, ſeu heredes H earum, non aũt quo ad loca ipſorũ, vnde fuerũt rapta, vel aliter habita, dẽant pauperibus dari, ſeu eccleſijs, aut monaſterijs, ſiue alijs pijs cauſis ſolũ in illis locis? Et dicendũ, ꝙ triplex põt eſſe incertũ. Primũ dr̃ cõmunale, ſecundũ criminale, tertiũ vero particulare. Primũ autẽ dicitur cõmunale: Nam ſi res captæ erãt cõmunitatis illius loci, quodãmodo ꝑſona ſcitur, quia talis cõitas gerit vicẽ quaſi perſonæ certæ. Ex hoc aũt patet, ꝙ falſificantes monetas, ſeu groſſiores nummos a debilioribus eligentes, vt eos fundant: aut plus fuſoribus, vel cam-

pſoribus



A pſoribus vendant, reipublicę ſatisfacere obligantur damnum, quod inde euenit ei. Si autem neſcitur, ꝙ inde cõitas ſit damnificata: pauperibus erogandum eſt pro cõi bono, aut diuino cultui mancipandũ. Tales autẽ falſarij dici poſſunt & tanꝗ falſarij puniendi ſunt.

*Secundũ.* Secundũ aũt incertum dr̃ criminale: quia ſi res raptæ ad ſingulos ſingulariter ſpectabãt & pertinebant ſic, ꝙ oẽs vel maior pars loci illius fuerunt dãnificati, ſicut in ſaccomãno totius ciuitatis, vel maioris partis & conſimiliũ, ſi nõ reperiãtur perſonę, quarũ res illę fuerũt, adhuc cõ B munitati reſtitui debẽt: nã cõitas cõſiſtit in toto vel in parte maiori: ac per talẽ diſcretum modum res iuſtius reſtitui põt.

*Tertium.* Tertiũ vero incertũ dr̃ particulare. Nã ſi tale incertũ ſic ad ſingulos ſpectabat, ꝙ reſtituendo cõitati, quaſi aut nihil aut modicũ ipſis ꝓdeſſe præſumit, aut eorum hæredibus: tũc licet ſit congruum dari pauperibus in pijs cauſis in loco illo pro ſalute illorum, non tamen eſt neceſſarium, vbi æquè bene, aut melius & certius dari poteſt alibi pro ſalute illorum, quin potius ſi alibi datur plus C aĩabus illorũ ꝓdeſt, melius eſt alibi ꝗ ĩ illi⁹ loco ꝓprio dare: licet quidam aliter dicãt.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De diſcreto atque prudenti modo aliena reſtituendi, vt ſine ſcandalo fiat.*

SEcundo autem conſiderandũ eſt, qũo reſtitui debeat alienum. Et quia angelus tenebrarum qñq; ſe transfigurat ĩ Angelum lucis: ideo prudenter agendum eſt hoc tam neceſſarium reſtitutionis bo- D num: quia non ſufficit bonum agere, niſi bene agatur. Igitur tres prudentiæ maximè neceſſariæ ſunt in modo reſtituendi. Prima in periculis, ſecunda in remedijs, tertia in indulgentijs.

*In modo reſtituẽdi tres prudẽtiæ adhibẽri debẽt.*

*Quid faciendum ſit, quando imminet aliquod periculum in aliena reſtituendo. Cap. 1.*

PRima prudentia vtendum eſt in periculis. Pro qua prudentia talis regula danda eſt, quod quãdocunq; debitũ non poteſt reddi dño, ipſo ſciente abſq; magno periculo: tunc ſufficit ꝙ ei reddat inſcio illo. Quę autem ſunt pericula illa, ſuperiori ſermo. 38. art. 2. patet. ſ. periculum infamiæ, grauis ſcã E dali plurium vel paucorum, aut mors corporalis, ſeu culpæ mortalis: quando ſcilicet vnum vel plura iſtorum periculorum immineret in reddendo: hoc tamẽ habet intelligi, ſecundum ea quæ dicta ſunt, ſup. ſermone 38. art. 3. cap. 2.

*De multiplici remedio, quo homo vti debet, vt in reſtituendo ſcandalum vitet. Cap. 2.*

SEcunda autem prudẽtia vtẽdum eſt in remedijs. Nã ſi reddendo prædicta quatuor pericula vitari non pñt, triplici remedio in reſtituendo homo vti põt. Primo F remedio põt vti. ſ. ſatisfacere per ſeipſum: videlicet ponẽdo in creditoris capſam vel domum caute & prudenter rẽ ſibi ablatã, vel tñ de ſuo quãtũ expoſtulat ſatisfactio iuſta: ita tamen ꝙ veriſimiliter credat, ꝙ nõ veniat ad alterius manus. Secũdo remedio vtendum eſt. ſ. ſatisfacere per intermediũ, ita tñ caute ꝙ creditor nõ ſciat debitorem, nec ẽt cauſam pro qua id ſibi reſtituat: talis autem intermedius põt eſſe cõfeſſor, ꝗa crimẽ eſt ſibi in confeſſione detectũ, ſi tñ eſt fidus. Nam ſi debitor illa reſtituẽda tradiderit alicui, de cuius fidelitate ꝑſumat, vt ea reſtituat creditoribus ſuis, & tñ ille non G reſtituit, ſed ſibi retinet illa: debitor talis non eſt abſolutus: nã dãnificatus ſemper remanet dñs rei ſibi ablatæ: propterea ſuũ eſt de ſua re ordinare, non aũt debitoris, qui rẽ abſtulerit: vnde tãdiu obligatio manet, ꝗdiu res nõ eſt reddita debitè damnũ paſſo. Hinc quidem multũ cauendũ eſt, ne tales reſtõnes incautè committant, ſed taliter prudẽter fiãt, ꝙ in talib⁹ debitor ſciat, ꝗd de illis agatur: hoc ſentit Geral. Odon.

*Remedio triplici vti poſſum⁹ in reſtituendo.*

H Hic autem notãter aduertendũ eſt, ꝙ ſi veriſimiliter ꝑſumeret ꝙ queſtores, ſeu portitores eleemoſynarum, ꝗ portant infirmis pauperibus hoſpitalis Sancti Antonij, vel alicuius alterius: tales eleemoſynas nõ redderent ꝑdictis pauperibus, quibus ſunt datę: tutius eſt ꝙ eleemoſynę per furtum vel aliã viã pauperib⁹ ꝑfatis ſublatæ & debitæ, per alios fideles nũcios trãſmittant: ꝗa ꝗſtores vel portitores non ſunt ſic generales & poſiti diſpenſatores eleemoſynarũ illarum, ſicut ſunt rectores eccleſię ſuper res eccleſiaſticas: vel ſicut abbas ſuper res monaſticas. Ideo ſtandum eſt præfixæ intentioni dantiũ eleemoſynas illas: & etiam ſtandũ eſt quæſtorũ voci, qui non ꝗrunt illa ſibi dari, ſed infirmis pauperibus talis hoſpi-

A talis, quamuis pro quanto in hoc fideliter pro pauperibus labores portent: poſſunt ĩde ſibi ſumere neceſſarium victum, nõ tñ vltra mẽſurã ſui laboris, aut dãtis regulatã intẽtionem. De hoc ẽt plenius, ſup. ſermo. 37. ar. 3. c. 1. Tertio remedio vtendum eſt, quod eſt ſatisfacere per donum, ſic tñ ꝙ ex modo ipſo donandi debitor nullam gratiam inde reportare intendat, quin potius ſi aliter poſſet, præeligeret id reddere per modum ſolutionis. Aliter enim non ſuffi-
B cit ei ſatisfactio talis doni.

*Quot requiruntur neceſſario ad hoc, vt male ablatorum liberatio valeat coram Deo. Cap. 3.*

TErtia prudentia vtendum eſt in indulgentijs. Circa quam pro regula aduertendum eſt, ſm quoſdam, quod oẽ debitũ, quod a creditore libere ĩdulgetur, vel daſ, pro reddito vel ſoluto habetur. Ex quo patet, ꝙ ſi tales indulgẽtiæ non habẽt circũſtantias debitas, nihil valẽt. Septẽ
C igitur requirunſ ad hoc ꝙ remiſſio & indulgentia de rapinis, furtis atq; vſuris, & conſimilibus grata ſit apud Deũ. Quorum tria ſunt ex parte indulgentiã poſtulantis, & quatuor ex parte indulgentiã largiẽtis.

*Ex parte debitoris qs fieri debet.*

Primo enim ex parte indulgẽtiam poſtulãtis hęc tria neceſſaria ſunt. ſ. ꝙ iuxta poſſe creditori ſatisfaciat corde, ore & opere. Primo, ꝙ ei ſatisfaciat corde. i. dẽt cordialiter iuxta poſſe ſatisfacere velle: nã & cor, qđ grauatur ex volũtate aliena habẽdi & poſſidendi vel retinendi, alleuiaſ ex uoluntate aliena ſatisfaciendi, ſicut Chryſoſto. ext. de reg. iu. 1. c. ait: Omnis res ꝑ quaſcunq; cauſas naſciſ, per eaſdẽ diſſoluiſ. Secũdo, ꝙ ei ſatisfaciat ore. i. per ſe vel interpoſitã perſonã apertè ſe offerat ſatisfacere iuxta poſſe. Tertio, ꝙ ei ſatisfaciat opere. i. iuxta poſ-
D ſe & ſine aliqua fictione rẽ reſtituẽdã ponere debet in manibus creditoris. Sed pone, ꝙ vſurarius ſiue fur, aut raptor offert opere totam pecuniã in manibus creditoris, oſtẽdẽs plenã habere voluntatẽ ſatisfaciendi, cum tñ in veritate non habeat, qa ſi crederet ꝙ ille acciperet nõ offerret: creditor tñ cum non videat voluntatem eius, dimittit ei liberaliter magnã partẽ vel totũ: nunqd talis ſatisfeciſſe diceſ? Dicẽdum, ſm Egidiũ in quolibeto, ꝙ talis a pcõ rapinæ non dr abſolutus, quia pctm̃ per penitẽtiam & confeſſionem deleſ. De abſolutione autẽ a debito ſatisfaciendo diſtinguendũ eſt: Nã ſi creditor libera volũtate dimiſit, ampſius
E reſtituere non teneſ, quia ſatisfecit proximo, ſed non Deo. Et ideo poſtea ſufficit ſibi ſola cõtritio, vt ſatisfaciat Deo. Si uero talis creditor aliter eſt deceptus, ſeu ꝓpter vnũ de alijs quatuor ſequẽtibus principaliter ad remittẽdũ eſt motus, talis remiſſio nõ valet: hoc tñ pro occurrẽtibus caſib⁹ & cõſilijs potius eſt noſcẽdũ, q̃ ſit in publico p̄dicandum. Pone ẽt, ꝙ poſt p̄dictã remiſſionẽ vere & libere factã vſurari⁹ mãdat ĩ teſtõ ſuo reddi vſuras: nunqd quod ſemel
F remiſſum eſt, reſtitui debet? Dicendum, ſm Fredericum de Senis, in opere ſuo cõſi. 70. in fine: quòd circa hoc diſtinguẽdum eſt: qa aut talis teſtator locutus eſt per verba trãſferẽtia ſe ad factũ: vtputa quia iubet vſuras reſtitui his, quibus dẽt reſtituere eas, & qui probarẽt ſe eas ſoluiſſe: & tunc non obſtãte remiſſione tenebiſ ſatisfacere hæres: & hoc caſu loquiſ c. ad nr̃am. extra de iureiu. Aut loquiſ per verba ſe ad ius transferẽtia, nõ ad factum: vtputa quia iubet eas reſtitui, quibus debet: & tunc ſecus dicendum eſt.

*Frederici Senenſis opinio.*

Secundo aũt, quia qñq;, immo vt plurimũ
G remiſſiones & indulgẽtię tales fiũt coactè, ſeu inuitè, & ideo nihil valẽt. Propterea ad hoc ꝙ liberè fiãt & valeãt apud Deũ, quatuor ſunt neceſſaria ex parte indulgẽtiam largientis, ſeu remiſſionẽ facientis.

*Ex parte indulgentiã facientis quatuor ſunt neceſſaria.*

Primo, ꝙ non fiant ex metu: ſecundo, ꝙ non fiant ex verecundia: tertio, ꝙ nõ fiant ex deſperatione: quarto, ꝙ non fiãt propter aliquam tẽporalem ſpẽ. Primo, ꝙ non fiant ex metu: ſicut indulgere ac remittere ſolẽt ſubditi terrarũ dñis, aut quibuſcunq; potẽtibus, quis creditores formidãt, ſi ad petitionẽ eorum eis non remittant debita ſua. Secũdo, ꝙ non fiãt ex verecũdia, ſicut plerũq; vſurarijs fieri ſolet. Nam ipſi vel alij mediatores vel confeſſores ſub pietatis ac diſcretionis
H p̄textu creditoribus talibus vtunſ verbis, vel modis, ꝙ illi ex verecundia moti atq; coacti, nõ ex libera voluntate partẽ, vel totũ remittũt; quod corã Deo vtiq; nihil valet. Tertio, ꝙ non fiant ex deſperatione: nã pleriq; indulgent & remittunt partẽ vel totum, quia de ſatisfactione & ſolutione deſperant. Quarto, ꝙ non fiant ꝓpter aliquã tẽporalẽ ſpẽ, vtputa quia ab eo cui remittitur, ſperatur p̄ſtari aliquod mutuũ ſimplex vel vſurariũ, vel aliquod aliud tẽporale ſernitium ſibi fieri. Vt igitur debitor ſit apud Deum de hmõi remiſſionibus bene tutus, debet ſic ſolutionem exequi, quantum. ſ. eſt ex parte ſua: aut ſe ad illã ita diſponere ꝙ ſibi



A ſibi conſtet tã de ſuo firmo ꝓpoſito ad reddendum, ſi creditor remittere nollet: q̃ de debiti vera & gratuita remiſſione, ſeu datione facta ab eo, cui debeſ. Et ad hoc clari⁹ intelligendum & cognoſcẽdum quinque modi, ſm quoſdã, danſ.

*Quinque modi aſſignanſ in remiſſione p. ſr ea quæ memorata ſunt.*

Primus eſt, cũ ſine malitia & fictione libere poniſ pecunia in manib⁹ creditoris: & talis perfect⁹ ẽ mod⁹ atq; ſecurus. Secũdus eſt, cũ hõ pecuniã habere nõ poſſit, ſi ſufficiẽtia pignora tradat. Tertius vero eſt, cũ nec pecuniã, nec pignora conuenientia habens inſtrm̃ obligatorium & cautionem condignã facit, vt ĩ poſterum tã ipſe q̃ ſui hæredes ad ſatisfactio-
B nem debitam compelli poſſit, qñ venerit ad pinguiorem fortunã. Quartus eſt, cum mediãte ſacerdote vel aliqua religioſa perſona fit voluntaria ac libera cõcordia inter debitorem & creditorẽ, ita ꝙ nulla de p̄cedentibus quatuor cõditionibus aſſit: ꝓpterea talis mediator ſemper creditori oñdere debet poſſe & velle liberũ debitoris. Quintus, cũ aliter debitor reddere nõ poſſit de conſenſu & libera voluntate creditoris ponit aliquã poſſeſſionẽ in manib⁹ alicuius honeſti viri, vt ex eius fructib⁹ ꝓceſſu temporis oĩa debita perſoluanſ, ac poſtea poſſeſſio redeat ad hæredes, vel ita rema-
C neat in perpetuũ, ſi debitor voluerit ꝓ incertis. Licet aũt p̄dicta a pleriſq; Doctoribus aſſeranſ: tamen ſm magiſtrum Gerald. de Senis de ordine Eremitarum, ſeu Sãcti Auguſt. in aliqb⁹, licet quaſi ad idẽ redeat, aliter dicendum eſt. Cuius opinio eſt, ꝙ habẽs mala ablata per viã remiſſionis, vel per aliã viam, a ſua obligatione nõ põt liberari, niſi reddat aut ſufficientẽ præſtet cautionem. Vnde ſm eum probari poteſt ꝙ talis obligatio non põt tolli. Primo per viam remiſſionis, ſecundo nec per viam ſatisfactionis, tertio nec per viã liberationis, quarto
D nec per viam translationis, quinto nec per viã donationis, ſexto nec per viã renũciationis, ſeptimo nec per uiã cõuenientiæ & diſcretionis. Primo enim ꝓbaſ, ꝙ talis obligatio ſine redditione vel debita cautione non põt tolli per viam remiſſionis. Rõ eſt: quia illud, quod neceſſario tolliſ anteq̃ remiſſio fiat, non põt tolli per viam remiſſionis: alioqn neceſſe eſſet dicere, ꝙ remiſſio tollereſ anteq̃ eſſet, quod quidẽ impoſſibile eſt. Nec ẽt obligatio illa, cũ talis alienorum detentor ſatisfacere obligaſ, neceſſario tollitur antequã remiſſio ei fiat: quia tali obligatione adhuc ſtante non põt talis detentor veram recipere remiſſionẽ, ergo non põt tolli per remiſſionis viam. Confir-
E mo aũt rõne: qa nullus remiſſionis eſt capax, niſi prius a peccato deſiſtat: talis autẽ habẽs rem malè ablatã, quãdiu ad eam reddẽdã obligatus manet, tandiu non dr̃ deſiſtere a pcõ: ergo ſtãte tali obligatiõe, talis nõ eſt capax huius remiſſionis, ac per cõſequẽs obligatio ſua tolli nõ põt per viam remiſſionis, ſed tolliſ neceſſario per aliquam aliã viã præuiam remiſſioni: & hic vr̃ proprius eſſe intellectus iſtius regulæ Aug. extra de reg. iu. lib. 6. q̃ dicit: Nõ dimittiſ pcm̃ niſi reſtituaſ ablatũ. Nã ſicut ex verbis hui⁹ regulæ patet, reſtõ per quã obligatio amoueſ, remiſſioni quidẽ p̄uia eſt, ꝓpter quod non vr̃ remiſſio fieri, niſi per reſtõnem pri⁹ dicta obligatio tollatur.

*Quõ ĩtelligiſ, non dimittiſ peccatũ, niſi reſtituaſ ablatum.*

Propterea notanter regula ait; Non dimittitur, &c. Si enim remiſſio in malè ablatis poſſet præcedere
F obligationis remotionem, quemadmodũ fit econuerſo: tunc vtiq; ſicut ait, ꝙ non remittitur peccatum, ni. reſti. abla. ita etiam econuerſo dicere poſſet, ꝙ non reſtituitur ablatum, niſi remittatur peccatũ, quod patet eſſe falſum. Et ideo concludo, ꝙ dicta obligatio non poteſt tolli per viam remiſſionis. Secundo etiam non poteſt tolli per viam ſatisfactionis: nam ſatisfactio minimè fit, niſi cum decidiſ vel dimittitur ipſum peccatum. Vnde de pę. diſt. 3. circa prĩ.
G ſcriptum eſt, ꝙ ſatisfactio eſt, dum peccati cauſa exciditur, & eius ſuggeſtionibus aditus non aperitur. Conſtat enim, ꝙ vſurpatio & detentio alienæ rei, cauſa eſt peccati: propterea niſi cauſa ipſa peccati. ſ. detentio rei alienæ decidaſ per oppoſitũ ſuum. ſ. per redditionem & reſtitutionem, non vr̃ poſſe ſatisfactio fieri, quantumcunq; creditor ipſe acceptet. Et confirmo etiam rõne: quia cum ſatisfactio ſit quædam emendatio, neceſſe eſt ꝙ per eam repareſ non ſolum proximi amicitia, ſed etiam ęqualitas & iuſtitia. Æqualitas autem & iuſtitia reparari non poſſunt, niſi prius hoc quod fuit
H inæqualitatis cauſa & iniuſtitiæ auferatur. Et quia acceptio alienæ rei in aliena auferente, eſt cauſa inæqualitatis & iniuſtitiæ: ideo neceſſariũ eſt hanc cauſam per ſuum oppoſitũ tolli. ſ. per reſtitutionem & redditionem, ſi habeat, & per ſatisfactionẽ iuſtitia & æqualitas reparari. Ex quo immediatè apparet, ꝙ ad ſatisfactionem pro re aliena malè ablata non ſufficit acceptatio creditoris ſine redditione & reſtitutione debitoris. Nam reparatio æqualitatis & iuſtitiæ, quæ fit in hmõi ſatisfactione, non per

A ipſum creditorẽ fieri debet, ſed per ipſum debitorem, qui æqualitatẽ & iuſtitiam violat. Tertio quoq; non poteſt tolli per viam liberationis. Nam ſicut habetur extra, de regu. iu. capit. 1. Chryſoſtom. ait: Omnis res & omnis obligatio per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.

Nunc autem obligatio talis iniuſti detentoris per ſolam eius deprauatam naſcitur volũtatem, ſcilicet in vſurpãdo vel detinendo rem alienam: ergo diſſolui non poterit, niſi per eandem voluntatem rectificatam in reddendo. ſ. & reſtituendo iniu-

B ſtè ablata, ſiue iniuſtè detẽta. Et ex hoc immediatè manifeſtè apparet, ꝙ voluntas illius, cuius reſtitutio fieri debet, ad ſoluendum talem obligationem ſufficiens non videtur, quia nullo modo ipſius cauſa fuit. Quarto inſuper non poteſt tolli per viam translationis & acquiſitionis dominij. Dicamus primitus de vſura, tenendo opinionem quòd in vſura dominium non tranſ-

*Vſurarius* feratur: Nam vſurarius in vſura ante ipſam reſtitutionem dominium minimè acquirere poteſt, ac per conſequens nec ille, cui debet reſtitutio fieri, poteſt in vſurariũ tale dominium tranſmutare. Quod autem

C vſurarius non poteſt acquirere dominium in vſuris, antequam reddat, ſeu reſtituat eas, leuiter patet. Nam antequam ipſas vſuras reddat, iniuſto titulo poſſidet eas, & ideo nõ poteſt per dominij acquiſitionem iuſtus titulus ſibi aduenire, niſi prius auferatur iniuſtus titulus per vſurarũ redditionẽ. Et ex hoc manifeſtè apparet, ꝙ dicta obligatio non poteſt tolli, niſi per vſurarũ redditionẽ. Ex his igitˀ talis regula formari valet. Nulli poteſt in re detinenda iuſtus titulus aduenire, niſi prius iniuſtus titulus auferatur. Nã ĩiuſtus titulus poteſt tolli abſq; eo, ꝙ iuſtus titulus acquiratur & econuerſo. Idcirco erit alia actio, per quam iniu-

D ſtus titulus tollitur, & per quam iuſtus titulus acquiritur. Nulli ergo aduenire poterit titulus iuſtus per aliquam actionem, niſi ei auferatur iniuſtus titulus per aliam actionem. Sed illi, qui acquirit dominium in re detinenda, aduenit iuſtus titulus per dñij acquiſitionem: ergo ſi prius habuit iniuſtũ titulum ꝑ rei alienæ illicitam vſurpationem & detentionem: oportet ꝙ dictus titulus auferatur per eiuſdem reſtitutionẽ ante dñij acquiſitionem. Et ex hoc immediatè apparet ꝙ quantumcunq; iſte, cui debet reſtõ fieri, velit transferre dñium vſurarum in vſurarium: quia ille non eſt capax ta-

E lis dñij antequam eas reddat, ideo non poteſt per hoc diſſolui obligatio ſua. Si autem hoc in vſura non poteſt fieri: multo minus poſſibile eſt in rapina & furto, in quibˀ ſcdm omnes Doct. dominium non transfertur. *Di. inter. nã & tum.* Quinto inſuper non poteſt tolli per viam donationis: Ratio eſt, quia nec ille cui debet reſtitutio fieri, donare poteſt priuſquã ipſe ſit reſtitutus: nec ipſe iniuſtè detinens aliena antequam ea reſtituat certificari poteſt de tali donatione, vtrũ ſit donatio vera. Ad cuius probationem ſuppono, quòd niſi donatio libera ſit, non eſt donatio vera, vt ff. de adimen. leg. l. rem legatam. Iſte autem, qui taliter donat antequam reſtitutus ſit, non liberè donat: quia illud ſolum,

F quod quis liberè habet, liberè donare poteſt. Ille nempe, qui non eſt liberè reſtitutus, non liberè habet id, quod ſibi reſtitui debet: ergo non poteſt liberè donare illud. Si autem dicatur, quòd reſtituendus liberè poteſt donare, quia alienorum iniuſtus detentor paratus eſt reddere: talis inſtantia non valet, quia reſtituendus certificari non poteſt, quòd talis habens malè ablata ſit paratus ad ea reſtituendum, niſi ea ſtatim dum poteſt, reddat: vel pro eis reddendis ſufficientem cautionem faciat. Nã & ſi videantur aliqua ſigna, per quæ appa-

G reat eſſe paratus ad faciẽdum reſtitutionẽ, illa quidem ad propoſitum minimè ſufficere comprobatur: quia quibuſcunque talibus ſignis ita poteſt vti ille, qui non habet intentionem reſtituendi, ſicut qui ad hoc rectam habet intẽtionem. Per eandem quoque viam apparet, quòd talis detentor rerum alienarum iniuſtus, cum talis donatio fit, ante reſtitutionem non poteſt eam vt veram donationem, cum bona conſcientia acceptare: quia certificari non poteſt, vtrum ei liberè fiat, ſiue non: quia eiſdem ſignis atque eiſdem verbis

H vtitur iſte, qui non liberè donat, & ille qui liberè donat. Et ex omnibus his poteſt regula dari, ſcilicet: Vbi non poteſt eſſe libera donatio, ibi non poteſt tolli obligatio per viam donationis: ſed antequam reſtitutio fiat non poteſt iniuſtè detinenti libera donatio fieri, ſicut ex præcedentibus patet: & ſic manifeſtè patet, quòd talis obligatio ante reſtõnẽ non poteſt tolli per viam donationis. Sexto quoque tolli non poteſt obligatio talis per viam renunciationis. Ratio eſt: quia vbi renunciatio eſſe non poteſt, ibi obligatio non poteſt tolli per viam renunciationis.

Sed



A Sed antequam malè ablatorum reſtitutio fiat: non poteſt ille, cui reſtitutio fieri debet, renunciare: ergo obligatio detinentis aliena iniuſtè, per viam renunciationis nõ poteſt tolli. Maior enim eſt vera: minor autem probatur. Nam renunciatio prima, quæ fit a ſpoliato ante reſtitutionem ſi-

B bi factam, decernitur eſſe nulla, ſicut patet. 3. quæſtio. 1. Epiſcopus. & extra, de reſtitu. ſpolia. c. ſollicitæ. Et hoc quidem rationabile eſt, quia renunciatio libera debet eſſe: illa autem, quæ fit ante reſtitutionem, præſumitur non libere fieri. Propterea Papa Alexan. in prædicto. c. ait: quòd non eſt veriſimile quòd ſponte iuri ſuo renunciauerit, qui renunciat ſpoliatus. Sic ergo in propoſito videtur dicendum eſſe, quod ſi quis renunciat vſuris & alijs malè ablatis, quæ ei reſtitui debent: non videtur ſponte renũciare, ſed coactus. Nam eo ipſo quòd talis

C renũciatio fit ante reſtitutionem, poteſt ꝓuenire ex vna, aut ex pluribus quatuor cauſarum, ſiue ex metu, ſiue ex verecundia, &cæt. ſicut ſupra in præſenti c. dictum eſt. Ex quibus manifeſtè apparet, ꝙ talis renunciatio non poteſt libera iudicari. Septimo eadem concluſio probatur vera, per viam conuenientiæ & diſcretionis. Suppono enim per ſupradictam regulam, de regu. iur. lib. 6. ꝙ non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: propterea obligatio illa, qua iniuſtus alienorum detentor obligatus eſt ad reſtituendum, neceſſe eſt ꝙ vel tollatur per viam reſtitutionis, vel per aliam viam, quæ reſtitutioni poſſit æqui-

D pollere, ſeu æquiparari. Quæritur ergo, quæ ſit illa via, quæ reſtitutioni valeat æquiparari, & quæ obligationem tollere poſſit? Si autem dicatur, quòd talis via ſit ipſa remiſſio, ſeu donatio: de quibus maximè videtur, quòd ſic, cadimus in quatuor inconuenientia magna. Primum inconueniens eſt, quia ſequeretur quòd non ſolum habens vnde reſtituat, ſed etiam non habens vnde reſtituere poſſit: quod quidem patet eſſe falſum per id, quod habetur. 14. quæſt. 6. c. ſi res. Nam ſicut ibidem patet ꝑ Auguſt. Reſtitutio neceſſaria eſt ad remiſſionem peccati, vbi reddere poſſibile eſt: ſed ei, cui non eſt poſſibile reſtituere, non poſſum dicere ꝙ reſtituat, ſecundum Auguſti. ibidem. Ex quo relinquitur manifeſtè, ꝙ ſolum habens, vnde reddat, reſtituere poteſt: & tamen conſtat, ꝙ ita conſequi valet ille remiſſionem, qui vnde reſtituat non habet, ſicut qui habet vnde reddat. Si ergo re-

*Reſtõ eſt neceſſaria ad remiſſionẽ pctĩ, cum reſtõ faciat ad ſatiſfactionẽ. Vide ſcot. in 4. dist. 15.*

E miſſio, quæ fit ante reſtitutionem æquipollet reſtitutioni: videtur neceſſario ſequi, ꝙ etiam non habens vnde reddat, reſtituere valeat: quod eſt omnino abſurdum. Secundum inconueniẽs, quod inde ſequitur eſt, quòd dici poteſt aliquis reſtitutus, & tamẽ in poſſeſſione minime poſitus: quod quidẽ poteſt eſſe falſum. ff. de verb. ſig. l. plus eſt. Dicitur enim ibi, ꝙ reſtituere eſt non ſolũ præſentiam rei præbere, ſed etiam poſſeſſorem facere fructuſque reddere. Quapropter nullus videtˀ reſtitutus eſſe, niſi in poſſeſſione fuerit conſtitutus: & tamen conſtat quòd remiſſio, quæ fit ante reſtitutionem, æquipollet ipſi reſtitutioni, quod etiam nõ

*Nullus vr̃ reſtitutus niſi fuerit in poſſeſſiõe.*

F poſitus in poſſeſſione dicitur reſtitutus, quia talis remiſſio non ponit creditorem in poſſeſſione. Tertium quoque inconueniens ſequitur inde, quia exhibitio maiorem efficaciam, quam reſtitutio obtineret: quod quidem patet eſſe falſum per l. ſuperius allega. ff. de verbo. ſignific. vbi dicitur, quòd plus eſt in reſtitutione quam in exhibitione. Si tamen ponatur, quod remiſſio, quæ fit ante reſtitutionem, æquipolleat reſtitutioni, ſequitur ꝙ plus ſit in exhibitione, quàm in reſtitutione: quia maiorem efficaciam habet illa exhibitio, quam remiſ-

G ſio, quæ ponitur reſtitutioni æquipollere. Et ꝙ ita ſit, manifeſtè apparet: conſtat nãque quòd remiſſio uel donatio, quæ fit ante reſtitutionem, non eſt actus illius, qui reſtituere debet: immo eſt actus illius, cui reſtitutio debet fieri. Exhibitio autem eſſe habet actus illius, qui reſtituere debet, ac per conſequens poteſt eſſe magis ſatisfactoria exhibitio, quã remiſſio, quia ſatisfactio debet eſſe actus illius, qui reſtituere obligatur. Si autem exhibitio magis eſt ſatisfactoria, quam reſtitutio, ſequitur neceſſario quòd habeat maiorem efficaciam, quod eſt abſurdum. Confirmo hoc etiam ratione.

H Nam ſi eatur ad intentionem legis præallegatæ, videtur, ꝙ reſtitutio ſe habeat ꝑ additionem ad exhibitionem. & ideo fieri debet per reſtitutionem bonum, quod fit ꝑ exhibitionem, & adhuc aliquid plus. Per exhibitionem autem præbetur rei præſentia, cui exhibitio fit, ſicut patet in prehabita lege. Ergo per reſtitutionẽ, & per conſequens per remiſſionem, quæ ei æquipollet, præberi debet præſentia rei reſtituẽdæ ei, cui reſtitutio fieri debet. Inſuꝑ debet aliquid fieri plus, & tamẽ conſtat quòd remiſſio quæ fit ſine reſtitutione, non præbet ei rei reſtituẽdæ p̃ſentiam: quia non eſt actus

 illius

A illius; qui rem illam habet & tenet eam; nec habet quidem recipere eam. Si autem remiſſio non præbet præſentiam rei reſtituendæ, multominus facit id plus, quod addit reſtitutio ſuper exhibitionem. Quartū etiam inconueniens ſequitur inde: quia talis remiſſio, quæ fit ſine traditione rei reſtituendæ, magis ſatisfactoria eſſet, quam ſit ſolutio ipſa. Quod quidem poſſet eſſe falſum: quia remiſſio non eſt vtique creditoris actus, cui debet ſatisfactio fieri: ſolummodo autem eſt actus debitoris, ad quem B pertinet ſatisfacere. Propterea talis remiſſio eſt, vel nullo modo ſatisfactoria, vel ſaltem minus eſt ſatisfactoria, quam ſolutio ipſa. Si tamen ponatur, quòd remiſſio talis poſſit talem debitorem iniuſtum ab ipſa obligatione liberare, ſequitur quòd ipſa apparens ſit. Videmus nanque ꝙ ſolutio illa, per quam creditor non ponitur in plena poſſeſſione, non liberat debitorem, ſicut patet. ff. de ſolu. l. qui ſic ſoluit. Dicitur enim ibi, ꝙ ille qui ſic ſoluit vt recuperet, non liberatur: quod quidem non videt C eſſe propter aliud, niſi quia per talem ſolutionem creditor non ponitur in plena poſ-

*Remiſſio.* ſeſſione. Cum ergo remiſſio, quæ fit ſine rei reſtituendæ traditione, nullo modo ponat redditionem, quæ poſſit liberare detentorem iniuſtum: neceſſario ſequitur ꝙ ipſa magis ſatisfactoria ſit, quam ſolutio ipſa: quod tamen euidenter eſt falſum. Ex omnibus rationibus iſtis patet, ꝙ quicunque habet rem malè ablatam, liberari non poteſt ab illa obligatione, qua obligatus eſt ad eam reſtituēdam, niſi antea illam reſtituat, ſi potens eſt, vel bonam pro ipſa reddenda faciat cautionem.

*Obiectio.* Poſſet etiam circa hoc quæri, vtrum in pacibus ciuitatum atque terrarum poſſint relaxari illata damna ex D vtraque parte? *Solutio.* Ad quod dicendum ꝙ ſic, quantum ad bona laicorum. Nec etiam obſtat, ſi conſenſus oīum non concurrat: quia tantum eſt bonum pacis, ꝙ eam facere poſſunt Dñi Epi, ſeu Regentes terras cum conſenſu maioris partis. Sed de damnis illatis clericis minimè remiſſionē facere poſſunt ſine conſenſu eorum, quia non ſunt de eodem foro: poſſunt tamen hoc facere maiores prælati, ſcilicet Epiſcopi ciuitatum, vel maiores, & hoc de conſenſu cleri, qui ex guerra ſuſtulit damna. Intelligitur tamen relaxatio talis de damnis datis in rebus cōſumptis. Sed res ſtantes, ſicut ſunt arma, equi, libri, panni & conſimilia, illis ſatisfacere obligātur, quorum prius fuerunt, & hoc ſi eos reperire poſſunt. E Si autem eos non potuerint reperire: debent tales res ſiue valorem earum pauperibus erogare ꝓ ſalute animarum eorum, quorum res illæ fuerunt. Inſuper eſt notandum, ꝙ ſupradicta remiſſio poſtquam liberè facta eſt, ſecūdum Ray. poſtea ex pœnitentia reuocari non poteſt. Quid etiam, ſi guerra inter duos principes fuit, vnde hincinde multa ſunt illata damna, & inter eos concluditur pax cum remiſſione damnorum: nunquid remiſſio hæc extenditur ad ſubditos eorūdem? F Dicunt quidam, quòd non, niſi de conſenſu eorum pax illa ſit facta, arg. C. de tranſact. l. 1. & l. tranſactionis. & extra, de maior. & obedien. ca. fin. Vel niſi forſitan aliter pax reformari non poſſet, cum vtiliter pacis negotium, pro vtraque parte geritur, ff. de pact. conuentionum. Aliter domin⁹ ſuis ſubditis ſatisfacere teneretur: quia non poteſt ius ſui ſubditi remittere, ſicut non poſſet ab eo tantum extorquere ſine commiſſione rapinæ.

## ARTICVLVS TERTIVS.

G

### *Quare ſit homo aliena reſtituere obligatus.*

TErtio & vltimo conſiderandum eſt, quare alienum reſtituendum ſit. De hoc tria videnda ſunt, vt clarius poſſit intelligi, quare hoc debeat fieri. Primo obligationes, ſecundo deceptiones, tertio inductiones, ſeu ad reſtituendū ſuaſiones.

### *Quod ad reſtituendum obligat principaliter lex diuina. Cap. 1.*

H

PRimo enim videndæ ſunt obligationes, ſcilicet, quare alienum reſtitui debet: & de hoc ſatis ſupra, ſermone 38. artic. 1. & c. 1. dictum eſt. Sed nihilominus vltra illa aduertendum eſt, ſecundum Sco. vbi ſup. ꝙ non eſt talis reſtitutio neceſſario faciēda. Primo tanquam pars generalis ſatisfactionis, ſecundo etiam non tanquam pars ſatisfactionis ſpecialis, tertio modo tanquā obligatio diuinalis. *Lex diuina obligat ad reſtitutionem.* Primo inquam nō eſt talis reſtitutio neceſſario facienda tanquā pars ſatisfactionis generaliter: nam ſatisfactio generalis accepta reddit æquiualēs ei, in quem peccatur. Non ſic autem reſtitutio iſta: quia abſque omni redditione, pro peccato



A cato poſſet reddi prox mo, quod ſuum eſt, ſicut in mutuis redditur creditori abſque omni ſatisfactione pertinente ad peccatorum reconciliationem, & ſic de cōſimilib⁹ contractibus euenire poteſt. Secundo autem nō eſt talis ſatisfactio neceſſario faciēda, tanquam pars ſatisfactionis ſpālis, quę ſcilicet eſt tertia pœnitentiæ pars: quia de cōgruo requirit reſtō ante omnem pœnitentiæ partem, ſiue voluntate vel actu, ſiue facto ceſſatio a peccato. Sed ſatisfactio, quæ eſt tertia pœnitentiæ pars, non requirit ante alias pœnitentiæ partes: immo ſequitur B contritionem & confeſſionem, niſi ſit iniuncta a ſacerdote. Tertio modo bene neceſſario arctat, ſcilicet tanquā obligatio diuinalis. Nam reſtō non iniungitur a ſacerdote, ſed a diuina lege, ſicut latius patet ſup. in præallegato ſermone 38. artic. 1. c. j. Simile quoque eſt in alijs culpis: nam ſi quis tenet fornicariam magis vero adulteram reſtituendo eam viro ſuo: nō eſt aliud niſi ceſſare a culpa, ſeu a tranſgreſſione huius præcepti, Non mechaberis: & huius omnem partem acceptæ pœnitentiæ antecedit, & ſic de alijs.

C

### *De nouem deceptionibus, quibus demones excæcant eos, qui aliena reſtituere obligantur. Cap. 2.*

SEcundo vero ſunt vitandæ in reſtituendo aliena deceptiones. *Nouē deceptionib⁹ Diabolus illaqueat pcōres.* Nouem nempe deceptionibus illaqueat diabolus peccatores, ne faciant reſtitutiones cōdignas. Prima dicitur prolongatiua, ſecunda inflatiua, tertia placatiua, quarta excæcatiua, quinta diminutiua, ſexta diſtributiua, ſeptima defraudatiua, octaua retributiua, nona damnatiua.

*Prima deceptio.* Prima autem deceptio dicitur prolongatiua: Nam quidam & ſi intendunt reſtituere aliena, tamen reſtitutionem illam differunt quantum poſſunt, auctoritate ꝓpria dilationem ſibi accipientes. mira ignorantia volunt abſque mora aliquam gratiam D eis ablatam ſibi reddi, & tamen pauperi reſtituere nolunt id, propter quod gratia ſunt priuati: cum tamen prius pauperem ſpoliauerint ſubſtantia temporali, quam ſpoliati fuerint gratia ſpirituali. *Secunda deceptio.* Secunda autem deceptio dicitur inflatiua: Nam debitores, qui per illicitos contractus atque vſuras aliena occupauerunt, vbi de culpa ſua debuerunt humiliari & de iniuria illata creditoribus veniam poſtulare: E econtra quidem inflati arrogantia dum iacent in lecto infirmitate grauati dicunt eis: Si ego nō fuiſſem, periſſes tu & familia tua fame: ſed ſi Deo placuerit, cito conualeſcam, quaſi dicere velit, Si me liberare Deo placuerit, faciam ꝙ ei grauiter diſplicebit, ſcilicet ꝙ nunquam reſtituam aliena. Immo quidam mente inflati ad iniuriam ſibi deputant, ꝙ creditores eorū in vita, ſeu in vltimo mortis repetunt ſibi reſtitui ſua: quibus gratias agere deberent immenſas tanquam his, q. F ſunt adiutores ſalutis ſuæ, dum repetunt ſua. *Exēplū.* Tales, qui iniuſtè retinent aliena, ſimiles ſunt ei, ſuper quem cecidit magna moles, qui cum ſe iuuare non poteſt, pro auxilio amicos ſuos vocat. Sic tales omnes amicos vocare deberent, vt ad molem alienorum amouendam & reſtituendam auxilium eis præſtarent. *Tertia deceptio.* Tertia vero deceptio dicitur placatiua. Hac fallacia decepti ſunt hi, qui cum debeant reſtituere aliena, pacificant ſolum clamores exteriores: de clamore autem conſcientiæ propriæ, qui eis propinquior eſt, & illos ſequitur vſque ad iudicem ſempiternum nil curantes: *Fallacia & multorū abuſus.* ſi quādo tamē de alienis remordeat eos conſcientia ſua, ex quo creditores nihil ab eis petunt illis ſatisfacere minimè curant. G *Quarta deceptio.* Quarta inſuper deceptio excæcatiua denominatur. Sunt nanq; pleriq;, qui cum grauiter infirmantur, proponūt reſtituere aliena, ſi contingat eoſdem mori, non autem ſi a morte euadant: huiuſmodi enim taliter pacem cum Deo inire volunt, ꝙ ſi eos mori contingat, amplius eum nō infeſtare intēdunt: ſecus autem ſi euaderent. Sed tales, pro certo noſcant, ꝙ Deus ſiue moriantur, ſiue viuant, cum eis minime facit pacem, ſicut Eſa. 48. c. teſtatur Dominus: Non eſt pax impijs, dicit Dominus. *Quinta deceptio.* Quinta quoque deceptio diminutiua nuncupari poteſt. H Nam ſunt nonnulli, qui iuxta poſſe creditoribus non ſoluunt integrè, quod tenentur, ſed certam ſummæ pecuniam præfigunt: vnde eorum malè ablata reſtituantur aliter quam Zacheus, qui Luc. 19. Domino ait: Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. *Sexta deceptio.* Sexta deceptio, diſtributiua dicenda eſt. Magna quidē inſania eſt quorundam, quibus non ſufficit ꝙ cum multitudine peccatorum aliena ſumpſerunt, vel rapuerunt, ſed cum multis alijs culpis illa relinquere, ſanctiſſimum, ac pijſſimum arbitrantur: dum illa, quæ certis perſonis reſtituere obligantur, volunt in pias cauſas

A ſas diſpenſare, vel erigendo & dotando ca
pellas, cum inſignijs ſuis, vel multiplican-
do calices vel planetas, ſeu nuptui traden
do pauperes puellas. Quod quidem nihil
aliud eſt, quam præteritis culpis perpetra-
tis in vita velle quodammodo addere etiã
perpetuitatem culparum perpetrandarum
poſt mortem, & quodammodo pecca-
re in Spiritum ſanctum, dum ad impoſ-
ſibilitatem reſtituendi debita certa qua-
dam inani gloria, ſeu pompa ſe arctant.
Contra quod Eccleſiaſtici. 34. capit. ſcri-
B ptum eſt: Qui offert ſacrificium de ſub-
ſtantia pauperum, quaſi qui victimat fi-
lium in conſpectu patris ſui. Sed de hoc
plenius, ſupra, ſermone 7. atque articu. 2.
cap. quarto, dictum eſt. Septima vero de-
ceptio, defraudatiua nuncupari poteſt.
*Septima deceptio.* Sæpe enim contingere ſolet, quòd ma-
lè ablatorum hæredes non curent ſatisfa-
cere illa, eo quòd ab eis non ſunt impiè
acquiſita. Vnde notanter aduertendum
eſt, quòd non ſufficit ad ſalutem alteri
*Non ſufficit ad ſalutẽ cõmittere alteri reſtõnẽ ei qui põt ſatisfacere.* committere reſtitutionem ei, qui poteſt
ſatisfacere ſeptemplici ratione. Primo
propter proprietatem, ſecundo propter
inutilitatem, tertio propter tepiditatem,
quarto propter infidelitatem, quinto pro-
pter doloſitatem, ſeu improbabilitatem,
ſexto propter cupiditatem, ſeptimo pro-
pter crudelitatem. Primo inquam pro-
*Primo.* pter proprietatem: quia ſicut ſupra, ſermo
ne 35. articu. primo, cap. primo, dictum eſt:
ille per ſe ad reſtitutionem tenetur, qui
*Secundo.* intulit damnum. Secundo propter inu-
tilitatem: quia cum reſtitutio ad ſatisfa-
ctionem præambula ſit, non eſt verè &
ſufficienter pœnitens, nec abſolutus, qui
poteſt eam facere & non facit. Tertio
*Tertio.* propter tepiditatem: quia quòd alteri cõ-
mittat, cum & facere per ſe poſſit: aut
eſt ex ficta & falſa voluntate reſtituendi,
aut eſt ex defectu & imperfectione at-
que voluntatis tepiditate: cum quando
exire poſſit in actum ſibi debitum & ne-
D ceſſarium & non exit: talis igitur non ha-
bet veram voluntatem reſtituendi: immo
apertè clareſcit, quòd ſi plus viueret, ad-
huc eſt in habituali propoſito retinendi
rem illam, alias ſtatim ſe expediret.
*Quarto.* Quarto propter infidelitatem, quia con-
ſtat hæredes & executores eſſe ad hæc, vt
plurimum infideles, neque curant de hoc
poſt teſtatoris mortem: immo longe plus
zelant vario ex reſpectu viuentium & re-
manentium proſperitatem prolis, vel ſui,
vel etiam aliorum, quibus illa bona rema- E
nere debent quam animam ipſius defun-
cti. Ex quo patet, quòd talis exponit ſe
periculo manifeſto, quòd nunquam reſti-
tutio fiet. Quinto propter doloſitatem: *Quint.*
quia multi modi doloſitatum, per quos ta-
lis aliena acquiſiuit iniuſtè, & multæ perſo-
næ, quæ hoc probare non poſſunt, ſibi ſo-
li plenius noti ſunt: de quibus certus eſt,
quod per executores & hæredes nunquam
ad elucidationem venietur, cum tales
quærant teſtificationes & probationes,
quas in huiuſmodi fraudibus frequenter
eſt impoſſibile dari: ergo talis ſcienter
videns hoc periculum, manifeſtè contem- F
nit ſalutem animæ ſuæ. Item contingere
poteſt, quòd multi ſunt pauperes, qui pro-
bare non poſſent, nec crederetur eis: er-
go infideliter contra animam ſuam agit,
qui reſtitutionem ſuam hæredi, vel exe-
cutori dimittit, quando eam poteſt facere
per ſeipſum. Non enim credibile eſt, ꝙ
alius ſit ei fidelior quam ipſemet. Sexto *Sext.*
propter cupiditatem: quia tales executo-
res ſunt quandoque valde cupidi & aua-
ri ad ſibi talia retinendum, vel leuiter ali-
quo ſuperficiali modo, cum his, quibus re-
ſtitutio fieri debet, pertranſeundum vel ſal
tem protelandum & differendum & ad e- G
xaſperandum & repellendum pauperes,
qui reſtitutionem petunt. Igitur cogitent
inſenſati parentes, quam incompaſſionem
ac duritiem habituri ſunt filij erga eos poſt
mortem eorum: vix enim ſemel in anno
eorum memores erunt ad anniuerſarium
celebrandum. Penſent vtique in ſeipſis, ꝙ
pauca bona fecerunt pro parentibus ſuis,
& ſimile non dubitent ſibi fieri, ſicut Mat.
7. Dominus ait: Eadem menſura, qua mẽ-
ſi fueritis, remetietur vobis. immo reci-
pient multominus: quia, teſte Domino
Matth. 24. cap. Quoniam abundauit ini- H
quitas, refrigeſcet charitas multorum.
Septimo propter crudelitatem: quia hæc *Septim.*
eſt verè deceptio damnatiua, ſcilicet, ſui
ac hæredum ſuorum. Sæpe enim con-
tingere ſolet, quòd malè ablatorum hæ-
redes non curant ſatisfacere illa, eo quòd
ab eis non ſunt impiè acquiſita. Octa- *Octau.*
uo etiam deceptio retributiua, ſeu reſti-
tutiua dicenda eſt. Sunt nempe quidam
homines taliter ex cupiditate inſenſati,
quòd filios ſuos vel alios relinquunt, re-
ſtitutores malè ablatorum ſuorum, cum
per ſeipſos reſtituere poſſint. Et ſic in
hoc manifeſtè apparet, quòd tales plus
amant



A amant diuitias, quam propriam animam
ſuam. Quę igitur amentia erit credere, ꝙ
filij, vel hæredes eorum non plus dilecturi
ſint eas diuitias, quam animam alienam, il-
lam maledictionem incurrentes, qua dici-
tur: Maledictus homo, qui partem ſuam fa
*Nono.* cit deteriorem. Nona enim deceptio dam-
natiua. ſ. ſui, ac hæredum ſuorum: quia talis
ſubſtantia filijs derelicta nõ tantum eſt cau-
ſa ſuę damnationis, ſed etiam filiorum ſuo-
rum, ſicut Oſee 9. ait, Effraim, qui interpre-
tatur creſcens, ducit ad interfectionẽ filios:
nimis nempe inſipiens dici poteſt, qui non
potius aliqua pecunia vitam æternam ſibi
B procuret, quam hæredibus ſuis ſupplicia
ſempiterna.

*Quod ſeptem ſunt, quæ inducunt hominem ſatisfacere aliena. Cap. 3.*

TErtio videndæ ſunt ſuaſiones, ſeu ra-
tiones, & inductiones. ſ. ad ſatisfa-
ciendum ipſam reſtitutionem. Se-
ptem nempe reſtituuntur homini aliena in-
*Reſtituenti aliena, ſeptem ei reſtituuntur.* iuſte detenta reſtituenti, quę inducere de-
bent ad aliena reſtituendum. Primo enim
reſtituitur ei Deus, ſecundo anima ſua ſibi,
tertio reſtituũtur ei merita ſua, quarto om-
C nes ſpirituales fratres, quinto eccleſiaſtica
bona, ſexto reſtituitur ſibi bona fama, ſepti-
mo acquiritur ab eo regnum gloriæ ſempi-
ternum. Primo. n. tali debite reſtituenti re-
ſtituitur ſibi Deꝰ. Propterea diabolicæ ſua-
ſioni minime credere debet, qui ſuggerit ſi-
bi dicens: Si aliena reſtitues, eris pauper &
mendicus. Quomodo. n. pauper eſſe poteſt,
qui Deum habet, & vere nimis auarus eſt,
cui non ſufficit Deus. Aug. etenim ait: Satis
diues eſt Chriſtiana religio, quæ in poſſeſſo
re Deo omnium omnia poſſidet. Quia, ſicut
Propheta ait: Domini eſt terra & plenitudo
D eius: orbis terrarum & vniuerſi, qui habi-
tant in eo. Qui. n. habet Deum, habet oĩa, q̃
ſunt Dei. Secundo reſtituitur ſibiipſi anima
ſua, imo etiam totus ipſe. Propterea ſaltem
tantum reſtituere debet, quantum dimitte-
ret, ſi captus eſſet a ſuis capitalibꝰ inimicis.
Cum etiam in nequioribus manibus com-
prehenſus ſit, quia in virgulis dæmoniorũ.
Tertio reſtituuntur ei merita ſua, quæ ante
vſuram, vel rapinam lucratus eſt. Nam bona
facta in gratia mortificantur per conſequen
tem culpam: ſed requieſcunt per recupera-
tiuam gratiam, ſicut ſcriptum eſt,
*Sæpe reuiuiſcunt, quæ mortificata fuerunt.*
Quarto reſtituuntur ei omnes ſpiritua-
les fratres, quos quidem amiſerat, dum iniu E
ſte retinuit aliena. Vnde Eccleſiaſti 13. c. ait,
Quæ. n. communicatio ſancto homini ad ca
nem? vere vtiq; canis eſt iniuſte rapiens &
detinens aliena. Propterea non habet com-
munionem cum aliquo viro Dei: ſed cũ re-
ſtituit iniuſte detenta amici Dei, fiunt illi di
lectiſſimi fratres. Quinto reſtituuntur ſibi
eccleſiaſtica bona, quia particeps fit omniũ
bonorum, quæ in eccleſia ſancta fiunt, ſicut
in perſona talis Propheta ait, Particeps ego
ſum omnium timentium te, & cuſtodien-
tium mandata tua. Sexto reſtituitur ſibi bo-
na fama, quæ ſupra multas diuitias æſtiman
da eſt, ſicut Salo. Prouer. 22. c. teſtatur, di. F
Melius eſt nomen bonum, quã diuitiæ mul-
tæ. & ſic aperta & clara facie & abſq; rubo-
re, poſtquam reſtituit aliena, poteſt non tan
tum coram Deo, ſed etiam coram omnibus
hominibus comparere. Septimo autẽ requi
ritur regnum glorię ſempiternum, vbi ſunt
diuitiæ multæ, & infinitę, ac æternaliter du-
raturę. Diuitię etenim temporales, ſi nõ re-
ſtituuntur etiam in præſenti, per mortẽ ſaltẽ
ſemel relinquendę ſunt: & tunc verificatur,
quod Eccl. 10. c. ait, Cum morietur homo,
hæreditabit ſerpẽtes, beſtias, & vermes. Iſta
etenim tria diuidunt ſibi bona occupantis
impie aliena. Primo ſerpentes, ſunt malitio G
ſi conſanguinei, ſeu amici, qui ſerpentina
malitia bona temporalia impie acquiſita ſi-
bi multipliciter, & maxime in morte diuitis
occupare conantur. Et hi merito ſerpentes
nuncupantur: quia ſicut ſerpẽs comedit ter-
ram, & malitioſum animal, Gen. 3. Serpens
erat callidior cunctis aĩantibus terræ. ſic ta-
les per malitioſam auaritiã incorporant ſi-
bi talia bona tẽporalia. Secundo aũt beſtiæ,
quę a vaſtando nominatæ ſunt, dicuntur dæ
mones infernales, ſicut Pſ. ad Dñm aũt, Nę
tradas beſtijs animas confitentes tibi. & hæ
beſtiæ rapiunt illius mali diuitis animã. Ter H
tio vero vermes rodunt, atq; conſumũt cor
pus: & quilibet horum trium partem ſuam
pro alijs duabus partibus nunquam daret.
Igitur, ſicut Mat. 16. c. Dñs ait, Quid. n. pro-
deſt homini, ſi vniuerſum mundum lucre-
tur, animę vero ſuę detrimentum patiatur.
Diligenter ergo prudens Lector aduertat,
quę circa reſtitutionem dicta ſunt. i. quis re-
ſtituere obligatur, quid, & quãtum, quãdo,
quibus, quo loco, & quomodo, necnon &
quare reſtituendum ſit, vt pro ſua & aliorũ
ſalute neceſſaria, cognita veritate, ſe & a-
lios dirigat in tam graui materia per iti-
nera ſaluationis æternæ: quam in miſe-
ricor-

A ricordia ſua nobis donare dignetur ille, qui omnium prædictorum luminum extitit inſpirator, omnium ſanctarum voluntatum eſt diſpenſator, omnium actionum bonarum eſt operator, ſine quo nullum lumen illuſtrat, nulla voluntas bona inflammat, nulla iuſta operatio perſeuerat: qui demũ omnium bonorum præmium dat, benedictus Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Explicit Reſtitutionum tractatus pulcherrimus, ac perutilis, qui materia ſeptimanæ præcedentis fuit: vbi ſpeculari Chri-
B ſtianis permaxime neceſſarium exiſtimandum eſt: præſertim his, qui ad reſtitutionem alienorum ſunt obligati: quo vinculo fere totus mundus immerſus eſt. Saluti igitur multorum ſuffragabitur in eo vehemens conſideratio.

---

## DOMINICA QVINTA
### De Paſsione.

C *De mane ordo dicendorum per ſeptimanam ſequentem.*

D*Aemonium habes. Ioan.* 8. Mira nempe eſt in largitate miſericordia Dei, quę quãto eius dona ſuſcipiũtur auidius, acceptantur humilius, atq; guſtantur ſuauius: tanto copioſius elargitur, iuxta illud Ioan. 1. de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Pro gratia enim feruentis voluntatis, quæ data eſt nobis, gratiam ſubſequentis operis dignabi-
D tur Dominus miſericorditer miniſtrare: atque occurrentis Septimanæ futuri ſermones, operante Domino, miſericordiam & auxiliũ præparabunt: propterea alias octo Religioſitates ſubdamus. Prima autem Religioſitas dicitur blaſphemata: in qua de horribili blaſphemiæ peccato intendimus pertractare. Secunda dicitur lapidata: in qua de malitijs ludi, quibus Dominus lapidatur, & a populo de patria propulſatur, hodie tractandum eſt. Tertia dicitur de inamorata, vel ſitibunda. i. aſſecuta: in qua tractabimus de anxia ſiti diuini amoris. Quarta dicta eſt oſtentata: vbi contra mundi pompoſitates, curioſitates, vanitates, & ſuperflui-

*Religioſitates octo*

tates ſermo dirigendus eſt: & quid vnicuiq; E
ſtatui in talibus licitum & conueniens ſit. Quinta nominabitur periurata, vbi de periurio diſſeremus. Sexta dicitur ruinata, in qua de multitudine peccatorum, atq; malorum, quæ ex vanitatibus ortum habent, tractandum eſt. Septima deformata debet merito nominari: in qua contra menſuram vanitatis capitis mulierum, & caudarum, & cęterarum earum vanitatum aperiendus eſt ſermo. Octaua dicitur reformata: in qua de Domina honeſta. i. honeſtate Chriſtiana, omni virtute decora, moraliter deſcribetur.

---

F
## DOMINICA QVINTA
### In Quadrageſima.

*De horribili blaſphemia, & de impietatibus eius.*

## Sermo XLI.

D*Aemonium habes.* Iterũ vbi ſup. Secundum Auguſt. triplex eſt blaſphemia contra Deũ, qua- G
rum prima dicitur affirmatiua, ſecunda negatiua, tertia vſurpatiua. Affirmatiua eſt, cum Deo attribuitur, quod ei non conuenit. Et in hoc, ſecundum Alex. de Ales, laudatur falſitas, qđ eſt contra miſericordiam. Negatiua eſt, cum a Deo remouetur, quod ei conuenit: & in hoc vituperatur veritas, quod eſt contra iuſtitiam. Vſurpatiua eſt, cum creaturæ attribuitur, quod Dei eſt; & in hoc falſo attribuitur creaturæ, quod ſolius eſt Creatoris, qđ eſt contra maieſtatem diuinam. Affirmatiua ergo blaſphemia eſt, cum Deo attribuitur, quod ei non conuenit, ſicut verba deſpectiua contra Deum, vel verba maledictionis, H
ſiue quælibet contumelia contra eum. Et maxime cum quis iratus vindicare ſe de Deo volens, vel de Virgine matre noſtra, aliqua verba inhoneſta profert, vel aliqua mẽbra nominat inhoneſtè, vt viſcera, & quædã alia, quæ etiam cogitare horrendum eſt. Idem quoq; iudicium eſt, ſi hæc dicantur de Sanctis. Nam, ſecundum Alex. de Ales: oĩs blaſphemia dicta eſt in Deum, quia blaſphemia facta in Sanctos, ſiue in creaturas, etiã contra Deum fit: quia in illis blaſphematur Deus conditor creaturæ, & ſanctitatis earum dator. Subdit etiam, directe vel indirecte omnis blaſphemia eſt in Deũ. Cuius
ratio

*Blaſphemia triplex contra Deũ.*

*Deo attribuitur quod ei nõ conuenit. 2.2.q. art. 4.*



A ratio eſt, quia ſi blaſphematur aliquis Sanctus, maxime glorioſa Virgo, blaſphematur etiam in ipſo Sãcto Deus, qui in eo eſt, qui maxime eſt in Virgine. Non enim poteſt blaſphemari homo, quin blaſphemetur anima, quæ in eo eſt. Dimiſſis pro nũc blaſphemia negatiua, & vſurpatiua. ſ. ſecunda, & tertia: de hac, quę prima eſt. i. affirmatiua, tractandum eſt, de qua in verbo præalleg. Ioan. ait, Quod Iudæi blaſphemãtes Dominum Ieſum Chriſtum, dixerunt, Dæmoniũ habes. In quo verbo prima Religioſitas, q̃ dicitur blaſphemata, quia Dominũ blaſphemauerunt, merito demonſtratur. Sed audi,
B quid contra eos Pſal. 20. ait: Fructum eorũ de terra perdes, & ſemen eorum a filijs hominum: quoniam declinauerunt in te mala. Quod poteſt eſſe aliud thema. In quibus verbis tres maledictionum ſpecies annunciat Propheta omnibus blaſphematoribus ex ore Dei. Prima eſt maledictionum æternalium, ibi: Fructũ eorum de terra perdes. Secunda maledictionum temporalium, ibi: Et ſemen eorum a filijs hominum. Tertia maledictionum ſpiritualium, ibi: Quoniam declinauerunt in te mala. quæ omnia propter hoc ad literam ſuper Iudæos miſit
C Deus. Iuſte enim tales, & conſimiles ſceleſti homines, tot maledictionibus replentur a Domino: quia, vt dicitur in glo. ſuper illo verbo, Eſa. 18. ad populum terribilem: Omne peccatum blaſphemiæ comparatum, leuius eſt. Vt autem horrendæ impietatis huius peccati manifeſtæ ſint, diſtinguamus eius duodecim horribilitates in tribus quaternarijs. Et primo ponantur primæ quatuor. Prima eſt horribilis intentio, ſecunda horribilis delectatio, tertia horribilis comprehenſio, quarta horribilis offenſio. Addantur aliæ quatuor. Prima horribilis malignatio, ſecunda horribilis vilificatio, tertia horribilis ingratitudo, quarta horribilis di-
D ſtinctio. Superaddendæ ſunt aliæ quatuor. Prima horribilis ſtupefactio, ſecunda horribilis maledictio, tertia horribilis punitio, quarta horribilis obligatio.

*Duodecim horribilitates blaſphemiæ.*

### Articvlvs Primvs.

*De quatuor primis horribilitatibus blaſphematorum. Et primo de impia intentione eorum. Cap.* 1.

POnamus primas quatuor horribilitates, quarum prima eſt horribilis intentio. Operatio enim humana deprauata & mala red-

ditur, maxime ex mala intentione, iuxta illud Matt. 6. c. Si oculus tuus nequam fuerit, E
totum corpus tuum tenebroſum erit. Per oculum enim intentio deſignatur: quæ ſi nequam eſt, totũ corpus. i. opus, tenebroſum eſt. Sed in omnibus alijs peccatis, quæ fiunt maxime contra proximum, nullus intendit diuinam offenſam, neq; intendit ſe vindicare de Deo, ſiue committat homicidium, ſiue furtum, ſiue adulterium, aut aliquod ſimile crimen: imo potius cuperet homo huiuſmodi operari, ita quod nõ offenderet Deũ. In blaſphemia autem intendit homo directe offenſam Dei, & de ipſo ſe vindicare, F
qui nullam commiſit, neq; committere poteſt culpam. Eſt tamen in intentione blaſphemiæ varietas duplex. Nam quædam eſt impia, quædam impijſſima. Impia intentio in blaſphemia eſt, cum homo ex ſubito impetu iræ Deum blaſphemat, vel aliquẽ Sanctum. Et hæc proprie appellatur blaſphemia, quæ. ſ. ex lapſu linguæ blaſphemat. Qui vero ex conſuetudine mala & habitu impietatis blaſphemat, blaſphematoris ſortitur nomen: qui merito deſignatur per coccineã beſtiam, de qua Apoc. 17. ſcriptum eſt: Vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemię. Hęc G
mulier impijſſima blaſphematoris intentio eſt, quæ malitiæ habitu ſuper talem ſedere dicitur. Coccinea autem dicta eſt propter blaſphemiæ crudelitatem. Merito etiam nominibus blaſphemiæ dicitur eſſe plena, propter blaſphemandi continuum vſum & impium.

*In blaſphemia varietas duplex.*

*De impia delectatione blaſphemorum, & quando blaſphemia eſt peccatum. Cap.* 2.

H
SEcunda eſt horribilis delectatio. Peccatum enim tanto maius & grauius eſt, quanto minus motiuum habet. Si iuuenis & ſenex adulterium perpetrant, plus in hoc peccaret ſenex. Et ſic de conſimilib, in q̃bus minus motiuũ ſit. In cæteris aũt peccatis aliqđ eſt motiuum ad peccandũ inducens, ſicut in ſuperbia, excellentia ſublimitatis, in luxuria delectatio carnis, in gula delectatio guſtus, in auaritia delectatio pecuniæ, & ſic de alijs. In blaſphemia autem nullum eſt motiuum, quia nulla eſt ibi delectatio ad blaſphemandum inducens. Propterea Rich. de San. Vic. ait: Sceleratiſſimũ genus peccati eſt, quando quis in Dei vitu-
perium

*Blaſphemiæ grauitas q̃ta.*

A perium delectatur. Quid eſt aliud ſpiritus
blaſphemiæ, niſi affectatio & deſiderium vi
tuperationis diuinæ? Ponunt autem Docto
res differentiam inter blaſphemiam, & ſpi-
ritum blaſphemiæ. Vnde Alexã. de Ales in-
quit, Quod blaſphemia aliquãdo fit ex coa-
ctione, aliquando ex deceptione, & aliquan
do ex malignitate. Cum autem fit ex coa-
ctione, tunc peccatur in Patrem: cum auté
ex deceptione, tunc peccatur in Filium: vtro
que autem modo habet in ſe aliquam cau-
ſam excuſationis, licet inſufficientiſſime. Et
hoc dicitur peccatum remiſſibile, quia ſecũ
habet illam annexam cauſam motiuam mi-
B ſericordiæ Dei ad remiſſionem. Cum pecca
tor ex malignitate, vel ex certa ſcientia &
amore blaſphemiæ Dei blaſphemat, dicitur
ſpiritus blaſphemiæ: quod peccatum irre-
miſſibile nuncupatur, non quia non poſſit
remitti, ſed quia nõ gerit ſecum cauſam mo
tiuam ad remiſſionem. Et de hoc ſpiritu
bleſphemiæ loquitur Chriſtus, Matth. 12.
Omne peccatum & blaſphemia remittetur
homini, ſpiritus autem blaſphemię non re-
mittetur. Et quicunq; verbum contra Filiũ
hominis dixerit, remittetur ei: qui autem
dixerit contra Spiritumſanctum verbũ, non
remittetur ei, nec in hoc ſeculo, nec in futu-
C ro. Propterea Vgo de Sau. Vic. de hoc pec-
cato loquens ait: Eo quod hoc malum ni-
hil habet in ſe excuſationis, non meretur
habere executionem remiſſionis.

*Qũo fit blaſphemia.*

### *Quod blaſphemia mala multa in ſe comprehendit & ſuperexcedit. Cap. 3.*

TErtia eſt horribilis cõprehenſio. Com
prehendit enim in ſe multa & horri
bilia mala. Sicut enim bonum tanto
melius eſt, quanto plura bona in ſe compre
hendit. Bonum enim eſt in ſe eſſe, ſed meli⁹
D eſt eſſe & viuere; & adhuc melius, ſi additur
& ſentire. Sic ex oppoſito eſt in malo: quia
malum tanto deterius eſt, quanto in eo plu-
ra mala concurrunt. Sed in blaſphemia prę-
ſumitur infidelitas, quod eſt maximum pec
catorum, quia tollit fundamentum ædificij
ſpiritualis. Propterea Ioan. 3. Dominus ait:
Qui non credit, iam iudicatus eſt. Sed blaſ-
phemia ſuper infidelitatem addit deteſtatio
nem voluntatis, ſecundum Tho. 2. 2. q. 13.
Addit etiam ſuper hæreſim. Nam hæreti-
cus ita de Deo dicit, quod vera eſſe credit,
quamuis in fide erret. Sed blaſphemus di-
cit, quæ ſcit omnino non eſſe vera, neq; di- E
cenda. Deteriores etiam ſunt ipſis Iudæis,
quibus ex conſuetudine erat, quod audita
blaſphemia ſibi aures obturabant. Vnde ſu-
per illud Act. 7. Continuerunt aures ſuas:
Interlinearis dicit, ne. ſ. blaſphemiam audi-
ret. In ſignum quoq; doloris ſcindebant
veſtimẽta ſua, cum audirent blaſphemanté.

*Blaſphemia multa ſub ſe mala cõprehẽdit.*

### *Quod blaſphemia immediatius quam cætera vitia offendit Deum. Cap. 4.*

QVarta eſt horribilis offenſio. Opus. n.
tanto grauius peccatum eſt, quanto F
immediatius offendit Deum. Deus
enim, ſecundum S. Thom. a malis, varijs mo
dis offendi ſolet. Primo quantum ad ſuas
creaturas. ſ. in homicidijs, furtis, adulterijs,
& conſimilibus. ſecundo quantum ad ſuam
familiam ſpiritualem. tertio quantum ad
perſonam velatam. quarto quantum ad na-
turam aſſumptam. quinto quantum ad na-
turam diuinam. Qui enim furatur, fornica-
tur, vel etiam homicidium patrat, quantum
ad ſuos ſubditos & ſeruos offendit Deum:
& omnia ex ſuo genere mortalia ſunt pecca
ta Qui autem occidit Martyres, Apoſtolos, G
& alios Sanctos, qui Deo per gratiam fami
liariſſimi erant, grauius peccauit. Qui vero
corpus Chriſti acciperet, & pedibus cõcul-
caret, adhuc grauius Deum offenderet, quã
præcedentes. Qui vtiq; Chriſtum crucifixe-
runt, omnibus præcedentibus ſceleſtius cri
men commiſerũt. Sed qui offendũt Deum,
quantum ad naturam diuinam grauiſſime
peccant: quod quidem faciunt ipſi blaſphe-
mi. Nam blaſphemia eſt peccatum imme-
diate in Deum commiſſum: & ideo in gra-
uitate cætera peccata in hoc excedit, & per
conſequens excedit homicidiũ, cum pona-
tur in ſecundo gradu: blaſphemia vero in
primo. Quod autem grauior culpa ſit, quã H
homicidium, expreſſe declarat Thom. 2. 2.
q. 13. de quo ponit rationem, di. ꝙ blaſphe-
mia, quæ eſt peccatum directe contra Deũ,
præponderat homicidio, quod eſt peccatũ
in proximum. Alexã. de Ales in 2. ſic etiam
dicit: Peccatum blaſphemiæ eſt cõtra præ-
ceptum primę tabulæ: peccatum vero ho-
micidij eſt contra præceptum ſecundæ tabu
læ. Sed maius eſt præceptum primæ tabu-
læ, quam ſecundæ: ergo maius eſt peccatũ
blaſphemiæ, quam homicidij. Secunda ra-
tio reddi poteſt, quia ſaltẽ ſpiritus blaſphe-
miæ

*Blaſphemia eſt [illegible] tũ immediate in Deum.*



A miæ eſt peccatum in Spiritumſanctum: ho-
micidium vero non. Tertia ratio, quia homi
cidium quandoq; licet, ſicut iudici occide-
re delinquentem, &c. blaſphemare autem
nunquam aliquo modo licet. Ex prædictis
igitur patet, ꝙ graue eſt blaſphemare Deũ,
cum illum blaſphemando lingua blaſphe-
mantis efficitur quaſi gladius cor Dei pene
trans, & enſis vtiq;, vel vndiq; Deum ſcin-
dens. Nã ſi Deus ſcindi poſſet, tot vicib⁹ gla
diaretur, quot vicibus blaſphematur. Pro-
pterea Pſal. ait: Et gladius in labijs eorum,
qñ quis audiuit. Et quamquam Deus ſit im
mortalis, nihilominus ex parte malitię eo-
rum non deeſt cauſa & conatus ad occiden
B dũ Deũ, & glorioſiſſimã, atq; dulciſſimam
Virginẽ, & Sanctos, quos tam impie & ini-
què blaſphemando dilaniant. De quib. Pſal.
ait: Filij hominũ. i. dæmoniorũ: dentes eorũ
arma & ſagittæ & linguę eius gladius acu-
tus. Vnde glo. ſuper illud Eſa. 18. ad populũ
terribilem ait: Nihil horribilius blaſphemia
quę ponit os in cęlũ. O ſi poſſent quidã ne-
quiſſimi eorũ ĩ cęlũ ponere manus, & Deũ
& Beatã Virginẽ ſuis ſcindere manib. ſcele
ratis & maledictis, hoc vtiq; attentarent, ſi-
cut manifeſta indicia clamant in percutien-
tibus Crucifixũ, & vulnerantibus dulciſſi-
C mã matrem noſtrã Virginem glorioſam, &
effodientibus oculos eius. O rabidi canes,
& diabolici hoĩes, o incarnati dæmones, o
animę maledictę, o proditores & occiſores
maieſtatis diuinæ & Virginis matris Dei.
Quis docebit vos fugere a ventura ira? O
Reges terræ, & Principes orbis terrarum: o
Domini ciuitatum, & terrarum vniuerſi Re
ctores, vbi iuſtitia? vbi fides? vbi iuſiuran-
dum, vel zelus honoris veſtri, non dicam⁹
Dei? vulneratur figura Chriſti & Beatæ Vir
ginis: extrahuntur cũ tanta confuſione fidei
Chriſtianæ eorũ oculi, & aliorum Sancto-
rum, & nulla de hoc immani ſcelere inquiſi
D tio fit. O incredibilis veſania, & inſenſibili-
tas maledicta. O neſcimus quis hoc fecerit,
vellemus vtique hoc noſſe, ſed ignoramus.
Ignoratis vtiq;, quia de Chriſto nõ curatis,
nec de Virgine. O ſi percuterentur inſignia
& arma veſtra, o quot inquiſitiones, quot
examinationes, quot perſcrutationes & ſub
tiles cõiecturationes fierent, ſi mare; ſi al-
pes, vel Germanicas, vel Hybernicas trãſiſ-
ſet oras, duceretur in lucem, vt inueniatur
Dominus teſtis verus, Mat. 6. ꝙ vbi eſt the-
ſaurus tuus, ibi eſt cor tuum.

*Blaſphemãtis lingua quaſi gladius Dei penetrans.*

*Contra blaſphemos dura reprehenſio.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *Vbi aliæ quatuor horribilitates blaſphemantium ſuperadduntur. Et primo quanta malignitas in blaſphemantibus regnet. Cap. 1.*

E

SVbdamus alias quatuor horribi-
litates blaſphemorum. Quarum
prima eſt horribilis malignatio:
hoc enim ſcelus eſt in cęleſtem
Patrem, & ideo dignum ęterna morte, ſicut
Mat. 15. c. ſcriptum eſt: Qui maledixerit pa
tri aut matri, morte moriatur. Sunt autem
blaſphemi illa generatio, de qua Prouer. F
30. c. ſcriptum eſt: Eſt generatio, quæ patri
maledicit: propterea blaſphemator aſſimila
tur impio Cham, filio Noe, qui verenda pa-
tris fratribus oſtendit, Gen. 7. c.

### *De deſpectiuo contemptu blaſphemorum, & blaſphemia directa, & interpretata. Cap. 2.*

SEcunda eſt horribilis vilificatio. Tanto
.n. maior eſt vilificationis culpa, quan-
to maior eſt perſona, in quam commit G
titur hęc offenſa, ſicut patet in Domino tem
porali. Offenſa quidem eſt conuitium face
re in ciuem vnius Regis. Sed maior eſt, ſi
fit in aliquem militem eius nobilem. Am-
plius grauius eſt, cum in aliquem conſilia-
rium eius: grauius inſuper cum in filio Re-
gis: ſed grauiſſima cum fit in eius propriã
perſonam. Sic in propoſito eſt in peccato
blaſphemiæ: in alijs peccatis contra proxi-
mum fit conuitium aduerſus creaturam, ſed
blaſphemia fit conuitium in ipſum creato-
rem: ſed quantum creator excedit alias crea
turas, tantum blaſphemia excedit alia pec-
cata. Propterea dicitur extra de hære. cap.
vergentis. Longe grauius eſt æternã, quam H
temporalem lædere maieſtatem. Vnde Ec-
cleſiaſtici 12. Mittens lapidem in volatilia
deijciet illa. ſic & qui conuitiatur amico,
diſſoluet amicitiam ad amicum: & ſi produ
xeris gladiũ, ne deſperes: eſt enim regreſ-
ſus ad amicum. Si aperuerit os triſte, ne me
tuas: eſt enim concordatio, excepto conui
tio, & improperio, & ſuperbia cum my-
ſterij reuelatione: multo amplius in con
uitio facto in omnium creatorem. Eſt auté
aduertendum, ꝙ hic conuitioſa blaſphemia
dupliciter ſolet fieri: videlicet directę & in-
terpretatiue. Directe videlicet, cũ quis mala
Deo

*Qũo blaſphemia fit cõuitium in ipſum creatorẽ.*

A Deo appropriat, vti in præcedentibus dictũ
eſt. Interpretatiue, cum quis crucem Chri-
ſti contractat irreuerenter. Nemini enim li-
cet ſignum Saluatoris in terra, vel in ſilice,
vel in marmoribus humi poſitis inſculpere,
vel pingere, ne pedibus conculcetur. Qui
autem in terra poſuerit, vel poſitum non le
uauerit, morte moriatur. C. nemini lice. l. 1.
Sed quid dici poteſt de puellis nouiter con-
iugatis, & de parentibus earundem, quę die
earum nuptiarum, cum procedunt ad cõiu-
gis domum, in calceamentis ſuis portant
denarios quoſdam, in quibus ſæpe eſt crux
ſculpta, & Sancta Virgo Maria: vel aliqua
nomina Dei, vel ſculptura alicuius Sancti,
B quæ omnia velut ſues conculcant pedibus
in earum peſſimam horam, maledictã diẽ,
in indicium mali anni, & inter ipſas & vi-
ros infęliciſſimam ſemper vitam. O blaſphe
matores; immo, quod horrendum eſt dicere
& audire, conculcatores crucis ſanctiſſimę
& Sanctorum omnium Dei, & glorioſiſſi-
mę Virginis matris Dei, & aliorum Sancto
rum. O nefandiſſimum ſcelus: o initium, &
materia annorum malorum huius matri-
monij maledicti, & in nomine centum mi-
lium dæmoniorum initiati. Quid mirum, ſi
innumerabiles infęlicitates inter viros &
C vxores obueniunt, cum initium ſumpſerint
nuptiarum in Dei blaſphemijs & Virginis
benedictæ, & in nomine dæmonis maledi-
cti. Væ vobis, væ vobis, væ iterum dico vo-
bis, o inſenſati & faſcinati parentes, qui
non ſolum hæc & ſimilia agentibus conſen
titis, ſed hoc & nefandiora proprias filias
edocetis. Sed ad alia tranſeamus.

### *Quanta ſit blaſphemorum ingratitudo. Cap. 3.*

TErtia eſt horribilis ingratitudo. Ingra
titudo enim videtur eſſe illud pecca-
D tum, propter quod redeunt iterum
peccata dimiſſa, iuxta verbum Domini,
Matt. 18. dicẽtis ad ingratum: Serue nequã,
omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti
me: Nonne ergo oportuit & te miſereri cõ-
ſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? &
iratus Dominus tradidit eum tortoribus. ſ.
propter ingratitudinem: & hoc quouſque
redderet vniuerſum debitum. Eſt enim in-
gratitudo, ventus vrens & deſiccans fon-
tem pietatis & fluenta gratiæ Dei. Sed
quis magis ingratus eſt Deo de beneficio
ſpecialiter ſibi collato, præ cæteris creatu-
ris. ſ. loquela & lingua, quam blaſphemator
nominis Dei? Qui cum debeat dicere cum E
Propheta: Benedicam Dominum in omni
tempore, ſemper laus eius in ore meo:
Dominũ ſuo ore fętido maledicit. Omnes
etenim creaturæ & quælibet ſuo modo ſol-
licite laudant Deum, & benedicunt poten-
tiam, ſapientiam, & clementiam Saluatoris.
Sic omnes ſpiritus beati, aquæ cœleſtes, Sol
& Luna, cęli, virtuteſq; cęlorũ, imber, gran-
do, glacies, nix, pruina, & omnes venti, lux
& tenebræ, noctes & dies, terra & omnia,
quæ in ea producuntur germina, montes
& omnes colles, fontes & maria cum piſci
bus ſuis, volucres cęli & beſtiæ terræ, homi
nes & aliæ creaturæ, nunquam ceſſant a lau F
de creatoris, excepto maledicto blaſphema
tore, qui omnibus alijs creaturis repugnat,
linguam ſuam iniquam contra Deum rela-
xat: Ingratus etiam de immenſo beneficio
incarnationis. Nam membra illa humanę
infirmitatis, quæ pro ſalute noſtra aſſumpſit
Dei filius, blaſphemus nominat ad contu-
meliam eius dicens, Per viſcera, per ante-
riora & poſteriora Dei, &c. quaſi non ſatis
afflictus fuerit Chriſtus pro ſua & aliorum
ſalute ab impietate Iudaica: propterea com
pleat contumelias eius. Ex quo Iudæis ne-
quior efficitur. Primo, quia illi eum occide-
runt, & contumelijs affecerunt mortalem G
& infirmum & in ſtatu humilitatis: ſed iſte
immortalem & regnantem in cœlis. Vnde
Auguſt. Non minus peccant, qui blaſphe-
mant Chriſtum regnantem in cœlis, quam
qui crucifixerunt ambulantem in terris.
Cuius rationem aſſignat Alex. de Ales, di-
cens, quod ſit maior iniuria ratione maioris
ſtatus: ſtatus autem regnantis in cœlis, eſt
maior ipſius regnantis in terris. Secundo,
quia hoc Iudæi fecerunt ex ignorantia, iux-
ta illud Apoſt. 1. Corint. 2. Si cognouiſſent,
nunquam Dominum glorię crucifixiſſent.
blaſphemus autem iam credens, hoc perpe
trat ex malitia. Tertio, quia Iudæi non pro- H
miſerunt ei fidem: blaſphemi autem iam in
baptiſmate promiſerunt, & in chryſmate
cõfirmauerunt. Propter qđ contra eos inue
hit Eſa. c. 1. dicens, Væ genti peccatrici, po-
pulo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs
ſceleratis, dereliquerunt Deum, blaſphema
uerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt re-
trorſum. De his Eccleſiaſtici 29. Bona ver-
ba repromiſſionis. ſ. in confirmatione ſibi
aſcribit peccator, & ingratus ſenſu derelin
quit liberantem ſe.

*Quæ creaturæ laudãt Deum.*

*In blaſphemia mirũ nomẽ ingratitudinis.*

Quod



### A *Quod ex blaſphemia filij diaboli cognoſci poſſunt. Cap. 4.*

QVarta eſt horribilis diſtinctio. In hoc
enim diſtingui poſſunt filij Dei a fi-
lijs dæmonum. Nam veri filij
Dei tolerare non poſſunt, quod verus pater
eorum immaniter a blaſphemantibus ſagit-
tetur, de quo filij diaboli minime curant.
O cor lapideum & ferreum, immo durius
omni duriſſimo adamanti, tolerare poſſe
blaſphemias Domini Dei? Vis noſſe hanc
diſtinctionem filiorum Dei, & diaboli, audi
B exemplum ad hoc propoſitum valde nota-
bile. Habuit quidam ex propria vxore, iux-
ta quod extimabatur, filios tres. Quadã au-
tem die cum viro ſuo mulier conturbata in
contumeliã eius inquit: Ex his tribus filijs,
quos putas eſſe tuos, duos habui ex altero
viro, & vnus tantũ eſt tuus. Requiſita autẽ
mulier a viro, quis illorum trium erat ſuus
proprius, nullo modo voluit indicare. Ca-
ſu moritur mulier, veritate non patefacta:
poſt paruũ temporis vir infirmatus ad mor
tem de cætero neſciens cui tanquam legiti-
mo illorum filiorũ deberet relinquere ſua:
fecit teſtamentum indeterminate relinquẽs
vni illorum trium, qui erat legitimus filius
C ſuus. Mortuo patre oritur contentio inter
fratres, quilibet ſe aſſerit legitimum illum
filium ſuum, quem pater derelinquit ſuum
hæredem: fit ante iudicem contentio ma-
gna. Prudens iudex præcepit eorum patrẽ
ad arborem alligari, & quod quilibet eorũ
fratrum ſagitta impeteret patrem, vt noſce
re poſſet ex iactu, qui verus filius eius eſſet:
fuit forte memor iſte prudentię Salomonis
3. Reg. 3. de meretricibus coram eo conten-
dentibus tã mirabiliter ex vinculo amoris
naturalis veritatem coniecturantis & iuſtiſ-
ſime iudicantis. Primus illorum fratrum ſa
gittam iacit rectiſſime, quantum ſapit in ca-
D dauer patris defuncti. Secundus toto cona-
mine nititur ſuperare primum. Cum ad ter
tium peruenitur, concutiuntur viſcera eius,
titubare incępit animus ei9 & cor tremuit:
negat natura filij vulnerare propriam car-
nem patris, horret facinus, pauet vulnus,
ſtupet ſpiritus, & demum ipſius naturę vin
culo tractus, pręeligit potius hæreditate pa
tris naturalem dilectionem, quam eius ſub-
ſtantiam temporalem: Aitq; iudici, Date hę
reditatem cui dare licet, quia potius eligo
illam amittere, quam meum, licet mortuũ,
vulnerare patrem. Neſcitur rei veritas, pa-
lam fit per naturam, quod abſcõditum erat
per culpam. Manifeſtatur hic eſſe filius ve- E
rus, & tota hęreditas eius in manibus rela-
xatur. Sic in propoſito. Quis vnquam filius
verus pati poteſt blaſphemias & contume-
lias æterni patris? Quis douotus Virginis
fili9 ſufferre põt tot opprobria, quot a ſcele
ratiſſimis linguis hominum impiorum per
illa ſpurciſſima ora contra glorioſiſſimam
Virginem fluunt? quis corde ſenſatus & in
Dei zelo viuus, cum ſentit Deum, vel Virgi
nem blaſphemari, non confodiatur gladio
doloris intrinſecus, & ſi nõ valet manu vl-
ciſci Dominum, non clamet corde & ore,
clamore valido & lachrymis vſq; ad cęlũ,
dicens, tanquam, imo vere ex blaſphemia F
vulneratus in corde, Heu me, heu me, heu
me: Cum quotidie per Hiere. Thren. 3. c. cõ
queratur Dominus, dicens: Poſuerunt me,
ſicut ſignum ad ſagittam, dicit Dominus.

*Exẽplum quõ filij cognoſci poſſunt.*

*Prudẽtia iudicis.*

## Articvlvs Tertivs.

### *De vltimis quatuor horribilitatibus blaſphematorum. Et primo, quod ex blaſphemia agnoſcuntur infernorum ciues. Cap. 1.*

SVperaddamus vltimas quatuor G
horribilitates blaſphematorum,
quarum prima eſt horribilis ſtu-
pefactio. Solet namq; homo, ex
qua patria ſit, ad loquelam cognoſci. Tres
autem regiones poſſidet Deus. ſ. cęleſtialẽ,
mũdialem, & infernalem. Quælibet autem
illarum habet linguagium ſuum, vnde co-
gnoſci poſſit. Regio cęleſtialis habet pro lin
guagio ſemper Deum benedicere & lauda-
re, teſte Propheta, qui ait, Beati qui habitant
in domo tua Domine: in ſeculum ſeculi lau
dabunt te. Vis aũt noſcere, quis ſit iã in ter-
ris cœleſtis ciuis? Conſidera hominem in
anguſtijs poſitum, paupertate, penurijs, in- H
firmitatibus, & alijs aduerſitatibus cõquaſ-
ſatum, & in omnibus ſemper laudantem &
benedicentem Deum: hic cęlicus ciuis eſt,
ſermo indicat, lauſque Dei manifeſtat, te-
ſte Domino, Mat. 12. Bonus homo de bono
theſauro cordis ſui profert bona. ſ. Dei glo-
riam & honorem. Mundialis autem regio
ſuos etiam ciues habet ex ſermonibus co-
gnoſcendi. Superbi enim loquuntur de fa-
ſtu ſeculi & de honoribus mundi: Luxu-
rioſi de vanitatibus, & laſciuijs, & carnalita
tibus: Auari de lucris & theſauris & conſi-
milibus, teſte Io. 1. cano. ſuæ 4. c. De mundo
ſunt,

*Facile cognoſcitur blaſphemus ex qua regione ſit.*

A ſunt, ideo de mundo loquuntur. Et Ioannes 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur. Infernalis autem patria etiam nunc in mundo multos conciues habet. Sermo infernalis nihil aliud eſt, quam blaſphemiæ & maledictiones Dei, & Virginis, omniumq́; Sanctorum, ſicut Apocalip. 16.c. ſcriptum eſt, Blaſphemauerunt Deum cœli præ doloribus & vulneribus ſuis. Et Eſa. 8. Cum eſurierit iraſcétur & maledicent Regi ſuo & Deo ſuo. Blaſphemi igitur, quia iam ſcripti ſunt in lib. æternę perditionis: iō iam aſſueſcunt loquelæ officio, quod facturi ſunt in inferno. Cognoſcuntur Gallici ex loquela ſua, Alemani ex ſermone ſuo, & Italici B ex idiomate ſuo. Sic & reprobi homines ex blaſphemijs ſuis. O homines infernales, o tartarei ciues, o conſocij inferorum: cuilibet veſtrum dici poteſt, quod Matt. 26. dictum eſt Petro: Vere tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. Omnes nanq; blaſphemorum linguæ dæmonum fiſtulæ, vel ora ſunt. De quibus Pſal. ait, Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt.

C *De duodecim maledictionibus, quæ blaſphematoribus dantur. Cap. 2.*

SEcunda eſt horribilis maledictio, quā per os Pſal. infligit Dominus, ſicut patet in Pſal. Saluum me fac Deus, quoniam intra. aquæ vſque ad animam meam. Et ſubdit blaſphemis duodecim maledictiones: quarum prima eſt, Fiat menſa eorum. i. cibus & potus tranſeuntes per illud maledictū os & gulam, coram impijs, in laqueū. ſ. ſuffocationis & culpæ. Secūda, & in retributioné. i. creaturæ oēs eis maledicent. ſ. terreſtres, cęleſtes, & infernales, inſenſibiles, ſenſib. & rationales: quia. ſ. hi ſuo creatori D maledixerunt maledicto ore. Tertia, in ſcandalum, ſcilicet commenſalium ſuorum, vel omnium cœleſtium, qui indignātur & ſcandalizantur, quod cibus, vel potus, qui ſunt creaturæ Dei, tranſeunt per illud iniquum os. Quarta, obſcurentur oculi eorum ne videant, ſcilicet ſpiritualia cęci mente, neque corporalia cæci corpore. Quinta eſt, & dorſum, vbi renes & affectus eorum ſunt, ſemper in curua, hoc eſt in peccatorum ruinam. Sexta, infunde ſuper eos iram tuam, videlicet ſicut effunditur ſuper porcos aqua feruens, vt euellantur pili, vel radantur. Et alibi in Pſ. Effunde iram tuā in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, E quæ nomen tuum non inuocauerunt, ſed blaſphemauerunt. Septima, furor iræ tuæ comprehendat eos, quia ſcilicet ſicut fur comprehendentur. Vnde Eccleſiaſtici 23. Quaſi pullus equinus fugabitur: & vbi non ſperauit, comprehendetur. Sicut enim pullus equinus, dum pullus eſt, libere vagatur quocunq; vult: Sic blaſphemi viuunt, ſed ſubito morientes, vbi non ſperauerunt, cōprehendentur, ſcilicet inter anguſtias deſperatæ mortis: ſicut pullus inter murorum anguſtias. Vnde Thren. 1.c. Omnes perſecutores eius comprehenderunt eam, ſcilicet blaſphematoris animam inter anguſtias, quaſi inter duos muros. Sunt autem F iſti muri, murus peccatorum & murus infirmitatis. Murus peccatorum arcet eum ab ingreſſu cœli: murus vero infirmitatis arcet eum ab hoc mundo, ſiue a corpore. Et in hac anguſtia comprehendunt eam dęmones & in infernum demergunt. Octaua, fiat habitatio eorum deſerta. Ad literam, quia moriantur & relinquant alienis domos, & diuitias ſuas. Nona, & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet: quia ſcilicet morientur filij, & omnes generis ſui. Et horum cauſas reddens ſubdit. Quoniam, quem tu Domine percuſſiſti, ſcilicet G in paſſione, iuxta illud Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum, dicit Dominus: Perſecuti ſunt, ſcilicet blaſphemijs & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt, videlicet vt prædictum eſt, grauius offendendo quam Iudæi, quia iſti blaſphemant Deum iam in cœlis regnantem, vbi illi occiderunt eum in terris peregrinantem. De quibus ipſe quaſi conqueritur, Iob 16. Conſcidit me vulnere ſuper vulnus. Decima, appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, ideſt, permitte Domine, vt veniat de iniquitate ad iniquitatem, & de blaſphemia in blaſphemiam, & de malignitate in malignitatem, ſicut alibi Pſal. H ait: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos. Vndecima, & non intrent in iuſtitiam tuam. i. amittant omnia bona ſpiritualia. Duodecima, deleantur de libro viuentium. i. deleti appareāt in cęlo de libro vitę, & cum iuſtis non ſcribantur.

De



A *De ſeptemplici punitione blaſphematorum. Cap. 3.*

*Blaſphemi qbus, & qualibus pœnis plectantᷣ.*

TErtia eſt horribilis punitio. Septem punitores contra blaſphemiam ordinati ſunt. Primus eſt legalis, ſecundus Imperialis, tertius municipalis, quartus ſpiritualis, quintus infidelis, ſextus diuinalis, ſeptimus infernalis. Primus quidem punitor eſt legalis. Vnde Leuit. 24. Educ blaſphemum extra caſtra, & imponent illi qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius: & lapidet eum omnis populus. Secundus punitor eſt tempora- B lis, ſeu Imperialis. Nam ſecundum leges decapitandus eſt, vt in Authent. vt non luxu. contra nat. circa medium. Tertius punitor eſt municipalis. Leges enim municipales, & Communitatum ſtatuta contra blaſphematores multipliciter ordinata ſunt, ſed in executione hodie conſopita videntur. Quartus eſt ſpiritualis, extra de maledic. cap. ſtatuimus. vbi Gregorius IX. ait: Statuimus, vt ſi quis contra Deum, & aliquem Sanctorum ſuorum, & maxime contra Beatam Virginem, linguam in blaſphemiam publice relaxare præſumpſerit, per Epiſcopum ſuum pœnæ ſubdatur C inferius annotatæ: videlicet, vt ſeptem diebus dominicis præ foribus eccleſiæ in manifeſto, dum aguntur miſſarum ſolennia, blaſphemus exiſtēs vltimo eorum die Dominico pallium, & calciamenta non habeat, ligatus corrigia ad collum, ſextis ſeptem præcedentibus ferijs in pane ieiunet, & aqua, eccleſiam nullatenus ingreſſurus: quolibet quoque prædictorum dierum tres ſi poterit, alioquin duos reficiat pauperes, ſiue vnum. Et ſi nec eius ſuppetant facultates, id in pœnam aliam commutetur: cui etiam, ſi renuerit recipere, ac peragere pęnitentiam prædictam, eccleſiæ in- D terdicatur ingreſſus, & in obitu eccleſiaſtica ſepultura careat. Per temporalem præterea Poteſtatem coactionē ſi neceſſe fuerit Epiſcopi diœceſani adhibitam contra eam blaſphemus ſi diues fuerit quadraginta ſolidorum, alioquin triginta, ſiue viginti: Si ad id non ſufficit, quinque ſolidorum vſualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc miſericordiam habiturus. Quintus eſt infidelis, Daniel. 3. Nabuchodonoſor viſo miraculo trium puerorum, ſcilicet, quòd in fornace non fuerunt conſumpti, decretum edidit, quòd quicunque locutus fuiſſet blaſphemiam contra E Deum eorum diſperiret, & domus eius deuaſtaretur. Idem 9. diſtin. cap. quicunque. Machometus infideliſſimus canis in ſuo Alchorano præcepit, quòd quicunque Deum, & Chriſtum, & etiam Beatam Virginem blaſphemaret, medius diuideretur. Retulit mihi quidam Frater de Ordine, & ſocius noſter, vnum Saracenum in Terra ſancta grauiter fuiſſe punitum ab officiali Pagano, eo quòd verbum inhoneſtum cōtra Virginem protuliſſet, ad barbam officialium & aliorum infidelium Chriſtianorum. Sextus huius peccati punitor, eſt diuinalis, quia Deus punit ſpiritualiter. F Nam, vt dicitur Matt. 12. Spiritus blaſphemiæ non remittitur, id eſt, vix remittitur, ideo vocatur peccatum ad mortem. Vnde 1. Ioan. 5. Eſt peccatum ad mortem, non dico vt pro eo quis roget. id eſt, quilibet: quia neceſſe eſt vt magni meriti ſit, qui huius ſceleris remiſſionem impetrare valet. Cuius ratio eſt: quia in tanta cęcitate obtenebratur mens talis, maxime iudicio Dei in puncto mortis, quòd peccatum ſuum nullo modo cognoſcere poteſt, vnde ad veram pœnitentiam peruenire poſſit, teſte Leuit. 20. cap. qui ait: Qui maledixerit patri, id eſt Chriſto & Deo; vel matri. i. G Virgini, vel gloriæ, vel eccleſiæ triumphanti: *extinguetur lumen eius in medijs tenebris.* id eſt, in puncto mortis. Septimus punitor eſt infernalis. Refert Gregor. in 4. Dial. quòd Romæ quidam puerulus quinque annorum blaſphemijs aſſuetus, maxime cum aliquid eius obſtaret animo, cum tenere diligeretur a patre: quadamque die eius in brachijs teneretur, cępit clamare dicens: Mali homines veniunt, qui me tollere volunt, quo dicto nomen Domini blaſphemauit, ſtatimque Diabolus eius infelicem animam rapuit, & in incendia ęterna ſubmerſit. Quia, ſecundum Hoſtiē. tanti intellectus, & ſenſus extitit, quòd ra- H tionis vſum habuit, vnde demereri poterat, & mereri. Miles quidam in diœceſi Remenſi, cum quadam die ludendo in cęna blaſphemaret Deum: ſtatim percuſſus caduco morbo coram aſtantibus cadens, per totamque ſequentem diem horribiliter ſe diſcerpens, & ad terram allidens, & ex ore ſpumam euomēs, miſerabilem animam expirando Diabolo recommendauit. Nauta quoque, qui blaſphemauit Deum, cum in natando expertus eſſet, ſubito ſubmerſus eſt: quem frater eius inuenit in litore illæſo corpore, ſed radicitus auulſa

*Machometus Turcarū Impator, quid præceperit in ſuo Alchorano.*

*Exemplū admirandum, quo diſcere deberent blaſphemi reprimere inſultationes ī Deū, et Sāctos.*

A lingua, & conſumpta. Iuxta quod Sapien. 11. cap. ſcriptum eſt, Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Alius quoque in diuerſis Virginem Glorioſam blaſphemans membris, & membra illa in corpore ſuo amittens, demum deſperatus ventre crepuit, & ſic infelicem animam in manus Diaboli exalauit. Patet etiam in hoc punitor infernalis. Nam iudicio Dei noſtris quoq; temporibus plures a Diabolo in anima, & corpore ad inferos abrepti ſunt, ſicut de aliquibus exponam in ſequenti ſermone contra aleatores.

B *De illis, qui in peccatis blaſphemiæ participes fiunt. Cap. 4.*

QVarta eſt horribilis obligatio. Non enim ſolū blaſphemi prædictis modis pluribuſque alijs ſunt culpabiles apud Deum: ſed etiam illi, qui cum poſſint, & teneantur huic ſceleri contradicere, & obuiare, non curant, ſicut extra, de homic. cap. ſicut dignum. §. 3. ſcriptum eſt: Non caret ſcrupulo conceſſionis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, & 86. diſtinct. cap. facientis. dicitur: Facientis proculdubio culpam C habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Scriptum quippe eſt, Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt, participes iudicantur. Et ſequitur: Negligere, cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Et ſubditur, Primus innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda: propterea blaſphemorum in culpa ſocij iudicari poſſunt. Primo blaſphemantium genitores, qui non corrigunt filios, os in tantam iniquitatem laxantes. Quos ſi quandoque Dei iudicio perdunt, nil mirum, cum eos nutriant ad vtrorumque perditionem, cum eos non corrigant D in huiuſmodi ſceleribus delinquentes. Secundo ſunt in hoc participes, blaſphemare in domo propria permittentes. O nefanda crudelitas, creatorem noſtrum, & Dei matrem in laribus proprijs ſinere illis linguis maledictis ſic crudeliter laniari. Quis namq; ſapiens, ac timens Deum, permitteret cum perturbare poſſet, alicui ſancto viro contumeliam fieri in propria domo? quanto minus Deo, & Saluatori noſtro, & Sanctis, cum Chriſto iam beatis. Quis inquam, ſuſtinere poſſet quòd coram eo aliquod conuitium, vel vituperium contra proprium patrem impingeretur? Non enim poſſunt proprios dominos E diligentes de eis aliquid audire ſiniſtrum: quanto minus ſuſtinere debent de Domino dominorum, & Rege regum. Tertio participes ſunt prælati, & animarum rectores, qui ſi in correptione huius ſceleris ſunt negligentes, Iudæis ſunt deteriores, qui audita blaſphemia lapidabant blaſphemantem. Qui ſi hoc agere non poterant, aures obturabant, & in ſignum cordialis doloris propria ſcindebant veſtimenta. Quarto in hoc ſcelere participes ſunt Domini, & regimina ciuitatum habentes, de correctione huius vitij non curantes. Quid enim ſi in terra ſua idolatriam F ſuſtinerent: nonne æſtimaretur horrendum? & tamen blaſphemia in hoc deterior eſt, quia idolatria honorem ſuum Deo aufert: ſed vltra hoc blaſphemia contumeliam Deo infert. O quot denarios lucrari poſſent puniendo blaſphemos, cum Dei & ſui magno honore, & lucro ſanctiſſimo & benedicto. Teneo namque certiſſima fide, quòd nullum temporale lucrum in eorum manus obuenit gratius, quàm ex ſollicita, & iuſta punitione huius ſceleris. Nam ſi non obuiando cum poſſint, quilibet eius criminis participes fiunt, vti probatum eſt: quare non econuerſo in obſta- G culo tanti mali non tantum merentur apud Deum in bonum, quantum in permiſſione eius demerentur in malum? Non enim minoris precij eſt iuſtitia in proximo procurata, quàm culpa in damnum de eius malitia conſentita, & ſuſtentata. Dignum eſt enim, vt iuſtitia non ſit minor in bono, quàm nequitia in ſuo genere ſit in malo. Ponderent igitur Domini illi damnum in huius peccati permiſſione, & lucrū in prohibitione. Quinto fiunt in hoc participes ciuitatum, & terrarum Rectores, & Poteſtates, qui ſtatuta terrarum obſeruare promittunt, & iurant. In quibus communi- H ter ſtatutis ſtatuitur pœna contra Deū blaſphemantes, & Sanctos: quapropter totiés periuri ſunt contra Deum, quotiens negligunt huiuſmodi extirpare, vel refręnare peccatum. Quod ſi fecerint, ſicut de Dominis dictum eſt, ex hoc honorabiliores, & famoſiores redduntur apud Deum, tam copioſe merentur: credo pluſquàm Dominicum adire ſepulchrum, denarioſque ex parte eorum benedictos copioſe lucrantur. O ſanctiſſimi denarij ex huius ſceleris punitione acquiſiti. O ſtabile lucrum, & a tota cœleſti curia benedictum. O denarij

*Participes in culpa, cõſortes ſũt in pœna.*



A narij iuſti, per quos tota iniuſtitia, & iniquitas refrænatur: qui ſi commiſceantur nummis per iuſtitiā acquiſitis, iniuſti propter iuſtos a iuſto Deo quodammodo cōſeruantur. Iuſte quidem penſari poteſt, quòd Glorioſa Virgo, cæterique Sancti cęleſtes apud Deum pias effundant preces pro ſolerti Officiali contra blaſphemos, cum tantum horreant Deum, & ſua nomina blaſphemari. propterea denarij, quos ex punitione blaſphemorum Officiales lucrātur māmona iniquitatis nuncupari poſſunt. Ad quos lucrandū hortatur Dn̄s, Lucæ 16. dicens: Facite vobis amicos. id B eſt, cœleſtes Sanctos: de mammona iniquitatis. id eſt, condemnate blaſphemos, vt vobis denarios ex ſua patrata iniquitate dent. Nec mirum, ſi, vt dictum eſt, ex Sanctorum orationibus horum ſubſtātia conſeruatur, cum quod maxime eſt eis neceſſarium, quodammodo æterna gloria promittatur: quia a Dn̄o ſubinfertur, vt cum defeceritis, ſcilicet per corporalem mortem, recipiant vos ſuperni ciues in æterna tabernacula regni cœlorum. Sexto participes fiunt in hoc blaſphemantibus aſſiſtentes, ſi non obuiant huic ſceleri, quantum poſſunt licite, & quantum C expoſtulat regula diſcretionis, & charitas correctionis. Vnde Hierony. in epiſtola quadam ait: Sicut ad proprias iniurias patientes eſſe debemus: ita ſi aliquem viderimus erga Deum ore ſacrilego blaſphemantem, illic tenere patientiam non debemus, ſed reſiſtere ſacrilego, & os blaſphemum veritatis reſponſione damnare. Ponderet igitur quilibet tanti criminis immanitatem, & obligationem ſuam, ne de tanto ſcelere particeps fiat: A qua participatione nos liberet, & ab omnibus malis magnificus, & laudabilis, ac amabilis liberator Dominus Ieſus Chriſtus, qui cū D Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

## DOMINICA SVPRADICTA infra diem,

### *Contra alearum ludos.*

## Sermo XLII.

*TVl erūt lapides, vt iacerēt in Ieſum,* Ioan. 8. Magna ſiquidem iniquitas impiorum, quibus non ſufficit de malo theſauro cordis ſui per ora euomere crudeliſſima verba, ſed eorum impiæ manus E properant execrabilia opera perpetrare. Ecce manſuetiſſimi Ieſu famam, Iudęorum turbæ, & Principes Sacerdotum non tantum blaſphemijs, ſicut in præcedenti ſermone prædictum eſt, maculare & etiam infringere ſatagebant: verumetiam, & lapidibus eius vitam extinguere conabantur, ſicut Ioan. in verbo propoſito manifeſte oſtendit, dicens, quòd tulerunt lapides, vt iacerent in Ieſum. Harum nempe impietatum crudeles imitatores, proh dolor, ſe fore manifeſte oſtendunt alearum luſores, quorum opera nequàm nil aliud prorſus merito æſtimanda ſunt, ni- F ſi lapides, quibus Dominum maieſtatis, & gloriæ, & gratiæ largitorem lapidare, atque eius fidem, & mores de mentibus fidelium propulſare contendunt. Propter ea ſecunda hæc Religioſitas, lapidata merito nuncupatur, quia per ludi impietates, quaſi omnes Chriſtiani mores contaminātur, & corrumpuntur. Propterea ad ludi alearum, & taxillorum maiorem deteſtationem, triplex myſterium diſtinguamus. Primum eſt myſterium inuentionis, ſecundum offenſionis, tertium vero obligationis. De quibus Propheta 25. Pſal. G ait, in perſona Dei: odiui eccleſiam: ecce primum. malignantium: ecce ſecundum. & cum impijs non ſedebo. ſcilicet, per placatam miſericordiam, ſed erectus ero per paratam, & rectam iuſtitiam. ecce tertium, quod in præſenti materia videtur eſſe aliud thema.

*Ludus alearū, & taxillorū.*

### Articvlvs Primvs.

### *De eccleſia malignantium, quæ eſt luſorum, atque de ludi diabolica inuentione.* H

PRimum autem myſterium eſt de ludi inuentione. Inuentor omnium malorum Lucifer infernalis, humani generis inimicus, nocendi cupidus, atque de animarum perditione ſolicitus, nouitate impietatū Chriſtianæ fidei ſemper, & indefeſſe procurat deſtructionem. Vnde machinationem, quā diu cogitauerat, opere adimplere deſiderans, conuocatis tubicinis ſuis iubet per eos ante ſe vniuerſos Dæmones conuocari ſub pœna placita ſuæ terribiliſſimæ ma-

*Lucifer inuentor oīum malarum artium.*

A ieſtati. Qui ſtatim obedientes, per or-
bem vniuerſum circumquaque diffuſi ci-
tant coram Principe tenebrarum omnes
ſpiritus infernales: currunt omnes conci-
to greſſu, turmatimque coram ſuperbi re-
gis conſpectu ſe præſentant. Quibus il-
le loqui exorſus eſt. Dilectiſſimi ſuperbiæ
filij, inferni principes, & cæteri milites,
& ſatellites tenebrarum, rebelles Dei, &
aduerſarij Chriſti: Nouit iam diu impie-
tas veſtra, meæ naturæ, ac officij eſſe no-
uas malitias inuenire, vt animas poſſim
deducere ad tartara regna noſtra. Qua-
propter cum impietate mentium veſtra-
B rum conferam, quæ in Dei offenſionem,
& in animarum perditionem nuper exco-
gitaui, vt veſtro auxilio veſtroque cona-
tu perficiam hoc admirabile impietatis o-
pus, & iniquitatis. Noui enim relatu ve-
ſtro aduerſarium noſtrum Chriſtum vnam
eccleſiam iuſtorum conſtituiſſe in terris in
ſalutem animarum: At ego cogitaui ec-
cleſiam malignantium ordinare in anima-
rum perniciem. Et quæcunque ille ordi-
nauit in eccleſia ſua in bonum, ego deor-
dinabo in eccleſia mea in malum. Sed quia
delectabilia magis alliciunt hominum men
C tes, quàm quæ prima fronte aſpera æſti-
mantur: Ideo ſub nomine, & titulo lu-
di, cogitaui animarum innumerabilium
ſtragem per incredibilia ſcelera procura-
re. Et vt nequius per inordinatum ordi-
nem res ipſa procedat, tria veſtro conſi-
lio, & auxilio de ipſa malignantium ec-
cleſia, quæ eſt luſorum, per noſtram con-
ſummatam malitiam ordinentur. Primum
officia & beneficia, ſecundum eccleſia-
ſtica inſtrumenta & paramenta, tertium
miſſarum ſolennia. Cunctis Dæmonibus
ſermo placuit, anxioque affectu poſtulant
excogitata opere adimpleri, ſe offeren-
tes omnem ſuam impietatem executioni
D mandare.

*De officijs, & beneficijs a Sathana luſoribus datis.* *Cap.* 1.

PRimo quidem in nomine meo,
& omnium veſtrum, exordium
ſumam eccleſiæ meæ officia, &
beneficia diſpenſare; aſſumam-
que ego libens, tanquàm omnium impie-
tatum origo, & caput officium ſummi
pontificatus, atque dignitatis Papalis, vt
ſuper omnium luſorum, & iniquitatum
eorum dominus, & magiſter: Cætera ve- E
ro ſecũdum nequitias veſtras ordinabo vo-
biſcum, ſi placet irreuerentiæ veſtræ. Om-
nibus deniq; immundis ſpiritibus reſpon-
dentibus magno clamore, Placet, Satha-
nas ad cætera ſe diſponit. Rurſum & Car-
dinales, tanquàm dilectiſſimos fratres
meos mecum volo habere, qui per vos,
atque per homines ſceleratos meas impias
ſanctiones executioni demandent. Nec
digniores valet mea conſumpta nequitia
reperire, quàm dominos, & officiales,
atque quoſlibet magiſtratus. Ipſi enim
poteſtatem habent ſcelera approbandi, de-
fenſandi, & impunita ſeruandi, eiſque F
potentatu fauendi. Ipſos igitur meos di-
lectiſſimos cum iniquitatum auctoritate
mearum, atque veſtrarum ex nunc eligo
Cardinales. Ex latereque legatos con-
ſtituo per præſentes ad vendendum bar-
ratarias, ac ad exemptiones impunitatis,
& libertatis blaſphematoribus, & ope-
rantibus impietates miſericorditer, & li-
berè concedendum. Epiſcopatus, & meas
eccleſias cathedrales in ciuitatibus, villis,
& caſtris ſtatuo fore noſtras ſacratiſſimas
barratarias: quæ quanto nequius fieri po-
teſt ſtatuantur iuxta catholicas eccleſias, G
& maxime cathedrales, & principales,
atque ſecus meos Epiſcopatus more ſan-
ctarum eccleſiarum, quæ canonicos ha-
bent, proſtibula ſtatuantur cum meretri-
cibus, & ruffianis, quorum ſacri labores,
ac ſudores a prædictis meis Cardinalibus
precio venundentur, more diſtributionum
eccleſiarum ſuarum. His meis Epiſcopati-
bus, & eccleſijs ementes barratariarum ta-
bernas Epiſcopos præpono, & ſtatuo, atq;
ſtatutos denuncio per præſentes, quorum
vicarij, atq; ſuffraganei opere veſtro conſti-
tuantur per eos luſores fallaciſſimi. Pleba-
nos aũt eccleſiæ meę ſtatuo eẽ tabernarios: H
eccleſias vero tabernas, ſeu loca, vbi fiũt lu-
di, & acceptantur luſores: Cameræ vero, &
cubicula ſecreta, altaria ſunt: iubeoq; eẽ ibi
diuerſi generis guloſos, & maxime aſſatos
bolos, ſiue morſellos, tanquàm inceſum in
odorem ſuauitatis, quorum fragrantia, &
odore plebs mea guloſa accendatur, & in-
flammetur ad gulam, dehinc ad accidiam,
luxuriam, rixam, &c. hac tamen condi-
tione adiuncta, quòd nunquàm prædica-
tionem audiant, nec aliqui interſint aduer-
ſarij noſtri Chriſti, alias priuatos tali plebe
eſſe iubeo. Proclamatorem, ſeu denuncia-
torem

*Perſuaſio Sathanæ.*



A torem vini, & portitorem virentis rami
per ciuitatem, necnõ & ſeminatorem pul-
ueris rubei, eccleſias parochiales cum ani-
marum cura, & cum iuſtitiæ incuria ſta-
tuo eſſe patentia receptacula quædam, vbi
congregantur nobiles ad ludendum, &
maxime diebus feſtiuis, quibus præpoſi-
tos, & curatos ſtatuo omnes tales domos
habentes, & huiuſmodi luſorum recepta-
tores, eiſque pro ſeruitio mihi impenſo
æternę damnationis ſtipendium repromit-
to. Eccleſias ſine cura iubeo eſſe quo-
rumcunque ciuium domos, in quibus ma-
xime in Natali ad maius dedecus nati
B Chriſti parentes, & amici, pueris, &
puellis encenia, ſeu denarios donent, at-
que cum eis tempore tali miſſas meas ce-
lebrent, hoc eſt ludant in contumeliam
Dei. Hinc auxilio veſtro, dilectiſſimi,
fraudes ſumunt exordia, & deuiationes
puerorum, & puellarum, & impudici-
tiæ multæ. Oratoria autem eſſe volo bar-
bitonſorum, & quorundam aliorum ar-
tificum apothecas, vbi clam iuuenes con-
gregati per ludos, in multa enormia ruant.
His denique meis eccleſijs profanis, &
maledictis iubeo per vos procurari maio-
C res, ac feruentiores populorum concur-
ſus, quàm ſint in eccleſia Ieſu Chriſti.

*De ipſius eccleſiæ malignantium inſtrumentis, & paramentis.* *Cap.* 2.

SEcundo autem per ordinem diſpona-
mus eccleſiaſtica inſtrumenta, & pa-
ramenta. Vnde ſic volo, ſic iubeo,
quòd altaria ad liberius celebrandum to-
baleis non parata in eccleſijs meis ſint ta-
bularia ad ludendum, vbi ex latere in
quolibet fiat vacuitas quædam ferrea ſe-
D ra, ac claue munita ad recondendum qua-
ſi reliquias in altari ſacros luſorum num-
mos. Miſſale vero taxilium, ſeu decium
eſſe volo: qui quidem, & tractabilior,
& durabilior, atque continentia non erit
minor, quàm ſit miſſale ipſius Chriſti,
cum in eius miſſali ſolum alphabetum, hoc
eſt viginti vna literę comprehendantur,
ac totidem puncti in decio concludantur.
Sed quia in Chriſti miſſali diuerſæ ſunt
per anni circulum Sanctorum miſſæ in eo-
rum gloriam, & triumphum, ideo ne vi-
dear mihi omnia arrogare: diligo enim
vos, ex abundantia charitatis meæ mul-
tis de vobis impertior quaſdam ſolennes
miſſas, ſi per veſtras nequitias de illis E
potueritis triumphare. Tibi Diabolo, qui
diceris Teſta, concedo vnam: Sbatalio
aliam, Sbaralio aliam, Minoreto aliam.
Tibi, qui Sequentia nominaris, aliam ſu-
peraddo: aliam quoque concedo tibi, qui
Spagnolo riuerſo, vt plurimum nuncu-
paris: tibi vero adhuc Badolos aleam
dono, tibi quoque Rapello aliam præſto.
Miſſam quoque de zozoi volo eſſe om-
nium Dæmonum communem miſſam.
Miſſam vero de zarro, quaſi dominica-
lem pro mea impia maieſtate reſeruo.
Antiphonaria vero volo eſſe in eccleſia
mea pro miſſis, & officijs cantandis, & F
diſcantandis, quæ iubeo eſſe aleas tali ar-
tificio ordinatas, quòd poſſint quaſi li-
bri aperiri, atque claudi, & hincinde vſ-
que ad villam deportari. Habentque ta-
bellas, quaſi in cantu notas, quarum hinc-
inde mutatio, atque ſonus ſit in noſtris
miſſis, & officijs cantus, atque diſcan-
tus. Nec deficere volo officijs meis Bre-
uiaria, & Diurna, quæ eſſe iubeo char-
ticellas, ſeu naibos, in quibus variæ fi-
guræ pingantur, ſicut fieri ſolet in Bre-
uiarijs Chriſti, quæ figuræ in eis myſti-
cam malitiam præfigurent: vtputa dena- G
rij auaritiam, baculi ſtultitiam, ſeu cani-
nam ſæuitiam; calices, ſeu coppæ ebrie-
tatem, & gulam, enſes odium & guer-
ram, Reges atque Reginæ, præualen-
tes in nequitijs ſupradictis; Milites etiam
inferiores & ſuperiores luxuriam, & ſo-
domiam aperta fronte proclament. Et
idem de conſimilibus fiat. Presbytero-
rum, & presbyterarum innumerabilem
multitudinem eſſe volo: vnde admittan-
tur puſilli & magni, & fœminæ & ma-
ſculi, periti & ignari, ſapientes & ſtul-
ti. Sed quanto erunt nequiores, tanto
erunt mihi chariores. Horum autem Sa- H
cerdotum ordinatores, ſint eorum ad lu-
dos ordinatores: ſed ſuper omnes paren-
tes filios ludere edocentes erunt mihi gra-
tiores. His Sacerdotibus, quando tem-
pore, & loco retro miſſarum noſtrarum
ſacra ſolennia celebrant, Ceroferarios om-
nes cum luminaribus adeſſe volo, quos
eſſe ſtatuo omnes ad ludum lumina cir-
cunferentes. Cantantes vero in choro ſint
ſuaſores, & denarios præſtantes in ludo.
Populos vero ad noſtra ſolennia con-
currentes, eſſe decerno omnes luſoribus
aſſiſtentes, & ludum aſpicientes, atque
ſceleribus luſorum communicantes. Sacer-

*Impia Diaboli inſtrumẽta.*

A dotalia paramenta ſic eſſe ſtatuo per præſentes: amictus, qui ſuperponitur capiti ſacerdotis in ſignum, quòd velatos oculos in paſſione habuit Chriſtus, ignorantia ſit omnium malorum, quæ ex ludo oriri ſolet. Alba, ſit ex ludo perdendo omnia remanés infeliciter in camiſia. Cingulum lumbos ſtringens, ſit inordinata affectio ad ludum trahens, cogens, & tenens. Manipulus in ſiniſtra manu, captio ſit in furto ex auaritia: voloque illum habere ſtolam, id eſt, capiſtrum, quo ſuſpendatur per gulam. Caſula aut planeta, ex vtraque parte patula, & aperta, ſit gloriatio in malis apertis, quæ ex ludo ſequuntur. vel ad literam, ſit ipſa ribaldorum giornea. B

*De ordine miſſæ impijſſimi ludi. Cap. 3.*

TErtio autem ad miſſarum ſolennia tranſeamus. Sacerdotale quidem officium cum incipit Introibo, cum clerico reſpondente ſit ipſorum luſorum inductio, & concordia ad ludendum. Introitus per cantum alte pronunciatus, ſit ludentium ſtrepitus, atque rumor. Kyrie eleiſon pluries replicatum, contentio C ludentium ſit, atque execratio quædam, qua alternatim aſſerant, atque dicant, Renego ego Deum, ſi non ſic eſt. Cantus Gloria in excelſis, ſit execrandum ſcelus blaſphemiæ contra Sanctos, & amplius contra excelſum Deum: Virginis autem Gloria, ſit eius ſæua blaſphemia. Pro Dominus vobiſcum: zara, quod interpretatur oriens, a meo ſacerdote populo nuncietur, vt nomen meum clarius ſit, ſicut Eſaiæ 14. cap. me vocant dicentes, Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Et licet mihi improperet caſum illum, tamen intelligo non fuiſſe iuſtum. D Oratio alte pronunciata, ſint alta ſuſpiria de corde euulſa. Initium epiſtolæ taliter nuncietur: Incipit epiſtola boni pabuli ad ebrios: Chariſſimi: Ebrij eſtote, & manducate. Graduale ſit ex ludo gradatim ruere in peccata. Euangelium, quod bonum nuncium, ſcilicet pro nobis interpretatur ſit, cum dicitur a luſore, perdo: & ſocius, quaſi clericus dicit, vinco. Credo, ſit in luſoribus credere, nunquàm mori. Offertorium, atque hoſtiæ conſecrandæ ſint in ludo oblatio argenteorum groſſorum. Aurea vero patena ſint ducati, vel floreni in copia. Calix aureus ſit crater ſplendide lotus, & optimo mero plenus. E Oratio vero ſit in luſoribus intrinſeca rodens ira. Cruces in miſſa mea ſæpius iteratæ, ſit manus in taxillorum percuſſione, & iracundiæ furore. Præfatio vero ſit, cum videlicet in ludo perdens lamentabiliter ait: Heu mihi, iam tantum perdidi. Alter reſpondeat, proficiat tibi. Hoſtiæ, ac vini tranſubſtantiatio, ſit ſubſtantiæ vnius in alterum tranſlatio. Hoſtiæ ad populum oſtenſio, ſit taxillorum eleuatio. Pro præſentia Angelorum, qui aſtant Chriſto conſecrato, ſit præſentia Dæmoniorum, qui aſtant cuicunque luſori ſcelerato. Tres partes hoſtiæ, eſt perditio corporis, animæ, & ſubſtantiæ. F Communicatio ſit denariorum imburſatio. Communionem annunciare, ſit ad tabernam poſt ludum inuitare. Poſt communio, ſit crapula, & inebriatio. Benedicamus Domino, ſit ex deſperatione Dei, & Sanctorum maledictio. Vel ſi dicatur, Ite miſſa eſt: intelligitur, ꝙ anima cuiuſlibet ludentis in noſtris manibus data eſt. Meritũ aſtantium miſſæ noſtræ ſit cumulatio peccatorum. Crux omnibus aſtantibus in fine fiat, vt clarius innuatur, ꝙ omnes ludentes, atque aſtantes, ſi impenitenter deceſſerint, æternis cruciatibus damnabuntur. G Hæc igitur, & omnia iubet mea tremẽda maieſtas a vobis omnibus per totam Chriſtianitatem diſſeminari, atque per vos ſub pœna meæ indignationis inuiolabiliter obſeruari. Hæc ait: Et ſtatim omnes Dęmones infernales ſe promptos corde, ore, & opere ad obedientiam obtulerunt, ac factis efficaciter compleuerunt. Ex his eccleſia malignantium, id eſt, luſorum exordium ſumpſit, atque ſucceſſum obtinuit contra eccleſiam Chriſti. Propterea in perſona Domini Propheta ait, Odiui eccleſiam malignantium. Et hæc de primo myſterio principali. H

*Ordo impijſſimi ludi.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De quindecim malignitatibus impijſſimi ludi.*

SEcundum circa ludum eſt myſteriũ offenſionis: nam luſores, malignantes a Propheta denominantur. Quindecim enim malignitates egrediunt de ludo, quæ oẽs ſunt mortales culpæ. Concor. Alex. de Ales, in 4. vbi ponit 9. primas, de quib. primo ponantur 5. Prima eſt deſiderium alienæ lucrãdi, ſecunda volũtas ſpoliãdi, tertia vſura



A vſura maxima, quarta multitudo mẽdaciorũ, quinta blaſphemiæ fons, atq; periuriorũ. Addantur aliæ quinq;. Prima eſt corruptio, & deuiatio iuuẽtutis, ſecũda ſcandalũ iuſtorũ virorũ, tertia cõtẽptus eccleſiaſticæ prohibitionis, quarta amiſſio tpis, quinta fraudes, & falſitates. Etiã aliæ quinq; ſupaddant. Prima eſt irę & rixæ, ſecũda deſperationes inſanæ, tertia adoratio ſtulta, quarta ocij nutrimentum, quinta infamis & turpis vita.

*Malignitates ludi*

*De primis quinque malignitatibus. Cap. 1.*

B PRimo ponatur quinq; primæ malignitates. Quarũ prima eſt deſiderium lucrandi, atq; vincendi. Tanto nempe quandoq; per ludum ad auaritiã deſideriũ flagrat, atq; tanto ardore cor ludentis accenditur ad ludẽdum, vt incredibiles ſtultitias, & impietates patret, vt denarios habeat pro deſiderio ſuo. Didici namque a fidedigno relatore, quẽdam dum cætera amiſiſſet in ludo quodam, luſiſſe, & perdidiſſe dentes, atque ſibi extrahi cum patientia ſuſtuliſſe. Aliũ quoq; C bis in ludo luſiſſe, & perdidiſſe vxorẽ: illam quoq; voluiſſe tradere vincẽti, niſi cuſtodita fuiſſet a quibuſdã mulierib. timore Dei. Nec mirũ, quòd tales demẽtias ex cupidine operẽtur, cũ Apoſtolus 1. Timot. 6. c. dicat. Radix oium malorũ eſt cupiditas. Et ad hoc idẽ 40. diſt. c. bonorũ. Secunda malignitas eſt voluntas ſpoliãdi. Ecce rapina, ſed domeſtica quidẽ. Nã ſi ad prædones clamaretur, nullus luſor fugeret, quia eſt domeſticus prædo: quia, vt verum dicã, proditorie hæc perpetratur rapina: nam ſæpe bibẽdo, & comedẽdo, quãdoq; cõmitti ſolet. Quãta autẽ crudelitate cõmittatur rapina tatis, ludẽtis intẽtio manifeſtat, & ſæpius ipſum D opus. Conatur enim luſor ſocium ſpoliare vſq; ad camiſiã, atq; bracas, quod nõ facerent ipſi prædones: vnde quo ad Deum, qui ſcrutator eſt cordiũ, atq; renũ, rapina reputatur. Vnde 14. quæſ. 5. c. ſi quid. vbi dicitur: Deus interrogat cor, nõ manũ. Tertia malignitas eſt vſura maxima, quæ non ſolum attẽditur in anno, vel in mẽſe, ſed et in eodẽ die. vnde extra, de exceſ. præl. c. inter dilectos, condẽnatur quidã, qui vndecim denarios ꝑ duodecim mutuat in ludo. Quarta vero malignitas eſt multitudo pernicioſorũ mendaciorũ, & ocioſorũ verborum, atq; nugarũ, quæ in talibus ludis frequentantur, de quibus in pũcto mortis, & in die E iudicij ludentes habent reddere rationem. Quinta autẽ malignitas eſt, quia ludus eſt blaſphemiæ fons, atq; periuriorũ. O quot, & quàm impiæ blaſphemiæ egrediũtur de maledicto ludentiũ ore cõtra Deũ, & cõtra Beatã Virginẽ, & alios itã Beatos. quot etiã ſæua periuria, quot etiã execrãda opera ad percuſſionẽ, & exclamationẽ imaginũ Ieſu & Matris, & aliorũ Sãctorũ. Ex quo ludus hæreſis dici põt, cũ ſit ars, ſeu opus, in quo illud exercitantes in hæc ſcelera ruunt. Ad hoc extra, de maledi. c. ſtatuimus. Quid igit eſt barrateria, niſi becaria, in qua fruſtatim illius cædũtur mẽbra, qui proprio ſanguine nos redemit, ac dulciſſimæ Matris eius, F omniumq; Sanctorũ? Propterea deteriores ſunt Iudæis, qui Chriſtũ crucifixerunt: quia illi ſaltẽ corpus eius integrũ ſeruauerũt, iſti autem totũ corpus lacerauerũt. Quantum autem ſcelus ſit blaſphemia, in præced. ſermo. monſtratum eſt. ſuperat enim homicidium, vt ponit in ſuis quolibe. Tho.

*Deſiderium lucrandi.* *Secunda malignitas.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.*

*De alijs quinque malignitatibus, quę oriuntur ex ludo. Cap. 2.*

SEcundo addantur de ludo aliæ quinque malignitates. Quarum prima eſt corruptio, & deuiatio iuuentutis, & etiã aliorum indiſcretorum, qui ad ludum inſpiciendum ex mala conſuetudine aſſunt. Propterea in omnibus, in quibus luſores corrupti ſunt, & ipſi ſimiliter corrumpuntur: quia ſicut 1. Corin. 15. Apoſtolus ait: Corrumpũt bonos mores colloquia mala. Cui Bernar. addit, multomagis opera praua. Et 6. q. 1. c. ex merito. ſcriptum eſt, deteriores ſunt qui vitam moreſque bonorum corrumpũt his, qui ſubſtantias aliorum prædiaq; diripiũt. Secunda eſt ſcandalum virorum iuſtorum, quod. ſ. ex præcedentibus, & ſequentibus malignitatibus euenire contingit. H Contra quod Matth. 18. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credũt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demer. in profundũ maris. Ad hoc idem de renũ. c. niſi. §. pro graui. Tertia eſt cõtemptus prohibitionis Sãctæ matris eccleſiæ, cui quidẽ nõ obedire, peccatũ ariolandi, atq; paganitatis ſentit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit ſedi Apoſtolicę obedire contemnit. Hæc ibi. Quòd autem ludi taxillorum, & alearum prohibiti ſint, habetur 35. diſtin. c. Epiſcopus. extra, de vita, & honeſta. cler. c. clerici. in tex. & in glo. ff. de alea.

G *Aliæ ludi malignitates.*

A *De quatuor primis participantibus ludi impietates. Cap. 1.*

*Infelicißimi luſores.*

PRimo autem declaremus quatuor primos. Primi nanq; qui obligãtur ex ludo, ſunt ipſi infeliciſſimi luſores: nam ad duo grauiſſima obligantur. Primo ad verè pęnitendum & ſatisfaciendum de ipſis malignitatibus iam prædictis, ſecundo ad ſatisfaciendum de impijs lucris in ludo factis. Circa quod aduertendum, ſecundum Bonauen. B Innocen. Hoſtien. & Ray. quòd circa reſtitutionem eorum, quæ venerunt ex ludo, diſtinguendum eſt: quia aut luſor voluntarie & ex cupiditate luſit: & tunc ſi amiſit, repetere nequaquam poteſt: ſi autem lucratus eſt, ſaltem in iudicio animæ ſatisfacere obligatur. Aut luſit inuitus, & tractus per vim & nimiam alterius importunitatem factam verbis vel factis, ſiue facta fuerit in principio vel medio ludi, cum ille deſiſtere vellet, ſecundum Azo. & tunc ſi amiſit poteſt repetere: ſi autem lucratus eſt, non tenetur perdenti reſtituere, eo quòd reſtitutio non competit illi, & in vindictam peccati, ſed C pauperibus erogare, ar. ad hanc diſtinctionem 14. q. 5. non ſanè. & extra de ſimo. dilectus. Nec obſtat, ſi luſor dicat: licet ex cupiditate luſerim, non tamen iniuriam proximo feci, quia ipſe hoc idem fecit & voluntarius acceſſit, cum certum ſit, quod ipſe inuitus & dolens amiſit. Dicitur autem homo, ſecundum quoſdam, id viciſſe ꝙ in fine cuiuslibet ludi ſecum recedendo reportat. Si autem altero die vel altera vice cum eodem, aut cum altero id, quod vicerat ludendo amittit, non minus quod erat dandum pauperibus etiam dari debet, quia ille non bona pauperum, ſed ſua amittit luden- D do. Inſuper aduertendum eſt, ꝙ ille qui fraudulenter ludit, reſtituere obligatur, ſecundum Tho. Et intelligas, ſiue fraudem commiſerit ante: puta quia fingebat ſe inſcium in ludendi arte, quaſi hominem qui de facili decipi poſſet: licet tamen cum intentione decipiendi veniret, ſicut faciunt barri. Siue commiſit fraudem in ipſo ludo, ſicut ſubmittendo taxillos falſos, ſeu etiam veros, malè tamen, & frauduloſe iactando, ſeu mendaciter dicendo, quòd obtinuiſſet, ſeu malè pecuniam numerando, & ſic de alijs. Prædictis addendum eſt, quòd ille qui vicit ei, qui rem alienare non poterat, reſtituere obligatur, quia contra ius diuinum lucratus eſt. Huiuſmodi autem, ſm Tho. & Ray. ſunt furioſi, prodigi, minores E 25. annis: & maximè pupilli, mentecapti, ſurdi, muti, cęci, morbo perpetuo languidi: quia tales rebus ſuis præeſſe non poſſunt, propter quod dandi ſunt eis tutores quantum ad pupillos, vel curatores quantum ad alios ſupradictos. Idem videtur de ſeruis, de contractis & clauſtralibus & filijsfamil. qui non habent peculium caſtrenſe: vel de vxore, quæ non habet paraphernalia: & de adminiſtratoribus eccleſiaſticarum rerum, quæ ſunt pauperum, & ſic de conſimilibus. Qui igitur talibus vicit, reſtituere obligatur: non tamen ei, qui illam perdidit, ſed tutori, curatori, domino, monaſterio, patri, F marito, vel eccleſiæ. Si tamen ille, qui rem pdidit, correctus eſſet, & rationabiliter crederetur in vſus debitos expenſurus: illi reſtituenda eſſet ad ſcandalum euitandum, quod etiam ſemper in caſibus ſupradictis euitandum eſt. Secundo autem qui in ludo atq; in eius malignitatibus participes fiũt, ſunt luſorum parentes: & maximè ſi in eis concurrunt tria. Primo ſi ſunt permittentes & non prohibentes, ſecundo ſi ſunt participantes, tertio ſi ſunt impatiẽtes. Primo inquam, ſi ſunt permittentes & non prohibentes, cum ſint obligati filios a ſceleribus cohibere: aliter de eorum culpis participes fiunt, ſicut ſcriptum eſt. 86. diſt. c. facientis. vbi dicitur: Non caret ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Sed nedum obuiant illis, immo ad hoc eos inducunt, & eis in natali denarios tribuunt ad ludendum. Secũdo ſi ſunt participantes, vt fieri ſolet. Nam quandoque ꝙ filij in ludo vicerunt, in vſus expendũnt familiæ & parentum, qui cunctorum ſcelerum, quæ in tali ludo patrantur, participes fiunt, & bona participata reſtituere obligantur, iuxta illud quod ſcribitur extra de iniur. & dam. da. c. ſi culpa. vbi dicitur: H Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Tertio ſi ſunt impatientes. Solent enim filij luſores & malè nutriti parentes multipliciter infeſtare & cruciare, & multotiens verberare. Auferunt eis bona, vt ludant: cumq; perdiderint, redeuntes domum quandoque ad tantam inſaniã ex turbulentia rapiuntur, vt etiam non vereantur ſceleſtes manus mittere in parentes. O impietas abhorrenda, o iniquitas punienda, o temeritas execranda, o genimina viperarum: quis docebit vos fugere a ventura ira? De quibus omnibus ſi parentes fiunt impatientes, perdũt ex cul-

*Parentes ludũ permittentes non carẽt calumnia tribus cõcurrentibus.*

pa



A pa ſua pręſentem vitam pariter & futuram. Tertij vero ludi mala participantes, ſunt filij & vxores, quæ vel nutritos non monent vt a ludo abſtineant: vel de ludo participant & non reſtituunt, vt tenẽtur: vel quia verberibus & moleſtijs maritorum luſorum fiunt impatientes. Secundo participãt filij: tum quia imitantur parentum mores, tum quia participant illa iniqua lucra: vel ſi ad inopiam veniunt ex impio parentum ludo cogente paupertate vel furantur: & finaliter ſuſpenduntur, vel ad ſtipẽdium currunt, & ſæpius perimuntur. Tertio ve- B ro in magna pericula ruunt luſorum filiæ infelices, tum ex participatione talis impij lucri, tum quia ex inopia coguntur effici meretrices, quæ omnia ipſa experientia authenticè probat. Quarti vero omnes malignitates ludi participantes, ſunt domos atque loca ad ludendum accommodantes, qui omnium malignitatum, quæ ibi fiunt, cauſa efficaciſſima dici poſſunt. Quod atteſtantur ipſæ iuſtiſſimę leges, quas ediderunt zelotes Imperatores in pœnam eorũ, per quos ad ludos domus accommodantur. Nam hoſpes luſores tenens priuatur actione iniuriarum: vnde ff. de alea. l. 1. ſta- C tuitur, ꝙ ſi quis per eum, apud quem in alea eſt luſum, verberauerit & damnificauerit: ſiue ei aliquid quãdo ludebatur ſubtractum a fure fuerit, iudicium non datur. Quod ſecundum Azo. intelligi habet de eo, qui conſueuit luſores aleæ cauſa ſui emolumẽti retinere: ſecus ſi incidẽter apud aliquẽ luderetur. O igitur fons tot iniquitatũ periuriorũ & blaſphemiarũ maledicta barrataria. O domus profana & omni ſcelere plena. O nũmi impietatis & conſummatæ iniquitatis, quæ ex tua locatione procedũt, quæ horrenda iudicia præſentia & futura tuis locatoribus præparantur.

D *Alij etiam quatuor participant ludi malignitates. Cap. 2.*

SEcundo quoq; ſuperaddãtur alia quatuor hominum genera, quæ obligantur ex ludo. Primi ſunt, qui ex tabularijs participes fiunt. Nam & facientes & vendentes, accommodantes, atque illa donantes, omnium ſcelerum quæ vnquam cũ illis homines operantur, efficacem cauſam præſtant, & in tremendo Dei iudicio ſatiſfactiuam habent reddere rationem. Nam, ſicut prædictum eſt, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Quę enim & quanta culpa putaretur, ſi quis ſcienter gladium fabricaret, aut venderet, ſeu ac- E commodaret, ſeu donaret, vt per aliquos malos, innocentes vel iuſtiſsimi viri occiderentur iniquè? Quanto autem incomparabiliter maius ſcelus reputandum eſt huiuſmodi operari in tabulario, cum quo innumerabiles contra Deum & Sanctos & proximos blaſphemiæ & impietates in toto durabilitatis ſuæ tempore committentur. Et idem eſt iudiciũ ſicut de tabularijs, ita etiam de tabellis. Secundi vero participantes ſunt, qui fiunt participes ex taxillis: quia omnes eos facientes, vendentes, ac- F commodantes, ſeu illos donantes, ſiue ad faciendum eos oſſa vendentes ex cauſis de tabularijs aſſignatis omnium malorũ, quæ de taxillis egrediuntur, efficiuntur cauſa efficax & reputantur. O infelix & miſerabile lucrum pro tam vili precio perdere cęlum: dum tale opus exercitatur, nil egreditur niſi malum. Quis enim taxillorum fructus, niſi blaſphemiæ, periuria, ſcandala & cæteræ malignitates ſuperius annumeratæ? Ergo ſicut Dominus Matth. 7. c. ait, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Tertij autem participantes ſunt, qui fiunt partici- G pes ex naibis ſeu charticellis, de quibus innumerabilia mala egrediuntur. Propterea ex eiſdem cauſis iam prædictis omnes & illas facientes & vendentes & quocunque alio modo alienantes: omnium malorum, quæ inde egrediuntur, participes dici debẽt. Et idem iudicium fit de omnibus alijs inſtrumentis, quæ exercitantur in ludis, in quibus fortunæ homines innituntur, quia omnes huiuſmodi ludi ex legibus prohibentur, & per conſequens inſtrumenta, cum quibus fiunt. Quarti vero participantes veriſſimè dici poſſunt omnes ad ludum denarios mutuantes, vel alio modo ludo H fauentes, ſicut ſunt vendentes vel præſtantes lumen & conſimiles omnes, qui ſicut ex præcedentibus patet, ad prædicta mala cauſam efficacem præſtant.

*De vltimis quatuor participantibus malignitates ludi. Cap. 3.*

*Ludentiũ inſpectores.*

SVperaddantur quatuor vltima hominũ genera, qui participant ludorum mala. Primi autem ſunt ludi inſpectores. Quis enim erit proximus igni, qui non caleſiat? Ait enim Eccleſiaſtic. 13. c. Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea. Et addit: qui communicat ſuperbo, induit ſuperbiam. Quis enim aſpiceret fornicantes, & mortaliter

A liter non inquinaretur? Quis dubitat, ꝙ grauiora inquinamenta incurrat, qui tales nefarios inſpicit ludos, quàm qui reſpicit carnaliter commiſcẽtes, cum omnia ibi ſcelera perpetrata transſormentur in circumſtantes, ſicut propheta ait, Cum peruerſo peruerteris. Quod aduertens Tob. 3. cap. ait: Nunquam cum ludentibus me miſcui: neq; cum his, qui in leuitate ambulant, participem me feci vel præbui. Argumentum autem ad hoc, ꝙ ludi inſpectores mortaliter peccent, habetur in Auth. de ſanctiſſi. epiſc. §. interdicimus. vbi ponitur, ꝙ clerici inſpectores ipſius ludi tribus annis a miniſterio B arceri debent. Secundi autem ſunt barratarias vendẽtes, ſiue hoc per ſe, ſiue per alios fiat: vtrique enim ſunt tot ſcelerum efficaciſſimi fautores, quot in illis execrabilibus habitationibus fiunt, iuxta verbũ ſępius allegatum, qui occaſionẽ damni dat, damnũ dediſſe videtur. Satis hincinde repẽſo, nec hucuſq; reperire noui in ſeculo iſto lucrũ tot impietatibus ac maledictionibus plenum, ſicut illud, quod Domini ac communitates ex venditis barratarijs lucrãtur. Iudas enim vendendo Chriſtum ex proditione vna triginta argenteos lucratus eſt: Iſti autem vendendo barratarias videntur ſatis C pro viliori foro tot impietates & blaſphemias venundare, quot in prędictis barraterijs perpetrantur impune: nec videtur vna horrenda blaſphemia pro vno ſolido vendi. O denarij infernales, o lucrum maledictionibus plenum, o tremenda iudicia propter tales denarios ſuper vniuerſa illorum bona iuſtiſſime præparata: ſicut ego in quibuſdam, docente experientia, vidiſſe credo, quæ ſunt teſtimonia credibilia facta nimis. Tertij ſunt barratarias ementes. O miſerabile hominum genus, o pernicies animarum, o impię & ſæuæ mentes: quot iniquitatum vos ſtatuit loco ſui diabolus au-

*Inuectio cotra ludum.*

D ctores. Nunquid finem habebit ſcelerum multitudo, quam pro miſerabili lucro quotidie procuratis? Quot animas ſanguine Chriſti redemptas a Dño rapientes inexplicabilibus vitijs ꝑ diabolo laqueatis? cũ ſitis illorum ſcelerum fautores, atq; illius proditionis operatores? Quando de veſtris ſceleribus per vos fient ſufficientes pęnitudines? Quando in vobis erit tantorum ſcelerum ſatisfactio iuſta? cum omniũ iniquitatum, quæ in barrataria patrantur, conſtituitis vos emptores, & per conſequens ad inferos coram diabolo portitores? Quarti & vltimi ſunt omnes ludere ꝑmittentes & prohibere ac caſtigare valentes: Sicut ſunt E omnes Dñi ac Ciuitatum Rectores & Poteſtates, & omnes qui vel ex officio vel ex iuramẽto ſiue ex altero debito tenentur punire luſores & remouere ludi occaſiones, poſtquã inde tot ſcelera oriuntur. Scriptũ eſt. n. 86. di. c. faciẽtis. Faciẽtis proculdubio habet culpã, qui quod poteſt corrigere negligit emendare. Et additur: Negligere, cũ tu poſſis deturbare ꝑuerſos, nihil aliud eſt q̃ fouere: & probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes. Et ſubditur: Nihil prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniẽdus eſt alieno peccato. Et ſi tantorum ſcelerũ prædicti non puniendo culpabiles fiunt: quanti F eſſent meriti apud Deũ huiuſmodi punire & refręnare volentes? Non. n. minoris gratiæ eſt iuſtitiæ zelus per correctionẽ exercitatus, q̃ criminoſus ſit iuſtitię torpor ex inſenſibilitate ſubortus. Quapropter perſpectis ludi malignitatibus, & quot & quanta mala ex illo ſequantur: Vos Dñi & officiales, ad quos pertinet de talibus prouidere: excitate intelligentias, & ſtatuite pęnas nõ ſolum contra luſores, ſed ẽt contra oẽs tabularia, taxillos & charticellas & cõſimilia facientes, vendẽtes & tenentes, & diligẽti executioni contra talia mandentur iuſtiſſimæ ſanctiones. Et vt tantũ bonũ melius ſor G tiatur effectũ, ex gratia ab omnibus vobis pro munere peto, mihi per nuncios fidos tranſmitti oĩa talia inſtrumenta cõſueta ad talẽ fortuitũ ludũ: ſicut ſunt tabularia, taxilli & charticellæ, ſiue naibi, & cõſimilia, ita vt adunata inſimul, cũ licentia Dñi Epi mihi conceſſa publicè cõburantur. Quod qui fecerit, participẽ eſſe volo omnium miſſarũ, quas in toto p̃ſenti anno dicturus ſum: nec quiſquã ſe ab hoc iuſtiſſimo opere retrahere debet. Et hoc maximè triplici reſpectu. Primo reſpectu Dei, ſecundo reſpectu ſui, tertio reſpectu ꝓximi. Primo reſpectu H Dei, vt videlicet ſicut in talibus inſtrumẽtis ludi ac ꝑ eius malignitates publicè cõfuſus eſt Deus: ſic per eorum concremationẽ publicã ludus & crimina eius cum ſuo inuentore diabolo confundantur, ſicut ſcriptum eſt, ext. de pęni. & remiſ. c. 1. Manifeſta peccata nõ ſunt occulta correctione purgãda. Scđo reſpectu ſui, ſ. vt ludendi occaſiones, q̃ ſunt inſtrumẽta eius remoueantur: quia, vt dicitur ext. de peniten. & remiſ. c. cũ infirmitas. remota cauſa, remouetur effectus. Tertio reſpectu proximi, vt videlicet ſicut per ludos atq; per ludi ſcelera, mediãtibus talibus inſtrumentis, cõtaminatus & ſcandalizatus



A dalizatus eſt proximus: ita ꝑ ludi & inſtrumentorum eius combuſtionẽ & cõfuſionẽ proximus ædificetur & contra ludum inanimetur. Nec ex auaritia debet quiſquã aliquid horum, & maxime tabularia reſeruare, ſuadente diabolo ꝙ in aliquam domus vtilitatem talia conuertantur, cũ verus pœnitens ac rectus peccati horror abominetur cuncta, per quæ diuina immenſitas eſt offenſa. Nec probat ſe dilexiſſe patrẽ, qui libenter ſeu patienter gladio vtitur, cũ quo pater eius peremptus eſt. Per prædicta igitur eccleſia malignantium deſtruetur, luſo- B res diuina fauente gratia corrigentur, & ludi ſcelera cum eorum dæmonibus confundentur: & ſic virtutes & gratiæ in populo ſuſcipient incrementum. Quod nobis concedere dignetur miſericordia dulciſſimi Saluatoris, qui cum Patre & Spiritu ſancto in Trinitate perfecta viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

---

## FERIA SECVNDA post Dominicam de Paſſione.

*De mandato diuinæ dilectionis.*

C

## Sermo XLIII.

*SI quis ſitit, veniat ad me & bibat, Ioan.* 7. c. Larga eſt miſericordia Dei, quæ neminem ſpernit, neminem reſpuit, neminem adiuuare contemnit; omnes aduocat, omnes deſiderat, omnes illum ſaluare delectat. Propterea Ioannes ait, In nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſtabat Chriſtus Ieſus. Et vt mentes audientiũ excitaret, totus amore feruens clamabat dicẽs, Si quis ſitit. ſ. me toto corde amare: veniat, D ſcilicet currendo affectibus amoris: ad me, fontem diuini amoris: & bibat, atque rebibat, & tantum bibat ꝙ omnino inebrietur. Inuitat omnes iuſtos & peccatores, inuitat meretrices atq; luſores: inuitat deniq; oẽs. Fortè ſe vocare Magdalena peccatrix in tẽplo tunc ad literã audiuit: propterea ſicut in futura quinta feria oſtendetur, ad fontẽ amoris ſicut ouis ſitibunda cucurrit, bibit atq; rebibit & vſq; ad ebrietatẽ ꝑuenit. Forte ẽt hanc inuitãtis vocẽ publicanus & forſitan luſor audiuit ad literã: atq; anxia humilitatis ſiti ad bibendũ currẽdo peruenit, cum Luc. 18. ait, Deus: ecce fons viuus amoris, propitius eſto: ecce anxia ſitis, mihi peccatori: ecce anima ſitibunda: tantũq; bibit, ꝙ iuſtificatus remanſit. Venite ergo o luſo- E res & cęteri peccatores ad fontem viuentis aquę. Oẽs ſitientes venite ad aquas, vt dicitur Eſa. 55. Bibite & inebriamini chariſſimi, vt dicitur Cant. 5. Quia omnes vos vocat dñs noſter Ieſus Chriſtus, cum in verbo præall. ait: Si q̃s ſitit, veniat ad me & bibat. In quo verbo tertia Religioſitas demõſtratur, quæ inamorata vel ſitibunda vocari poteſt. Pro cuius pleniori intelligentia præceptum de hac potatione exponamus, ſicut Deuter. 6. c. ſcrip. eſt. Diliges Dñm Deum tu. ex to. cor. tu. & ex to. ani. t. In quibus ſa- F cratiſſimis verbis tria in hac potatione neceſſaria per ordinẽ exprimuntur. Primum dilectionis præceptũ: ibi, Diliges. ſecundũ dilectionis obiectum: ibi, Dñm De. tu. tertium dilectionis modus: ibi, ex to. cor. tuo, & ex tota anima tua, & ex to. fortitu. tua.

### Articvlvs Primvs.

*Quòd mandatum de diuina dilectione dicitur maximum.*

PRimo inſinuat̃ dilectionis. i. potationis præceptũ, dum dicitur, Diliges. Vbi notandũ, ꝙ mãdatũ de dilectione Dei dicitur ma- G ximũ mandatorũ. Vnde Mat. 22. cũ Dñs dixiſſet, Diliges Dñm Deũ tu. ex to. cor. t. & ex to. ani. t. & ex to. men. t. ſtatim ſubiũxit, Hoc eſt maximũ & primum mandatum. Dicitur aũt hoc præceptũ maximũ mãdatorũ triplici rõne. Prima rõne excellentiæ, ſcđo rõne efficaciæ, tertio ratione indeficientiæ.

*Quòd dilectio Dei in tribus cæteras virtutes excedit.* *Cap.* 1.

PRimo enim de dilectione maximum mandatum eſt ratione excellentiæ, quia excellit oẽs alias H virtutes ꝓpter tria. Primo, quia eſt actus nobiliſſimus: ſecũdo, quia eſt actus ſufficientiſſimus: tertio, quia eſt actus ſuauiſſimus. Primo enim diligere Deum, eſt actus nobiliſſimus: quia dilectio vita eſt, q̃ eſt actus nobiliſſimus. Et de hac vita intelligi poteſt, quod Deuter. 30. c. ſcrip. eſt. Elige tibi vitã, vt & tu viuas, & ſemen tuũ, & diligas Dñm. Vñ Hugo de S. Vict. Scio anima mea, quia amor eſt vita tua: propterea qui caret dilectione, vita ſpirituali caret: quod 1. Ioan. 3. c. teſtatur. Qui non diligit, manet in morte. Secũdo autem diligere, eſt actus ſuffi-

*Dilectio ĩ tribus cęteras uirtutes excedit.*

A ſufficientiſſimus. Et hoc quidem in tãtum, ꝙ de plenitudine eius virtutes accipiãt vniuerſæ, & de abundantia & diuitijs eius in cæteras copioſiſſimè effluat & infundat. Iuxta quod Rom. 13. Apoſtolus ait: Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Et 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorũ, charitatem aut non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et iterũ Gal. 5. Fructus ſpiritus, eſt charitas. vbi glo. ſine qua cæteræ virtutes nõ reputantur eſſe virtutes: quia ſicut Greg. dicit: Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi nõ manet in radice charitatis. Tertio enim diligere, eſt actus ſuauiſſimus: quoniam dilectio ita cor amantis quadam indicibili delectatione reſpergit, ꝙ animam facit liqueſcere in ſeipſa. Vnde Can. 5. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Et quid mirum? cũ vox illa ſit omni dulcedine plena, ſicut experiebatur Pſal. qñ ait: Quã dul. fau. me. elo. t. ſuper mel ori meo. Non ſolum eſt illis in voce dulcis, ſed totus deſiderabilis in perſona. Propterea cor amantis ſic vendicat ſibi totũ, vt non libeat ei iam amplius vacare alteri, quàm ipſi diuino amori. Vnde

*Qũo dilectio eſt actus ſuauiſſimus.*

C Bernar. ait: Quem tuus amor inebriat, nouit quid illud ſapiat. Felix guſtus, quem ſatiat non eſt vltra quod cupiat. Et Diony. de diuin. no. c. de amore, ſic ait: Eſt amor diuinus extaſim faciens, & non ſinens ſuijpſorum eſſe amatores, ſed amandorum. Propter quod Paulus, magnus in continentia diuini amoris factus, diuino ore participãs ait ad Gal. 2. c. Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Chriſtus, tanquam amati viuens vita valde diligibili. Hæc Dion.

*Quòd dilectio Dei, in tribus, cæteris virtutibus efficacior eſt. Cap. 2.*

D SEcundo Dei mandatum de diuina dilectione dicitur maximũ ratione efficaciæ: quia præ cæteris virtutibus efficax eſt in tribus. Primo plus roborat ſubiectũ, ſecundo plus eleuat affectũ, tertio plus attingit obiectũ. Primo. n. plus roborat ſubiectũ: quia dilectio eſt ſicut cibus intrinſecus, & ſicut refectio mẽtis, quę non diffundit ſe exterius, ſed penetrat interiora humani cordis, atq; ad intima ſe profundat: oẽs virtutes animæ recolligens interius, vt eo ſint fortiores, quo magis reperiuntur vnitæ. Et forte eſt ratio illius verbi, quod conſueuit cõmuniter dici, Nihil impoſſibile eſt amãti: nã veri amãtes robuſtiſſimè operantur. Propterea Io. 14. c. Dñs ait: Si quis diligit

*Dilectio Dei in trib⁹ cęteris virtutib⁹ eſt efficacior.*

*Primo.*

E me, ſermo. me. ſeruabit. i. operibus adimplebit & cõprobabit. vbi Greg. ait: Amor Dei nunquã eſt ocioſus. Operatur. n. magna, ſi eſt: ſi vero operari renuit, amor non eſt. Sũt etiã validiſsimi ad patiendũ, ſicut in martyribus patet, qui pro nihilo tormneta ducebãt. Vnde Bern. ait: Magna vis prorſus amoris animas martyrũ rapuerat, qua ita tormẽta corporũ contẽnere valuerunt. Secũdo dilectio plus eleuat affectũ, qui licet ſit recurruus per naturã, factus obliquatus ꝑ culpã, ſemper, quantũ eſt de ſe, ad inferiora deflectitur & dilabitur ad terrena. Sed dilectio Dei cũ ſit ad ſuperiora, ſemper erigit ad ſu-

*Secundo.*

F perna. Propterea qui diligunt, nihil quærũt niſi Deũ. Vnde Cant. 3. ſponſa inquit: Num quẽ diligit anima mea vidiſtis? Nam cũ ad votũ ſponſę quærẽtis dilectũ in lectulo ſuo per noctes ſe dilectus nõ permitteret inueniri, vt magis in ea deſiderium creſceret, & eius probaretur affectus, & negociũ exerceretur amoris: impatiens de dilecti abſentia, & ſe amplius continere nõ valens, prorupit exterius in clamorẽ di. Nũ quẽ diligit anima mea vidiſtis? Sic & Io. 20. Magdalena, q̃ circa ſepulcrũ quærebat dilectum, &

G amoris eius igne ſuccẽſa cũctis recedentibus nõ recedebat, di. illud Cant. 5. Adiuro vos filiæ Hieruſalẽ, ſi inueniretis dilectum meũ, vt annuncietis ei, quia amore lãgueo.

Io languiſco per l'amore
Di Gieſù mio Redentore:
S'io non ſento il ſuo dolcore
Tutta quanta delinquiſco.

Tertio dilectio plus attingit obiectũ: quoniã cũ reliquę virtutes viuant ſuis obiectis ſm̃ ſpẽ, hæc autẽ viuit ſm̃ rem: quia vt ſcribitur. j. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Adhæſio aũt ſit per dilectionẽ, quæ eſt virtus vniens cohærentia vehementi & indiſſolubili cordis adhæſione. Propterea

*Dilectio facilis attingit obiectum.*

H Cant. 3. ait ſponſa: Inueni quẽ diligit anima mea: tenui eum, nec dimittã. Et iterũ in perſona eius Bern. inquit: Sequar quocunq; ieris: mihi tolli non poteris, Ieſu laus noſtri generis, cũ meũ cor abſtuleris. Et hinc eſt ꝙ Apoſt. Ro. 8. ait: Quis nos ſeperabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia: an ꝑſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et ſequitur: Certus ſum, ꝙ nec mors, nec vita, nec Angeli, nec principatus, nec virtutes, nec inſtantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec creatura aliqua poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro glorioſo & benedicto.

Quòd



A *Quòd in regno cælorum dilectio cæteris virtutibus permanentior eſt in tribus. Cap. 3.*

TErtio dicitur mandatum de diuina dilectione maximũ ratione indeficientiæ: quia deficientibus quaſi cæteris virtutibus ſola dilectio remanebit in patria. Et maxime quo ad tria. Primo quo ad habitum, ſecundo quantum ad actum, tertio quantum ad modum. Primo enim dilectio Dei quantum ad habitum perpetua remanebit. Vnde 1. Corinth. 13. Charitas nunquã excidit, ſcilicet in præſenti ſæculo, neq; in

*Mãdatũ de diuina dilectione dicitᷣ maximum.*

B in futuro. Nam hic incipit, ſed illic perficitur. Propterea Eſa. 31. cap. ſcrip. eſt. Viuit Dominus, cuius ignis in Sion: & caminus eius in Hieruſalem. Nam ſi credendo & ſperando diligimus Deum, quẽ non videmus, nec tenemus: quanto fortius amabimus eum, quem facie ad faciem cognoſcemus, & poſsidebimus in æternum? Huius autem charitatis in Sion præſentis vitæ ignis eſt: ſed in Hieruſalem ſupernæ patriæ fornax eſt. Ratio durabilitatis diuini amoris eſt, quia cum dilectio, ſecundum Augu. ſit vita amantem copulans cum amato, vbi maximè copulabimur Deo, maxima erit hęc copula. Hæc autem erit in patria, quãdo ſicut

C Apoſtolus ait. 1. Cor. 15. Deus erit omnia in omnibus, ſcilicer glorioſis. Secundo remanebit dilectio Dei in patria continua quantum ad actum, quoniã affectus noſter tunc ſine interruptione amoris indeſinẽtis feretur in Deũ: ſicut nec erit amoris interruptio illius ad nos. Et licet ipſe ſine motu affectionis amet nos: tamen cum affectione amabimus inceſſanter, & continuè ſine motu affectionis amabimus eũ. Vnde Cãt. 7. Ego dilecto meo & ad me cõuerſio eius. Et ideo Bernar. ait: Tua Ieſu dilectio grata mẽtis refectio, replens ſine faſtidio, dans

D famem deſiderio. Tertio remanebit in patria continua Dei dilectio perfecta quãtum ad modum. Modus autem huius præcepti, ſecundum Aug. in hac vita impleri non poteſt. Huius ratio eſt: primo ex parte cognitionis, ſecundo ex parte affectionis. Ex parte quidem cognitionis, quoniam cum nihil diligatur niſi cognitum: ſicut non niſi ex parte cognoſcimus, ita non niſi ex parte diligimus, ſicut di. magiſter in 3. ſen. diſt. 37. Secundo ex parte affectionis, quoniam quandiu in hac mortali vita ſumus, lex fomitis repugnat legi ſpiritus, vt non ex toto feratur in Deum.

ARTICVLVS SECVNDVS. E

*Ratio triplex, quare mandatum de diuina dilectione ſeruari debet.*

SEcundo principaliter oſtẽdit dilectionis, ſeu potationis obiectum: cum dicitur, Dominum Deum tuum. Ex quibus elici poteſt triplex ratio, quare hoc mandatum debeat ſeruari. Prima eſt punitionis: ibi, dñm. ſecunda eſt ſpes retributionis: ibi, Deũ, tertia eſt vtilitas impletionis: ibi, tuũ.

*Mãdatũ ð dilectione dicitᷣ maximũ triplici rõne.*

*Quòd timendus eſt Dominus propter tria. Cap. 1.* F

PRima ratio eſt timor punitionis: quia dicit, Dominũ, quod eſt nomen poteſtatiuũ, cuius eſt delinquentes punire, ne per impunitę tranſgreſſionis exẽplar cęteri prouocentur ad noxã. Propterea de Dño Pſal. ait: Deus vltionũ Dñs. Et Eſa. 47. Vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo. Et iterũ Naũ. 1. De⁹ æmulator & vlciſcẽs Dñs: vlciſcẽs Dñs & habens furorem: vlciſcens Dñs in hoſtes ſuos. vbi exprimit triplex vlciſcendi verbũ. Primum, vt vindictam timeamus, ſicut in perſona huius timẽtis Abachuc 3. dicebat:

G Audiui & conturbatus eſt venter meus. Secundũ, vt de vindicta Domini non dubitemus. vñ Deuter. 32. dicitur: Reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuã. Tertium, vt vindictam nobis non vſurpemus. De quo Deuter. 32. vbi ſm̃ Nicol. de Ly. trãſlatio noſtra habet: mea eſt vltio & ego retribuam eis in tẽpore. Hæc Nico. de Ly. ſuper epiſtola ad Rom. c. 12. Mihi vindictã, & ego retribuã. Et iterũ Deuter. 5. Ego ſum Dominus Deus tuus: Deus æmulator & reddẽs iniquitatem patrũ in filios.

H Timor autem, qui in hac conſideratione generatur, in anima amorem gignit. Eccleſiaſti. 25. c. ſcriptũ eſt. Timor Domini initiũ eſt dilectionis. Propter tria enim timendus eſt Deus. Primo, quia eſt infallibilis: ſecundo, quia eſt inflexibilis: tertio, quia eſt infugibilis. Primo enim timendus eſt, quia eſt infallibilis. Quis enim poteſt eius fallere ſapientiã, cũ ſit inextinguibile lumen eius, vt dicitᷣ Sapien. 7. Ideo, vt dicitur Eſa. 29. peribit. n. ſapientia a ſapientibus eius. ſ. in iudicio. quoniã, vt dicitur Iob 12. ipſe nouit & decipientẽ & etiã eũ, qui decipitur. Secundo, quia ipſe inflexibilis eſt. Quis enim põt eius flectere iuſtitiã? Vñ Prouer. 6. ſcrip. eſt,

Zelus

A Zelus & furor viri.i. Chriſti, non parcet in die vindictę, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima. Tertio, quia infugibilis. Quis.n. poteſt eius fugere vindictam, cum nullum malum ab eo ſit impunitũ, & ipſe omnipotens ſit ad puniendum. Vnde Matt. 3. Ioan. Bap. ad perſeuerantes in peccatis ait: Quis vobis monſtrabit fugere a ventura ira, ſcilicet iudicis perturbati? Et Iob 9. c. Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt.

*Tria ſperare debent diligentes Deum, quæ ab illo promiſſa ſunt. Cap. 2.*

B SEcũda ratio eſt ſpes retributionis, quã ſubdit, cum dicit, Deum, cuius eſt promiſſa fideliter & ſtabiliter obſeruare. Vnde Num. 23. Non eſt Deus vt homo, vt mẽtiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Propterea ſollicitè & diſcretè penſandum eſt, ꝙ Deus tria promiſit diligẽtibus ſe. Primo videlicet amotionem omniũ malorũ, ſecundo aſſociationem omnium ſanctorũ, tertio impletionẽ omniũ deſideriorũ. Primo enim promiſit amotionẽ omniũ malorũ. Vnde Apoc. 7. Non eſurient, neq; ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol. ſ. in tremẽdo iudicio. Et ſequitur: Et abſterget Deus

*Deus tria ꝓmiſit diligentibus ſe.*

C omnẽ lachrymã ab oculis eorum. Abſterget inquam ab illis, quos gaudij & fęlicitatis ſuæ ſecuros reddet. Ideo Ioã. 10. dicit Dñs de ouibus ſuis. Oues meæ vocẽ meã audiunt. Et poſt: Ego vitã æternam do eis, & non peribunt in æternum, nec eas rapiet quiſquam de manu mea. Secundo promittit aſſociationẽ omniũ ſanctorum: quam promiſſionẽ conſiderans propheta exultando dicebat, Pſal. 132. Ecce quam bonum & q̃ iocun. ha. fra. in vnum. Tertio promittit impletionẽ omnium deſideriorum in ſeipſo, qui fons eſt & finis omniũ bonorũ: tantũq;

D eſt bonũ, quod excedit oẽm petitionẽ, omne deſiderium, oẽm æſtimationẽ: & nos tãto bono dignos reputat, ſi diligamus ſuper omnia & propter ſe. Vnde ad Titum. 1. In ſpæ vitæ æternæ, quã promiſit Deus, qui non mentitur. Et Eſa. 66. dicitur: Gaudete cum ea vniuerſi, qui lugebatis, vt & ſuggatis & repleamini ab vberibus cõſolationis eius, vt mulgeatis & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius.

*De triplici vtilitate, quam anima conſequitur in cælis ex diuina dilectione. Cap. 3.*

TErtia ratio eſt vtilitas impletionis, quæ additur cum dicit, tuum. Quod vtique

E eſt poſſeſſiuum pronomen, per quod aperte ſignificat, ꝙ Deus ſeipſum dabit in poſſeſſiuum pręmiũ gloriæ ſempiternæ his, qui diligunt eum. Propterea Gen. 15. Dñs ait: Noli timere Abraam, ego protector tuus ſum: & merces tua magna nimis. Quod exponens Auguſt. ait: Dominus omnino me non ſatiaret, niſi ſeipſum promitteret. Dñe promiſiſti oĩa bona, ſi amẽ te: da te ſolũ & ſufficit mihi. Oculus non vidit, Deus abſq; te, q̃ præparaſti diligentibus te. Et quid eſt illud, Pax pax ſuper pacem indeficiens exultatio, flumen letitiæ, torrens voluptatis diuinæ. Et quid dicimus? fide nõ attingitur, ſpe non cõprehenditur, charitate non capi-

*Triplex vtilitas ex diuina dilectione conſequitur anima.*

F tur, deſideria & vota tranſgreditur, acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. In tribus.n. conſiſtit vtilitas iſta. Primo in Dei viſione, ſecundo in Dei poſſeſſione, tertio in Dei dilectione. Primo.n. videbimus eũ, ſicut eſt, vt 1. Io. 3. dicitur. Secũdo poſſidebimus certè, propterea nos hortatur Apoſt. 1. Cor. 9. d. Sic currite, vt comprehendatis. Tertio diligemus perfectè. Vnde Iob 22. c. ait: Tunc ſuper omnipotentẽ delitijs afflues. Sed de his latius in ſermo. 62. ar. 3. agendum eſt.

## Articvlvs Tertivs. G

*Quòd Deus dulciter, prudenter, & fortiter amari debet.*

TErtio oſtenditur dilectionis, ſeu potationis modus, cum dicitur, ex toto corde tuo, & ex to. ani. t. & ex to. forti. t. quia ſcilicet, tria debet ex corde noſtro habere amor noſter ad Deũ, vt ſit quaſi triplex fons diuini amoris. Vnde Richar. ſup cant. & hoc idem Bern. Diſce Chriſtiane a Chriſto amare Chriſtũ. Ama dulciter, ama prudenter, ama fortiter: dulciter, ne alle-

H ctus: prudenter, ne deceptus: fortiter, ne depreſſus ab amore Domini auertaris. Primo enim debet eſſe dulcis, ſecundo prudens, tertio fortis. Et hoc triplici bibendi modo anima tota inebriatur.

*Quòd ex conſideratione trium dulceſcit in anima amor Dei. Cap. 1.*

PRimo debet eſſe amor dulcis, hoc eſt diligere Deũ ex toto corde. Et ad hanc dulcedinẽ poſſunt trahere animã noſtrã tres conſiderationes. Prima indulgentiæ, ſecũda gratiæ, tertia gloriæ. Primo conſideranda eſt indul-

*Amor debet eẽ dulcis et ꝓbatur hoc triplici cõſideratione.*



A indulgentia: quia ſæpe, immo ſępius dimiſit Dominus peccatorum noſtrorũ magnitudinem & turpitudinẽ. Hinc Pſal. 144. ait: Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. Et idem dicit pſal. 118. Miſericordia Domini plena eſt terra. Itẽ etiã Lu. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, qm̃ dilexit multum. Secundò conſideranda eſt gratia. ſ. beneficiorum temporalium & ſpiritualium, quę Deus contulit & confert continuè nobis: & omnia talia, ſicut pſal. ait ad Dominum pſal. 144. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabũt & iuſtitia tua exultabunt. Tertiò cõſiderandа

*Pſal. 144*

B da eſt gloria, hoc eſt glorioſum regnũ cęlorũ, de quo ad Dñm propheta ait, pſal. 144. Regnum tuum, regnũ oĩum ſeculorũ. Inde enim dabitur nobis triplex gloria. ſ. ſubſtantialis, conſubſtantialis, & accidẽtalis. Gloria enim ſubſtantialis conſiſtit in p̃mio animę, ſicut in p̃cedenti cap. dictum eſt. Gloria conſubſtantialis cõſiſtit in p̃mio corporis, quod ornabitur luciditate, impaſſibilitate, ſubtilitate & agilitate. Nam erunt corpora noſtra tanq̃ ſol, qui has quatuor conditiones, ſeu dotes in ſe cõtinere apparet. Vnde

C Dominus Matth. 13. fulgebunt iuſti, ſicut ſol, in regno patris eorum. Gloria verò accidẽtalis cõſiſtit in gaudio, quod de ꝓprio & communi actiuo & paſſiuo amore inter beatos æternaliter generatur. de q̃bus omnibus latius agetur in ſermone 63.

*Quòd triplici prudentia indiget qui concupiſcit diligere Deum. Cap. 2.*

SEcundò debet amor eſſe prudens, qđ eſt diligere Deũ ex tota anima. In tribus eñ amor debet eſſe prudẽs, quaſi tres prudentiæ ſint neceſſariæ in amore.

D Prima videlicet inſidias pręuidere, ſecunda inſidias euitare, tertia eſt in his ſtrenuè ꝑſeuerare. Prima prudentia eſt inſidias pręuidere, quas nobis præparant aduerſarij noſtri, dæmones ſcilicet, caro & mundus. Et hoc videlicet per concupiſcentiam carnis, per concupiſcentiam oculorum, & per ſuperbiam vitæ nobis laqueos innumeros tendentes. Vnde pſal. 141. In via hac, qua ambulabã. ſ. p̃ntis vitę, abſcon. laque. mihi. Et 2. Corin. 2. Vt non circumueniamini a ſathana: non enim ignoramus cogitationes eius. Et Cant. 7. Naſus tuus, id eſt, diſcretio: ſicut turris Libani. Turris cuſtodia eſt: Libanus candor interpretatur: hoc eſt cuſtodia munditiæ & candoris, quæ re-

*In amore tres prudẽtiæ neceſſariæ.*

*Pſal. 141.*

E ſpicit contra Damaſcum, id eſt, contra inſidias diaboli. Damaſcus enim potus ſanguinis interpretatur: & ſignificat diabolũ, qui ſemper ſanguinem, id eſt, carnalem & mundialem delectationem in peccatoribus optat. Vnde maſcaris ſeu ſtrigis immitit ſitibundam rabiem bibendi ſanguinẽ puerorum, quod & ſe facere credunt, licet minimè verum ſit, ſicut ſacrum cõcilium atteſtatur. 36. q. 5. cap. epiſcopi eorum. Ideo diabolus & tales demoniacę meritò aſſimilantur draconi, qui multum humanum ſanguinem ſitit. Et hic eſt draco a nobis illudendus, de quo propheta ait, pſal. 103. Draco

*Pſal. 103*

F iſte, quem formaſti ad illudendum ei. Secũda prudentia eſt inſidias. ſ. quæ iam pręuiſę ſunt, euitare vel p̃cauere. Vnde Prouerb. 20. Rex, id eſt, intellectus rationalis, qui ſedet in ſolio iudicij, id eſt, qui tranquillè & luminoſè proſpicit varios tẽtatores: diſſipat omne malum intuitu ſuo, id eſt, per rationem omnes tentationes, a quibus cuncta oriuntur mala, ſuperat & effugat. Et eod. c. Salomon ait: Diſſipat impios, id eſt, malos motus: Rex ſapiens, id eſt, ratio mentis illuminata per prudentiã circumſpectam. Ter-

G tia prudentia eſt in duobus p̃dictis ſtrenuè perſeuerare. Vnde Sap. 8. c. Sapientia vincit malitiam: attingit a fine vſq; ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter.

*Quòd triplici fortitudine indiget amor Dei. Cap. 3.*

TErtiò debet eſſe amor fortis: & hoc eſt diligere Deum ex tota fortitudine. Triplex enim fortitudo neceſſaria eſt ad Deum diligendum. Prima, quę

H expellat timorem: ſecunda, quæ expellat laborem & dolorem: tertia, quæ expellat pudorem. Prima autem fortitudo, quæ vincat & expellat timorem, ſcilicet mundi, mortis & inferni. 1. Ioan. 4. Charitas foras mittit timorem. Et pſal. 26. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dñs prote. vi. meæ, a quo trepidabo? Si cõſiſtant aduerſum me caſtra, non time. cor meũ. Et Iob 17. cap. ad Dñm in hmõi perſona ait: Pone me iuxta te, & cuiuſuis manꝰ pugnet contra me. Secunda fortitudo, quæ vincat & appetat laborem & dolorem, ſcilicet corporis, mentis & mortis: exemplo prophetæ, qui de ſe ait, pſal. 37. Ego autem in flagella paratus ſum. Et Iob 6. Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expeto tribuat mihi Deus: & q̃ cępit ipſe me cõterat,

*In amore triplex fortitudo neceſſaria.*

*Pſal. 26.*

A ſoluat manum ſuam & ſuccidat me. Et hęc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus ſanctis. Et Cant.vlt. Fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus emulatio: lampades eius, lampades ignis atq; flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Tertia fortitudo, quæ vincat & repellat ſeu non fugiat pudorem. Vnde de hoc Pſal. ait: Propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam. Vide igitur anima mea huius dilectionis, ſeu potationis pręceptum, obiectum & modũ. Et conſidera præceptum, quod eſt honeſtũ: obiectum, quod eſt delectabile & dulce: & B modum, qui vtilis perhibetur. Et bibe de hoc dilectionis fonte: tantumq; bibe, ꝙ in præſenti inebrieris per gratiam & in futuro per gloriam: quod nobis largiri dignetur ipſe fons vitæ, qui ad bibendum nos vocat, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpirituſancto vi. & reg. in ſec. ſecu. Amẽ.

---

## FERIA TERTIA

### Poſt Dominicam de Paſſione.

*Contra mundanas vanitates & pompas.*

C

## Sermo XLIIII.

M*Anifeſta teipſum mundo. Ioan 7.* Mira quidẽ eſt pugna in præſenti peregrinatione, vt quẽadmodum a Superis, ſicut in præſenti ſermone patet, vocamur & inuitamur ad amorem: ſic ab inferis incitamur ad amorẽ mundi. Spiritus ꝗdem ex deſiderio naturali ſuperiora petit: caro verò ad inferiora trahit, ſicut Prouerb. 25. ſcrip. eſt. Cęlum ſurſum, & terra D deorſum. Cęlum. i. zelans ſpiritus: ſurſum, ſcilicet tẽdit: & terra. i. caro, de terra facta: deorſum ruit. Spiritum iuuant ſuperiores, carnem verò inferiores. Spiritũ iuuãt viri ſancti, carnem verò carnales amici & propinqui. Caro ad carnalia carnem trahit, ſpiritus ad ſpũalia mentẽ rapit. Hinc Matt. 16. c. Dominus ait: Spiritus quidem promptus eſt, caro aũt infirma. Et ad Gal. 5. cap. Apoſtolus ait: Caro concu. adner. ſpi. & ſpi. aduer. car. Hęc enim ſibijnuicem aduerſantur: videte quanta carnali & mundiali affectione ad mundialia trahere conabãtur ſui cõſanguinei ipſum filium Dei Chriſtũ, cũ dicunt: Manifeſta teip. mun. i. fac opera tua in E manifeſto, vt ſic poſſit tua magnificẽtia nota fieri vniuerſo mũdo. Mundani erãt, mũdana diligebãt & ad mundanã gloriã inducebãt. De his cõſimilibus totus repletus eſt mundus. Seculum ad ſecularia trahit: vix in hoc inuenit amicus fidelis, vix conſanguineus, vix confeſſor vel cõſiliarius fidus. His malis tẽporibus oẽs, & maximè cõſanguinei, proximo dicũt: Manifeſta teipſum mũdo. i. q̃re faſtus, ſectare pompas: dilata gloriæ tuæ famã, vt verificet̃, qđ Matth. 10. cap. ſcrip. eſt, Inimici hominis domeſtici eius. Et in hoc quarta Religioſitas, quę oſtentata F dicitur, demonſtratur, ꝙ oẽs carnales amici & ꝓpinqui, inſup & filios ſuos parentes ad mundanos faſtus incitant & inuitãt. Sed viri docti & iuſti hoc deſpiciẽtes, alios ad cõtemptum taliũ conſilijs & documẽtis inducunt: intelligẽtes in quantũ Dei odiũ p̄cipitent talia vanas mẽtes, ſicut Pſal. teſtat̃, dicẽs: Odiſti ſeruantes vanitates ſupuacuè. Quod põt eſſe aliud thema. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtenditur triplex odiũ Dei contra triplicẽ põparum & vanitatum culpam. Primum odium eſt contra mundanas curioſitates: ibi, odiſti obſeruantes, id eſt, curioſos inuentores vel ſectatores. ſecun- G dum contra mundanas vanitates: ibi, vanitates. tertium contra mundanas ſuperfluitates: ibi, ſuperuacuè. i. ſuperfluè.

### Articvlvs Primvs.

*Contra tres curioſitates, quas Dominus odit.*

PRimũ odiũ eſt Dei cõtra mundanas curioſitates. Ideo propheta ait: Odiſti obſeruãtes. Non enim de quocunq; peccato hoc ſcriptũ eſt, licèt omne peccatũ ſit odium Dei. Grauior vtiq; culpa eſt, de qua ſic ſcriptura hoc teſtat̃ ad Dñm, dicẽs: Odiſti obſer. vani. Obſeruare q̃dẽ in malũ ſumptũ, nihil aliud eſt, q̃ cũ ſolerti & vigilãti attẽtione vel intẽtione vanitatibus inſeruire: ſicut ecõtra in bonũ, ad Phil. 3. Apoſtolus ait: Imitatores mei eſtote & obſeruate eos, q̃ ita ambulãt ſicut habetis formã nr̃am. Sumit̃ aũt hic in malum, cũ dr̃: O Dñe tu odiſti oẽs obſeruantes vanitates. Tres quidem in viris & mulieribus circa ornatus curioſitates obſeruatę ſunt ab eis, quas Dominus odit. Prima eſt curioſitas in materia, ſecunda in forma, tertia in diligentia.

*Deus odit tres curioſitates.* H

De



A *De triplici prudentia, qua homo diſcrete iudicare poteſt, quę ornamenta conueniant ſecundum ſtatum ſuum.*

*Cap.* I.

PRima curioſitas eſt in materia, cũ ſcilicet in veſtibus eſt precioſitas magna: quia ſunt ſericæ vel deauratæ vel de ſcarlato, nec talia cõpetunt ſtatui vel pſonę. Sed pleriq; allegant in huiuſmodi conſuetudines patriarũ, neſcientes diſtinguere inter cõſuetudinem & abuſum. Vnde pro clariori intelligentia oĩum, quæ dici poſſunt circa materiã iſtam & curioſitatũ & vanitatũ & ſupB fluitatum atq; oĩum conſimiliũ, notandum eſt, ꝙ qui volunt rectè diſcernere & iuſtè iudicare in materia iſta: & quãdo talia ſint cõſuetudo ſiue corruptela atq; abuſus: aut quando in talibus ſit culpa mortalis vel nõ mortalis, ante oculos mentis ſuæ ponant tria, quaſi tria ſpecula ad cognoſcendũ lucidam veritatem per prudentiæ lumẽ. Primũ ſpeculum oſtendat p̄teritum, ſecundũ oſtẽdat pręſens, tertiũ verò demonſtret futurũ. Primũ ſpeculum demonſtret p̄teritum. Et in hoc reſpiciat peccator vanus, cõfeſſor fidus & p̄dicator verus: & videat ſi talia indumenta & p̄cioſi ornatus ſint de illicitè C acquiſitis & de ſanguine pauperum, atque per malos contractus, rapinas, vſuras, furta, ſimonias & conſimilia malã. Talis veſtis inquam, eſt illa veſtis leproſa, quę Leuit. 13. concremari iubetur. Et Iſa. 9. c. ſcrip. eſt. Veſtimentum admixtum ſanguine peccati erit in combuſtionem, & cibus ignis inferni. Audite o vos, qui fertis amplas manicas & p̄cioſas veſtes de illicitè acquiſitis. Ad quẽlibet talem Hiere. 2. c. ait: In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperũ. Hęc eſt veſtis coccinea, qua illuſus eſt Chriſt⁹. Nec a myſterio vacat, quod Lu. 16. de damnato diuite ſcrip. eſt, quòd induebatur purpura D & byſſo. Purpura inquam, quæ ſanguine ſolet tingi, quæ fortè de ſanguine pauperum facta erat & de impio lucro. Secundum ſpeculum oſtendat tẽpus pręſens. i. ſi talia precioſa vel curioſa & vana conueniãt ſtatui perſonæ, quæ vtitur illis. Nam ſicut. 1. Cor. 15. Apoſtolus ait: Stella a ſtella differt in claritate. Sic vtique, quod vni conuenit, alteri nequaquam licet: nec ex ſuperbia & falſa extimatione ſe decipiat quiſquã, quia Deus non irridetur, taliterq́ue deceptus decipit chariorem amicum, quẽ hr̃e poſſit in mundo, id eſt, ſeipſum. Nec dicat, hoc requirit

*Quo ſpeculo cognoſcitur prudẽtiæ lumen.*

*Secundũ ſpeculũ.*

ſtatus meus, ſi de impiè acquiſitis factus eſt E diues & potens: quia talis nõ ſtatus, ſed potius caſus dicẽdus eſt. Atq; talẽ per prophetam increpat Deus dicẽs, pſal. 51. Quid gloriaris in malitia, qui po. es in iniqui. Ex tali nẽpe extimatione, qua quiſq; ſe reputat nobiliorẽ & digniorem alijs, ſe & vxorẽ & filios in pompis extollit, vt in talibus nullus ſit terminus, nullus finis niſi quẽ expendẽdi impoſſibilitas ipſa cogit: immo ꝙ demẽtius eſt, quidam pro ſe & vxore ſua & filijs p̄cioſis veſtimentis adornandis in ſuæ diſpẽdium vltimum domus, mutuo denarios accipiunt ad vſuram. Et in hoc apertè appa F ret, quòd excedunt ſtatum ſuũ. Tertiũ ſpeculum reſpiciens ad futurum eſt conſiderare, ad quas futuras expenſas & per conſequens ad quæ mala lucra tam p̄cioſa ornamenta & veſtes inducant: immo quaſi neceſſariò cogunt talia facientes, ferentes atque tenentes: quia ſicut pſal. teſtatur: Abyſſus abyſſum inuocat. Pſal. 41. Abyſſus malarum expenſarum, inuocat abyſſum malorum lucrorum. Oportebit nãq; cum inſtabili atq; variabili mundo veſtium & ornatuum atq; cęterarum vanitatum conſuetudines variare, mutare, addere, deſtruere, cũ damno vẽdere & cum pereunte ſeculo per G iniuſta lucra atq; rapinas aĩam ſuã, quaſi ex neceſſitate in baratrum æternę damnationis præcipitare. O infelix ſtultitia mundanorum, o cęca amentia vanitatum, o inconſiderata dementia propter hoc pereuntium animarum: inter quas vtinã, vtinam, & iterum vtinã pleriq; non ſint participes confeſſores & alij ignorãter vel carnaliter cõſulẽtes & prædicantes, nõ intelligẽtes, nec aliqui eorum intelligere volentes, quæ intelligũt Doctores de mulierum ornatu, iocalibus atque veſtitu; cum dicunt, ꝙ licet mulieri ſe ornare, vt placeat viro ſuo, & tãquam imprudentes nõ cõſiderant, nec reH ctè ponderãt prædicta tria: de talibus Dominus Matth. 15. c. ait: Cæci ſunt & duces cęcorum. Cæcus ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Hæc tria ſpecula conſiderans illuminatus Apoſtolus. 1. Timoth. 2. c. ait: Volo mulieres ornare ſe in habitu honeſto, cum verecundia & ſobrietate ornãtes, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte p̄cioſa: ſed qđ decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. Cõſidera diligenter, quid ſ̄m ſpecula tria p̄dicta ꝓhibeat, & q̃d cõcedat. Et Pet. in 1. cano. c. 3. hoc eodem lumine illuſtrat⁹ ait: Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis.

*Tertium ſpeculũ.*

A Et ſequitur: Quare non ſint extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumẽti, veſtimentorum cultus, ſed qui eſt abſcõdit⁹ homo cordis & incorruptibilitate modeſti & quieti ſpiritus. Super quẽ locũ Cyprianus in glo. ait: Fęminę ſerico & purpura indutæ non poſſunt Chriſtum induere. Auro aut margaritis aut monilibus exornatę ornamenta cordis & corporis perdiderũt. Quorum omnia dicta, ſunt ad tria prædicta ſpecula referẽda, & cum magna animaduerſione penſanda, & ſpiritualiter, nõ carnaliter ruminanda, ne ſub pallio conſuetudinis corruptela ſumatur, & abuſio obtineat principatum.

B

### *De varijs abuſionibus curioſitatum vanarum. Cap. 2.*

SEcunda eſt curioſitas formæ, quę non conuenit honeſtati & ſtatui talia deferentis, ſicut hodie ſunt giorneæ, quæ ſunt habitus ꝓpriè militares: nec ſine mortali culpa conuenit mulieribus, prohibente Domino Deut. 22. Non induetur mulier veſte virili. Et iterum 30. diſt. cap. ſi qua mulier. vbi ſcrip. eſt, Si qua mulier ſuo propoſito, ſcilicet malo, vtile iudicans, vt virili veſte vtatur, & propter hoc viri habitum ſumat, alias imitetur, anathema ſit. Hę autem giorneę non tantum ſunt viriles veſtes, ſed ſtipẽdiariorũ & meretricum eorum: immo qbuslibet meretricibus ſunt inhoneſtę. nec

*Fomẽtana natura curioſitatum.*

C conueniunt etiã ſtatui mercatorum & moralium ciuium, cum ſint veſtes ſaccomãnorum & armigerorum. De inciſuris autem & frappis tam immoderatis & magnis tantarum expẽſarum & ꝑcioſorum pãnorum, cum de ꝑcioſioribus pannis fiãt: ſicut moderno tpe currunt, ſaluo meliori conſilio, ſentiendum credo, ꝙ mortaliter peccent, & illas facientes, portãtes & prohibere valentes, cum ibi manifeſta appareat perditio & deſtructio tantorum ꝑcioſorum pãnorũ atq; dãnoſa prodigalitas & curioſitas va-

D na. Nam nullus abſq; graui culpa poſſet in ignem proijccre duo, vel quattuor, vel viij. vel xij. brachia panni ꝑcioſi, licet proprius eſſet & ſuus, cum ſint vtilia & cõmoda, & quodãmodo quandoq; neceſſaria humanæ vitæ: multiq; ſint indigentes & pauperes, quibus talis pãnus vel eius valor neceſſari⁹ eſſet. Vnde 47. diſt. c. ſicut, in fi. Amb. ait: Nudorũ indumentũ eſt, quod tu recludis: miſerorũ eſt redẽmptio & abſolutio, pecunia, q̃ tu in terra fodis. Tantorum te ergo ſcias inuadere bona, quãtis poſſis ꝓſtare, qđ nolis. quanto magis diſplicet Deo & grauior eſt offenſa tãtum pannũ tot inutilibus inciſuris confringere & oĩno inutilẽ reddere, niſi ꝙ valet ad offenſas Dei multiplicandas, cum cõuertatur ad vanitates & laſciuias, ad corruptionem & ſcandalũ aliorũ. Et ſi prohibuit Dñs, Iohel 2. c. Scindite corda vr̃a, & non veſtimẽta veſtra: quia illa hypocritalis ſciſſura veſtiũ in veteri teſtamẽto culpa erat: quãtomagis in nouo ꝓhibetur diuino iure hæc multiplicata abuſio, quæ non ad modicũ tẽpus, ſicut illa, ſed cõtinuè: non illa cũ tanta corruptione laſciuiarũ & multarũ aliarũ culparũ, de quibus infra dicetur, ſicut iſta. Nõ cũ tanto diſpendio vtilis rei, ſicut hęc fiebat. Cõſimilis abuſio & deformitas inoleuit in manicis ſuffultis vario aut ſyndone ꝑcioſa, quibus alis nõ ad ſuperos, ſed ad inferos gẽtes volant. Quid ẽt dicemus de faſtidioſo opprobrio caudarũ, quas tm̃ dilatauit diabolus ꝑ Italiã tpe meo, vt neque viliſſima muliercula iã ſit, quę non erubeſcat, ſi abſq; cauda incedat. de quo tpe Merlinus ꝓphetauit dicẽs. Mulieres inceſſu ſerpentes fient, & oĩs greſſus earũ ſuperbia replebitur. Renouabuntur caſtra veneris, nec ceſſabunt ſagittæ cupidinis. De quib⁹ caudis credo, ꝙ oẽs & portãtes & portari faciẽtes, atq; nõ impedientes, ſi ad eos pertineat, mortaliter peccent, niſi fortè excuſaret eos altitudo ſtatus ſui, ſicut forſitã excuſantur vxores magnorum Dominorum & Principum, atq; per conſequens & maiorum. Sed de his caudis latius dicemus infra. Conſimilis etiã abuſio inoleuit, vt omni tertio die aliqua noua vanitas & vana nouitas a mundana ſpurcitia reperiatur in veſtibus, in caligis, in caputijs, & alijs veſtituris vel veſtimentis, vt iã apertè verificetur, qđ per prophetam Dñs ait, pſal. 80. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionib⁹ ſuis. In talibus autẽ adinuentionibus felix putatur, qui maiorẽ ac beſtialiorẽ adinuenerit vanitatẽ, quæ oĩa apertiſſimũ ſignũ ſunt, ꝙ ſapientiſſimus medicus Dñs Ieſus Chriſtus de talium infirmitate diffidit, cum ſꝫm deſideria ſua eos dimittat. Sed veniet, veniet, veniet inq̃, in ꝑſenti tpe tẽpus, cum verificabitur, qđ Dñs per Sopho. c. j. minat̃, dicens. Viſitabo ſuper Principes & ſuper filios regis & ſuper oẽs, qui induti ſunt veſte peregrina. Quæ enim ſunt huiuſmodi nouitates, & tam curioſę adinuentiones & vanitates, niſi quædã euiſceratio & vomitus carnalis & mundani affectus, q his cor-

E F G H

*Pulchra ratio.*

ruptis



A ruptis temporibus in hominibus inoleuit? dicente Domino, Matth. 12. Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Secundum enim, ꝙ vanum & carnale eſt cor, ſic extra in corporis amictu ꝓfert theſauros vanitatis. Nam plerumque homines extimant de ſignis ſignata, de circulo tabernam, & de ſigno furis æſtimant furem. Meretricius habitus ſignũ eſt meretricij actus: ſicut habitus monialis, monialem oſtendit, & ſic de alijs. Contemplare hominem, ſiue mulierem ab extra, & ſatis clarè intelliges, quid communiter ſit ab intra, teſte Eccleſiaſtico, qui 19. c. ait: Amictus corporis & riſus dentium & inceſſus hominis, indicant de

*Meretricius habitus.*

B illo. Harum omnium adinuentionũ vanarũ curioſiores & culpabiliores inter alios ſunt ſutores & alij artifices conſimilia adinuenientes & facientes, qui cupidine lucri atq; ſequelæ in huiuſmodi vigilant tota mente quotidie nouas adinuentiones reperientes & innouantes: qui omnes culpabiles & participes fiunt omnium mortalium peccatorum, quę ex talibus ſubſequuntur, ſicut ſcriptum eſt, extra de iniur. & dam. da. cap ſi culpa, vbi dicitur: Qui occa. dam. dat, dã. de. vi. Sed de hoc ſatis ſer. 5. dicetur. Aduertant autem populi cęci & inſenſati, quanta per-

C ditio & diuitiarum atq; terrarum & ciuitatum ex hac ſępe reiteratione variata & variatione iterata veſtium & vanitatũ deſtructio & diſpendium ſubſequatur, de quibus potiſſimè in cauſa ſunt ſutores in veſtibus ſaltem, & alij ſecundum varias vanitates: & reperient ſi hoc diligenter penſent, ꝙ tantum perdunt de veſtibus iã in populo vſitatis propter nouam inuentionem, ꝙ illud extimare mirabile eſſet. Addatur, ꝙ nouitatibus iam inuẽtis aliæ ſubitò ſubſequuntur, vt in cumulum ſpiritualis & temporalis diſpendij verificetur, quod Leui. 26. ſcriptum

D eſt, Nouis ſuꝑuenientibus, vetera ꝓijcietis.

### *De ſtupenda diligentia & curioſitate exterioris cultus & negligentia ornatus interioris. Cap. 3.*

*Tertia curioſitas.*

TErtia eſt curioſitas diligẽtię. O quãta mundi diligentia circa exteriora, & quanta negligentia erga interiora reſonat oculis, qui lumẽ habent temporibus iſtis. Conſiderentur capita vanarum mulierum, quanta diligentia decorentur. Tranſeamus iteratas ſæpius ablutiones: qs exprimat quanto labore, quantoq; ſudore quædã deſtruunt ſibi caput in ęſtiuo calore: ſępe ſæpius in die quibuſdã aquis & liquoribus directo capite erga ſolem ſibi balneãdo verticem & capillos: ipſosq; in nocte calamiſtro appoſito contendunt reddere anulatos & criſpos, quaſi conentur confundere Chriſtũ infallibilẽ veritatem, qui Matt. 5. ait: Non poteritis facere capillum vnum album, aut nigrum. & ipſa conatur non tantũ vnum capillum, ſed omnes capillos capitis ſui dealbare. Contra quas ait Cyprianus, vt refert Auguſt. 4. de doctrina Chriſtiana: Dominus tuus dicit, non potes facere capillum vnum album, aut nigrum: & tu ad vincendam Domini tui vocem, vis te eſſe potiorẽ audaci conatu & ſacrilego contemptu capillos tuos inficí malo pręſagio futurorum. Capillos iam tibi flammeos auſpicaris. Ex quo Alexander de Ales arguit & cõcludit, hoc eſſe mortale peccatũ, ſicut in ſermo 47. apparebit. Sed in talibus grauius quàm alij peccant matres, quæ ad hoc & conſimilia filias inducunt, vel cum patientia portant. Prætęrea ſolertem diligentiam, quam vanæ fęminæ habent circa capitis ornamenta, de quibus diffuſius in ſequentibus ſermonibus dicturi ſumus. Sed conſideremus, quãta diligentia veſtimẽta curantur, animaduerte diligentiã in cõponẽdo, rugãdo, deplumãdo, depilãdo, diſcutiẽdo ad aerẽ recentẽ, maximè in die Sancti Ioãnis, ne rodãtur a tineis, dilatando, vẽtilando. Conſidera, quanta cuſtodia obſeruantur, ne oleo & quacunq; macula inficiãtur. Si caſu, ꝙ Deus auertat, incauſtum vel quodcũq; aliud turpe, ꝑcioſum ſordidauerit veſtimentũ: o quãtus dolor & męror & quãta triſtitia cordis ad remedium currũt pedes veloces, & delicatæ ad purgãdum ꝑparant̃ manus: Tota animaduerſione cor apponit̃ vt abſq; macula redeat veſtimẽtũ, niſi purgatũ eſſet, nõ auderẽt inter hoĩes cõparere. O quãta diligentia erga exteriora, o inſenſata mortalis cura, o inconſiderata dementia circa interiora. Sordidat̃ aĩa multitudine peccatorũ, inficitur multitudine criminũ, & multiplicatione horribilium ſcelerũ quotidie inquinatur: & de remedijs nulla eſt cura, nulla remedia, nulla memoria, nulla deniq; hic aĩaduertentia põderat̃, neq; aliqua verecundia vel timore erubeſcit corã cęleſti Rege & vniuerſorũ Dño cõparere. Sed q hãc ſuꝑfluã & faſtidioſam diligẽtiã hñt circa indumẽta exteriora, interiorib⁹ ornatibus iã neglectis, audiant Dñm Matt. 6. hmõi arguẽtẽ de veſtimẽtis: qd ſolliciti eſtis? q. d. nihil, qa ornamẽta aĩę neglexiſtis & ꝑdidiſtis, ſicut & btũs Hermes teſta-

E F

*Ornatus van⁹ mulierũ vel eſt mortali, vel nõ eſt ſine mortali.*

G H

*Quomodo ſordidatur anima multitudine peccatorum.*



tur

A tur, dicens: Vanum cor vanitatis notam libenter corpori ingerit. Exteriorum ſuperfluitas, interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta molliciem animæ indicant. non tantum quæreretur corporis cultus, niſi neglecta eſſet mens inculta virtutibus. Et glo. ſuper illud Lu. 16. de diuite Epulone, induebatur purpura & byſſo. Si cultus precioſarum veſtium culpa non eſſet, ſermo diuinus non tam vigilanter exprimeret, ꝙ diues purpura & byſſo indutus apud inferos torqueretur.

## Articvlvs Secvndvs.

### *De triplici ratione, quare Deus odit vanitates.*

B SEcundum Dei odium eſt contra mundanas vanitates. Propterea pſal. de Domino inquit, Odiſti vanitates. Triplex eſt ratio vel cauſa, quare mundanas vanitates æternus Deus odit: Quarum prima reſpicit vanitatum principium, ſecunda medium, tertia verò terminum. Primò ratione intentionis, ſecundò ratione habituationis, tertiò ratione concluſionis odit Dominus vanitates.

### *De vanitatibus & mala intentione, propter quam Dominus illas odit. Cap. I.*

C PRimò enim odit Deus mundanas vanitates ratione intentionis: & hoc reſpicit vanitatũ principiũ. Sicut enim Auguſtinus teſtatur: Quicquid agant homines, intentio iudicat omnes. Et Dominus Matth. 6. Si oculus tu⁹, ſcilicet intentio: ſimplex fuerit, totum corpus tuum, ſcilicet opus lucidum erit. Et ſi oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Sed quia plerũque vanitates & ſuperfluitates atque curioſitates; ne appareant vitioſæ multiplici cæcitate & fallacia ac iuſtitiæ honeſtate in vanis D mentibus pallientur: Ideo prouida circunſpectione ad prædicta tria ſpecula recurrendum eſt, ne quiſquam ſuo proprio laqueo ſuſpendatur. Quod ſi contra prædictorum ſpeculorum regulas aliquis deuiare cernatur, facilè conuinci poteſt de vanitatum intentione: licèt ab eo, qui eſt a vanitate deluſus, hoc non queat intelligi, vel comprehendi. Et contra tales Grego. ait: Nemo præcioſam veſtem, niſi ad inanem gloriã quærit: videlicet vt honorabilior ceteris videatur. Nemo vult ibi precioſis veſtibus indui, vbi a nemine poteſt videri. Sunt tamen pleręq; mulieres: quæ licet cum alienis peccare nolint, tamen ab alijs deſiderant concupiſci. E Quod quidem mortale eſſe per Aug. manifeſtè apparet, qui ait, quòd non ſolum appetere, ſed etiam appeti velle criminoſum eſt. Et ſunt alię quędam, quæ vanitatibus abutuntur, vt in pulchritudine ſuperent cunctas, vel non in pulchritudine ab alijs ſuperẽtur, aut quadam inani gloria, ſcilicet, vt de pulchritudine laudentur. O impietas viperarum, quis docebit vos fugere à ventura ira, quæ tãta cupidine vanæ laudis obcęcatas geritis mentes, vt non compatiamini infelicibus animab⁹ Chriſti precioſo ſanguine redemptis, dum magis concupiſcitis vanæ laudis nomẽ, quàm multarum animarum ſalutem? F Sunt & aliæ plũres, quę ad excuſandas excuſationes in peccatis, dicunt ſe hoc agere vt placeant viris ſuis, ne in alia deteſtabilia ruant, vt quaſi quodam rethe vanitate vtãtur ad proprios retinendos viros, ne ab alijs cupiditatibus capiantur. Sed quæſo, reſponde mihi, o mulier habitaculum vanitatis, quare hoc rethe ibi expãdis, vbi nõ eſt vir tuus? Cur potius te exornas, cum in publicum prodis, quàm cum a viro tuo in ſecreto thalamo de propinquo videris? ibi quaſi quædam Regina compares: hic verò quaſi quoddam carnis pruiuij monſtrum appares. G Ibi nequaquam licet velle alteri viro placere, hic verò licitum eſt cum moderamine honeſtatis ob legitimam cauſam mariti gratiam quærere. Sed ſimilis es quibuſdam, qui dum ſe fingunt ſilueſtres columbas & aues capere velle; domeſticis, vt eas capiant, inſidias ponunt. Sed ſi mulier timeat perdere virum ſuum, cur vir eius timere magis non habet amittere vxorem? Plerumq; murileg⁹ pulcher & pelle & pilo decorus amplius furto patet, quàm quicunque deformis. Sunt etiam alię plures, quæ dicunt, ſic vult, vel ſic præcipit cõiunx me⁹, parere neceſſe eſt. H Quibus rationabiliter reſpondetur, quòd ſi hoc placet, o mulier, viro tuo, non placet tamen hoc Domino Deo tuo. Audi beatum Petrum, qui Act. 5. dicit: Oportet magis placere Deo q̃ hominibus. Sed & audi tu vir vanus & excors: ſi non vis cõiugem tuam eſſe meretricem, cur vis illam meretricem videri? ſi fortè autem illã amittere cupis, placeat Deo tuo, ꝙ iam illam non amiſeris: cum certum ſit, quòd ex hoc illius & tuã & aliorum multorum animas perdis, ſicut Ezech. 13. cap. ſcriptum eſt: Vident vana & deuiant, ſcilicet a tramite honeſtatis.

Quòd



### A *Quòd propter multa vitia quæ mentes induunt ex crimine vanitatum, odit Dominus vanitates. Cap. II.*

SEcundo odit Domin⁹ vanitates ratione habituationis. Sicut enim dura & & aſpera magnum & virilem nutriunt ſpiritum, & delicata & mollia habent ſpiritum eneruare: ſic curioſa & vana mentem induunt habitum vanitatis & a bono propoſito frangunt. Propterea. 1. Reg. 12. admonet ſpiritus veritatis dicẽs: Nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, ſcilicet, ſed mentem efficient vanam & vi-B tijs plenã, ſicut pſal. teſtatur dicẽs, pſal. 108. Fiat. id eſt, fiet ei, ſcilicet mens, ſicut veſtimentum vanum, quo operitur: & ſicut zona, ſcilicet vana, qua ſemper pręcingitur. Et *Pſal.* 144 Pſal. 144. Homo vanitati, ſcilicet quam diligit & frequẽtat, ſimilis fact⁹ eſt. dies eius, ſicut vmbra prętereunt: quia tales mentes fumo vanitatis obtenebrantur, & in criminibus viuunt. Hic eſt fumus, qui mentes vanas erigit in tumorẽ elationis, ſicut Iob 11. atteſtatur dicẽs: Vir vanus erigitur in ſuperbiam, nec tantum officiunt huiuſmodi vanitates vtentibus eis, verumetiam videntibus & adhęrentibus illis. C Mens enim iuuenilis ex ipſa natura fragilis & inconſtans, quæcunq; leuia & vana viderit, imitari cõtendit, & ſic alter alterum in populo ad caſum trahit, ſicut ipſe Pſal. teſtatur dicẽs: Vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Et Hierem. 2. Ambulabunt poſt vanitatem, ſcilicet alter poſt alterum, & vani facti ſunt. immo ꝙ mirabilius & abominabilius eſt, quędam vetulæ reſarcitæ vel rafazonatę tãto habitu vanitatis imbutæ & inductæ ſunt, vt rugatam faciem medicaminum curis & totum corpus curioſiſſimis veſtituris iã curuatæ, iam decrepitę & dentibus priuatę, cũ quotidie animo iuueneſcant, contendunt D licèt nequeant, decorem oſtendere puellarem. Ex talium vanitatum igitur vſu mẽtes ciuium inanes & vanę, virtutibus vacuę replentur vitijs & ſuperbijs, partialitatibus, ambitionibus & tyrannijs ac multiplicibus ſceleribus imbuuntur. Cumq; Dominus ad tempus tales vanas ciuitates & patrias ſuſtulerit patienter, & per prædicatores ſuos correxerit clementer & ſapienter, in exterminium peſtium & guerrarum ac diuerſarum afflictionum in poteſtate dęmonũ tradit illas, iuxta illud pſalmographi, pſal. 138. Accipiet ĩ vanitate ciuitates ſuas, nõ meas. Meas quidem per donorum multiplicationem: ſed ſuas demum per ingratitudinem E & vanitatum abuſionem. Et tunc vanitates, quas Dei verbum per amorem non emendauit, inuitus mundus violenter diabolo, ſeu diuino iudicio operante relinquit, cum ad iracundiam concitatus ſit Dominus ex vanitatibus & ex multitudine peccatorum, quæ inde ſequuntur, ſicut 3. Reg. 16. ſcriptũ eſt: Prouocantes Deum, ſcilicet ad iracundiam in vanitatibus ſuis.

### *Quòd odit Dominus vanitates propter infelicem exitum ſiue finem, ad quem cogunt animas peruenire. Cap. III.* F

TErtiò odit Dñs vanitates ratione cõcluſionis. Mens enim inſenſata & cęca & vanitatibus aſſueta, finem mundanorum vanitatum non penſat, nec conſiderat, ꝙ ſunt veluti fumus, vmbra & ſpuma, & ſicuti vapor ad modicum parens: & quòd ſicut. 1. Ioan. 2. dictum eſt, tranſit mundus & cõcupiſcẽtia eius. Vnde idẽ ibidẽ clamãdo admonet dicẽs: Nolite diligere mundum: neque ea, quę in mundo ſunt. G Et iterum Pſal. 89. ait: Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & trãſeat: veſpere decidat induret & areſcat. *Mane qd. ſignificat.* Mane, ſcilicet pueritiæ in vanitatibus enutritæ, tranſeat ſicut herba, quæ auulſa citò areſcit atque ſine fructu & inutilis eſt. Mane, ſcilicet adoleſcentiæ vanioris & vaniſſimę iuuentutis floreat: ſcilicet vanitatibus plena, & tranſeat ſicut flos, qui adueniente pruina deficit & marceſcit, nec fructum etiam facit. De talibus enim permiſſiuè Dominus dęmonibus ait: Date florem Moab, quia florẽs egredietur, ſcilicet de vita pręſenti, dum eſt in florida vanitate & iuuentute. Et de iam mortuis in tumulo vanitatum, Eſa. 18. cap. ait: Ante meſſem totum effloruit, ſcilicet per duram infirmitatem, H & immatura perfectio germinabit, ſcilicet fructum in morte damnationis æternę: hoc fuit in mane. Sed aduerte, quid in vltima ſenectute ſequatur. Veſpere, ſcilicet frigidę ſenectutis: decidat, ſcilicet per mortem, id eſt, deorſum cadat in baratrum infernale. Mens in vanitatibus inueterata induret corpus in cadauer, & areſcat in puluerem: ſiue induret, ſcilicet ſpiritus per æterna tormenta, & areſcat gehennali igne & pœna æterna. Hæc omnia ſunt completa in diuite epulone, Lucæ 16. Floruit quippe in mundo, quia induebatur purpura &

A byſſo:veſpere decidit, quia mortuus eſt di-
ues & ſepultus eſt in inferno: indurauit &
aruit, cum ad refrigerium aquæ guttam pe-
tijt, nec aliqualiter impetrauit. De talibus
*Pſal.* Pſal. ait: Defecerunt in vanitate dies eorum
& anni eorum cum feſtinatione. Sed quia
cum mulier infirma grauiter decubat in le-
cto, proponit ſe emendare: Ideo Pſal. ſub-
dit: Cum occideret eos, quærebant eum.
Demum vero ſanata oblita eſt Domini crea
toris ſui: propterea idem addit, Et dilexe-
runt eum in ore ſuo, ſcilicet tantum: & lin-
gua ſua mentiti ſunt ei. Cor autem eorum
non erat rectum cum eo, nec fideles habiti
ſunt in teſtamento eius. Propterea Eſa. 40.
cap. ait: Vox Domini facta eſt mihi prædi-
B catori dicẽs, Clama. Et dixi, quid clamabo?
Omnis caro fęnum, & omnis gloria eius
quaſi flos agri: exiccatum eſt fęnum & ce-
cidit flos. O vetulæ mulieres, quæ totum
tempus in vanitatibus conſumpſiſtis: quem
fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus
nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors
eſt, vt ait Apoſtolus 6. cap. ad Roma.

## Articvlvs Tertivs.

### *Quòd propter tria Dominus ſuper-*
C *fluitates odio habet.*

TErtium Dei odium eſt contra mun-
danas ſuperfluitates. Et de hoc Pſal.
ſubdit ſuperuacuè, id eſt, odiſti om-
nes obſeruantes ipſas ſuperfluitates. pro-
pter tria ſuperfluitates Dominus odit. Pri-
mò propter additionem, ſecundò propter
abuſionem, tertiò propter mulitudinem
ſeu multiplicationem.

### *Odit Dominus ſuperfluitates propter*
*eorum falſas additiones.*
D *Cap. I.*

PRimò odit Deus ſuperfluitates ꝓ-
pter additionem, ſcilicet eorum,
quæ ſecundum rectum iudicium
non conueniunt ſtatui mulieris,
ſicut in prima parte ſermonis dictum eſt.
Conſidera vecordem, vagam & multiuo-
lam mulierem breui decurſu, & a vertice
vſque ad plantam pedis nullum in ea re-
peries ſignum niſi ſui & ſuorum perditio-
nis æternæ. Intuere primò caput & con-
templare, quanta ſint ibi additamenta, non
naturæ, ſed culpæ. Ibi ſæpe plurium mulie- E
rum emortuarum ſeu ſuorum quos reſpuit
ipſa natura proſpicies arte deauratos cri-
nes & coronas aureas fabrefactas omni ar-
tificio & decore. Mitras vel maghaguones
ſeu veſicas inflatas & magnas & ſerico &
mira arte depictas: diſcriminalia, girlan-
das floridas & iocalia precioſa ſeu gemmas *Superfluitates.*
ſuper faciem, aut frontem pendentes: Cir-
cinos ad tempora & inaures precioſas. In
facie intuere frontem minus latam, ſubtra-
ctione pilorum artificialiter dilatatam. Su-
percilia arte extenſa & iuncta forpice ſepa-
rata & in tenuem deducta gyrum, atq; per-
petua nigredine tincta. Dentes verò caſu F
ſublatos ebore reformatos, & fuſcatos pig-
mentis & gummis in albedinem priſtinam
reuocatos. Exili vitro, quos aliàs nouacula
capere nequit e facie ablatos pilos, cutiſque
groſſitiem, arte multiplici delinitam: deco-
loratam faciem & pallentia labia venuſto
rubore atque candore mutata, tranſparenti
atque tenuiſſimo velo paululum in auram
dimiſſo arteque neglecto vultum reſpicies
inſignitum: vt his & conſimilibus addita-
mentis fœmina, quam natura formoſitate
priuauit, quaſi in alteram Venerem diabo-
lum videas reformaſſe. Proſpice collum, &
conſidera ibi diuerſarum vanitatum varie- G
tates. Nunc perlarum circulos, aut aureos
torques ſeu catenas: nunc murenulas ver-
miculatas argento: nunc aureos pater no-
ſter, ſiue ambreos colorum varietate diſtin-
ctos, quibus non ad Deum, ſed quaſi ſimia
diaboli ad ſathanam mulier preces fundat.
His omnibus & conſimilibus talis anima
demens, ſicut fur qui ſuſpenditur fune no-
uo, inaniter gloriatur. Scapulæ quoque &
meretricia vbera palliolo & ſyndone atque
monili pudicitiam mentiuntur. Pectus ri-
uulis, rachamaturis ſeu bordaturis laſciuis
& precioſis iocalibus diuerſiſque vanitati-
bus decoratur. Brachia quaſi alas ad inferos H
præuolantes, manicas gerunt innarrabili-
ter perforatas, & multiplici vanitate atque
carnalitate depictas. Quid aliud manus il-
læ multitudine precioſarum armillarum &
anulorum depictæ obſariolo & ſudariolo,
atque cum tempus adeſt, curioſiſſimis chy-
rothecis munitæ, niſi luxuriam clamant?
Quid erit talium corrigias ſpeculari, tergo
quandoque verſas, amplas, ſericas, argen-
teas, deauratas, coloribus variatas, figu-
ris, cęlaturis, ſculpturis & mira arte fabrili
confectas? Stultum quidem eſt ventrem,
ſaccum ſtercorum, tot ſumptibus honora-
re: nec



A re: nec laudabilior erit aſinus tuus, ſi zona
aurea fuerit cinctus. Quid eſt videre ĩ mu
liere caligas ſoleatas, & quãdoq; ſaccamãn
norum more diuiſas, & ad nates longas &
tractas? Sotulares rubeos, aureos, perfora-
tos, roſtratos, decorticatos, atque colo-
rum varietate depictos? Quid amplius fa-
cient meretrices de altiſſimis trampalis,
ſeu cipellis mira arte ac duplicitate & ſi-
mulatione confectis? quid dicemus? Non-
ne mirabiles expenſas veſtibus addunt,
dum de longitudine & latitudinc tanto
plus addere ſit neceſſe? Nonne talibus ab-
utentes ex certa ſcientia cum intentione
B fallendi corporis magnitudinem mentiun
tur, atque in errorem inducunt? Quod qui-
dem eſſe mortale, teſtatur Alex. de Ales,
ſicut in ſerm. 47. apparebit. Prætereo in p̃-
dictis additionibus multa, quæ diligens in-
dagator poterit reperire. Sed in ſupradictis
ſatis eſt ſufficienter addiſcere, ꝙ in mercã
tia mulieris vanæ incomparabiliter maior
& fortè melior eſt additio, quam nummata
ſicut noſtro vulgari dici ſolet: maggior è la
gionta che la derata.

### C *Quod Dominus odit ſuperfluitates multi-*
*plicium abuſionum, quibus vtuntur*
*ciues in domibus. Cap. 2.*

SEcundo odit dñs ſuperfluitates propter
abuſionem. Quanta nanq; abuſio non
tantum in palatijs magnatorum, ſed ẽt
in ædibus communium ciuium reperiatur,
quis facilè exprimere poſſet? Ingredere eo
rum aulas triumphales, & vtinam non de
pauperũ cruore conſtructas: intuere pictu-
ras & monſtra, quæ oĩa vanitatẽ, abuſionẽ
& luxuriam clamant. Non ſingula perquira
mus, intra eorum thalamos & cubicula, &
D contemplare ibi non ſolum lecticarũ triũ-
phalium ſtructuras atque tarſias: verũetiã
picturas manifeſtiſſima ſigna carnalitatis,
& luxuriæ præſignantes. Conſidera lectorũ
magnitudinem atq; molliciẽ: ibi reperies
linteamina ſerica vel byſſina auro atq; mi-
ro artificio circundata. Coopertoria precio
ſa electo pendentia ſtupenda arte cõtexta,
vel acu conſuta, depicta & ad luxuriam in
ductiua: puluinaria p̃parata, vndiq; ĩ lecto
iacentia, p̃cioſis picturis, rachamaturis au-
reis, texturis, ſuturis, atq; lapidibus p̃cioſis
ornata. Cortinarũ deauratarũ atq; pictarũ
p̃ciũ & valorẽ, qs exprimere poſſet? O alti
tudo & aſpitas crucis Chr̃i, o pęnalitas cru
cifixi, o inſipiẽtia filij Dei, quare oportuit E
pati Dñm Chr̃m, & ſic intrare in gloriam *Abuſiões*
ſuam: ſi hoĩes ſerui cũ tot delitijs, cũ tot va *& ſuper-*
nitatibus atq; cum tot laſciuijs ingredi po *fluitates*
terunt gloriam alienam? O quãta cõplacen *abhorret*
tia quieſceret Deus cum filijs hoĩum, ſi cũ *Deus.*
tanta diligentia cubile conſciẽtiæ exorna-
rent, atq; cum ꝓpheta per ſingulas noctes
lectũ ſuũ lauarẽt. O ſepulchrũ, cubile, & le
ctus præmeditãdus, q̃ amara eſt memoria
tua: vbi iuxta illud Eccleſiaſtici. 10. Hõ hære
ditabit ſerpẽtes, beſtias & vermes: Vbi qui
pridie fulgebat in aula, hodie iacet in tũba.
Et qui heri glorioſus ſplẽdebat in palãtio:
hodie decoloratus iacet in tumulo. Et q̃ he
ri tot veſcebat̃ delitijs in cubiculo, hodie F
deuorat̃ a vermibꝰ in ſepulchro. O horren-
dũ cubiculũ infernale, q̃ amara erit experiẽ
tia tua. O delicata caro delitioſi viri vel mu
lieris & anima in tot delitijs enutrita: con-
ſidera lectum, qui te expectat: licet hoc ne-
quaquã credas, vbi vmbra mortis & nullus
ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, ſi
cut Iob 10. atteſtatur: vbi pro elatis magni-
ficentijs vilitas confuſibilis: vbi pro effre-
natis delitijs pœnalitas interminabilis, at-
que pro cumulatis diuitijs paupertas inſa- G
tiabilis tribuetur, ſicut Eſa. 14. c. ſcriptũ eſt.
Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua: conci-
dit cadauer tuum ſubter te: ſternetur tinea
& operimentum tuum erunt vermes. Væ
ergo vobis, qui dormitis ĩ lectis eburneis:
& laſciuitis in ſtratis veſtris, vt ſcribitur
Amos. 6.

### *Contra multitudinem ſuperfluitatum,*
*quibus vtuntur ciues, quos Domi-*
*nus odit. Cap. 3.*

TErtiò odit Dominus ſuperfluitates ꝓ H
pter multitudinẽ, ſeu multiplicatio-
nem. Circũſpice thalamos prædicto
rum: contemplare ibi ſuperfluitates veſtiũ
virorum & mulierũ. Ibi pro feriatis diebꝰ;
ibi ꝓ mediocribus feſtis, ibi ꝓ maioribꝰ ſo-
lennitatibus, ibi pro celebrioribus cũctis:
Quarũ p̃cioſiores in mãticis cõſumunt̃: &
q̃nq; a mulieribus inſenſatis ꝓ filiabꝰ & fi-
lijs inaniter, immo criminaliter reſeruant̃.
Ibi reperies veſtimẽta ſerica, q̃dã aurea, q̃-
dã viridia, quædã rubea & ſcarlatina: q̃dã
griſea, q̃dã rigata, quædam depicta & racha
mata, quædã celeſtina, quædã roſata, q̃dam
frappata, q̃dã æſtiua, ſicut teriſtria ſubtilia
atq; ſtricta: quædã hyemalia, q̃dam ruralia,
quædam ciuilia, q̃dã pluuialia, quædam ni-
ualia,

A ualia, quædam diurna, quædam nocturna, quædam retorta, quædam diſtorta, quædam ſtricta, quædam lata, quædam curta ſiue breuia, quædam longa, quædam cũ alis magnis, quædam cum manicis ſtrictis, quędam ſine manicis vllis: quædam claudũtur ante, quædam retro: quædã a latere, quædã ſicut in iuuenum fantaſijs patet, tanta abominabili breuitate curantur, vt ſupra nates & ſupra vmbilicum aſcendant: dumq; æſtiuo tempore ſuperiora indumenta deponunt in propria domo vel alibi anteriora
B & poſteriora iuuenculis atq; alijs more canum oſtendunt. Quot mutatoria reperies ibi, quot camiſias ſericas vel byſſinas, vel tanto ſumptu & arte conſutas? ꝙ tales facere vel tenere ampliusque illas geſtare, Doctores determinant eſſe mortale. Quot alia linea & ſuperflua paramenta, quæ raro vel nunquam ducuntur in vſum? Quot vaſa argentea & deaurata & arte mirabili fabrefacta ad gloriam & ad pompam ſeruata? Hæc & conſimilia conſidera in deauratis & precioſis manticis reſeruata. Circunſpice cubiculi parietes carnalitatis multiplici actu ſæpe depictos, vt uerificetur in
C omnibus talibus, quod Eccleſiaſtes. 1. cap. ait: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et quia omnia talia multitudine atque cõfuſione in confeſſoribus, prędicatoribus & conſiliarijs minus doctis, minusque rectis, ac minus conſiderantibus tria ſpecula antedictą diſcretum iudicium liciti & illiciti obruunt & confundunt: plerique peccatum mortale in talibus eſſe non putant, ſed quodlibet horum cuicunque libet illi omnino licet, illique non licet, qui ad hoc marſupium plenum vndecunque non habet, cum talibus ſit lex pro ratione volun-
D tas: Propterea ſequitur, quod Matth. 15. cap. Dominus ait. Cæci ſunt & duces cęcorum. Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Sed, vt dicitur Eccleſiaſtici. 15. Qui timet Deum, faciet bona: & qui continens eſt iuſtitiæ, apprę hendet eam, ſcilicet moderatam, & obuiabit illi, quaſi mater honorificata hic per gratiam, & in futuro per gloriam: Ad quam nos perducat benedictus Ieſus, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

*Multitudo ſuperfluitatum deſpicabilis.*

---

E

FERIA QVARTA
poſt Dñicam de Paſſione.

*De iuramento & periurio.*

## Sermo XLV.

N*On periurabis in nomine meo, Leu. 19. c.* Et in prophetia hodier. Cogit me charitas, vrget neceſſitas, & zelus diui-
F ni honoris me coarctat: vt poſtquam elapſis diebus cum tanto animarum fructu blaſphemia de cordibus veſtris propulſata eſt, etiam periurium effugetur, cum ex illo mala innumerabilia oriantur. Tanti enim periurium criminis eſt, vt ſm̃ Tho. in quoli. videatur homicidium ſuperare. Ait enim: ſicut Apoſtolus inquit. 6. c. ad Heb. Hoĩes ꝑ maiores ſuos iurãt, & oĩs cõtrouerſiæ eorũ ad cõfirmationẽ, finis eſt iurm̃. Fruſtra aũt in homicidij cauſa iurm̃ controuerſiæ finis eſſet, niſi homicidiũ ſuperaret. Præſumit̃ enim, ꝙ qui maiorẽ culpã. ſ. homicidij, perpetrauit, minorẽ: ſ. periurij cõmittere minimè vereret̃. Propterea
G ex hoc ipſo, ꝙ in cã cuiuslibet culpę iurm̃ defert̃, manifeſtè mõſtrat̃ ꝙ periuriũ ꝓ maxima culpa habendũ eſt: nec immerito hoc æſtimandũ eſt, cũ periurare in noĩe Dei, q̃dã diuini noĩs negatio iudicet̃. Vnde ſm̃ locũ poſt idolatriã, pcm̃ periurij tenet: quod quidẽ patet ex ordine ꝓceptorũ. Quod aũt homicidiũ in eccleſia grauius puniat̃ rõ ẽ: quia grauius nocumentũ, interdũ hoĩbus infert ẽt culpa minor, apud tñ iudiciũ Dei grauior culpa grauius puniet̃. Quia igitur periurare tã grauis culpa eſt, ideo in verbo propoſito ꝓcipit Dñs dicens, Non periura
H bis in noĩe meo, in quo quinta Religioſitas indicat̃, quæ dr̃ peiorata. De qua Religioſitate tria ad præſens conſideremus. Primo iuramenti diſcretionem, ſecundo iuri abuſionem, tertio iuramenti punitionem.

*De iur̃o vide Sco. lib. 3 diſt. 39. & D. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 4 Vide D. Auguſ. de uerib. Domini & Ioã. Gerſ. de cognitione pcõrũ par. 2.*

### Articvlvs Primvs.

*Quomodo prohibitum vel licitum ſit iurare, & de duplici ſpecie iuramenti.*

PRimo inquam conſideremus iuramenti diſcretionem. Triplex diſcretio habenda eſt circa ipſum iuramentum. Prima prohibitionis,

*Circa iurm̃ diſcretio triplex.*

---



A hibitionis, ſecunda permiſſionis, tertia diſtinctionis.

*Quomodo prohibitum ſit iurare. Cap. 1.*

PRima diſcretio circa iuramentum habenda eſt prohibitionis. Prohibet enim Dominus iurare, Mat. 5. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non periurabis: reddes aũt domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis? Non iurare omnino, neque per cœlũ,
B quia thronus Dei eſt: neq; per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieroſolymam, quia ciuitas magni Regis eſt: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit aũt ſermo veſter, eſt, eſt: non, nõ. Quod autem ab his abundantius eſt, a malo eſt. Et Iaco. 5. Ante omnia fratres mei, nolite iurare omnino. Quod poteſt eſſe aliud thema. Et additur, Neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis.

C

*Quomodo licitum ſit iurare, & quomodo intelligitur prohibitio facta de iuramento. Cap. 2.*

SEcunda vero diſcretio circa iuramentum habenda eſt permiſſionis. Permittitur enim in multis caſibus iuramentum. Propterea notandum eſt, quòd verba Chriſti, Matth. 5. & Iaco. 5. ſuperius allega. Licet videantur iuramentum taliter prohibere, ꝙ nullo modo iurare licitum ſit: ſimpliciter tamen loquendo, hæc prohibitio vniuerſalis non eſt ita, ꝙ in nullo caſu licitum ſit iurare. Sed ſecundum Bonauen. ſenſus verborum eſt, Iurate, ſed non pro qua-
D libet cauſa: ſed tantum pro licita & honeſta. Propterea penſanda ſunt verba prohibitionis prædictæ, & tria ibi intelligenda ſunt. Primum, ꝙ ſunt in aliquo præceptoria: ſecundo, ꝙ ſunt in aliquo permiſſoria: tertio ꝙ ſunt in aliquo conſultoria: Primo ſunt in aliquo præceptoria & prohibitiua; quia non licet pro qualibet cauſa vel re iurare propter periculum ſæpius periurandi. Propterea Eccleſiaſtic. 23. c. ait. Vir multum iurans, replebitur iniquitate. i. periurijs, & per conſequens multis alijs malis.

*D. Tho. in 4 diſt. 39.*

E Ideo illicitum eſt iuramentum ſæpius iterare. Secundo quoque verba prædicta ſunt in aliquo permiſſoria: nam talis modus ꝓhibitionis non eſt vniuerſalis, ſed particularis, ſi feratur illud non, ante hoc aduerbiũ omnino. Vnde cum Dominus dicit; Ego autem dico vobis, Non iurare omnino, ideſt nolite iurare in quolibet caſu, ergo in aliquo caſu licet. Plerunque enim ponitur a Chriſto locutio talis, tamen non eſt vniuerſalis ad omnem materiam. Verbi gra-
F tia, Matth. 5. Dominus ait, Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus eſt iudicio: & tamen non intelligitur de ira contra vitium, quæ eſt per zelum, quæ etiam fuit in Chriſto. Vnde Mar. 3. ſcriptum eſt de Domino. Circunſpiciens eos cum ira: contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum. Ex hoc patet, ꝙ iurare non prohibetur in omni caſu, ſed in aliquo caſu licet. Quod autem liceat, exẽplo patet. Primo exemplo Dei, qui in multis locis inuentus eſt iuraſſe. Vnde ad Heb. 7. volens Deus oſtendere immobilitatem conſilij ſui interpoſuit iuramentum. Et c. 7. etiam dicit, quòd iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Et per Hierem. 4. do-
G cens Dominus iuſtum iurandi modum ait, Iurabis, viuit Dominus in veritate, & in iudicio & in iuſtitia. Secundo exemplo Apoſtolorum & Prophetarum, qui in ſcripturis crebro iuraſſe leguntur. Tertio exemplo eccleſiæ ſanctæ, quæ vtitur iuramento propter illius multiplicem neceſſitatem & vtilitatem: vtputa pro veritate firmãda vel declaranda, pro deciſione litigiorũ & cauſarum, pro amicitia contrahenda, pro pace fienda vel reformanda, pro fidelitate ſeruãda, pro obedientia recognoſcenda, pro calumnia ſopienda, pro infamia purganda & pluribus alijs, de quibus latius Al. & Arch. tractant. Tertio quoque verba Chriſti & Iacobi, ſunt in aliquo conſultoria, ſ. ne ex iurandi frequentia in periurium decidam⁹.
H Vnde Eccleſiaſticus. 23. c. ait: Iurationi non aſſueſcas os tuum: multi enim caſus ſunt in illa. Hinc quoque Auguſt. 19. contra Fauſtum, circa medium, inquit, Quod periurare, graue peccatum eſt: iurare autem, ſicut iurare verum, nullum. Longius autem remotus eſt a falſum iurando, qui nec iurare conſueuit quam qui verum iurare. Maluit Dominus nos non iurantes non recedere a vero, quam verum iurantes appropinquare ꝑiurio. Itaq; Apoſtolus in ſermonibus, quos habuiſſe narratur, nunquam iurauit, ne iurandi conſuetudine in periurium laberetur.

A beretur. Aliquando vero neſcius. In ſcripturis autem, vbi eſt conſideratio propēſior & maior, pluribus locis iuraſſe inuenitur, ne quiſquam putaret etiam verum iurando peccare. Hæc Auguſt. Et alibi in lib. de mendacio ait: Dicit Dominus, non iurare omnino, ne. ſ. iurando ad facilitatem iurandi perueniatur: & ex facilitate ad conſuetudinem: & a conſuetudine in periuriū decidatur. Et Iſido. 2. de ſum. bo. c. 31. Sicut mentiri non poteſt qui non loquitur: B ſic peierare non poteſt, qui non iurat. Cauēda eſt igitur iuratio, nec ea vtendum eſt, niſi in ſola veritate. Non eſt contra Dei p̃ceptum iurare: ſed dum vſum iurandi facim⁹, periurij crimen incurrimus, nunquam ergo iurat, qui peierare timet.

*Quod duæ ſunt vniuerſales ſpecies iuramentorum. Cap. 3.*

TErtia autem diſcretio de iuramēto habenda, eſt diſtinctionis duæ enim iuramentorum ſpecies a Doctorib⁹ diſtingui ſolent. Prima aſſertorium, ſecunC da promiſſorium nuncupatur. Primum autem pertinet ad tempus præteritum, ſecundum vero reſpicit ad futurum. Aſſertoriū etiam licet ſit principaliter de præterito, ſic factum eſſe, vel non eſſe: poteſt eſſe nihilo minus de præſenti & de futuro. ſ. aſſerēdo ſic eſſe, vel non eſſe, vel iurando ꝙ cras pluet vel ninget, & ſic de alijs. Promiſſorium autem fit propriè de futuro, cum quis iurat aliquid ſe daturum, vel facturum, vel dicturum, ſeu econtra. Aſſertorij quoque iuramenti debita materia eſt verum & non D falſum. Promiſſorij eſt bonum & nō malum. Qui igitur iurat malum, obligatur q̄dem ad peccatum malè iurādo: ſed nō obligatur ad id, quod malè iurauit implendū, ſicut latius infra patebit. Et in his duabus ſpeciebus iuramentorum omnia iuramēta & periuria concluduntur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De ſecundo periurandi modo.*

SEcundo conſideremus iuramenti abuſionem. Septem enim ſunt iuramenta corrupta & abuſiua, in quibus, ſcilicet Dei nomen vituperatur. Primum dicitur diminutum, ſecundum falſum, tertium coactum, quartum fractum, quintum incautum, ſextum dubium, ſeptimum E inductum.

*Quod tres comites de neceſſitate habere debeat iuramentum. Cap. 1.*

PRimum dicitur diminutum. vt enim integrum, non diminutū iuramentum fiat, tres comites habere debet. ſ. veritatem, iudicium & iuſtitiam. de quo Hiere. 4. Iurabis, viuit Dominus in veritate & in iudicio & F in iuſtitia. extra de iureiu. c. & ſi Chriſtus. & 22. q. 2. animaduertendum. vbi Hieron. ait. Animaduertendum eſt, ꝙ iuſiurandum habeat hos comites, veritatem, iudicium & iuſtitiam. Si iſta deſierint: nequaquā iuramentum erit, ſed periurium. Alexā. vero de Ales, ſequens glo. 2. interl. ſuper prædicto verbo Hiere. ait: Veritas enim debet eſſe in conſcīa iurātis, vt ita eſſe credat, ſicut iurat, vt in iur̃o aſſertorio; & ita facere proponat, ſicut iurat, vt in iur̃o ꝓmiſſorio. Iuſtitia eſſe debet ex parte eius, quod iurat̃, videlicet vt ſit licitum & honeſtū: Iudicium G vero eſſe debet ex parte circūſtantiæ vtriuſque, videlicet vt diligenter attendat̃ & cā, pro qua iurat̃, & modus. Si. n. deſit cauſa, deeſt iudiciū diſcretionis in circūſtantijs iuramenti. Hoc eſt, ꝙ iur̃m ſit verū cōtra falſitatē: cautum & diſcretū contra temeritatē & leuitatem. Inſuper & iuſtū, ne ſit de re illicita, nec fiat ad ponendā iniquitatē. Horū rōnem ponit Bona. in 3. diſt. 39. ſuper literā, dicēs. Iur̃m enim comparat̃ ad tria. *D.Bon in 3.diſt.39.* Primo ad veritatē, a qua procedit: & ſic debet̃ ſibi iudicium. Secūdo ad rē, de qua fit: & ſic debet̃ ſibi veritas, vt ſit adęquatio ſermonis & rei. Tertio ad cauſam, pro qua fit, & ſic debet̃ ſibi iuſtitia, vt. ſ. ꝓ cauſa iuſta fiat. Et quia oē iur̃m hos tres habet reſpectus: H ideo oē iur̃m hos comites habere debet. Sermo enim nr̃ dubius eſt. Vnde Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ & incertæ ꝓuidentiæ noſtræ. Ideo vt ſermo nr̃ per diuinam veritatem confirmetur, indiget comitibus ipſum regentibus, ne ſit diſſimilis veritati. Hæc Bonauent.

*Quod iuramentum tripliciter dicitur eſſe falſum. Cap. 2.*

SEcundum iuramentum dicitur falſum, quod eſt contra primum iuramenti comitem, quæ eſt veritas. Quod quidem tripli-



A citer fieri contingit. Primo, cum quis iurat falſum ſine intentione fallendi: ſecundo, cum iurat falſum cum intentione fallendi: tertio, cum quis iurat verum cum intentione fallendi. Qui tres modi ponuntur ab Augu. 22. q. 2. c. homines. Primo quidem eſt iuramentum falſum, cum quis iurat falſum ſine intentione fallendi; quia ipſe fallitur credens dicere verum. Et tunc ſecundum Pet. diſtinguendum eſt: quia ſi adhibuit debitam diligentiam in iuramento aſſertorio, tunc non eſt periurus: quia, vt dr̃ in ſi. dicti c. hoīes. Ream linguam non facit B niſi rea mens. Similiter & qñ iuramentum eſt promiſſoriū, ſi impleri omittitur ꝓpter legitimum impedimentū excuſat ſaltem a mortali: Sicut etiā accidit Apoſtolo. 2. Corint. 1. qui promittens Corinthijs ad eos ire, legitimè impeditus non ſeruauit ꝓmiſſum. Sic etiam ſecundum Hoſti. ſi debitor creditori iurauit ſe in certo termino ſoluturum, credens ſe poſſe ſoluere in prædicto termino: tandem rationabiliter impeditus non poteſt, non eſt periurus. Si aūt nō adhibuit debitā diligētiā, & occaſionē nō habuit hoc credendi, tūc periurus eſt, quia defuit vnum de comitibus iuramenti. ſ. iuC diciū, quia temere iudicauit, ſm̃ Augu. vbi ſup. Ad idem. 22. q. 5. qui periurat. Secūdo eſt iuramentum falſum, cum quis iurat falſum cum intētione fallendi: quia. ſ. falſum eſt, & falſum eſſe putat quod iurat: ſicut, qñ debitor iurat ſoluere creditori in certo termino: & tñ quando iurat non credit poſſe ſoluere, vel non habet cauſam ꝓbabilē credendi: tunc, ſm̃ Hoſt. in vtroq; caſu peierat: quia in primo deeſt veritas, in ſecūdo autē iudicium. Contra quod Aug. vbi ſup. vide te, quàm iſta ſit deteſtabilis belua, & de rebus humanis exterminā da. Hic enim nō ſolum periurus eſt, ſed ad oēm ſatisfactionē illati damni tenetur, ext. de iniur. & dā. da. D c. ſi culpa. vbi dr̃: Qui occaſionē dāni dat, damnum dediſſe vr̃. Secundum aūt Bona. *Iuꝛm triplex.* & Rich. triplex eſt iuramentum. Primum, quod eſt deliberatum & ſolennizatum, ſicut qñ teſtes iurant ſuper ſacroſancta euangelia in præſentia iudicis. Secundum, quod eſt deliberatum, ſed non ſolennizatum. ſ. quando quis iurat in occulto, & iurat aliquid ex deliberatione intendens illud per diuinæ veritatis teſtimonium comprobabare. Tertium autem eſt, quod nec eſt deliberatū, nec ſolennizatū: ſicut qñ quis iurat in cōi ſermone, non attēdens quē inuocat & ad quid, ſed ex quadā conſuetudine. Et ſm̃ hoc periuriū tripliciter cōmitti pōt. Pri E mo modo, cū homo deliberat de dicto cōfirmando & de iur̃o, per quod cōfir[illegible]at̃ & periurat ſolēniter in p̃ſentia iudicis: & tūc periurus non tm̃ mortaliter & enormiter peccat, ſed etiam ſi ꝓ tali periurio feratur ſnīa diffinitiua cōtra eū in cā accuſationis, eſt infamis. 6. q. 1. infamis. Et ꝙ horribili⁹ eſt, cū tres digitos ſupra ſancta imponit, oīa ſua in ptāte diaboli ponit. ſ. animam, corpus & omnem ſubſtantiam, & quaſi homagiū diabolo facit. Vnde Prouer. 6. Defixi F ſti apud extraneū manum tuā. Secūdo modo fit iur̃m, nec deliberatū, nec ſolennizatū: & ſic non eſt pcm̃ mortale, ſed veniale, eo ꝙ lingua in lubrico poſita eſt. Tertio ēt modo fit iur̃m deliberatum, ſed non ſolēnizatum. In quo diſtinguendū eſt: quia aut deliberat de dicto & de iuramento, vtrum ſit dictum verum, & vtrum iur̃o firmādū: & tunc ſi peierat, mortaliter peccat, cū expreſsè faciat contra Dei p̃ceptum, Leui. 19. Non periurabis in noīe meo. Aut deliberat de dicto tm̃, vtrum ſit verum, non tñ de iuramento ſuperaddito: Et tunc pōt eſſe veniale pctm̃, ſed graue veniale, & multū appropinquat ad mortale, & ideo oīno fugiē G dum. Tertio fit iuramētum falſum, cū quis iurat verum, tñ cum intētione fallēdi, quia credit eſſe falſum, quod iurat. Vnde exēplificat Aug. vbi ſup. Pluit in illo loco, interrogas aliquem, & dicat pluiſſe, & ad negotium illius competit, vt dicat, pluit, ſed putat non pluiſſe, periurus eſt. Ad hoc. 22. q. 1. c. 1. Ex hoc triplici iuramento, ſecundum Auguſt. breuius concludi poteſt: quia aut eſt falſitas ex parte iurati tm̃, & hoc eſt primum: Aut ex parte iurantis, & hoc eſt tertiū: aut ex parte vtriuſq;, & hoc eſt ſecūdū.

*Quod obliget iuramentum coactum. Cap. 3.* H

TErtium iuramentū eſt coactum. Vnde multotiens cadit homo in piurium, quia deficit iuſtitia in eo. Circa quod *Quæſtio.* quæri poteſt, vtrū iur̃m coactum ſit obligatoriū? Rñdet Bon. in 3. diſt. 39. ꝙ hæc qō nō *Solutio.* habet locū in iur̃o aſſertorio, quia illud nō obligat ad aliquid faciendū: ſed ſi falſum iuratur, bene obligat ad peccatū, quantūcūq; ſit coactū, quia nulla coactione eſt malū faciēdū. Verbi gratia, Si aliquis aſſerit falſum eſſe verū: ſed locum habet in iuramento ꝓmiſſorio: non quidem illicito, quia illud ēt ſi fieret ſpontaneū, nō eſſet obligatoriū, ex.

eo.

A eo.c.ſi vero.& ꝙ metus cauſa. c.ad audientiam. Tamen qui ſic iurauit, poteſt ab epiſcopo petere vt illum cogat abſoluere a iuramento.extra eo.c.1.Si hoc impetrare nõ poteſt, ſoluat & poſtea repetat: quia licet iurauerit ſoluere, non tamen iurauit nõ repetere.ext.eo.debitores.& in dicto c.ad audientiam. Quod etiam ſi iurauerit non repetere, tunc denunciet eccleſiæ, ſecundum formam euangelicam, vt eccleſia ad reſtitutionem compellat. Si vero iurauerit, quòd non denunciaret, tale iuramentum eſt illicitum, & non tenet, nec eſt ſeruandum, extra eo.c.quemadmodum. B Hæc ſecundum Innoc. Ray. & Bern. Si enim iuramentum promiſſorium licitum eſt: tũc aut talis coactio eſt, quæ in conſtantem virum cadere poteſt, vt metus mortis & ſeruitutis, vel corruptionis, & hoc ĩ perſona propria, vel in liberis proprijs: aut non. Si non: tunc dicendum, ꝙ hoc iuramentum eſt obligatorium quo ad iudicium poli & quo ad iudicium fori. ſi ſic: tunc non eſt obligatoriũ, quo ad iudicium fori, ne quis de ſua malitia reportet lucrum. Sed tamen ſeruandum eſt iure poli, quia minus malum eſt C ſuſtinere damnum temporale, quam fidem frangere. Et cum voluntas non poſſit cogi, Deus imputat talem obligari. Dicitur tamen in remedium huius, ꝙ ſuperior requiſitus poteſt & debet auctoritate canonum relaxare hoc iuramentum. Si autem quæratur, quis in hoc iuramento vel ĩ alijs habeat diſpenſare? Reſpondeo, ſecundum Thom.2.2.q.89. Ait enim, ꝙ illud quod cadit ſub iuramento promiſſorio, aliquando eſt manifeſtè peccatum, vel maioris boni impedimentum: & tale iuramentum diſpenſatione non indiget. Aliquando autẽ eſt dubium, an ſit licitum vel illicitum: ꝓficuum vel nociuum: aut ſimpliciter, aut in aliquo caſu. Et in hoc poteſt quilibet Epiſcopus diſpenſare. Aliquando etiam pro- D mittitur ſub iuramento, quod eſt manifeſtè licitum, vtile & honeſtum. Et in tali iuramento mutatio vel diſpenſatio non videtur habere locum, niſi aliquid melius occurrat faciendum ad vtilitatem communem. Et hoc maximè pertinere videtur ad poteſtatem Papæ, ſicut patet.15.qõ.6.cap. alius. Similiter ad eum pertinere videtur iuramenti abſoluta relaxatio. Nam ad vnumquemque pertinet iuramentum irritare, quod a ſubditis factum eſt circa ea, quæ ſubduntur eius poteſtati. Sicut pater poteſt irritare iuramentum puellæ: & vir vxoris, ſi non poteſt impleri ſine præiudicio viri, E vt dicitur Numeri. 2. & 23. qõ.5. manifeſtum. & Dominus iuramentum, ſerui diſt. 54. ſi ſeruus. & Abbas monachi.20.quæſt. 4. monachum.

*D.Tho. 2.2.q.89.*

### *Quod quadrupliciter iuramentum frangitur.* *Cap.* 4.

QVartum eſt iuramentum fractum. Vnde in periurium cadit, quia deficit etiam ibi iuſtitia. Quod quidem contingit quatuor modis fieri. F Primo, cum iuramentum eſt de re licita: ſecundo, cum fit de re illicita: tertio, cum fit de re, quæ de ſui natura nec eſt licita, nec illicita: quarto, cum de re partim licita & partim illicita. Primo enim iuramentum dicitͬ fractum, cum fit de eo, quod de ſui natura licet. Sicut cum quis iurat talem eleemoſynam dare, peregrinari vel ieiunare, &cæt. tunc peccat homo mortaliter, ſi non ſeruet, legitima cauſa non obſtante. Qui autem ex impotentia vel impoſſibilitate trãſgrederetur, a peccato immunis eſſet; ſicut patet extra de iureiur.c.querela.5.q.1. quicunque. Secundo fractum dicitur iuramentum, cum fit de re illicita, vt cum quis iu- G rat occidere hominem, ſe vindicare, & ſimilia: vel cum iurat ſe non facturum, quod fieri debet, vel de ſui natura bonum eſt, ſicut dare eleemoſynam, ire ad eccleſiã, &c. vel iurat nullum feſtum cuſtodire, vel non ire ad prædicationem, vel non parcere inimicis, &c. Tales *ipſo facto* ꝙ iurãt, periuri ſunt, & ſeruando tale iuramentum mortaliter peccant, nec peccant contrarium faciendo. Vnde Iſido. vt habetur.22.q.4.c.in malis. In malis promiſſis reſcinde fidem, & in turpi voto muta decretum. Et iterũ H 22.q.4.c.1.2. & 3.Sed quid ſi quis iuret, ꝙ ſuperfluè comedet, vel verba ocioſa dicet, & hoc ſeruat? Ad hoc Hug. notauit.22.q.4. ſi aliquid, ꝙ mortaliter peccat, quia facit contra c.illud, in malis promiſſis reſcinde fidem, &c. Sed melius dicendum, ſecundum Roden. quòd peccat venialiter, quia illud c.in malis, &c. ſi intelligatur extendi quo ad venialia, quantum ad illa non eſt præceptum, ſed conſilium. Tertio dicitur iuramentum fractum, cum iuramentum fit de re, quæ de ſui natura nec licita, nec illicita eſt: vt cum quis iurat ꝙ nolit ludere ꝑ poculento vel eſculento, & ſic trãſgrediẽs hoc iuramentum mortaliter peccat. Inſuper ſecundum Tho. 2.2.q.98. non excuſatur a

*Quadrupliciter iurm̃ frãgitur.*

*D.Thom. 2.2.q.98.*



A tũr a culpa mortali, qui iocosè periurat, q̃a non euitat diuinam irreuerentiam: immo quantum ad aliquid auget. Item ſecundum eundem, vbi ſup. qui ex lapſu linguæ iurat, ſi aduertit ſe iurare & falſum eſſe quod iurat, a mortali non excuſatur, ſicut neque a Dei contemptu. Si autem hoc non aduertit, intentionem iurandi non videtur habere: & ideo a crimine periurij excuſatur. Quarto dicitur iuramentum fractum, cum fit partim de re licita, partim de re illicita: ſicut cum meretrix iurat ſe ſeruare fidem B ſuo leccatori: quia in tali iuramento, ſecundum Bonau. duo ſunt.ſ.vnum, ꝙ adhærebit ſuo leccatori, & hoc eſt malum & nõ ſeruandum: Alterum vero, ꝙ non alteri, & hoc eſt bonum & ſeruandum: vnde in hoc frangendo iuramentum grauius peccat, quam ſeruando: quia dum ſeruat ꝑ eccat fornicando, ſed non peierando. Sed dũ adhæret alteri, peccat vtroque modo. Et hoc eſt, quòd Auguſtinus dicit, quòd meretrix, quæ iurat ſe ſeruaturam fidem leccatori: mala eſt ei adhærendo, ſed peior fidẽ non ſeruando.

C

### *Quod tripliciter fit in cautum iuramentum.* *Cap.* 5.

QVintum eſt iuramentum incautum: quod ideo in periurium vergit; q̃a deficit ibi iudicium, cum ſæpe vergat in exitum malum, vel in exitum minus bonum. Circa quod dicẽdum, ſecundum Bonau. in 3.diſt. 39. quod tripliciter iuramentum dicitur incautum eſſe. Primo, cum iuratur aliquid quod ſimpliciter vergit in detrimentum ſalutis: vt cum quis iurat aliquid ſe facturũ, quod obſeruatum in ſe includit mortale peccatum. Et iſto modo iuramentum nõ eſt licitum, nec obligatorium: immo qui ipſum obſeruat, peccat.22.q.4.cap.1.2. & 3. & c. ſi ali- D quid. vbi dicitur: Si aliquid fortè nos incautius iurare contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitum: liberè illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendũ. Secundo modo dicitur incautum iuramentum, cum q̃s iurat aliquid, quod vergit in ſalutis ſuæ diſpendium & profectionis impedimentum: vtputa cum quis iurat ſe nunquam intraturum religionem, vel ꝙ nõ fiet clericus, &c. In quo caſu peccat quidem iurando, quia E ponit obicem ſpirituiſancto: tamen ipſum obſeruando, non eſt peccatum: multo tamen melius eſt non implere. Nam quæ mala ſunt, vel maioris boni impeditiua: ſub iuramento cadere non poſſunt. Tertio modo dicitur incautum iuramentum, cũ quis iurat aliquid in omnem euentum, quod vno caſu contingente vergit in ſalutis diſpendium & alio in profectum: vt cum q̃s iurat ſe nunquam prælationem recepturũ. Et tunc in illo caſu, in quo vergit in ſalutis diſpendium: puta ſi bona vtilis eſt ſibi & alijs: iſto modo illicitum eſt & non obligatorium. Si autem vergit in ſalutis ꝑfectum, quia eſt perſona inutilis: tunc licitum eſt & obligatorium. F Huiuſmodi generis fuit iuramentum Herodis, Matth.14. qui puellæ iurauit ſe daturum, quod poſtulaſſet. Poterat enim a principio eſſe licitum intellecta debita conditione.ſ. ſi peteret, quod dare liceret. Sed impletio iuramenti omnino illicita fuit. 22. q. 4. contra officium. Concor. cum illo Tho.

*D.Bon. diſt. 39. Iurm̃ dr̃ tripliciter incautũ.*

### *Quod tripliciter in periurium vertitur dubium iuramentum.* *Cap.* 6.

SExtum eſt iuramentum dubium: ĩ quo etiam ſæpe contingit eſſe periurium, G quia deficit ibi iudicium. Quod quidẽ interuenit, cum quis iurat, de quo dubitat, ac ſi verum ſit. Et hoc tripliciter contingere poteſt. Primo, cum quis iurat eſſe verũ, quod dubitat, & ex deliberatione hoc facit & ex propoſito. Et hoc quidẽ mortale eſt: quia ſecundum Scot. Aſſerere verum eſſe, quod homo dubitat, mendacium eſt. Sed hic ſuperadditur iuramentum. Nam ſecundum magiſtri diffinitionem in 3.ſen. Periurium, eſt mendacium iuramento firmatum. Secundo, cum quis iurat dubium ſolenniter in conſpectu iudicis: & tũc grauius eſt H mortale. Tertio, cum quis iurat incautè & ex iocoſa leuitate: & tunc ſi ex conſuetudine mala hoc facit; mortale eſt, quia nõ euitat irreuerentiam Dei. Si autem nõ ex conſuetudine, tunc eſt veniale.

*Periuriũ quid.*

### *Quanti periculi ſit alijs ad periurandum dare occaſionem.* *Cap.* 7.

SEptimum dicitur periurium occaſionatum.ſ.cum quis inducit & occaſionẽ dat proximo periurandi. De quo diſtĩgue, ſecundum Bonauent. in 3.diſt. 39. & Tho.2.2.q.98. ꝙ hoc tripliciter poteſt fieri. Primo,

A Primo, quando perſona priuata non publica recipit ſacramētum, & hoc facit quia neſcit, ſed dubitat de veritate. Et ſic ſ͞m Aug. non peccat, ſed tantum humana tētatio eſt: hoc enim ex infirmitate naturæ humanæ ꝓcedit. 22.q.5. qui exigit. Secundo, q̄n ſcit vel ꝓbabiliter credit, eum falſum iuraturū & cogit iurare, homicida eſt. Nam ſecundum Aug. in ſerm. de periurijs. 22.q.5.c.q̃ exigit. dr̄ infra. Ille enim ſuo periurio interemit, ſed iſte manū interficiētis & p̄ſſit & impreſſit. & 22.q.5. ille, apertius declarans ait: B Ille, qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum eſſe iuraturū: vincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam: immo duas aīas, & eius quem iurare prouocat, & ſuam. Scis eſſe verum, quod dicis, & falſum quod ille dicit, & iurare cōpellis? Ecce iurat, ecce piurat: ecce pit: tu q̄d īueniſti? īmo & tu pijſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti. Tertio modo, q̄n exigit iuramentū tanquam pſona publica, ſecundum ꝙ exigit iuris ordo. Talis enim non videtur eſſe in culpa: ſiue ſciat eſſe verum, quod iurat: ſiue falſum, C quia non videtur ipſe exigere, ſed potius ille, ad cuius inſtantiam exigit iuramentum. Si tamen eſſet perſona publica, quæ non vt perſona publica, ſed vt priuata vel contra ordinē iuris exigeret iuramentum, grauiter peccaret, ar. ad hoc. 22.q.5.c. ille qui. Sed quid de *illo*, qui audit aliquem falſum iurantem, & ſcit & tacet? vr̄ enim ꝙ peccet. Primo, quia Leuit. 5. ſcriptum eſt. Anima, q̄ audierit animam iurantis falſum teſtiſq; fuerit, ꝙ aut ipſe viderit, aut cōſciꝰ eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatē ſuā. Secundo, quia dr̄. 86. diſt. facientis. Nō caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui ma- D nifeſto facinori deſinit obuiare. At econtra peccare videtur manifeſtādo. Primo, quia ſecundum Aug. 2.q.1. ſi peccauerit. Qui crimen occultum pandit, non errorē corrigit, ſed prodit. Secundo, quia ſi prodiderit eū, fortè ille punietur in corpore, vel occidetur a iudice, vel etiam a parentibus illius, contra quem periurate volebat: vel etiam ille proditor periculum mortis de facili incurrere poſſet. Dicendum, ꝙ hanc quæſtionem dicit Auguſt. eſſe valde difficilem, & perplexam. Nihilominus ſic eam ſoluit dicens, ꝙ ex quo Moyſes in prædicta auctoritate Leuit. non expreſſit perſonā, cui hoc indicandum eſſet: ſufficit illi vt ſe abſoluat ab hoc peccati vinculo, ſi indicet talibꝰ, qui magis poſſent prodeſſe periuro q̄ obeſſe, ſiue eum corrigendo, ſiue Deum pro eo placādo, vt ſunt ſacerdotes, vel diſcreti & honeſti parentes. E

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *De triplici punitione, qua puniuntur periuri.*

*Periuri triplici punitione puniuntur.*

TErtio principaliter cōſideremus periuri punitionem. Triplici nanq; punitione puniuntur piuri. Primo punitione ſpirituali, ſecundo punitione temporali, tertio punitione æternali. F

### *De triplici ſpirituali pœna, qua periuri puniuntur.* *Cap. 1.*

PRimo nanq; puniuntur punitione ſpirituali. Triplici nanq; pœna ſpirituali plectuntur periuri. Prima pęna eſt odiū Dei. Vndē Zach. 8.c. Iuramentum mendax ne diligatis: hoc enim odit Deus. Ioſue quoque. c.9. Ne cōtra nos ira Dn̄i concitet̄, ſi periurauerimus eis. Secunda pœna eſt derelictio in manu diaboli. Eſt enim nomen Dn̄i refugium omnibus inuocantibus eum, ſicut Iohel. 2. ſcriptum eſt. Omnis quicunq; inuocauerit nomen Dn̄i, ſaluus erit. Et iterū G pſal. ait, Protegā eum, q̄m cognouit nomē meum. Prouer. quoq;. 18. Turris fortiſſima nomen Dn̄i, ad ipſum recurrit iuſtus & exaltabitur. Hinc eſt, ꝙ piurus, q̄ in noīe Domini periurat, iuſto Dei iudicio diuina ꝓtectione priuatus in diaboli relinquit̄ poteſtate. Tertia pœna eſt ruina peccati. Vnde Eccleſiaſtici. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate. Experientia certa didicimus, tria maximè eſſe virorū bonorū ſigna, ſcilicet verbū blaſphemiæ in nullo caſu ꝓferre: uerbū ſine mēdacio: & aſſertio ſine iur̄o, niſi vrgēte neceſſitate, ſicut p̄dictum H eſt. At econtra qui hæc ſolerti cura nō vitat, neceſſe eſt vt ſine culpabili vita nō trāſeat, teſte Dn̄o, qui Matth. 13.c. ait: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona: & malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Ideo Eccleſiaſtic. 23.c. ait. Iurationi non aſſueſcas os tuum. Sunt enim multi caſus, in illa, ſed potiſſimè periurium, quod facile inde ſequitur: ſicut accidit de bubulco ſummo mane comedēte pira: qui interrogatus ſi reficiebat ita tempeſtiuè animam cum pater noſter, ſicut corpus cum piris: iurādo r̄ndit p̄ euāgeliū iurās, Ego neſcio Pr̄ nr̄. Et reprehēſus



A de iuramento, iurabat quod non iurabat: iterum atque iterum redargutus de iuſiurādo, ſemper amplius iurabat ſe non iurare.

### *De triplici foro, in quo puniuntur periuri.* *Cap. 2.*

*Periuri in triplici foro puniuntur.*

SEcundo puniunt̄ periuri punitione tēporali. Et hoc in triplici foro. Primo in foro pęnitētiali. Nā pęna periurij eſt, velut pęna homicidę. 22.q.4. inter cętera, licet circūſpectis circūſtātijs magis vel minus aſpera ſit pęnitētia imponēda. Scd̄o in foro iudiciali. Nā ſ͞m iura periuri ſunt infames. B 6.q.j. quicunq;. Nec p̄mittuntur ad ordines aſcendere, ſicut ibidē patet. Nec admittunt̄ ad teſtimoniū 6.q.j. quicunq;. 22.q.5. paruuli. Non obſtāte ꝙ egerint pęnitentiā. ext. de teſti. teſtimoniū, & de p̄ſump. c. literas. Tertio in foro diuinali. Vn̄ Zacha. 5. Leuaui oculos meos, & vidi: & ecce volumē volās, & dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ego video volumē volās, longitudo eius 20. cubitorū, & latitudo eius 10. cubitorū. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio, q̄ egrediet̄ ſuper oēm faciē terræ, q̄a oīs fur, ſicut ibi ſcriptū C eſt, iudicabitur. Et ducā illū, dicit Dn̄s exercituū, & veniet ad domū furis & ad domū iurantis in noīe meo mendaciter. Et cōmorabitur in medio domus eius & conſumet eā, & ligna eius & lapides eius. Refert Oroſius lib. 5. ꝙ cū Romani miſiſſent legatos ad diuerſas gentes, quas ibi denominat, ipſeque eos recepiſſent in pace, & data fide firmaſſent pacē: ſubita ſeditione & proditione irruētes ī eos in ſuis ciuitatibus occiderunt. Factū eſt autē in periurij deteſtationē, & p̄ p̄ fidei violationē, ꝙ ſanguinē p̄ ſciſſuras panis ab eis fractus emiſit: aīalia domeſtica & inter hoīes aſſueta mugētia & miſerabiliter vlulātia ad montana & ſiluas fugerunt, cōuerſationē hoīum quodāmodo ab- D horrentia. Canes cū latratibus lachrymoſis hoc idē facientes, quēadmodū lupi p̄ ſilueſtria oberrabāt. Dicti autē populi ꝓditores diuino iudicio, ſuo cū Imperatore Alucio & Pōpeio: oēs in cāpo victi & occiſi ſunt, exceptis quatuor milibꝰ, qui accumulati ad iugū & altum mōtis confugiētes, Dei iudicio nō euaſerunt: Nā ad modū lapidis cōgelati & īmobiles facti, ita obriguerūt ꝙ erecti ſtantes videbātur viui dētibus & oculis ab eis decidētibus ſuper terrā, vt verificet̄, q̄d̄ Sap. 5. ſcriptū eſt: Pugnabit cū illo orbis terrarum cōtra inſenſatos. Legit̄ ēt de quodā vſurario, qui in fine pœnitentia ductus vocauit duos amicos ſuos, rogans ꝙ eſſent E ſui fideles & veloces executores, ab eis exigēns iuramētum, ꝙ illi de ſuo reſtituerent quicquid ille habuiſſet de iniuſto lucro, qui iurātes & iuramentū terribili imprecatione firmātes, diuinū iudiciū ſup̄ ſe inuocauerūt, dicēte vno, ꝙ niſi hoc adimpleret, gehēnali igne ſuccenderetur: alio vero ſubdente, ꝙ niſi fidē promiſſam ſeruaret, ꝙ irremediabili lepra cruciaretur. Cum autē eo mortuo pecuniā retinerent, nec vt iurauerant obſeruarent: veluti ſibi imprecati ſunt, diuino iudicio percuſſi miſerabiliter perierunt.

### *Quòd æterna pœna periuri puniuntur a Deo.* *Cap. 3.* F

TErtio puniuntur periuri punitione æternali. Hinc Ezech. 17. cōtra periurum Dn̄s ait: Iuramentū, quod ſpreuit, ponam ſuper caput eius, ſ. cum in hora mortis ex periurio æternis ſupplicijs & maniſeſtiſſimis ſignis damnabo eum. In cuius exēplum in hiſtoria Caroli magni, lib. j. c. j. ſcriptū eſt, ꝙ cum Carolus hoſpitatus eſſet apud Balenā procedens ad impugnandum G Saracenos: Quidā miles nomine Romerius reliquit bonę fidei cōmiſſarium conſanguineum ſuum ſub præſtito iuramēto, ſuumq; equum dimiſit illi clericis & pauperibus diſpenſandum, cuius precium cētum librarū erat. Cumq; ita promiſiſſet ſe eſſe facturū, & eo iam mortuo nihil egiſſet: poſt dies 30. apparēs ei cōſanguineū increpauit, ꝙ dictā pecuniā ſicut iurauerat, non erogaſſet, aſſerens ꝙ propter hoc per 30. dies ſteterat in tormētis. Inſuper ſcito inquit, ꝙ cras vidētibus cunctis, qui tecū erunt, a dæmonib. rapieris: ego autē ad cęleſtia euolabo. Cum autem mane totus territus viſa & audita retuliſſet, ſupra ſe in aere cępit audire leonū rugitus & luporū aliorūq; animalium & ferarum multiplices vlulatus: ſtatimq; raptus de medio ſociorum per dies quatuor requiſitus nuſquam inuentus eſt. Poſt dies octo H iter faciente exercitu per terram Nauernie extinctus & præcipitatus eſt de ſupercilio montis, iuxta ſanctum Facundum repertus eſt. Merito ergo prohibet Dn̄s in verbo ꝓpoſito, periuriū perpetrari, atq; iuramētum ēt verū leuiter frequētari, cū ex tali frequētatione periurium ſępius cōmittatur, ac demū tot duris punitionibus a iuſto iudice puniatur. A quibus oībus nos eripiat miſericordia dulciſſimi Saluatoris, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat ī ſę. ſę. Am̄.

*Exemplū de Romerio milite.*

A

# FERIA QVINTA poſt Dominicam in Paſſione.

*De multitudine malorum, quæ ex vanitatibus ſubſequuntur.*

## Sermo XLVI.

*De vano & de vanitate, vide D. Bonau. in 3. diſt. 39.*

R*Emittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lu.7.* Naturale ſiquidẽ eſt, vt ad q̃ mẽs humana per dilectionẽ reflectitur, ſiue terrena, ſiue diuina: per eadẽ multiplicet merita, ſeu culpas, B atq; dilectionis radice remota, illius etiã remoueant effectus: imò ſi ab vno dilectionis extremo ad oppoſitum deducatur, extremitatis ſuæ generat fructum, ſicut de tranſitu boni ad malũ teſtatur Apoſt. ad Hebr. 6. d. Impoſſibile. i. difficillimũ eſt. n. eos, qui ſemel ſunt illuminati: guſtauerunt ẽt donum cęleſte & participes facti ſunt Spiritusſancti: guſtauerunt nihilominus bonũ Dei verbũ, virtuteſq; vẽturi ſeculi, & ꝓlapſi ſunt, ſ. in graue ſcelus: rurſus renouaturi ad pœnitentiã. At econtra ſi a mundana dilectione fiat verus & magnanimus tranſitus ad diuinã, C miro inebriatur amore, teſte Apoſtolo, qui ad Ro. c. 5. inquit: Vbi abũdauit delictũ, ſuperabundauit & gratia. Hoc aũt eueniſſe in Maria Magdalena, euãgelij hodierni teſtatur hiſtoria: & idẽ per verbum iam propoſitũ demonſtratur, cũ Dñs de illa ait, Remittũtur ei pec. mul. quo. dile. mul. Quæ nã fuerunt illius peccata multa ex multa dilectione dimiſſa, niſi curioſitates ſuperbæ & ſuperfluæ vanitates, quibus ꝑ malum exẽplum & pluriũ corruptelã multa perpetrauerat mala? Ignorant ſiquidem multi, ſicut prius fecerat illa impietates innumerabiles, quæ ex his ſequuntur: ignorant propterea D pęnitere. Ex quibus neceſſariũ eſt, ꝙ eorũ ignorẽt miſericordiã cõſequi delictorũ. Et in hoc merito oſtenditur 6. Religioſitas, q̃ dr̃ ruinata, quia ex taliũ ignorantia groſſa hodiernis tẽporibus, heu, pene tota Chriſtianitas in dãnationis baratrum ruit. Propterea ad Dñm propheta Pſal. 30. ait: Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuẽ. Quod ẽt põt hic poni pro themate. Et licet ſuperius dictũ ſit, quas curioſitates & vanitates ac ſuperfluitates Dñs odit: nihilominus oſtẽdamus ad prçſens mala, propter quę talia Dñs odio habet, vt viſis vanitatũ odibilibus malis exemplo ſanctiſſimæ Magdalenæ amor van⁹ atq; vacuus in dilectionis plenitudinẽ E cõuertat. Tria vtiq; ſunt malorũ genera, q̃ ex vanitatibus & ſuperfluitatibus ſequi ſolẽt, ex quibus cõtra eas tale Dei odiũ generatur. Prima ſunt mala particularia, ſecũda ſunt mala ſpecialia, tertia ſunt mala gñalia.

*Ex vanitatib⁹ tria malorum genera oriuntur.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De quatuor primis generibus hominum, qui damnantur ex vanitatibus mulierum.*

PRima quidem mala, propter quæ vanitates mulierum Dñs odit, F ſunt mala particularia. Particulariter enim ex huiuſmodi vanitatibus quatuor hominum genera varium ſuſcipiunt detrimentum. Primi ſunt parentes, ſecundi ſunt coniuges, tertij artifices, quarti adiutrices.

*Quòd multipliciter damnantur parentes ex vanitatibus filiarum. Cap. 1.*

PRimo inquã talis vanitas atq; aliç mulierũ ſuperfluitates nocẽt parentibus, ſ. vtentium illis. Et vt a G matribus ſumamus exordium, quot crimina perpetras, o mater infelix, vt filia tua placeat aſpicientibus cunctis? quãta ſolertia inuigilas, vt vltra illa formoſa, quæ filię tuę natura cõceſſit, alia tua induſtria ſuperaddas? quodq́; ignoras, cõſulis in hac arte peritas: mira ſagacitate in illa reſecans, q̃ naturæ vitio ſuperflua eſſe videntur, atq; induſtria ſtupenda reſarciẽs naturæ defectus. Nã nimia macilentia tenuẽ puellã trahis in groſſiorẽ: in macrã pinguẽ: in rectã aduerſa contractione dirigis curuã: humeros demiſſos extollis deprimiſq; ſuperbos: diſtrahis collũ remiſſum: lentigines vultus & ma- H culas oculorũ atque alios corporales defectus Galieno nec Hyppocrate vocato ad formoſitatẽ decoras: doces illã ornare caput, pingere vultũ, cõponere greſſum, nouitates in veſtibus inuenire, choreas ducere, & amoroſas canere cantilenas. Quid multis immoror? Tuipſa ad tuã filiã in oĩ mũdi vanitate es docta magiſtra, & de pulchritudine eius animæ nihil curas. O demẽtia conſumata. Sed te, o pr̃, te inq̃ alloquor: quanta affectione ditaris, quot furtis, vſuris, rapinis & alijs impijs lucris ſatagis ſubſtantiã cumulare, vt filias oĩ vanitate & ſumptibus plenas nuptui tradas, vt amplè dotẽtur, vt

*Ex vanitatibus filiarũ dãnantur parentes.*



A altè locẽtur. Sed ꝙ nequius eſt in parẽtibus: ſi filiã ſuã maritãt, minimè pẽſant ſi vſurario tradant, ſeu raptori: ſed in hoc tantummodo ſtudent, vt diuiti detur, vt ornatiorẽ, atq; glorioſiorẽ videant illã. O parẽtes dementes iam pp filias ad interitũ dãnationis, æternę currentes, atq; illas vobiſcũ trahentes. O genitores carnis & peremptores animarũ veſtrarũ atq; illarũ. Audite Io. Chryſoſt. in ſer. de filijs Zebedęi, vbi de matre illorũ ait: Nõ ſentiebat illa, ſicut cæterę mulieres, q̃ corpus natorũ ſuorũ amãt, animã autẽ contẽnunt. Deſiderãt. n. illos valere in ſeculo iſto, & non curãt quid ſint paſſuri in B alio. Alij militias filijs prouidẽt, alij honores: & nemo filijs prouidet Deũ. Perditionẽ illorum cum magno precio cõparãt, & ſalutẽ illis, nec dono accipere volunt. Si. n. viderint illos pauperes, triſtãtur & ſuſpirãt: ſi autẽ viderint illos peccãtes, nemo triſtatr̃, vt oſtendãt quia corporũ ſunt parentes, nõ animarũ. Hæc ille. Imò ſi caſu mater ꝑſpexerit filiã, cui maritus vel cõſciẽtia ductus vel paupertate arctatus ſeu ex modeſtia moderatus non ſatisfecerit pompis, non ſe euiſcerauerit in procurãdis vanis: de pace orit̃ guerra: nunquã ceſſabit pugna, niſi infęlix iuuenis ſatisfecerit ſuæ coniugis matri. O C parentum ad filios immoderatus amor, quot parentes præcipitas in infernum?

*Quòd tripliciter nocent maritis vanitates vxorum ſuarum. Cap. 2.*

SEcundo nocent hę mulieres cũ vanitatibus ſuis proprijs viris. Et hoc in oĩb⁹ bonis. ſ. in bonis aĩæ, in bonis vitæ, in bonis tẽporalis ſubſtãtiæ. Primo nocẽt illis in bonis aĩæ, eo ꝙ ſuis delitijs, imò ſuis demẽtijs, atq; fucationibus vanis ad adulterinum amorẽ cõtrahentes illos ſpiritualiter interimũt. Vñ Hiero. 32. q. 4. c. origo. ſic ait: D Origo qdẽ amoris erat honeſta, ſed magnitudo deformis. Nihil autẽ intereſt, ex qua honeſta cauſa quis inſaniat. Vñ & Sixtus in ſentẽtijs. Adulter eſt inquit, in ſuã amator ardentior: in aliena quippe vxore oĩs amor turpis eſt, in ſua nimius. Et ſequitur: Nihil eſt fędius q̃ vxorẽ amare, quaſi adulteram. Hæc Hiero. Sed ad hunc amorẽ ꝑcipitãt ſuperfluæ vanitates. Quot ẽt viri pp vxores ſuas, vt illis ſatisfaciãt in põpis & vanitatibus ſuis, per vſuras, rapinas atq; alia iniuſta lucra ꝑcipitãt animas proprias in infernũ? Scđo nocẽt maritis ſuis in bonis vitæ. ſ. corporalis: pleriq; nãq; pp inordinatum amorẽ ad ſuas vxores, eo ꝙ ſit immoderata va- E nitate laſciuæ, grauiter infirmant̃: imò quidã pp illas amẽtes fiunt. Vñ 2. Eſd. c. 4. ait: Multi dementes facti ſunt pp vxores ſuas. Tertio nocent maritis in bonis ſubſtãtię tẽporalis. Mulier nãq; vana & vaga in ornamentis & põpis, lupa famelica inſatiabilis eſt, multis ꝑcioſis vtitur ad ornatum: cunq; naturaliter talis multiuola ſit, vel inuenit vanitates, vel vtit̃ adinuentis & ſubſtãtia, q̃ in mercãtijs & artibus atq; poſſeſſionib⁹ & alijs negocijs poſſet eſſe lucroſa tanq̃ inutilis, & mortua, imò cũ magno detrimẽto ſeruatur, imò deſtruit̃, ſicut j. patebit. Ex ꝑdi- F ctis igit̃ patet, q̃ fruſtrata ſit in talibus vxoribus vanis intẽtio Dei. Ait. n. Dñs, Gen. 2. c. cũ hominẽ iã formaſſet: Nõ eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ, faciam⁹ ei adiutoriũ ſimile ſibi. In adiutoriũ inq̃t. ſ. ſpirituale, corporale & tpale. Sed diabolus talẽ ꝑ vanitates deformat ad viri detrimentum in omnibus iſtis.

*Sixtus.*

*Amare vxorẽ tã quã adulteram nil fœdius.*

*Quòd artifices vanitatum multipliciter peccant. Cap. 3.*

TErtio nocent tales mulieres vanitatibus ſuis artificibus laborãtibus illas. Eſt. n. in ſacra Theologia & in iure ca- G nonico regula genealis, ꝙ oẽ dãnum quod quis proximo ſuo facit, aut cauſa efficax eſt ꝙ fiat: ſatisfacere obligat̃. In qua regula no. ꝙ dicit, ꝙ omnẽ damnũ quod quis proximo ſuo facit, ſiue ſpirituale, ſiue corporale, ſiue tẽporale ſit illud. Nã ſi homo obligat̃ ſatisfacere tẽporale dãnum, quãto amplius ſpirituale, ſicut apertè ꝓbat Sco. in 4. di. 15. q. 2. Ipſa quoq; ratio aperte demonſtrat. & 6. q. j. c. ſunt plurimi, manifeſte probat̃, vbi dr̃, multum dãna morũ a dãnis rerũ tẽporaliũ diſtãt. & c. ex merito. iterũ ſcrip. eſt. Deteriores ſunt, qui vitã moreſq; bonorũ pra- H uis moribus corrũpunt, quàm qui ſubſtantias aliorũ ꝑdiaq; diripiũt. Subdit̃ quoq; in regula, ꝙ qui efficax cauſa eſt, ꝙ dãnũ quodlibet ꝑdictũ fiat, ſatisfacere obligat̃. Efficax aũt cauſa tunc merito nũcupat̃, cũ ſine illa non fiebat id malũ, nec dabat̃ illud dãnum. Ex quibus aperte patet, ꝙ qui efficacẽ dat aĩarũ ꝑditionẽ: tot mortib⁹ dignus cãm eſt, quot animabus perditionis efficacẽ cauſam ꝑſtat. Preſtãt. n. efficacẽ cauſam mulieribus in vanitatibus ſuis, earũ vanitates & vana opera facientes vel vendentes, vel qũomodolibet alienantes, ſicut ſunt qui faciunt ꝓ mulieribus giorneas, vel magnas frappas aut caudas, vel manicas nimis magnas, ra-

A
# FERIA QVINTA
## poſt Dominicam in Paſſione.

*De multitudine malorum, quæ ex vanitatibus ſubſequuntur.*

## Sermo XLVI.

*De vano & de vanitate, vide D. Bonau. in 3. diſt. 39.*

REmittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Lu.* 7. Naturale ſiquidē eſt, vt ad q̄ mēs
humana per dilectionē reflectitur, ſiue terrena, ſiue diuina: per eadē multiplicet merita, ſeu culpas
B atq; dilectionis radice remota, illius etiā remoueant effectus: imò ſi ab vno dilectionis
extremo ad oppoſitum deducatur, extremitatis ſuæ generat fructum, ſicut de tranſitu
boni ad malū teſtatur Apoſt. ad Hebr. 6. d. Impoſſibile. i. difficillimū eſt. n. eos, qui ſemel ſunt illuminati: guſtauerunt ēt donum
cęleſte & participes facti ſunt Spiritusſancti: guſtauerunt nihilominus bonū Dei verbū, virtuteſq; vēturi ſeculi, & ꝓlapſi ſunt, ſ. in graue ſcelus: rurſus renouaturi ad pœnitentiā. At econtra ſi a mundana dilectione
fiat verus & magnanimus tranſitus ad diui-
C nā, miro inebriatur amore, teſte Apoſtolo,
qui ad Ro. c. 5. inquit: Vbi abūdauit delictū, ſuperabundauit & gratia. Hoc aūt eueniſſe
in Maria Magdalena, euāgelij hodierni teſtatur hiſtoria: & idē per verbum iam propoſitū demonſtratur, cū Dn̄s de illa ait, Remittūtur ei pec. mul. quo. dile. mul. Quæ nā
fuerunt illius peccata multa ex multa dilectione dimiſſa, niſi curioſitates ſuperbæ &
ſuperfluæ vanitates, quibus ꝑ malum exēplum & pluriū corruptelā multa perpetrauerat mala? Ignorant ſiquidem multi, ſicut
prius fecerat illa impietates innumerabiles, quæ ex his ſequuntur: ignorant propterea
D pęnitere. Ex quibus neceſſariū eſt, ꝙ eorū
ignorēt miſericordiā cōſequi delictorū. Et in hoc merito oſtenditur 6. Religioſitas, q̄
dr̄ ruinata, quia ex taliū ignorantia groſſa hodiernis tēporibus, heu, pene tota Chriſtianitas in dānationis baratrum ruit. Propterea ad Dn̄m propheta Pſal. 30. ait: Odiſti
obſeruantes vanitates ſuperuacuè. Quod ēt pōt hic poni pro themate. Et licet ſuperius
dictū ſit, quas curioſitates & vanitates ac ſuperfluitates Dn̄s odit: nihilominus oſtēdamus ad pręſens mala, propter quę talia Dn̄s
odio habet, vt viſis vanitatū odibilibus malis exemplo ſanctiſſimæ Magdalenæ amor
van⁹ atq; vacuus in dilectionis plenitudinē
cōuertat. Tria vtiq; ſunt malorū genera, q̄
E ex vanitatibus & ſuperfluitatibus ſequi ſolēt, ex quibus cōtra eas tale Dei odiū generatur. Prima ſunt mala particularia, ſecūda
ſunt mala ſpecialia, tertia ſunt mala gn̄alia.

*Ex vanitatib⁹ tr. malorum genera [...]riuntur.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De quatuor primis generibus hominum, qui damnantur ex vanitatibus mulierum.*

PRima quidem mala, propter quæ vanitates mulierum Dn̄s odit,
F ſunt mala particularia. Particulariter enim ex huiuſmodi vanitatibus quatuor hominum genera varium
ſuſcipiunt detrimentum. Primi ſunt parentes, ſecundi ſunt coniuges, tertij artifices,
quarti adiutrices.

*Quòd multipliciter damnantur parentes ex vanitatibus filiarum. Cap. 1.*

PRimo inquā talis vanitas atq; alię mulierū ſuperfluitates nocēt parentibus, ſ. vtentium illis. Et vt a
G matribus ſumamus exordium, quot crimina perpetras, o mater infelix, vt
filia tua placeat aſpicientibus cunctis? quāta ſolertia inuigilas, vt vltra illa formoſa, quæ
filię tuę natura cōceſſit, alia tua induſtria ſuperaddas? quodq́; ignoras, cōſulis in hac arte peritas: mira ſagacitate in illa reſecans, q̄
naturæ vitio ſuperflua eſſe videntur, atq; induſtria ſtupenda reſarciēs naturæ defectus.
Nā nimia macilentia tenuē puellā trahis in groſſiorē: in macrā pinguē: in rectā aduerſa contractione dirigis curuā: humeros demiſſos extollis deprimiſq; ſuperbos: diſtra-
H his collū remiſſum: lentigines vultus & maculas oculorū atque alios corporales defectus Galieno nec Hyppocrate vocato ad formoſitatē decoras: doces illā ornare caput,
pingere vultū, cōponere greſſum, nouitates in veſtibus inuenire, choreas ducere, &
amoroſas canere cantilenas. Quid multis
immoror? Tuipſa ad tuā filiā in oī mūdi vanitate es docta magiſtra, & de pulchritudine eius animæ nihil curas. O demētia conſumata. Sed te, o pr̄, te inq̄ alloquor: quanta
affectione ditaris, quot furtis, vſuris, rapinis & alijs impijs lucris ſatagis ſubſtantiā
cumulare, vt filias oī vanitate & ſumptibus plenas nuptui tradas, vt amplè dotētur, vt
altè

*Ex vanitatibus filiarū da[m]nantur parentes.*



A altè locētur. Sed ꝙ nequius eſt in parētibus: ſi filiā ſuā maritāt, minimè pēſant ſi vſurario tradant, ſeu raptori: ſed in hoc tantummodo ſtudent, vt diuiti detur, vt ornatiorē
atq; glorioſiorē videant illā. O parētes dementes iam pp filias ad interitū dānationis,
æternę currentes, atq; illas vobiſcū trahentes. O genitores carnis & peremptores animarū veſtrarū atq; illarū. Audite Io. Chryſoſt. in ſer. de filijs Zebedęi, vbi de matre illorū ait: Nō ſentiebat illa, ſicut cæterę mulieres, q̄ corpus natorū ſuorū amāt, animā
autē contēnunt. Deſiderāt. n. illos valere in ſeculo iſto, & non curāt quid ſint paſſuri in
B alio. Alij militias filijs prouidēt, alij honores: & nemo filijs prouidet Deū. Perditionē
illorum cum magno precio cōparāt, & ſalutē illis, nec dono accipere volunt. Si. n. viderint illos pauperes, triſtātur & ſuſpirāt: ſi
autē viderint illos peccātes, nemo triſtat̄, vt oſtendāt quia corporū ſunt parentes, nō
animarū. Hæc ille. Imò ſi caſu mater ꝓſpexerit filiā, cui maritus vel cōſciētia ductus vel
paupertate arctatus ſeu ex modeſtia moderatus non ſatisfecerit pompis, non ſe euiſcerauerit in procurādis vanis: de pace orit̄
guerra: nunquā ceſſabit pugna, niſi infęlix iuuenis ſatisfecerit ſuæ coniugis matri. O
C parentum ad filios immoderatus amor,
quot parentes præcipitas in infernum?

*Quòd tripliciter nocent maritis vanitates vxorum ſuarum. Cap. 2.*

SEcundo nocent hę mulieres cū vanitatibus ſuis proprijs viris. Et hoc in oīb⁹
bonis. ſ. in bonis aīæ, in bonis vitæ, in bonis tēporalis ſubſtātiæ. Primo nocēt illis
in bonis aīæ, eo ꝙ ſuis delitijs, imò ſuis demētijs, atq; fucationibus vanis ad adulterinum amorē cōtrahentes illos ſpiritualiter
interimūt. Vn̄ Hiero. 32. q. 4. c. origo. ſic ait:
D Origo q̄dē amoris erat honeſta, ſed magnitudo deformis. Nihil autē intereſt, ex qua
honeſta cauſa quis inſaniat. Vn̄ & Sixtus in ſentētijs. Adulter eſt inquit, in ſuā amator
ardentior: in aliena quippe vxore oīs amor
turpis eſt, in ſua nimius. Et ſequitur: Nihil eſt fędius q̄ vxorē amare, quaſi adulteram.
Hæc Hiero. Sed ad hunc amorē p̄cipitāt ſuperfluæ vanitates. Quot ēt viri pp vxores
ſuas, vt illis ſatisfaciāt in pōpis & vanitatibus ſuis, per vſuras, rapinas atq; alia iniuſta
lucra p̄cipitāt animas proprias in infernū? Scd̄o nocēt maritis ſuis in bonis vitæ. ſ. corporalis: pleriq; nāq; pp inordinatum amo-

*Sixtus.*

*Amare vxorē tā quā adulteram nil fœdius.*

E rē ad ſuas vxores, eo ꝙ ſit immoderata vanitate laſciuæ, grauiter infirmant̄: imò quidā pp illas amētes fiunt. Vn̄ 2. Eſd. c. 4. ait:
Multi dementes facti ſunt pp vxores ſuas.
Tertio nocent maritis in bonis ſubſtātię tēporalis. Mulier nāq; vana & vaga in ornamentis & pōpis, lupa famelica inſatiabilis
eſt, multis p̄cioſis vtitur ad ornatum: cumq; naturaliter talis multiuola ſit, vel inuenit
vanitates, vel vtit̄ adinuentis & ſubſtātia, q̄
in mercātijs & artibus atq; poſſeſſionib⁹ & alijs negocijs poſſet eſſe lucroſa tanq̄ inutilis, & mortua, imò cū magno detrimēto ſeruatur, imò deſtruit̄, ſicut j. patebit. Ex p̄di-
F ctis igit̄ patet, q̄ fruſtrata ſit in talibus vxoribus vanis intētio Dei. Ait. n. Dn̄s, Gen. 2.
c. cū hominē iā formaſſet: Nō eſt bonū hominē eſſe ſolū, faciam⁹ ei adiutoriū ſimile
ſibi. In adiutoriū inq̄t. ſ. ſpirituale, corporale & tp̄ale. Sed diabolus talē ꝑ vanitates deformat ad viri detrimentum in omnibus iſtis.

*Quòd artifices vanitatum multipliciter peccant. Cap. 3.*

TErtio nocent tales mulieres vanitatibus ſuis artificibus laborātibus illas.
Eſt. n. in ſacra Theologia & in iure ca-
G nonico regula genealis, ꝙ oē dānum quod quis proximo ſuo facit, aut cauſa efficax eſt
ꝙ fiat: ſatisfacere obligat̄. In qua regula no. ꝙ dicit, ꝙ omnē dānnū quod quis proximo ſuo facit, ſiue ſpirituale, ſiue corporale, ſiue tēporale ſit illud. Nā ſi homo obligat̄
ſatisfacere tēporale dānum, quāto amplius ſpirituale, ſicut apertè ꝓbat Sco. in 4. di. 15.
q. 2. Ipſa quoq; ratio aperte demonſtrat. & 6. q. j. c. ſunt plurimi, manifeſte probat̄, vbi
dr̄, multum dāna morū a dānis rerū tēporaliū diſtāt. & c. ex merito. iterū ſcrip. eſt. Deteriores ſunt, qui vitā moreſq; bonorū pra-
H uis moribus corrūpunt, quàm qui ſubſtantias aliorū p̄diaq; diripiūt. Subdit̄ quoq; in
regula, ꝙ qui efficax cauſa eſt, ꝙ dānū quodlibet p̄dictū fiat, ſatisfacere obligat̄. Efficax
aūt cauſa tunc merito nūcupat̄, cū ſine illa non fiebat id malū, nec dabat̄ illud dānum.
Ex quibus aperte patet, ꝙ qui efficacē dat aīarū ꝑditionē: tot mortib⁹ dignus cām eſt,
quot animabus perditionis efficacē cauſam p̄ſtat. Pręſtāt. n. efficacē cauſam mulieribus
in vanitatibus ſuis, earū vanitates & vana opera facientes vel vendentes, vel qūomodolibet alienantes, ſicut ſunt qui faciunt ꝓ
mulieribus giorneas, vel magnas frappas aut caudas, vel manicas nimis magnas, ra-

 chama-

chamaturas vanas, magagnones magnos ſeu veſicas, altos trāpalos, vel capillos mortuos vendunt, aut ad faciem dealbandā, vel colorandā, aut decorandā aliquid cōficiūt: & omnium conſimiliū operatores & quomodocunq; alienatores. Sed maxime taliū & conſimilium inuētores; quorum omniū inexplicabilis eſt multitudo. Pro qbus omnibus dant Doctores regulam generalem, Quòd quicunq; talia facit, vel quomodocūque alienat tradēdo illa alicui, quem credit talibus abuſurū; ſemper mortaliter peccat atq; reus eſt omniū malorum, quæ inde ſequuntur: quia vt s. dictum eſt, Qui occaſionem damni dat, dā. de. vi. ext. de iniu. & dā. da. c. ſi culpa. §. ſanè. Ex his igitur patet, ꝙ mulier ſicut recipit efficacem cauſam à prædictis: ſic efficax cauſa eſt ꝑditionis omniū, qui faciunt aut vendunt aut aliter alienant, quibus vtitur ī vanitatibus: de quibus quaſi nihil dicimus, ſed prudentibus mentibus relinquimus multa conſimilia cogitanda, atque ad prædictam regulam deducenda.

*Quòd adiuuantes huiuſmodi mulieres earum culparum participes fiunt. Ca. 4.*

QVarto nocent tales mulieres adiutricibus ſuis, ſicut & ipſę eis dum efficacem cauſam præſtāt illis in vanitatibus earundē. Sicut ſunt illę, quæ fucant vel vanè ornant alias mulieres, ſeu docent illas ſe fucare, aut vanitates inuenire, vel imitari: ſicut ſolent eſſe ſorores aut propinquę, ſociæ vel vicinæ aut quæcūq; ſint aliæ. Ratio huius ex præcedentibus patet.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*De alijs quatuor generibus, quibus nocent mulieres cum vanitatibus ſuis.*

SEcunda principalia mala, propter quæ odit Dominus vanitates, ſunt mala ſpecialia. Nocent enim alijs quatuor generibus hominum, primo ſociantibus, ſecūdo iuuenibus, tertio mulieribus, quarto creditoribus indigentibus, vel deuoratis.

*De peccato aſſociantium mulieres vanas. Cap. I.*

PRimo inquā nocent tales mulierū abuſus ſociātibus illas, quia inuicē ſunt ſibi cauſa culpæ huiuſmodi: ſicut ſunt illi vel illi qui ſociāt illas ad ſpectacula & ad laſciuias, ſolēnitates & feſta & ad conſimilia, vbi non tm̄ peccāt mulieres prædictæ vanæ, ſed ſicut aperte patet ex iam dictis, & magis etiā patebit ex dicēdis: culpabiles ſunt oīum malorū, q̄ procēdūt ex vanitatibus ſuis hi aſſociātes: quia furātur dn̄o multitudinē aīarum. ſ. concupiſcētium illas, vel quæ ſcādalizantur ex illis. Ad hæc ꝑnitioſa furta ꝑpetrāda atq; faciēdā cū muliere vana currunt oēs illā ad talia aſſociātes: ꝓpterea ad quālibet eius ſociā ait propheta, Si videbas furē, currebas cū eo & cū adulteris. ſ. cōcupiſcētibus illā portionē tuā ponebas. i. participē te reddebas. Secundū. n. oēs Theol. & Iuriſt. qui ad furādū rem temporalē ſociat furem, abſq; qua ſocietate fur nō cōmiſiſſet furtū: non tm̄ particeps eſt peccati, verumetiā ſi ille qui fecit furtū non ſatisfecerit, illū aſſociās ſatisfacere obligat̄, iuxta regulā ꝑdictā, Qui occa. dā. &c. Quātomagis qui ſociat furē ſpiritualē, vnde tāta mala ſequuntur, ſicut j. patebit. Nec obſtat ſi qs obijciat di: Nō ſocio illā cū tali intētione, quia poſtquā intelligis ꝙ ſi non ſociares eā, nec illa illud perageret, nec tantorū malorū cauſa foret: tu aſſocians illā, vti ꝑdictū eſt, efficax cā es tantorū malorū. Si aūt ſine te, ſiue cum altera ſocietate iret: culpa eſſet tunc nō tua, ſed ſua & ſociātium illā. Ex his igit̄ patet, ꝙ talis mulier ſecum trahit ad inferos oēs ſuas vanitates faciētes eā in vanitatibus adiuuātes atq; ſociātes. O mulieres ſpirituales filias ꝓprias ſiue alias vanas aſſociātes, notate verba, ſignate myſteria, atque ex hoc æterna ſupplicia expectate.

*Quòd huiuſmodi vanitates ſunt hominum fragilium incentiuum. Cap. 2.*

SEcūndo ſpecialiter nocēt iuuenibus, & oībus, quicunq; propter tales vanitates in earum cōcupiſcentiā inardeſcūt. Vn̄ Hiero. Gladius igneus eſt ſpecies mulieris, de quo gladio Prouer. 5. ſcrip. eſt. Fauus diſtillās labia meretricis & nitidius oleo guttur eius: nouiſſima autē eius amara, quaſi abſinthium: & acuta lingua eius quaſi gladius biceps. Biceps autē gladius dicta eſt, quia interimit ſeipſam mulier & iuuenē, ſeu qa occidit corpus & animā. Et Ambr. in lib. de Cayn & Abel, iterū de tali muliere meretricia vanitate ornata ſic ait: Illa meretricio procax motu & fracto ꝑ delitias inceſſu, nutātibus oculis & ludētibus iaculans palpebris retia portat, quibus precioſas iuuenum animas capit. Oculus enim meretricis eſt laqueus

*Vanitates ſunt incētiua, & fomenta hoīb⁹ carnalibus.*



laqueus peccatoris, quēcunq; viderit ſenſu dubio ꝑtereūtē in angulo tranſitus domus ſuæ ſermonibus adurit gratioſis, faciēs iuuenū violare corda, domi inquieta, in plateis vaga, oculis ꝓdiga, pudore vilis amictū diues, genis picta. Etenim quia verū decorem habere nō poteſt, adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinatur aſpectū, non veritatē. Hæc ille. Et iterū Aug. In mulieribus tātus eſt apparatus & pōpa veſtiū, tam ſubtilis & inexcogitata tricatura criniū, tam mirabilis varietas ornatuū, vt incentiuū cōcupiſcētiæ hauriant decepti oculi inſpicientiū ſiue intuentiū. Itaq; doloſi & aſtuti ſub aſpectus earū tam fraudulenti, & fallaces ſunt inceſſus earū, vt mēbra quæ caſtitati ſeruire debuerant, inceſtus periculū videantur cōiuraſſē. Hæc ille. Sæpe nāq; iuuenis ſimplici intētione eccleſiā adit, vel aliter gradit̄ itinere ſuo: ſed, vt dicitur Prouer. 7. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio, prępa rata ad capiēdas animas. Propterea tibi adoleſcenti Eccleſiaſti. 9. dictū eſt, Auerte faciē tuā a muliere cōpta. Et iterū in eo. c. Ne reſpicias mulierē multiuolā, ne incidas in laqueū illius. Expādit. n. libēter rete vanitatū ſuarū, vbi auiculæ. i. iuuenes conuerſant̄: & cū viderit iuuenē delicatū, in corde ſuo ait illud Ezec. 17. Expandā rete meū ſuper eū, & capiet̄ in ſagena mea. Sed forſitā dicet: Nō hac mala intentione me orno: Deus eſt mihi teſtis & cōſcientia mea. Ad quā ego: Statuamus hoc veriſſimū eſſe, nō tn̄ ex hoc excuſabilis es apud Deū, nec ēt apud mundū. Si aliquis nō prudenter præcauens lapides ꝓijciēs hominē interfecerit: nōne reus mortis a legibus iuſto iudicio condēnatur? Nōne fodiēs ciſternā, nec ēt ꝑcauens, ſi beſtia in illā ciciderit, iuſte exoluet pœnā? Sicut Exo. 21. in myſteriū præceptū eſt, Si qs aperuerit ciſternā, & non operuerit eā: cecideritq; bos vel aſinus in eam, reddet Dn̄s ciſternæ preciū iumētorū. Ciſterna quippe, q̄ aquas hēt in remediū ſitientis, occaſio tn̄ ruinæ īcautis eſſe pōt. Sic vtiq; tu, o mulier vana, q̄ viro tuo remediū eſſe potes fragilitatis humanæ: alteri incaute ꝑparata occaſionē præſtas dānationis æternæ. Sic vtique vxor viro, Prouer. 5. c. nuncupatur, vbi dr̄: Bibe aquā de ciſterna tua. Sed talis ciſterna incaute aperitur, qn̄ mulier cultu meretricio exornatur. In illā vtiq; non opertā bos vel aſinus cadit, qn̄ occaſione indebitæ vanitatis aliquis ꝑ cōcupiſcētiā ruit: In quo caſu eius aīa de mulieris vanę manib⁹ reqret̄, cū det ad hoc efficacē cām nō ꝑcauēdo ruinā.

*Quòd ex vanitatum exemplis cæteræ mulieres ad ſimilia prouocantur. Cap. 3.*

TErtio ſpecialiter nocēt alijs mulieribus: quælibet. n. mulier ad vanitatem eſt naturaliter prona, ſimiliſq; oui, quia ſi ſe pręcipitat vna, aliā in idē ruere neceſſe eſt. hæc inuidia mota licet generis ſit minoris huic ſe in ornatu æquiparare contendit. Quæ aūt æqualis eſt diuitijs aut natu, ſi non ſuperat iſtā in vanitatibus, nunq̄ mēte quieſcit, nec vnq̄ maritū in pace permittit. Alia aūt nobilioribus orta natalibus, ſublimis diuitijs, mēte inflata, corpore elata: ſi cūctas nō ſuperat in immēſum, magnā iniuriā ſe æſtimat facere creatori, inuentiones & vanitates reperit nouas. Marit⁹ qn̄q; pluſq̄ inanis & vanus, illi in oībus fauet, deprędari, ſi opus eſt, deſiderat cūctos, vt ſatisfaciat ei. Si caſu maritus talibus vanitatibus vel ꝑꝑ indigentiā ſeu propter auaritiā, aut propter conſcientiā nō aſſentit, non ſatisfacit, oīno nō fauet. O intolerabile bellum, o diurna nocturnaq; inſuperabilis pugna, o lachrymę omni triſtitia ſatiatæ. Lugēs itaq; lamētationibus plena eſt: Heu me infelicē, nuptui tradita ſum, maledicta hora: illa ornatior procedit in publico: Talis de ignobili genere honoratur ab oībus: Ego miſella, heu heu, deſpicior in cōſortio feminarū. Deniq; tot moleſtijs maritus deuictus & tædio, ſi debet illi ſatisfacere: non tm̄ ex ſuis, ſed ēt ex viſceribus Ieſu Chriſti eſt neceſſe illi cōdeſcendere poſtulatis: mutuo accipere, ſub vſuris debita ſubire grauia. Si demū mulier his moleſtijs obtinere nō pōt, cūcta mariti bona decimat, de oīb⁹ q̄ ſunt in domo furat̄, cumulatq; denarios vt ſatisfaciat vano deſiderio ſuo, mēdacioq; parentū, & ſuo operit furtū. Sed qđ doloroſius eſt, qn̄q; obtinent ab amaſijs, qđ inficit̄ a maritis. Ecce quot malorū inter coniuges talis īmoderata vanitas occaſio ē. Tāta igit̄ ad vanitates in mulieribus ꝓnitas eſt, & ad hoc ēt diabolus operat̄: vt ſi vna ſola ī quadā magna ciuitate ſit vana, oēs ꝑ illā trahūtur ad immoderantiā vanitatū. Facit. n. auceps infernalis de muliere in vanitatibus obcæcata, ſicut fieri ſolet colūbæ, q̄ conſutis oculis ponit̄ ab aucupe intra rete: cūq; alię colūbæ ꝑ illā tractæ cū ea intra rete fuerint cōgregatæ, vno funiculo tracto cūctę ab aucupe capiunt̄. Sic diabolus ꝑ vnā cum vanitatum rete quaſi ſi totam ad ſe ciuitatem trahit, ſicut de eo Iob 40. c. ſcriptū eſt. Abſorbebit

A bebit fluuium & nõ mirabitur: habet enim fiduciam quod Iordanis influat in os eius. *Fluuius unde.* Fluuius a fluendo dictus, denotat fluidas mulieres, quas diabolus tunc abſorbet, quando vna poſt alteram p vanitates in diaboli guttur ruit. Iordanis aũt riuus iudicij interpretatur: & confeſſores atque prædicatores manifeſtè demonſtrat: qui riui luminoſi & glorioſi iudicij eſſe debent, vt mentes carnales rationib⁹ luminoſis refrigerẽt ab æſtiuo calore carnalium vanitatum. Sed heu, quia cum abſorbeat fluuium, iã in pleriſque fiduciam tenet, qui non ſolida veritate, ſed tenebroſa carnalitate cõem cõſue- B tudinem excuſabilem putant, quæ eſt abuſio manifeſta: Non proſpicientes tria ſpecula, quæ in ſermo. 44. art. 1. c. 1. poſita ſunt. Sed væ cæcis ducentibus cæcos: quia, vt ait Dominus Matth. 15. Cæcus autem ſi ceco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

*De ſæua impietate in pauperibus, quæ ex vanitatibus ſequi ſolet. Cap. 4.*

QVarto nocent pauperibus derobatis & deuoratis: quibus illa, quæ expendũtur in pompis, & iocalibus atq; C vanitatibus ſuis reſtitui deberent. Deuorauit enim illos pater ſuus ſiue maritus per vſuras, rapinas, furta, ſimonias, aut per quaſcunque concuſſiones. Pereunt illi fame, frigore & nuditate: nubileſque puellæ expoliatorum clauſæ, & innuptæ retinentur in domo, laceratis veſtibus vix carnes operiẽtes, verecundæ & timidæ, vix coram aliquo comparentes. Paruuli panem petunt, nec eſt qui tribuat illis. Infirmi iacent in lecto parentes eorum, aut in carcere cruciãtur: nec de propria ſubſtantia ſua ſubueniτur illis. Et tu vanitatis inſatiabilis lupa, ſanguinem pauperum cum cauda per terram D trahis, faſtuoſas pompas iactanter oſtentas, alaſq; magnas & ſanguine plenas faſtidioſa vanitate dilatas, oſtendens quanta velocitate ad infernum volas. Propterea de te Hiere. 2. cap. ait. In alis tuis inuentus eſt ſanguis pauperum animarum. Audi etiam quod Eccleſiaſtic. 34. cap. ait: Panis egentium, vita pauperum eſt: quæ defraudat illum, homo ſanguinum eſt. Hæc autem non cogitat mulier vana, ſed tantum vt ſatiet effrenatam concupiſcentiam vanitatum.

ARTICVLVS TERTIVS. E

*De multiplicibus generalibus malis, quę veniunt ex vanitatibus mulierum.*

TErtia principalia mala, propter quæ odit Dominus vanitates, ſunt mala generalia. Quatuor generalium malorum & damnorũ genera veniũt ciuitatibus & patrijs ex multitudine vanitatum. Prima mala ſpiritualia, ſecunda mala corporalia, tertia mala tẽporalia, quarta mala iudicialia. F

*De multitudine malorum ſpiritualium, quæ ex vanitatibus ortum habent. Cap. 1.*

PRimò ex vanitatibus veniunt mala ſpiritualia. ſ. innumerabilis peccatorum exceſſus & multitudo. Quod ſatis in Seraphin, ſermo. dictũ eſt, atque ex his, quæ iam dicta ſunt, patet ſi conſiderentur, quot peccata propter filias exornandas parẽtes committãt: quot faciant viri in impijs lucris & concupiſcentijs effrænatis propter vxores ſuas, quot etiam committant in vanitatibus la- G borantes, mulieres ornantes, & illa talia edocentes & ſociantes, quot concupiſcẽtijs incendantur homines illas aſpicientes, quot patrent & mulieres propter malum exemplũ alias attrahentes & ſanguine pauperum abutentes, quot repleantur criminibus hi omnes, quis exprimere poſſet? Sed fortè dicet aliqua: Quid vis nos agere? petis, aut quęris, nos omnes facere moniales aut bizochas? Reſpondeo: Intelligo errorẽ tuum, quia non monialis, neque bizocha es: putas tibi licere quicquid ſuggerit carnalis vita & impudica affectio vanitatum. Sed recordare, quia non tantum Chriſtia- H nam dicis te, verumetiam honeſtam atque pudicam vis ab alijs reputari. Propterea audi Aug. ad conſimilem tui ſcribẽtem in li. de vi. Chri. atque dicentem: Quis tã vanus & miſer eſt, qui ſe aduocatum, cum literas neſciat, audeat profiteri? Quis tam inſanus & excors, vt profiteatur ſe militem, quę neſciat arma geſtare? Nemo enim quodcũque nomen ſine cauſa ſortitur. Sutor vt dicat, neceſſe eſt vt calciamẽta conficiat: quis faber vocetur & aurifex niſi qui peritiam artis & nouit & facit? Negocians nuncupat, qui quod vilius emit, carius diſtrahit. Et ſubdit: Talibus exemplis agnoſcimus nullũ nomen



A nomen ſine actu, ſed omne nomen ex actu cauſari. Ergo tu quomodo Chriſtiana diceris, in qua null⁹ Chriſti actus apparet: Chriſtianus iuſtitiæ bonitatis, integritatis, patiẽtiæ, caſtitatis, prudentiæ, humilitatis, innocentiæ, & pietatis eſt nomen. Ergo tu, qũo hoc nomen tibi defendis & vendicas, cui de tam pluribus rebus nec pauca ſubſiſtũt. Hæc Aug. Sed adde: Vis dici honeſta? Cur inhoneſtatis & indecentiæ prætẽdis ſigna? vis nuncupari pudica? cur impudicitiæ & effrenatæ luxuriæ monſtras exempla? Nonne publici proſtribuli meretricem in laſciuijs & inhoneſtis vanitatibus ſuperas? O infeli- B cia tempora noſtra, o periclitata in laſciuijs & vanitatibus generatio noſtra, o Babylonica vita. Quãta admiratio, quãtus horror mentibus pudicis atq; honeſtis, videre eas, quæ honeſtatis & pudicitiæ volunt habere nomen, in laſciuijs & vanitatibus meretrices publicas ſuperare? Sed audiat quęlibet talis, quod dicitur Apoc. 18. Quantum glorificauit ſe & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum.

*Quòd propter ſuperfluitates vanitatum ceſſet plurimum multiplicatio populorum. Cap. 2.* C

SEcundò ex vanitatibus veniunt mala corporalia. O quot filij naſcerent, quorum generationem, & ortũ impediũt vanitates. Nam multi propter maximas expenſas, quas in vxoribus requirit vanitatũ abuſus: vxores vel non capiunt, vel tardius ſuſcipiunt eas, cũ ſæpe quaſi omnes dotes & quandoque amplius deuorent tales expenſæ. *Parẽtes, qui nõ valent immẽſas dotes tradere.* Similiter multi parentes, quæ nõ valent immenſas dotes tradere filiabus: in domo ſteriles non propter Deum retinent illas, & vt virgines & pudicas. Et quod crudelius eſt, ſi qñ tres vel quatuor filias habẽt, ad vota non valentes dotare: illas vnam vel duas formoſiores cũ dotibus maximis nu- D ptui tradunt: reliquas vero diſtortas, claudas, ſeu cæcas, ſiue quocunque modo deformes, quaſi ſpumam vel vomitum ſeculi monaſterio tradunt: illas vtinam Dño, & non diabolo dedicantes. Ex his omnibus manifeſte apparet, ꝙ ceſſat generatio filiorum: ſed vtinam hoc modo ceſſaret. Dimiſſis tamẽ fęminis iudicio Dei & ſui, ad mares dirigatur ſermo. Solutis iuuenibus atq; viris nec propter prædictas cauſas coniugio copulatis puelliſque grandęuis in domib⁹ male ſeruatis, quot enormia ſequantur, potius eligo operire ſilẽtio, quam aperire ſermo- E ne. Non ſolum puellæ, ſed nec relinquitur vidua, neq; nupta, quin vexetur moleſtijs, crucietur anguſtijs, & importunitatibus opprimatur ab his, qui perſeuerant innupti. Quid inde ſequatur trãſeo: vnum ſupereſt, ꝙ pauci filij manifeſtè apparẽt. His morib⁹ corrumpuntur iuuenes, atq; deuiant a moribus virtuoſis, nec facilè a deuijs diligunt vxores, licet in matrimonio eis copulẽtur. Sed ſuper omnia prædicta horrenda atque deteſtãda ſodomia ex his generatur, nutrit atque ſuſcipit terribile incrementum. Iuuenes enim laſciui & delitijs nutriti, fragiles & indiſciplinati & immodeſti, nec Deum ti- F mentes: dum inſimul conuerſantur, in quot impudicitias ruant, in quot immunditias, ĩ quot nefandas ſpurcitias, diabolo ſuggerẽte, pręcipitẽtur, quis exprimere poſſet? Cũque capti fuerint iuuenes hac peſtifera labe vix vnquam curantur, vix & tardè vel nunquam coniugio ſe copulari permittunt. Si caſu vxorem ſuſcipiant, vel illa abutunt, vel non diligunt eam. Propterea non generant filios, vt verificetur quod Sap. 3. ſcrip. eſt. Ab iniquo thoro exterminabitur ſemẽ. Ex his omnibus clarius palpari poteſt, quot quotidie inualeſcant peſtes, & hoc propter laſciuias, vt infra patebit: nec propter vani- G tates filij in multitudine generentur, atque iam nati ſubitò moriantur, ꝙ neceſſe eſt minui gentes, ſicut his temporibus, in quibus tantum vanitates creuerunt, manifeſtè apparet. Et ſic patet, quanta mala corporalia ex vanitatibus ſequantur.

*Quòd diuitiæ temporales in patrijs ex ſuperfluis vanitatibus multipliciter minuuntur. Cap. 3.*

TErtio ex vanitatibus veniũt mala tẽporalia. Nam qui diligẽter aduertit, ex multitudine expenſarum, quæ in vanitatibus fiunt, primo ceſſant iuſta lucra, ſecundo creſcunt temporalia damna, tertio H cogunt ad hęc prædicta continuanda. Primo quidem ceſſant iuſta lucra. Nam pecunia, quę expenditur in ſuperfluis indumentis, in iocalibus, in anulis, in coronis, in lapidibus precioſis, atq; in ſuperfluis alijs ornamentis, mortua pſeuerat, quæ quidẽ poſſet eſſe lucroſa ĩ mercãtijs, in poſſeſſionib. in animalib. in artib⁹ & in alijs quibuſcũq; lucroſis, & ſic p conſequens ad temporalẽ vtilitatẽ ciuitatis, & toti⁹ patriæ redũdaret. Secundo creſcunt tpalia damna: Nam pciũ,

A quod in talibus vanitatibus poſſidetur, communiter ſemper diminuitur: ſiue per tēporalium vanitatum vſum, ſeu abuſum, aut nō vſum. Nam ſæpe vanitatū mutatione rerū tēporalium preciū minoratur: immo indumentum, quod hodie fit, cras ſine minoratione precij non poterit vendi, & ſic de ſingulis. Addatur, q̀ iuuenes deuij non ſolum ceſſant a iuſtis lucris, ſed etiā in ſcortis conſumunt iuſta & iniuſta lucra, ſicut Prouerb. 29.c.ſcrip.eſt: Qui nutrit ſcortū, perdit ſubſtantiā. Tertio cogūt ad hæc ſupradicta cōtinuanda: Nā poſtquā homo prædicta emerit, vnde ceſſant lucra & creſcunt damna: B non tantum vendit vel derelinquit illa, verum etiam ad conſimilia & correſpondentia coarctatur. Inde ſæpius oriuntur vſuræ, rapinæ, & cætera turpia & iniuſta lucra.

*De varijs flagellis, quæ patriæ patiuntur propter ſuperfluas vanitates. Cap. 4.*

QVarto ex vanitatibus ſuperueniunt ſæpe mala iudicialia, quæ ſunt Dei flagella: cū. 1. Io. 2.c.ſcrip.ſit: Omne, quod eſt in mundo: concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorū, aut ſuperbia vitæ. Sicut ex præcedētibus patet, in C vanitatibus tria iſta omnia comprehenduntur: Nā nihil aliud eſt vanitas, quàm ſuperbiæ fumus. Et ex illa omne luxuria ſuſcipit incrementum atq; fomentū: & ad ſe quoq; ex neceſſitate auaritiā trahit. Ideo propter vanitates Dn̄s miro modo ad iracūdiā ꝓuocatur, ſicut 3. Reg. 16.c.ſcrip.eſt, Prouocantes Deum in vanitatibus ſuis. Vnde miſerans Dn̄s populorum vanorum, mittit ad eos veritatis prędicatores, vanitatum repræhenſores, increpatores, deteſtatores, atque illarum acerrimos confuſores: necnon ad honeſtatem & modeſtiam miros exhortatores, illuminatores & ſuaſores, vt reuer- D tantur ad Chriſtum. Sed quando non proficiunt verba, Dominus procedit ad verbera: & vanas & vanos & vanitates atque mala, quæ inde procedūt, occultis ſuis iudicijs iuſtè flagellat: tantoq; maiora multiplicat mala, quanto abundantius de vanitatibus cumulantur peccata, ſicut Deuter. 25.c. ſcrip. eſt, Pro menſura peccati erit & plagarū modus. Tria ſunt flagella, quibus Dn̄s caſtigat hmōi peccatores, ſ. guerræ, peſtilētiæ, & ſaccomāni, vel fames: rectè cōmēſuratæ culpis cōdignæ pęnæ. Primo nanq; flagellat vanitatum ſuperbiā per guerras. Vnde Eſa. 47. ad talē ciuitatē vel terrā vanam, atq; laſciuā

*Tria flagella, quibus Dominus caſtigat peccatores.*

ait: Audi hęc delicata habitans cōfidenter, E quæ dicis in corde tuo: Ego ſum, & non eſt p̄ter me, amplius nō ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. venient tibi duo ſubito in vna die ſterilitas & viduitas. Sequitur: Et dixiſti in corde tuo: Ego ſum & præter me non eſt altera: veniet ſuper te malū, & neſcies ortū eius: & irruet ſuper te calamitas, quā nō poteris expiare: veniet ſuper te miſeria repente, quā neſcies. Et Ioel. j. Dn̄s inquit: Expergiſcimini ebrij & flete & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniā perijt. i. peribit ab ore veſtro. Gens enim aſcendet ſuper terrā meā fortis & innumerabilis: dentes eius vti dentes leonis. F Hæc eſt gens equeſtris: & molares eius vt catuli leonis. Hæc eſt gēs pedeſtris: poſuit. i. ponet vineam meam. i. ciuitatem in deſertū: & ficum meam. i. delitioſitatem pomparum, decorticauit. i. expoliauit. Secundo flagellat vanitatum laſciuiā per peſtilētias. Vnde Naū. 3. Væ ciuitati ſanguinum. i. carnalium laſciuiarum & vanitatum. Et ſequitur: Corruent in corporibus ſuis propter multitudinē fornicationū. Tertio flagellat vanitatū auaritiā p ſaccomānos & fames & ſterilitates & cōſimilia. Vn̄ Abachuc. 2. Væ qui cōgregat auaritiā malā domui ſuæ, vt ſit G in excelſo nidus eius: & liberari ſe putat de manu mali. Et Eſa. 33. Vę qui p̄daris: nonne & ipſæ prædaberis? Cunq; his tribus plagis ciuitas fuerit flagellata, verificabitur illud Hiere. 49. Omnis qui tranſibit per eā, ſtupebit & ſibilabit ſuper plagas. Ergo iuxta conſiliū Spirituſſancti Apoc. 18. Ne participes ſitis delitiarū eius, & de plagis non participabitis. Quia ſi non egeris pęnitentiam, o terra vel ciuitas vana: tibi iudiciū, quod Deuter. 28.c.ſcribitur, quidē præparatū eſt. Nā mittet ſuper te Dn̄s famē & eſuriē & increpationē in oīa opera tua. Sequitur: Opprimeris violētia, nec habebis q̃ te liberet: H vxorē accipies, & alius dormiet cū ea: ædificabis domū, & nō habitabis in ea: plātabis vineā, & nō vindemiabis eā. Bos tuus immolabitur corā te, & non comedes ex eo. Oues tuę dabunt̄ inimicis tuis, & nō erit q̃ adiuuet. Filij tui & filię tuę tradent̄ alteri populo vidētibus oculis tuis & deficiētibus ad cōſpectū eorū tota die. Erit formido in manu tua: fructus terrę tuę & oēs labores tuos comedet populus quē ignoras. A q̃bus oībus vos eripiat miſericordia dulciſſimi Saluatoris, tribuēs vobis ī p̄ſenti cū peccatrice Magdalena cōuerſionis & dilectionis gr̄am, & ī futuro cū illa gloriā p īfinita ſęc. ſę. am̄.

FERIA



A

FERIA SEXTA post Dominicam de Paſſione.

*Contra ſe fardantes, & capillos adulterinos portantes: atque contra fœminas caudatas.*

## Sermo XLVII.

*Vanitatū malitia, et indignitas.*

V*Os neſcitis quicquam, neq; cogitatis.* Ioā. 11. Multa nempe eſt malitia vanitatum, tantaque labe inficit humanas mentes, vt cum tranſierint in affectū, B omne rationis iudicium perturbetur. Hinc tanta mentis cæcitas, hinc tanta mundo ad vana lubricitas; hinc etiam tanta ad illa, Diabolo impellente, in mundo creuit fragilitas, vt maledictio illa iuſto iudicio de cœlo ſuper populos cecidiſſe clauſis oculis videatur. de qua Propheta ait: Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos. Propter hoc enim Hiere. 23. de talibus populis plus pollutis, & vanis conqueritur Dominus dicēs: Polluti ſunt & in domo mea, & in eccleſia ſancta inueni malum eorum, dicit Dominus. Idcirco via illorū erit quaſi lubricum, & in C tenebris impellētur, & corruent in ea. Sed quia cęci peccatores hęc non cogitant, atq; minime recognoſcunt: ideo talibus in verbo ꝓpoſito Dominus ait: Vos neſcitis quicquā, neq; cogitatis, ſ. quanta ſit propter vanitates deformitas animarū. In quo ſeptima Religioſitas, quæ dr̄ deformata, apertius demonſtratur. Vt ergo talis tenebroſa cęcitas expellatur, & quanta ſit deformitas animarū veſtrarū accuratius cogitetur, aſſumam figuram myſticā Ioā. Euāg. Apocal. 12. vbi ait: Signum magnū apparuit in cęlo, Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarū duo- D decim. Quod poteſt eē in præſenti materia aliud thema. Olim nempe viſum eſt ſignū prædictum a Ioanne, cum cōſiderata eſt in cœlo anima militantis eccleſiæ omnib. virtutibus ornata, ſ. quia deſcribit eam amictā Sole charitatis, & habere ſub pedibus Lunā mundanæ vanitatis: & in capite habere coronam ſtellarum intellectualis luciditatis. Sed heu, hodie viſum eſt aliud mirabilius ſignum, ſicut ſcribitur in noua Apocalypſi, i. in reuelatione experientiæ manifeſtæ, c. 6. id eſt, 6. tēpore eccleſiæ ſanctæ, vbi vtique ſcriptum eſt: Signum magnum apparuit in cœlo. Mulier infardata colore, E & cauda ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtultitiarum duodecim. In quibus quidem veridicis verbis triplex myſterium per ordinem declaratur. Primum mundanæ offenſionis ibi, Signum magnum apparuit in cœlo mu. infar. co. ſecundum mundanæ abuſionis ibi, & cau. ſub pe. eius. tertium mundanæ confuſionis ibi, & in ca. ei. co. ſtul. duodecim.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Quòd mulieres ſe fardantes, aut adulterinos crines portantes propter tria mortaliter peccant.* F

PRimum quidē myſteriū eſt mundanæ offenſionis. Ait enim: Signum magnum apparuit nō in cœlo, ſed in cęno. i. in mundo: qui quidem omni ſpurcitia immundus eſt, & cęnoſus. Et quod ſit illud ſignum, commode ſubinfertur: Mulier infardata colore, non amicta Sole. Quærit enim Alexā. de Hal. in 4. diſtinct. in tractatu de euchariſtiæ ſacramento: Vtrum infardantes ſe, aut adulterinos crines, ſeu viuorum, ſeu mortuorum, ad ornatum ſibi vſurpantes, debeāt accedere a ſacram communionem? G Et reſpondet, q̀ tales mortaliter peccant, & indignas ſe efficiunt ſacra communione. Et hoc eſſe dicit maxime propter tria, quæ inde ſequuntur. Primo offenſio Dei, ſecūdo offenſio ꝓximi, tertio offenſio ſui.

*Quòd ex vanitatibus offenditur Deus. Cap. 1.*

PRimo enim inde ſequitur offenſio Dei. Vnde Cyprianus, vt ponit Aug. in 4. de doct. Chriſt. ait: Nū ſinceritas perſeuerat, & veritas, quando quæ ſincera ſunt polluuntur, H & colorū adulterijs, & medicaminum fucis in mendacium vera mutantur? Dominus tuus dicit, Matth. 5. Non potes facere capillum vnum album, aut nigrum: & tu ad vincendam Domini tui vocem vis te eſſe potiorem? Audaci conatu, & ſacrilego cōtemptu crines tuos inficis, malo pręſagio futurorū capillos iam tibi flammeos auſpicaris. In quibus verbis non ſolum ſinceritas ſummi opificis impugnatur, verum etiam verbum Dei contemnitur, & infirmatur.

Quòd

A *Quòd ex vanitatibus offenditur proximus. Cap. 2.*

SEcundo ſequitur inde offenſio proximi, ſcilicet fictio, & mendacium inducens errorem ex certa ſcientia. Vnde Ambroſ. ſicut refert Aug. vbi ſupra. Quem iudicem, mulier, veriorem requirimus deformitatis tuę, quàm teipſam, quę videri times? Si pulchra es, quid abſconderis? ſi deformis, cur te formoſam eſſe mentiris? nec tuæ conſcientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura.

B *Quòd ex vanitatibus peccat homo in ſeipſum. Cap. 3.*

TErtio ſequitur inde offenſio ſui, quia iniuriatur proprię naturę. Vnde Ambroſ. vbi ſupra. Quanta hæc amentia effigiem mutare, naturę picturam quærere: Et dum verentur maritale iudicium, perdidere ſuum. Prior enim de ſe pronunciat, quæ cupit mutare, quod nata eſt: ita dum alij ſtudet placere, prius ipſa ſibi diſplicet. Et ſequitur: Ac licet vilis mulier non alteri tamen, ſed ſibi peccat: tolerabiliora pro-
C pemodum in adulterio crimina ſunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Propterea dicendum eſt, quòd ſiue ſint ſolutæ, ſiue coniugatæ, mortaliter peccãt huiuſmodi abutentes abuſionibus. Non tamẽ nego, quin permiſſum ſit cõiugatis, ornare ſe honeſto ornatu veſtium propter maritos: dum tamen nihil falſitatis, aut adulterinæ picturæ, aut capillaturę vſurpent. Sed dices, Hoc faciunt, ſ. quia ſe fucant, & capillis talibus abutuntur, vt placeant maritis ſuis. Dicendum, ꝙ voluntas hæc placendi maritis ſuis, ſeu ipſa placentia, non excuſat eas a peccato mortali: quia modus, per quem placent,
D ſeu placere intẽdunt, nec Deo placet, vt ex dictis patet, nec maritis. Vnde Auguſt. de conſecr. diſt. vlt. c. fucare. ſic ait: Fucare figmentis quo vel rubicundior, vel candidior, vel verecundior appareat: adulterina fallacia eſt; quia non dubito etiã maritos ſe nolle decipi, quibus ſolum permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecundum veniam, non ſecundum imperium. Nam verus ornatus, maxime Chriſtianorum: non tantũ eſt nullus fucus mendax: verum nec auri quidem, veſtisq; pompa, ſed mores boni ſunt. Quidam tamen dicunt, ꝙ ſi fœmina ſoluta, vel coniugata morfeam aliquam, ſeu maculam haberet in collo, vel in facie, quam peplo velaret, ne ſcilicet deformis appareret: aut
E ſi fluxum capillorum patitur, & tumorem, aut gilbum, quem capilli facere ſolebant: aut panniculis, aut ſtuppis ſuppleret abſq; intẽtione corrupta: ſed ne deformitas eius apparens riſum videntibus, aut marito ſcandalum faceret, non peccaret mortaliter. Similiter ſi coniugata nõ vt laudetur de pulchritudine, vel prouocet alios ad ſui cõcupiſcentiam, aut alia corrupta intentione: ſed tãtum ne maritus eius propter eius deformitatem ſcandalizatus exhorrens eam adulteriũ incurrat, aut tincturis aliquibus vteretur, aut capillis alienis, non mortali-
F ter peccaret. Et hi dicunt, ꝙ Cyprianus, & alij hanc abuſionem deteſtantes, intelligunt de illis, qui huiuſmodi faciunt intentione corrupta. Iſta autem diffinitio mihi vr̃ melior, & certior. Hæc Alex. vbi ſupra.

*Exemplũ de D. Cypriano.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Vbi ponitur deſcriptio caudarum, & de duodecim abuſionibus caudarum.*

SEcundum myſterium eſt mũdanæ abu-
G ſionis. vnde ſubditur: Et cauda, non Luna ſub pedibus eius. Quanta autem ſit abuſio, quæ noſtris temporibus, maxime in Italia inoleuit in multiplicatione faſtidioſarum caudarum, quis enarrare ſufficiat? Sed vt melius intelligatur, quid caudæ, quas hodie portant mulieres, ſignificẽt & importent, accipe caudæ deſcriptionem. Quid eſt enim cauda mulieris, ipſa experiẽtia atteſtatur: ꝙ nihil aliud eſt, q̃ multiplicatio expẽſarum malarum, ſimilitudo beſtiæ, in hyeme lutoſa, in ęſtate pulueratа, ſcopa ſtultarum, thuribulũ infernale, pauo in luto, domus blaſphemiæ, ſuperba rapacitas, ſerpens inferni, quadriga Dæmonum,
H & Diaboli gladius cruentatus. In qua deſcriptione duodecim caudarum abuſiones per ordinem demonſtrantur.

*Caudæ mulierũ, quid præſeferant.*

*De primis quatuor abuſionibus caudarum. Cap. 1.*

PRimo aũt ponanẽ quatuor primę. Prima abuſio eſt multiplicatio malarum expenſarũ. Pondera, o caudata infelix, quot expẽſę multiplicantur ex caudis tuis. Primo, q̃a maior eſt expẽſa ex lõgitudine veſtis. Secundo, q̃a caudę cõiter fiũt in veſtibus p̃cioſis, laneis, vel ſericis: nõ in viliſſimis panis, q̃a mũdo quædam

*Mulier caudata.*





A quædam deformitas eſſet. Tertio, quia propter puluerẽ, vel lutũ in excutiẽdo, vel cõfricãdo, ac purificãdo cõſumiẽ veſtis. Quarto ex puluere, qui p totã veſtẽ diffundiẽ, & incorporaẽ: atq; ex cauda, q̃ p terrã trahiẽ, deſtruiẽ quãcitius veſtimentũ: Vt tales caudas trahẽtes, potiſſime cũ ſunt de male acquiſitis, & ſanguine pauperũ, trahãt ſup ſe maledictionẽ, de qua Eſa. 5. Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis. Præterea amiſſionẽ tpis, & pditionẽ aĩæ in p̃dictis: de quib. tales nihil recogitãt. Secunda abuſio eſt ſimilitudo beſtiæ: homo. n. atq mulier ſine cauda a Dño creati ſunt. Nã cũ ſit ſine cauda Chr̃s, & mater eius: voluit ſum-
B mus opifex ad eorũ imaginem hoĩem formare. Sed Diabolus, quia hoĩem fecerat, p inobediẽtiã, vt iumẽtum in memorialẽ victorię ſuę gloriã caudatis aĩalib. hoĩem toto conamine nitiẽ cõformare. Caudãq; poſuit mulieri, vt p hoc manifeſte clareſcat, ꝙ vir & mulier Dei ſimilitudinẽ perdiderũt, & aĩalitati quadrupedũ ſimiles facti ſũt, ſicut Propheta ait: Homo cũ in honore eẽt, nõ intellexit: cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtib. & ſimilis factus eſt illis. Sed mirabile ẽ, ꝙ vir & mulier ẽt aĩalia in cauda p̃cellunt: cũ illa nõ habeãt niſi vnã: hi vero, maxime
C mulier, habent quatuor, vel ſeptẽ, vel q̃nq; ẽt vltra bis ſeptẽ. Propterea inter monſtra tales pñt annumerari, cũ nec retineãt ſimilitudinẽ Dei, nec quadrupedum ſeruẽt formã, cũ bipedes ſint, & faciẽ erectã portẽt. Vnde mulieribus, q̃ caudas deponere nolunt, nec volunt videri monſtra, nihil aliud neceſſe eſt, niſi manibus & pedibus reptare ſup terrã: & non iã monſtra, ſed caudata aĩalia apparebunt. Tertia abuſio in hyeme lutoſa. Mirabile quidẽ eſt, ꝙ cũ Deus mulierẽ creauerit delicatã, ipſa ſemetipſam contra naturã efficiat imbrodatã: cum. n. Deus creauerit hoĩem de limo terræ, vt dr̃ Gen.
D 2. mulierem tñ formauit de coſta viri: Vide quãta differẽtia fuit ĩ vtriuſq; formatione, in huius indiciũ, ac myſterium. Si mulier ac vir diligẽter ſe lauerint manus, & iterũ ſubito lauerint illas, & ſeparatim lotionis aqua recollecta diligenter conſideretur, in coæquali lotione viri, & mulieris, mũdior apparebit lotura mulieris, q̃ viri. Sed quod ipſa natura cõceſſit, ſibi vanitas denegauit, cũ immũdã ſe efficiat p caudã imbrodatã, vt iã verificeẽ quod 2. Pet. 2. Apoſtolus ait: Quaſi ſus lota ĩ volutabro luti. Quarta abuſio in æſtate pulueratа. Dũ enim mulier in æſtate caudã trahit, puluis quaſi nubes exinde cõſurgit. Ex hoc. n. nõ tm̃ cõſumiẽ veſtis
E Dñæ caudatæ, ſed ẽt oĩum ſequẽtium illã. Nec hoc ſolũ inde ſequiẽ malũ, ſed ẽt ſui & ſequentiũ ex puluere oculi excęcanẽ, & ex reſpiratione puluere plena pectora claudũtur. Vñ ſi eſt antiqua mulier, q̃ ſociat illam, vel alia eſt pectore arcta, grauius infirmaẽ, tuſcit, ſpuit, moleſtaque fit oĩb. domus ſuæ. Propterea diſcant maxime vetulæ, vel illas nõ ſociare, vel tpe pulueris caudatã p̃cedere, & tpe luti cũ purgauerit viã, ſeq. per viã.

*Abuſio quarta.*

*De ſecundis quatuor abuſionibus prædictarum caudarum. Cap. 2.*

F SEcundo addanẽ alię quatuor abuſiones, quarũ prima eſt Scopa ſtultarũ, q̃ amẽtia tali p̃cioſa ſcopa puluerẽ ſcopant, & lutũ. Precioſa quidẽ eſt ſcopa iſta, ſed immũdũ eſt offm̃ eius, magiſq; immũda credẽda eſt aĩa gerentis illã. Saltẽ hoc ad literã euidẽs eſt, ꝙ dũ mulier ſcopa hac alia purgat, ſeipſam infardat. Pannorum lineorũ ſcopa mulier clibanũ purgat, vbi coquitur panis; fornariã ſe oſtẽdit, q̃ caudã trahit. Hac igiẽ caudę ſcopa iubẽte Dño, a Diabolo ĩ inferno ſcopabiẽ vultus dñę caudatæ, ſicut teſtaẽ Eſa. 14. c. dicẽs: Scopabo eã in ſcopa terẽs, dixit Dñs. Secunda abuſio thuribulũ infernale. Cauda quidẽ thuribulũ eſt eccleſiæ ĩfernalis, in qua eccleſia clericę a Sathana ordinanẽ feminæ, quæ caudas portãt, ſiue trahũt. Hæ quidẽ dũ per puluerẽ vadũt, incẽſum infernale narib. eas ſequẽtiũ tradunt. Tertia abuſio Pauo in luto. Natura quidem culparũ eſt ſe q̃nq; ſimulare virtutes. Sed dũ ex vna parte mẽtiẽdo ſe eẽ virtutes demonſtrãt, inſperato ex altera parte malitiã, & ſtultitiã ſuã aperte oñdũt. Scriptũ eſt. n. In populo graui laudabo te. Ecce virtus grauis modeſtię laudanda. Hanc grauitatẽ mulier caudata in inceſſu mẽtiẽ: tñ dum ex vna parte indicat grauitatẽ, ĩ altera diſcoo-
H perit leuitatẽ. Sic ẽt pauo, cũ eſt in luto, qui dũ gloriatur caudã leuat, retro turpitudinẽ ſuã mõſtrat. Sic mulier caudata, dũ per lutũ trãſiẽs veſtẽ, & caudam ne inficiat, exaltat vnã manũ ante, alterã ad nates retro neceſſe tenere hẽt. Qui quidẽ leuitatis, & ĩmodeſtiæ actus, quid aliud clamat, niſi ꝙ talis mulier vndiq; luto fętido circũdaẽ? Et licet talia audiẽdo q̃nq; ẽt graues auditores nõ leuitatis cã, ſed veritatis puocenẽ ad riſũ, quiſq; ſapiẽs nõ mireẽ. Hierem. enim: 10. c. ait: Vanũ ẽ opus, & riſu dignũ. Quarta abuſio, Domus blaſphemiæ. Plerũq; tales Dñę cauda-

*Abuſiones quatuor ex caudis veſtimentorum muliebrium, quæ hodie in Italia ſunt ĩ maximo vſu vel frequentia.*

A caudatæ, qñ redeũt domũ cũ cauda lutoſa,
ſeu impuluerata officiũ ſtatuũt famularum
ſuarũ illã a luto, & puluere depurare. Illæ
aũt ſæpe ex hoc quotidiano exercitio affe-
ctæ tædio, imbutæ odio, turbatę faſtidio, im
patiẽtes animo, dũ hoc officiũ implẽt, con-
tinue blaſphemare nõ ceſſant. Vnde ẽt qñ-
que cõtingit, vt quot dant caudæ excuſſio-
nes, tot ingeminẽt Dñę ſuę maledictiones.
Trãſeo de blaſphemãtibus pauperibus, cũ
in hyeme frigore cruciant̃, lutũq; cõſpiciũt
indui veſtibus precioſis: carneſq; ſuas, & fi-
liorũ & filiarũ ſæua impietate, & dura in-
cõpaſſione caudarũ, algore, frigore, fame,
B & ſiti torqueri. Aperi aures tuas, o Domina
caudata, audi diligenter o mens obtuſa,
auſculta & attẽde o anima ſurda, & audies
voces lamentantiũ, & vindictã clamãtium
ad Deũ ſuũ. Rarã reperies mulierẽ caudatã
& vanã, erga pauperes geſtare viſcera pie-
tatis. In cuius myſteriũ Ezech. 16. c. ſcriptũ
eſt: Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ
ſuperbia, ſaturitas panis, abũdantia, & ociũ
ipſius, & filiarũ eius: & manũ egeno, & pau
peri nõ porrigebãt. Vñ Bern. Clamãt nudi
torquentur frigore laborãtes, atque fame-
lici. Inueniunt curioſi oculi quo delecten-
tur, & non inueniunt miſeri quo ſuſtenten-
C tur: immo reperit lutum, quod non quærit
operimẽtũ: & nõ inuenit pauper quod cla-
more perquirit ſuſtẽtamẽtũ, & indumẽtũ.

*De ultimis quatuor abuſionibus caudarum.* *Cap. 3.*

TErtio addantur aliæ quatuor abuſio-
nes. Prima eſt ſuperba rapacitas. Nõ
oĩa conueniũt cuicunque: Nã quod
vni ſtatui decẽs eſt, alteri ad vitiũ reputatur.
*Item alia abuſiones* Nec oĩa corpora æqualia creauit Deus: nec
pari formoſitate ornauit illa, ſicut patet in
cœlis, & elemẽtis. Et ſtella differt a ſtella in
D claritate, ſicut 1. Corin. 15. Apoſtolus ait. Et
quod mirabilius eſt, hæc oĩa nulla æmula-
tione naturã mutare cõtẽdũt: nec cõtra na-
turã conat̃ vnus alterũ ſuperare, nec ſe ſu-
periori ęquiparare. Terra deorſum, & cęlũ
ſurſum, & Dñs permanet in æternũ. In cę-
lo quoq; ſunt hierarchici gradus, qui in ſe-
cula perſeuerãt. Cur itaq; eſt tanta ſuperba
rapacitas in qualibet muliercula vili, vt ſe
velit æquiparare in cauda vxorib. Impera-
torũ, vel Regum, aut quorumcũq; magno-
rum Ducũ? Quid eſt hoc, niſi ſuperbia mõ-
ſtruoſa? Nonne ſi auris, aut naſus oculi locũ
ſurriperet, abominabile monſtrum eſſet?

Nonne tales magnę Dñæ inhonorantur, dũ E
earum ſtatus ſurripitur? contra Apoſtolum
dicentẽ ad Rom. 12. Honore inuicẽ præue-
niẽtes. Secunda abuſio ſerpens inferni. De
Lucifero Apocal. 12. ſcriptum eſt, ꝙ cauda
ſua traxit de cœlo tertiã partẽ ſtellarum, &
miſit eas in terrã. Sed mulier caudata intẽ-
dit non tantum ſerpenti ſe cõformare, ſed
ipſum etiam ſuperare, dũ ille vnã, hæc ve-
ro quatuor, aut octo, qñque duodecim vel
plures caudas hẽt. In cauda ſerpẽtis maxi-
me virus regnat: & cauda mulieris in ea
maxime culpã mortalẽ cauſat, cũ tot abu-
ſiones, quæ ex cauda cauſant̃, nõ poſſint eẽ
ſine mortali culpa, niſi forte in mulieribus F
Regũ, vel Ducũ, aut Baronorũ, ſeu Domi-
norũ magnorũ, vt dictum eſt. Propterea de
hoc tẽpore, in quo quælibet vilis muliercu-
la caudã portat, prophetauit Merlinus, di-
cens: Mulieres in inceſſu ſerpentes fient, &
oĩs greſſus earũ ſuperbia replebitur. Reno-
uabuntur caſtra Veneris, nec ceſſabunt ſa-
gittæ Cupidinis. Tertia abuſio eſt quadriga
Dæmonũ. Sicut enim boues, vel equi, qñq;
quadrigã trahũt, qua ferũtur hoĩes vel Do
mini, maxime tẽpore lutoſo, & pluuiali, ne
luto inficiantur: Sic Dæmones quaſi magni
talium mulierũ domini ſuper caudã, quaſi
ſuper quadrigam ferũtur, vt vere tales mu- G
lieres quadrigæ Dæmonum dici poſſint, ſi-
cut patet exemplo Sancti Zenonis Epiſco-
pi Veronenſis, qui cũ eſſet Beati Ambroſij
clericus, & adoleſcẽtulus ſanctus, & purus,
Beatũque Ambroſiũ ſequeret̃ per ciuitatẽ:
cũ eẽt morũ grauitate maturus, inſolita le-
uitate riſum fecit: quod cũ aduerteret San-
ctus Antiſtes, & miraret̃, cãm leuitatis q̃ſi-
uit. Cui innocẽs adoleſcẽtulus ait: Vidi pa-
ter, Dęmonẽ ſuper caudam illius mulieris,
quæ nos antecedit dormiẽtẽ. Dumq; illa ne *Diligẽter*
in tranſitu illo lutoſo inficeretur, caudã le- *attende.*
uaret, Dæmon dormiens in lutũ deuolutus
eſt, totũq; coinquinatum proſpicite. Quod H
cõſiderãs Sãctus Ambroſ. mũditiã cordis,
& perſpicaciã intellectus in clerico ſuo co-
gnoſcẽs, Deo gratias egit, ſeq; talẽ perſpi-
caciã in vidẽdo Dæmonẽ nõ habuiſſe, hu-
militer recognouit. Sed neq; tales mulieres
tm̃ vnũ Dæmonẽ ſuper caudam habẽt, ſed
quot impietates deuoratis pauperib. iniu-
ſtis lucris factæ ſunt, vel pietates neglectæ,
tot Dæmones trahunt ſecum ſuper caudã.
Quarta abuſio Diaboli eſt gladius cruenta-
tus. Cõſidera o anima cęca, quot animæ ſæ-
pius hoc gladio caudæ perimuntur. Primo
occidit̃ anima tua, ſecũdo anima viri tui, q
impe-



A imperat, vel conſentit, vel nõ prohibet. 86.
diſt. faciẽtis, &c. Tertio ſutoris anima, qui
illa facit. extra, de iniur. & dam. da. c. ſi cul-
pa, qui occaſionẽ dãni dat, damnũ dediſſe
vr̃. Quarto animæ parẽtũ, quia ſæpius taliũ
ſuperfluitatũ cã ſunt, vel quia genitas ſuas
nõ corrigũt. Quinto animæ aliarũ mulierũ,
quarũ altera alterã imitat̃. Sexto animæ vi-
rorũ ſuorũ, qui moleſtijs vxorũ ſuarũ cau-
das poſcẽtiũ cõdeſcẽdũt, ſæpiuſq; de ſãgui
ne pauperũ illas emunt. Septimo corpora
pauperum, qui hyeme nuditate, & frigore
crucianť, quorũ corpora, & qñq; ẽt oſſa ad
Dñm vindictã clamãt, dicẽtia illud Apoc.
6. cap. Vſquequo Domine ſanctus, & verus
B non iudicas, & vindicas ſanguinem noſtrũ
de his, qui habitant in terra, id eſt, cum ipſo
corde per iter per lutum caudam trahunt,
nec memores ſunt neceſſitatis noſtræ.

ARTICVLVS TERTIVS.

*Vbi deſcribitur vanæ mulieris caput, & de duodecim ſtultitijs ipſorum vanorum capitum mulierum.*

TErtium myſterium eſt mundanę cõ-
fuſionis. Vnde ſubditur: Et in capite
eius corona ſtultitiarum duodecim,
C nõ ſtellarum. Hæ duodecim ſtultitiæ ſunt, p
quas deſcribi põt vanitas capitis mulieris.
*Queſtio de ornato capite mulierũ. Reſponſio* Vnde ſi quærat̃, quid eſt caput ornatum mu
lieris vanæ? Reſpõderi põt, ꝙ tumor ſuper-
biæ, Babylonica turris, vexillũ Diaboli, de-
riſio Chriſti, luxuriæ ſignũ, duplicitas cor-
dis, ſãctificatio criminis, lucifuga animarũ,
laquei dęmonum, diabolicũ monſtrum, ſe-
des Sathanæ, & remuneratio paſſionum. In
qua deſcriptione duodecim ſtultitiæ vani
capitis mulieris per ordinem deſcribuntur.

*De primis quatuor ſtultitijs capitum mu-*
D *lierum.* *Cap. 1.*

PRimo ponant̃ quatuor primæ. Pri-
ma ſtultitia dr̃ tumor ſuperbiæ.
Propterea tam altam, & magnã,
atq; inflãmatã, & ornatã veſicã,
ſeu magagnonem in capite portãt. Nec ad-
uertit mulier ſupba & vana, ꝙ ſicut fumus
in altum erigit̃, & dilatatur, atq; in vltimo
deficit: ſic tumor, & ſuperbia capitis ſui in
breuiſſimo tẽpore euaneſcet, & ad ſpurci-
tiã fętidã deducet̃. Vnde Iob 20. inquit: Si
aſcẽderit in cœlum ſuperbia eius, ſ. mentis,
& caput eius, ſ. corporaliter, nubes tetige-

rit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Et E
quod deterius eſt, quanto formoſior eſſe
apparet: tanto vanior, & faſtuoſior eſſe ſtu-
det, ſicuti quidam ait,
*Faſtus ineſt pulchris ſequiturq; ſuperbia formã.*
Vnde 1. Corinth. 11. Apoſtolus ait: Non eſt
creatus vir propter mulierẽ, ſed mulier ꝓ-
pter virũ. Ideo dẽt mulier velamẽ hẽre ſu-
per caput ſuum propter Angelos Dei. Vbi
Ambroſius, vt oſtendatur mulier ſubiecta,
quia ꝑuaricatio per eã incępit: iõ dẽt eẽ hu
militatis, nõ ſuperbiæ ſignũ. Magna igitur
abuſio eſt, ꝙ mulier de ſigno humilitatis, &
ſeruitutis ſuæ corde, & corpore ĩtumeſcat,
ac ſi gloriaretur fur de ſigno ſuæ deprehen- F
ſionis: ſicut de burſa, quæ ad collum eius, cũ
ducit̃ ad patibulum, ſuſpenſa eſt. Propterea
Greg. ait: Euidẽtiſſimum ſignum reprobo-
rum ſuperbia eſt, ſicut humilitas electorũ.
Secunda ſtultitia dr̃ Babylonica turris. Si-
cut enim Nemroth ædificãs illam magnam
turrim, erigi aduerſus Dñm conabatur, ſi-
cut ſcribitur Gen. 11. ſic tales mẽtes eleua-
tæ quidẽ vidẽtur ſe extollere, & cõtra Do-
minum rebellare, dum caput muniunt con-
tra eum: In hac quidẽ turri propugnacula
ſunt, & baliſteriæ prõptæ; ſupra fulgur ca-
pillorum auri, & ſericum, atq; lapides pre-
cioſi. Ante, ſ. viſus, & oculorũ artificioſus,
& diabolicus riſus. In genis candor, & fu- G
cus: In fronte ſplendor inuerecundus, ſicut
Hiere. 3. ſcriptum eſt: Frons mulieris mere-
tricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Os
compoſitum cum lingua pernicioſa in can-
tilenis, cuius verba ſunt ſagittæ potẽtis acu
tæ cum carbonibus deſolatorijs. Ad tẽpora
circini, id eſt, capilli pẽdentes, vel artificio-
ſe contorti. Retro varius ornatus, & de-
cor. Propterea ad talem mulierem, Eze-
chiel. 16. c. Dominus ait: Habens fiduciã in
pulchritudine tua fornicata es, ad omne ca-
put vię ędificaſti ſignum proſtitutionis tuę.
Sed audiant Eſa. qui 3. cap. ait: Decaluauit
Dominus verticem filiarum Sion, ſ. omnia H
auferendo: & Dominus crimen earum nu-
dabit, ſ. in morte. Tertia ſtultitia dicitur
vexillũ diaboli: quaſi ſuper capitis turrim.
Diſplicet nempe ſeculari Domino, ſi videt
vexillũ inimici ſui in aliqua ꝓpria illius ter
ra, vel caſtro: ſed magis odio habet ſi pro-
ſpicit illud in ciuitate propria: ſed in im-
menſium horret, ſi amoto ſuo videt illud
ſuper proprium fortalitium ciuitatis: intel-
ligens inde, quòd de illo de quo magis cõ-
fidebat, proditio facta ſit. Sic vtiq; diſplicet
ſummo Deo, cum in caſtro, ſiue fortalitio
capitis

A capitis mulieris conſpicit vexillum Diabo-
li, quod quidem vana ſuperbia eſt: atq; ve-
xillum humilis pœnitentiæ, quod equidem
ſuum eſt, fuiſſe amotum. Hoc equidem ſi-
gnum Dei, ſ. ſanctæ crucis in fronte ſuſci-
pimus, cum in capite confirmamur, & ba-
ptizamur, & in capite ieiunij noſtra capita
cinere aſperguntur. Vnde Apocal. 7. cap.
clamat Angelus aſcendens ab oriente qua-
tuor Angelis, quibus datum eſt nocere ter-
ræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, &
mari, neque arboribus quoadusque ſigne-
mus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.
Et Ezech. 9. Signa thau ſuper frontes viro-
B rum gementium, atque dolentium. Hoc
autem ſignum ſalutis amouet mulier vana,
ſignumque perditionis apponit in fronte,
& in capite ſuo. Quarta ſtultitia deriſio
Chriſti. Mirabile equidem videretur, ſi
mulier in morte ſponſi, vel patris ad miſ-
ſam pergeret, caput floribus adornata.
Multo quidem mirabilius eſt, ſi mulier ſan-
guine Chriſti redempta, ſummi patris filia,
ac ſponſa, ad miſſam vadit cum capite, non
tãtum floribus, ſed auro, & lapidibus pre-
cioſis, fuco ac falſa capillatura ornata, cum
quęlibet miſſa celebretur in memoriã Chri
ſti paſſi. Cumque corpus, & ſanguis Do-
C mini eleuatur a ſacerdote, eleuatio Chri-
ſti in cruce continue memoretur. O va-
nitas mulieris, quæ caput ornas tanta mul-
titudine vanitatum. Recordare illius di-
uini capitis, quod eſt Angelis tremebun-
dum, quod pro tua vanitate purganda tan-
ta ſpinarum denſitate vſque ad cerebri te-
neritudinem configitur, & ſanguine cruen-
tatur, dum configitur ſpina, tuum vero
quocunque vales decore ornatur. Caput
illud coronatur ſpinis, tuum vero ornatur
gemmis. Capilli eius ſanguine cruentan-
tur: capilli vero tui, immo alieni, artifi-
D cio dealbantur. Genę illius ſputis, ſangui-
ne, ac liuoribus deturpantur: genæ autem
tuæ fuco, ac picturis varijs colorantur.
Oculi illius decori, quos contemplaban-
tur Angeli Dei, morte acerbiſſima obſcu-
rantur: oculi vero tui ardorem libidinis,
& flammas luxuriæ ſcintillare videntur.
Caput illud verendum, immo & Ange-
lis venerandum pro te tanta confuſione
deijcitur: tuum vero contra illud tanta ela-
tione erigitur. Inclinatur illud ad pacis
oſculum porrigendum, tuum vero arma-
tur ad prælium inferendum. Ille inuitat
ad fletum gratiæ, tu vero illudis illud per
riſum culpæ.

*De ſecundis quatuor ſtultitijs capitum mu-* E
*lierum vanarum.* *Cap 2.*

SEcundo addantur aliæ quatuor ſtulti-
tiæ. Quarum prima eſt, quòd ſunt lu-
xuriæ ſignum. In domibus magnato-
rum, vbi intendunt magnum accendere
ignem, ac nutrire, magnus fumi exitus ſo-
let fieri, & illud quidem magni ignis futu-
ri indicium eſt. Quid enim noſtris tem-
poribus aliud clamant tanta capita mulie-
rum in ornatibus inflata, & multiplicatio
vexicarum, niſi quòd in cordibus aliquarũ
earum carnalitatis, & luxuriæ magnæ viget
ardor? Hæ tamen luxuriæ flammæ maximę F
in oculis comprehenduntur, ſicut Eccleſia-
ſtici 25. ait. Fornicatio mulieris in extol-
lẽtia oculorum, & in palpebris eius agno-
ſcitur. Sed forte dicet quædam, Non ſic in
veritate, non ſic: ſed cum his omnibus in-
tẽdimus honeſtatem, & caſtitatem. Quibus
merito reſpondemus. Si caſtę, & honeſtę
cõcupiſcitis eſſe, cur indicia carnalitatis, &
luxuriæ præmonſtratis? Amouete luxuriæ
ſignum, & ceſſabit carnalitatis indicium.
Maiora & efficaciora ſigna ſunt exempla,
quàm verba: verba fatẽtur caſtitatem, ope-
ra prætendunt carnalitatem. Si in domo
tua non venditur vinum, cur ibi oſtendis G
circulum, quod eſt tabernarij ſignũ? Secun-
da ſtultitia dicitur duplicitas cordis. Nã ta-
lis duplicem oſtendit faciem, vnam naturę,
alteram vero culpæ. Natura oſtendit faciẽ
nigram, decoloratam, rugatam: Culpa vero
faciem dealbatam, decoratam, atque poli-
tam, contra præceptum Eccleſiaſtici 4. Ne
aſſumas faciem contra faciem tuam. Fa-
ciem contra faciem ſumunt, quando ante
ex natura apparẽt vetulæ, retro vero ex ar-
te iuuenculæ: ſic Pſal. ad tales fœminas ait:
Facies peccatorum ſumitis. Quidam enim
a tergo videns mulierem quandam valde H
ornatam, credens illam decoram eſſe puel-
lam, concupiſcentia ductus eſt præcedere
illam, vt eius vultum poſſet delectabiliter
cõtemplari: Quam cum proſpiceret, nouit
eſſe vxorem ſuam; illique ſubridens ait: Es
tu illa vetula reſarcita? Tales nempe ſimi-
les pelliparijs ſunt, qui volentes vendere
pelliceas veteres, vt ruſticos ignaros deci-
piant, aliquo colore dealbant eas: ſed poſt-
quàm per aliquot dies fuerint deportatæ,
manifeſte apparet vetuſtas earũ. Sic & hu-
iuſmodi vetulæ reſarcinatæ, infarcinatæ, &
ingeſſatæ. Tertia ſtultitia dicitur ſanctifica-
tio crinium: ſicut enim Sanctæ canonizatæ
habent

*Stultitia mulierũ.*



A habent diadema decoris; ſ. gratiæ, & glo-
riæ: quia in mundo portauerunt Chriſti ga-
leam, & nunc poſſidẽt in cœlo Chriſti glo-
riam, iuxta Apoſtolum. 2. Tim. 2. c. Non co
ronabitur, niſi qui legitime certauerit. Sic
iſtæ habent diadema horroris, ſ. immenſæ
culpæ, & ęternæ pœnę, quaſi portent galeã
contra Chriſtum, & ſanctificatæ ſint in in-
ferno per æternum ſupplicium. Quarta ſtul
titia eſt bubo, ſiue lucifuga, aut ciuecta ani-
marum. Sicut enim omnib. auibus lucifu-
gis concurrunt aliæ aues, maxime ciuectæ,
cum reſidet circa viſcum, cõcurrunt liben-
B ter auiculæ paruę, quaſi de capite illius tam
magno mirãtes, nec tamen aduertunt quo-
aduſq; fuerint inuiſcatę, demum ab aucupe
captę, & deuoratę. Sic huiuſmodi mulieres
cũ groſſo capite, quaſi veſica inflata, & mul
tipliciter adornata, iuuenes quaſi ſimplices
auiculas poſt ſe artificioſe attrahunt, vſque
dum illarum libidine inuiſcati capiuntur a
Dæmone, & deuorantur æterna damnatio-
ne. Vnde Prouer. 7. ecce mulier occurrit il-
li, ſ. iuueni in ornatu meretricio præparata
ad capiẽdas animas: garrula, & vaga, quie-
tis impatiens, nec valet in domo conſiſtere
pedibus ſuis, nũc foris, nunc in plateis, nũc
C iuxta angulos inſidians. Sequitur in textu.
Statim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad
victimam: & quaſi agnus laſciuiẽs, & igno-
rat, quòd ad vincula ſtultus trahatur, donec
transfigat ſagitta iecur eius: velut ſi auis fe-
ſtinet ad laqueum, & neſcit, quia de pericu
lo animæ illius agitur. & multa ſimilia ibi.
Et Eccleſiaſtes 7. dr̃, Qui placet Deo effu-
gietillã: qui aũt peccator eſt, capieẽ ab illa.

*De vltimis quatuor ſtultitijs capitum mu-*
*lierum.* *Cap. 3.*

D TErtio aliæ quatuor ſtultitiæ ſubne-
ctantur. Prima eſt, ꝙ talia capitis or-
namẽta ſunt laquei Dæmonum. So-
lent enim in quibuſdam partibus pueri cõ-
ponere laqueos de caudis equorum ad aui-
culas capiendas. Sic Diabolus laqueos facit
de capillis mulierum ad capiẽdum animas
leues. Primoque capit ipſas mulieres adul-
terinos capillos portãtes, ſeu proprios ni-
mio ſtudio adornantes, & flaueſcere facien
tes: ſuſpenditq; illas, ſicut ſuſpẽſus eſt Ab-
ſalon ad arborem quercus capillis ſuis, ſi-
cut ſcribitur 2. Reg. 18. Signum autem ma-
nifeſtum, ꝙ ſic teneantur eſt: quia cum in-
firmantur pro recuperanda ſanitate, cõſen-
tiunt medicis proprios capillos abradi. Pro

*Ornamẽta capitũ mulierũ, vi. p Tertullianũ, et Clemẽtem Alexandrinũ de ornatu mulierũ. Capillatura mulierum.*

recuperanda autem ſpiritus ſoſpitate prędi- E
catoribus, & confeſſoribus conſentire no-
lũt alienos capillos a capite remoueri. Pro-
pterea muſcipulis ſociantur, ſiue ſimilan-
tur, quæ difficiliter in capite decoriantur.
Quot igitur vanitates mulier portat in ca-
pite, tot laqueos habet Diabolus in eius
corde. Ideo in quolibet amouendo diffici-
lem ſe reddit, cum confitetur, quia con-
tinue a Diabolo per illum tenetur. Sed ve-
niet tẽpus, cũ verificabitur, quod Abachuc
2. dicitur. Subito conſurgent, ſ. Dæmones,
qui mordeant lacerantes te. Secunda ſtul-
titia dicitur diabolicum monſtrum. Sicut
enim Chriſtus vnicũ habet caput, iuxta il- F
lud Apoſtoli. 1. Corinth. 11. Caput Chriſti
Deus: ſic tantum vnum caput homini fecit.
Sed quia omne ſimile appetit ſuum ſimile,
cum Diabolus Apocal. 7. ſeptem capita ha-
bere perhibeatur: Iõ quaſi emendans Deũ,
& ſibi mulierem conformans: conficit ſibi
capita ſeptẽ, vt varijs tẽporibus, & diebus
diuerſa capita draconis monſtret. Non autẽ
aliud in præſenti tempore iam reſtat, niſi ꝙ
mulieres portẽt cornua decem, ſicut Apo-
cal. 12. draco perhibetur habere: iam enim
in quibuſdam partibus ad binarium nume-
rum in mulieribus cornua deuenerũt, cum G
iam portent cornua ſicut animalia bruta. Iã
tota Italia caudatis mulieribus plena eſt: ni-
hil iam reſtat agendum aliud, vt comple-
ta animalia videantur, caudas, & cor-
nua habẽt: vt quod Dominus mulieri creã-
do negauit, Diabolus ſuperadiunxit: vt vbi
Deus hominem præfecit animalibus cun-
ctis, Diabolus eis ſubiecit illum multipli-
catis innumerabilibus culpis. Tertia ſtulti-
tia dr̃ ſedes Sathanæ: plurimæ namq; ſedes
tres habẽt pedes, illas vtiq; ſuſtinentes. Sic
nẽpe humana mens cum trib. virib. ſuis ſe-
des merito dici poteſt, vbi reſidet, vel Deus
per gratiã, vel Diabolus per hoĩs culpam. H
Deus enim quieſcit in anima, quaſi ſedens
cũ anima, non ſolũ amat bonũ per bonam
volũtatẽ, & ſcit verum per lucidã veritatẽ:
ſed ẽt inter ſpiritũ, & carnẽ pax cõſcientiæ
regnat per mentis trãquillitatẽ. Et ſic quaſi
in trib. pedibus, i. animæ potẽtijs: anima ſi-
ue mẽs efficiẽ ſedes Dei, Pſal. teſte, q ait: Cę
lũ mihi ſedes ẽ. Diabolus aũt humanã mẽ-
tẽ vẽdicat ſibi ſedem cũ volũtatẽ primò ad
malũ ĩclinat, deinde ad opa iniquitatis pec
catorẽ inducit, nec adhuc in tali anima Dia
bolus cõquieſcit, ſi adhuc lumẽ veritatis, ac
patrati criminis in intelligẽtia regnat. Ter-
reẽ enim Diabolus in humano corde quie-
ſcere,

A ſcere, veritatis lumine ꝓpulſatus. Propterea, veritatis lucernã toto conamine conať extinguere, vt ꝑ hoc in baratrũ cęcitatis, & ignorãtiæ poſſit mentẽ humanã p̃cipitare. Tũc nẽpe in anima quiete ſedet, cũ eã nulla lux veritatis ꝓpulſat. Et de hac ſede Apocal. 2. c. ſcriptũ eſt: Scio vbi habitas, vbi eſt ſedes Sathanæ. Et Iob 40. c. de Diabolo in tali mente obſcura quieſcente ſcriptum eſt: Sub vmbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus. in vmbra cæcitas, in calamo mali operis vacuitas, & praua ac carnalis voluntas. in locis humentibus demonſtratur, in quibus omnib. requieſcit, & B dormit ſerpens Diabolus. Hæc aũt oĩa ſe hẽre prætendit mulier, quæ moderno tẽpore altum cimerium, ſeu amplã veſicam, ac multipliciter decoratam in capite, quaſi triumphalem ſedem, & thronũ Sathanæ portat: cum talia non ſolum in ea carnalem voluntatem, & opera carnis eſſe oſtẽdãt: verumetiã cęcitatẽ ſuæ carnalis vitæ manifeſte p̃tendãt. Quarta ſtultitia dr̃ remuneratio paſſionum, ſ. quib. propter peccata capitis puniũtur, ſicut Sap. 11. ſcriptũ ẽ: Per quæ quis peccat, per hæc & torqueť. Peccauerũt quidẽ dealbãdo ad Solẽ, vel cũ ſulphure ĩ capi-

*Aliæ ſtultitiæ mulierum.*

C te crines, ſeu fucauerũt faciẽ cum ſublimato, vel argento viuo, & alijs fętidis, & abominabilibus emplaſtris: Aut in capite portauerunt magagnones, ſeu inflatas veſicas, ſiue morticinos capillos: Aut gemmas, & lapides precioſos in capite, vel in fronte pendentes, & conſimilia multa. Propterea merito puniuntur, in quibus antea deliquerunt. Dolent & fętent, & decidunt, ſiue nigreſcunt dentes, anhelitus olet, cęcutiunt oculi, tuſſiunt, & ſpuunt tales abundante catharro: rugãtur illarum genæ, palleſcit in facie cutis: iamq́ue ſeneſcente vultu earum corda, & deſiderio, & ſtudio quotidie iuue-

D neſcunt. Demũ dolore, vel alienatione capitis cõquaſſantur. Fiunt impatiẽtes, & moleſtæ proprijs viris, & toti domui inquietæ redduntur. Demũ abominabiles viris, maxime ſi ſunt Sodomitæ. Diabolusq; ſeptẽpliciter oĩa abominabilia hæc multiplicat in oculis, & naribus maritorum, vt verificetur, quod de tali muliere, Ezech. 16. c. ſcriptum eſt: Abominabilẽ feciſti decorẽ tuũ. ſ. cum tuis vanitatibus, & multiplicibus infardaturis, propter quas corpore, & mente iam in pręſenti incipias participare infernũ. Ecce quæ pariũt caudarũ, & capitũ, atq; totius corporis vanitates. Quæ igiť mulier tãta dementia laborabit, vt velit ꝓpter hoc

E æternaliter interire, & in pręſenti ẽt incurrere talia iudicia Dei? Ne igitur hęc honeſtę mulieres incurrãt, comburant mortuos crines, vniuerſæ caudæ abſcindantur, manicæ veſtium reſtringantur, vaſcula tincturarum talium vnctionum in latrinam proijciãtur, frangantur ſpecula, comburantur veſicę, & magagnones: pater noſter vani, & precioſa iocalia diſtrahantur. Emendetur vanarum mulierum vita: velint eſſe, atque videri veræ Chriſtianæ, pudicam & honeſtam, ſicut Chriſtianæ ducant conuerſationem, vt in præſenti Dei mereantur habere gratiam, &

F in futuro gloriam, ad quam nos perducat Dñs Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spũſcõ viuit, & regnat ĩ ſecula ſeculorũ, Amẽ.

---

## SABBATO poſt Dominicam de Paſſione.

*De Domina Honeſta.*

## Sermo XLVIII.

VOlumus Ieſum videre, *Ioan.* 12. Non eſt peccator tam impius, qui ſi in veritate ad pœniten-

G tiã reuertatur, reſpuať a Deo. ecce mulieres, quæ in tot vanitatibus, ſicut elapſis dieb. patuit, olim immerſę erãt: auditis, & creditis illarũ grauiſſimis culpis, ad vitę honeſtatẽ ꝓpoſitũ mutauerũt. Et q̃ iã prius Deũ, ac diuina ſpernẽtes nihil deſiderabãt, niſi mũdũ: iã nũc earũ ĩtelligẽtia illuſtrata anxio deſiderio poſcũt, & dicunt, Volumus Ieſum videre, ſ. in gloria ſempiterna, i. volumus nos ſaluari. In qb. gratioſiſſimis, & deſideroſiſſimis verbis octaua Religioſitas, q̃ dr̃ reformata, clarius demonſtrať, qa ꝑ eã aĩa reformari põt. Vt ergo talis reformatio huius ſaluationis

H deſiderio plena in corde taliũ mulierũ efficacius inardeſcat, ipſa Dña Honeſta. i. qua honeſtate fulgere dẽat honeſta mulier, & qb. ex cauſis a cõſorte ſuo amãda ſit, ꝑ ordinẽ deſcribať. Pro quo recto ordine, nõ vtique ſupinato, ſicut in ſermone heſterno, verba Io. Euãg. aſſumã, Apoc. 12. Vbi Dñam Honeſtã deſcribens ait: Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedib. eius, & ĩ capite eius corona ſtellarũ 12. In qb. ſacratiſſimis verbis deſcribiť Dña Honeſta, & tripliciter figuratur. Primo virtutibus adornata ibi, mulier amicta Sole. Scdo modeſtijs honorata ibi, & Luna ſub pedib. eius. Tertio gratijs coronata ibi, & ĩ capite eius corona ſtellarũ 12.

*Domina Honeſta tripliciter figuratur.*

ARTI-



A ARTICVLVS PRIMVS.

*Quòd Domina Honeſta virtutibus theologicis eſt ornata.*

PRimo inquã deſcribiť Dña Honeſta virtutibus adornata. Ait enim Ioannes Euãgeliſta: Mulier amicta ſole. Habet enim ſol ſplẽdorem, vigorẽ & calorẽ, vt indicet eã virtutibus theologicis ornatã, vt dignè diceř poſſit cũ ꝓpheta, Dñe p̃ſtitiſti decori meo virtutẽ. Primo nãq; habet ſplendorem fidei: dicitq; cũ Apoſt. 1. Cor. 13. Charitas oĩa credit, licet non oĩbus credat: tñq; credit, q̃-

*Sol tria habet.*

B tum veritas cõteſtať: dicitq; cum Paulo. 2. Tim. 1. Scio cui credidi. huic autẽ myſticè dicit Dominus, Matt. 15. O mulier, magna eſt fides tua. Fides tua ſaluam te fecit, Luc. 7. Habet etiam ſecundo vigorem ſpei: ideo dicit illud. 2. Reg. 25. In Domino ſperans non infirmabor. Et pſalm. in eius perſona inquit, In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. Et iterum ad idem ait: Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Iterum tertio habet charitatis calorem. Flammeſcit nanque tota in Dei

C amorem & deuotionem, & quaſi altera Magdalena lachrymis rigat pedes Ieſu. De hac Eccleſiaſti. 26. c. ſcriptum eſt, Mulieris bonæ beatus vir.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Quod Domina Honeſta vanitates mundi contemnit.*

SEcundo deſcribiť Dña Honeſta modeſtijs honorata, quia luna ſub pedibus eius. Nam mundana vanitas ſub pedibus eius, i. ſub affectibus conculcatur. Quid per lunam, niſi mundana vanitas dignius exprimi poteſt? Habet enim luna tria, pri-

*Luna tria habet.*

D mo luciditatem, ſecundo frigiditatem, tertio habet mutabilitatem. Primo nanque luna oſtendit luciditatem: ſic mundana vanitas, & maximè quæ mulieres moleſtat in pulchritudine veſtibus & ornatu. De quo Eccleſiaſtes. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hæc autem luciditas tantum oculos inſpicientium trahit, vt præponant eam pulchritudini animæ & gloriæ paradiſi, nec non & formoſitati ſuperadmirabili ipſius Dei: propter quod admiranter propheta de talibus ait. Vt quid di-

E ligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Secundo habet luna frigiditatem. Sic quidem mundana vanitas frigida eſt, frigidáq; & omni charitate vacuam mentem facit. Vnde Hiere. 25. ſcriptum eſt: Ambulabũt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. Propterea ad Roman. 6. Iam decrepitas & rugoſas interrogat Apoſtolus, dicens: Quẽ fructum habuiſtis tunc in illis, ſ. vanitatibus, in quibus nunc erubeſcitis, videlicet inuenientes vos vacuos omni diuina dilectione? Tertio habet luna mutabilitatem, ſic & vanitas mũdi. Vnde Iob. 13. c. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, reple-

F tur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et iterum Propheta ait: Mane, ſcilicet pueritiæ, ſicut herba tranſeat: mane, ſcilicet adoleſcentiæ, floreat: & tranſeat: veſpere, ſcilicet virilitatis, decidat, induret in ſenectute, & areſcat, videlicet in vltima decrepitate.

ARTICVLVS TERTIVS.

*De duodecim gratijs, ſeu ſtellis, quibus Domina Honeſta honoratur & decoratur.*

G TErtio deſcribiť ipſa Dña Honeſta gratijs coronata. Vnde Io. ait, Et in capite eius corona ſtellarũ. xij. quæ ſunt xij. ſtellares gratiæ, quibus Domina Honeſta moraliter exornatur, vt uerificeť quod de tali muliere Prouerb. 12. ſcriptum eſt: Mulier diligens, corona eſt viro ſuo. Et quia ſecundum naturales tria ſunt appetibilia bona. ſ. honeſtum, delectabile & vtile. Ideo, vt mulier virtuoſius diligatur a viro ſuo, oſtendemus ꝙ quatuor primę ſtel-

H læ pertinent ad honeſtũ, quatuor aliæ ad delectabile, vltimæ quatuor pertinent ad vtile. De quibus tribus bonis propheta, pſal. 127. ait, Vxor tua: ecce honeſtum. Sicut vitis: ecce delectabile. Abundans: ecce quod vtile eſt. Quod in his xij. ſtellis poteſt eſſe aliud thema.

*De quatuor ſtellis primis, quæ pertinent ad honeſtum.* Cap. 1.

QVatuor ſunt bona in ſancto matrimonio, quæ pertinent ad honeſtum, quia pſalm. dicit, vxor tua. Primũ diuinaliter ordinata, ſecũdũ ſacramẽtaliter deſpõſata, tertiũ exẽ-

A plariter amata, quartum virtualiter appreciata.

*De excellentia ſancti matrimonij in veteri & nouo teſtamento oſtenſa. Cap. 1.*

*Matrimoniũ a quo fuerit ordinatũ in veteri teſtamẽto.*

PRimum bonũ in vxore honeſtũ eſt, quia diuinaliter ordinata, de quo in veteri teſtamẽto conſiderãdum eſt de ſancto mr̃imonio. Primo, a quo fuit ordinatum: Secũdo, vbi fuit ordinatum: Tertio, qñ fuit ordinatum: Quarto, quare fuit ordinatum. Primo enim fuit ordinatum a Deo. Vnde Gen. 2. c. Non eſt bonum hoĩem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Secundo fuit ordina
B tum in nobiliori totius mundi loco. ſ. in paradiſo terreſtri, ſicut Gen. 2. c. patet. Tertiò vero fuit inſtitutũ ante lapſum: fuiſſet nanque tunc in officium, nunc aũt poſt lapſum eſt in officium & in remediũ, vt patet. 32. q. 2. ſicut. §. his. Quarto fuit ordinatum ad implendum paradiſum. Vnde Gen. 2. ſcriptum eſt: Creſcite & multiplicamini, & replete terram.

*Matrimoniũ quadrupliciter cõmẽdatᷣ in noua lege.*

In noua autem lege matrimonium commendatur etiam quadrupliciter. Primo ex ſententia euangelica. Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Secundo ex doctrina Apoſtolica. j. Cor. 7.
C Apoſtolus ait: His, qui in matrimonio coniuncti ſunt: præcipio non ego, ſed Dñs, vxorem a viro non diſcedere. Tertio ex præſentia auctentica. Vnde Io. 2. Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileę, & erat mater Ieſu ibi, vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Quarto ex operatione miraculoſa: quia, vt ſcribitur Ioan. 2. Dominus in nuptijs aquam in vinum conuertit.

*Primo. Secundo. Tertio. Quarto.*

*De triplici fide ad quam coniuges inuicem obligantur. Cap. 2.*

D

*Secũdum in coniuge bonum.*

SEcundum bonum honeſtum in coniuge eſt, quia ſacramentaliter deſponſata. Quæ quidem fides in hoc attenditᷣ, quia nec vir cum alia, nec mulier cum alio miſceatur. In huius myſterium a viro vxori anulus datur, vbi cõcurrunt tria. Primum, quia anulus non excedit, nec exceditur, ſed ei adæquatur, vt deſignet quod Apoſtol. 1. Cor. 7. c. ait: Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir: Et vir poteſtatẽ ſui corporis nõ habet, ſed mulier. Et ideo poſt copulam carnalem, nec religionem poteſt alter eligere altero inuito, nec continentiam profiteri, ſicut patet. 33. qõ. 5. c. 1. 2. 3. & 4. Secundum q̃a alium digitũ capere nõ
E poteſt cum quo poſitus eſt: ſic nec ille aliã mulierem, nec illa alium virum altero eorum viuente ſuſcipere poteſt. Tertium, q̃a anulus ponitur in digito, in quo eſt vena quædam ſanguinis ad cor vſq; perueniẽs, ſicut dicitur. 33. q. 5. ca. fœminæ. in fi. quod fit propter mutuæ & cordialis charitatis ſignum: vel propter id magis, vt eodẽ pignore eorum corda iungantur, quaſi in deſpõſatione concurrat triplex fidei ſignũ. Primum cordis, ſicut patet de anulo dato in digito, vbi eſt vena cordis. Secundũ oris,
F quia ore vel ſigno capitis, vbi eſt os, exprimitur cordis conſenſus. Tertiũ operis, q̃a anulus ponitur in manu, per quam in ſcriptura ſacra exprimitur opus: quæ ſigna oſtendunt, quòd quilibet eorum alteri obligatur triplicem fidem tenere, ſ. cordis, oris, & operis, quorum quilibet violatur, cum in quocunque eorum cor conſenſu, vel os affatu, aut corpus aliquo ſenſu, cum alterõ a conſorte carnaliter maculatur, teſte Domino, qui Matth. 5. c. ait: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam męchatus eſt eam in corde ſuo.

*Pulchra ſimili cõſiderõ q̃ in mr̃imonio datur.*

*De digito anulari q̃ ali noĩe dr̃ medicus.*

G

*Quod vxor a viro diligi debet, ſicut a Chriſto eccleſia ſponſa eius. Cap. 3.*

TErtium bonum honeſtum in coniuge eſt, quia exemplariter dilecta vel diligenda, ſcilicet exemplo Chriſti. Vnde Apoſtolus ad Epheſi. 5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret. Et in fi. c. ſubdit: Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. In hac ſimilitudine duo compræhendi poſſunt. Primum, quòd vir ſalutem vxoris deſideret & procuret omni inſtantia & labore: quia Chriſtus pro
H ſponſa ſua eccleſia in Cruce mori dignatus eſt, vnde 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt ꝑ nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Secundum, quòd ſi adulteretur, demumq́ue pœniteat, cum miſericordia ſuſcipiat eam. Vnde Oſeæ. 3. Diligite mulierem dilectam ab amico & adulteram, ſicut diligit Dominus filios Iſrael: & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos. Et Hier. 3. c. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.

*Viri, diligite vxores, q̃uo intelligitur.*





A

*Quanto precio eſtimanda eſt vxor bona. Cap. 4.*

QVartum in coniuge honeſtum bonum eſt, quia virtualiter appretiata. Plures vidi venerabiles & appretiabiles, honeſtas, pudicas & pulchras mulieres ab ingratis maritis eſſe deſpectas: Viroſq; earum factos amẽtes & inſenſatos ex vitioſiſſimis & turpiſſimis fęminis. Contra quos Prouer. 5. c. Lætare cũ muliere adoleſcentiæ tuæ. Quare fili mi ſeduceris ab aliena, & foueris in ſinu alteri⁹?
B Et Eccleſiaſtici. 7. Noli diſcedere a muliere ſenſata & bona, quam ſortitus es in timore Dñi: gratia enim verecũdiæ eius ſup aurum. Et Eccleſiaſtici. 26. Gr̃a ſuper gr̃am, mulier ſancta & pudorata. Tanta nẽpe eſt gratia mulieris bonę, vt nullũ ornamentũ tẽporale poſſet eſſe in domo viri, quod cõparetᷣ illi. Non vaſa argentea, non familia plurima & ornata: non ſupellectilia pulchra, & alia quæcunq; decora. Nã oĩa iſta ſunt quaſi ſtellæ & luna in eius domo: ſed eius virtuoſa coniunx eſt quaſi ſol, teſte Eccleſiaſti. 26. Sicut ſol oriẽs mundo, ſic mu
C lieris bonæ ſpecies in ornamẽtũ dom⁹ ſuæ: immo vir, cui talis eſt mulier, Rex vtiq; dici poteſt, cuius corona ęſt ipſa mulier.

*De ſecundis quatuor ſtellis, quæ ad delectabile ſpectant.*

SVnt & alia quatuor bona in matrimonio, quæ ad delectabile ſpectant: propter quæ vir tenetur diligere vxorem. De quo delectabili propheta ſubdit: Sicut vitis, quæ vtique arbor delectabilis eſt. Primum bonum naturalis dilectio, ſecundum maritalis conſolatio, tertium parentalis ſeparatio, quartum ſpiritualis dele
D ctatio.

*Quod inter vxorem & virum naturalis eſt amor. Cap. 1.*

*Mr̃imonij primũ bonũ delectabile.*

PRimum bonum delectabile eſt naturalis dilectio, quia naturaliter vir inclinatur ad vxoris delectationem. Propterea non fecit Dominus Euam de limo terræ, ſicut hominẽ: ſed de coſta viri formata eſt & de ei⁹ carne, vt vir eam amaret ſicut ſeipſum. Quod intelligens Adam, Gen. 2. ait. Hoc nunc os de oſſe meo, & caro de carne mea. Quod & declarans Apoſtolus, ad Ephe. 5. ait: Qui vxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit. Ad-
E denſq́; præceptum in eodem c. ait. Vnuſq́ſque vxorem ſuam, ſicut ſeipſum diligat.

*Quanta conſolatio ſit viro vxor bona. Cap. 2.*

*Maritalis cõſolatio.*

SEcundum delectabile bonum eſt maritalis cõſolatio. Cum enim feciſſet Dominus Adam ſolum, Gen. 2. c. ait: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. ſ. vt ſit in conſolatiuũ adiutoriũ ei⁹. Quia, vt dr̃ Eccleſiaſtes.
F 4. Væ ſoli: quia ſi ceciderit, nõ habet ſubleuantẽ ſe. Nõ enim ſunt ſoli illi, qui cũ Deo nobile cõtraxerunt mr̃imoniũ: quorũ aĩæ ꝑ virginitatẽ vel purã caſtitatẽ ſpũali cõnubio ei cõtinuè copulatæ ſunt. Sed bñ ſolitarij ſunt & derelicti a Deo, qui in ædib⁹ ſuis publicè tenẽt cõcubinas. Nã cum tales ſuas cõſpiciunt meretrices, deſolationẽ vident potius q̃ ſolamẽ: vident enim cõtinuè gladiũ, quo diabolus interimit eos: vident deſtructionẽ famæ ſuæ: deſtructionẽ domus ſuæ & ſubſtantiæ ſuæ. Nam, vt dr̃ Prouerb. 14. c. Sapiens mulier. i. vxor, ædificat domũ ſuam. Inſipiens autem, id eſt, concubina, conſtructam manibus deſtruet.
G

*Quod amore viri vxor relinquit omnes propinquos ſuos. Cap. 3.*

TErtium delectabile bonum eſt parẽtelæ ſeparatio. Dulcis quippe in coniuge amor ad virum ſuum: admirabile vinculum charitatis & appretiabile nimis, puellam derelinquere lares ſuos, obliuioni tradere fratres, ſorores, patrẽ, matrẽ, & ſæpe aliam parentelã. Quandoq; egreditur de terra ſua, & de cognatione ſua: ſolaque & quodammodo peregrina inhabitare venit domum mariti ſui. Quanta igitur charitate & humanitate ſuſcipienda & amplectanda eſt talis puella, in huiuſmodi
H perſona Hierem. 2. c. ait. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta me es in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur.

*Quanta conſolatio ſpiritualis, ſit inter coniuges. Cap. 4.*

QVartum delectabile bonum eſt ſpiritualis delectatio. Sunt nempe q̃dam, quibus Dñs delectaᷣ, ſed non mundus, ſicut ſunt gratiæ & virtutes.

A virtutes. Sunt & alia, quibus mũdus & de-
monia delectantur, & non Deus: ſicut ſunt
vitia & peccata. Sunt quoque & aliqua,
quæ & mundo & Domino bñplacita ſunt,
ſicut Eccleſiaſtic. 25. c. teſtatus eſt, dicens.
In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ
ſunt probata coram Deo & hominibus:
concordia fratrum, & amor proximorum:
& vir & mulier bene ſibi conſentientes.
Et merito ait, ſibi bene conſentientes, vt
omnem inordinatum conſenſum exclũ-
dat, & ſic econuerſo. Ex his tribus contra-
B rijs offenſa Dei & ſcandalum proximi ſem
per oriri ſolet.

### *De vltimis quatuor ſtellis, quæ ad vtile reſpectum habent.*

ALia inſuper quatuor bona in ſancto
matrimonio ad vtile ſpectãt. Ideo
pſal. inquit, abundans. Primum eſt
fructus pretioſitatis, ſecundum defenſio
fragilitatis, tertium ſubuentio charitatis,
quartum vnio contrarie tatis.

### *Quod precioſus eſt matrimonij fructus. Cap. 1.*

C

*Primũ bonũ vtile.*

PRimum vtile bonum eſt fructus
pretioſitatis. O quàm precioſus
fructus eſt filium vel filiam pro-
creare, quibus cœli palatium re-
pleatur: propter hoc enim principaliter cõ
trahendum eſt, vt dicitur 32. quæſtio. 2. ca.
pudor, dicente Domino, Gene. 2. Creſcite
& multiplicamini, & replete terram. Co-
gnoſcitur nempe arbor ex fructus nobili-
tate. Quæ nanque eſt arbor, quę patri ꝓ-
ducit & Deo totique progeniei filium vel
filiam, niſi vxor fętu abundans? O fru-
D ctus benedictæ arboris ſuper omnes alias
pretioſus: o fructus tam mirè a Deo dile-
ctus: o inquam fructus, pro quo redimen-
do filius Dei eſt Cruci affixus: nec omnes
diuitiæ mundi vni filio vel filiæ comparan
tur: propterea, ſicut Matth. 7. teſtatus eſt Do
minus, A fructibus eorum cognoſcetis
eos. Valde eſt ergo talis amanda, quæ tam
pretioſum producit fructum: dulciter re-
genda, amicabiliter ſupportanda. Mirum
equidem eſt. Gallina pluries frãgit vaſa do-
mus, ſtercore deturpat mẽſam: clamat ꝑtur
batq; domũ, cũ fecerit ouũ: & tñ ſuſtentať
amore inanis fructus. Et vxor, q̃ facit ita p̃-
tioſum fructũ, ſi vltra beneplacitum viri di
xerit verbum, tota domus furore turbatur.

*Exẽplum gallinæ.*

### *Quod matrimonium in remedium fragilitatis datum eſt poſt lapſum. Cap. 2.*

E

SEcundum vtile bonũ eſt defenſio fragi
litatis. Vnde 32. q. 2. c. ſicut. §. proximo,
ſcriptum eſt. Prima inſtitutio cõiugij in
paradiſo facta eſt, vt eſſet immaculatus tho
rus & honorabiles nuptiæ, ex quibus ſine
ardore conciperẽt, parerent ſine dolore. Se
cundo propter illicitum modũ limitãdum
extra paradiſum facta eſt, vt infirmitas ꝓ-
F na in ruinam turpitudinis, honeſtate exci-
perẽt coniugij. Vnde Apoſtol. 1. Cor. 6. ait:
Propter fornicationem vnuſquiſq; habeat
ſuam vxorẽ, & vnaquæq; virum ſuũ hẽat.
Ex hac itaq; cauſa fit, vt coniugati ſe inuicẽ
debeant, nec ſe ſibi negare poſſint. Vnde
Apoſtol. eo. c. ait. Nolite fraudare inuicẽ,
niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt expe-
ditius vacetis orationi, & iterum reuerti-
mini in idipſum, ne tentet vos ſathanas:
hoc autem dico propter incontinentiã ve-
ſtram. hæc vbi ſup. Ecce, ꝙ vxor in ea parte
ideſt, in carne, in qua vir infirmior eſt, ĩ ei⁹
defenſionem venit: dicente Dño, Matt. 26.
Spũs quidem prõptus eſt, caro aũt infirma.

*Matrimonij ſecũdũ bonum vtile.*

*Multũ in mrĩmonio debitum.*

### *Quòd officium vxoris eſt in omnibus neceſſarijs ſuo coniugi ſubuenire. Cap. 3.*

G

TErtium vtile bonum eſt ſubuẽtio cha
ritatis. Charitatiuè nanq;, & amãter
quidem, mulier adiuuat virum ſuũ in
prolis procreatione: in eiuſdẽ prolis labo-
rioſa educatione: iuuat virum in hoſpitij di
ligenti gubernatione: in bonorũ conſerua-
tione & multiplicatione: propterea Eccle-
ſiaſtici. 36. c. ſcriptum eſt: Qui poſſidet mu-
lierẽ bonã, inchoat poſſeſſionẽ: adiutoriũ
ſ̃m illum eſt & colũna & reqes. Adiutoriũ
quidẽ in tpalibus: colũna aũt in corporali-
H bus: ſed requies in bonis temporalibus vi-
ro ſuo eſt. Adiutorium nempe eſt in tem-
poralibus rebus. Conſidera mulieris bonæ
in totius ſubſtãtia domus ſolertiã, diligẽtiã
& ſollicitudinẽ. Hæc nanq; blãda & frumẽ
ta ordinat & gubernat, tuetur oleum: ſali-
tas carnes in domo eſſe procurat, & inta-
ctas a vermibus ſeruat. Telas lineas, & qñ-
que pro familia laneas ordiri & perfici ope
rať: pãnos laneos ne rodanť a tineis vẽti-
lat, lineoſq; lauari ꝓ neceſſitate ꝓcurat: diſ
ſipata & quaſi cõſumpta reſarcit: quęq; mi
nima cunctaque reſidua ad domus vtile
trahit. Quid plura? peruigiles oculos men-
temque

*Matrimonij tertiũ bonũ vtile.*

*Mulier quo & in qbus ẽ adiutoriũ viro ſuo.*



A temq́; prudentem ad oẽm ſubſtantiã dom⁹
habet. Colũna inſuper viro & familiæ ſuæ ĩ
corpo ralibus eſt. Infirmať in domo quiſq;
ſolerti vigilantia medicis & medelis die no
ctuq́; pro infirmi ſanitate laborat. Si caſu
maritus languet, cum infirmo grauius in-
firmať: cibũ non ſumit, ſomni oblita quietẽ
neſcit: męſta, lãguida, anxia, lachrymoſa, to
taq; anguſtioſa, omnes viri ſui dolores ſen
tit & paſſiones. Necnõ & requies eſt viro ĩ
ſpiritualibus bonis. Eſt nempe tota deuota
Deo & eccleſiaſticis ſacramentis, tota pia
pauperibus & egenis: erudit filios, totãque
familiam in timore Dei docet compoſitos
mores, honeſtatẽque vitæ & omne bonita
B tis exemplum. Denique ſagaci puritate cõ-
uerſabilis cum bonis & malis. Graui iocun
ditate affabilis cunctis, honeſtaq́; maturita
te amabilis vniuerſis, Deo & hoĩbus grata
eſt. At econtra videas inuxoratorũ nõ di-
co cunctorũ, ſed talium qualiũ ſolutorũ diſ
ſolutorũ domos, raro vel nunq̃ ibi accẽdiť
ignis, parapſides & inciſoria vix ſemel lauã
tur in mẽſe: ollas & frixoria lauãt lingẽdo
canes, nunquã ſcopať domus: Coquina, to
taq; domus araneis & immũditijs plena ẽ.
Purgamẽta fructuũ qñq; in angulo cumu-
lanť, & muſcarũ fomentũ eſt. Tobaliæ nũ-
C quàm de mẽſa mouentur: ibiq; parapſides
& inciſoria quadã porcina, & feſtina ſine
aq̃ lotione, immo ex fricatione purganť: le
ctus linteaminibus ibi vſq; ad vltimã con-
ſumptionem dimiſſis foueã & canum cubi
culũ paret, fracto vaſe a canibus funditur
oleũ, neſciẽte viro. Frumẽtũ murib⁹ & paſ
ſeribus, vermibus vel pluuia perit. Effundiť
vegete vel in ea putreſcit vinum. Pãnamẽ-
ta linea vel lanea, labe vel tineis cõſumun
tur. Neſcit oſtiũ qua hora debeat expectare
dñm: media nocte, an gallicatu, ſiue dilucu-
lo, vel ipſo meridie, quia neſcit rediens ſer
uare tempus. Infirmatur denique iudicio
D Dei: O quis exprimere poſſet, quot & qui-
bus calamitatibus & miſerijs crucieť. Pau-
peres etiam ab oſtio effugantur, vt verifice-
tur quod Eccleſiaſtici. 26. ſcriptum eſt: Vbi
non eſt mulier, ingemiſcit ęger vel egens.
Dei aũt opera & mandata moreſq; virtutũ
ita ab hmõi æde excuſſa ſunt & alienata, vt
iudicare vix valeas, an. ſ. Chriſtiani, an paga
ni ſit domus. Et vt in breui cuncta cõpræ-
hẽdam, in temporalibus & in corporalib⁹,
necnon & in ſpiritualibus cunctis talem
hmõi miſeram & miſerabilem vitã ducũt,
vt non hoĩum, ſed aĩaliũ mores meritò di-
ci poſſint. Si autem ĩ horum remedium ibi

*Adiutoriũ mulieris viro ſuo ĩ ſpũalibus.*

E tenetur ſcortum: audi nõ me, ſed quod ſcri
ptum eſt, Prouer. 29. c. Qui nutrit ſcortum,
perdet ſubſtantiam: non ſolum ſpũalẽ, quæ
ſunt gratiæ & virtutes, verũetiam corpora
lem & tẽporalem. Nã expectans quotidie
pelli, paulatĩ cõſumit domũ frequẽtia furti.

### *Quod ſæpe matrimonium eſt cauſa magnę pacis. Cap. 4.*

QVartum vtile bonũ eſt vnio cõtra-
rietatis: nã ꝓpter maritale coniugiũ
non ſolum cõſanguinitatis amore
multorũ aĩ mutua iungunť dilectione, ve-
rũ etiã plurimi inimici & qñq; vnũ regnũ
F vel patria magna ad pacẽ & concordiam
reducunť. Vnde merito indecẽs eſt ꝙ cõiu-
ges, qui aliorũ ſunt cauſa pacis, ſint ĩter ſe
ipſos quodãmodo diſcordes, ꝓpter ꝙ hor-
tať Apoſtolus cõiugatos ad pacẽ, ad Ephe.
4. c. dicens, Sollicite ſeruare vnitatẽ ſpũs in
vinculo pacis. Et 2. Corint. vlt. Pacem ha-
bete, & Deus pacis & dilectionis erit vobi
ſcum, nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

*Quartũ bonũ vtile.*

---

## DOMINICA
## In ramis palmarum.

G

### *Ordo dicendorum per ſequentem ſeptimanam.*

## Sermo XLIX.

IEſus *Nazarenus Rex Iudæorũ. Io.*
19. Quia iã ad glorioſum diẽ
palmarũ cũ aĩarũ ꝑfectu atq;
ardẽti affectu pduxit nos grã
Saluatoris: Nunc tpe tã ſacra-
to & tã deuoto, q̃tum eſt ſeptimana occur
rẽs, remotis omnibus mundanis & diſtra-
H ctiuis, ſoli Deo & animarũ ſaluti vacãdum
eſt: quia verè de occurrenti ſeptimana. 2.
Cor. 6. Apoſt. ait: Ecce nunc tẽpus accepta-
bile, ecce nũc dies ſalutis. Hoc eſt. n. totius
Quadra. immo totius anni, & fortè quibuſ
dã totius vitæ ſuæ tempus vindemiæ atque
meſſis. Ecce quod nũc verificať, quod Dñs
Io. 4. c. ait: Leuate oculos veſtros, & videte
regiones quæ albeſcũt iam ad meſſem, &
q metit. ſ. in cõfeſſionib⁹ mercedẽ accipiet,
& cõgregat fructũ. ſ. aĩarum in vitã ęternã,
vt & qui ſeminat in prædicationibus, ſimul
gaudeat, & qui metit. ſ. in confeſſionibus,
ſeu in cõuerſionibus a via mala ad viam iu
ſtitiæ & ſalutis. Ad meſſem igitur vberem

*Videmia totius anni.*

A colligendam totam hanc vltimam ſeptimanam ad deuotionem fructiferã ordinem⁹. Propterea vltimas octo Religioſitates ſubdamus. Prima dr̄ religioſitas nominis magnificati. Nam hodie incipit eccleſia agere memoriam paſſionis, & in euãgelio miſſę, Matth. 21. dr̄, Oſanna.i. obſecro, ſalua nos: Benedictus, qui venit in noĩe Dñi. Quod etiam poteſt eſſe aliud thema. Inſuper quia hodierna die in epiſtola ad Philipp. 2. cap. Apoſtolus ait: In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Ideo propter hæc omnia agemus hoc B mane de titulo triumphali ſacratiſſimę Crucis, in quo nomen Regis Ieſu triumphaliter exaltatur & glorioſiſſimè commẽdat̃. Secunda eſt Religioſitas mundi contẽpti, ſeu vilificati, in qua agemus de contemptu mundi. Tertia eſt Religioſitas ſpũs illuſtrati, vbi tractabimus, quanta fecit Deus animæ noſtræ. Quarta eſt Religioſitas Angeli deſtinati, vbi angelica ſalutatio.i. Aue Maria, per ordinem exponetur. Quinta eſt Religioſitas animi obligati, vbi differere intẽdimus, quomodo quis obligat̃ tripliciter ad Dñicum ſacramentum. Sexta eſt Religioſitas fructus multiplicati, vbi oſtendemus 12. fructus ſanctiſſimi ſacramenti. Septima C eſt Religioſitas Chriſti paſſionati, vbi explicabimus Dominicam Paſſionem. Octaua & vltima erit Religioſitas cordis præparati: in qua demonſtrabimus modos, quibus quilibet ſe præparet in die Reſurrectionis Domini ad ſuſcipiendum ſanctiſſimũ ſacramentum.

*Religioſitates octo.*

### *De titulo triumphali ſacratiſſimę Crucis, in quo nomen regis Ieſu triumphaliter exaltatur & glorioſiſſime commẽdatur.*

D IEſus Nazarenus Rex Iudæorũ. Io. 19. Ad laudem & gloriã noĩs Regis Ieſu tractaturi de titulo triumphali tria circa hæc ante oĩa prænotemus. Primo titularem occaſionem, ſecũdo literalẽ variationem, tertio diuinalem diſpenſationem. Primo autem prænotemus titularem occaſionem: varijs enim ex cauſis tituli antiquitus formabantur. Hinc beatus Hieron. exponens illud pſal. Eripe me de inimicis meis Domine, triplicem titulum ibi diſtinguit. Primum memorialem, ſecundum p̄conialem, tertium triumphalem. Primus autẽ memorialis dictus eſt, ſicut ſunt epitaphia poſita ſuper tumulos mortuorum, q̃ ideo memorialis dr̄, quia fit in memoriam eorum, qui ibi ſepulti ſunt, vt oretur ꝓ eis. E Secundus vero præconialis titulus nuncupatur: & hic ſcribi ſolet in portis ciuitatũ, ſeu in liminibus domorũ in laudẽ & præconiũ ciuitatis vel domus, ſicut Eſa. 19. ſcriptum eſt: in die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti. Et ſequitur. Ciuitas ſolis vocabitur vna. Similiter de domib⁹, Domus Virgilij, & ſic de alijs. Tertius vero titulus dicitur triumphalis: & hic continet ordinem & cauſam triumphi. Talis autem titulus antiquitus ſcribi ſolebat in quibuſdam arcubus ciuitatum, ſicut ẽt adhuc patet in Roma. deſcriptio igit̃ cauſæ & ordi- F nis illius triumphi, dicebatur titulus triumphalis. Talis aũt fuit titulus iſte, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, qui fuit poſitus a Pilato, de quo titulo Eſa. 19. prophetatũ erat. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti. ideſt crux in medio habitabilis mũdi, & titulus Dñi iuxta terminum eius. Et licet principalius dici debeat titulus triumphalis, põt ẽt nihilominus dici titulus memorialis & p̄conialis. Primo.n. dici põt titul⁹ memorialis, tãq̃ nobis memorãs Chr̄i mortẽ cum cã ſua, vt ſit ſenſus: Iõ Ieſus crucifix⁹ eſt, quia Rex Iudæorũ erat. Et quia mirabili vita & doctrina cõprobauit ſe eſſe ſuper mundanũ Regẽ oĩum illũ G confitentium eſſe Deum. Secundo dici p̄t præconialis, quia laudem cõtinet ſuæ dignitatis & regiæ p̄tãtis & floridæ ſanctitatis. Tertio quoq; põt dici triumphalis, quia de diabolo, morte & mundo triumphans regnum æternum pro omnibus confitentibus & laudantibus ſanctiſſimũ Ieſu nomen victorioſiſſimè acquiſiuit. Secũdo cõſideremus literalẽ variationem. Secũdũ enim Io. in p̄dicto. c. hic titulus erat ſcriptus Hebraicè, Græcè & Latinè propter tria. Primo propter ſingularẽ eminentiam, ſecundo ꝓpter ſpecialem notitiam, tertio propter generalem victoriã. Primo enim factũ eſt hoc ꝓ- H pter ſingularẽ eminentiam. Nã ſ̄m Auguſ. ſuper Io. Hæ linguæ in mundo ſingulariter eminebãt. Hæbraica quidẽ propter Iudęos in lege Dñi gloriantes: Græca vero ꝓpter gentiũ ſapientes: Latina propter Romanos tũc ferè oĩbus gentibus imperãtes. Secũdo ꝓpter ſpãlem notitiã, vt ſ. mõſtraret̃ ꝙ legis myſteria, mundi ſapiẽtia, & mũdana potentia atq; omnia mundi regna ei ſeruitura erant. Primum in Hebraicis, ſecundum in Græcis, tertium vero in Latinis literis deſignat̃. Tertio vero ꝓpter generalẽ victoriã, vt innueret̃ ꝙ ſic Chriſtus tũc ꝓ oĩbus patiebatur,

*Pſalmographi.*

*Primus titulus.*

*Titulus ſecundus.*

*Titulus tertius.*

*Titulus memorialis.*

*Diuerſo idiomate conſcript⁹ eſt titulus Crucis Chr̄i & quare.*



A tiebatur, ſic pro oĩbus triũphabat in cruce. Et ſic verificaret̃, quod 2. c. ad Phil. Apoſto. ait. Omnis lingua confiteat̃, quia Dñs nr̄ Ieſus Chr̄s in gloria eſt Dei p̄ris. Tertio.n. cõſideremus diuinalẽ diſpenſationẽ. Occulta enim ꝓuidentia & ſapiẽtia Dei multa ĩ gloriã ſuã facit per eos, qui eius gloriã nõ intendunt. Nã mirũ equidẽ eſt, qua intẽtione Pilatus talẽ titulũ voluerit ſcribere & ſuperimponere Cruci Chr̄i, & quare ſic trib⁹ ſolẽnioribus linguis: licet.n. ſpãlis eius intentio non oĩno ſit nobis nota ſiue certa: apertiſſimè tñ conſtat, ꝙ hoc factũ eſt ordinatione diuina ad gloriã Dñi Ieſu Chr̄i. Et quan- B tũ ex dictis & factis Pilati cõprehendi põt, videt̃ ꝙ quædã grandis, licet cõfuſa æſtimatio Chriſti fuerit mẽti eius impreſſa, ex qua ipſum multotiens liberare conatus eſt, ex qua ẽt tã nobilẽ titulũ ſibi ſolenniter ſcripſit, & ex qua ad quãcunq; inſtantiam Iudæorũ aliud ſcribi petentium, quod ſcripſerat noluit retractare, nec in aliquo variare. Vnde Io. 19. ſubinfert̃: Dicebãt ergo Pilato põtifices Iudæorũ, noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudęorũ. Rñdit Pilatus: quod ſcripſi, ſcripſi. Qua- C ſi dicere velit, ſicut ſcriptum eſt, ſic ſtabit. i. indelebilẽ titulum appoſui, quia indelebilis erit memoria eius, ſicut Prouer. 10. ſcriptum eſt: Memoria iuſti cum laudibus, & nomẽ impiorũ putreſcet? Eſt igit̃ diuina diſpenſatione ſancitum, vt hic titulus triumphalis ſuper crucem Domini poneretur, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. In quo titulo tota ſpes noſtræ ſalutis inſinuatur, ſecundum quòd triplex eſt ſpes noſtra. Prima veniæ, ſecunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima ſpes veniæ indicatur cum dicitur, Rex Iudæorum, id eſt confitentium. Secunda D ſpes gratiæ ponitur cum dicitur: Nazarenus; qui floridus interpretatur: flos enim ſpem fructuum euidenter deſignat. Tertia vero ſpes gloriæ demonſtratur in hoc ſanctiſſimo nomine Ieſus, qui ſaluator interpretatur. Ipſe enim ſolus ſaluat in ſe ſperantes. Et hoc titulo prima Religioſitas, qua dicitur nominis magnificati, apertius demonſtratur. In qua quidem oſtenditur nomen Regis Ieſu dulcoroſum, gratioſum & glorioſum. Dulcoroſum propter ſpem venię, gratioſum propter ſpẽ gratiæ, glorioſum propter ſpem gloriæ.

*In titulo Crucis triplex ſpes nr̄a conſtituta eſt.*

*IESVS quid ſignificat.*

ARTICVLVS PRIMVS. E

### *De quadruplici dulcedine, quæ acquiritur in ſpe nominis regis Ieſu.*

PRimo quidem nomen Regis Ieſu dulcoroſum eſt propter ſpem veniæ: quia ſicut prædictũ eſt, Rex Iudæorum, i. confitentium & pęnitentium nuncupatur. Quadruplex.n. dulcedo propter ſpem veniæ de noĩe Regis Ieſu ab anima pęnitentis ſentit̃. prima eſt dulcedo remiſſionis, ſecunda eſt dulcedo renouationis, tertia eſt dulcedo conſolationis, quarta eſt dulcedo defenſionis. F

*Dulcedo quadruplex.*

### *Quod propter virtutem nominis Ieſu, peccatori crimina relaxantur. Cap. 1.*

PRima autem dulcedo eſt remiſſionis. Magna quippe dulcedo eſt animæ peccatrici in hoc ſanctiſſimo noĩe Ieſu ſentire tantam eſſe virtutem, vt in illo remittantur ſibi omnia peccata ſua. Audiamus hoc, atteſtãte Io- G anne Apoſtolo. 1. Io. 2. Scribo vobis filioli, qm̃ remittunt̃ vobis pc̃tã vr̃a ꝓpter nomen eius. Sicut enim grauiter æſtuãti, & longo ſitis ardore ſuccẽſo, fons frigidus ſalubris & gratus efficit̃: ſic mentibus iniquitate depreſſis nomẽ Ieſu culpæ grauedinẽ & pc̃ti mærorem expellit. Dr̄ enim Act. 22. Baptizare & ablue peccata tua inuocato noĩe Ieſu. Dic ergo aĩa peccatrix: Et ego Dñe Ieſu nomẽ tuũ inuoco, propter quod mihi peccatorũ adſit remiſſio. Oro Dñe Ieſu, vt adĩplere digneris prophetiæ præconiũ: quia ſi hoc feceris propter nomen tuũ Dñe propitiaberis pcõ meo: multũ eſt enim & ẽt copioſum. Sic enim habemus in alia transla- H tione conſcriptũ. Verè multum per omnẽ modum: cui & ſi non parcere debeas rõne meriti mei, ſed propitiare obſecro propter ſanctitatem noĩs tui. Et verè copioſum eſt peccatũ meũ, quod curſu tẽporis, defectu corporis, progreſſu ætatis non minuitur, ſed augetur: & niſi tua ſubueniat bonitas, mea ſemper augebitur iniquitas. Et iterũ. 1. Ioan. 2. idem Apoſtolus ait: Filioli, hoc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris. O conſiſtoriũ mirabili ordinatione ſancitum: peccator pœnitens plorat: plorans poſtulat, filius

*De hoc noĩe Ieſus vide Ger. par. 1. ſer. de Circũ. Vide Biel ſerm. de Circũ. & lib. 3. ſen. diſt. 6. q. vnica ar. 3. dub. 4.*

*Simile.*

A impetrat pater cõdonat & ſpirituſſanctus
mentem lætificat. Sed hoc pro certo no-
ſcas tunc de peccato veniam percepiſſe,
quando poſt culpæ deteſtationem & gemi
tus, cor tuum nequaquam ſenſeris vitiorũ
illecebris & imaginatione perſtringi: vnde
quidam prudenter ait: Tunc demum no-
bis præterita vitiorum contagia remiſſa cre
denda ſunt, cum fuerint de corde noſtro
præſentium voluptatum deſideria pariter
paſſioneſque depulſæ.

B *Quod ex virtute nominis Ieſu in homini-
bus renouantur mores. Cap. 2.*

SEcunda eſt dulcedo renouationis, quæ
remiſſionem ſectatur. Nimia nempe
vetuſtate ſordentes peccatores fuerũt
Corinthij, quibus. 1. Corinth. 6. propone-
bat Apoſtolus dicens: Sed abluti eſtis, ſed
ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in no-
mine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Macula
quidem deformauit animam veſtram, ſed
abluti eſtis: libido contraxit immunditiam
magnam, ſed ſanctificati eſtis. Reatus obli-
gauit ad pœnam ſempiternam, ſed iuſtifi-
C cati eſtis in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti.
quilibet extitit liber a malo. alibi dicit, a
reatu liber. Et vos, dilectiſſimi ciues & a-
mantiſſimi fratres, depoſitis mẽdacijs, per-
iurijs, blaſphemijs, alijs pompis & nefarijs
ludis: partialitatibus & luxurijs, rapinis &
vſuris, & cæteris operibus malis: atque oĩ-
no mẽtibus renouatis induimini Dñm no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, vt Chriſtianã con-
uerſationẽ in veſtris moribus oſtẽdatis: In-
duimini inquã Dñm noſtrũ Ieſum Chr̃m,
ſicut lana colorẽ, ſicut aer lucẽ, ſicut ferrũ
ignẽ: lana exterius tingitur, aer interius pe
netrat̃: ferrum vero in ignis naturã interiꝰ
& exterius quodãmodo trãsformat̃. Colo
D rem Chriſti repræſentate in conuerſatio-
ne, lucem in fidei cognitione, ignem in di-
lectione. Sicut enim ferrum in ignẽ miſsũ
magis ignis efficitur quàm ignitum: ſic vi-
ri feruentes charitate vel induti, dixerim
vel imbuti: caritas eſſe videntur potius, vt
emphaticè loquar, quàm charitate ſuccen-
ſi. Sic renouatos vos opto in virtute Dñi
noſtri Ieſu Chriſti dilectiſſimi fratres, ꝗ
omnes videam vna dilectione cõiunctos,
vna charitate ligatos, & vno amore ĩ virtu
te Domini nr̃i Ieſu Chriſti vnitos, promit-
tente Domino Matt. 18. vbi ſunt duo vel
tres congregati in nomine meo, ibi ſum
ego in medio eorum.

*De conſolatione, quam recipiunt mentes ex* E
*deuotione nominis Ieſu. Cap. 3.*

TErtia dulcedo eſt conſolationis: vbi
enim eſt peccati remiſſio & reno-
uatio vitæ, neceſſe eſt vt ſpiritualis
conſolatio ſubſequatur. Tanta enim eſt con
ſolatio animæ quæ lætatur in Chriſto, vt
paupertas pro diuitijs, aſperitas pro deli-
tijs, & vilitas pro honoribus reputentur:
cunctaque ſupplicia pro nomine eius illi
dulcia ſiant, plus ei cathena placet quàm re
gius honor aut corona: propter hoc enim,
vt dr̃ Act. 5. c. Ibant Apoſtoli gaudẽtes a cõ
ſpectu concilij, q̃m digni habiti ſunt pro F
noĩe Ieſu cõtumeliã pati. Igit̃ ſi mentẽ tuã
triſtitiæ caligo demergit: ſi grauis immine-
at aut ꝓcelloſa tẽpeſtas: ſi pernicioſus ĩgeſ-
ſerit ſe turbo ventorũ: ſi maria terrificum
mugitũ & horrendũ deprimant: ſi quatiant̃
litora maris: nauicula quoq; fluctibus ĩplea
tur: Ieſum inuoca, qui in nauibus dormire
putat̃: ipſum, qui nec dormit, nec dormitat,
& plena fide dic ei: Exurge Dñe Ieſu, qua-
re obdormis Dñe, vel es ſimilis dormienti?
Exurgens proculdubio Ieſus vẽto cõmina-
bit̃ & dicet mari, tace, & obmuteſce: venti
confugiento, & complanabunt̃ tumidæ vn G
dæ, fluctuum colles æqualitatis ꝓpriæ ter-
minos nõ excedẽt. ꝓcella cõuertet̃ in aurã,
& tẽpeſtas cõmutabit̃ in ſerenũ. Sed hi, qui
vt dr̃ Prouer. 2. lętant̃ cũ malefecerint, &
exultant in rebus peſſimis, hęc de noĩe Ie-
ſu ſentire non pñt. Rõ enim eſt, qa delecta-
tio eſt cõiũctio cõuenientis cũ cõueniẽte:
quia. n. Ieſus eſt pax q̃ exuperat oẽm ſẽſũ,
*Non ſapit ſuperbo, ꝗ ſemper iurgia quærit.*
Quia eſt munditia ſumma, non ſapit luxu
rioſo, qui ſemper mente & corpore quærit
in luxuria delectari & inuolui, ſicut ſus lo-
ta in volutabro luti. Quia eſt ſumma libe- H
ralitas, non ſapit auaro, qui affectu tẽpora-
lium inſatiabili cupidine flagrat. Quia eſt
ſummè mitis, non ſapit turbulento & ira-
cundo. Quia eſt ſumma lætitia & hilaritas
ſempiterna, non ſapit accidioſo & ſpiritui
triſti, qui deſiccat omnium virtutum oſſa.
Quia vero eſt charitas conſummata, nõ ſa-
pit inuidioſo. Quia quoq; eſt temperantia
ſumma, non ſapit ingluuiei dedito, cuius
Deus venter eſt. Sapit enim animæ mundę,
animæ ſanctæ, animę charitatis feruidæ: qa
talis cum propheta Abachuc. 3. c. dicere po
teſt, Ego autem in domino gaudebo & ex-
ultabo in Deo Ieſu meo.

Quod



A *Quòd ex virtute nominis Ieſu ani-
mæ a dæmonibus defenſan-
tur. Cap. 4.*

QVarta eſt dulcedo defenſionis, quia
nomen Ieſu conſolatos defenſat.
Falleris, qui putaſti nomen Ieſu ad
tutelam non habere virtutem, ſed diuinam
virtutem & fortitudinem exinanitam per
carnem fuiſſe. Non eſt virtus in carne fra-
gili liquefacta, ſed potius occultata. Ibi ab-
ſcondita eſt fortitudo eius, vt non tantum
carneus eſſet Yſachar, ſed oſſeus. Alioquin
ad eius imperium dęmonia de obſeſſis cor
poribus non exiuiſſent: nec ſuperbæ pote-
B ſtates, niſi ſuperueniſſet fortior, exclamaſ-
ſent Matth. 8. Quid nobis & tibi Ieſu fili
Dei, cur veniſti huc ante tempus torquere
nos? Et vt maiorem hoc nomen ad tuam
defenſionem poteſtatem habere comprę-
hendas: non voluntatis fuit illa confeſſio,
ſcilicet dęmonum, quæ remunerat bonos;
ſed neceſſitatis extorſio, quæ coarctat inui-
tos. Veluti ſi fugitiui ſerui Dominum ſuum
poſt multum temporis videãt, nil aliud ni-
ſi pro verberibus differendis exorant. Igi-
tur ſi conſtipentur acies, ſi cõſiſtant caſtra,
ſi exurgat aduerſum te pręlium, non formi
des periculum: nomen Ieſu ſonet in corde
C deuoto, nomen inuoca virtuoſum: quia vt
dicitur Exo. 15. cap. Omnipotens nomen
eius currus Pharaonis & exercitũ eius ꝓ-
ijciet in mare, & ſic liberatus eſt populus
Dei. In huius quoq; myſterium Ieſus Naue
ſucceſſor Moyſi fortis in bello iã nominis
Ieſu virtute nõ propria de hoſtibus trium-
phabat, vt ſcribitur Ioſue 10. Ad hoc exhor
tandũ audi prælij ducem concrepantem in
ſpiritu. 2. Thimo. 2. dicentem. Fili mi con-
fortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu.
quaſi dicat, Arma tua ne reijcias ex timore.
Sequit̃, labora ſicut bonus miles Ieſu Chri-
ſti, quia vt idem. 2. Tim. 2. cap. ait. Non co-
D ronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Si
igitur viribus renouatis & anima conſo-
latione rpeleta alacrius ad pugnam regre-
deris, inuocato nomine Ieſu fugiunt par-
tes aduerſæ. Nequeunt damnata tartareæ
noctis fantaſmata tanti nominis lucem,
tantamque odoris fragrantiam ſpurciſſi-
mi ſpiritus illi atque tantam poteſtatem
Ieſu Chriſti nominis ſuſtinere. Pro-
pterea. 10. c. Hiere. ad Dominum
ait: Magnus tu, & magnum
nomen tuum in for-
titudine.

ARTICVLVS SECVNDVS. E

*De quadruplici gratia, quæ effundi-
tur per nomen regis Ieſu.*

SEcundo principaliter nomen regis Ie-
ſu eſt gratioſum propter ſpem gratiæ:
quia dicitur Nazarenus, ſicut prædictũ
eſt. i. floridus. Sicut enim mare omnium *Compara-*
aquarum eſt principiũ originale: cuius af- *tio.*
fluentia procedens de plenitudine ſua ri-
gat abundantius vniuerſum, nullum in ſe
ſentiens detrimentum, ſed ſemper effluẽs,
ſemper remanet plenum: ſic in vno Domi-
no Ieſu Chriſto accipere debes eius gratiæ
plenitudinem, ſcit effluere, non deficere: F
nouit diſtribui, non deſtitui: non ad defe-
ctus inopiam, ſed ad profectus copiam ex-
hauriri. Propterea Ioan. 1. c. ſcriptum eſt: *Gratia*
De plenitudine eius accepimus omnes & *quadru-*
gratiam pro gratia. Quadruplicis enim gra *plex.*
tiæ ſpem animæ experitur in nomine Ieſu
Chriſti. Prima eſt gratia illuminans, ſecun
da eſt gratia inflammans, tertia eſt gratia
roborans, quarta eſt gratia liberans.

*Quòd per radioſum nomen Ieſu intelle-
ctus in ſecretis cęleſtibus illu-
minatur. Cap. 1.* G

AD ſpem primæ gratiæ ſubleuat no
men Regis Ieſu, quia dicitur gra-
tia illuminans. Illuminatur enim
intellectus ad deuotam inuoca-
tionem nominis Ieſu Chriſti: quia, vt ſcri-
bitur Zacha. 6. c. Oriens nomen eius, id eſt
veluti ſol irradians humanam mentẽ. Sicut
enim ſol iſte materialis diffundens radios
ſuos oſtendit ea, q̃ in mundo ſunt, dum ma-
terialẽ exhibet claritatẽ: ſic ſolare nomen
Ieſu mentes irradiat, vt videant ea, q̃ ſunt
in Deo ſecundum perſpicuam veritatem.
Non em̃ illuminat hoc nomẽ in ſuperficie H
tm̃, faleriſq; verborum & viridantiũ volu-
ptate vernula foliorum: ſed medullis ſen-
ſuũ, ſed claritate rõnum, ſed veritate ſñia-
rum. Vnde in principio Apoc. habet̃: Apo-
calypſis Ieſu Chriſti, quẽ dedit illi Dñs palã
facere ſeruis ſuis. Apocalipſis em̃ reuelatio
interpretat̃, q̃ per Ieſum Chriſtũ facta eſt in
morte Dñi ſciſſo velo. Vnde Io. 9. Cęcus il-
luminatus myſticè ait: Ille homo, qui dr̃ Ie-
ſus, lutũ fecit & vnxit oculos meos & dixit
mihi: vade ad natatoria Syloe, & abij & la-
ui & vidi. viſio. n. ꝑtinet ad cognitionẽ, vn- *Exẽplum*
ctio verò ad exultationem. Nouimus enim *naturale.*
dici,

A dici, quoniam ſi quis oleum in ore tenue-
rit & ad aquarum profunda deſcendens il-
lud exſufflauerit : reddit aquæ ſuperficiem
clariorem & abſcõdita producit in lucem.
In tenebris vſq; adhuc ſumus. Caligat ocu-
lus, ceſpitat greſſus, attrectat manus, nec
recedit nubilum : non nobis manifeſtatur
occultum, non recipimus viſum, niſi Ieſus
ſuæ fulgentię lumine radioſo, vel radio lu-
minoſo notum faciat in cordibus nomen
ſuum. Lumen eſt enim nomen Ieſu, quod
in æthere cordis noſtri myſtica reſerat, ſicut
lumẽ ſolis materialia manifeſtat. Vnde Ber-
nar. Nonne huius nominis luce Deus voca
uit nos in admirabile lumen ſuum : dictio-
B num connexio mihi miniſtratur exterius p
ſermonem : ſed niſi Ieſum docentem inte-
rius habeam, vocis occultam ignoro virtu-
tem. Nam ſicut ſcribitur Ioan. 1. Ipſe eſt,
qui illuminat omnem hominem veniẽtẽ
in hunc mundum. Et quid mirum, ſi doceat
liber vitæ, ſi reuelat magiſter diſcipulis ar-
cana ſapientiæ? in quo ſecundum Apoſto-
lum ad Coloſſen. 2. ſunt omnes theſauri
abſconditi ſapientiæ & ſcientiæ Dei. In
hoc ſiquidem libro illi patres antiqui per
meditationem & contemplationem ſic ſtu
debant, ꝙ diuinis myſterijs eruditi litteris
C mortuis & palpitantibus non egebant. Tu
verò quãto magis a terra ſubtraheris & ad
alta ſuſtolleris, dum ad Ieſum conuertis in-
tuitum mẽtis, recipis lumen verum. Nam,
vt dicitur Matth. 17. Apoſtoli ad montis ſu
percilium iam aſſumpti, & in mentis ſpe-
cula iam cõſtituti, leuantes oculos neminẽ
viderunt, niſi ſolum Ieſum. Propter hoc
erat olim in gloria populus Iudæorum, qa
notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum no
men eius. Nunc verò quia perdiderunt Ie-
ſum, cęcitas perſeuerat in eis. nunc intuen
tur ſolam faciem Moyſi claritatem, ſolam
habent ſuperſtitionis ſuperficiem, non ſa-
D pientiæ veritatem: aridi lumine veritatis ſo
lum imbuti littera, quæ occidit.

*Quanta charitate inflammatur ani-*
*ma ex dilectione nominis re-*
*gis Ieſu. Cap. 2.*

SEcundam gratiam ſperare debet ani-
ma in nomine regis Ieſu, quę nomina-
tur inflammãs. ſecundũ.n. Bernar. per
nomen Domini venitur ad rem nominis:
quia per cognitionem ſui nominis, venitur
ad dilectionem & fruitionem ſui nominis.
Hinc pſal. ait: Confitebor nomini tuo Do-
mine, quoniam bonum eſt. Super quo ait E
Auguſtinus. Nomen Domini bonum eſt,
quia ipſum bonum eſt, quo boni ſumus, vt
ipſum diligamus & totũ cor ponamus ad
eum laudandum & amandum. Hinc etiam
Cant. 1. cap. ſcriptum eſt: Oleum effuſum
nomen tuũ, iõ adoleſcẽtulę dilexerũt te ni-
mis. Qđ exponens Orige. ait: Planum eſt, ꝙ
ad effuſionem olei ſequitur loci impingua-
tio, in quo facta eſt olei effuſio. Sic neceſſa-
rium eſt, vt cordibus in quibus fuerit nomẽ
Domini frequentatum, pinguis deuotio
ſubſequatur, quæ adoleſcentulas. i. nouas
animas in penitentię labore ad currendum
poſt dilectũ ardẽtiſſimè excitet in amore. F

*Quanto roboratur vigore humana*
*mens ex virtute nominis Ieſu*
*Chriſti. Cap. 3.*

TErtiam quoque gratiam in nomine
Ieſu anima ſperare debet, quæ robo
ratio appellatur. Roborat enim ſpi-
ritus in virtute huius nominis ad omnia a-
ſpera perferenda. In cuius myſteriũ Act. 21.
Propheta Agabus tulit zonam Pauli, & al-
ligans ſibi manus & pedes dixit: virum, cu-
ius zona hæc eſt, ſic alligabunt in Hieruſa-
lem Iudæi & trahent in manus gentium.
Tunc reſpondit Paulus & dixit: Ego non G
ſolum alligari, ſed etiam mori in Hieruſa-
lem paratus ſum propter nomen Domini
Ieſu. ecce cohortis humanæ centurio. Dux
chriſtianæ militiæ, non fractus periculo, nõ
ſuperatus prælio, virtute dimicans, non fu-
ror cedit gladijs, ſed magis hoſtibus dat pa
uorem. Sic deſpicit vniuerſa ſupplicia, ſicut
ſolet herba putrefacta contemni: & ſicut
adamas ferri deſpicit ſectionem : minas &
verbera tyrãnorum ludum extimat puero-
rum. Quoniam præmium erat ei, diſſolui
& eſſe cum Chriſto & in carne permanere
certamen. Stans igitur miles inuictus de- H
poſito animæ & corporis torpore, fragili-
tatem noſtram conſolidat & prouocat pro
nomine Ieſu ad viriliter dimicandum, vt
membra quæ ſunt voluptatum ocio per-
mollita patientiæ exercitio roborentur, &
ſui ducis prouocentur exemplo de victo-
ria iam ſecuri. Hinc ad Roma. 8. ait: Certus
ſum enim, quòd neque mors, neque vita,
neque angeli, neque principatus, neq; vir-
tutes, neque inſtantia, neque futura, neque
fortitudo, neque altitudo, neque profun-
dum, neque creatura alia poterit nos ſepa-
rare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu
Domi-

*Nomine Ieſu Chriſti corroboratur mens humana.*



A Domino nr̃o. Hic eſt equus, qui terram vn-
gula fodit, exultat audacter, in occurſum
pergit armatis, contemnit pauorem, non
metuit vulnera, non diſcrimina, neque ſan-
guinem, neque mortem : alacri ac ſecuro
corde pericula ſubit armatus nomine Ieſu
Chriſti. Simili ardore nominis Ieſu Chriſti
flagrabat in corde ille puſillus grex duode-
narius eccleſiæ primitiuæ. Vnde virtute il-
lius tot fregit & vicit genera beſtiarum:
quod iugo nominis Ieſu Chriſti ſubdidit
differentias nationum. Verè bellatores in-
cliti, quia flecti non poterant, ſed occidi p-
hibentes teſtimonium verbo Dei & teſti-
B monium Ieſu Chriſti cum propheta dicen-
tes, In nomine tuo ſpernemus inſurgentes
in nobis.

*Quòd ad deuotam inuocationem no-*
*minis Ieſu Chriſti homines a*
*grauibus periculis libe-*
*rantur. Cap. 4.*

QVarta autem gratia ſperanda in no-
mine dulcis Ieſu, liberans dicta eſt.
Scimus enim, quòd impoſſibile eſt
mentem diuerſis cogitationibus non pro-
pulſari : ſed in nobis eſt pro parte maxima
C cogitationum diuerſitatem ſub diſciplinæ
regula reformare. Si enim memoriter no-
men Ieſu tenuerimus in mente : iam penè
ſpirituales effecti tam faciliter noxia non
euagabimur cogitatione: Semper enim de
tanti ſuauitate nominis aliquid memoriæ
commendandũ, quod ruminatum iugiter
paſcat auidius appetitum. Et licèt ipſum no
men Ieſu ſub effectibus varijs imprimere
memoriæ valeamus, ſcio ꝙ multum expe-
dit & iuuat ipſum imprimere ſub triumpha
li titulo & bñficio paſſionis, vt iuxta Apo-
ſtolum ad Heb. 12. Aſpiciamus in autorem
D fidei & conſummatorẽ Ieſum: qui propoſi-
to ſibi gaudio ſuſtinuit crucem omni con-
fuſione contempta. Aliqua ſaltem diei ho-
ra recogitem⁹ dominicę paſſionis inſignia,
ad fruendum ſuauiter in cõſcientia, recon-
dendum fideliter in memoria, proſequen-
dum firmiter actionis induſtria. Prorſus tã-
tæ pietatis exhibitæ ſatis eſt impium obli-
uiſci, cum peregrinantis atq; recedẽtis ami
ci pręſentiam ſub memoria cuiuſdam ſigni
teneamus. Ad hoc ergo nomen cordi effi-
cacius imprimẽdum, ait Apoſtolus ad Co-
loſſen. 3. Omne quodcunque facitis in ver-
bo, aut in opere: omnia in nomine Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti facite. Ex hoc enim E
mens imbuta atque habituata ſancto no-
mine Ieſu Chriſti in omni ſubitaneo caſu
atque inſtanti periculo eructabit verbum
bonum, atque inuocabit nomen Domini
noſtri Ieſu Chriſti : ipſo Domino teſte, qui
Matth. 12. ait: Bonus homo de bono the-
ſauro cordis ſui profert bona. Sicut expe-
rientia docente videmus, ꝙ qui nomẽ dia-
boli aut blaſphemias ex conſuetudine fre-
quentat in ore: occurrẽte repẽtino aut peri
culoſo caſu idipſum euomit ex cõſuetudi-
ne, dicente Domino vbi ſupra, Malus ho-
mo de malo theſauro cordis ſui profert ma
la: quia ex abundantia cordis os loquitur, F
vt idem Matth. 12. c. atteſtatur. Ex habitu er
go abundantis theſauri nominis Domini
Ieſu mens in repentino periculo inuocans
nomen eius in adiutorium ſentiet ſibi Ie-
ſum eſſe præſentem, ſcriptura atteſtante,
quæ Exo. 20. c. ait: In omni loco, in quo fue
rit memoria nominis mei, veniam ad te.
Hinc in perſona huiuſmodi propheta ait:
Tribulationem & dolorem inueni, & no-
men Domini inuocaui. Et in perſona Do-
mini idem inquit; Inuoca me in die tribu-
lationis : eruam te & honorificabis me. Et
vt verba Caſſiodori ſenis & monachi ve-
nerabilis inſeramus, hic prophetæ verſus,
Dirupiſti Domine vincula mea : tibi ſacri- G
ficabo hoſtiam laudis, & nomen Domini
inuocabo: tantum virtutis creditur habe-
re, vt non nullis diceretur poſſe homini-
bus peccata dimittere, ſi eum quis in fine
vitę ſuæ interna confeſſione deuoto corde
congeminet.

*Hominis Ieſu inuocatio.*

*Caſſiodorus monachus.*

ARTICVLVS TERTIVS.

*Quòd nomen regis Ieſu ex quattuor*
*maxime oſtenditur glorioſum.*

TErtiò principaliter nomen Regis Ie- H
ſu eſt glorioſum propter ipſam ſpẽ
glorię, quia ponitur ibi Ieſus: qui ſi-
cut prædictum eſt, ſaluator vel ſalus inter-
pretatur. Quia vt dicitur Act. 4. Non eſt in
alio nomine ſalus. propterea, iuxta illud
Apoſtoli, Glorificetur nomen Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti : quatuor enim oſtendunt
nomẽ regis Ieſu mirabiliter glorioſum. Pri
mò, quia eſt nomen deſiderabile: ſecundò,
quia eſt nomen delectabile: tertiò, quia eſt
nomen admirabile. quarto, quia eſt no-
men venerabile.

Quartum

A

## *Quantum deſiderabile ſit nomen regis Ieſu. Cap. 1.*

*Ieſus nomen deſiderabile.*

PRimò enim nomen Ieſu eſt deſiderabile. Niſi enim deſiderium in anima prouocaret, Eſa. 26. non affirmaret dicens: Domine nomen tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ meæ. Et iterum ſcriptum eſt: Anima mea deſiderauit in nocte. ſ. in ſecreto cubili, & in quiete mentali. Et iterum in perſona talis feruētis animæ Propheta ait: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarū, ita deſiderat aīa mea ad te De⁹. B Sitiuit aīa mea ad Deum fontē viuum: quādo veniā & apparebo ante faciē Dei? Ceruus nempe inardeſcenti deſiderio ſitibundus ſerpentes naribus attrahit, & veneno hauſto fontem aquarum celerrimè petit, & aqua dulciſſima & puriſſima ſatiatus ſerpētis venena deponit. Quid mirum, ſi nos q veteris ſerpentis venena hauſimus: qui vitijs quotidie inflammamur: qui ſaltem peccati fomite cōtinuè ad illicita inclinamur ad Ieſum, qui vt dicitur Ioan. 4. fatigatus ex itinere cum muliere Samaritana loquēs ſuper fontem ſedet, cordis inardeſcēti deC ſiderio currimus & venimus? Verè enim eſt fons viuus, fons aquarum multarum: fons cuius non deficiunt gratiarum aquæ Ieſus Chriſtus Dominus Deus noſter, ſemper irriguus, ſemper plenus: fons vnde largiſſimæ fluunt aquæ gratiarum atq; fluenta & cordis noſtri ariditatem reficiunt, ſicut Eſa. 12. cap. ſcriptum eſt. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Ieſu: vel ſicut alia littera habet, ſaluatoris. De tuo ſiquidem nomine dulciſſime Ieſu Chriſte, vbertate ſemper irrigua funduntur aquæ copioſiſſimæ ſalutares: quæ non ſolum ſitim temperant peccatorum, ſed magis prouocant deſideD rium, & æſtuare faciunt ad fruitionem dilecti, donec inuenerint quod requirunt.

## *De ſupernaturali ſuauitate, quam deuotæ animæ experiuntur in nomine regis Ieſu. Cap. 2.*

*Pſal.*

*Nominis Ieſus ſuauitas.*

SEcundò verò nomen Ieſu eſt delectabile. Quis enim ignorat, quòd ſi deſiderium in Ieſu nomine impleatur, delectat animam? Propterea pſal. ait: Pſallite nomini eius, quoniam ſuaue. Tanta eſt enim ſuauitas nominis Ieſu Chriſti: qua ꝑ interni guſtus experientiam palatum cordis afficitur, quòd oris labijs non profertur. E Vnde Apoc. 2. cap. Angelo tertiæ Eccleſiæ ſcriptum eſt. Vincenti dabo manna abſconditum: & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum ſcriptū, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Manna q;dem abſconditum, eſt Ieſus, qui pęnitentes & agozinantes in ſolitudine mundi, & in certamine carnis prælibatoria quadam & diſpoſitoria ſuauitate reficit & oblectat. Quod quidem abſconditum ideo dictum eſt: quia dulcedinis illius plenitudinem, quę ſolos beatos remunerat: in hoc exilio nullus expectat. F Sed quod modo nobis eſt abſconditum, fiet completa victoria manifeſtum. Datur quoque calculus candidus ꝑ Ieſum: lapis precioſus, quem carbunculū vocant. Lucet enim in tenebris cōſtitutus, ſicut carbo ſuccenſus. Et in calculo nomen nouum ſcribitur, cum nominis Ieſu notitia & dulcedo interiora penetrans, labijs cordis infunditur. Quod quidem per ſolā experientiam guſtus ſpiritualis agnoſcitur: quia virtutē huius nominis nemo ſcit, niſi qui accipit. Vnde Eſa. 42. cap. ſcriptum eſt. Vocabitur tibi nomē nouum, quod os Domini nominauit. Sed aduertendum eſt, ꝙ G hanc ſuauitatē in duobus expreſſit. ſ. in dulcedine cibi olim patribus dati: & in candore calculi: quoniam totam animam replet & interna lętitia ac ſpiritualium ſuauitatū influentia quantum ad affectum, & diuinarum theoriarum reſulgentia quantum ad intellectum. Hoc autem fit, quando mens in ſublimi contemplationis apice conſtituta tranſcendens humanam & angelicā hierarchiam ad diuinas theorias aſcendit: vbi ſuper ſplendētibus vnita radijs rationes rerum conſiderans illuminatur imperſcrutabili abyſſo ſapientiæ Dei: & tandē præ ni- H mio claritatis exceſſu veluti alter Moyſes in montis vertice cum Deo in nubila caligine diuini luminis abſorbetur. Ibi eſt ſuauitas in affectu, quæ miniſtrat deuotionis pinguedinem: ibi gratia cognitionis internæ, quæ miniſtrat pabulum & alimoniam refectionis æternæ, ſicut pſal. 88. ſcriptum eſt: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabūt tota die. Ait enim, Domine in lumine tuo: Ecce cognitio. Ambulabūt: Ecce cōſolatio. Æqualitas enim & conformitas in pedum ambulatione, mulcebritatem affectionum deſignat, quæ eſt in ſpirituali conſolatione. Et in nomine tuo. Ecce deuotionis expreſſio.

*Pſal. 88.*

Exulta-



A Exultabunt tota die. Ecce ſuauis refectio. Sed horum omnium, ſecundum Apoſto. ad Rom. 7. cauſa eſt gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Cum igitur ad nomen Ieſu feruenter afficeris, eius dulcedine affluenter reficeris, & præſens futuræ gloriæ fructum iam dulciter experiris: Quoniam, vt ait pſ. Gloriabuntur in te. ſ. per participationem gloriæ, omnes, qui diligunt nomen tuum.

## *Quanta admiratione ſit dignum ex ſua virtute nomen Ieſu. Cap. 3.*

B

*Nomē Ieſu admirabile.*

TErtio autem eſt nomen Ieſu admirabile. Quod maxime ex delectatione dependet. Notanter autem Eſa. c. 9. dicit: Nomen eius admirabile. Ieſus enim admirabilis vocatus eſt, vbi verbum caro factum eſt. Tria namq; trahunt animum in excelſum, cum fuerint ſimul iſta: Deus & homo: mater & virgo: fides & cor humanum. vt quantumcunq; protendas puriſſimā oculorum aciem: ſi non habueris per gratiam organi ſuauitatem, videre non poteris exceſſiuam improportionabilis luminis claritatem. Si enim in ortu ſolis, cum effulget ſuper emiſperium noſtrum claritatem radioC rum eius nequis aſpicere: ſed reuerberaris lumine orientis: quomodo ſolis iuſtitiæ, ſplendorem videlicet nominis Ieſu per vniuerſa climata mundi rutilantis, quis poterit comprehendere? Propterea Gen. 32. c. in huius myſterium colluctanti Iacob dicit Angelus magni conſilij Ieſus Chriſt⁹: Cur quæris nomen meum, quod eſt admirabile, ſtupet cœlum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit, ratio nō agnoſcit incarnationis myſterium, & nominis Ieſu incomprehenſibile ſacramentum, quod pacem in terris, gloriam in cęlis, ſalutem perditis, vitam mortuis inextimabili D pietate diſpenſat. Verè igitur nomen mirabile, quod verbis mirificatur & ſignis, quod ſub modio latere non potuit, ſed ſupereffulſit: licet renitentibus gentibus & Iudæis, q̄a virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium Ieſu Chriſti Domini noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis, Act. 4. c. Gratia magna, quæ vniuerſam infunderet creaturam, omnem oſtenderet medicinam, dicente Domino, Matth. vlt. Signa autem eos, qui in me crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: & ſi mortiferū quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. E Longum quippe eſſet proſequi mirabilia & miracula, quæ in hoc noīe facta ſunt, etiā temporibus noſtris, quotidieq; fiunt. Memoriā fallunt, ſermonem excedunt, & in mirandis mirabilibus tanti noīs oīs lingua vel Angelica, vel humana reperitur penitus inæqualis. Vnde Propheta volens, nec valens explicare mirabilia eius, quaſi ſubſiſtens in illo noīe, pedemq; retrahens ait: Dn̄e Dn̄s noſter, quam admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Nam in terra viuentiū mirabilis huius nominis gloria: & in terra morientium & pereuntium mirabilis huius nomiF nis iuſtitia, vt iuxta Apoſt. ad Phil. 2. In nomine Ieſu oē genu flectat, cęleſtium, terreſtrium, & infernorum: Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

## *Quanta veneratione ſit dignum nomen Domini Ieſu, quadrupliciter demonſtratur. Cap. 4.*

QVarto eſt nomen Ieſu venerabile: & G merito propter omnia ſupradicta. Verè enim venerabilis reuerentia, & veneratio veneranda, ſiue reuerenda, vt dignitas tanti nominis honoretur in terris: quod phalanges hierarchicæ venerantur in cęlis. Propterea Origenes ait: Nomen Ieſu, nomen eſt glorioſum omni cultu digniſſimum. Tam ſingularis reuerentiæ eſt nomē Ieſu, ꝙ ab eius venerabili laude nullus excipitur ſtatus, nullus excluditur locus, nullū præſcribitur tempus, nullum remouendum eſt opus. Primo enim nullus excipitur ſtatus. Vnde Propheta ait: Reges terræ, & omnes populi principes & iudices terræ: iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Dn̄i, quia exaltatum eſt nomē H eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cęlum & terram. Reges terrę ſe regentes, & voluptatibus corporum imperantes dicuntur. & populi, quicunq; ſunt in vnū ad honorandum nomen Dn̄i Ieſu Chriſti in veritate fidei cōgregati. Principes & iudices, Angelici ciues ſunt, principantes per potentiam, iudicātes per ſapientiā. Iuuenes, ſunt charitate feruentes. Virgines caſtitate fulgentes. Seniores, a voluptate deficientes, & libidine refrigeſcentes. Iuniores, ſunt balbutientes. Laudēt inquit: nomen Domini, vt nullus ſtatus, nō dignitas, nō ſexus, nō ætas ab eius laude intelligatur excludi. Quia exaltatū eſt nomē ei⁹ ſolius, iuxta illud Apoſtoli ad Phi. 2. De-

*Nomē Ieſu venerabile.*

dit

A dit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ. Confeſſio eius ſuper cœlũ & terram: hęc autem confeſſio laudem illam deſignat, quæ tanto nomini perhibetur in terris, quæ celebratur in cœlis: tamen non immerito ſuper vtranq; conſiſtit: quia nec cęleſtia, nec terreſtria poſſunt illis laudibus æqualia reperiri. Secundo, ab eius laude nullus excluditur locus. Vnde Eſa. 24. c. ſcriptum eſt: In doctrinis glorificate Deum, & in inſulis maris nomen Dei Iſrael. vbi eſt enim locus, vbi non ſit diffuſum nomen dulcis Ieſu? vt verificetur, quod ſcriptum eſt Can. 1. c. Oleum effuſum, nomẽ tuum. Propterea Apoſtolus præco glorioſi nominis Ieſu, diffundebat B hoc venerabile nomen vbi non fuerat nominatum, ne fundamentum conſtrueret ſuper ædificium alienum, iuxta quod Domin⁹ Act. 9. dixit de Paulo ad Ananiam: Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meũ coram gentibus & Regibus & filijs Iſrael. Inde eſt, quod vel tibi Domine Ieſu poſſumus cum propheta teſtimonium perhibere dicentes: Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ. Sicut enim in toto orbe terrarum tui nominis reuerentia dilatatur, ſic in eccleſia, quæ per totum mundũ diſtẽditur ipſi deuotio laudis offerť & miniſtratur.

*Nominis Ieſu dilatatio.*

C At ſi forte calumnieris, hoc nõ fuiſſe impletum, quia necdum pio nomini Ieſu fidei cultu ſubiectum videas genus humanum? ſaltem confitearis colendum, iuxta prophetæ ſententiam: Omnes gentes quaſcunq; feciſti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. Et ne locum aliquem credas excluſum, audi eundem prophetam dicentem: A ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen Domini. Tertio ab eius laude nullum præſcribitur tempus. Nam ſicut nec localiter circunſcribitur, ita nec temporaliter diffinitur. Propterea ſit nomen Domini benedictum ex hoc D nunc & vſq; in ſeculũ, vt in hoc ſeculo prædicetur nomen, quod in æternitate vberius laudatur. Et ſicut ipſe æternus eſt, quem omnes in vnum creaturę laudãt & cõmendãt, ita & laus eius nominis perſeuerat, ſicut pſ. inquit: Sit nomen Domini benedictum in ſecula: ante ſolem permanet nomen eius. Quid enim eſt ante ſolem, niſi ante omnem mutabilem creaturam? Nam ſicut ſcriptum eſt, Ioan. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. & verbum caro factum eſt. Et iterum Luc. 12. Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur. eſt igitur nomen, quod permanet in æternum. E Quarto ab eius laude nullum remouẽdum eſt opus. Vnde Apoſt. ad Colo. 3. ait: Omne quodcunq; facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite. Optimus enim ordo eſt, vt totius vel verbi, vel operis a nomine Ieſu nobis origo & initium ſumatur, & in Ieſum conſumatio referatur. Nam & per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum orationes eccleſiæ terminantur. Quare ſi dormitum accedis, ſi inde reſurgis: ſi cibum vel potum ſumere incipis, aut deſinis: ſi ſcribis, vel legis, ſeu aliquid aliud operaris, nomen Ieſu, ſeu Ieſu Chriſti reuerentialiter interponas, exẽplo Pauli, qui hoc ſeruabat. F Vnde Act. 9. c. ſcriptum eſt: Diſputabat autem Paulus in ſynagoga per omne ſabbatum interponens nomen Domini Ieſu: ſuadebatque Iudæis & Græcis hoc nomen in vſu. O igitur nomen Ieſu exaltatum ſuper omne nomen, o triumphale nomen, o gaudium Angelorum, o lætitia iuſtorum, o pauor inferorum: in te omnis ſpes veniæ, ĩ te omnis ſpes gratiæ, in te omnis ſpes gloriæ: o nomen dulcoroſum, tu peccatoribus veniam præſtas, tu mores renouas, tu mentes diuina dulcedine reples, tu fantaſma pellis: o nomen gratioſum per te alta myſteria reuelantur, G per te ad diuinum amorem animæ inflammantur, roborantur in pugna, & a cunctis periculis liberantur. O nomen glorioſum, nomen deſiderabile, nomen delectabile, nomen admirabile, nomen venerabile. Tu dulciſſimum nomen Regis Ieſu ſic paulatim ad cœli faſtigia per gratiarum cariſmata mentes fidelium ſurſum rapis, vt omnis, qui ad deuotionem huius nominis intrant, virtute eius gloriam inueniant & ſalutem, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui cũ Patre & Spirituſancto glorioſus regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

*Nominis Ieſu encomium.*

H

## DOMINICA OLIVARVM
### Infra diem.
*De contemptu mundi.*
## Sermo L.

ECce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, Mat. 12. Tria etenim ſolent homines maxime affectare, opes, voluptates, & honores. De opibus praua, de voluptatibus turpia, de honoribus

*Tria ſolẽt hoĩes præcipue affectare.*



A noribus vana procedunt. Propterea 1. Io. 2. clamat Apoſtolus admonens & dicens: Nolite diligere mundum, neq; ea, quæ in mundo ſunt. Quod poteſt eſſe aliud thema. Et cauſam ſubdens ait: Omne, quod eſt in mũdo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. primũ pertinet ad luxuriam, ſecũdum ad auaritiã, tertiũ vero ad ſuperbiam adaptatur. Hinc ad contemptum mundi, vt Dominus omnes ſuo hortaretur exemplo, fecit quod verbum propoſitum ait: Ecce Rex tuus venit tibi mãſuetus, ſedens ſuper aſinam: vbi ſecunda Religioſitas demonſtratur, quę dicitur mundi B contempti, ſeu vilificati. In qua Dominus ad triplicem mundi contemptum exemplo ſuo hortatus eſt. primo ad contemptum diuitiarum ibi, Ecce Rex tuus. ſecundo ad contemptum delitiarum ibi, venit tibi manſuetus. tertio ad contemptum magnificentiarum ibi, ſedens ſuper aſinam. Vere enim cõtemnendus eſt mũdus, ſi conſideretur mundanorum, primo natura, ſecundo culpa, tertio pęna, eo quod eius natura eſt fugibilis, eius culpa odibilis, & eius pęna horribilis.

### ARTICVLVS PRIMVS.

C

*De triplici mundanorum natura, propter quam contemnendus eſt mundus.*

PRimo quidem contemnendus eſt mundus, ſi conſideretur mundanorũ natura fugibilis. Conſidera enim primo naturam diuitiarũ, ſecundo naturam delitiarum, tertio naturam magnificentiarum.

*De triplici natura malarum diuitiarum, propter quam contemnendæ ſunt. Cap. 1.*

D

*In diuitijs tria reperiuntur.*

PRimo enim conſidera naturam diuitiarum. In eis reperies tria, ſcilicet laborem, timorem, & dolorem: laborem in acquirendo, timorem in poſſidendo, & dolorem in relinquendo. Primo inuenies laborem in acquirendo. Semper enim proditor mũdus quietem promittit poſt diuitias acquiſitas, & nihilominus ſemp cruciat in labore & erumna, in vigilijs plurimis, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, in mortibus frequenter, pręter illa, quæ extrinſecus ſunt inſtantia, quotidiana ſollicitudo poſſeſſionũ, anxietas lucrorum, E & cum his omnibus inſatiabilitas terrenorum, ſicut Eccleſiaſtes 5. c. ſcriptum eſt, Auarus non implebitur pecunia. Sæpe enim ad literam contingere ſolet, quod Eccleſiaſtes 4. ait: Vnus eſt, & ſecũdum non habet: non filium, non fratrem: & tamen laborare non ceſſãt. Nec tamen ſatiãtur oculi eius diuitijs, nec cogitat, dicẽs, Cui laboro & fraudo animam meã bonis? Hinc Eccl. 2. de auaro dictum eſt: Cũcti dies eius pleni ſunt laboribus & erumnis. Propterea Prouer. 23. c. Salomon admonet, di. Noli laborare, vt diteris, ſed prudentiæ tuę. .i. prudenti ſollicitudini impone modum, ſcilicet menſuram. F Cum labore quietem promittebat proditor mundus illi, de quo Dominus Luc. 12. cap. parabolice ait: Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe, di. Quid faciã, quod non habeo, quo congregem fructus meos? Et dixit, hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora horum faciam, & illic congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi & bona mea, & dicam animæ meę: Anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, & epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetam a te; quę autem paraſti, G cuius erunt? Et ſic dimiſſis diuitijs & nõ habita requie, quam ſibi promittebant, damnatus obijt infęlix, nec poſt hanc cogitationẽ de bonis ſuis comedit. Secundo inuenies timorem in poſſidendo, licet promittant ſecuritatem. Expoſitus eſt mundus periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. Hinc Seneca ait: Diues, quem tu fęlicem cunctis admirantibus credis, ſæpe dolet, ſępe ſuſpirat: multi illum comitantur, mel muſcę ſequuntur, cadauera lupi, frumentũ formicę, H prędam ſequuntur turba iſta, non hominem. Diues enim quotidie potentũ violentiam timet, ſuſpectam habet ſemper familiarium fidem, ſemper imminentes pauet inſidias exterorum, cum retinet, maledicitur: cum tribuit vanis & adulatoribus irridetur. Et mens conſcia non minus irriſione ſua, quam maledictione aliena offenditur: ſemper acerba, ſemper triſtis, ſemper puſillanimis, ſemper pręſentium cura oppreſſa, & timore futurorum anxia. In bonis præſentibus non confidens, ſed ſemper mala imminentia timens. Tertio inuenies dodolorem in relinquendo, licet mundus longam

[A] gam promittat vitã in poſſidendo. O quantus dolor, o quantus mȩror, quando diuitiæ perduntur: maior ſatis, cum tolluntur: Sed amaritudo eſt amariſſima, cum per finem vltimum relinquuntur. Vnde Iob 27. Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet. Aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Et iterũ Propheta ait: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Cum enim canis vnus per viam ſequitur duos, cuius illorum duorum ſit, apparere non poteſt, donec illi ab inuicem ſeparentur. Sic diuitiæ temporales, nõ apparet cuius ſint, hominis, aut mundi: Sed cum mundus ab homine ſeparatur, tũc [B] manifeſte apparet, quod proditor mundus illas non dedit, ſed mutuauit. Sed doloroſius eſt, quod Propheta teſtatur: Relinquent alienis diuitias ſuas. Hinc quoque Eccleſiaſtic. 6. ait: Vidi malum ſub ſole, & quidem frequens apud homines: vir, cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiam & honorem, & nihil deeſt animæ eius ex omnibus, quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Propterea Dominus vt contemnendas eſſe diuitias demonſtraret, cum eſſet Rex orbis terrarum, quia in propria venit & ſui eum non [C] receperunt, licet cum tanta gloria fuiſſet receptus, & Rex Iſrael, Ioan. 12. acclamatus, tamen in ſero non reperit, qua hoſpitaretur in domo. Vnde Chryſ. Hinc intelligendum eſt, quod Dominus tantæ fuit paupertatis, & ita nulli adulatus fuit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inueniret manſionem: ſed in vico paruulo, apud Lazarum, ſororesq; eius habitaret.

*De triplici natura delitiarum, propter quam contemni debent. Cap. 2.*

*Delitię decipiunt.*

[D] SEcundo conſidera naturam delitiarum, & reperies, quod decipiunt, faſtidiunt, & tranſeunt. Primo enim decipiunt: ſemper namque ſatietatem promittunt, & eſuriem tribuunt, iuxta ſententiam Chriſti, Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterũ. Sæpe enim cadit muſca in mundi ferculum præoptatum: nunquam enim in præſenti vita tota proſpera fortuna venit. Eſto quod pecunia quis abundet, ſed ſanguinis vilitas eum plene gaudere non ſinit. cecidit ibi muſca. Alium nobilitas generis clarum facit, ſed paupertas eum premit: Ignotus mallet eſſe quam notus. cecidit ibi muſca. Eſt alius vtroq; prædictorum ornatus, ſed orbatus liberis, alieno cenſum nutris hȩredi. [E] cecidit ibi muſca. Eſt & alius, q & ſi multitudinem habeat filiorum, rebelles & iniquos ferre non poteſt. cecidit ibi muſca. Ducit qs vxorem forma decoram: magna fit lætitia, magnus ibi ornatus & apparatus multus: ſed inter illos animorum concordia quã rara ſit, quis ignorat? immo ſæpe contingit, ꝙ matrimonium, quod concordiam generare debuerat, odij & diſcordię fomitem ſubminiſtrat. Et tanto iam intolerabilius ſimul viuere incipiunt, quanto & diſcordes ab inuicem ſeparari non poſſunt. Hinc rixæ quotidianæ & iurgia crebreſcunt: poſt dura verba, dira ſæpe verbera ſubſequuntur. Neuter [F] alterũ effugere poteſt: vna domus, vna menſa, vnus lectus, & quo nihil durius eſt, nec concordem ſocium, nec hoſtem ſeparatum habere poſſunt. Nam ſicut his, quibus in charitate mens eſt vna, nihil obſtat, etiam ſi corpore ſeparati ſunt: ita magnum tormentum eſt his, qui corporaliter ſociati ſunt, ſi animo conuenire non poſſunt. cecidit ibi muſca: & ſic in omnibus mundi ferculis muſca cadit.

*Delitiæ faſtidiunt.*

Secundo faſtidiunt, licet promittant delectationem. Nonne faſtidiunt & nauſeam prouocant delicata cibaria, ornata indumẽta, quæcũq; luxuria, & omnia mundi [G] oblectamenta? Propterea Eccleſiaſtes 2. c. ait: Dixi in corde meo, vadam, & affluam delitijs & fruar bonis: & vidi, quod eſſet vanitas. Et iterum Iob 30. c. de hoc rationem aſſignans ait: Eſſe ſub ſentibus delitias computabãt. Tertio trãſeunt, licet ſtare promittant. Vnde 1. Ioan. 2. c. clamat Apoſt. diſcooperiens proditorem mundum, di. Tranſit mundus & concupiſcentia eius. Sunt enim delitiæ ſicut fumus, aut vapor: ſeu velut ſpuma, vel vmbra. Hinc ad delitijs deditos ait, Iohel. 1. c. Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate oẽs, qui bibitis vinum in dulcedine, qm̃ perijt ab ore veſtro.

*Delitiæ tranſeũt.*

[H] Ebrij etenim ſunt laſciuijs & delitijs dediti, qui ſe inebriant de calice Babylonis, & in dulcedine vinum ſecularis iucunditatis bibunt. Quod quidem ideo ab ore eoru perijt, quia anteq̃ vſq; ad ſatietatem perueniunt, iucunditatẽ temporalẽ amittunt. De hoc quoq; delitiarũ vino. c. 23. Prouer. ſcrip. eſt: Ne reſpicias vinũ, cũ flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius. Vitrum quippe eſt fragilis vita præſens, quæ cito frangitur & perit delitiarũ vinũ. Et iterum Amos 6. c. Væ vobis, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de armenti medio: qui canitis



[A] nitis ad vocem Pſalterij, ſicut Dauid. Putauerunt ſe habere vaſa cantici bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti: & nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph. Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrationis, & auferetur factio laſciuientium. Et iterum Propheta ait: Mane, ſcilicet delitioſæ adoleſcentiæ, ſicut herba tranſeat. In tranſitu autem breuitas: in herba vero infructuoſitas, ſiue inutilitas demonſtratur. herba enim inutilis eſt ſine fructu. Et ſubdit, mane, ſcilicet floridę iuuentutis floreat. Et tamen poſt florem non fructum faciat, ſed tranſeat. Veſpere, ſcilicet [B] ſenectutis decidat a delitijs mundi. Non voluntarie tamen, ſed inuitus relinquat eas. Induret, ſcilicet præteritis culpis, & areſcat per vltimum finem mortis. Vt ergo oſtenderet Chriſtus per manſuetudinis patientiam deſpiciendas eſſe delitias, cum in mane cum tanta gloria ſuſceptus fuiſſet, ac per totum diem in prædicatione, & in alijs bonis operibus laboraſſet circunſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim, ſicut Matth. 11. cap. dicit: Nec inuenit Hieroſolymis, qui ſibi guttam aquæ offerret. Propterea, vt proditorem oſten[C]deret eſſe mundum in delitijs ſuis, vt ſic dicam, mundi delitias feſſus, & famelicus aufugit. Et ſic ſuo exemplo delitias contemnendas eſſe oſtendit.

*De triplici magnificentiarum natura, propter quam merito ſpernendæ ſunt. Cap. 3.*

*De malis qui proueniũt a magnificẽtia*

TErtio conſidera naturam magnificentiarum, & in eis reperies ſeruitutem, dolorem & timorem. Primo enim inuenies in eis ſeruitutem, licet promittant libertatem. O quot ſub[D]iectionibus ſubditi ſunt Domini, & magnates, quot condeſcenſionibus, licet conſcientia renitatur: quot etiam ſupportationibus, & diſſimulationibus, licet mens eorum diſplicentia repleatur. Ergo, ſicut Seneca ait: Minor eſt quàm ſeruus, qui ſeruos timet. Et propterea ſedit Dominus hodie ſuper aſinam ſubiugalem, afflictam & inhonoratam, vt aperte inſinuaret, quòd magnificentia mundi aſina eſt. Subiugalis, propter viliſſimam ſeruitutem, quia quo ſuper plures ambitioſus ſatagit dominari, eo neceſſe [E] habet pluribus ſubiugari. Eſt afflicta propter anguſtias, maxime cordiales, quas velit nolit neceſſe eſt ei pati. Eſt etiam in honoribus inhonorata, quia ſæpe tales a perſonis etiã viliſſimis deſpecti ſunt, vt verificetur quod Propheta ait: Opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et iterum cap. 30. Eſa. ait: A fiducia vmbræ Ægypti, id eſt, tenebroſi mundi, erit ignominia. Et merito, ſicut Bernar. ait: Homo natus eſt ad laborem, non ad honorem. Secundo reperies in magnificentijs dolorem, licet gaudia, & hilaritatem promittat. Offert enim mundus magnatibus cantica, & choreas in [F] tympano, & choro: in cordis, & organo. Tamen quot dolores, quot mærores, quot anguſtiæ ſæpe occultæ in talium corde vigent, ſicut Prouerbio. 14. cap. ſcriptum eſt. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Propterea ne mens in tali vano gaudio euaneſcat, conſulit Eccleſiaſtic. 4. cap. dicens: In die bonorum, ne immemor ſis malorum, vt ſic gaudium temperetur. Vnde & Dominus hodie, vt doceret eſſe mundanam lætitiam contemnendam, & mundanam triſtitiam poſt lætitiam a proditore mundo expectandam, cum hodie populus decantaret, & ei mundanam lę[G]titiam demonſtraret, amarè fleuit. Vnde & Lucæ 9. ait: Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper illam dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu, ſcilicet, ſicut & ego, fleres. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo: & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terrã proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidẽ. Ex his igitur patet, ꝙ licet plerunq; in taliũ ambitioſorum exaltatione honores magni [H] impendãtur, & fiãt feſta, & gaudia magna: Attamẽ eueniet eis ſicut de puerorũ ludo. Nã qñq; in platea accenſo palearũ igne lætãtur & ſaltãt, ludũt & tripudiãt, dũ ignis hilaritatẽ, vigorẽ, atq; feruorem prętẽdit. Tandẽ eo deficiente mingunt ſuper ipſum, ſaltant ſuper eum, pedibus conculcant, diſſipant, & conſumunt. Tertio reperies timorem, & pericula, licet promittant ſecuritatem: proditorie ſuadet mundus, dicẽs: Quære ſublimitatẽ, quia quanto eris ſublimior, tanto eris ſecurior. Et tñ quãto in ſublimiori hominẽ collocauerit gradu, tanto

A eum maiori timore cruciat, & moleſtat, ſicut de ipſo mundo prodente Pſal. ait: Poſuiſti firmamentum eius formidinem. Et iterum Iob 15. de tali exaltato ait: Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cũ pax ſit, ſemper inſidias ſuſpicatur. Vnde Seneca inquit: Peius eſt dominis, quàm ſeruis: illi vniuerſos, hi vero ſingulos timent. Eſt etiam quandoque mundus ſimilis Iudæ, qui ſalutando & oſculando ſuis inimicis ad necem tradidit Saluatorẽ: ſic proditor mundus magnates quandoq; in manus inimicorum ſuorum prodit ſub oſculo tranquillitatis, & pacis, dicẽs: Quẽcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ,
B & ducite caute. In cuius myſterium dum populus Chriſtum Regem clamabant, Phariſæi eius mortem tractabant, ſicut Io. 12. demonſtratur. Ex his igitur patet, quòd magnificentias ſuo exemplo contemnendas eſſe monſtrauit.

## Articvlvs Secvndvs.

### *De triplici mundanorum culpa, propter quam mundus contemni debet.*

SEcundo cõtemnendus eſt mundus cõſiderata mundanorum culpa odibili.
C Cõſidera enim primo culpam diuitiarum, ſecundo culpam delitiarum, tertio culpam magnificentiarum. Non quòd iſta poſſint habere culpam, ſed amatores earum ex inordinato affectu.

### *De triplici culpa diuitiarum, propter quam contemnendæ ſunt. Cap. 1.*

*Diuitiarũ abuſus in anima.*

PRimo conſidera culpam diuitiarum. Tres enim culpas in anima operatur abuſus diuitiarum. prima eſt obcęcatio, ſecunda eſt
D inquinatio, ſeu corruptio: tertia eſt obliuio. Prima pertinet ad intellectum, ſecunda ad affectum, tertia ad memoriam. Prima culpa obcæcatio nuncupatur. Excæcatur enim intelligentia propter diuitias, cum intellectus a Deo ſe auertens flectitur ad terrena. Et de talibus Propheta ait: Repleti ſunt, qui obſcurati ſunt, terræ domibus iniquitatum, id eſt, iniquitatibus, & ponit genitiuum pro ablatiuo more Græcorum. Qui obſcurati, id eſt, excæcati ſunt, domibus terræ, id eſt, propter domos terrenas, ac terrenis, & tranſitorijs bonis plenas: quaſi dicat, propter acquirenda terrena, ac propter inordinatum affectum eorum obſcurati ſunt, & excæcati, & peccato repleti. E Rationem vero huius alibi demonſtrat dicens, Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Et Eſa. 45. Accinxiſti te, ſcilicet temporalibus bonis, & non cognouiſti me. Secunda culpa eſt inquinatio. In qualibet enim mortali culpa inquinant diuitiæ fragiles peccatores. Primo in ſuperbia, vnde Eccleſiaſtici 21. Domus, quę nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia. Et iterum Propheta ait: Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Secundo in ira. Vnde Hiere. 1. Vox belli in terra, id eſt, in hominibus, qui dediti ſunt terrenis. F Vnde Gen. 13. c. de Loth, & Abraam ſcriptũ eſt, Quòd erat ſubſtantia eorum multa, & non quibant habitare cõmuniter. Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregũ, Loth & Abraã. Tertio in inuidia. vnde Prouerb. 28. ſcriptũ eſt: Qui feſtinat ditari, & inuidet alijs, ignorat quòd egeſtas ei ſuperueniet. Quarto in accidia. Vnde Hiere. 48. cap. ait: Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fęcibus ſuis. Quinto in gula. Exemplum de diuite Epulone, de quo Lucæ 16. Dominus ait: Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. G Sexto in luxuria. Hinc Hierem. cap. 5. ait: Saturaui eos, ſcilicet, diuitijs, & mæchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Septimo in auaritia, ſicut Eccleſiaſtici 13. ſcriptum eſt: Qui tetigerit picem, id eſt, ſubſtantiam temporalem inordinate dilexerit, coinquinabitur ab ea. Ad quod oſtendendum mira ſapientia Dei in precioſis metallis apertius demonſtrauit, quando ſtatuit quòd argentum, cæteraque metalla ſe contingentes etiam corporaliter inquinarent. Propterea Ezech. 7. etiam ait: Aurum eorum erit in ſterquilinium. H Sterquilinium quidẽ diſperſum vtile eſt: agros enim vberes reddit. Congregatum vero non tantũ eſt inutile, magis autem inquinat, & fætet: Sic diuitiæ diſperſæ fructiferum reddunt agrum humani cordis: congregatæ vero amatorem ſuum inquinant. Tertia autem culpa eſt obliuio: inducunt enim diuitiæ ad Dei obliuionem. In cuius myſterium Gen. 8. Effraim, & Manaſſe dicuntur germani fuiſſe fratres. Effraim quidem frugifer, ſeu creſcens interpretatur, per quem creſcens in diuitijs ſignificari poteſt. Manaſſe autem interpretatur obliuio, vt merito

*Effraim, et Manaſſe, quid ſignificant.*



A to indicetur, quòd diuitiarum mũdialium incrementum, & Dei obliuio inſimul ſociantur. Propterea Dominus per Oſeam 13. cap. ait: Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt: eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. Propter has ergo multiplices culpas diuitias Dominus ſuo exemplo contemnẽdas demonſtrauit, dum proprium ſuum regnũ, cum a populo Iudaico eſſet electus, & acclamatus Rex, noluit acceptare.

### *De triplici culpa delitiarum, propter quam ſpernendæ ſunt. Cap. 2.*

*Ex delitiarũ abuſu tres culpæ generãtur in aĩa noſtra.*

B SEcundo conſidera culpam delitiarum. Tres enim culpæ generantur in anima ex earum abuſu. prima eſt pronitas, ſeu fragilitas: ſecunda eſt carnalitas, tertia eſt inſenſibilitas. Prima culpa eſt pronitas, ſcilicet ad malum, ſeu fragilitas. Eneruant enim delitiæ mentales vires, ſicut Deuter. 33. c. miſtice ſcriptum eſt. Dan fluet largiter ex Baſan. Dan enim cauſa, & Baſan pinguedo interpretatur: quia ex cauſa, quam dant delitiæ, & temporalis pinguedo, homo largiter in peccata fluit, id eſt, facit incedere per viam latam, quę ducit ad mortẽ, de qua Matth. 7. c. Dominus ait: Spatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi in-
C grediuntur per eam. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniũt eã. propter hanc etiam abundantiam delitiarũ in bonis deficiunt, & in malis proficiunt multi. Defectum autem bonorum ipſa rerũ natura oſtendit: nam ad maturitatẽ non venit nimia fęcunditas fructuum, & pomorum: ſegetem ẽt nimia pinguedo deſtruit. Profectus etiam malorum patet: quia propter eam multæ quoque patrantur iniquitates. Hinc Pſal. ait, Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: trãſierunt in affectum cordis. Et iterum Hiere. 2. c. ſcriptum eſt: Impinguati ſunt, ditati, & prįeterierunt ſer-
D mones meos peſſime. Hinc Deuteron. 32. cap. ſcriptum eſt. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo. Secunda culpa eſt carnalitas: luxuriant enim rebus plerumq; fęcundis: ex abundantia pluuiæ putreſcunt blada. O quot opera carnalia ex delitiarum abundantia generantur, quot fornicationes, quot adulteria, atque inceſtus, quot etiam ſacrilegia, & ſodomiæ, ſicut Ezech. 16. cap. ſcriptum eſt: Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius, & filiarum eius. E Tertia culpa eſt inſenſibilitas. Fiunt enim homines animales ex delitijs multis: nec ſenſum habent virtutum, nec horrent aliquod vitium, nec alliciuntur præmijs æternorum bonorum: ſupplicia etiam non perhorreſcunt infernorum, Deum non timent, nec homines reuerentur. Vnde de talibus. 1. Corin. 2. Apoſtolus ait: Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim illi eſt, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur: hi contemptores ſunt omnium inſpirationum, omnium correctionum, & omnium prædicationum, ac ſermonum Dei, inſenſibiles, & deſpectores facti omnium donorum eius. F Ad tales ait Dominus, Hierem. 22. cap. Locutus ſum ad te in abundantia tua. Dixiſti, Non audiam. hæc eſt via ab adoleſcentia tua, quia non audiſti me. Similes nempe ſunt illi gallinis, quæ meſſis tempore in paleario facta fouea quærunt, & cibum inueniunt, ſeu paſcuntur in vinea maturis vuis. Tales enim cum ad domum a domina ſua, id eſt, a diuina ſapientia euocantur intentę paſcuis non audiunt. Sic tales intenti, immo immerſi delitijs mundi: aures habent, & non audiunt. G Hinc Salomon, Prouerb. 30. Deum orabat, dicens: Tantum victui meo tribue neceſſaria, ne forte ſatiatus alliciar ad negandum, ſcilicet, quòd ſit altera vita illectus, & deceptus ab iſta. Propterea vt Dominus ſuo exemplo contemnendas eſſe delitias demonſtraret, per totam hanc diem infatigabiliter laborauit: licet mundus delitias illi offerret, ſicut Matth. 21. cap. ſcriptum eſt: Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: Alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

*Delitiarum abũdãtia plerũq; obeſt*

*Exemplũ*

### *De triplici culpa magnificentiarum, propter quam deſpici debent. Cap. 3.*

H TErtio conſidera culpam magnificentiarum. Commune enim prouerbium eſt, Honores mutant mores. Et maxime propter tria mala, quæ ex vſu earum generantur in anima. primum eſt diſtractio, ſecundum inebriatio, tertium infatuatio. primum ad intelligentiam, ſecundum vero ad voluntatem, tertium ad memoriam dinoſcitur pertinere. Primo enim ex honoribus, & magnificentijs di-

*Prouerbium.*

A ſtractio generatur. Diſtrahuntur enim tales circa hæc temporalia, & in multis: quãdoque etiam ſub pallio diuini honoris, vel proximi pietatis. Scriptum eſt enim, Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. in glo. extra, de cler. coniuga. diuerſis fallacijs. Mentes enim, quæ non ſunt multis virtutibus habituatæ, & roboratæ, cito deficiunt ex multa diſtractione. Propterea conſulit Eccleſiaſtic. 11. dicens, Fili, ne ſint in multis actus tui. Nam ſicut Gregorius ait: Quos multiplex actio occupat, a ſemetipſis alienos eſſe demonſtrat. Diſtrahuntur ab adulatoribus, qui

*Primum malũ ex diuitiarũ magnificentia.*

B circunſtant. Nemo talium magnatibus aperit veritatem, nemo ſinit eos cernere peccata ſua, ſed in illis laudantur & commendantur, ſicut Propheta ait: Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Et iterum Oſeæ 9. de talibus ait: Memphis ſepeliet eos. Memphis enim interpretatur ex ore: & recte adulatores deſignat, quia peccatum hominum, & maxime magnatum ſepeliunt adulationibus ſuis. Ex hoc ſequitur, quòd ſic a ſe, & a ſuis ſunt multipliciter diſtracti, quòd in ſuperbiam eriguntur, & excæcantur, ſicut de quolibet tali Iob 5. cap.

C ſcriptum eſt. Operuit faciem eius, id eſt, cognitionem illius: craſſitudo, id eſt, tumentis elatio ex oleo adulatorum procedens. Secundum autem malum ex his magnificentijs ſequens, eſt inebriatio. Inebriatur enim anima tumens ex pompa & faſtu, ſicut homo ex immoderato potu. Vnde de talibus Propheta ait: Aſcendunt vſque ad cœlos, ſcilicet per gloriam, & honorem: & deſcendunt vſque ad abyſſos, per multiplicationem grauium peccatorum. Atque rationem ſubiungit, dicens: Anima eorum in malis tabeſcebat, id eſt, in peccatis reſoluebatur: quia fa-

*Secũdum*

D cti ſunt ſicut ea, quæ turpiter dilexerunt. Vnde ſubditur, Turbati ſunt & moti ſunt, ſicut ebrius & alienatus, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt, ſcilicet, naturalis, moralis, & ſpiritualis, quam habebant, deperdita eſt. Tertium malum, quod ex magnificentijs ſequi ſolet, eſt infatuatio. Infatuatur enim mens ex abuſu earum, atque perditur memoria, & iudicium veritatis, ſicut de tali Eccleſiaſtic. 34. ait: Quaſi qui apprehendit vmbram, & ſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia. Et iterum Propheta inquit: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, ſcilicet, qualis fuit, qualis eſt, &

*Tertium malum.*

E qualis futurus ſit. Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. comparatus eſt inquam iumentis inſipientibus. ecce infatuatio. Quorum ſicut & iumentorum, Deus venter eſt. quemadmodum ad Philippen. 3. Apoſtolus ait: Et ſic ſimilis factus eſt eis, ſcilicet terrena ſapiens, non diuina, ſecundum illud Apoſtoli ad Rom. 8. c. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ ſunt carnis ſapiunt. Sed tandem ſequitur, quod Propheta ſubdit: Hæc via illorum ſcandalum ipſis, i. talis honorata, & infatuata vita eis occaſio eſt ruinæ, ſicut alibi Propheta ad Do-

F minum ait: Decidiſti eos, dum alleuarentur. Has igitur deſpiciendas magnificentias Dominus demonſtrauit, cum ſuper aſinam ſedit: oſtendens quòd mundi magnificentiæ aſinum ſtolidum in diuinis efficiunt. In cuius myſterium quidam figurantes fortunæ rotam inferius ſtatuunt hominem integrum & perfectum: in aſcẽſu autem anteriorem partem aſinum, reliquam vero virum: in ſublimi gradu perfectus aſinus collocatur, qui fiſtulam pulſat: in deſcenſu autem anteriorem partem hominem, ſed aſinum ponunt poſteriorem.

*Rota Fortuna.*

G

## Articvlvs Tertivs.

### *De triplici ſpirituali, & culpabili pœna, quam exhibet, maxime in fine mundanorum.*

TErtio cõtemnendus eſt mundus cõſiderata mundanorũ pęna horribili. Et loquor ad pręſens de pęna, nõ de illa qua plectuntur mundani per tẽporalia flagella, aut per ſupplicia ſempiterna: ſed tantum de illa, quæ nõ tantum eſt pęna, ſed

*Quomodo contẽnẽdus eſt mundus.*

H culpa & pęna, quam ſeculi peccatores, maxime in fine vitæ, ſpiritualiter patiuntur: de qua in Pſal. 68. in perſona huius flagellati Propheta ait, Infixus ſum in limo profundi, & nõ eſt ſubſtantia. In quibus ſacratiſſimis verbis mũdani peccatoris, quaſi in lecto cubantis, & corporaliter magisq; ſpiritualiter infirmati, ac per longam conſuetudinẽ obſcurati, & in profundum peccatorũ demerſi, deſcribitur triplex ſpiritualis pœna. prima eſt pœna tenacitatis ibi, Infixus ſum in limo. ſecunda tenebroſitatis, vel cæcitatis ibi, Profundi. tertia debilitatis ibi, Et non eſt ſubſtantia. Prima retinet

*Et nõ eſt ſubſtãtia, i. gratia.*



A tinet voluntatem, ſecunda obtenebrat cognitionem, tertia debilitat facultatem, ita vt peccator infelix in diuitijs implicatus, in delitijs inquinatus, & in magnificentijs profundatus, volendo nolit, cognoſcendo ignoret, & conando nequeat reſurgere a peccatis, & ad viam ſalutis redire.

### *Quomodo mundana, ne homo velit pœnitere, per affectum tripliciter animam retinet in peccatis. Cap. 1*

B PRima ſpiritualis pœna, tenacitas nominatur. Ruens nempe in aquam, inde vel natando, vel eundo, vel aliquo alio facili modo egredi poteſt. At non ſic peccator iſte, qui de ſe lamentabiliter ait: Infixus ſum, propterea me mouere non poſſum: quia in limo, ſcilicet, mundanarum affectionum. Tria enim continet in ſe limus. Eſt tenax, turpis & ſterilis. primo eſt tenax per auaritiam, ſecundo turpis per luxuriam, tertio ſterilis per ſuperbiam. Vnde de his tribus myſtice per ordinem per Eſa. 24. dicitur: Formido & fouea & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. Et erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam: & qui ſe

*Limus in ſe cõtinet tria.*

C explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. Quid enim per formidinem cõuenientius, quàm diuitiæ deſignantur? Ipſæ enim ſemper timere faciunt, ſicut patet ex præcedentibus. Et iterum Seneca ait: Videt pauperem, & ſuſpicatur furem: videt diuitem, & æſtimat prædonem. Quid per foueam, niſi luxuria deſignatur? propterea Prouer. 23. dicitur, Fouea profunda eſt meretrix: quia qui in illa cadit, non facile de ea egrediendo reſurgit. Quid enim conuenientius per laqueum, niſi ſuperbia figuratur? Sicut enim laqueus aues pennatas capit, ſic ſuperbia quandoq; pennatos vir-

D tutibus decipit. Hinc Auguſt. ait: Superbia bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Ex his igitur patet, in quanto periculo ponat abuſus harum temporaliũ rerum: quia maxime in tempore periculi mortis animam, ne pœniteat, retinet in peccatis. Sed vt etiã difficilior appareat infixio hęc in mundanorum limo, ſubdit Eſa. Et qui fugerit a facie formidinis. id eſt, auaritiæ, cadet in foueam luxuriæ. Et qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. id eſt, ſuperbia. Et vere ſic ad literam euenire ſolet: quia multi vitant formidinem auaritiæ, qui cadunt in foueam luxuriæ. Multi vitant lu-

E xuriam, qui tenentur laqueo ſuperbiæ, vt verificetur quod Eccleſiaſtic. 3. cap. inquit: Qui amat peccatum, i. periculoſum mundum periculis plenum, peribit in illo.

### *Quòd ex mundanorum ſtudio, atque cura tripliciter conſcientia impeditur, ne pœnitere ſciat. Cap. 2.*

SEcunda ſpiritualis pęna, tenebroſitas, aut cæcitas appellatur. Ne autem credatur, quòd tales infixi in prædicto limo, ſplendore, calore, & vigore gratioſi luminis perfruantur, id eſt, in conſcientia

F ad iuſtitiam illuſtrentur, inflammentur, & vigorentur, ſuperaddit profundi. Quid enim hoc profundum deſignat, niſi peccatoris mundani conſcientiam in mundialibus profundatam? Eſt igitur profundus locus, tenebroſus, amaritudine plenus, & deſperatus, vt per hoc innuatur quòd talium conſcientia eſt primo obcęcata, ſecũdo amaricata, tertio eſt deſperata. Primo enim eſt obcęcata, vt licet Deus lumen in talem mentem ex ſua miſericordia inſpirare non ceſſet: tamen ſicut cęco Sol exortus non lucet: ſic tali intellectui obcęcato ex inordinato mundi affectu lumen veritatis non ſplendet. Vnde Propheta ait: Super-

*Mundanorũ ſtudio, tripliciter conſciẽtia impeditur.*

G cecidit ignis, ſ. mundani amoris, & non viderunt Solem. Secundo eſt conſcientia amaricata, propterea Iob 38. cap. interrogat Dñm dicens, Nũquid ingreſſus es profundum maris? id eſt, conſcientiæ in peccatis amaricatæ: quaſi dicat, non. Et hoc propter multitudinem peccatorum, & renitentem impietatem, ſiue malignitatem impiæ voluntatis. Tertio eſt conſcientia deſperata, ſicut Prouerb. 18. ſcriptum eſt: Impius cum in profundũ peccatorum venerit, contemnit, ſ. reſurgere. Et ſubdit: Sed ſequitur eum ignominia, & opprobrium.

*Pſal.*

H quia videlicet nunquã inde reſurgens ęternaliter confundetur, ſicut Pſal. ait: Erubeſcant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia doloſa.

### *Quòd mundana tantum aggrauant in peccatis, quòd conſcientia propter tria pœnitere non valet. Cap. 3.*

TErtia ſpiritualis pœna, debilitas nũcupatur. Ne autẽ æſtimetur ꝙ in talibus ſit mũdani affectus, ac peccatorum finis, Propheta in huius perſona ſubdit: Et nõ eſt ſubſtantia, ſ. vt ſubſiſtere poſ-

A ſim. Nam ſicut in profundo limo, & fluido continue profundius in peccatis infigor, propterea Propheta talibus maledicẽs ait: Fiat, id eſt, fiet, via illorum tenebræ, & lubricũ, & Angelus Domini perſequens eos. Viator nempe, cui hæc tria cõcurrunt, non corruere minime poteſt. Qui enim incedit per tenebroſam noctẽ, & per lubricã viã, atq; a perſequẽte fortiter impulſus eſt, nequaquàm ſubſiſtere valet. Hæc etenim tria de meritis peccatorum ſuorum mundanis deditis maxime in fine vitæ diuino iudicio infliguntur. Incedunt enim per ignorantiæ caliginoſam noctẽ: propterea ait Propheta, Fiat via illorum, id eſt, via talium mũdanorum, tenebræ. ſicut alibi idem Propheta

B ait: Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, gradiuntur per lubricam viam. Ideo ſubinfertur, Et lubricum. Vnde ad tales Thren. 4. Hiere. ait: Lubricauerunt veſtigia veſtra, in lubrico platearum veſtrarum a diabolo impelluntur. vnde adiungitur, Et Angelus Domini perſequens eos. Quis namque Angelus iſte eſt, niſi diabolus? qui ideo Angelus Domini appellatur, quia velit nolit imperio Dei ſubiectus eſt, ſicut Iob 4. ait: Ecce qui ſeruiunt ei, nõ ſunt ſtabiles. Hic nempe permittente Deo perſequitur peccatores, vt impellens in infernum deijciat eos, ſicut Eſa. 19. cap. in per-

C ſona Domini teſtatur, dicens: Concurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios, id eſt, Dæmones aduerſus mundanos & impios peccatores, vt lubricantes ad infernum trahant eos. Sicut enim paſtor ſolet perſequi oues, & importune impellere & propulſare, vt ad caulas deducat eas: ita diabolus ad caulas infernales impellit ſuos, in quorum perſona Thren. 3. dicitur: Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucẽ: tm̃ in me vertit, & cõuertit manũ ſuam tota die. De his tribus ſimul Hierem. loquens in perſona Domini de pollutis a di-

D uitijs, & delitijs, & magnificentijs mundi, 33. cap. ait: Polluti ſunt, ſcilicet, in prædictis: & in domo mea, ſcilicet in eccleſia ſancta. inueni malum eorum, dicit Dominus. Idcirco via illorum erit quaſi lubricum, in tenebris impellentur, & corruent in ea. Ex his igitur, quæ dicta ſunt, ſatis poteſt percipi, quæ ſint mundi proditoris naturæ, quàm graues ſint eius culpæ, ac quàm periculoſæ ſint eius ſpeciales pœnæ. Pro quibus omnibus Auguſt. lib. de ſymbolo ait: Ecce tot calamitatibus repleuit Deus mundum. Ecce amarus eſt, & ſic

E amatur. Ecce ſic ruinoſus eſt, & ſic habitatur. Quid faceremus, ſi ſtabilis & dulcis eſſet? O munde immunde: & tenebras pariens ſi tranſiens ſic detines, quid faceres ſi maneres? Si amarus ſic decipis, quem non deciperes ſi dulcis eſſes? Propterea Bern. ait: Sapiens negociator videns in diuitijs pœnalitatem, in voluptatibus fęditatem, in honoribus vanitatem: facit ſarcinam de contemptu mundi, & fugit, iuxta conſilium Hiere. 51. qui omnes hortatur dicens: Fugite de medio Babylonis, id eſt, mundi, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam: Quod nobis opere adimple-

F re concedat ille, qui hodie exemplo ſuo docuit contemnere mundum, Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat glorioſus in ſecula ſeculorum, Amen.

---

## FERIA SECVNDA poſt Dominicam Oliuarum.

### *De animæ dignitate, & de altiſſimis beneficijs a Deo ſibi collatis.*

### Sermo LI.

*Domus impleta eſt odore vnguenti.* Ioan. 12. Triplex eſt enim

G odor, qui hierarchico ordine ſuam fragrantiam ſpirat. primus videlicet Dei ad cor humanum, ſecũdus hominis ad Deum, tertius hominis ad proximũ. Odor enim Dei ad cor humanum eſt quædam tenuis diuinorum inuiſibilium, & ſuperintellectualiũ experimentalis cognitio per inſpirationẽ, non per viſionem facta: quemadmodum cũ odorabile gignit odorem, cum quadam fumali euaporatione ſentitur. Odor autem hominis ad Deum operis meritorij acceptio eſt. Nam ſicut odor bonus delectat, at-

*Odor triplex redolens.*

H que confortat cerebrum, quod eminet in homine: ſic opus meritorium altiſſimo placet. Odor autem proximi ad proximum ſequitur ex prædictis. Et hic eſt quædam bona fama, per quam homo cognoſcitur, qui non videtur: ſicut de re odorabili contingere ſolet. De his tribus odoribus. 2. Corinth. 2. Apoſtolus ait: Odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Ecce primũ. Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo. Ecce ſecundum. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. Ecce tertium. Primus igitur odor, vnde duo alij originem



A originem habẽt, fragrat de vnguẽto, quod fit in vaſculo humani cordis de diuinis beneficijs animæ noſtræ collatis, piſtillo crebræ meditationis. Ex odore enim huius vnguenti tota domus humanæ mentis, tunc vere repletur, cum de beneficijs a Deo ſibi collatis plenius illuſtratur, & ſuauitate repletur, ſic vt Prou. 27. myſtice ſcribitur, Vnguento & varijs odoribus delectatur cor. Et ſic verificatur, quod prædictum eſt, Domus impleta eſt ex odore vnguenti. Et hæc quidem eſt tertia Religioſitas, quæ dicitur *ſpiritus illuſtrati*, quia ad cognitionem dignitatis ſuæ anima illuſtratur. Vt ergo re-

B pleatur domus animæ noſtræ tali fragranti odore, tria beneficia animæ collata, & præparata attentius contemplemur. Primo beneficium creationis, ſecũdo beneficium redemptionis, tertio autem beneficiũ glorificationis. De quibus tribus Lucæ 15. myſtice ſcriptum eſt: Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdiderã. vbi notatur primo creatio, quæ ſignificatur in oue: quia homo a Deo creatus eſt ouis per naturam, ſed errauit per culpam. vnde in Pſal. dicitur: Erraui ſicut ouis, quæ perijt. Secũdo beneficium redemptionis in inuẽtione. Et licet ouem iſtam cariſſimo pre-

*Tria animæ beneficia contemplari poſſumus.*

C cio redemerit, iuxta illud, 1. Corint. 6. Empti eſtis precio magno: hanc tamen emptionem reputat inuentionem, quaſi nihil ęſtimans quicquid dedit pro eius inuentione. In hoc oſtendens immenſum amorem, quem habuit ad hominẽ, iuxta illud Cant. vlt. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Tertio glorificatio, quæ notatur in congratulatione. Et poteſt eſſe thema pro Dominica tertia poſt Penthec. Et iterum pro hac materia in Pſal. 65. Propheta ait: Narrabo vobis omnes, qui timetis Deum, quanta fecit Deus animæ

D meæ. Quod verbum poteſt in præſenti materia aliud eſſe thema.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

#### *De triplici modo, per quem homo poteſt ad cognitionem dignitatis animæ peruenire.*

*Creationis beneficium.*

PRimo conſideremus beneficium creationis: quia ſecundum Bernar. ſermone 49. ſuper Cãt. Quo anima melius cognoſcit ſuã originem, eo amplius erubeſcit vitam habere degenerem. Tria enim auxilium animę

E præſtant, vt peruenire poſſit ad tanti beneficij ſenſum, & implere domum mentis ex ardore huius precioſi vnguenti. primum ęſt Doctorũ inſtructio, ſecundum eſt creatorum ſpeculatio & aſcenſio, tertium eſt diuina illuſtratio. De quibus tribus Cant. 1. Salomon ait: Si ignoras te, o pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Primum auxilium præſtat Doctorum inſtructio. Vnde ait: Si, pro quoniam, ignoras te: o anima pulcherrima mulierum. id eſt, quæ excel-

F lis in pulchritudine omnes creaturas irrationabiles, egredere de abyſſo ignorantiæ tuæ. Egredere inquam per attentam conſiderationem eorum, quæ dicta ſunt per Doctores, qui merito vocantur paſtores: quia cum de dignitate animæ loquuntur, paſcunt intellectum, & reficiunt humanum affectum. Horum quidem tabernacula ſunt eorum ſcripturæ & opera, iuxta quæ animæ ſunt paſcendæ, quia doctrinis eorum adhærendum eſt, ne homo oberret, cum illuſtrati Spirituſancto locuti ſint. Secundum auxilium eſt creaturarum aſcenſio. Et de hoc dicit, Et abi poſt ve-

*Anima, quomodo egreditur per conſiderationẽ*

G ſtigia gregum. Quid enim ſunt greges, niſi diuerſarum creaturarũ ſpecies, quas Dominus tanta multitudine dilatauit, tãta virtute dotauit, ac tanta pulchritudine decorauit? Quid enim eorum veſtigia, niſi cognitiones earum, per quas intelligentia ſubleuatur ad cognitionem animæ, vt capax fiat altiſſimæ dignitatis, in qua Dominus eam per creationem locauit? Ait igitur. Abi poſt veſtigia gregum, id eſt, conſidera corporeas creaturas: & te cognoſce ſuper omnes adeo in dignitate locatam, vt tanto beneficio cognito tuum diligas creatorem. Tertium auxilium eſt diuina illuſtra-

H tio, quæ ex præcedentibus ſolet ſequi. Per hanc enim diuino lumine illuſtratur anima, vt non ſolum ſuam dignitatem cognoſcat: verumetiam toto affectu, omnique ſpirituali ſenſu percipiendo delectetur, & exultet. Et hoc eſt animæ paſcere hædos. Hædus enim cum in tenebris videat, & in die libenter lætetur & ſaltet, fidei intelligentiam notat cum exultatione affectus, quæ merito in anima venire ſolet ex conſideratione ſublimis doni creationis. Et his tribus modis, ſeu auxilijs domus mentis tota repletur ex odore vnguenti.

A *Quòd doctrina Doctorum ſacrorum, auxilium præſtat ad cognoſcendum animæ dignitatem.* *Cap.* 1.

*Ad cognoſcendum animæ dignitatem auxilium Primum.*

PRimum autem auxiliũ ad cognoſcendum animæ dignitatem eſt Doctorum inſtructio, & eruditio. Dimiſſis autem multis, quæ a magnis Doctoribus de anima, & eius excellentia, atque natura dicta ſunt, ad præſens pro primo ſatisfaciat nobis auctoritas Auguſt. qui non longe a principio libri, qui de cognitione veræ vitæ intitulatur, diffiniendo animam ait: Anima eſt B ſubſtantia incorporea, corporis ſui vita, inuiſibilis, ſenſibilis, mutabilis, illocalis, paſſibilis: nec quantitate menſuræ, nec qualitate formæ, vel coloris ſuſceptibilis, memorabilis, rationalis, intellectualis, immortalis. Et hanc ſuam diffinitionem declarans ſubdit: Vel ne hæc diffinitio vacillet, ratio eam pro omnibus roboret. Anima eſt ſpiritualis ſubſtãtia, omne quod alijs vitam ſubminiſtrat, ipſum eſt neceſſe, vt ſubſiſtat. Sed anima vitam corpori tribuit, ergo anima realiter ſubſiſtit. Hanc vero vitã corporis eſſe ipſamet probat, dum præſentia ſua corpus viuificat. C Hæc quidem nobis inuiſibilis, ſed ſpiritibus eſt viſibilis. Hanc etiam ſenſibilem eſſe conſtat, dum oculis colores, vel auribus ſonos, manibus aſpera, vel lenia ſentire præſtat. Eſt quoque mutabilis. Omne enim, quod melioratur & peioratur, mutabile eſt: ſed anima vitijs peioratur, & virtutibus melioratur: ergo mutabilis eſt. Eſt autem illocalis. Omne, quod loco includitur, altitudine, vel latitudine, vel longitudine aeris circunſcribitur. Et hic locus eſt. Sed ratio docuit animam incorpoream eſſe, nec corpus, nec aliquod mem- D brum habere: igitur conſtat illocalem eſſe. Non enim ſpatium aeris occupat, vt corpus: nec corpus, vt aqua vtrem implet. ſed vt calor illocaliter toti igni ineſt: ita anima illocaliter totum corpus poſſidet. Ignis quidem eſt viſibilis, ſed calor inuiſibilis: tamen ſenſibilis, & quodammodo ignem viuificans. ita anima inuiſibilis, ſed ſenſibilis, & viſibile corpus quadam vi ſenſificat, & viuificat. Hæc eſt quoque paſſibilis. Omne enim quod mœrore afficitur, paſſibile eſt: ſed dum ſuæ voluptatis compos non efficitur, dolore mœſtitiæ afficitur: igitur paſſibilis conuincitur. Ab hac quantitas excluditur, dum nec altitudine, nec latitudine, nec longitudine E metitur, nec circunſtantias, ſcilicet, ante, retro, deorſum, ſurſum, ſiniſtrorſum, & dextrorſum ſe includere patitur. Qualitas eius formæ, vel coloris ab hac ſecernit, dum nulla forma humani corporis, vel vllius coloratæ rei aſcribitur illi. Hæc eſt memorabilis, quia præterita recolit. Eſt rationalis, quia præſentia decernit. Eſt intellectualis, quia futura intelligit. Hanc non mortalem eſſe hinc conſtat, quòd memoriam ſui apud poſteros perenniter durare laborat. hæc ille. Poteſt etiam addi, ſecundum Doctores, quòd anima eſt crea- F ta perfectibilis, ſed imperfecta: perfectiſſima tamen quantitatem habens. Simplex, vita perpetua, libero arbitrio, potentijs, habitibus, decorata, atque affectionibus, magna, recta, & bona. Quæ quidem ſic intelligi habent, quòd anima creata eſt perfectibilis, ſed imperfecta, quantum ad ſcientias & virtutes. Perfectiſſima tamen, quantum ad potentias naturales: quantitatem habet, ſecundum Auguſt. non dimẽſiuam, ſed poteſtatiuam, & virtualem. Simplex eſt anima. propterea nec augumenti, nec decrementi ſuſceptiua eſt: quia nec in corpore maiori maior, nec in corpore minori minor reperiri contingit, ſecundum G eundem. Eſt vita perpetua, quia nunquàm habebit finem: libero arbitrio decorata: quia habet facultatem rationis, & voluntatem, qua bonum eligere poteſt gratia aſſiſtente, vel malum eadem deſiſtente. Eſt etiam decorata potentijs, ſcilicet, intellectu, voluntate, & memoria. Eſt etiam ornata habitibus, vel infuſis, vel acquiſitis. Infuſis primo, ſicut fit quotidie paruulis in baptiſmo, & pœnitentibus in confeſſione: vel habitibus acquiſitis, ſicut patet in ſcientia, & politicis virtutibus, qui ex frequentia ſtudij, & bonorum a- H ctuum acquiri ſolent. Affectionibus etiam ornata eſt, quæ ſunt gaudium, & ſpes: quæ de concupiſcibilitate dolor, & timor, quæ de iraſcibilitate, ſecundum Auguſt. originem habet. Hi autem affectus, ſecundum eundem, omnium ſunt vitiorum, atque virtutum, quaſi quædam principia, & communis materia. Eo enim eſt magna, quo capax eſt æternitatis. Eo recta, quo eſt appetens bonitatem. Eo eſt bona, quo eſt particeps deitatis. Patet ergo ex 13. dignitatibus, quas ponit de anima Auguſt. & ex 12. quas ponunt Doctores, in quanta ſublimitate creauerit eam Deus.

Quòd



A *Quòd per corporeas creaturas poteſt anima conſcendere ad cognoſcendum ſeipſam.* *Cap.* 2.

*Secundũ auxiliũ.*

SEcundum auxilium ad cognoſcendum animæ dignitatem eſt creatorum ſpeculatio & aſcenſio. Tanta enim eſt dignitas animæ, vt excedat omnes corporales creaturas, etiam ſimul ſumptas. Vnde Auguſti. de ciuitate Dei, cap. ait. Omni corpori præfertur animæ natura. Sed quia anima oculis corporeis non valet videri, docet B Apoſtolus ingenioſum modum, quo ſaltem oculis mentis dignitas & formoſitas eius comprehendi poſſit, dic. 1. cap. ad Roma. Inuiſibilia enim Dei, ſicut eſt anima, a creatura mundi, id eſt, ab homine, per ea quæ facta ſunt, id eſt per corporeas creaturas, intellecta conſpiciuntur. Vt igitur mens aſcendere poſſit ad cognitionem ſui ipſius, de omnibus corporalibus poteſt ſibi ſtatuere ſcalam, quibus conſcendere valeat ad apprehenſionem dignitatis ſuæ. Et vt hoc melius perficere poſſit, conſiderare oportet creaturarum corporalium, primo ordinem, ſecundo magnitudinem, tertio pulchritudinem, ſiue virtutem. Primo con- C ſidera mens deuota creaturarum ordinem: vide mirabilem ordinem, quem pro te poſuit creator in creaturis. Cuilibet enim dedit locum ſibi correſpondentem. Imperfectiora enim ſtatuit in inferioribus locis, perfectiora vero in ſuperioribus ordinauit. Nam primo terram & terrena, grauia & vilia, caduca & corruptibilia in domicilio ſuo, quaſi ſtabulum fimo plenum a paradiſo longinquum, & inferno propinquum myſtice, ac ſapientiſſime collocauit. Secundo in ſuperiori loco tanquam leuiores & nobiliores ſuper grauiſſimam terram locauit aquas: ſtatuens eis ter- D minum, ne ſuperent terram, ſicut propheta ait: Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram. Tertio autem altiori ſitu leuem aerem collocauit. Quarto vero ſuper aerem collocauit ignem, elementum ſiquidem miræ actiuitatis atque caliditatis: propterea illum longè fecit a nobis. Quinto quoque eminentiori loco ſtatuit lunam. Sexto Mercurium. Septimo Venerem. Octauo Solem. Nono Martem. Decimo Iouem. Vndecimo Saturnum. Duodecimo cœlum ſtellatum, quod dicitur firmamentum, cum 12. ſignis, & quaſi cum 72. conſtellationibus & innumerabilibus ſtellis. Decimo- E tertio cœlum criſtallinum. Decimoquarto & vltimo loco ſtatuit cœlum empyreum, tanquam nobilius corpus & conueniens tanto Regi ac filio & ſponſæ eius, inſuper & omnium multitudini beatorum. Ad hunc autem locum, vt gloria frueretur æterna, Deus animam noſtram formauit: per hoc aperte demonſtrans, quòd omnibus ſe inferioribus nobilior eſſet, vt admiranter anima cum propheta clamet & ad Dominum dicat: Omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua. Secundo vero conſidera anima mea, creaturarum corporalium magnitudinem. Magna quip- F pe eſt terra, ſed in decuplo, ſecundum quoſdam, aqua excedit eam: tantundem aer excedit aquam: aer quoque tantundem ſuperatur ab igne. Spera autem Lunæ tantundem ſuperat ignem: ſpera Mercurij tantundem ſuperat ſperam Lunæ: ſpera Veneris ſperam Mercurij: ſpera Solis ſperam Veneris: ſpera Martis ſperam ſolis: ſpera Iouis ſperam Martis: ſpera Saturni ſperam Iouis. Firmamentum. id eſt, ſtellatum cœlum, in decuplo ſuperat Saturni ſperam. Cœlum criſtallinum tantundem ſuperat ſidereum cœlum. Empyreum G vero tantundem ſuperat criſtallinum. Tanta ſiquidem eſt magnitudo cœlorum, quòd ſi de nouo crearet Deus huiuſmodi magnitudinis tot terrarum orbes, quot grana arenæ maris, adhuc non impleretur empyreum cœlum, vel criſtallinum, vel etiam ſtellatum. Vnde ſecundum quoſdam, ſi plumbea mola a cœlo ſtellato deſcenderet vſque ad terram, vix in quingentis annis compleret deſcenſum ſuum. Tertio quoque conſidera, anima Dei imagine inſignita, creaturarum corporalium pulchritudinem, & virtutem. Et vt ab inferioribus & vilioribus ad ſuperiora & H nobiliora gradato ordine procedamus, initium ſumamus a terra. Rimare terram & contemplare, quanta virtute polleat ac quanta pulchritudine decoretur. Niſi enim haberet arcana omnino nobis ignota, non produceret tot colores, & in tanta varietate & tam varia pulchritudine flores & lilia atque roſas: e viſceribus virtutis & nobilitatis ſuæ egrediuntur omnia genera metallorum, ex quibus fiunt tot innumerabilia inſtrumenta cum tanta varietate ſonorum, ſicut ſunt organa, tubæ, cymbala, campanæ, & ſimilia inſtrumenta ærea. Ex ipſa quoq; producuntur ligna, ex

quibus

A quibus fiunt fiſtulę, cytharæ, ſambucę, ſym-
phoniæ, tybiæ, harpæ, liræ, cornamuſæ, pſal-
teria & alia genera muſicorum. Et quis ex-
primere poſſet, quàm ſuauiſſima & admira
bili armonia iubilat quodammodo & iubi-
lare facit humanas mentes *infima* & viliſ-
ſima terra ? Tanta enim ſuauitate traheba-
tur mẽs prophetica ad pſalterij cantum , vt
eius ſpiritus raperetur in cęlum. Nonne re-
conditos oſtendit in ſe odores fragrantiæ
quodammodo infinitę, dum illos participat
iam mirabiliter in paruis garofanis , cãnel-
la, cynamomo & croco, zinzibare, balſamo
& muſcat o, cęteriſq; odoribus vnguento-
B rum & aliorum odoriferorum? Quot inſu-
*Rerũ varietas, & virtus.* per ſuaues & delectabiles ſapores partici-
pat in plurimis de prędictis & alijs multis,
ſicut in malis punicis alijſq; communibus,
in ficubus, vuis, in ceraſis, piris, amigdalis,
pſicis, nucibus , auellanis, dactilis , volemis,
cedris, & innumerabilibus alijs ? Quot ge-
nera producit virtuoſarũ & innumerabiliũ
herbarum ? Quot genera lanarum & lino-
rum? quot genera bladorum ? quot genera
radicum vtilimarum? quot genera arborum
ſilueſtrium & domeſticorum ? quot genera
lapidum precioſorum & non precioſorũ ?
quot inſuper genera metallorum & mine-
rarum? quot etiam aliorum bonorum, quæ
exprimi nequaquam poſſunt. Omnium ani
C malium eſt terra mater & nutrix , omnium
auium ſollicita eſt adiutrix, omnium homi-
num eſt ſerua & conſolatrix. Magna eſt er-
go terræ nobilitas: Magna nẽpe vltra quàm
dici poſſit , & nihilominus vilior facta eſt
omnibus ſuperioribus creaturis : Et vtique
tam vilis, ꝙ eã pedibus conculcamus, quic-
quid putridum atq; corruptum eſt, in terrã
proijcimus, in terram conuertitur, & in ter-
ram incineratur. Si purgantur corpora ho-
minum, ſi animalium, ſi etiam auium: id in-
quam ſuperfluum quod ab eis reſpuit ipſa
natura, in terram proijcitur & mutatur. Ec-
D ce ꝙ tam vilem talia nobis illam prædicant
& oſtẽdunt, viliſſimam creatorum omniũ ,
ſtabulum animaliũ Dei, purgamentum om
nium ſuperiorum, ſentinam miſeriarum. Et
tamen infelix anima, quæ nobilior cunctis
corporalibus ad ſempiterna creata eſt, aliud
quàm terrena, vilia & tranſitoria non affe-
ctat: aliud non deſiderat, aliud non quæri-
tat. Illa ſpeculatur, illa ſectatur: In illis de-
lectatur, in illis beatificatur : Et quod mira-
bilius eſt, ſpreto incommutabili bono, non
curat pro eis æternaliter cruciari . O inſen-
ſata mortalium cura, o cæcitas conſumma-
ta, o dementia admiratione cœleſtiũ & ter- E
reſtrium digna, quærere ſtabulum, & dimit
tere cęlum : quærere mundum & amittere
paradiſum : amare tranſitorium & perdere
ſempiternum : non diu poſſidere creaturã,
& in ęternum amittere creatorem . Si igi-
tur in hac viliſſima terra , tãta eſt nobilitas,
tanta formoſitas, tanta etiam concupiſcibi
litas: licet ad ipſam anima non ſit creata ,
ſed ad æterna: quãta erit aquæ nobilitas, quę
non tantum eſt ſuperior terra, ſed etiam in
decuplo ſuperat eam? Quanta erit nobilitas
aeris, qui in decuplo ſuperat aquam? Quan-
ta erit nobilitas ignis, qui in decuplo ſupe-
rat aerem? cum ſuperiora quantum inferio- F
ra in magnitudine, tantum in nobilitate ac
virtute ſuperare noſcantur. Sed dices , ter-
renorum nobilitatem cerno : illa concupi-
ſco, quia concupiſcibilia noſco, altiora non
capio , pp iſta ad æterna non trahor igno-
rans magnificentiam rerum . Cui ego : Nõ
mireris inquam, ſi nobilitatem ac virtutem
ſuperiorum ignoras, cum manifeſtiora na-
turæ etiam maximi naturales non noſcant ,
quomodo ergo intelligunt altiora? Trigin-
ta etenim annis Philoſophus quidã rumi-
natus eſt intelligere naturam apis: nec eius *Studium Philoſophi in ruminanda natura apis.*
naturæ notitiam adeptus eſt. Tãta eſt enim
nobilitas cuiuſcunque viliſſimæ creaturæ, vt
puta pili, paleæ, & cuiuſcunq; etiam vilio-
ris, ꝙ tota philoſophãtium peritia omnem G
eius perfectionem, quã in illa creauit Deꝰ,
compręhendere nõ valeret . Quod & ideo
feciſſe videtur ſapientia Dei, vt in eo quòd
creaturæ ſuæ nobilitatem oſtendit & digni-
tatem , ad ſuperiora alliciat & trahat affe-
ctum, atque in hoc ꝙ notitiam etiam mini-
mæ creaturæ occultat, humiliet intellectũ ,
vt ex his duobus quaſi duobus fidei pedi-
bus, mens humana nihil hæſitans, nihilque
amans inferius ad ſuperiora conſcendat.
Nonne creaturæ ſuæ notitiam aperit , cum
ſolis pulchritudinem monſtrat ? Nonne
etiam creaturæ ſuæ nobilitatem occultat, H
quãdo & quoſdam planetas ſoli ſuperexal-
tat? & tamen nobilitatem, in qua ſolem ſu-
perant, non niſi ſuperioris ſitus inditio ple
nius manifeſtat, vt omnia nota animam tra
hant & inflamment ad ſupernorum ſpem
atque dilectionem , & cuncta ignota atque
occulta inclinent ſpiritum ad humilem fi-
dem. Sed quod cęperamus, ſequamur . Si
tanta erit nobilitas ignis, quanta erit nobi-
litas lunæ , quæ in decuplo ſuperat ignem?
Eodem modo aſcende ſperam Mercurij ,
ſcande Venerem , tranſcende ad ſolem ,
pro-



A progredere ad Martem , veni ad Iouem ,
conſcende ad ſperam Saturni : Conſidera
magnitudinem firmamenti, in decuplo etiã
ſuperantem Saturni ſperam . O quis non
ſtupeat ex ipſa etiam natura rerum? Aſcen-
de ſuperius ad criſtallinum cœlum , in fide
ambulare oportet . Huc non cernit ocu-
lus, non bene ingenium nouit , ſed plenius
fides monſtrauit , firmamentum etiam in
decuplo ſuperare , & ſic per conſequens in
virtute . Veni vltimo ad empireum cęlum,
ad ſedem vtique Dei, ſicut ipſe per Prophe
tam ait : Cœlum mihi ſedes eſt : & Eccle-
B ſiaſti. 24. Ego in altiſſimis habito . Docet
enim fides de illo maxime tria. primo ma-
gnitudinem, ſecundò virtutem, tertio pul-
chritudiné . Primo docet eius magnitudi-
nem. Cum enim, ſecundum magnos Theo
logos & Doctores , minima ſtella maior ſit
tota terra: Quid eſt firmamentum, cum ex-
cedat quaſi in infinitum quamlibet ſtellã ?
Quid empyreum cœlum , cum ſicut prædi-
ctum eſt , centies ſuperet firmamentum ?
Hinc admiratur Baruch 3. cap. dicens : O
Iſrael, quàm magna eſt domus Dei , & in-
gens locus poſſeſſionis eius: magnus & nõ
habet conſummationem . Secundo docet
C fides illius virtutem, quia dicit illum a ſen-
ſu remotiſſimum , per hoc docens incom-
pręhenſibilitatem virtutis eius . Nam ſicut
ex præcedentibus patet, ſecũdum quòd eſt
maximum mole, ita eſt perfectiſſimum vir
tute , & maxime influentiæ ſuper corpora
ſibi inferiora. Tertio docet eius pulchritu-
dinem: nam ſecundum Doctores, illud cœ
lum habet dotes ac pulchritudines & con-
ditiones, quaſi corporis glorioſi . Ideo Ec-
cleſiaſt. 43. c. de illo ſcriptũ eſt: Species cœ
li in viſione gloriæ : quia lucet , quaſi ſicut
corpora beatorum . Si igitur eſt tanta em-
pyrei cœli magnitudo, virtus & pulchritu-
do , quantum in his excedet anima , pro
D qua factum eſt habitaculum illud ? Primo
enim quis poterit compręhendere , quæ ſit
animæ magnitudo : ſecundum enim ma-
gnitudinem contenti magnitudo vaſis po-
teſt compręhendi: in immenſum maior eſt
anima , quàm ipſum cœlum . Nam ſicut 3.
Regum 8. Salomon ad Dominum ait : Cę-
lum & cœli cœlorum te capere non poſ-
ſunt : & tamen anima tantę magnitudinis
eſt , vt quem milia cœlorum non poſſent
capere , anima ipſa compręhendat . Vnde
Auguſtinus in libro de quantitate animæ ,
inquit : Omnia , quæ anima cogitat , intra
quantitatem animæ continentur . Clare
etenim conſtat , quòd anima & Deum co- E
gitare poteſt : & quod in infinitum eſt ma-
ius , poteſt illum in ſempiterna gloria vi-
dere , poſſidere & frui . Secundo etiam
quis poſſet animæ naturales explicare vir-
tutes ? cum quantum anima in magnitudi-
ne excedit cœlum , tantum ſuperat illud
in virtute . Tertio quoque , quantum ea
ſuperat cœlum in magnitudine & virtute,
tantundem etiam illud ſuperat in pulchri-
tudine , ſicut in ſequentibus plenius appa-
rebit . Hæc autem omnia confirmantur per
Auguſt. qui ſermone 71. ſuper Ioan. ait :
Nihil potentius , aut ſublimius mente ra- F
tionali . Quicquid ſuper eam eſt , creator
eſt . Per hoc manifeſte declarans , quòd ſi
quaſi infiniti empyrei cœli & illius nobili-
tatis crearentur a Deo , adhuc anima eis
celſior ac nobilior remaneret .

*Quòd per diuinam illuſtrationem , vera excellentia animæ cognoſci poteſt.*
*Cap.* 3.

TErtium auxilium ad cognoſcendum *Vera aĩę excellentia.*
animæ dignitatem , eſt diuina illu-
ſtratio . Non quidem ſufficit ad co-
gnoſcendum animæ dignitatem creatura- G
rum ſpeculatio & aſcenſio , ſed diuina il-
luſtratio neceſſaria eſt . Non enim ſupe-
rat anima pulchritudinem cœli milies ,
non mille milies, nec milies mille milia: ſed
quodammodo infinities excedit . Vnde ſi
formarentur tot empyrei cœli , quot ſunt
aquarum guttæ, quot ſunt grana arenę ma-
ris , quot ſunt etiam ſtellæ cœli , omnis
pulchritudo eorum ſimul ſumpta non poſ-
ſet æquari pulchritudini vnius animæ, tan-
ta eſt excellentia eius . Et hoc quidem pro-
bari poteſt triplici luminoſæ fidei via . pri-
mo via rationis, ſecundo via exempli , ter- H
tio via auctoritatis . Primo quidem via ra-
tionis , ſcilicet ipſius fidei luminoſæ . Ra-
tio quidem eſt , quia infiniti cœli tantæ
pulchritudinis , quantæ eſt prædictum cœ-
lum , non poſſent intelligere Deum , nec
diligere, nec poſſidere Deum, quemadmo-
dum rationalis anima poteſt . Hinc 1. Co-
rinth. 2. Apoſtolus ait : Quod oculus non
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcendit, quæ præparauit Deus his , qui di-
ligunt eum . Secundo autem oſtenditur
via exempli . Detur ꝙ Deus crearet quan-
dam mulierem tantæ pulchritudinis, quan-
tæ ſecundum ordinatam potentiam illam
creare

A creare poſſet. Inſuper crearet pictorem ta-
lis peritiæ in arte pingendi, quantæ ſecun-
dum prædictam potentiam formare va-
leret. Addatur etiam, quòd prædictus pi-
ctor totum ingenium ſuum poneret, vt
quandam imaginem pingeret ad ſimilitu-
dinem mulieris prædictæ, nec adhuc ali-
quod impedimentum haberet: quæſo,
quanta eſſet illius imaginis pulchritudo,
vtique tãta, quòd formoſior minime pingi
poſſet, cum ad hoc haberet plenarium ſci-
re, velle & poſſe. Pictor enim atque crea-
tor animæ, ipſa ſapientia Dei eſt: cuius
ſapientiæ non eſt numerus. Hinc Prophe-
B ta ait: Deus ſcientiarum Dominus eſt. Ad
creandum autem hominem infinita po-
tentia vſus eſt, de qua Geneſis 31. ipſe ait:
Ego ſum Deus omnipotens. Et iterum
Sapien. 1. dictum eſt illi: Subeſt tibi, cum
volueris poſſe. Voluit ergo eadem infini-
ta potentia & ſapientia ſua formare animã
ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Men-
ſura ergo pulchritudinem Dei, ad cuius
imaginem anima facta eſt: Menſura & po-
tentiam, qua potuit: ſapientiam, qua no-
uit: & voluntatem, qua voluit: ſic eam crea-
re, & intelliges pulchritudinem eius. Ter-
tio poteſt oſtendi via auctoritatis. Dicitur
enim Gen. 1. quòd creauit Deus hominem
C ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Se-
*Imago et ſimilitudo differunt.* cundum enim quoſdam, imago dicit apti-
tudinem ad amandum: ſimilitudo vero ip-
ſum actum amandi. Ad cuius intelligen-
tiam notandum eſt, quòd ſicut dicitur 1.
Io. 4. Deus charitas eſt. ſcilicet increata, in-
finita & immortalis. Ab hac enim chari-
tate quidam infinitus & purus actus amo-
ris procedere comprobatur. Anima ergo
ad imaginem Dei creata dicitur: quia ſicut
Deus charitas eſt, ſic & ipſa habet ex pro-
prio eſſe ſuo, cum in vſu liberi arbitrij eſt,
quandam innatam aptitudinem ad aman-
D dum, ſine qua eſſe minime poteſt. Ne-
ceſſe eſt enim ei aut diligere bonum in-
commutabile, quod eſt Deus: aut bo-
num commutabile, quod eſt mundus, ip-
ſa per libertatem arbitrij in medio conſti-
tuta. Ad ſimilitudinem vero Dei ideo
creata monſtratur, eo quòd ſicut a charita-
te procedit actus ille amoris: ſic in anima
ab ipſa aptitudine ad amandum quidam
actus amoris prolixus, & velox, cum in
*D. Bonauentura in centiloquio.* vſu liberi arbitrij eſt, ꝙ procedat eſt opus.
Secundo etiam dici poteſt, ſecundum Bo-
nauen. in Centiloquio, quòd imago nomi-
nat conformitatem in quantitate: Simili-
tudo vero conuenientiam in qualitate. Ter E
tio modo, ſecundum Alexand. de Hales,
Imago eſt in naturalibus, ſimilitudo in gra-
tuitis. Hinc de imagine trinitatis in anima
figurata, Propheta ait: Signatum eſt ſuper *Pſal.*
nos lumen vultus tui Domine, dediſti læti-
tiam in corde meo. Similitudo enim Dei
tunc in anima eſſe dicitur, cum habet virtu-
tes charitatis formatas, ex quibus aperte pa
tet, quòd ſimilitudo perficit imaginem ſi-
cut gratia perficit naturam. Quarto Vgo
de S. Victore in ſumma de diuini. etiam
ait, vt enim in facie cognoſcitur homo,
ita & ipſa ratione tanquam in ſua facie co-
gnoſcitur Deus. Homo itaque imago Dei F
eſt per rationem. vnde Apoſtolus 1. Co-
rinth. 11. Vir enim imago & gloria Domi-
ni eſt: Et ad ſimilitudinem Dei factus eſt
homo, quia non eſt ei vſquequaque ſimi-
lis. Filius eſt imago patris, non ad imagi-
nem: quia quicquid habet pater, totum ha-
bet filius per naturam. Homo vero eſt ita
imago de, quòd ad imaginem: quia nõ per
naturam, ſed participatione vel imitatione
habet ea, quæ deitatis ſunt. Hæc ille. Quin-
to, ſecundum Auguſt. de ſpiritu & anima. *Cõparatio ex D. Auguſti. inter Deũ & animã rõnalem.*
Sicut Deus eſt vbique, ſed præcipue dicitur
eſſe in cœlo: ſic & anima tota in toto ſuo
corpore eſt & in qualibet parte tota, tan-
quam in quodam ſuo mundo, ſed intenſius
eſt in corde. Non tamen ſecundum ſuam G
eſſentiam eſt in toto corpore, ſed in parte
corporis determinata, & tamen virtutem
influit toti corpori. Et ad hoc Caſſio. de
aranea exemplum ponit, quæ in medio te-
læ ſuæ reſidens ſentit quemlibet ſuum mo-
tum interius ſiue exterius in tela factum.
Eodem modo anima in centro cordis exi-
ſtens, ſine ſui diſſenſione totum corpus ſi-
bi vnitum ſenſificat, viuificat atque mouet.
Sexto ſicut Deus ſimpliciſſimus eſt in ſua
natura, ſic & anima etiam ſimplex eſt. Vn-
de Auguſtinus de ſpiritu & anima: Anima H
in eſſentia eſt ſimplex, in officijs multi-
plex. Septimo ſicut Deus eſt eſſentia ratio-
nalis, ita homo eſt animal rationale. Octa-
uo ſicut Deus eſt ſpiritus, Ioan. 4. Deus
ſpiritus eſt: ſic & anima ſpiritus dictus eſt.
Nono ſicut Deus eſt vnus in toto ſeculo,
Deuteron. 6. Audi Iſrael, Dominus Deus
tuus vnus eſt: ſic & anima in toto ſuo cor-
pore vna eſt. Decimo ſicut Deus non con-
tinetur ab vniuerſo, ſed continet illum:
ſic ſecundum Damaſcenum, lib. 1. cap. 18.
anima non continetur a corpore, ſed con-
tinet illud, ſicut ignis ferrum, & in ipſo
exiſtens



A exiſtens ſuas operationes operatur. Vn-
decimo ſicut Deus implet totum mun-
dum, quemadmodum ipſe Hierem. 23.
ait: Cœlum & terram ego impleo, dicit
Dominus: ſic & anima implet totum cor-
pus humanum. Duodecimo ſicut Deus
habet viuere & intelligere ſine mundo: ſic
& anima habet viuere & intelligere ſine
ſuo corpore. Decimotertio ſicut Deus in
mundo omnia videt & non videtur, ſicut
Exo. 33. ait: Non videbit me homo & vi-
uet: & Ioan. cap. 1. Deum nemo vidit vn-
quam: ſic anima videt & non videtur. De-
cimoquarto ſicut Deus non inficitur ſordi-
B bus orbis, quamuis totum impleat or-
bem, velut ſol qui non inficitur ſordibus
luti: ſic anima non inficitur corporea ſor-
de, quantumcunque ſordeſcat caro. De-
cimoquinto ſicut Deus quamquam nõ au-
diatur minime dormit, iuxta illud Pſalm.
Ecce non dormitabit, neque dormiet: ſic
anima in corpore nunquam dormit, licet
dormiat corpus. Decimoſexto ſicut Deus
in mundo aliquam partem nobilius, quam
alteram ornat, ſicut patet in ſole & luna,
ſtellis, auro & lapidibus precioſis & conſi-
milibus: ſic anima in corpore vnum mem-
brum nobilius, quàm alterum decorat.
C Decimoſeptimo ſicut Deus cauſa eſt in
mundo incrementi in plantis, herbis & ar-
boribus, floribus, fructibus & conſimili-
bus cæteris: Sic anima cauſa eſt in corpo-
re augmenti cuiuſlibet membri. Decimo-
octauo ſicut Deus regit & gubernat or-
bem: ſic anima vegetat, conſeruat, viui-
ficat, regit, & gubernat corpus. Decimo-
nono ſicut Deus vnitam ſibi humanam na-
turam primo habuit paſſibilem, & poſtea
glorioſam: ſic anima primo iuncta eſt car-
ni paſſibili, demum eſt glorificanda in cœ-
lo. Vigeſimo ſicut Deus eſt immortalis,
teſte Apoſtolo 1. Tim. 1. Regi ſecu-
lorum immortali & inuiſibili, ſo-
D li Deo honor & gloria, in
ſæcula ſæculorum,
amen: ſic eſt
anima im-
morta-
lis,
atque ſi iuſta erit, cum
Deo victura in ſę-
cula ſæculo-
rum, a-
men.

## Articvlvs Secvndvs. E

*Quòd per beneficium redemptionis, cognoſcit quantum Deus dilexerit animam.*

SEcundo vt cognoſcamus erga nos Dei
dilectionem, conſideremus benefi-
cium redemptionis, de quo Lucæ 15.
cap. Dominus myſtice ait: Quis ex vobis
homo, qui habet centum oues, & ſi perdi-
derit vnam ex illis, nonne dimittit nona-
ginta nouem in deſerto, & vadit ad illam,
quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum F
inuenerit eam, imponit in humeros ſuos
gaudens. In quibus ſacracratiſſimis verbis
triplex myſterium circa animæ redemptio-
nem demonſtratur per ordinem. Primum
eſt myſterium incarnationis, ſecundum eſt
myſterium peregrinationis ſeu conuerſa-
tionis, tertium eſt myſterium paſſionis, vt
verificetur, quod Ioan. 3. ſcriptum eſt: Sic
Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vni-
genitum daret, ſcilicet incarnatum, peregri
num, & paſſum.

### *De dilectione, quam Deus oſtendit animæ per carnis aſſumptionem. Cap. I.* G

PRimum eſt myſterium incarnatio
nis, de quo Dominus ait. Quis
ex vobis, ideſt aliquis ex vobis
homo: quia ex nobis eſt verus
homo Ieſus Chriſtus, qui habet centum
oues, id ẽ homines & Angelos, iuxta illud.
Nos autẽ populus eius & oues paſcuę eius.
Ipſe eſt enim paſtor, ſicut ipſe Ioan. 10. ait:
Ego ſum paſtor bonus. Vnde glo. Diues eſt *Singularis dilectio Dei ĩ animam.*
paſtor, cuius oues nos centeſima portio ſu-
mus. Angeli quidem & homines propter
innocentiam, in qua creati ſunt, oues meri-
to nuncupantur: ſed centum: quia ſecundũ H
glo. numerus centenarius perfectus eſt. Et
ſi perdiderit vnam ex illis, ſcilicet animam,
ſiue naturam humanã ex vno homine pro
pagatam: quod vtique factum eſt, quando
paſcua vitæ homo peccando reliquit. Et
ouis vna, ſcilicet natura humana, ideſt quę-
libet anima totaliter perdita fuit, quia om-
nes in Adam peccauerunt, ſicut dicitur ad
Rom. 5. c. Hinc Pſalm. ait: Erraui ſicut ouis,
quæ perijt: quære ſeruum tuum Dñe. Nõne
dimittit nonaginta nouẽ in deſerto? Per no
nagintanouẽ natura angelica deſignat̃, qa
per nouẽ choros determinata eſt. Nõ tantũ
deſignatur

A deſignatur ſimpliciter per numerum nouenarium, ſed per illum ductum per denarium. Denarius enim numerus perfectionem demonſtat, vt in denario perfectio gratiæ & gloriæ, & in nouenario naturæ diſtinctio myſtice denotetur. In deſerto nempe, id eſt in cœlo, angelica natura relicta eſt, quod quidem deſertum fuit a peccante multitudine angelorum. Et vadit ad illam, ſcilicet animã, quæ perierat: venit quidem, aſſumendo humanam naturam: quia verbum caro factum eſt, vt dicitur Ioan. 1. De quo Propheta admirans ait: Domine, quid eſt homo, quòd memor es eius: B aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Magno quidem precio æſtimata es, o anima, pro qua requirenda a ſummo cœlorum Dei filius deſcendit in vterum Virginis. Quis ſapiens pro requirendo obolo itinere centum dierum voluntarie laboraret? Ergo magna quidem res es, anima mea, pro qua requirenda Deus in mundum deſcendere dignatus eſt.

*De dilectione, quam Deus oſtendit animæ per Chriſti peregrinationem, ſeu conuerſationem. Cap. 2.*

C SEcundum eſt myſterium peregrinationis, ſeu conuerſationis: de quo ſubditur, donec inueniat eam, ſcilicet quęrit illam. O quanto labore & quàm feruenti amore quæſiuit animam amoroſus Ieſus: Virginis vterum vix egreſſus eſt, & dilectam animam more infantium vocat A, A, A. id eſt Anima mea, anima mea, anima mea, te quæro, pro te inueniendo hanc peregrinationem aſſumo. Media nocte frigore cruciatus ac pro te ditanda, paupertate vallatus iam laborioſam pro te viam aggreſſus ſum. Octaua die pro te anima mea circunciditur puer, ac vulnus doloro- D ſum iam dignatus eſt pro te pati, iam incipit pro te effundere ſanguinem ſacrum. Cõſidera anima mea paruulum Ieſum præ vulneris dolore clamãtem ac dulciter quęrentem, dum vagiendo ait, A, A, A. quaſi infantiliter animam tuam vocans. Decimotertio autem die fulgore radiantis ſtellę ab oriente triplicem animæ potentiam trahit, in myſterium trium regum. Non poſt multos hos dies apparuit Angelus Ioſeph, & propter futuram perſecutionem Herodis ipſum cum paruulo & matre eius iubet fugere in Ægyptum. O anima mea, quàm tempeſtiuam perſecutionem incipit pro te

*Dilectio Dei erga animã per Chriſti peregrinationem.*

pati filius Dei Ieſus. E Nec paſſus eſt pro te anima puerilem infantiam ſuam, etiam inter vbera matris ſuę eſſe tutam, quin a ſęuo tyranno quæreretur ad mortem. Nec quoque ad ciuitatem vicinam ſua terminata eſt fuga, ſed ad gentem barbaram ac multarum dietarum diuiſionẽ longinquam itinere vaſtæ ſolitudinis per deſertum, vbi cibi & hoſpitij atque vmbraculi inopia habebatur. Denique Virgo beata perueniens in Ægyptum, in præteriti laboris ſolatium paupercula peregrina pauperculum conducens tuguriolum, de labore manuum ſuarum & ſancti Ioſeph pauperrime victitabat. F Talibus ſtipendijs anima mea, pro peccatis tuis acceptis puer Ieſus cum ſuis parentibus ſeptennium in Ægypto peregit. Quibus completis iterum Angelus Domini monet Ioſeph, puerum & matrem eius, mortuo iam impio Rege, ad terram iterum redire Iſrael. Contemplare nunc anima mea, grauiorem laborem in reditu ſeptennis Ieſu, quàm fuerit in primaria fuga. Tunc enim vt paruulus infans poterat baiulari, grandiuſculus nunc factus nec commode portari poterat, nec adhuc tenellus valebat per tantum viæ ſpatium ambulare. G Factus autem annorum 12. remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, & non cognouerunt parẽtes eius: ſed quærentes eũ inter cognatos & notos poſt triduũ inuenerunt eum in templo ſedentem in medio Doctorũ, audientem illos & interrogantem eos. Sed de quo quæſo, erat inter eos ſermo? de quo interrogabat illos, niſi de animæ nobilitate, creatione, lapſu, reparatione, glorificatione & conſimilibus? Trigeſimo autem conſummato iam anno, vt animę demonſtraret omnis iuſtitiæ viam, in Iordane a Ioanne voluit baptizari: confeſtimque ob animæ dilectionem deſerti aggreditur campum, vt de ea contra diabolum triumpharet quadraginta diebus, H & quadraginta noctibus pro tua obtinenda victoria anima mea, ieiunauit. Poſt durum pro te cõgreſſum glorioſumque de hoſte triumphum, deſerta loca relinquens, diſcipulos vocat, circumiens ciuitates & caſtra, ſollicite quærens quam perdiderat ouem. Quanta autem perpeſſus fuerit pro te benedictus Ieſus anima mea, dum benefaciendo hincinde tranſiret, quis exprimere poſſet? Quot odia? quot detractiones? quot blaſphemias & improperia? quot etiam iniurioſa opera voluit pro te pati? Operatur pro te miranda, pellit dęmones, mundat

*Chriſti labores, & vigilia pro ſalute & acquiſitione animæ.*



A mundat leproſos, illuminat cæcos, erigit claudos, ſoluit mutos, aperit ſurdos, curat idropicos, ſanat paralyticos, liberat lunaticos, expellit febres, erigit curuos, extendit contractos, purgat ſanguifluos, ſuſcitat mortuos. Et quis enarrare valeret, quot miracula operatus eſt amoroſus Ieſus, vt te animam inueniret? Hinc Matth. 6. ſcriptum eſt: Quocunque introibat Ieſus in vicos, aut in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerẽt, & quotquot eum tangebant, ſalui fiebant.

B

*De dilectione, quam Deus oſtendit animæ per Chriſti paſſionem. Cap. 3.*

TErtium myſteriũ eſt paſſionis. Quia vt te mortuam ſuſcitaret, pro te mori voluit anima mea: propterea in parabola ſubinfertur. Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens. In quibus verbis tria oſtenduntur de Chriſto, quæ operatus eſt pro anima redimenda. Primum eſt ardentiſſimus amor, ſecundum patientiſſimus labor, tertium iucundiſſimus dolor. Primo oſtendit amo- C roſiſſimus Ieſus pro oue inuenienda ardentiſſimum amorem: propterea dicitur, Qui cum inuenerit eam, ſcilicet ouem errantem, ideſt animam in ſtatu damnationis periclitantem. Sed vbi quæſo, inuenit illam? Audi quæſo, vbi quæſiuit illam: & diſces in quo loco inuenit illam: per totam enim illam vltimam ſeptimanam in miro labore conſumptam, venit Ieſus ad cęnam, vbi pro te anima mea magnæ nouitatis dedit exemplum in lotione pedum. Magnæ charitatis dedit edulium, dum tibi D ſemetipſum dedit in cibum. Magnæ benignitatis oſtendit ſignum, dum totus pro tua charitate euiſceratus fecit ſermonem vltimum. Demum egreſſus trans torrentem Cedron, animam quærens ingreditur hortum: orat, laborat, & ſudore ſanguineo madefactus in angonia ſupplicat æterno patri animam inuenire ſine calice dirę mortis, contentus tamen de voluntate diuina. Ecce iam appropinquat bellum, vallatur turba malorum amoroſus Ieſus & offerens ſemetipſum pro te anima mea, capitur, ligatur, trahitur, deluditur, conſpuitur, vultu velatur, colaphizatur, & beſtiali furore illi ſceleſti inſaniunt contra eum. Deniq;

*Tria Chriſtus operatus eſt pro aĩa redimenda.*

E in domo Pilati, pro te anima mea, propria veſte nudatus atque ligatus truculentis manibus impiorum illa caro ſanctiſſima flagellatur & laniatur & vſq; ad effuſſionem ſanguinis ſacri, totum illud ſanctiſſimum corpus crudeliſſime laceratur. Et quod horribilius eſt, pro te anima mea, caput illud Angelis tremebundum duris ſpinarum aculeis coronatur, ſacrũ effundit ſanguinem, dum configitur ſpina crebra arundinum percuſſione vſque ad cerebrum profundata: ſic vilificatus perducitur coram populo portans ſpineam coronam & purpureum veſtimentum, vultu velatus, ſputis deturpatus, genis ac tota facie tumefa- F ctus. Condemnatur ad mortem æterna vita pro te viuificanda, anima mea dilecta: & baiulans ſibi crucem venit in Caluariæ locum, vbi inuenit quam perdiderat ouẽ. Secundo quoq; portauit amoroſiſſimus Ieſus patientiſſimum laborem: propterea in parabola ſubditur, Et imponit humeris ſuis, ſcilicet inuentam ouem. Humeri Chriſti, ſecundum Ambro. brachia crucis ſunt. Contemplare anima mea, quòd in terra poſita cruce nudatus immaculatus agnus, vt imponeret ſuper humeros ſuos ouem ſu- G per crucem extenditur, recepturus mortem pro anima redimenda. Configitur in dextera primus clauus: vique tracta alio configitur clauo reliqua manus. Trahuntur pedes mortali crudelitate, & reliquo clauo configuntur in Cruce. Eleuatur a terra lignum Deo taliter inſignitum: diuellunt & lacerant Domini Ieſu carnem duriſſimi claui corpore ponderante. Fluit ſanguis pro te abluenda, anima mea. Apertæ ſunt cataractæ cœli, vt inundet diluuium gratiæ ad animæ crimina ſuffocanda. O quis tantæ duritiæ eſt, quòd ei non ſcinditur cor: vere languores noſtros ipſe tulit, & dolo- H res noſtros ipſe portauit. O amor pro me indigniſſimo paſſus. O genus humanum, expergiſcere a tuo letargico ſomno, & vide, quia ad Orientem vertit faciem ſuam Chriſtus, ad meridiem dextram manum, ad Occidentem plantas pedum ſanctorum, ad Septentrionem alteram manum, omnes vocat, omnes deſiderat, omnes viſitat, omnes inuitat, atque clamans ait: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ab Oriente vocat adoleſcentes, a meridie vocat magnates, ab occaſu vocat ſenes, a ſeptentrione vocat pauperes. Omnes ſitientes venite ad aquas. Tertio quoque portauit iucundiſſimum

*Meditatio ad Chriſtũ.*

A ſimum dolorem, quia ſubditur, gaudens. O cum quanto gaudio voluit pro te mori, anima mea, Chriſti charitas conſummata. Ecce ſecundum Auguſti. pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia deluditur, pro mendace veritas necatur: damnatur iuſtitia pro iniquo, miſericordia affligitur pro infideli, pro miſero repletur ſinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, moritur vita pro mortuo. Et omnia hæc cum gaudio pro te, anima mea, tulit. Demumque vt morte ſua animę vitam daret, in manus paternas ſpiritum commendauit.

B

## Articvlvs Tertivs.

*De beneficio glorificationis, ex diuina dilectione animæ præparato.*

TErtium quoque beneficium animæ conferēdum eſt glorificationis. Tāto namque amore dilexit ab æterno Deus animam noſtram, vt ei pararet gloriā ſempiternam. Vnde ad Ephe. 1. Apoſtolus ait: Elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in C conſpectu eius: in cuius conſpectu eſſe nihil aliud eſt, quàm æternis gaudijs pręmiari. Nam ſecundum Auguſtinum, cum anima erit in conſpectu Dei: Deus ab ea ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Et iterum Bernar. ait: Ibi Deus erit rationi omnis plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio ęternitatis. Et iterum idem dicit: Merces Sanctorum tam magna eſt, quòd non poteſt menſurari: tam copioſa, quòd non poteſt finiri: tam precioſa, quòd non poteſt æſtimari. Conſidera igitur anima, dignitatem tuæ creaD tionis: charitatem tuæ redemptionis, atque benignitatem tuæ glorificationis, vt grata ſis de creatione, gratior de redemptione, gratiſſima fias de obtinenda glorificatione. Quam nobis concedere dignetur dulciſſimus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſeculorum, amen.

E

# FERIA TERTIA poſt Dominicam Oliuarum.

*De Salutatione Angelica, quæ per ordinem declaratur.*

## Sermo LII.

COgitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. *Lu.* 1. c. Quia Dominus Ieſus Chriſtus matrem ſuam ſibi habet cæteris Sanctis propinquiorem & chariorem, ac ad F interpellandum pro nobis apud ipſum potentiorem: propterea vult ipſam a nobis vltra omnes Sanctos prædiligi, præhonorari, ſalutari, & venerari. Nam ipſam & virtutes eius attentiſſime contemplari, & ad eas ardentiſſime affici in ſummo affectu inflammat, & ſubleuat, ac irradiat intellectum ad ſummas virtutes Chriſti, & ad ipſum Chriſtum. Simpliciter nempe melius & vtilius eſt oratione & deuotione pro adiutorio ad matrem Chriſti recurrere quam ad alios Sanctos inferiores. Quapropter ad excitandam deuotionem & veG ſtram inflammandam affectionē erga Virginem matrem, diſpoſui ipſa adiuuante, Salutationem Angelicā declarare, vt oſtendatur quarta Religioſitas, quæ eſt Angeli deſtinati. Pro qua ſumo verbum Lu. cap. 1. qui de eadem ſalutatione ait: Cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. In quibus quidem verbis oſtenditur hæc ſalutatio eſſe plena. Primo admirabilis conſiderationis: ibi, cogitabat. ſecundo admirabilis commendationis: ibi, qualis eſſet. tertio admirabilis ſalutationis: ibi, iſta ſalutatio. Primo autem oſtenditur plena admirabilis conſideH rationis, quia cogitabat, ſcilicet Beata Virgo, vt videlicet eius exemplo diſcamus huiuſmodi ſalutationis myſteria ponderare. Et, vt clarius eluceſcant alta myſteria eius, tria in ea cogitanda, ſiue cōſideranda ſunt. Conſidera primo virgineum ſtatum, ſecundo Angelicum exemplum, tertio mirificū lucrum. Primo conſidera in hac ſalutatione virgineum ſtatum. Eſt enim regina miſericordiæ, templum Dei, habitaculum Spirituſſancti, ſemper ſedēs ad dexteram Chriſti, in gloria ſempiterna, ſicut propheta ait: Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circūdata varietate, ſ. omnium Beatorum. Ideo veneranda, ſalutanda ac adoratione

*Angelica ſalutatio, eſt plena omni virtute.*

*In ſalutatione angelica tria conſideranda.*



A tione hyperduliæ adoranda. In cuius exemplum 3. Reg. 2. in figura Chriſti Salomō ſurrexit de ſolio in occurſum matris, & adorauit eam. Ideoq; ad dexteram Regis ſedet, vt quotiens adoras Regem Chriſtum, adores etiam Chriſti matrem. Propterea hac ſalutatione eſt frequenter adoranda. Secundo cogita Angelicum exemplum. Si enim Angeli ſalutant eam, quanto magis hoc tenetur homo, vnde Lu. 1. Ingreſſus Angelus ad eā dixit: Aue gratia plena, &c. De qua Bernar. ait: Quæ eſt hæc virgo tam nobilis, vt ſalutetur ab Angelo? tam humilis, vt deſponſata ſit fabro? Diſce ergo ab Angelo ſalutare Mariam. Tertio conſidera mirificum lucrum: quia cum homo deuote ſalutat Virginem, B reſalutatur ab illa. Eſt enim curialiſſima Regina, glorioſa Virgo Maria, nec poteſt ſalutari ſine reſalutatione miranda. Si mille Aue Maria dicis in die deuotè, millies a Virgine reſalutaris. Propterea in myſterium huius hortatur Apoſt. ad Rom. vlt. c. di. Salutate Mariam. Et ſic patet quantum hæc ſalutatio eſt admirabilis conſiderationis, quia cogitabat. Secundo apparet eſſe admirabilis commendationis: Ait enim, Qualis eſſet. Commendatur enim hæc ſalutatio ex tribus. priC mo ex altitudine, ſecundo ex dulcedine, ſiue ex dulcitudine: tertio eſt gratitudine. Commendatur. n. primo ex altitudine, quæ in hac ſalutatione cōtinetur. Tota enim myſterijs mirabilibus eſt plena, quæ omnia redolent & redundāt dulcedinem ſalutis noſtræ. Quis enim tam ignarus & tam inſipidus erit, qui non ſæpe per hanc ſalutationem recolat principia noſtrę ſalutis? Aue inquit, gratia plena, Dominus tecum. Omne verbum altis myſterijs plenum eſt, ſicut infra patebit. Secundo commendatur ex dulcedine. Hanc igitur guſtans & ſaporans Propheta inquit: Quā dulcia faucib[9] meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Ideo Eccleſiaſt. 24. ipſa ait: Spiritus meus ſuper mel D dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & fauū. Hæreditas enim glorioſæ Virginis eſt ſalutatio ſua, quam apud homines deuotione hæreditauit, vt iam Aue Maria, ſicut Pater noſter, cuilibet Chriſtiano libeat frequentare. Tertio commendatur ex gratitudine. Magna nempe ingratitudo eſt tot ſuſcipere beneficia a Domina noſtra glorioſa Maria, & non recognoſcere donatricem, nec ſibi ſalutando ringratiari. Vnde contra talem ingratum, Eccleſiaſt. 41. exprobratiuè ſcriptū eſt: Erubeſcite a ſalutationis ſilentio. Tertio oſtenditur eſſe admirabilis ſalutationis,

*Figura & typus B. Virginis.*

*Angelicū exemplū.*

*Lucrū mirificum.*

*B. Virginis cōmendatio & encomiū.*

quia ſubditur, Iſta ſalutatio. In tota nanque E ſerie huius Angelicę ſalutationis triplex principale myſterium per ordinem declaratur. Primum eſt ſalutationis ibi, Aue Maria. Secundum eſt commendationis ibi, Benedicta tu. Tertium eſt ſupplicationis ibi, Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, Amen.

## Articvlvs Primvs.

*De triplici excellentia glorioſę Virginis Mariæ. ſ. naturæ, gratiæ, & gloriæ.*

F

PRimum myſterium eſt ſalutationis. In qua ſalutatione triplex Virginis excellentia demonſtratur. prima eſt naturæ, ſecunda gratię, tertia gloriæ.

*Quod Beata Virgo excedit multipliciter omnes alios in natura. Cap. 1.*

PRima eſt excellentia naturę. Triplici nanque modo in Aue, hæc G naturæ excellentia demonſtratur. Primo modo Aue. i. ſine vę. Et hoc triplici quidem modo, cui ſubiacet totum fęmineum genus. ſ. pudoris, laboris, & doloris. Fuit. n. ſine vę pudoris in conceptione, ſine vę laboris in geſtatione, ſine vę doloris in parturitione. Nam teſte Bernar. fuit ſine corruptione fęcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. Ratio autem, quare fuit ſine vę pudoris eſt, quia eius conceptus fuit ſine corruptione: non humano ſemine, ſed myſtico ſpiramine: Angelo illi dicente, Spirituſſanctus ſuperueniet in te. Fuit etiam ſine vę laboris: quia pondus amoris & grauedinis leuis virtus Spirituſſancti obumbrabat. Inſuper non habuit vę doloris, quia partus ſine læſione, H quia ei Angelus ſubdidit: Quod. n. ex te naſcetur, ſanctum vocabitur filius Dei. Soli. n. Principi porta illa ſeruata eſt, quam nō violauit egrediens, ſicut nec etiam ingrediens, ſicut myſticè ponit Ezech. 44. c. Hac triplici maledictione in nulla muliere immunis natura fuit, niſi in ſola Virgine benedicta. Vnde Euæ, Gen. 3. c. dictum eſt: Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos. Secundo etiam modo in Virgine per Aue naturæ excellentia denotatur, qa ab alio triplici vę immunis fuit. ſ. cō-

*Aue quid ſignificat.*

A cupiſcentiæ, culpæ, & pęnæ. De quo triplici væ, Apoc. 9. clamabat aquila volãs, væ, vę, væ habitantibus in terra. Fuit enim B. Virgo ſine primo væ, hoc eſt ſine tyranno concupiſcentiæ, peccati originalis: quia ſine eo cõcepta eſt, ſicut teſte Salomone Can. 4. didicimus, q ait: Tota pulchra es amica mea, & macula. ſ. originalis culpę, non eſt in te. Aut oĩno in ea fuit extinctum per Spirituſſancti ſanctificationem: propterea Pſal. ait: Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. i. Beatam Virginem, in qua Dñs Ieſus Chriſtus nouem menſibus habitauit. Fuit ſine ſecundo væ. ſ. culpæ & mortalis & venialis. Vnde B Aug. Excepta B. Virgine Maria, de qua cum de peccatis agitur, nullam volo fieri queſtionem propter honorem Dñi. ſed poſt hanc ergo virginis exceptationẽ ſi Sancti & Sanctæ congregari poſſent, & quæreretur ab eis, an peccatum haberent: quid reſponderent, niſi quod Io. ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Fuit ſine tertio væ, .ſ. pęnę, quæ in ſeparatione animæ & corporis, quæ eſt incineratio, & corporis diſſolutio. Nam ſicut non dedit Dominus Sanctũ ſuum videre corruptionem. i. Chriſtum: ſic nec Sanctam ſuam, de qua natus eſt Sãctus, ſed corpore & anima in cœlum aſſumpta C eſt. Tertio inſuper modo per Aue in Virgine, naturæ excellentia demonſtratur: quia .ſ. fuit ſine alio triplici væ. ſ. carnis, mundi, & diaboli. Siue tria ei defuerunt, de quibus 1. Io. 2. Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Auaritiam nanq; excluſit per paupertatem, luxuriam per virginitatem: diabolum vero, vel ſuperbiam per humilitatem: quia has virtutes perfectiſſimè in ſe habuit, merito ergo ei ab Angelo dicitur Aue. Ab vſu enim eccleſię immediatè ſubiungitur Mariæ nomen, cum dicitur, D Aue Maria: quod tamen ab eodem Euangeliſta Luca præmiſſum erat, cum dixerat: Et nomen Virginis Marię. Et merito quidẽ nomen Mariæ adeſſe debet. Nam Maria interpretatur maris ſtella. Amarum mare, Domina, & illuminata. Eſt enim ſtella nauigantibus hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, in quo reptilia, quorum non eſt numerus. Sed maxime ſtella eſt, quia emiſit per natiuitatem filij Dei radium mentis noſtræ irradiatiuum. Amarum etiam fuit mare, qñ in paſſione gladius a Simeone prædictus, Lu. 2. eius animam pertranſiuit. Dña equidẽ facta eſt in ſua aſſumptione, qñ exaltata eſt ſuper choros Angelorum ad cęleſtia regna, E & facta eſt Regina cœlorum & Dña Angelorum. Sed illuminata mirabiliter fuit in animæ ſuę in corpus infuſione: Mirabilius tamen in filij Dei conceptione: Sed mirabiliſſimè in ſua aſſumptione & glorificatione, vbi vltra omnes beatos Angelos & animas ſimul iunctas diuina viſione manet irradiata. Ecce prima excellentia virginalis, quia excellit omnes alios in natura.

*B. Virgo fuit abſq; originali plaga.*

*Virgo anima & corpore in cęlũ aſſumpta.*

## *Quod Beata Virgo multipliciter omnes alios in gratia ſuperexcellit. Cap. 2.*

F SEcunda excellentia eſt gratiæ, de qua Angelus ſubdit, Gratia plena. Hoc ꝑm triplicem intellectum exponi poteſt. Primus eſt, gratia plena. Gratia inquam. ſ. corporali, ſpirituali, & ſingulari: Nam gratia corporalis fuit gratia virginitatis in carne: vnde Can. 4. Hortus concluſus, fons ſignatus denominatur. Gratia ſpiritualis fuit abundantia virtutum in mente: propterea etiam Can. 4. Anima eius dicitur fons hortorum, & puteus aquarum viuentium. Gratia ſingularis fuit præſentia filij Dei in ventre. Ideo Can. 7. ſcriptum eſt, Venter tuus, ſicut aceruus tritici. i. plenus illo grano tritici, atq; frumenti, qui de ſe ait, Io. 12. Niſi granum frumenti cadens in terram. i. in beatã G Virginem per incarnationem, mortuũ fuerit per paſſionem, ipſum ſolum manet, &c. Secũdus intellectus, Gratia plena. Nam fuit in ea vacuitas, ſiue profunditas humilitatis, puritas virginitatis, & ſoliditas charitatis, qa has virtutes pleniſſimè habuit & in ſummo. Ad hoc. n. ꝙ vas impleatur & teneat liquorem bonum, iſta tria requirũtur. ſ. quod vas ſit vacuum, ſiue profundum: ꝙ ſit purũ, quodq; ſit ſolidum, ſiue firmum; quæ omnia fuerunt in Virgine matre. vnde Cant. 5. admirantes de ipſa Angeli quærunt, Quæ H eſt iſta, quę progreditur quaſi aurora cõſurgens? Pulchra vt luna, propter virginitatẽ: lunæ nanq; corpus frigidum eſt. Electa vt ſol, propter feruentiſſimam charitatem. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata, propter profundiſſimam humilitatem, qua nihil dæmonibus terribilius eſt. Tertio inſuper intellectus, Gratia plena. Omnis nempe gratia, quæ huic ſeculo communicatur, triplicem habet proceſſum. Nam a Deo in Chriſtum, a Chriſto in Virginem, a Virgine in nos ordinatiſſimè diſpenſatur. Primo nanq; omnis gratiæ Deus & Dominus donator eſt:

*Beata Virgo triplici gratia fuit plena*

*Humilitatis profunditas in Virgine.*



A eſt: iuxta quod Iacob, 1. ſcriptum eſt: Omne datum optimum & omne donum perfectũ deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. Secundo procedit a Domino Ieſu Chriſto, in quantum eſt homo. Ipſe nanq; in pręſenti ſeculo viuens meruit nobis omnem gratiam, quam Deus ab æterno diſpoſuerat dare huic mundo, ſicut Io. 1. ſcriptum eſt, De plenitudine eius accepimus omnes, & gratiam pro gratia. Tertio proceſſus eſt a Virgine benedicta. A tempore enim quo concepit Deum in vtero ſuo, quandam (vt ſic dicam) iuriſdictionem, ſeu auctoritatem habuit in omni temporali proceſſione Spiri- B tuſſãncti, ita ꝙ nulla creatura aliquã a Deo recipit gratiam virtutis, niſi ſecundum diſpenſationem ipſius Virginis matris. Cum enim Chriſtus ſit caput noſtrum, a quo omnis influxus diuinę gratiæ in myſticum corpus fluit, Beata Virgo eſt collum, per quod hic fluxus pertranſit ad corporis membra, ſicut Salomon Can. 7. teſtatus eſt de Chriſto, prædicens: Collum tuum, quod eſt Virgo beata, ſicut turris eburnea. Vnde Bernar. Nulla gratia venit de cęlo in terram, niſi C tranſeat per manus Mariæ. Merito ergo dici poteſt gratia plena, a qua omnes gratiæ manant in eccleſiam militantem: Figurata in fonte illo, de quo Gen. 2. Qui de terra aſcendens irrigabat vniuerſam ſuperficiem terræ. Et iterum Pſal. ait, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, ideſt, eccleſiam militantem.

## *Quod Beata Virgo Maria multipliciter omnes in gloria ſuperexcellit. Cap. 3.*

D TErtia Virginis excellentia, eſt gloriæ: de qua per Angelum ſubinfertur, Dominus tecum. Non tamen tecum cõiter, ſicut cum alijs, cum quibus eſt per participationem gratię, ſed tecum ſingulariter, in qua eſt per communicationem naturæ: quia in vtero Virginis natura noſtra vnita eſt naturæ diuinæ. quod quidem fuit in Virgine glorioſa ſingularis. Vnde de ipſa Prouer. 11. ſcriptum eſt: Mulier gratioſa. i. plena gratia, inuenit gloriam. Illa nanq;, de qua Prouer. 10. Gloria patris, filius ſapiens, qui eſt Chriſtus. Ait ergo, Dominus tecum, qđ tripliciter exponi poteſt. Primo modo Dominus tecum. Dominus enim eſt Pater, Dominus Filius, Dominus Spirituſſanctus. Tecum Dominus Pater, quia tu ſponſa Patris. E Tecum Dominus Filius, quia tu mater Filij. Tecum Dominus Spirituſſanctus, quia tu Spirituſſancti theſauraria comprobaris. Et tamen non tres Domini incarnati in te, ſed vnus eſt Dominus, ſcilicet Filius incarnatus: quia in te Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, Ioan. 1. c. Secundo etiã Dominus tecum. tecum autem ante vterum, tecum in vtero, tecum poſt vterum. Ante vterum te præſignans in multis figuris & prophetijs. Vnde Gen. 6. c. Fac tibi archam de lignis leuigatis, &c. Ecce figura. Et Eſa. 7. c. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Ecce prophetia. In vtero te ſanctificans, Pſ. F Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſim⁹. Poſt vterum te fęcundans. Vnde Luc. 1. Ecce concipies in vtero, & paries filium. Tertio quoq; Dominus tecum. Tecum enim in mente, tecum in ventre, tecum in poteſtate. Tecum nanque in mente per virtutũ abundantiam. Vnde dictum eſt ſupra, Aue Maria gratia plena. Tecum in ventre per ſuam præſentiam, Luc. 1. Ecce concipies in vtero, & paries filium. Tecum in poteſtate, propter peccatorum indigentiam, cum de G Deo pro nobis facias quicquid tuæ placuerit charitati. In cuius myſterium, 3. Reg. 2. c. dicit Salomon ad matrem, ideſt, Chriſtus ad Virginem: Pete mater mi, neque enim fas eſt vt auertam faciem tuam. Propterea culpa eius eſſet, ſi eum nollet placare nobis. Ideo deuotus Bernar. ait: Securum habes, o homo, acceſſum ad Deum: ibi habes matrem ante filium, filium ante patrem. Mater oſtendit filio pectus & vbera: filius oſtẽdit patri latus & vulnera. Nulla ergo poterit eſſe repulſa, vbi tot ſunt charitatis inſignia. Ecce dulce tecum, quod vtinam ſit H ſemper mecum, necnon & vobiſcum. Et ſic ex his, quæ dicta ſunt patet primum myſterium. ſ. ſalutationis Virginis matris.

*Dominus tecum.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De triplici benedictione, quæ in ſalutatione Angelica demonſtratur.*

SEcundum myſterium eſt commendationis, vbi triplex commendatio per ordinem declaratur. Prima eſt de benedicta Matre, ſecunda vero de benedicta prole, tertia autem de benedicto nomine.

### *Quod Beata Virgo benedicta in mulieribus tripliciter declaratur. Cap. 1.*

*Benedicta in mulieribus.*

PRima commendatio eſt de benedicta Matre. Vnde ſubditur, Benedicta tu ĩ mulieribns. Quod poteſt exponi ſm̃ triplicem intellectũ. Primus intellectus eſt, Benedicta tu in mulieribus. i. ſuper omnes mulieres: quia peruenisti ad tertium benedictionis gradum in genere muliebri, ad quẽ alia mulier nunquam attigit, vel attingere poteſt. Primus gradus eſt, quod fœcunda, ſed non virgo: ſecundus, quod virgo, ſed non fęcunda: tertius, quod virgo ſimul & fęcunda. Duo nẽpe primi communes ſunt cæteris mulierib. tertius vero ſolius Mariæ proprius eſt. Propterea Lu. 10. c. ſcriptum eſt: Mariam optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Bona quippe pars, quod fęcunda: melior autem, quod virgo: ſed optima, quod virgo & mater, quod ſoli Mariæ datum eſt. Simulque conſidera circa hoc tria inaudita ſuper omnes mulieres in Maria geſta. Fuit. n. ſimul in vnum parens & virgo, mater & filia, plena & vacua, filio Dei plena, ſemine hominis vacua. Vnde Lu. 1. iubilãdo cantabat Virgo beata dicẽs: Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Et pſal. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Secundus intellectus, Benedicta tu in mulieribus. i. inter mulieres. Et hoc inſuper triplici ratione, quia benedictionem participauit cum omni ſtatu & genere mulierum. Fuit enim cum virginibus virgo, cum coniugatis fęcunda, cum viduis continens & caſta. propterea ei Eccleſiaſt. 24. c. dictum eſt: In Iacob inhabita, & in Iſrael hęreditare, & in electis meis mitte radices. Iacob enim interpretatur luctator, per quem ſtatus coniugatorum ſignificatur. Iſrael autẽ ab Angelo ſuſcepit nomen, quãdo emarcuit fęmoris eius neruus, ideo continentiã præſigurat. Electi nempe merito virgines nuncupantur, quia hi ſequuntur agnũ quocunq; ierit, vt dicitur Apoc. 14. Tertius etiã intellectus, Benedicta tu in mulieribus. i. a mulieribus. Et hoc quidem propter triplicẽ benedictionem, quam mulieres per ipſam obtinuerunt contra tria mala, a quibus liberatæ ſunt per Virginem benedictam. Primũ malum fuit verecundia Euæ, ſecundum maledictio legis, tertium deiectio naturæ. Primum autem malum fuit verecundia Euæ. Quæ nanque mulier fuiſſet auſa apparere, cum per mulierem fuerit perditum totum genus humanum? propterea in ſignum huius datur eis in capite velum. At mulier benedicta Maria de hac confuſione ipſas redemit, dum per ipſam genus humanum ſaluatum eſt. Vnde glo. ſuper illud, Miſſus eſt Angelus Gabriel, &c. inquit, Mulier a diabolo ſeducta mortem intulit: econtra mulier ab Angelo edocta, ſalutem edidit. Secundum malum erat maledictio legis, per quam maledicta erat omnis mulier, quæ non producebat ſemen in Iſrael, Deuter. 22. c. Dura neceſſitas, & graue quidem iugum ſuper omnes filias Euæ: Nam ſi pariunt, cruciantur: ſi non pariunt, maledicuntur. Sed hoc maledictum benedicta Maria virginum primiceria aboleuit, dum prima ſuam virginitatem Domino conſecrauit. Ideo Pſal. de ipſa ait: Adducentur Regi. ſ. Chriſto, virgines poſt eam, ideſt, poſt Reginam, quæ prima ſummo Regi dedicauit virginitatem. Proximæ eius, ideſt, viduæ & continentes, quæ virginibus proximę iudicantur, offerentibus tibi, ſcilicet Chriſto. In huius myſterium, Exo. 15. ſumpto tympano, ideſt, carnis mortificatione a Maria egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cũ tympanis & choris, &c. Tertium malum eſt deiectio naturę, ſeu conditionis. Naturaliter autem deiecta & infirmata eſt conditio muliebris. vñ Prouer. vlt. Mulierem fortẽ quis inueniet? Sed ecce præſto inuentæ eſt, cuius precium procul & de vltimis finibus, quod eſt Chriſtus de ſinu Dei patris; quæ ſua fortitudine diabolum ſupplantauit, ſicut Gen. 3. de ipſa myſtice ſcriptum eſt, Ipſa conteret caput tuum. propterea ceſſauit abiectio mulierum. Vnde Iudith 15. c. ipſi Iudith in perſona Virginis dictum eſt de his tribus, Tu gloria Hieruſalem, contra verecundiam Euæ. Tu lætitia Iſrael, contra maledictum legis, pro quo liberatæ lætantur. Tu honorificentia populi noſtri, contra abiectionis opprobrium.

### *De benedicto fructu vteri virginalis. Cap. 2.*

*Benedict⁹ fructus ventris tui.*

SEcunda commendatio eſt de benedicta prole, de qua ſubditur: Et benedictus fructus ventris tui. hæc ſunt verba Eliſabeth ab ea dicta, quando a Virgine viſitata fuit. Quæ verba Eccleſia cum ſalutatione Angeli Virginem ſalutando commiſcet, vt ex vtroq; choro. ſ. Angelorum, & hominũ, veneranda & ſalutanda glorioſa Virgo mõſtretur: Ait enim Eliſabeth, Et benedictus fructus



fructus ventris tui: & merito nempe, quia quintupliciter benedictus. Primo benedict⁹ in flore. ſ. vnde proceſſit, quia ſuperius dictũ eſt de Virgine, Benedicta tu in mulieribus. Secundo benedictus in decore. Vnde in pſ. Speciosus forma præ filijs hominũ. & Sap. 7. Candor eſt. n. lucis æternæ, & ſpeculũ ſine macula. Et iterum Cant. 5. Dilectus me⁹ cãdidus & rubicũdus electus ex millib. &c. Tertio benedictus in odore, Cant. 1. Trahe me poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorũ. Et Gen. 27. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Quarto benedictus in ſapore, Pſal. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Domin⁹. Et Cant. 2. c. Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quinto benedictus ĩ valore, quia fuit redemptio generis humani. Vnde 1. Cor. 6. Empti eſtis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

### *De tribus excellentijs nominis Ieſu. Cap. 3.*

*Nominis Ieſu celebritas.*

TErtia commendatio eſt de benedicto nomine, quod eſt Ieſus, de quo ad præſens ſolum tria cõſiderare ſufficiat. ſ. breuitatem, immenſitatem, & ſuauitatem. Primo nota breuitatem in dicto: q̃a non ſunt niſi duę ſyllabę, vt non laboraret homo in dicendo, & frequenter nominãdo hoc ſanctiſſimũ nomẽ. Vñ ad Ro. 9. & Eſa. 10. Verbum breuiatum fecit Dñs. De verbo abbreuiato eſt nomen Ieſus de Dei filio incarnato. Secundo conſidera immenſitatem in virtute, Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominib. in quo oporteat ſaluos fieri. Et Phil. 2. Donauit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtrium, & infernorum. Propterea ad reuerentiam & gloriam huius ſanctiſſimi nominis, decretalis ab eccleſia emanauit, ext. de immu. eccl. c. decet domum Dei ſanctitudo. li. 6. vbi dicitur: Conuenientes ibidem. ſ. in eccleſia, nomẽ illud, quod eſt ſuper omne nomẽ, a quo aliud ſub cęlo non eſt datum hominibus, in quo ſaluos fieri credentes oporteat: Nomen videlicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum facit populum ſuum a peccatis eorum, exhibitione reuerentię ſpecialis attollant: Et quod generaliter ſcribitur, In nomine Ieſu omne genu flectatur, ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes, præcipuè dum aguntur Miſſarũ ſacra myſteria, glorioſũ illud nomẽ q̃ñcũq; recolitur, flectãt genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur. hæc illa. Ergo vt ex his patet, quando dicimus, Aue Maria, & venimus ad hoc nomen, Ieſus, ſaltem caput inclinare debemus. Tertio propterea conſidera in hoc nomine ſuauitatem in ſapore. vnde Bern. ait: Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Et alibi iubiloſè cantando ait: Dulcis Ieſus memoria, dãs vera cordis gaudia: ſed ſuper mel & omnia, eius dulcis præſentia. Nil canitur ſuauius, auditur nil iucundius: nil cogitatur dulcius quam Ieſus Dei filius, &c.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *De tribus, quæ ponuntur in fine Salutationis Angelicæ.*

TErtium myſteriũ eſt ſupplicationis, quæ in fine ſalutationis, & commendationis in Aue Maria ſolet a fidelib. frequentari. In qua ſupplicatione tria facere ſolent. primum inuocare, ſecundum laudare, tertium poſtulare.

### *Quod beata Virgo in omni neceſſitate inuocanda eſt. Cap. 1.*

PRimo nanque a fidelibus inuocatur, cum dicitur, Sancta Maria. Et merito quidem: Cum enim Maria interpretetur maris ſtella. nocte ſiquidem tranſeuntibus nobis ꝑ hoc mare magnum & ſpatioſum, opus eſt hanc ſtellam notare, quæ cardini cęli Ieſu propinquiſſima eſt, vt nõ ſolum eius coruſco ſplendore poſſimus dirigere curſum noſtrũ cum ſalute, verum etiam in quacunq; neceſſitate noſtra poſſimus eam cum omni fiducia inuocare. Vnde Bern. In periculis, ĩ anguſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca: Non recedat ab ore, non recedat a corde. Et vbi impetras eius orationis ſuffragiũ, ne deſeras conuerſationis exemplum: ipſam ſequens, non deuias: ipſam rogans, non deſperas.

### *Quanta ſit dignitas eſſe Virginem matrem Dei. Cap. 2.*

SEcundo a fidelibus laudatur, cum dicit Mater Dei. Tãta nẽpe eſt laus, quã ei tribuim⁹, cũ dicimus Mater Dei, ꝙ nec in ꝑſonis creatis, vt Angelis, vel hoĩb. nec ĩ ꝑſonis ĩcreatis reperit̃ hæc ĩcogitabilis dignitas,

A tas, ſcilicet quod habeat Dei filium, niſi in vna perſona diuina, quæ eſt Patris: & vna perſona humana, quæ eſt Matris. Inſuper maius eſt hoc donum, quod ſit Mater Dei, quam quod ſit Domina creaturarum Dei, quia hoc dependet ab illo, ſicut ramus a radice: propterea ei potius dicimus Mater Dei, quam Domina mundi, vel vniuerſi.

*Eſſe matrẽ Dei.*

### *De poſtulatione, quæ in fine Angelicæ ſalutationis poni ſolet. Cap. 3.*

TErtio & vltimo poſtulatio ſubinfertur, cum dicitur, Ora pro nobis peccatoribus. Quanto enim B mediator inter peccatores, & Deum ad intercedendum eſt promptior & vehementior, & ad impetrandum dignior & reuerentior & gratioſior: tanto cęteris paribus eſt vtilius eum habere pro mediatore. Sed quęnã comparari poterit ſupplicationi maternæ? Aſtat enim pro nobis ſupplex a dextris filij vera Regina, quia ſummi Regis mater: per generoſam conceptionem: quia ſummi Regis filia per gratioſam adoptionem: quia ſummi Regis ſponſa per glorioſam aſſumptionem. Aſtat inquam talis Regina pro deuotè C poſtulantibus ad intercedendum cõtra indignationem iudicis, ad excuſandum defectum noſtræ infirmitatis, ad ſubueniendum accipiens pro nobis plene influxum diuinitatis, quam nobis infundat hic per gratiam, & in futuro per gloriam ipſe filius Dei Ieſus, qui cum Patre & Spirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

---

## FERIA QVARTA Poſt Domin. Oliuarum.

### *De his, quæ male ſe habent circa Dominicum ſacramentum.*

D

## Sermo LIII.

AB altitudine diei timebo: Ego vero in te ſperabo. *Pſal. 55.* Quia iam inſtat ſacratiſſimũ tempus, quo quilibet præparare ſe debet ad ſumendũ Dominicum ſacramẽtum: Ideo vt cuilibet innoteſcat, quid ei neceſſarium eſt: conſiderare oportet, quod tria ſunt hominum genera, qui male ſe habent ad ſacratiſſimum corpus Chriſti. Primo ſunt quidam, qui illud non ſuſcipiunt: ſecundo ſunt quidam, qui E male ſuſcipiunt: tertio ſunt quidam, qui male eijciunt. primi malè, ſecundi peius, tertij peſſimè operantur. primum eſt peccatum cæcitatis, ſecundum fragilitatis, ſed tertium iniquitatis. Contra hæc tria in perſona veri fidelis Propheta ait, Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtendit contra tria prædicta tres eſſe neceſſitates circa hoc ſacramentum, ad quas homines obligantur. prima eſt amoris, ſecunda eſt timoris, tertia eſt vigoris. Prima eſt amoris obligantis contra non ſuſcipientes ibi, ab altitudine diei. Secunda eſt timoris retrahentis F contra male ſumentes ibi, timebo. Tertia eſt vigoris ſtabilientis & perſeuerantis contra male illud eijcientes ibi, ego vero in te ſperabo. Et in his quinta Religioſitas, quæ dicitur animi obligati, inſinuatur: quia quilibet ad has tres neceſſitates obligatum ſe intelligere debet.

*Tria hominũ generaq̃ male ſe habẽt ad corpus Chriſti.*

## ARTICVLVS PRIMVS.

### *De ſeptem obligationibus, quibus homo diuerſimode obligatur erga Domini ſacramentum.*

G

PRima neceſſitas eſt amoris obligantis, & hoc contra quoſdam, qui hoc non ſuſcipiunt Sacramentum. Et de hoc Propheta ait, Ab altitudine diei. Ad literam vocat diem altam, reſurrectionis Dominicæ diẽ: quia tunc incipiunt iam magni dies, atque ſolis calor fortius inualeſcit. Alta quoque dies allegoricè dici poteſt feruens dilectio Chriſti, qua ſic ardenter dilexit nos, quod nobis in cibum tradidit ſemetipſum, vt in ſe per charitatem totaliter transformaret. Spiritualiter tamen & ſpecialiter reſurrectionis dies ab affectu alta merito nuncu- H patur: quia ex ſacra communione, quæ in tali die a fidelibus ſumi debet, quaſi in alto feruore ſolis ſpiritualis, & intelligentia illuſtratur, & affectio inflammatur, & humana facultas in Domino roboratur. Circa autem hanc neceſſitatem ſeptem obligationes ſubdiſtinguamus. prima eſt communionis, ſecunda inductionis, tertia expulſionis, quarta priuationis, quinta orationis, ſexta confeſſionis, ſeptima dilationis.

*Dies alta quid.*

De



A

### *De obligatione ad communionem, & quadruplici vario tempore huius obligationis. Cap. 1.*

PRima obligatio eſt communionis. Cum.n. principaliter duplex ſit modus ſumendi hoc Sacramentum.ſ. ſpiritualiter, & ſacramentaliter. Omnes de neceſſitate ſalutis tenentur ſaltem ſpiritualiter mãducare, quia hoc eſt Chriſto incorporari, vniri, & in eũ tanquam legitimũ membrum per gratiã transformari. Talis nempe manducatio ſpiritualis percipiendi hoc ſacramentum obligat & includit deſiderium, ſeu votum. Propterea B ſine voto percipiendi hoc ſacramentũ non poteſt homini eſſe ſalus. Sed fruſtra quoq; eſſet votum, niſi opere impleretur, qñ opportunitas adueniret. Et ideo obligatur, atq; tenetur homo hoc ſacramentum ſumere, etiã ſi de hoc pręceptum aliter eccleſia nullum daret, cum hoc ipſum a Dño ſit præceptũ, Io. 6. Niſi mãducaueritis carnem filij hois & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam ĩ vobis. Et Mat. 26. Hoc facite in meã commemorationem. Et cum hoc concor. Tho. Aliter tamen dicit Bonau. Ex hoc ni- C hilominus Chriſti præcepto varia ſtatuta & conſuetudines in Dei eccleſia ſunt exorta. Primo.n. in eccleſia primitiua, qñ feruor Dei flammeſcebat, & deuotio ſanguinis Ieſu Chriſti recẽter effuſi in fideliũ mentibus bulliebat: ſtatutum fuit, ꝙ fideles quotidie ſumerent Dñicum ſacramentum, ſicut patet Act. 2. & de conſe. diſt. 2. c. peracta. dicit Papa Calixtus, Peracta conſecratione oẽs cõicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus: ſic.n. Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet eccleſia. hæc ille. Secũdo aũt tpe iam feruore diminuto, cõicabãt quidam quotidie, & quidam quolibet die Dominico, ſicut patet in libro de eccleſiaſticis D dogmatib. & habetur de conſe. di. 2. c. quotidie. vbi ſatis innuit Auguſt. hoc etiam ſuo tempore a multis obſeruatum, di. Quotidie Euchariſtiæ cõionem accipere, nec laudo, nec vitupero: oĩbus Dñicis diebus cõicandũ hortor. Tertio vero tempore adhuc magis frigeſcente deuotione fidelium præceptum eſt, vt ter in anno quilibet catholicus ſumeret Dñicum Sacramentum, ſicut patet de conſe. di. 2. c. & ſi nõ frequentius. vbi Papa Fabianus ait: Et ſi non frequentius, ſaltẽ ter in anno hoĩes cõicent, niſi forte quis maioribus criminib. impediatur: in Paſcha videlicet, in Pentecoſte, & in natali Dñi. Et E ex concilio Agathenſi, ead. diſt. c. ſeculares, præceptũ eſt. Seculares, q in natali Dñi, Paſcha, & Pentecoſte nõ cõicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Et idẽ in c. oĩs homo. ea. di. Soter quoq; Papa dixit, in cęna Dñi eſſe cõicandũ. ea. di. c. in cęna Dñi. Sed hoc erat conſiliũ, nõ pręceptũ. Quarto aũt tpe frigeſcente charitate multorũ, pp abundantiã iniquitatũ, ſtatuit Innocentius III. ꝙ ſaltem ſemel in anno. ſ. in Paſcha, fideles cõicent, ſicut patet ext. de pęn. & remiſ. c. oĩs vtriuſq;. Et qui ſaltem ſemel in anno nõ cõicat, obduratur in corde, ſicut patet 82. diſ. pręsbyter. in medio. Concor. Richar. in 4. diſ. 12. in fine pen. quęſt. Et F Bonauen. vbi ſup.

*Primo.*

*Varia conſuetudo de ſũptione ſacramenti.*

*Secundo.*

*Tertio.*

*Quarto.*

### *Quod parentes & curam habentes familiarum, tenentur reducere filios & ſubditos ſuos ad ſacram communionem, & qua ætate ſit communicandum. Cap. 2.*

SEcunda obligatio eſt inductionis. Quilibet.n. pater & mater: imo quilibet paterfamilias ex præcepto diuinæ & fraternæ charitatis tenetur, non dico cogere, ſed rationabiliter inducere quemlibet de familia ſua ad ſacram cõionem ſumẽdam, ſal- G tem ſemel in anno: & filios & filias, & famulos & famulas, & alios quoſcunq; habet in cura familiari. Ratio huius eſt, quia debet diligere proximum ſuum, ſicut ſeipſum, ſicut Luc. 10. præceptum eſt. imo non ſolum ex hoc præcepto tenetur ad hoc inducere illos: ſed etiam ꝙ diebus præceptis audiant Miſſam, ſanctificent feſta, confiteantur, & ieiunent, ſicuti obligantur: vnde præcipit Eccleſiaſtic. 7. c. dicens: Filij tibi ſunt, erudi illos, & incurua illos a pueritia illorum, ne quos non incuruaſti cum potuiſti, merito incuruare nõ poſſis, cum velis. Et Eccleſiaſt. 30. Qui docet filium ſuum laudabitur in illo, & in medio domeſticorum, in illo glo- H riabitur. Si aũt quæratur, qua ætate debent induci pueri ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum. Dicendum, ſm Alex. de Ales, ꝙ iuxta iudicium boni viri penſanda ſunt in puero tria. primum eſt ætas, ſecundum eſt diſcretio, tertium eſt deuotio. Primo quidem cõſiderãda eſt pueri ætas. ſ. 10. vel 11. annorũ, ſm Alex. & Tho. & Pet. de Tharantaſia. Secundo conſideranda eſt eius diſcretio. i. cũ eſt doli capax, ſicut dicit glo. c. oĩs vtriuſq; ſexus. ext. de pę. & remiſ. tunc.n. peccare poteſt. ext. de delic. pue. c. pueris. quod quidẽ ante prædictam ætatem etiam euenire contingit.

*Diſcretio cõſideranda in ſumptione ſanctiſſimi ſacramẽti.*

A tingit. Sed poſtquam pueri peccare poſſunt, immo communiter peccant: ideo remediū debēt ſuſcipere peccatorum, quod eſt, hoc ſuſcipere ſacramentum. de conſe. diſt. 2. ante benedictionem. vbi dr̄: Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remiſſio peccatorum. vbi glo. venialium, vel etiam mortalium: de quo latius in ſequenti feria dicturi ſumus. Niſi. n. puer diſcretionis iudicium habeat, & maxime ꝙ diſcernat dr̄iam inter hoc ſacramentum, & communem panem, nondum eſt inducendus ſuſcipere ſacram cōionem: licet quidam Græci cōtrarium faciant propter hoc, ꝙ Diony. c. 2. eccleſiaſticæ Hierarchiæ, dicit baptizatis eſſe ſacram cōmunionem B dandam: non intelligentes, ꝙ Dionyſius de baptiſmo loquitur adultorum. Nec tamen aliquod detrimentum patiuntur ꝑꝑ hoc, ꝙ Dn̄s inquit, Io. 6. Niſi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Quia dicit Aug. Bonifacio ſcribens: Tunc vnuſquiſq; fideliſſimè corporis & ſanguinis particeps fit ſpiritualiter, qn̄ in baptiſmo membrum corporis Chriſti efficitur. Hęc eſt ſententia Thomæ. Tertio conſideranda eſt pueri deuotio. Nam ſi in eo apparet, quod cum C deuotione ſuſcipiet ſanctam communionē, inducendus eſt ad illam.

*Quod expelli debet de eccleſia, vel excommunicari, qui admonitus ſemel in anno non ſuſcipit ſacramentum.*
*Cap. 3.*

TErtia eſt obligatio excluſionis. Quicunq; enim taliter obligatus ſemel in anno ad minus in Paſcha noluerit ſuſcipere ſacramentum, ab ingreſſu eccleſiæ arcendus eſt, ſicut patet ext. de pę. & re. c. D omnis vtriuſq; ſexus. & de conſe. diſt. 2. c. ſi quis. vbi dicitur: Si quis intrat eccleſiā Dei, & ſacras ſcripturas audit, & pro luxuria ſua auertit ſe a communione ſacramenti, & in obſeruandis myſterijs declinat conſtitutam regulam diſciplinæ: iſtum talem proijciendum de eccleſia catholica eſſe decernimus, donec pęnitentiam agat, & oſtendat fructū pęnitentiæ ſuæ, vt poſſit communione, percepta indulgentiā promereri. Secūdum autem Aug. Greg. & Hoſt. ſi præsbyter habet aliquem parochianum peccatorem, qui nolit confiteri, neq; pœnitere: primo illum arguat opportunè. ſ. monendo, ſecundo importunè. ſ. ſuſpendendo & interdicēdo, tertio autem creſcente contumacia excōicandus eſt, vel ſuperiori denunciandus, arg. ad hoc 32. q. 5. c. præceptum. Qui autem ſint E illi, qui hoc ordine puniendi ſūnt, declarat̄, 6. q. 1. c. illi qui. vbi aſſignantur omnes illi, de quib. Apoſ. ad Gal. 5. c. ait, Manifeſta ſunt opera carnis, &c. Inter quos ſunt publici fornicatores, ſeu adulteri, venefici, tenētes odia & inimicitias, cōtentioſi, ęmulatores, iroſi, rixoſi, ponentes diſſenſiones & ſectas, inuidioſi, homicidæ, & his ſimiles: ſicut ſunt periuri, vſurarij, incantatores, blaſphemi, luſores, partiales, raptores, & conſimiles omnes, qui per prælatos & per parochiales prædicto ordine corrigendi ſunt, & excommunicandi, ſi incorrigibiles fiant. Ad F hoc 12. q. 1. prædicandum. 24. q. 3. itaq;. & c. tam ſacerdotes. 2. q. 1. multi. nam ad eccleſiā pertinet decernere de peccato & corrigere delinquentes. ext. de iud. c. nouit. hæc quaſi omnia notat glo. in c. ad audientiam, extra de ſponſa. Si autem non poſſet hoc commode fieri propter multitudinem, vel propter poteſtatem hominum, eos verbis quantum poteſt ſacerdos vel prælatus moneat & terreat, & quantum in ſe eſt, quicquid poteſt faciat, & ſic animam ſuam ſaluet.

*Quid facere debet Parochus aduerſus eū, qui ſe a menſa Chriſti inique abſtinet.*

G

*Quod qui ſemel in anno non ſuſcipit corpus Chriſti, priuandus eſt eccleſiaſtica ſepultura. Cap. 4.*

QVarta obligatio eſt priuationis: quilibet enim, qui ad minus non cōicat in Paſchate ſi ſine ſignis pęnitentiæ decedit, priuatur eccleſiaſtica ſepultura, ſicut patet in præall. c. omnis vtriuſq; ſexus. Sed tales tanquam bruta animalia ſepeliri debent in cymiterio aſinorum, ſicut Hier. 22. c. ſcriptum eſt. Sepultura aſini ſepelietur. Imo ſi eccleſiaſtica ſepultura ſepelitur, ad H cumulum eſt eius damnationis. 13. q. 2. cum grauia. & c. quib. Ac etiā ſi ſepulti ſūnt ibi, oīno ſunt exhumandi, qn̄ eorū oſſa ab alijs ſecerni pn̄t. ext. de ſepul. ſacris eſt canonibus inſtitutum. & cymiteriū, ſeu eccleſia reconcilianda eſt. ext. de conſe. eccl. conſuluiſti. Ratio horum eſt, quia deuotę ſepulturæ officium, bonæ fidei teſtimonium eſt. 13. q. 2. non æſtimemus, ante finem. Propterea ne clerici ſint falſi teſtes animæ impęnitenti, ſancitum eſt ne taliū interſint ſepulturę. extra de rapt. c. 2. Ex quo ſatis innuitur, ꝙ qui talem impęnitentem ſcienter ſociat eccleſiaſticę ſepulturæ, a labe falſi teſtimonij nō eſt immunis.

Quod



A *Quod & pro illo qui non ſuſcipit dominicum ſacramentum in illo anno ſi decedit ſine pęnitentiæ ſignis non orandum, nec oratio porrigenda eſt. Cap. 5.*

QVinta obligatio eſt orationis, ſ. quia nullus orationes vel oblationes poteſt facere pro illo, qui ad præceptum ęccleſiæ intra ſpatiū vnius anni noluerit ſuſcipere Dn̄icū ſacramentū, ſi abſq; B ſignis pœnitentiæ decedit. De hmōi impęnitente, ſm̄ Bonau. in 2. diſt. 14. dicit Ioā. 1. cano. ſua, c. 5. Eſt peccatum ad mortē, nō dico vt pro eo quis roget. Et iterum hoc idē perhibetur extra de ſta. mo. c. 1. & c. ſuper quodam. ext. de fur. c. 2. & 13. q. 2. pro obeuntibus, & 13. q. 2. placuit.

*Orō non porrigit̄ ꝓ illo qui ſe malitioſe abſtinet a ſacro altaris.*

*Quod ſine propoſito communicandi ſemel in anno confeſſio facta non valet. Cap. 6.*

SExta obligatio eſt confeſſionis. Nā qui confeſſus eſt ſemel in anno, & cū obligaretur ſuſcipere corpus Chriſti, tunc non fuit diſpoſitus ſtatuto tempore ſumere illud: confeſſio eius non valet, & iterum C confiteri & ſatisfacere obligatur, licet de hoc ſint variæ opiniones. Eſt enim ſn̄ia diuerſorum Doctorum, & maximè Hoſt. & Ray. & plurium aliorum Doctorum, ꝙ qui confitetur cū ꝓpoſito nō abſtinēdi in poſterū: vel qui vult abſtinere ab vno pc̄tō, & nō ab alio, ſicut hic ſupradictus, qui ab inobedientia eccleſiæ non proponit abſtinere, ipſum teneri iterum confiteri & ſatisfacere, cum talis confeſſio non fuerit facta in charitate, remanente in eo mortali culpa, impoſſibile fuit pc̄tm̄ ſibi dimitti. Ergo ſi nō fuit dimiſſum, debet iterū cōfiteri & ſa- D tisfacere. Vnde Aug. Scio Dn̄m inimicum omni criminoſo: quomodo ergo, qui vnū crimen ſibi reſeruat, de alio recipiet veniā? & de pœ. diſt. 3. c. ſunt plures, vbi Aug. inquit: Quædam impietas infidelitatis eſt, ab eo qui iuſtus eſt & iuſtitia, dimidiam ſperare veniam. Sed talis reſeruat ſibi peccatum inobedientiæ eccleſiæ ſanctæ, quod eſt idolatrare. 81. diſt. ſi qui. Non enim eſt diſpoſitus ſuſcipere corpus Chriſti, ſecundum quòd præcipitur in prælle. c. omnis vtriuſque ſexus. Præterea exiſtens ſine mortali membrū efficitur corporis myſtici Ieſu Chriſti: ſed membrum ſuſtentari debet alimento corporis Chriſti veri, alio- E quin aridum neceſſe eſt fieri, ſicut & corporeum membrum, ad quod corporalis cibi non tranſmittitur nutrimentum. Itē quod grauius eſt, talis maledictionem incurrit, de qua Eccleſiaſtes quarto cap. dicitur, Væ ſoli: quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantem.

*Nota diligenter ne contingat error.*

*Quod ex pluribus cauſis ſacra communio eſt differenda, vel deneganda. Cap. 7.*

F SEptima obligatio eſt permiſſionis, vel dilationis: non tn̄ quilibet peccator, licet pœnitens, poteſt ſtatim ſuſcipere corpus Chriſti: ſed dilatio quandoq; debet ex diuerſis rōnabilibꝰ cauſis a cōfeſſore diſcreto pęnitentibus dari. Circa hoc aūt aduertendū eſt, ꝙ diuerſimodè debēt aliqui abſtineř a ſacra cōione. Quidā per aliquod breue tēpus, quidā per triēnium, quidā nūquā debent cōicare. Primo. n. quidā de ſui diſcreti confeſſoris conſilio ob aliquā rōnabilē cauſam, ad tēpus a cōione abſtinere dn̄t, ſicut patet in ꝑallegato c. oīs vtriuſq; ſexus. Et merito: nā nulli notorio & manifeſto infami dāda eſt ſtatim Euchariſtia poſt eius cōuerſionē, ſicut patet de pęn. diſt. 1. in G actiōe. Debet enim primo apparere aliqua emēdatio pc̄tōris ante cōionē. Hmōi ſunt hiſtriones, incātatores, ſeu magi. & publicę meretrices, luſores, ruffiani, publici vſurarij, publici fornicatores, adulteri, homicidæ, partiales, & cōſimiles. Fit autē hoc propter tria. primo propter reuerentiam ſacramenti, ſecundo vt probetur eius cōuerſio, an ſit vera vel ficta: tertio, ne proximus ſcādalizet̄, qui intima cordis non videt. Poſſet tn̄ talibus cōmunio ſine dilatione adminiſtrari, vbi neceſſitatis articulus cogeret, ſeu aliqua pietas ſuaderet: puta, quia intrat reli- H gionem. hæc ſecundum Richar. in 4. diſt. 9. q. penult. Secundo ſunt quidā alij, qui abſtinere debent per tres annos, licet pęnitētiā agant, ſicut matricidæ: maximè ſi notorij ſunt & manifeſti, ſicut patet. 33. q. 2. c. latorem. Et idem intellige de patricidis: poteſt tn̄ epiſcopus ſuadēte feruida pęnitētia delinquentis mitius relaxare pęnitentiā, ſicut in fine c. patet. Tertio vero ſunt quidam, qui longiori tēpore. i. per plures, hoc eſt ꝑ quatuor annos, debent ceſſare a ſacra communione: ſicut ſunt, qui per horridum ſacrilegium eccleſiam ſcandalizantur: ſicut fuit ille, de quo. 12. qō. 2. c. de viro. Quarto etiam ſunt, qui licet pœnitentiā agat, tn̄

*Debēt aliqui abſtinere a ſacra cōione & quare.*

*Primo.* *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.*

vſque

A vſque ad vitæ finem carere debent ſacra cõmunione: ſicut ſunt vxoricidæ, maximè ſi ſunt notorij & manifeſti, ſicut patet. 33. q. 2. admonere. ſi tamen intraret religionem poſſet ante communicare, ſicut ſatis innuitur in præalleg. c. admonere. Nam cum ibi detur illi vxoricidæ conſilium de religionis ingreſſu, & quælibet religio habeat præcepta de communione ſumenda, ſatis videtur indultum, quòd ſicut cæteri illius religionis poſſit communicare. Item ſi profeſſa monialis contrahit matrimonium manifeſtum, nunquam ſuſcipere poteſt corpus Chriſti, niſi in vltimo fine, vel niſi defunctus fuerit, cui nupſit, ſicut dicit glo. 27. q. 1. de filia. Cuius ratio eſt, quia præſumi
B tur eſſe in mortali. Sed credo, quod communicare poſſet, ſi ſeparetur ab adulterio, & veram pœnitentiam ageret de commiſſis. Regulariter autem tenendum eſt, quòd in fine vitæ omnibus verè pœnitentibus hoc ſacramentum eſt dandum, ſicut dicit glo. extra de rap. c. ſuper eo. Item colligitur, eo. tit. c. quod in te. & 26. q. 6. ſi quis. & 50. diſt. pœnitentes. *Quinto.* Quinto nulli obſtinato & impœnitenti etiam in fine vitæ aliquo modo ſacra communio exhibenda eſt, quia tanto ſacramento omnino indignus eſt. Nam
C ſicut 1. Corinth. 11. ſcriptum eſt: Qui manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. ſ. ſecundum glo. ac ſi Chriſtũ occiderit punietur. Et qui tali hoc ſacramẽtum miniſtrat, mortaliter peccat, cum det illi occaſionem æternæ damnationis. Sed de hoc latius ſabbato futuro in vlt. c. ſecundi artic.

### Articvlvs Secvndvs.

D *Quòd ex peccati occaſione tripliciter fit homo indignus ſumere corpus Chriſti.*

Secunda neceſſitas eſt timoris retrahentis, & hoc contra malè ſumentes, qui communicant in mortali. propterea in perſona diſcretæ animæ propheta ſubdit, timebo, & merito: quia ſicut 1. Corint. 11. Apoſtolus ait: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. *Pctm̃ indignũ reddit ſacra cõione trib⁹ modis.* Tribus etenim modis peccatum indignum reddit hominem ſacra communione. *Primo.* primo, quando eſt in habitu: ſecundo, quando eſt in actu: tertio, quando eſt in propoſito, ſeu in affectu. Primo, quando peccatum eſt in habitu: vt puta, quando quis
E accedit non contritus, nec confeſſus de præterita culpa. *Secundo.* Secundo, quando peccatũ eſt in actu: vt quando quis habeat præſentiam ſacramenti & irreuerẽter pertractat illud: vt puta, quia ad illud accedit ſine conſcientiæ diſcuſſione, ſecundum Bona. Et de hoc plenius in ſabbato futuro, artic. 3. & maximè, ca. 1. 5. & 7. *Tertio.* Tertio, quando peccatum eſt in propoſito, ſeu in affectu: vt quando quis habet in futuro voluntatem peccãdi, ſeu a peccato non abſtinendi. Quanti autẽ periculi ſit quolibet prædictorum modorum ſuſcipere corpus Chriſti, ſabbato futuro, in fine ſecundi artic. latius apparebit, vbi ponuntur. 12. maledictiones malè ſumentium corpus Chriſti. F

### Articvlvs Tertivs.

*Quòd tripliciter periculoſum ſit iterum recidiuare poſt communionem aſſumptam.*

Tertia neceſſitas eſt vigoris ſtabilientis & perſeuerantis & contra tantum ſacramentum a ſe male eijcientes. Plerique etenim poſt ſacram communionem redeunt ſubitò ad vomitum præteritarum culparum, & contumelioſè eijciũt
G a ſe Dominum Ieſum Chriſtum. propterea vigor ſtabiliens aſſumendus eſt. Sed ne quis ex puſillanimitatis timore de recidiua inaniter timens ab hoc ſacramento ſe retrahat, vel de ſe ipſo confidens de ſua firmitate ac ſtabilitate præſumat, conuenienter Propheta ſubdit: Ego vero in te, non in me: ſperabo, confidens quòd ad vomitum non reuertar. *Tria mala icurrit, qui poſt ſumptam cõionem a pctis ſenõ cuſtodit.* Tria etenim mala incurrit, qui poſt ſumptam communionem a peccatis ſe non cuſtodit. primum eſt peruerſionis, ſecundum proditionis, tertium cõfuſionis. Primum eſt malum peruerſionis, quia videlicet ordinem honeſtatis peruertit: venturo enim reuerentiam præbet, præſenti vero iniuriam offert. Secundum malum eſt proditionis. Talis nanque ſimilitudinem gerit Iudæ, qui poſtquam cũ Chriſto cænauit, ipſum ſuis prodidit inimicis. Vnde de talib⁹, ſicut de Iuda, Io. 13. ait dñs: Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum ſuum contra me. Tertium eſt malum confuſionis, quia confundunt Chriſtũ ad priora ſcelera redeuntes. Sed verum eſt prouerbium, quod dici ſolet.

*Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.*

Tales



A Tales ſimiles ſunt populo Iudæorum: qui, vt dicitur Matth. 21. & Io. 12. cum oliuarũ, & arborum ramis in Hieruſalem Dominum ſuſceperunt: *Simile.* Sed vix paucis elapſis diebus eum de Hieruſalem contumelioſè eijcientes in cruce crudeliter affixerunt. Qui igitur per recidiuam iterum cum diabolo, *Exẽplum pulcherrimum* carne & mundo pacem reſarcire tentant, ſumant ſimilitudinem de muliere, cui cum interemptus eſſet maritus, conſeruatam, laceratam & ſanguinolentam camiſiam eius
B filio ſemel, bis & tertio multorum ſuaſione volenti pacificari cum interfectorib⁹ patris, ante oculos expandebat filio dicẽs: Vide fili mi, quam cauſam habes inire pacem cum his, qui ſic atrociter patrem tuum iterfecerunt. Quam camiſiam filius videns, licet pluries de pace fienda eſſet rogatus, nũquam nihilominus acquieuit. Mater tua eſt eccleſia ſancta, quæ camiſiam laceratam & ſanguinolentam Chriſti patris tui nũc expandit ante oculos, quando figuram Crucifixi ante oculos cunctorum in eccleſijs ponit, vt viſa iniuria & morte crudeli eius
C cum interfectoribus ſuis, qui ſunt diabolus, caro & mundus, nunquam pax, ſed cõtinuè bellum a filio legitimo fiat. Ex prædictis igitur patet, quod tam mirificum ſacramentum ex charitate ſuſcipiendum, cum puritate amplectendum, & cum fidelitate conſeruandum eſt: vt per illud anima noſtra in præſenti vita in gratia perſeueret, & tandem per virtutem eius non ſub accidentibus panis, ſed reuelata facie gloriam Domini contempletur, qui in trinitate perfecta viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, amen.

D

## Feria Qvinta
In Cæna Domini.

*De duodecim fructibus ligni vitæ, ſanctiſſimi ſacramenti.*

## Sermo LIIII.

*Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, Pſalm. prim.*

Iam appropinquamus myſterijs ſanctiſſimi ſacramenti: appropinquemus ei quoque deuotione, & fide. Sumamus exemplum magni & illuminati Prophetæ, qui ab hoc ſacramento longo
E tempore diſtans, fidei adhæſione propinquus erat. Vnde illud in ſpiritu videns, ac nobis communicandum prænuncians ait: Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuũ dabit in tempore ſuo. In quibus ſanctiſſimis verbis deſcribitur ſanctiſſimum ſacramentum ſub triplici myſterio contemplandum. primo ſub myſterio ligni gratioſi ibi, Erit tanquam lignum. Secundo ſub myſterio ligni amoroſi ibi, Quod plantatum eſt F ſecus decurſus aquarum. Tertio ſub myſterio ligni fructuoſi ibi, Quod fructum ſuũ dabit in tempore ſuo. Hæc autem tria, quæ pſal. prænunciat eſſe futura, Ioan. Euangeliſta in principio vlt. ca. ſuæ Apoc. nunc eſſe præſentia manifeſtat, cum dicit: *Pſal. 1.* Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferẽs fructus duodecim per menſes ſingulos reddẽs fructum ſuum. Quod verbum poteſt in præſenti materia eſſe aliud thema. Primo contemplandum eſt hoc ſacratiſſimum ſacramentum ſub myſterio ligni gratioſi. *Prima cõtẽplatio.* propterea pſalm. inquit, Et erit tanquam lignum. Quod tamen Io. apertius manifeſtat, cum illud nominat lignum vitæ. Et quidẽ hoc ſacramentum lignum vitæ appellatur, quia in præſenti vita gratiam præſtat, ſiue vitã gratiæ: & in futuro gloriam vitæ, ſiue vitã gloriæ donat, ſicut infra latius apparebit. Secundo contemplandum eſt ſub myſterio ligni amoroſi. Et de hoc pſal. ſubdit, Quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. *Secũda cõtẽplatio.* Quid enim ſignificant aquæ, niſi multitudinem electorum? qui ſunt vtique membra Chriſti, ſicut Apoc. 17. c. ſcriptum eſt, Aquæ multæ, populi multi. Harum quidem decurſus aquarum eſt labilis vita præſens, quæ continuè labitur ſicut aquæ fluminis. Secus autem iſtas aquas plantatum eſt lignum vitæ, H id eſt ſanctiſſimum ſacramentum: quia in præſenti vita electis donatur in cibum, vt verè, iubilatiuè ac regratiatiuè dicere valeamus illud Deute. 4. Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter. Sed quod pſal. de myſtico corpore ait, Ioan. de ſuo capite inquit, Ex vtraque parte fluminis. Quid per flumen, niſi Chriſtus conuenientius deſignatur? cum per ipſum, i. per merita eius a datore cunctorum bonorum Deo tanquam ab originali aquarum fonte in electos in præſenti omnis gratia, & in futuro omnis gloria deriuetur & fluat,

teſte

A teſte propheta, qui de vtriſque ait, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ex vtraq; autem parte huius fluminis eſt vtiq; lignũ vitæ: quia in hoc ſacramẽto, quod verus eſt Chriſtus, deitas & humanitas ſimul fideliter reperitur. Nam, ſicut dicitur Ioã. 1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. ſcilicet in hoc ſanctiſſimo ſacramento. Tertio quoque contemplandum eſt hoc ſacramentum ſub myſterio ligni fructuoſi. Hinc pſalm. inquit, Quod fructum ſuum dabit ĩ tempore ſuo. i. in tempore gratiæ reuelatæ,

*Tertia cõtẽplatio.*

B quod eſt a Chriſto vſq; in ſinem mundi. Ioannes verò, quibus & quantum fructificare debeat, apertius manifeſtat, cũ ait: Afferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuũ. Duodenarius aũt abundantis perfectionis numerus eſt. Mẽſis vero, qui dicitur a mene, ꝙ eſt defectus, defectum ſignificat vitiorum: vt in hoc myſticè oſtendatur, ꝙ quanto mens in ſumptione huius ſacramẽti perfectiſſimi a peccatis & vitijs longinquior & purior reperitur, tanto hoc ſacramentum vberiores fructus ſumentibus affert. Sed qui ſint huiuſmodi fructus duodecim, per ordinem diſtinguam⁹.

C Primus dr̃ viuificatio, ſecundus illuminatio, tertius refectio, quartus fortificatio. Addantur alij quatuor. primus dr̃ purgatio, ſecundus ſatisfactio, tertius defenſio, quartus reuelatio. Vltimi quatuor ſuperaddantur. primus dicitur augmentatio, ſecundus conſeruatio, tertius perſeueratio, quartus glorificatio. Et in his ſexta Religioſitas demonſtratur, quæ dicitur fructus multiplicati.

ARTICVLVS PRIMVS.

D *De quatuor primis fructibus ſacramenti, & primo quòd vita eſt animæ dominicum ſacramentum. Cap. 1.*

*Sctiſſimi ſacr̃i fructus duodecim.*

PRimus quidem fructus viuificatio dictus eſt, eo quòd animæ vitam præſtet. Et hoc triplici ratione. primo ratione contenti, ſecũdo ratione repræſentati, tertio ratione modi ſumendi. Primo autem confert animæ vitam ratione contenti. Nam in hoc ſacramẽto continetur veraciter ipſe Chriſtus: vnde quemadmodum ipſe carnem noſtram aſſumens contulit mundo ipſam gratiæ vitam; ſicut Io. 1. ſcriptum eſt, Gratia & veritas ꝑ Ieſum Chriſtum facta eſt: ſic in homine ſacramentaliter viuens vitam gratiæ operat̃,

E ſecundum ꝙ ipſe Dominus, Io. 6. c. atteſtat̃, dicens: Qui manducat me, & ipſe viuet ꝓpter me, atq; Io. 14. de ſe ait, Ego ſum via, veritas & vita. Propterea quandoque virtute huius ſanctiſſimi ſacramenti fit homo de attrito contritus. In cuius myſteriũ Gene. 2. c. ſcriptum eſt, quod lignũ vitæ comeſtum vitã ſumentibus conferebat, vt verificetur quod Io. 6. c. ſcriptum eſt: Panis enim verus eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. & iterum Prouerb. 3. c. ſcriptũ eſt: Lignum vitæ eſt his, qui apprehẽderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Et meritò

F quidem vita per cibum reſtauratur, vt ſicut per cibum mortiferum, Sap. 3. mors introiuit in orbem terrarum: ſic per cibum viuificum vita mundo reſtituatur: vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret: Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hinc diligenter attendant pleriq; q̃ pernicioſè renuunt hoc vitale ſumere ſacramentum, cum Dominus dicat, Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo: quia ſicut corp⁹ indiget refectione corporali, ſic anima ſpũali recreatione opus habet. Et addit: Sed de oĩ verbo, quod procedit de ore Dei, quod q-

G dem eſt hoc ſanctiſſimum ſacramentũ. Secundo quoque confert animæ vitam ratióne repręſentati. Repręſentatur enim in eo Chriſti paſſio: propterea, quod Chriſti paſſio fecit in mundo, hoc efficit ſanctũ ſacramentum in homine dignè & humiliter ꝑparato. Vnde ſuper illud Ioan. 9. Continuo exiuit ſanguis & aqua, Chryſoſt. ait: Quia hinc ſuſcipiunt principium ſacra myſteria: Cum acceſſeris ad tremendum calicẽ, vel ad ipſum bibẽdum Chriſticola, ita accedas,

H ſicut & ipſe Dominus dicit, Matth. 26. Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Tertio etiam confert animæ vitam ratione modi ſumendi. Sumitur enim per modum cibi & potus: propterea omnem effectum, quem cibus materialis & potus facit, quantum ad vitam corporalem: quia videlicet ſuſtẽtat, auget, reparat & delectat: idem efficit hoc ſacramentum ſanctiſſimum quantum ad vitam ſpiritualem. Propterea ait Ambroſius in libro de ſacramentis: Iſte panis eſt vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit. Et iterum Ioann. Chryſoſtom. inquit: Præſtat ſe nobis deſiderantibus & palpare & comedere & amplecti, vt verificetur ſnĩa Saluatoris, qui Io. 6. c. dicit,

*Sacr̃m altaris confert vitã animæ & q̃uo.*



A cit, Caro mea verè eſt cib⁹, & ſanguis meus verè eſt potus.

*Quod virtute ſacramenti oculi mentales illuminantur. Cap. 2.*

*Q̃uo mẽs illuminat̃.*

SEcundus fructus, illuminatio dictus ẽ. Per deuotam enim ſumptionem huius ſanctiſſimi ſacramenti; atque per deuotam auditionem miſſæ, in qua Chriſtus ſpiritualiter manducatur, mentales oculi illuminantur. In cuius myſterium. 1. Reg. 14. c. ſcriptum eſt, quòd cum Ionathas mel guſtaſſet, illuminati ſunt oculi eius, in ſignum

B quòd per deuotum guſtum huius ſacramẽti mentales oculi illuſtrantur, vt verificetur quòd Ioan. 1. c. ſcriptum eſt, Gratia & veritas, ideſt gratioſa veritas, ꝑ Ieſum Chriſtum facta eſt, ſcilicet in huiuſmodi ſumptione. Hoc quidem eſt fel piſcis, quo Thobias illuminabatur, Thob. c. 11. Et merito quidem hoc ſacramentum in felle myſticè demonſtratur, cum in eo paſſionis amaritudo rememoretur. Piſcis autem, in quo extitit hoc fel, eſt ipſe filius Dei Chriſtus, qui in mari magno & ſpatioſo amaritudinum & dolorum ab exordio ſuæ conceptionis immorans vſque ad litora paterni ſinus per acerbiſſimam mortẽ iactatus eſt, cum Luc. 23. c. ait, Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Et iterum Propheta in eius perſona inquit: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas, ſcilicet du-

*Piſcis Thobiæ q̃d ſignificat.*

C riſſimæ paſſionis, demerſit me. Hoc inſuper eſt Collyrium, quo mentales oculi expurgantur: hinc Dominus menti in tenebris ambulanti, Apoc. 3. c. ait: Collyrio inũge oculos tuos, vt videas. Collyrium enĩ ad literam vnctio eſt, ex quodam puluere & aqua confecta, vt per ſuam acrimoniam abſtergat albuginem oculorum. Albugo

*Collyriũ quid ſignificat.*

D vtique mentalium oculorum, vita eſt ſenſualis, quæ viſum humanæ mentis ad ſpũalia contuenda omnino non tollit, ſed obnubilat & obtundit. Quid per hoc collyrium ex puluere & aqua cõfectũ, niſi hoc ſacr̃m conuenientius deſignat̃, quod ex aqua diuinitatis, & puluere noſtræ humanitatis per verbum aſſumens humanã naturam, ad illuminationem gentium per acrimoniã paſſionis olim confectum eſt: nunc vero in cõſecratione conficitur, atq; cõmemorationẽ eiuſdem in ſacra communione & deuota miſſæ auditione mentis oculi inunguntur & expurgantur, vt virtus eius gratiæ lumẽ in eccleſia quotidie operetur.

E *De ſuauitate & dulcedine ſanctiſſimi ſacramenti. Cap. 3.*

TErtius quoque fructus, refectio, ſeu delectatio nuncupatur. Delectatur enim & reficitur mens deuota in ſumptione huius mellifluì ſacramenti. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ Deus miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, non tantum inſtituit ſacramentum, quod nos in eſſe gratię generaret, ſicuti eſt baptiſmus: vel ꝙ generatos in gratijs roboraret, ſicuti confirmatio operatur: verumetiã q̃d roboratos nutriret, & omni ſpũali delectatione repleret, quod efficit hoc ſanctiſſimũ

*Delectatio.*

F ſacr̃m. Et hæc tria ſunt ſacr̃a, quæ omnibus qui ad fidẽ accedunt, neceſſariò conferuntur: propterea ſacramenta neceſſitatis merito nuncupantur. Igitur hoc eſt ſacramentum, quod vt mens ſpiritualiter delectetur, ſaginetur & impinguetur, a Domino miſericorditer largitum eſt. Et licet in eo ſit amaritudo propter memoriam paſſionis: tamen eſt ibi ſumma dulcedo propter experientiam conſummati amoris, quẽ Chriſtus nobis oſtendit moriens in acerbiſſima cruce. Quid enim dulcius quàm ſentire a Deo ſic inæſtimabiliter ſe amari, vt filium ſuum

G vnigenitum daret pro noſtra redẽptione in acerbiſſimã mortem? Vnde ſicut paſſio Chr̃i viſa mentes amantium debuit inflammare & transformare & in eis charitatem continuè augere: ſic & hoc ſanctiſſimum ſacramentum, ſi cum deuotione ſumatur. Ideo Damaſcenus comparat illud carboni, quem Eſa. 6. c. vidit: Nam ſicut carbo, ſimplex lignum non eſt, ſed igni quidem vnitum: ſic hoc myſticum ſacramentum, non ſimplex eſt panis, ſed diuinitati vnitum: propterea prægustata dulcedine eius, ſtu-

*Exẽplum*

H pẽs Propheta clamat: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcõdiſti. ideſt in hoc ſacramento abſcondite tribuiſti timentibus te. Hic ſiquidem panis eſt, qui de cœlo deſcendit: de quo propheta ait, Panem angelorum manducauit homo. Et iterum Sap. 16. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti eis, ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatẽ. Ideo hoc eſt ſanctiſſimũ mãna, quod vt ſcribit̃ Exo. 16. De⁹ pluit patribus in deſerto, omnem ſuauitatem in ſe habens. Ergo, vt dicitur Can. 5. Comedite & bibite & inebriamini chariſſimi. quod & fieri præcipit Dñs ꝑ Prophetã, cum

A cum ait: Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia.

### *Quanta fortitudine anima roboretur ex ſumptione ſacramenti. Cap. 4.*

*Roboratio ſacri.*

QVartus fructus fortificatio, ſeu roboratio nominatur. Roborat enim mentem & quodammodo carnem hoc ſanctiſſimum ſacramentum. Mentem, vt perſiſtat in bono: carnem vero, ne ruet in malum. Primo enim roborat mentem, vt perſiſtat atque creſcat i
B bono. Nam per hoc ꝙ mens, per gratiam coniungitur in ſacra communione Chriſto, ſpiritualis eius vita roboratur & cōfirmatur, ſicut corpus roboratur per cibū: Vnde Propheta ait: Panis confirmat cor hominis. Hinc myſticè Act. 9. c. Paulus cum accepiſſet cibum, confortatus eſt: vt myſteria liter innuatur, quòd qui dignè hoc ſuſcipit ſacramentum, in concepto virtutum propoſito roboratur & augmentatur. Secundo quoque roborat quodammodo carnem, iuxta ſententiam Saluatoris, qui Matth. 12. c. ait: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Quis enim melior
C theſaurus in corde hominis eſſe poteſt, ꝙ corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti humili deuotione ſuſceptum? De hoc theſauro bonus homo tunc ſiquidem exterius profert bona, cum robur gratiæ per hoc ſacramentum diffuſum in mentem redundat in carnem, tantaque caro fortitudine roborat, vt nec aduerſitate frangatur, nec proſperitate ad noxia prolabatur. In cuius myſteriū 3. Reg. 19. c. ſcriptum eſt, quod cum Helias, ſub vmbra iuniperi obdormiſſet, Angelus Domini tetigit eum & dixit illi: Surge, &
D comede. Reſpexit Helias, & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit. Et ſequitur, ꝙ ambulauit in fortitudine cibi illius. quadragita diebus, & quadrag. noctibus vſque ad montem dei Oreb. Quid per iuniperum, cuius cinis per annum conſeruat ignem, niſi in hoc ſacramento memoria & meditatio Chriſti paſſi, cuius humilis ſenſus ſuper omnia in corde conſeruat ignem diuinæ dilectionis? Habet quoque iuniperus multitudinem pungentium foliorum, vt innuatur, ꝙ ab hora conceptionis in vtero matris ſuæ, vſque ad vltimam horam mortis, filius Dei, infinitas in anima ſuſtinuit punctiones & dolores & paſſiones. Sub hac qui-

*Iuniperi ꝓprietates et qđ ſignificet.*

dem iunipero per fidem anima dormit: E
ſed per feruorem deuotionis euigilans ad ſuſceptionem tanti ſacramenti fiducialiter ab Angelo inuitata manducat ſubcineritiū panem, i. hoc myſticum ſacramentum, ſub cinere accidentium occultatum. Bibit quoque aquam, cum intellectus tanto munere illuſtratur: quia in hoc ſacramento, ſicut ex præcedentibus patet, non tantum per comeſtionem affectus, ſed etiam per potationem reficitur intellectus. His igitur non ſolum anima, ſed etiam ipſa humana caro tāta ſtabilitate fulcitur, ꝙ illam proſpera nō ſeducunt, nec aduerſa confringunt: ſed per F
vitam actiuam & contemplatiuam gradiēs ſemper ſtabilitur, & vſque ad vltimum finē perſeuerat. Et ſic ambulat in fortitudine iſtius cibi. quadra. diebus in proſperis, & quadr. noctibus aduerſis. Quadragenarius autem numerus ex quatuor & decē dimē ſus eſt, vt in quaternario virtutum moralium actiua vita ſignificetur, & in denario præceptorum contemplatiua myſticè demonſtretur, quæ per virtutem huius ſacramenti peregrinantibus firmam perſeuerātiam præſtant. G

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *De alijs quatuor fructibus ſanctiſſimi ſacramenti. Et primo ꝙ illud peccata venialia, & quandoque mortalia purgat. Cap. 1.*

PRimus fructus purgatio dici poteſt: quia per hoc ſacramentum peccata purgantur, ſicut patet in fine conſecrationis ipſius ſanguinis, & de conſec. diſt. 2. c. cum omne, & c. ſpecies, & c. ante benedictionem. vbi Ambro. ait: Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remiſſio peccatorum. vbi glo. Io. inquit, ſcilicet venialium, vel etiam mortaliū. Ad horum tamen intelligentiam notandum, quòd duplex dicitur eſſe peccatum, quod per hoc ſacramentum abluitur, vt dicit ꝓdicta glo. Primum eſt veniale, ſecundum eſt mortale. Primo enim hoc ſacramentum vim habet venialia remittendi, ſi duo conſiderentur. Primo ſi conſideretur ſacramentum: ſecundo ſi conſideretur res ſacramenti. Primo ſi conſideretur ſacramentum, ſumitur autem hoc ſacramentum ſub ſpecie cibi nutrientis: nutrimentum autem cibi corpori neceſſarium eſt ad reſtaurandum id, quod quotidie deperditur ex vi naturalis

*Purgatio.* H

*Peccatū duplex qđ abluit per hoc ſacramentum.*



A ralis caloris. Spiritualiter autem in nobis quotidie aliquid deperditur ex vi & calore concupiſcentiæ naturalis per peccata venialia, quæ diminuunt charitatem. Sed per hoc ſacramentum, quod eſt animæ ſpūale nutrimentum, reſtauratur id, quod ꝑdit aīa per veniale peccatum, in hoc ꝙ per huiuſmodi ſumptionem peccata venialia dimittuntur, & in ſuſcipiente charitas augetur. Vnde Ambro. in libro de ſacramentis. Iſte panis quotidianus ſumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Ad hoc de conſe. diſt. 2. c. vtrum, & c. iteratur, & c. ſi quoties. Secundo autem, ſi conſideretur ipſa res ſa-
B cramenti, quæ eſt charitas, non ſolum quātum ad habitum, ſed etiam quantum ad actum, qui exercitatur in hoc ſacramento. Inſuper venialia dimittuntur & anima clarificatur atque purgatur. Non tamen oportet, ꝙ ſemper omnia venialia deleātur, ſed tantum ſecundum variam menſurā deuotionis. Contingere tamen poteſt, ꝙ tanta deuotione mens per ſumptionem ſacramēti in Domino abſorbeatur, ꝙ ab omnibus venialibus expurgatur, ac perfectè configuratur ſolari claritati dulciſſimi Ieſu Chri
C ſti. Hunc tamen perfectionis effectum plurimum impedit vaga diſtractio mentis, & acceſſus ad ſacramētum cum propoſito venialia committendi. Secundo hoc ſacramē tum vim habet contra mortales culpas. Circa quod tamen diſtinguendum eſt, ꝙ tripliciter homo in mortali ſuſcipit corpus Chriſti. primo, cum nouit habere culpam: ſecundo, cum errans credit habere culpā: tertio, cum ignorat habere culpam. Primo enim contingit in mortali hoc ſuſcipere ſacramentum eum, qui in ſe nouit habere culpam, quia videt ſe non pœnitere de peccato commiſſo, quod eſt mortale, vel eſt in propoſito aliud committendi. Et tunc qui
D in tali ſtatu communicat, propter duo mortaliter peccat. primo propter abuſionem, ſecundo propter inobedientiam. primo, qa abluitur ſacramento, & maxime ꝓpter tria. Primo ex eo, ꝙ eſt ibi ſacramentum tantum. Hoc enim ſacramentum proponitur ibi in cibum: cibus autem non datur conuenienter niſi viuenti, ſicut nec etiam corporalis. Secundo ex eo, quòd eſt ibi ſacramentum & res ſacramenti, quod eſt ipſe Chriſtus Sanctus Sanctorum: ſanctum etenim eſſe debet receptaculum tanti Sancti. Tertio ex eo, quòd eſt ibi res tantum, quod eſt myſticum corpus Chriſti. ex eo nempe, ꝓ aliquis ad ſacramentum accedit, ad vnitatē

*Homo in mortali tripliciter ſuſcipit corpus Chri.*

*Primo.*

corporis myſtici ſe tendere monſtrat. Et iō E
ſi peccatum in conſcientia ſeruat, per quod a myſtico corpore ſeparetur, fictionis culpam manifeſtè incurrit. Et ſic his omnibus tribus modis abutitur ſanctiſſimo ſacramēto. Secundo autem peccat per inobedientiam, quia tranſgreſſor eſt apoſtolici & eccleſiaſtici præcepti. Apoſtolus enim 1. Cor. 11. c. ait: Quicunque manducauerit panē, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Ad hoc quoque de conſec. diſt. 2. c. qui ſcelerate, & c. & ſancta. & c. ſicut Iudas. Quanti autem ſacrilegij & periculi ſit in mortali communicare, oſtendit Propheta in pſal. Saluum F
me fac, & c. vbi infra dicitur, Fiat mēſa eorum coram ipſis in laqueum & in retributiones & in ſcandalum, & c. ſicut in ſabbato ſequenti, in fine 2. artic. apparebit. Secūdo contingit hoc ſacramentum ſuſcipere in mortali, cum homo errās credit habere culpam, quam tamen non habet: quia videlicet credit ſe eſſe in peccato mortali, cum non ſit, & tamen contra conſcientiam accedit ad ſacramentum, & tunc communicās peccat mortaliter: verbi gratia. In mane reſurrectionis Dominicæ homo ſufficienter confeſſus communionem expectans genu G
flectit cum pleriſque de populo coram Domini ſacerdote. Interim antequam hoſtia ei conſecrata porrigatur, recolit alicuius mortalis criminis non confeſſi. Tunc autem ſi ſuſcipit ſacramentum a conſcientia ſtimulatur, quia illud ſumit non plenè confeſſus, tamen ſurgere & communionem relinquere erubeſcit. Denique in hac perplexitate confuſus contra conſcientiam euchariſtiā ſumit, & per conſequēs peccat mortaliter, quia contemptor eſt reuerentiæ debitæ ſacramento. Quid igitur tunc agendum? Reſpondet Scotus, ꝙ in hoc & conſimili caſu debet talis conteri & cordialiter pœnite H
re cum propoſito quam citius fieri poterit confitendi, & ſic ſumat Domini ſacramentum, & hac prudēti diſcretione homo euadit hanc perplexitatem. Tertio quoq; euenit hoc ſacramentum ſuſcipere cum mortali, quando homo ignorat habere culpam, quam tamen habet. Huius nihilominus ignorantiæ duplex cauſa eſſe poteſt. prima eſt negligentia, ſecunda eſt inſufficientia. Prima cauſa huius ignorantiæ negligentia poteſt eſſe, quia homo negligit audire doctrinæ verbum, vnde poſſit illuminari de malis commiſſis & bonis omiſſis: vel negligit quærere recta conſilia & confeſſorem peritum

*Secundo.*

*Tertio.*

A peritum atque diſcretum, qui eũ erudiat &
examinet de peccatis: vel quia negligit exa
minare conſcientiam ſuam, ſed imPræpara
tè & intricatè, ac quadã inani leuitate & ꝑ-
niciosa tarditate eligit in fine Quadrageſi-
mę confiteri. propter quæ oĩa, vel peccata
propria non cognoſcit, vel eorum ex negli
gentia ſua non recolit, & per cõſequẽs nõ
plenè confitetur ex culpa. Et quia ſecundũ
Scotum, hæc eſt ignorantia craſſa & affecta
ta: talis ſuſcipiens corpus Chriſti mortali-
ter peccat, quia facit cõtra illud Apoſtoli. j.
Cor. 11. Probet autem ſeipſum homo, &
B ſic de pane illo edat & de calice bibat qui
enim manducat & bibit: indignè, iudiciũ
ſibi manducat & bibit, non dijudicans cor-
pus Domini. Secundo etiam ignorat ho-
mo habere culpam ex inſufficientia: nam
licet ſufficienter examinauerit conſcientiã
ſuam, & quæſierit diſcreta conſilia, & con
feſſorem peritum, atque plenè quantum va
luit, doluit de commiſſis: tamen quandoq;
in eo remanet mortalis culpa, cuius omni-
no non recordatur, vel fortè non plenè
contritus eſt: Et talis inſufficientia excuſa-
bilis eſt, quia homo de communi lege cer-
C tus eſſe non poteſt, vtrum pœniteat dignè,
iuxta illud, quod Eccleſiaſtes. c. 9. ſcriptum
eſt, Nemo ſcit vtrum ſit dignus odio vel a-
more. Propheta etiam ait: Delicta, quis in-
telligit, ab occultis meis munda me Domi
ne, & ab alienis, ideſt a culpis, parce ſeruo
tuo. Accedens igitur ad ſacram cõmunio-
nem cum mortali ex huiuſmodi inſufficiẽ-
tia non peccat, immo conſequitur duo vel
tria bona. primum eſt meritum, quia ſic cõ
municando meretur: ſecundum eſt recor-
datio peccatorum, quia virtute huius ſacra
mẽti dignè hoc modo ſuſcepti recolit qñ-
que peccatorum ſuorum: tertium eſt dimiſ-
D ſio oblitorum, videlicet quia ſi homo non
recolit prius oblitorum, Deus tamen indul
get. Propterea, ſecũdum Tho. hoc ſacramẽ-
tum ablutio ſcelerum nominatur: vel quia
futura impedit, vel quia virtute illius ſa-
cramenti Deus illa, quæ non ſunt in homi-
nis cõſcientia, vel ſunt oblita, dimittit. Alio
quoque modo operatur hoc ſacramentum
remiſſionem mortalis culpæ, ſcilicet perce
ptum non actu, ſed voto: vtputa cum quis
ex conſcientia culpæ ab hoc ſe abſtinet ſa-
cramento timore & reuerentia ductus, &
tamen amore ſacramenti ſumere concupi-
ſcit. propter quod de congruo aliqualiter
meret̃ contritionẽ. Ad hæc nota Auguſt. in
ſermone de conſecr. eccleſiarum. Prædictis
Concord. Richar. & Scotus in 4. 9. diſt. & in E
c. pleriſque etiam Thomas.

*Quod per hoc ſacramentum remouen-
tur a peccatoribus condignę
pęne. Cap. 2.*

SEcundus autem fructus ſatisfactio no
minatur, quia ꝑ hoc ſacramentũ pęnæ
condignæ pro peccatis miſericorditer
remouentur. Circa quod tamen aduerten-
dum eſt, ꝙ hoc ſacramentum, ſimul eſt ſa-
crificium & ſacramentum. Rationem qui- *Q̃uo hoc ſacr̃m eſt ſacrificiũ.*
dem ſacrificij habet, inquantum offert̃: ra-
tionem vero ſacramenti habet, in quãtum F
ſumit̃. In quantum enim in hoc ſacramento
repræſentatur paſſio Chriſti, qua Chriſtus
tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ
& hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, vt dr̃
ad Eph. 5. habet rationem ſacrificij. In quã
tum vero in hoc ſacramento traditur inuiſi
biliter ſub viſibili ſpecie occultatum, habet
rationem ſacramenti. Primo enim hoc ſa
cramentum, inquãtum eſt ſacrificium, per
oblationem habet propriè vim ſatisfacti-
uam, immo inter omnia ſacrificia iſtud eſt
ſummum pro remiſſione tam culpæ, quam G
pęnæ. De excellentia huius ſacrificij, de cõ
ſe. diſt. 2. c. nihil, ſcriptum eſt: Nihil in ſacri
ficijs maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſã-
guis Chriſti. Nec vlla oblatio hac potior
eſt, ſed hæc omnes præcellit. Et merito q̃-
dem: quia omnia ſacrificia antiquorum vm
bra fuerunt, præfiguratiuaque iſtius. Atque
hoc ſacrificium eſt veritas, & omnia alia ter
minantur & concluduntur in eo. Aduer-
tendum eſt tamen, ꝙ in hac ſatisfactione
magis attenditur affectus offerentis, quàm
quantitas oblationis, quæ eſt infinita. In
cuius myſterium Luc. 21. de vidua, quæ ob- H
tulit duo minuta, Dominus ait, quòd plus
omnibus miſit ſuo põderato affectu. Quã-
uis ergo hæc oblatio ex ſui quantitate ſuf-
ficiat ad ſatisfaciendum pro omni pęna:
eſt tamen ſatisfactoria illis, pro quibus of-
fertur: vel etiam pro offerentibus ſecundũ
quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro to
ta debita pœna. Secundo autem in quan-
tum eſt ſacramentum, habet quidem ex vi
ſacramenti directè effectum illum, ad quẽ
eſt inſtitutum. Non eſt vtiq; inſtitutũ ad ſa
tisfaciendum, ſed ad ſpiritualiter nutrien-
dũ, augendum, in Chriſto viuendũ, & in ip
ſum totaliter trãsformãdũ & vniẽdũ, ſicut
& nutrimẽtũ nutrito vnit̃. Sed q̃a hæc vni-
tas habet fieri per charitatem, ex cuius fer-
uore



A uore aliquis conſequitur remiſſionem non
ſolum culpæ, ſed etiam pęnæ. Inde eſt, ꝙ
ex conſequenti per concomitantiam quã-
dam ad principalem effectum homo con-
ſequitur pœnæ remiſſionem: non quidem
totius, ſed ſm̃ modum ſuæ deuotionis &
feruoris. Aduertendum eſt quoque, ꝙ hoc
ſacramentum in quãtum eſt ſacrificium per
oblationem, & in quantum eſt ſacramentũ
per ſumptionem, diuerſimodè eſt ſatisfa-
ctiuum. Nam in quantum eſt ſacramẽtum,
ſatisfacit & prodeſt ipſis ſumentibus. Vn-
de in canone miſſę ſcriptum eſt: Quotquot
ex hac altaris perceptione vel participatio-
B ne ſacroſanctũ corpus & ſanguinẽ filij tui
ſumpſerimus, omni benedictione cęleſti &
gratia repleamur. Inquantum vero eſt ſa-
crificium, i. per modum ſacrificij, prodeſt
& ſatisfacit his, pro quibus offertur, tam
viuentibus quàm defunctis. Vnde & in ca-
none miſſæ ſcriptum eſt. Memento Dñe fa-
mulorũ famularumq; tuarum, pro quibus
tibi offerimus hoc ſacrificium laudis pro ſe,
ſuiſq; omnibus, &c. Et vtrũq; Ieſus, Matt.
25. exprimit, d. Qui pro vobis. ſ. ſumẽtibus:
& pro multis alijs effundetur in remiſſionẽ
peccatorum. Quia vero ſacerdos eſt perſo-
na publica, & quaſi os vniuerſalis eccleſiæ:
C propterea non ſolum in quantum eſt ſacri-
ficium, pro multis oblatum, ſed etiam in
quantum eſt ſacramẽtum a ſacerdote ſum-
ptum, dicitur totum corpus eccleſiæ vege-
tare. Et ſic pro eadem eſt ſatisfactiuum.

*Quòd per hoc ſacramentum a cunctis no-
ſtris aduerſarijs defenſamur. Ca. 3.*

*Defenſio.* TErtius vtique fructus defenſio nun-
cupatur: quia hoc ſacramentum illud
digne ſumẽtes ab omnibus inimicis
D & aduerſarijs protegit & defendit. Tres
*Tres aduerſarij noſtri.* quidem ſunt aduerſarij noſtri, qui quotidie
contra nos pugnare nõ ceſſant, ſcilicet dia-
bolus, caro, & mundus, & ab omnibus his
deuote communicantes defenſat. Primo
quidem defenſat a dęmone: Nam in quan-
tum eſt ſignum paſſionis Chriſti, per quam
dæmones ſunt deuicti, repellit omnem dę-
monis poteſtatem, atq; illius impugnatio-
nem effugat: & ſicut armatura Dei præmu-
nit ab offenſa futura per diabolum inſpira-
ta. Quapropter fortiſſimè dæmones timẽt
mentem deuota ſumptione huius ſacramẽ-
ti munitam. Vnde in perſona talis animæ
Propheta ait: Paraſti in conſpectu meo
menſam aduerſus eos, qui tribulant me.
Hic quidem eſt panis, qui Iudicum 6. cap. a E
Gedeone viſus eſt, qui deſtruxit Madian. i.
dæmones infernales, terræque proſtrauit.
Cur enim dæmones expaueſcat, qui ſe ſen-
tit ſocium & defenſorem habere Deum?
Hinc quoque Iob 27. c. confidenter poſtu-
lat, d. Ponę me iuxta te, & cuius vis manus
pugnet contra me. Atque Propheta intre-
pidus ait: Dominus illuminatio mea, & ſa-
lus mea, quem timebo? Dominus prote-
ctor vitæ meæ, a quo trepidabo? Sequitur:
ſi conſiſtant aduerſum me caſtra, ſcilicet
dæmonum: non timebit cor meum. Si
exurget aduerſum me prælium. ſcilicet eo-
rum: in hoc ego ſperabo, ſcilicet victoriam F
triumphalem. Secundo vero defenſat a
carne. Mitigat enim atque refrigerat fo-
mitem atque concupiſcentiæ æſtum, ſicut
aqua refrigerare ſolet calorem. Hinc Pſal.
in perſona eius, qui deuotè ſumpſerit hũc
cibum inquit: Super aquas refectionis edu
cauit me: animã meam conuertit, ſ. ad ſpi-
ritualia bona, quæ prius per carnem trahe-
batur ad iſta terrena. In huius quoq; myſte-
rium Exo. 16. ſcriptum eſt, ꝙ deſcendente
manna de cœlo, deſcẽdebat pariter & ros;
in ſignum, ꝙ cum manna ſacramenti in ani
mam deſcendente, pariter deſcendat in car
nẽ & ros gratiæ refrigerantis. Tertio quo- G
que defenſat a mundo. Nam hoc ſacramẽ- *Q̃uo hoc ſacramentum roborat habitum gr̃a.*
tum roborat habitum gratiæ, ex quo tan-
quam ex medicina mors interior & exte-
rior ſuperatur & propulſatur: propterea
Pſalm. ait: Nam & ſi ambulauero in medio
vmbræ mortis, id eſt tenebroſi mundi, non
timebo mala, quoniam tu mecum es.

*Quòd ex virtute huius ſacramenti facilior
eſt releuatio poſt ruinam. Cap. 4.*

QVartus autem fructus releuatio dici H
põt. Releuatur autẽ velocius huma
na fragilitas poſt ruinã virtute ſan-
ctæ communionis. Habet enim, vt ex pręce
dentibus patet, mẽtem roborare in propo-
ſito bono: Sicut ſi homo robuſtus & leuis *Simile.*
cadat, reſurgere poteſt facilius quã debilis
& infirmus: ſic ſpiritualiter poſt ſacrã cõ-
munionem ſi ex fragilitate, nõ ex maligni-
tate decidat mens humana, ſanctæ commu-
nionis virtute adiuta reſurget velocius.
Pleriq; enim quadam inani puſillanimitate
decepti, licet intendant poſt communionẽ
abſtinere a culpis: tamen quodã timore no
cturno deluſi abſtinent ab hoc vitali cibo,
dicentes in ſe vel in alijs, ꝑ experientiã di-

A dixiſſe poſt ſumptionem tanti ſacramenti ruiſſe in culpam, aſſerentes periculoſiorem eſſe recidiuationem poſt ſacramētum aſſumptum, quam fuerit prior caſus. Et vt firmior ſtare videatur ſententia, aſſumunt verbum Domini Ioan. 5. dicentis paralitico: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contigat. non intelligentes, quòd non ait vlterius iam non pecces, ſed iam noli peccare: docens neceſſarium omnino eſſe in confeſſione & ſacra communione propoſitum non peccandi. Demumque ſi vltra hoc propoſitum ex fragilitate ſuperueniat caſus, ad reſurrectionis B remedium recurrendum eſt. Quod quidem per virtutem ſanctę communionis velocius fiet his, qui confidunt in virtute ſua. Vnde Auguſtinus ſuper Io. ait: Securus accede, panis eſt, non venenum. huiuſmodi enim homines dicere aſſolent: Quid mihi prodeſt confiteri aut communicare, cum demum videam quòd non potero continere? non intelligentes, quod Prouerb. 24. cap. ſcriptum eſt, Septies in die cadit iuſtus & reſurgit. Tales enim pro eodem habent ſæpe cadere, & nunquam reſurgere, cum in tanta differentia diſtent, vt primum ſit infirmitatis, ſecundum C vero non qualiſcunque malignitatis: ſed illius, quæ blaſphemia in Spiritum ſanctum appellanda eſt. Primum quidem eſt peccatum humanæ fragilitatis: ſecundum vero diabolicæ peruerſitatis. Primi volunt eſſe homines conditione fragilitatis, ſecundi vero dæmones inemendabiles: quia humanum eſt peccare, diabolicum vero perſeuerare. *Comparatio.* Si enim duæ ornatæ mulieres per viam pergentes ſimul in lutum caderent, & veſtimenta ſua turpiter inquinarent: & vna de luto ſurgente, & domum pro veſte abluenda redeunte in luto altera remaneret, atque timore recidiuandi D nunquam reſurgere vellet: nonne putaretur vltima inſania laborare? Sic euenit huiuſmodi inaniter timoratis, propterea de illis Pſalm. ait: Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Debet enim homo de recidiua timere, & iuxta poſſe illam cauere: non tamen ſemper ex hoc in ruina permanere, ſed in diuina miſericordia confidere & ſperare, ſicut in perſona veri fidelis in precedenti ſermone propheta ait: Ab altitudine diei timebo, ego vero in te ſperabo. Altitudo diei eſt dies Dominicæ Reſurrectionis, quando homines communionem ſuſcipere debent. Ecce iam debitus reuerentiæ timor, ſed demum E concludendo quieſcit, Ego vero in te ſperabo, iuxta quod alibi idem ait: Spera in Domino, & fac bonitatem, id eſt ſperando in Dei miſericordia cum propoſito non peccandi, ſuſcipe bonitatem ſanctiſſimi ſacramenti.

## Articvlvs Tertivs.

### *De vltimis quatuor fructibus ſanctiſſimi Sacramenti, & primo quòd per hoc Sacramentum charitas, cæteræq; virtutes creſcunt. Cap. 1.* F

PRimus igitur fructus augmentatio, ſcilicet virtutum & meritorum nominādus eſt. Cum enim hoc ſacramentum requirat gratiam primam, ſcilicet charitatē: ipſam proprie nequaquam donat, ſed multiplicat & dilatat. Ideo euchariſtia dicta eſt: quia ſecundum Dyoni. 3. de angelica Hierarchia, gratiam perficit iam collatam. Et quia charitas eſt aliarum virtutum forma: ideo per augmentum charitatis virtutes cęteræ in anima augentur, vel quātum ad eſſentiam, G vel quantum ad perfectiorem modum eſſendi in ſuo ſubiecto: vel quantum ad actus perfectionem, ſeu quantum ad omnia iſta ſimul. Vnde Innoc. de officio miſſæ. 3. parte, vlt. c. ait: Per huius ſacramenti virtutem vniuerſæ virtutes augentur, & omnium virtutum fructus exuberat. Augentur autem in deuote communicante tria. Primum eſt deuotio ad Deum, ſecundum dilectio ad proximum, tertium vero delectatio intra ſeipſum. Ideo hoc ſacramentum tripliciter appellatur. videlicet oblatio, communio vel ſynaxis, & viaticum. *In deuote cōicante augentur tria.* Primum reſpectu præteriti, ſecundum reſpectu præſentis, tertium reſpectu futuri. *Primo.* Primo enim augetur deuotio ad Deum, ideo oblatio ſeu ſacrifi- H cium nominatur. Cum enim mens in hoc ſacrificio recolit tantæ dilectionis, quòd pro peccatoribus Chriſtus in cruce ſe obtulit. i. in mortem tradidit ſemetipſum: quis tam frigidus eſt, ꝙ ad eius dilectionem nō incēdatur? vnde in perſona inflammati affectus propter ſacram oblationem propheta ait: Impinguaſti in oleo. ſ. feruentis deuotionis, caput meum. i. mentem meam lætitia ſpirituali. Et calix meus. i. per amplexū transformationis, inebrians quàm præclarus eſt, quia nulla ſpurcitia mūdani amoris miſcetur





A miſcetur in ea. Et Io. 6. c. Dn̄s ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. *Secundo.* Secundo autē augetur dilectio ad proximū, propterea communio, vel ſynaxis Græcè nuncupatur, quia in vnum conueniunt membra capiti ſuo, iuxta illud propheticū: Ecce quā bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. i. per ſacram communionē. ſm enim Damaſce. cōmunio dicta eſt, quia communicamus per ipſam Chriſto, & quia participamus eius carnē & deitatem, & quia communicamus ad inuicem per ipſam. Vn̄ dicitur communio, quaſi communis vnio. B Charitas. n. vnitiua eſt, quæ maxime in hoc ſacramento monſtratur, in cuius myſteriū exhibetur in cibum. *Tertio.* Tertio quoq; augetur delectatio intra ſeipſum, ideo viaticum appellatur, quia præbet nobis viam perueniēdi ad cęlum. Inſuper viaticum dictum eſt, quia pręfiguratiuum eſt diuinę fruitionis, q̄ erit in patria: & fortificatiuum debilitatis noſtræ, dum ſumus in via, vt illuc peruenire poſſimus. Ideo itinerantibus & morientibus exhibetur, quia nobis in præſenti vita peregrinantibus in cibum cęleſtis participationis datur. Hinc propheta in perſona aīæ ſic refectæ iubilando ait: Dn̄s regit me, C & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Hoc eodē reſpectu euchariſtia. i. bona gratia nuncupatur: quia ſm Apoſt. 6. c. ad Ro. Gratia Dei eſt vita æterna. vel quia realiter continet Chriſtum, qui eſt plenus gratia & veritate, quam in præſenti participamus. Et quia omnia hæc abſconſe continentur in eo, quæ ſunt ſacratiſſima & ſecretiſſima, ideo anthonomaſicè etiam dicitur ſacramentum, quia omnia prædicta myſticè & ſpiritualiter præfigurat.

### *Quòd virtute huius ſacramenti bona in homine diuerſimode conſeruantur. Cap. 2.* D

SEcundus fructus conſeruatio nominatur, quia conſeruat in homine ſpiritualia dona. *Q̄uo Sacramentū altaris cōſeruat in hoīe ſpiritualia dona.* Sicut enim alimentum corporale habet vitam corporis ſeruare: ſic hoc ſacramentum, cum ſit animæ cibus habet ipſam in gratia ſolidare, quæ ipſius animę vita eſt, propterea datur ſub ſimilitudine cibi & potus. Vnde Io. 6. c. Dn̄s ait: Niſi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitā in vobis. In miſterium huius conſeruationis, Exodi 12. ſanguine illius agni aſſandi poſtes & ſuperliminare ſignabant, & ex hoc fructum E duplicē obtinebant. ſ. conſternationem hoſtium exterius, & defenſionē ac conſeruationem omnium interius. Sic qui digne ſumit ſacram communionem virtute ſanguinis huius agni, & hoſtes conſternuntur dū ſuperantur tētationes: & omnia conſeruātur, dū augētur & roborantur virtutes. Superliminare vero ſignatur, dū imago mentis ipſi Deo aſſimilatur. Sed vterq; poſtes, in quo voluitur hoſtium, tūc intingitur, cū cuſtodia angelica & diuina, inquam vita noſtra defenditur. Vigoratur dū virtute huius ſanctiſſimi ſacramēti & Deus magis eſt nobis propitius & Angelus circa nos eſt magis ſolicitus: & ſic ſpoliatis Ægyptijs liberi F a ſeruitute egredimur, crucis Chriſti ſequētes triumphum, qui nobis diuidit mare rubrum, & in terram viuentium introducit.

### *De perſeuerantia in bono acquiſita, virtute ſanctiſſimi ſacramenti. Cap. 3.*

TErtius autē fructus perſeueratio dici poteſt: facit hoc ſacramentū perſeuerare in via Dei vſq; ad finem vitæ. *Per Sacramentū altaris pſeuerātia in bono datur.* Omnes quippe virtutes ſine perſeuerantia contra vitia pugnare poſſunt, ſine perſeuerantia aūt vincere nequaquam poſſunt. Vn̄ Dn̄s Matth. 10. c. ait: Qui aūt perſeuerauerit G vſq; in finē, hic ſaluus erit. Cum. n. hoc ſacramentum, ſicut in præcedentibus patet, in itinere Dei roboret & confirmet, ex conſequenti ſequitur ꝙ per illud anima perſeueret. In cuius myſterium prædictū eſt de Helya, qui in fortitudine cibi illius peruenit vſque ad montem Dei Oreb. Oreb enim ſimilitudo interpretatur, & ſignificat mortem, *Oreb q̄d ſignificat.* in qua ſpiritus ſeiunctus a carne ſolus relinquitur ſine ea, vt innuatur ꝙ virtute ſanctæ communionis ſpiritus in bono vſq; ad talem ſolitudinem perſeuerat.

### *Quòd virtute huius ſanctiſſimi ſacramenti homo glorificatur. Cap. 4.* H

QVartus enim fructus glorificatio dictus eſt. Cauſat. n. apertionem ianuę & conſecutionem gloriæ paradiſi. *Glorificatio eſt fructus ſacramenti altaris.* Si. n. conſideretur in hoc ſacramento & id, ex quo habet effectum, ſ. ipſe Chriſtus contentus, & paſſio eius in illo repræſentata, & id, p quod habet effectum ſ. vſus ſacramenti, & ſpecies eius, quātum ad omnia iſta cōpetit ei, vt cauſſet adeptionem gloriæ. Nam ipſe Chriſtus per ſuam ſacratiſſimam paſſionem aperuit nobis aditum paradiſi, iuxta

A illud Apoſt. ad Hebr. c. 9. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionẽ preuaricationũ, qui erant ſub priori teſtamento repromiſſionẽ accipiant, qui vocati ſunt æternę hæreditatis. Vnde in forma conſecrationis huius ſacramenti dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti. Similiter etiam refectio ſpiritualis cibi, & vnitas ſignificata per ſpecies panis & vini, habentur quidẽ in præſenti per gratiã contemplationis in gloriæ guſtu: Sed poſt mortẽ poſſidebũtur per gaudium in gloria conſummata. Vnde

B Auguſt. ſuper illud Io. 6. c. Caro mea vere eſt cibus, ſic ait: Cum cibo & potu id appetant homines, vt non eſuriant, neq; ſitiant: hoc veraciter non præſtat, niſi ille cibus & potus, qui eos, a quibus ſumitur, immortales & incorporales facit in ſocietate Sãctorum, vbi pax erit plena atq; perfecta. Hinc Io. 6. c. Dñs ait: Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et iterum Pſal. ait: *Pſal.* edent, ſ. hoc ſacramentum, pauperes, i. humiles, & ſaturabuntur & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, ſ. ſæpe communicando: Viuent corda eorum in ſæculum ſęculi. Inter quos viuentes viuere nos faciat

C ipſa Beatorum conſummata vita Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſęcula ſęculorũ, Amẽ.

# FERIA SEXTA

*Incipit tractatus de Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti: vbi literalem hiſtoriam proſequitur interſerendo pulchra ac deuota, quæ legentis animam in compunctionem adducent.*

## Sermo LV.

D

*De Paſſione Chrĩ agit Gab. diſt. 15. q. vnica. ar. 2 li. 3. D. Tho. par. 3. q. 46. art. 6. in ſolutione tertiæ rõnis, Sco. in 4 diſt. 2. q. 1.*

AFflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebã a gemitu cordis mei. *Pſal. 37.* Tam efficax & tam admirabile ac tantæ gratiæ eſt myſterium ſacratiſſimæ paſſionis, ꝙ ſi mens humana illud ſentit & veraciter experitur cõpatiens cordialiter Chriſto paſſo, inflammatur & transformatur ita in eius dilectionem, quod ſicut ſentit Chriſtum voluiſſe mori pro ſuo amore, ſic etiã parata ſit pro illo non ſolum omnem culpã horrere, verumetiam omne ſuppliciũ mortis ſubire. Proinde Apoſtolus, quod verbũ poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia, ad Phil. 2. c. hortatur nos, d. Hoc enim

E ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. In quibus verbis ad tria nos Apoſtolus hortatur. Primo ad actum cordialiſſimum, ſecundo ad ſubiectum conuenientiſſimum, tertio ad obiectum amoroſiſſimum. Primo quidem hortatur nos ad actum cordialiſſimum, quod eſt ſentire, dicens: hoc enim ſentite, magna quidem differentia eſt inter cogitare, intelligere & ſentire de Chriſto Ieſu. Paucorũ tamen eſt hoc profunde rimari & intelligere, ſed pauciſſimorũ omnino eſt id ſentire & experimentaliter experiri: Id enim tantummodo eſt mentis ꝑ ar-

F dentiſſimã charitatẽ Chriſto ſe totaliter cõformare. Quod quidẽ exemplo patere poteſt. *Exẽplũ.* Nam ſi videres aliquem cruciari vel ſuſpẽdi, qui tibi nullo modo coniunctus eſt: potes quidem eius pęnam cogitare atq; intelligere, non tamen cordialiter ſentis. Cũ vero tuo filio, aut cuicunq; tuo cordiali dilecto, talis iniuria irrogatur: tunc quidẽ grauem læſuram in animo experiris, eo ꝙ per viã ſenſualis ſeu ardentis amoris ſis illi inuiſcatus & ipſe tibi. Nec inſuper tantum, inquit Apoſt. Guſtate aut videte ſeu odorate, & ſic de cęteris quinq; ſenſibus, ſed ait, ſen-

G tite: vt omnes quinque animæ ſenſus vno verbo comprehendat & cordi noſtro ſenſum dominicæ paſſionis inprimat & infigat. Secundo hortatur Apoſt. ad ſubiectũ conuenientiſſimum ad talem ſenſum, quod eſt intrinſecum noſtrum: ideo ſubdit, in vobis. Magni quidem muneris eſt ſentire in Chriſto, quod & in Chriſto. Sed quãdo verus Dei amor ſic inebriat mentem, ꝙ nihil ſentit in ſe niſi Chriſtũ, & quę ſunt Chriſti, eo ꝙ totaliter ſit transformata in eum: hoc quidem altioris eſt doni, ſicut per experientiã hoc in ſe habuiſſe Apoſt. atteſtatur, cum ad Gal. 2. ait: viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Poteſt hoc etiam ma-

H nifeſto exemplo probari: nã ſi mente conſideras dulcedinem mellis, non quidem in te, ſed in melle ſentis dulcedinem eius. Cũ vero in veritate comederis iſtud, guſtus et abſente melle remanet dulcoratus. Sic & in propoſito noſtro: propterea ſubdit, qđ & in Chriſto Ieſu. Magnũ ſiquidem eſt ſentire Chriſtum in ſua humanitate, maius eſt ſentire illum in ſua diuinitate: ſed maximũ & inæſtimabile eſt, quando tanta ſit coniunctio dilecti & diligentis, ꝙ quæcunq; aguntur circa dilectũ adeo experimentaliter ſentit ipſe amans, ſicut ſi fierent circa eum, nõ contẽtus ſentire perſonã tantũ in veritate *Sentire Chriſtum ĩ paſſione quid eſt.* ſubſtan-



A ſubſtantiæ ſuæ, ſed quæcũq; illius ſunt vſq; ad minima intime experit. Et de hoc Apoſtolus ſubdit, hoc quod & in Chriſto Ieſu. Sed ꝙ & ĩ Chriſto Ieſu, quaſi ſpiritu ebrius oẽs in Chriſtũ Ieſum transformare deſiderans addidit, inebrians, nomẽ Ieſu. Itaq; ad hoc naturalis ratio & experimentũ ſenſibile nos hortat. Si enim per vitalẽ influxum capitis in humana mẽbra, quod capitis eſt: membra ſentire habent, vtpote ſi quæcunq; indiſpoſitio in capite ſit, totũ corpus apparet ſentire læſurã: Multomagis quod eſt in capite noſtro Chriſto debemus & nos ſentire, niſi fortè ſimus eius paralitica mẽbra.

B Vitalis. n. capitis noſtri gratia & influxus, cum non deſcendit ad talia membra: non equidem ſentiunt, quæ ſunt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. In hoc igitur experire anima mea, an ſis viuum in Chriſto, an paraliticum membrũ, habens viui membri exteriorẽ apparentiam, non interiorem vitã & gratiam. Sed hoc tantum ac tale donum ſentiendi in ſe, quod & in Chriſto Ieſu, nemo poteſt acquirere per ſeipſum, niſi ei ꝑ gratiã diuinitus largiatur: nec largiri dignatur Deus, niſi interueniente aliquo digno interceſſore: cum ſm Apoſt. 2. Cor. 3. Nõ ſumus ſufficiẽtes aliquid cogitare a nobis, quaſi ex

C nobis. Ad quẽ ergo confugiemus hodie ꝓ tanta gratia impetrãda? Cuius precibus impetrare poterimus eam? Quem reperire valebimus interceſſorem? Si enim ad Virginẽ *De Salutatione B. Virginis.* matrẽ, quæ nobis ſolet omnes gratias impetrare, vellemus hodie habere recurſum: reperiemus eam ſic filio ſuo dilecto tam horribiliter cõculcato & crucifixo, totis viſceribus, omnibus ſenſibus & cunctis cogitationibus cõpati: & ſic in eum totaliter trãſformari, ꝙ ad nihil aliud ſentiendũ mentẽ ſuã videret poſſe transferre. Quid. n. rememoratio gratiarum ſuarum atq; noſtrarum petitionum in eius memoria aliud eſſet, niſi multiplicatio ſuorum dolorũ? Nã ſi dice-

D rẽ Aue: reſpondere vtiq; poſſet, ſed ne q̃ſo dixeris mihi, Aue. i. ſine vę, quę iucũditatis ſalutatio eſt: quia vę dolorum & afflictionũ filij mei dilecti in cruce pendẽtis ſola compatiẽdo ſupporto. Poſuit me Dominus deſolatam tota die męrore confectam, Thre. 1. Si dicerem ei, Maria: reſpõdere valeret, Ne dicas mihi Maria, hoc eſt illuminata: cũ lumine oculorum meorum orbata ſim, & lumen oculorum meorum & ipſum nõ eſt mecum. Nec dici poſſum Maria, i. illuminatrix: cum locata ſim in tenebris & in vmbra mortis. Si etiam adderem ei, gratia ple-

E na. Et iterum reſponderet, Heu mihi fili Adæ: Qualis mihi gratia ante oculos meos videre filium meum tot doloribus & confuſionibus plenũ inter latrones pendentem. Si ſubderem, Dñs tecum: ſubito reſponderet, Quomodo filius meus Dñs eſt, qui tanquam malefactor & latro pendet in patibulo crucis? Nec etiam mecũ illum dicere vales, quem nec tangere, nec inſuper ei valeo appropinquare, Thre. 1. Idcirco ego plorãs & oculus meus deducẽs lachrymas, quia lõge factus eſt a me conſolator meus. Si dicerem, Benedicta tu in mulieribus, merito reſponderet, Quomodo benedicta ſum ſu-

F per alias mulieres, quæ ab omnibus cum dilecto filio meo ſum crudeliter maledicta & blaſphemata? Vnde Thre. 1. c. ſcriptum eſt: Omnes perſecutores eius appręhenderũt eam inter anguſtias: Omnes, qui glorificabant eã, ſpręuerunt illã, quia viderunt ignominiã eius. ſi ſubinferrẽ, Et benedictus fructus ventris tui. Nonne dicere poſſet, qua ratione benedictum fructũ ventris mei nominas, qui continue a gente impia Iudęorum eſt blaſphemijs & improperijs maledictus? & in eo verificatur, quod Deuter. 21. c. ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui pen-

G det in ligno. Si adderem quoq;, Ieſus, qui ſaluator interpretatur: miraretur vtique dicens, Quomodo filium meum ſaluatorem nominas, cũ impia Iudęorum turba ei improperando dicat, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere? Matth. 27. Nec inſuper ſubdere poſſum: Sancta Maria, ora pro nobis peccatoribus, quia merito reſpondere poſſet, Quomodo pro vobis peccatoribus orare debeo, quæ compati filio meo dilecto in cruce pendenti non ſufficio? ſed præ dolore & lachrymis toto corde deficio. Dimitte ergo me, vt plangã paululum dolorẽ meum, Iob 10. Ad quem *Meditatio ad crucem.* igitur ꝓ auxilio huius impetrãdæ gratię recurremus? Quẽ habebimus adiutorẽ? Quẽ

H obtinere poterimus impetratorẽ? Ad quẽ mẽtes ſupplices dirigemus, niſi ad te lignũ vitæ, ad te crucem ſanctam, ad te crucẽ benedictam: ad te inquam, in qua omnes ſenſus Dñi Ieſu Chriſti & omnes theſauri ſapientiæ humano generi diſpenſandi recluſi ſunt? Tu ſcala Iacob, per quam Angelicæ gratiæ ad nos deſcendunt. Tu clauis Dauid veri, quæ claudis ſenſum Chriſti, & nemo aperit: aperis & nemo claudit. Tu fons diceris gratiarum propter coniunctionem corporis Ieſu Chriſti & humectationẽ eius ſanguinis precioſi. Tu ergo, quæ pulchri-

**A** tudinem de mẽbris Domini ſuſcepiſti: aperi ſenſus noſtros, illumina corda noſtra, pijs ſenſibus paſſionis Chriſti reple viſcera noſtra, vt valeamus vere ſentire & ſpiritualiter operari, q̃ pro nobis ſenſit Dñs noſter Ieſus Chriſtus. Ad te igitur pro hac gratia impetranda dirigimus preces noſtras, effundimus corda noſtra, humiliamus capita noſtra, ſupplici deuotione dicentes: O crux aue, ſpes vnica, hoc paſſionis tempore auge pijs iuſtitiam, reiſq; dona veniam, Amen. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebã a gemitu cordis mei. Iterum vbi ſup. **B** In quibus ſacratiſſimis verbis ſeptima Religioſitas, videlicet Chriſti paſſionati deuotiſſima demonſtratur. vbi Propheta in perſona Chriſti ad triplicẽ ſenſum attrahit corda noſtra. Primo ad ſenſum ſuorũ dolorũ ibi, Afflictus ſum. ſecundo ad ſenſum ſuorũ vituperiorum ſeu confuſionũ ibi, Et humiliatus ſum nimis. tertio ad ſenſum ſuorum mȩrorũ ſeu clamorũ ibi, rugiebã a gemitu cordis mei. Interim tamẽ manifeſte demõſtrat, ꝙ pro peccatis noſtris expiandis crucis patibulum & duriſſimã mortẽ perpeſſus eſt. Vnde ad purgandũ luxuriã noſtram, voluit pati dolores: ideo ait, afflictus ſum. **C** Et ad purgandum ſuperbiã, paſſus eſt confuſiones: ideo ſubdit, Et humiliatus ſum nimis. Ad purgãdum auaritiam ſuſtinuit mȩrores. ideo addit, & rugiebã a gemitu cordis mei. Primum contra concupiſcentiam carnis, ſecundum cõtra ſuperbiam vitȩ, tertium vero contra concupiſcẽtiam oculorũ. In quibus tribus, ſ̃m ſententiam Beati Ioa. 1. Io. 2. omnis mundana concupiſcentia a peccatoribus frequentatur. Vt autem tota ſeries Dominicæ paſſionis debito & recto ordine capiatur, & euangelica hiſtoria clarius & conuenientius contexatur: totum tractatũ paſſionis in tres partes principales **D** diſtinguamus, ſ̃m triplicem ſupradictum propheticum ſenſum, ſecundam principalem partem pro tertia & vltima reſeruãtes.

*Afflictio Chr̃i, quõ intelligit̃.*

*Prima pars principalis circa ſacramentum Dominicæ Paſſionis, quæ in contemplationes duodecim eſt diſtincta, Chriſti dolores vſque ad crucifixionem eius incluſiue complectens.*

PRimo autem principaliter in prophetico verbo cor noſtrum inducitur a Chriſto ad ſenſum ſuorum immenſorum dolorum, quos paſſus eſt tempore paſſionis. Et de **E** hoc propheta dicit in perſona Domini Saluatoris, Afflictus ſum. Hanc quidem afflictionem atque Chriſti dolores in duodecim conemplattiones per ordinem diſtinguamus, agendo de paſſione illius vſque ad eius crucifixionem incluſiue. Harum quidem contemplationum tres pertinebunt ad paſſionis principium, tres ad paſſionis proceſſum, tres ad paſſionis augmẽtum, & tres vltimæ ad paſſionis complementum.

## Articvlvs Primvs **F**

*Primæ partis principalis Paſſionis Chriſti, de tribus contemplationibus, quæ pertinent ad principium ipſius Paſſionis. Et primo Chriſtus prædixit Diſcipulis ſuis Paſſionem ſuam, & eos ad conſtantiam exhortatus eſt, atque contra futurum bellum, vigilia & oratione præmuniuit eos. Cap. 1.*

PRima contemplatio pertinens ad principium paſſionis, tria in ſe comprȩhendit. Primum eſt paſſionis prænunciatio, ſecundum ad paſſionem exhortatio, tertium Chriſti **G** contriſtatio. Primo ponitur ab Euangeliſtis paſſionis prænunciatio. ſcilicet facta a Chriſto diſcipulis ſuis. Nam ſermone diuinarum inſtructionum prælibato in cœna ſurrexerunt omnes, dicente Domino, Surgite eamus hinc. Stabant enim Apoſtoli attoniti ex verbis Domini dicentis, quòd in proximo tradendus eſſet. Proinde Dominus verbũ excitatiuum emiſit dicens, Surgite eamus hinc. Non tamen dixit Domi**H**nus, ſurgamus & eamus. nõ enim erat Dominus in animo conſternatus, vnde ei ſurgere neceſſe foret, ſed erat ſuſpẽſus ad magnificum opus. Surrexerunt ergo a loco cenaculi. Et ſicut Matth. ait, hymno dicto. id eſt, aliqua laude & gratiarum actione poſt cœnam reddita Deo. Ex hoc enim loco apertius patet, quòd in principio & in fine comeſtionis, ſolitus erat Chriſtus laudes & gratias reddere Deo patri, quod & docuit obſeruare diſcipulos ſuos. Exierunt in montem Oliueti. Tunc dixit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scandalum autem pati in Chriſto, eſt cadere ab eius fide atq; ſequela. Diſcipuli autem in illa nocte ceciderunt in Chriſti

*Prima cõtemplatio Paſſionis Chriſti.*



**A** Chriſti ſequela: nam eo relicto fugerunt. Aliquo modo ceciderunt ab eius fide, quia facti ſunt in fide dubij, vacillantes & conſternati. Et ſubdit, Scriptũ eſt enim Zachar. 13. Percutiam paſtorẽ, & diſpergẽtur oues gregis. Poſtquam autem ſurrexero, præcedam vos in Galileam. In quo quidem ſermone cõtra duo, quæ dixerat, alia duo ſubiunxit. Nam reſurrecturum ſe dixit contra percuſſionem paſtoris, atque contra diſperſionem ouium Dei: dicit ſe præceſſurum in Galileam, ſicut præcedit paſtor ad congregandas ac recuperandas oues diſperſas. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi **B** omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Secũdum autem Hierony. hoc non fuit dictum temeritatis, nec mendacium, ſed extitit ardens fides erga Chriſtum. Auguſt. tamen in lib. de ciuitate Dei, c. 13. ſupponit ꝙ ibi fuerit aliquid prȩſumptionis. Ait illi Ieſus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. Secũdo ſubditur ad paſſionem exhortatio. Nã his dictis egreditur Ieſus cũ diſcipulis ſuis ad montem Syon tranſgrediens torrẽtem **C** Cedron: a cedris ibi plantatis ſic denominatum. Myſtice tamen torrens ſubitam & cito defluentem tribulationem inſinuat, iuxta propheticum dictum: De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Defluxit ſiquidem torrens tribulationum & paſſionis Chriſti, & ipſe tranſiuit per eum ad gloriam ſempiternam. Quod & ad Hebrȩ. 2. c. teſtatur Apoſtolus dicẽs: Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum. Et venit Ieſus in villam, quæ dicitur Gethſemani, in qua erat hortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius; & dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic, & ora**D**te, ne intretis in tentationem. Gethſemani nempe vallis pinguedinis interpretatur, vt myſtice compræhendamus, ꝙ orationis locus, qui proprie noſcitur eſſe cor, debet vallis eſſe per profundam humilitatem, vt ſcilicet pinguedine deuotionis repleatur. Hoc & humilis Propheta poſtulabat dicẽs, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sed quia ex abundantia cordis os loquitur, ideo ſubdit: & labijs exultationis laudabit os meum. Tertio ſubditur Chriſti contriſtatio, & de hoc apertius ſubinfertur: Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedȩi, cœpit contriſtari & mȩſtus

*Torrens quid ſit.*

**E** eſſe. Tunc ait eis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſuſtinete hic, & vigilate mecum. Hæc ſiquidem triſtitia magnitudinem prætendebat amoris: vt in tantum nos ſciamus diligi, vt triſtetur pro nobis lȩtitia. Nemo triſtatur, niſi de damno dilecti. Æqua nempe lance appenditur in animabus hominum circa eandem rem amor, cum adeſt: dolor, cum abeſt. Sed terminus huic triſtitiæ appoſitus, animum in conſideratione ſuſpendit, cum dicit, Vſque ad mortem, vt mortem æternam omnium vnius mortis victoria ſuperari credamus. Nam mors & mors duro conflixere duel**F**lo. quia in victoria mortis Chriſti, mors omnium abſorpta eſt. Vnde Apoſtolus 1. Corinth. 15. cap. Abſorpta eſt mors in victoria. Et ſequitur, vbi eſt mors, victoria tua? O pium verbum, o flebile verbum, o amabilis vox. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Hic modus loquendi magnitudinem triſtitiæ ſignificare poteſt eo modo, quo multum turbati dicere ſolent, Turbatus ſum vſque ad mortem, id eſt tanta turbatione, quòd eſt mihi quaſi mors. Sicut Ionas c. 4. dicit, Bene iraſcor ego vſque ad mortem. vel ſignificare poteſt terminum durationis doloris eius, vt ſit ſenſus: me oportet triſtari vſque ad terminum mortis. **G** Puto autem, quòd hic vtrunque ſignificetur. Sed quæſo, vnde triſtatur, atque quomodo ille inuiſibilis ſol eclipſim triſtitiæ patitur, qui omnem animam cohærentem ſibi, diuinis facit coruſcare ſplendoribus & lætitijs ineffabilibus replet, niſi quia aduocata ab ipſo erat triſtitia illa atque iuſſa non importuna venit? Et ad ſuſtinentiam atque vigilantiam Chriſtus ſuos electos inuitans ait: Suſtinete hic, & vigilate mecum: non quòd quæreret illos tres in ſuo eſſe præſidio, nec ad ſuam tutelam volebat eſſe in**H**tentos, quos paulo ante prædixerat in eo ſcandalum omnes eſſe paſſuros, ſed eos ad tolerantiam diſponebat. Subdit etiam, Et vigilate mecum in oratione: tum vt oſtendat quòd orationes noſtræ ad hoc vt efficaces fiant, ſuæ coniungi debent: tum vt demonſtraret, quòd paſſioni eius, pro qua orabat, compaſſionem & orationem coniungere debemus: tum vt doceat ipſos prȩlatos & ſanctiores nõ dedignari ſuſcipere orationis ſuffragium ab inferioribus ſuis, licet imperfecti cognoſcerentur.

*Triſtitia in Chriſti Paſſione.*

A *De triplici Chriſti oratione facta in horto, & de eius grauiſſima agonia. Cap. 2.*

*Secunda cōtēplatio ſpectās ad Chriſti orationē.*

SEcunda contemplatio etiam pertinens ad principium paſſionis, triplicē Chriſti orationem in ſe compræhendit. Sed præmittitur orationi primæ, ſicut teſtatur Lu. ꝙ progreſſus Ieſus puſillum, videlicet quantum eſt iactus lapidis, procidit in faciē ſuam. Dimittit igitur verus orator octo diſcipulos: dimittit & tres, vt ſe totū ad ſeipſum recolligat ab hominibus corpore ſegregatus: tamen ſub interminata menſura, ſ. quantum eſt iactus lapidis. Cautum quidē B fuit a Spiritu ſancto, vt ſic Euangeliſta deſcriberet eo quòd propius & longius lapis proijci poteſt, prout valitudo maior vel minor fuerit iacientis, quantitas & grauitas lapidis proiecti, vt myſtice innuatur, quòd nunquā tātum ī hac vita Chriſtus ab aliquo elongatur, ꝙ cor lapideum hominis peccatoris ad ipſum non poſſit, cum voluerit, plene conuerti, fierique participem illius profundiſſimæ orationis, qua ſe paternæ ſubdidit voluntati, vt pro nobis calicem biberet paſſionis. Bene quoq; procidit in faciem ſuam. i. genuflexit capite inclinato & in terram vultu defixo. Nam qualis erat cō- C ſcientia mentis, in eandem transformabat & corpus: p omnia enim anima Chriſti paternæ voluntati ſubiecta erat. Euangeliſta vero Marcus ait: Procidit ſuper terram, ſcilicet vt maledictio terminaretur Adę, de qua Gen. 2. c. dictum eſt, Puluis es & in puluerem reuerteris: Nam Chriſtus natus de terra Adæ, procidit ſuper terrā. Quærebat illam ponere ſuper cęlū, ad quod poſſidendum creata erat. Primo igitur orat, d. Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Orans igitur ait: Pr̃ mi, pr̃ miſericordiarū & Deus totius cōſolationis: pater mi ab æterno, videlicet deitate: pater mi, & D nullius alterius per deitatis naturam: pater mi & omnium, ſed mei pluſquam omniū. Allocutio pia, allocutio humilis, allocutio amabilis inflexibilem poſſidēs omnino veritatē. Sed addidit, d. Si poſſibile eſt. Quid ſibi vult hæc talis appoſita dubitatiua conditio? cum certus ſit ꝙ omnipotenti omnia quidem poſſibilia ſunt, teſte propheta, qui ait: Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis: & nihil vult quod non poſſit, nihilque poteſt quod nolit. vnde transfertur poſſibile de potentia in voluntatem: vt ſi velit, poſſit: non poſſit, ſi nolit. Tamen E Euangeliſta Lucas vigilantiori verbo ait: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum a me, vt omnino potentia tranſeat in voluntatem: & velle atque poſſe diuerſitatem non habeant in diuinis. Calicis tamen amotio petebatur, & dicebat nolle bibere, quod anxio deſiderio ſitiebat. Vt homo quidem dicebat nolle bibere: ſed prout ratio ſuperiori obediebat veritati, prompto animo eſuriebat: propterea ſubdit, veruntamen nō ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Nihil enim poſtulare debemus, niſi quod dare velle credimus bonorum omnium largitorem. Nā improba quippe eſt petitio, quæ datoris ſupergreditur voluntatem. Si quando tamen F aliquid humano ſenſu in oratione proferatur, non perſiſtatur ex animo, neq; verbo, ſed Chriſti exēplo, poſtquā ratio interpellat ad regē, ſenſualitatis velut amica ſine interpellatione ſe ſubdat ſuperno iudici, d. veruntamen nō mea, ſed tua voluntas fiat. Nec tamen myſterio vacat, ꝙ hanc orationem ineffabilem triplicat, vt videlicet Trinitas ſignificaretur in omnibus geſtis eius: Nam & patri oratio fundebatur, quam ipſe filius in aſſumpta humanitate fundebat, atque ſpiritui remittebatur cum dicebatur: G Non mea pater, ſed tua voluntas fiat. In lege vtiq; ſcriptum eſt, Deuteron. 19. in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbū. Proinde Chriſtus ex tribus aſſumptis teſtibus & totidem actibus, eſſe verum aſſerit, quod agebat. Saluator igitur prima vice oratione peracta non accipiens vt homo reſponſum, vt homo verus pauens & tædio ſe afficiens reuerſus eſt ad illos tres, quos ſecum ſuſtinere & orare & vigilare fuerat exhortatus. Vnde ſubditur, Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes. Propterea, dixit Dominus Petro, ſic Symon, dormis? qui ſcilicet vigilare corpore & animo promiſiſti: non potuiſti vna H hora vigilare mecum? id eſt cum adiutorio meo. Atque omnes tres exhortando ſubdit: Vigilate & orate, vt non intretis in tētationem. Nec ſecundum Hieron. ait, vt nō tentemini: quia impoſſibile eſt humanam animam non tentari: ſed inquit, Ne intretis in tentationem. id eſt, ne tentatio ſuperet vos. ad vigilantiam & ſuſtinentiam eos iam ſupra præmonuit: orationem vero nunc ſuperaddit, quoniam per ipſam & ex ipſa & in ipſa tota virtus & actio noſtra inualeſcit & creſcit atque auertit tentationis introitum, quamuis ipſius non prohibeat actum:

*Cur ad iactum lapidis ſe ab Apoſtolis Chriſtus abdidit in Paſſione.*



A actum: ſed vnde debuerint id timere, oſtēdit ſubdens: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. quaſi dicat, Spiritus quidem veſter promptus eſt. ſcilicet vigilare, ac ſuſtinere mecum, & me confiteri, & non negare, ſicut paulo ante dixiſtis: ſed caro veſtra infirma eſt, & in tantum, quòd promptitudinem ſpiritus deprimit, & retundit. Hoc autem alijs verbis Apoſtolus ad Galat. 5. c. declarat, dicens: Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. His dictis Saluator agoniſta promptiſſimus, ſecundo abijt ad orandum B eundem ſermonem, dicens: Inuariabilis eſt oratio Chriſti, & formam nobis orationis oſtēdit, ne mens orantis labatur in multa. variatio enim petitionum inſtabilis animi indicium eſt. Et reſponſo nullo accepto, referente ſcriptura, per modicum interpolat orare. Reuerſus tamen ad piam, & vtilem actionem: Nam venit confortaturus diſcipulos ſuos, quos in pugna debiles cognoſcebat. Oportet ſiquidem quandoque orationem intermittere pro vtilitatibus proximorum: maxime vbi ſpiritualia bella inſurgunt, ne ſcilicet inuiſibilis ab inuiſibilibus inimicis in ſpiritualibus caſtris C detur inopinate conflictus. Ecce intermittit orationem Chriſtus non tædio affectus orandi, ſed remedio alijs prouidendi. Veniens ergo ad diſcipulos ſuos inuenit eos iterum dormientes. Ecce, quòd caro infirma contra ſpiritum inualeſcit. Dormierunt, qui in proximo vitam negaturi erant. Sępe etenim malum futurorum pręſagium eſt malorum, ac ſæpius peccatum peccati alterius initium eſt. Dormitionis vero cauſam Euangeliſta conſcribit, dicens: Erant enim oculi eorum grauati. Myſtice enim oculi ſunt lucidæ, ac feruidæ intelligentiæ mentis, qui aut pondere ſenſualitatis, aut D onere iniquitatis grauantur. Senſualitatis quidem grauamen ſentiebat Iob 7. cap. cum dicebat, Factus ſum mihimetipſi grauis. Iniquitatum quoque onere grauabatur Propheta, cum ait: Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Apoſtolorum igitur oculi grauabantur, quo mentis oculorum ſegnities demonſtrabatur. Et ignorabant quid reſponderent ei. Alte quidem promittēs, & in promiſſione ſuccumbens, legitima reſponſa nō habet, maxime ſi facilis eſt promiſſio: aut ſi leue eſt, quod exigitur ab amico. Promiſerant Apoſtoli E Chriſto in morte ſocietatem: ipſe vero facilem vigiliam exigebat. Hac ſiquidem vice Saluator Apoſtolis nihil dixit, ſed ipſis aſpectis receſſit. Rediens igitur ad orandum Chriſtus Ieſus orauit tertiò eundem ſermonem dicens. Eundem ſermonem dixit, qui eundem immutatum animum poſſidebat: non pro remouenda pertinaciter paſſione, ſed pro ſua conformi voluntate cum patre pandenda. In hac ſiquidem trina oratione factus eſt in agonia, & prolixius orabat. Factus eſt autem in agonia qn̄ ſenſu carnis, & animæ virtute acrius decertabat, longioris quoque temporis ſpatio protelauit ſermonem. Timor namque, & amor prolixius hominem quandoq; facit orare. Tanta deniq; fuit in Chriſto orationis vehementia, atque tam horribilis in anima eius ſenſibilis imaginatio mortis, ac mentis admirabilis agonia: quòd ſicut Lucas refert, Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrā. Et licèt plena ratio naturalis nō poſſit reddi de tā ſtupendo doloris ſigno oſtēſo in ſudore ſanguineo: nihilominus dici pōt, ꝙ aliqualiter diſpoſitiue timor, & amor bellātes in corde Ieſu, quo ad ſuū ſenſitiuum in cauſa extiterunt: Dum enim attēderet tā graue bellū ſuper ſe veriſſime imminere: timore cō- G cuſſit ſenſitiuū ſuū, ex quo ſanguineus humor fuit ad interiora reductus. Super hunc aūt timorem reijciendū fortiſſimus, & feruentiſſimus amor, tanq̄ mirę magnitudinis malleus repercutiens, & ipſum excludens oēs poros corpis Ieſu Chr̄i, & venā largiter relaxauit, vt ſic de toto corpore flueret ſanguineus ſudor decurrens in terrā. Durū igit, & inuiſibile bellū in illa Chriſti anima gerebatur, qn̄ velut ex percuſſionibus per corporis poros eius ſanguis decurrebat in terram. Et quia anima eſt in qualibet parte H corporis tota, & eſt ipſius corporis vita: Idcirco ad oſtēdendum immenſitatē doloris ſui debuit dolorem ſuū indicare in omnibus membris ſuis. Immenſus quoq; & feruentiſſimus amor in hoc etiā manifeſtatur. Sæpe enim feruens ebullitio emittit ad extra. Proinde quātū anima Chriſti charitatis igne in intimis bulliēdo ferueret, ſcaturitio sāguinis clarius manifeſtat. Fuit nihilominus ſudor iſte partim rememoratiuus dolorum omnium, quos ab inſtanti cōceptionis ſuæ, Dn̄s occultauit in corde ſuo: partim repræſentatiuus illorū, quos in pręſenti ſuſtinuit agonia: partim ꝓnoſticus, & figura-

*Chriſtus ſua oratione orandi modū nobis præſcribit.*

*Quomodo Chriſtus orando factus eſt in agonia in ſenſu carnis*

A guratiuus tam illorũ, quos in ſuo corpore incõtinenti ſuſtinere debebat: quàm etiam in ſucceſſu temporis in corpore myſtico, in quibus & ipſe tanquàm caput tunc patiebatur. Nam ſtatim, ſicut infra patebit, feruidus velut athleta bulliens amore, & triumphans fortitudine: ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, occurrit impijs, & impleuit quod deerat dolorum in carne ſua. O quali ardore fornax Ieſu ſuccenſa erat, quæ ſic carnem ſuam totam in ſudore reliquebat. Myſtice enim ſanguis Chriſti decurrens in terram ſignum erat profuſionis animæ eius per dilectionem ad humanam naturam, vt vita ſuper mortem ef- B funderetur, ipſam videlicet abſorbendo: in ſanguine quidem dicitur eſſe vita. Terra nempe mortalis Adam, & ex ea contracta propago eſt, ſuper quam tota vita Chriſti decurrit, vt hoc mortale compoſitum abſorbeatur ab ea. Conuertere igitur anima mea ad piam, & deuotam conſiderationem filij Dei Ieſu, & velut præſentem in ſpeculo Euangelij eum poſitis genibus intuere orantem, vehementia mentis ſudantem, & guttulis ſanguineis circunfuſum. Contemplare hunc iuuenem genuflexum, nec deorſum vertentem faciem, nec erigentem C ad cœlum: de profundis ſui cordis clamantem, & irrecuruatam omnino perficientem orationem. Anima quippe ſuper cœlos conſcenderat, quando ſanguis ex corpore emanabat rigãs ſub oculis terram noſtram arentem, & infęcundam fructibus ſanctæ vitæ: ſicut qui de cœleſtibus, atque ſuperna virtute venerat eam excolere, vt fęcunda non ſolum ciuibus cœli, verumetiam paſtum gratum redderet plaſmatori. Decurrit etiam in terram ſanguineus Chriſti ſudor, ac rigatur terra diuino cruore, vt terra noſtri cordis pinguedine fęcundetur. In cuius myſterium in villa Gethſemani, quæ villa D pinguedinis interpretatur: effunditur in terram hæc pinguedo ſalutis.

### *Quomodo Chriſtus in agonia ab Angelo confortatus eſt. Cap. 3.*

TErtia contẽplatio pertinens ad principium Dominicæ paſſionis, tria etiã continet de Domino Ieſu Chriſto. primum eſt vehemens eius anxietas, ſecundum ardens eius caritas, tertium vigens eius magnanimitas. Primum eſt vehemens eius anxietas: nam agonizante Chriſto apparuit ei Angelus de cœlo confortans eũ, ſcilicet, ex parte, ac iuſſione paterna. Aduertendum eſt enim, ꝙ omnis apparitio Angelorum, de qua textus ſacer eloquitur, ſiue in ſomnis, ſiue in vigilijs, per ſpeciẽ corporalem fuiſſe facta credi debet. ſpecies enim corporis corporeis obijcitur ſẽſibus. Proinde Chriſto in forma hominis conſtituto Angelus in ſuſcepta figura de cœlo miſſus ſenſibus eius apparuit, & vocẽ emiſit corporeã: per eandẽ ſubiectam figuram cõfortans eum, velut hominẽ in agonibus fatiſcentẽ, vt huiuſmodi apparitio, & confortatio tota referatur ad formã ſerui penitus, & non Dei. Quid vero Angelus iſte Chriſto dixerit confortans eũ, per euangelicam ſcripturã non claret: ſed abſq; cõtradictione fidei relinquitur piæ menti, vt deuote credamus huiuſmodi Angelum cõfortationis verba decentia protuliſſe, ſicut decebat dicere Angelũ a Deo cęlitus miſſum, & ſuſcipere hominem Ieſum Chriſtũ cum dæmonijs, & diabolicis hominibus certaturũ: quia vt homo, non vt Dei filius hanc confortationem accipiebat. Secũdo in hac contemplatione continetur Chriſti ardens charitas: nam totus amore feruẽs retractis, aut quomodolibet abſterſis eius ſudoribus admirandis, venit iterũ ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes præ triſtitia. In tali etenim caſu triſtitia reddit cor accidioſum, & graue, & peruigili oratione proſtratum, niſi grandis feruor, & rigor in ſua arduitate retineat illud. De hoc enim Apoſtoli maxime triſtabãtur, quia Chriſtus totiens, & ita fortiter prædixerat eis ſe paſſurũ & receſſurũ ab illis. vnde Io. 16. cum dixiſſet, Vado ad eũ, qui miſit me: ſtatim ſubiunxit: Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Triſtabãtur, q̃a prædixerat eis, ꝙ omnes in nocte illa ſcandalizarentur in eo. Triſtabantur quoque & merito, quia ſuccumbebant defectibus, & deficiebant in promiſſis, nec ſoliti erant talia tolerare. Indulget Saluator infirmæ materiæ. Cõcedit abſq; vitio ſẽſualitati, quod ſua importunitate depoſcit. propterea inquit diſcipulis ſuis, Dormite iam & requieſcite. Ecce ꝙ diſcipuli cito dormiũt, in qua maxime eorum infirmitas patet. Tertio in hac contẽplatione oſtenditur Chriſti vigẽs magnanimitas. Vnde Saluator poſt aliquãtulam quietem continuo intulit dicẽs, Sufficit, ſ. ꝙ iam vſq; nunc dormiſtis. ſtatimq; ſubnectit cauſam dicens: Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquat, qui

*Chriſti anxietas in agonia, quam paſſus eſt.*

*In dormitione diſcipulorũ infirmitas deſignat.*

E F G H



A qui me tradet. Sed quæ hora venit? vtique paſſionis, & oſtendendæ virtutis, & æterni propoſiti declarandi. Prædixerat enim matri, Io. 2. Nondum venit hora mea: Prędixerat etiam cognatis ſuis. ſ. fratribus, & alijs non diſcipulis, Ioã. 7. Tempus meum nondum aduenit. tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum: Præfinitum quippe erat infallibiliter, quo tempore traderetur, ligaretur, pateretur, & crucifigeretur. Tradi non potuit, niſi cum voluit: ligari, niſi cum permiſit: neq; pati pœnas & mortem, niſi cum conſenſit. Acceſſit ille ad paſſiones, & paſſionibus ſuper ſe dominium dedit. Propte- B rea intulit, Surgite eamus, ſ. ad eos, qui veniunt me capere. Ecce appropinquat, qui me tradet. quaſi diceret, voluntarie accedamus. Sumus enim illis virtutibus fortiores, vſque in præſentiarum hora non fuit. Non enim mori infans debebat, dum illum quęrebat Herodes: non puer, nõ iuuenis quouſq; ſpatio viuendi mundo perſonalẽ veritatem innoteſceret atque vitam, ne quædã deluſio crederetur. Non mori debebat in ætate tenera, ne interrogatus in reſpondendo ætatem tranſcendere videretur, qm̃ ab inſtanti conceptionis ſuæ omni tp̃e eandẽ ſapientiam habuit: aut ſubticendo fatuitas, C aut fantaſia extimaretur. Sed nihil fecit, aut dixit tempore vernãtis ætatis, & quo moles corporis ſumebat augmentũ. Nulla cauſa offenſionis, & mortis Iudæis præſto erat. Ante perfectam ætatem talia, quæ poſtmodũ fecit, facere nõ debebat. Perfectio enim doctrinæ, operũ, & miraculorum eius nedum virtutibus plenum, ſed ẽt virum perfectæ requirebant ætatis. Primo condendũ erat Euangelium: prædicãdum etenim erat antea Dei regnum: exempla prærogãda ſequentibus, & in ipſo ſummo diſciplinatu danda erat omnibus viuendi forma. Qui enim plenitudinẽ temporis expectauit in- D carnationis, atque natiuitatis, horam ſimiliter expectauit paſſionis, & mortis.

*Præfinitũ fuit tẽpus Paſſionis Chriſti.*

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *Primæ principalis partis Paſſionis Chriſti, de alijs tribus contemplationibus, quæ pertinent ad proceſſum paſſionis: & primo de impia eius proditione. Cap. 1.*

PRima contemplatio pertinẽs ad proceſſum Dominicæ paſſionis tria etiam de Chriſto in ſe comprehẽdit. primum eſt eius proditio, ſecundum eius manſuetudo, tertium eius admiratio. Primo enim oſtẽditur eius proditio. Inſidioſe nempe ambulat dux iniquæ cohortis, atque nefandæ. Vnde adhuc eo loquente. ſ. Chriſto cum Apoſtolis: nam reuerſus erat cum tribus ad alios octo venit Iudas Scariotes, vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs, & fuſtibus: facibus & lanternis miſſi a Principibus Sacerdotum, & ſenioribus populi. Ecce dux in præceps: ecce obſtinata malitia: ecce animus inquietus, & impatiens feritas, quæ niſi perficiat concepta mala, non dormit. Receperat pecuniam, quia Chriſtum Iudæis vendiderat, tanquàm venale mancipium, & vili expoſuit precio coram Iudæis hominum vitam. Ex quo tam diram, & duram peruerſi propoſiti obſtinationem incurrit, vt nec familiaritate contubernij, nec humilitate obſequij, nec ſuauitate colloquij a concepta malitia potuerit reuocari. Cohortem acceperat, vt Chriſtus circundatus turba de ipſorum manibus omnino elabi non poſſet. Cum gladijs, & fuſtibus, & armis veniunt, vt remouerent percuſſionibus prohibentes. Cum facibus, & lanternis, quia in vero lumine Chriſto excæcati erant. Veniunt quoque nocte, ſicut æterna nocte damnandi, decepti nocte peccati. Vide apparatum iniquitatis, quæ nihil omittit expediens ad ſuam nefariam actionem. Conſidera promptitudinem amoris Chriſti. corde manet impauidus, pericula non timet, quàmuis caro aſſumpta ſubdita ſit terrori. Nihil perhorreſcit, cum amor ſequitur effectum, qui ſolum genus humanum a periculis æternis ſuis tormentis tranſitorijs diſpoſuerat liberare: vehemens enim amor cuncta pericula ſpernit, ſi præuidet non inani ſpe vota poſſe ſortiri. Miſſi erant miniſtri deteſtabiles a Principibus Sacerdotum, Scribis, & ſenioribus populi. Erat in auctoritate iniquitas: Principes erant ſacerdotum non ſacerdotij, qui iuſſa mala dederunt. Omne ſacerdotium ſanctum, ſed non omnis ſacerdos. Seniores autem, & Scribæ in hac mala legatione conuenerant: literam ſolum, quæ occidit ſequentes, & ideo ipſi ad Chriſtum occidendum ſe parauerũt crudeliter. Traditor vero, & aries huius mali conuentus, quia nouerat quòd Chriſtus erat cum diſcipulis ſuis: ad maiorem ſceleris certitudinem, ne ſcilicet Chriſto ſubterfugiente aliquem pro eo caperent diſcipulorum, ſecundum conſuetudinem, quam ſerua-

*Quæ pertinent ad proceſsũ Paſſionis Chriſti.*

*Quãta ſit Chr̃i amoris promptitudo.*

E F G H

A ſeruabant diſcipuli in reuerſione ad Chriſtum: ſignum dederat pacis his, qui de capiendo Chriſto crudelem legationem acceperant dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite caute. Et cum veniſſet fingens ſe non venire cum ſatellitibus illis, confeſtim accedens oſculatus eſt eum dicens, Aue Rabbi. O horrenda nequitia animæ ſceleratæ, præmittit ſalutationē ei, quem in mortis damnationem inducit. O improba iniquitas malæ mentis: vocas magiſtrum, cuius doctrinam iam procaciter contemnis. O ſtupēda malignitas proditoris. Oſcularis ſan-

*Aduerſus Iudã peſſimum diſcipulum pulchra acclamatio.*

B ctum os, & virtutem eius non ſentis. Verificatur in te ſententia Origenis, qui ait: Omnes proditores veritatis ſe fingunt amicos, & libenter oſculi ſigno vtuntur. Non oblitus tamen Dominus miſericordiæ ſuæ dulciter eum ad pœnitentiam vocans, ait illi: Amice, ad quid veniſti? Amicum vocat eo, quòd ipſe non deſinat amicari. Sed addit, ad quid veniſti? quaſi diceret: Oſcularis, & inſidiaris Iuda homo pacis meæ, in quo ſperaui. oſculo filium hominis tradis? O benignitas Saluatoris, vide quàm dulciter corripit proditorem, vt ſcelus, & modum quo perficit, ipſe conſi-

C deret. O proditio nequam: oſculum, quod reconciliatorum eſt ſignum, pro diſcordia irrogatur: & innocēs ſanguis funditur ſub oſculo pacis. Secundo ſubditur Chriſti manſuetudo: vnde cum Iudas pro ſigno letifero ori Chriſti oſculum impreſſiſſet, cum cæteris ſe retraxit. Illis vero ſtantibus velut attonitis a quadam diuina virtute percuſſis, Chriſtus manſuetudine plenus procedens ad eos dixit: Quem quæritis? O conſummata charitas, quæ foras mittit timorem, & mortis excludit horrorem. O bone Ieſu, quid facies amicis te in veritate quærentibus, qui inimicis ad mortem te

D quærentibus ſponte teipſum tradis? At illi reſponderunt terribiliter intonantes, ac dicentes, Ieſum Nazarenum. vt verificetur, quod ſcriptū eſt per Prophetam: Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rabiēs & rugiens. Quibus ipſe adiecit: Ego ſum: Deum ſe eſſe demonſtrans, ſicut prius dixerat, Exo. 3. Ego ſum, qui ſum. Qua reſponſione audita ceciderunt retrorſum, eo quòd dedit pater ei vocem virtutis, vt ſcilicet doceat ignaros, ſuſcitet mortuos, infirmitates, morboſque depellat: fuget dæmones, & male auſos terreat inimicos. Quid ergo faciet in iudiciaria poteſtate

*Vocis Chriſti energia, & virtus.*

E diſtrictione varia meritorū, quando ſic terruit cohortem improbam, cum adhuc eſſet in numero moriturorum? Ceciderunt ergo retrorſum, ac ſupinati fuerunt ad cęlum, vt ſaltem recognoſcant virtutem deſuper eſſe terrentē, & de cœlo deſcendiſſe, quem venerant ligaturi: perdiderūt potentiam, ſed nō ſæuitiam. Nec reſumere potuiſſent, niſi vox quæ abſtulit, reddidiſſet. Proinde interrogat eos iterum dicens: Quem quæritis? omnino ſe offerens ad iniuſtam capturam. Qui ſimiliter reſponderunt, Ieſum Nazarenū. Dixit eis Ieſus: Dixi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos

F abire. O inuictæ virtutis conſtantiam magnam, quæ inter preſſuras tribulationum ſuarum oblita de proximis gerit curam dicens, Sinite hos abire. Diſcipulis ergo quodammodo relictis intactis, excepto duntaxat qui ſyndonem, qua ſolum cingebatur, reliquit: qui captus ꝓfugit nudus: In Chriſtum impias manus crudeli audacia iniecerunt, & ligauerunt eum. proh ſcelus, velut iniquum qui ſoluere venerat compeditos. Fuerat enim ab æterno prædeſtinatum, vt ex iniuſtis vinculis Chriſti iuſta noſtra vincula ſoluerentur. Chriſtus igitur Dominus captus eſt in peccatis noſtris, vt dr̄ Thre. 4.

*Chriſti leſu conſtãtia.*

G Sed dum hæc impia myſteria agerentur, diſcipuli ad Ieſum dixerunt: Domine, ſi percutimus in gladio. Qui reſpondit, Sinite vſque huc. quaſi diceret, Intermittite vos prohibere lædentes quouſque patiar, quoniam ad alios, & in aliud tempus reſeruatur iudicium vltionis: quia nūc tempus eſt patiendi, non vlciſcendi. Sed nec expectato reſpōſo Domini Saluatoris, Petrus exemit gladium, & percuſſit Pontificis ſeruū, & abſcidit auriculā eius dextram. erat autem nomen ſeruo Malchus. Quòd autem dextra præſcinditur auricula, magnum nobis indicat ſacramentum, cum non huma-

H na, ſed diuina prouidentia factum eſt. Nam abſciſio dextræ auriculæ ſerui, abſciſionem prænunciat rectæ obedientiæ Iudaicæ ſeruitutis. Ad auriculam quippe refertur obedientia, ſicut Propheta ait: In auditu auris obediuit mihi. Sed ad dextram obedientia pro cęleſtibus recta, quam omnino perdidit ſeruilis conditio Iudæorum. Cui tandem in fine ſeculi Chriſti virtute reſtituetur. Tunc ait Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. aut conuerte gladium tuum in locum ſuum. Locus enim proprius gladij, eſt vagina, nō hominis caro, niſi pro corporali, aut ſpūali morbo gladio opus

*In abſciſſione auriculæ ſerui latet myſterium.*

ſit.



A ſit. Et ſubdit Dominus. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt, quia ad culpam iuſta mulctatio annectitur. Subdit quoque Dominus dicens, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Dedit pater filio calicem amariſſimæ paſſionis, quem ipſe vſque ad fundum exhauſit pro eo quòd pater dedit, cuius voluntati nihil ſtatuit præferendum. Orauerat iam in horto, vt talis calix amoueretur, & inexauditus abſceſſit, decreto manente paterno, vt ipſe calicem biberet paſſionis. quaſi diceret: Pater dedit mihi ca-

B licem, non alteri redimendi, quis bibet quem ego bibiturus ſum? non vis tu creatura, quod vult ipſe creator tuus? Subinfert Chriſtus, quoniam conformitate paternæ voluntatis, & ſuæ libens patitur, cum ait: An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquàm duodecim legiones Angelorum? Si iam orauerat in horto, nec exauditus erat, quomodo ergo dicit, modo exhibebit mihi pluſquàm duodecim legiones Angelorum? Dicendum quòd tunc pro ſenſualitate interpellabat ad patrem, quam ſtatim ſubdidit rationi, rationemque paternæ ſuppoſuit voluntati. Nunc

C vero dicit, Si certandum eſſet, ſi hæc paterna voluntas non decreuiſſet, ſi protinus ipſe calicem non dediſſet: non indigerem auxilio hominum terrenorum, qui habere poſſum exercitus Angelorum. Statimque ſubiungit, Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ prophetarum, quia ſic oportet fieri? Hoc quidem intelligendum eſt, quia oportet non de abſoluta neceſſitate, ſaltem reſpectu perſonæ Chriſti, ſed conſequente, ſcilicet ſi volo mundum redimere, & paternæ voluntati parere. Oportet etiam ſic fieri præſuppoſita prædeſtina-

D tione diuina. Nam ſicut me pati ab æterno diſpoſuit, ſic prophetari ante tēpus fecit, vt potius paſſio ſit cauſa prophetiæ, quàm ſcriptura prophetica fuerit cauſa paſſionis. Hoc ſiquidem diuini iuris ordo poſcebat, vt tanti Regis myſteria in mundo futura per Prophetas idoneos multis ante actis temporibus nota fierent. Iam igitur Chriſtus circundatus mala cohorte perfectus in omnibus iam inimicis reſtituebat bona pro malis: propterea ſubditur, Et cum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit illum, ſcilicet Pontificis ſeruum. O maledictus furor, & pertinax ſæuitia impiorum, quæ nec maieſtatis miraculo, nec pietatis

E beneficio, a concepta malitia potuit reuocari. Hoc tamen in myſterium factum eſt, vt reparatio humani generis mali ſerui ex Chriſti paſſionib. appareat prouenire. Reſtituit auris dextra, vt intelligentia vera, & obedientia recta oriri appareat ex paſſionibus Ieſu Chriſti. Tertio quoque ſubiungitur Chriſti admiratio, propterea ſubditur: Dixit Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe Principes Sacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores: Tanquàm ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me? quotidie apud vos ſedebam, do-

F cens in tempo, & non me tenuiſtis. Captionis ſiquidem Chriſti modus, & tempus, ipſius iniuriam plus depromunt, cum velut latro, & nocturno tempore captus ſit, qui dies in die quotidie palam fiebat. Sed quales in animo eſſent, tempus malefactionis oſtendit: quoniam Ioan. 3. Dominus ait: Qui male agit, odit lucem. Ecce igitur Principes, & magiſtratus, & ſeniores perſonaliter progrediuntur ad nefas, atque furentes omnino furiam continere non valent. Nec Chriſti cruciatibus ſatiantur, niſi oculorum præſentiam præſtent. Et qui per male ſubditos poterant cruda perficere, vt magis ſaturentur

*Captionis Chriſti modus, et tempus.*

G ex iniurijs Chriſto illatis, volunt perſonaliter intereſſe. Et licet de tota captione eſſent merito increpandi, & hic quodammodo increpentur: tamen ſpecialiter Chriſtus arguit eos de modo, quem tenuerunt: tum quia occulte venerūt, tanquàm ad latronē, qui fugere vellet, cum ipſe ſe eis in publico continuè exhiberet: tum quia venerunt cū armis, cum ipſe ſemper ſtaret inter eos ſimpliciter, & inermis. Sed non ceperunt eum in templo docentem quotidie, turbarū verentes tumultum: tamē altiori myſterio factū eſt, ne Chriſtus docēs caperetur in tem-

H plo, in quo nec ēt potuit lapidari. In quo libertas doctrinæ, atq; verborū Dei præfigitur: quia verbū Dei non eſt alligatum, nec cōcluſum fuit aliquando funibus tyrannorum. Addit quoq; Saluator noſter: Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. vt tenebroſitas mentis, tenebroſitate temporis innoteſcat. Nam tenebrarum hora eſt, in qua peccata patrantur: poteſtas vero, qua perficiuntur. Subdit etiam. Hoc autem totum factum eſt, vt implerentur ſcripturæ Prophetarum. Dicit autem Prophetarum, vt innuatur quòd nō ſolum in vno, ſed in omnibus Prophetis continentur myſteria Dominicæ paſſionis.

De

A *De Christi captione, & fuga diſcipulorum. Et quomodo Christus ad Annam primo ductus, coram eo examinatur: & additur negatio Petri.* *Cap.* 2.

SEcunda contéplatio pertinens ad pro-
ceſſum Dominicæ paſſionis, tria etiam
de Chriſto in ſe comprehédit. primum
eſt Chriſti comprehenſio, ſecundum eius
examinatio, tertium Petri negatio. Pri-
mum eſt Chriſti comprehenſio. Et de hoc
ſubditur, Cohors ergo & tribuni, & mi-
niſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum,
& ligauerunt eum. O ſine gemitu quis au-
B dire poſſet, qualiter in illa hora homicidas
manus in Regem gloriæ iniecerunt trucu-
lenti lictores, & innocentes manus mitis
Ieſu vinculis conſtringentes, ipſum agnum
manſuetiſſimum non obloquentem ad in-
ſtar latronis furibunde cõprehẽdũt, q dei-
tate oïa cõprehẽdit: & ligãt eũ, qui venerat
ſoluere omnes a vinculis peccatorum, & a
compedibus dæmonis infernalis extrahere
compeditos. ſecundum enim Bernar. poſt-
quàm ceperunt, & corpus baculis punge-
bant, & percutiebant exercentes in eo be-
ſtialitatẽ crudelitatis ſuæ. Quo viſo oẽs di-
ſcipuli eo relicto fugerũt, vt ex hoc mani-
C feſtè clareſcat ꝙ illi impij tã durè & crude-
liter ſe habebãt ad Dñm Ieſum Chriſtũ, ꝙ
columnæ cœli cõtremiſcere habuerunt. O
mira fragilitas conditionis humanæ: tem-
pore perſecutionis a ſuis diſcipulis relin-
quitur Chriſtus, quos prædocuerat, & cau-
tos fecerat, qui omnes ſpoponderant ſe-
cum vſque ad mortem in tribulationibus
permanſuros. Fugerunt enim velut vola-
tilia, inter quæ iacitur lapis improuiſe per
ſemitas aeris volitantia, quæ in ſummitati-
bus, & ramuſculis arborum ſe tollunt, quas
ante non præuiderunt. Sic & Apoſtolicus
D chorus fugiendo in incertudine refugij va-
gabatur. Adoleſcens quidam ſequebatur
eum amictus ſyndone ſuper nudo, & te-
nuerunt eum. At ille relicta ſyndone nu-
dus profugit ab eis. Nec veritus eſt dile-
ctus diſcipulus nuditatem: nec recordatus
amoris, cuius dulcedinem paulo ante hau-
ſerat inclinatus ſuper Dominicum pectus,
& quam guſtare debuerat, cũ guſtauit Do-
minicum ſacramentum. Secundo ſequitur
Chriſti coram Anna examinatio. Ducitur
enim Ieſus a ſatellitibus mortis ad Annam
primum. Hic interrogauit Ieſum de diſci-
pulis, & de doctrina eius. Interrogat de
diſcipulis, quos credit ebetes, quia ſequun-

*Chriſti cõprehẽſio.*

*Chriſti examinatio coram Anna.*

tur. Interrogat, vt diſcat, an nobiles, vel E
gregarij ſint, vt ex cõditione diſcipulorum,
ſæuiat in magiſtrum. Necnon in auctori-
tatem qua congregauerat intendebat, cum
iudicio ſuo propter decretum Pontificum,
& ſacerdotum nemini liceret ſub noua do-
ctrina diſcipulos congregare. Proinde in-
terrogat eum etiam de doctrina. ad perni-
cioſam inquiſitionem Annas ſe cõtulit, ac
inuoluere vult Doctorem non ſubdocibi-
lem fieri. Id quoque agebat, vt perciperet
ſi aduerſus Moſaycam legem, & traditio-
nes templarias doctrina Chriſti aliquid in-
tuliſſet, cum iam Saluator arguerit eos, ꝙ
tranſgreſſi ſint mandatum Dei propter tra- F
ditiones ſuas. Ecce doctrina Chriſti humi-
litatis decore fulget: quæ cum ſit diuina, ſub
hominum iudicio ventilatur. Saluator au-
tem ad inquiſita reſpondet, dicens: Ego pa-
lam locutus ſum mundo. Occulta nempe
doctrina ſuperſtitione plerunq; perfundi-
tur: & vitium vtiq; habet annexum, ſi pu-
blicum timet. Nõ autem omnis occulta in-
ſinuatio ſanctę doctrinæ condemnatur, quę
ſ. ſecura manet, ſi ducatur in publicum: quæ
palam fieri non vitat, ne deprehendatur in
macula, cum ſit ipſa immaculata neceſſitas,
& cauſarum varietas ſępe cogunt, vt lucer-
na quandoq; paucis luceat in occulto, quæ G
mallet lucem dare in manifeſto. Protinus
ad ſanam doctrinã ſpectat, vt nihil ſub ve-
lamine habeat, quod publicũ horreat: quod
deprehẽſum pudore, aut infamia vreretur.
Sed illa, quæ velaminibus gaudet, latibula
& angulos ſemper quærit, quæ deprehenſa
rubore ſuffunditur. arguta non habet vnde
ſe iuſtis ſentẽtijs tueatur, eſt protinus pro-
ſcribenda, & omnino abijcienda promul-
gata ẽt ab his, qui deuotione, & ſanctitate
pollere videntur. Tutius enim audirentur
iniqui inhæſitanter, & manifeſte vera dicẽ-
tes, q̃ boni clandeſtine dubia proferentes. H
Omnẽ quidem excludit errorẽ, & animos
audientium abſoluit a dubijs manifeſta, &
examinata doctrina. Quo circa Saluator ad
inuincibilẽ reſponſionis defenſionem pro
ſua doctrina ſe contulit, cũ reſpondit: Ego
palam locutus ſum mundo. Et de diſcipulis
tacens ſolũ doctrinã approbauit ex mani-
feſto, cum nõ a diſcipulis doctrina, ſed a do
ctrina diſcipuli boni, vel reprobi cenſeant.
Sed qm̃ per ſapiẽtes conſueuit approbari,
aut reprobari quæcunq; doctrina, locum in
quo ſapientes Iudęorum cõuenire ſolebãt,
ſubiũgit dicẽs: Ego ſemper docui in ſyna-
goga, & in tẽplo, quo oẽs Iudęi cõueniunt,
&



A & in occulto locutus ſum nihil. Cum enim
multitudo ſapiẽtium, ſanitas ſit orbis terra-
rum, vt dr̃ Sapiẽ. 6.c. Ad Iudæorum ſapien-
tiã ſuã approbandam remittit Chriſtus do-
ctrinã, vt ſi ſapientes ſunt, & audierunt, re-
prehẽdant ſi reprehẽdendũ quippiã inue-
nerint. Si ſapiẽtes nõ ſunt, ſileant a propria
ignorãtia iam proſtrati. Si ſapiẽtes ſunt, &
amici, dicant quæ nouerunt, non amicitiæ
gratia, ſed veritatis gloria. Nam vere ſapiẽ-
tes ſecundum veritatẽ, non ſecundũ inimi-
citiã, aut amicitiã omnino diffiniunt. Si ſa-
piẽtes ſunt & inimici, ad validius teſtimo-
nium interpello, vt propter ſapientiã ſub-
B mittant inimicitiã, & garriant ſi poſſunt in
manifeſtam doctrinã. Si vero non poſſunt:
aut taceant, aut ſi iuſtitiam ſentiunt, iuſtis
laudibus efferãt. Nam vbi multi ſunt ſapiẽ-
tes, ibi cautio eſt doctrinæ. Semper enim
veretur docens, quos nouit aſſiſtere ſapiẽ-
tes: & caute loqtur, maxime ſi æmuli aſtãt,
ne deprehenſus in aliquo confundat̃. Sed
quoniã proprius amor ſæpe hominẽ fallit,
ſubiungit Dominus dicẽs: Quid me inter-
rogas? Interroga eos, qui audierũt quid lo-
cutus ſum eis? Magnum teſtimonium eſt, ꝙ
vera ſit, & irreprehenſibilis doctrina illa, q̃
ad iudicium reuertitur æmulorũ: & inob-
C ſcurabili claritate reſplẽdet, quæ ad examẽ
proponitur reproborum: atq; iuſtiſſima ex
omni parte cenſetur, quæ nullorũ fornaces
expauet. Et ſubdit Dominus: Ecce hi ſciũt,
quid dixerim ego. O benigna manſuetudo
Saluatoris, velut ante iudicẽ ſtabat, & ad-
uerſus doctrinam ſuam teſtes æmulos alle-
gabat: ſciebat enim ſe dixiſſe infallibilẽ ve-
ritatẽ. Inconfuſibilis nempe veritas eſt, &
arguta peramplius fulget, & tunc ſiquidem
ſortitur triumphum, ſcilicet cũ aduerſarios
habet. Ad poſteros ergo hoc diriuetur in
exemplum, vt doctrina non ſit priuata, ſed
cõmunis: non occulta, ſed publica: nõ opi-
D nabilis, ſed veritate firmata, quæ nullis ob-
trectationibus tremulet, quæ nullos paueat
detractores, quæ ſuos vbilibet cõterat ini-
micos, quę magis aduerſitatibus, quàm trã-
quillitatibus illuceſcat. Hæc ſolum doctrina
Chriſti poſſedit, quæ nec mirum ſi manſit
i trepida coram Anna, emulos ad ſui teſti-
monium quærens Chriſto capite defenden
te, cum coram Imperatoribus, & Regibus
mundi non ceſſit in Chriſtiferis membris,
in eis Spirituſancto loquente. Hæc cum di-
xiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit ala-
pam Ieſu dicẽs, Sic reſpondes Põtifici? Sed
vide manſuetudinem patientis, cognoſce

ſapientiam reſpondentis: Si malè locutus E
ſum, teſtimonium perhibe de malo. Si au-
tem bene: quid me cædis? O benignitas,
& humilitas Saluatoris, iudiciũ vult ſubire
cum ſeruo, qui omniũ Dominus eſt, & iu-
dex: totũ ponit ſe in iudicio Chriſtus, om-
nia inimicorũ examinationi remittit: Cor-
pus, mores & verba, & ſi qua humana ſunt
eius in iuſtitia vult appendi. Approbari
aut improbari teſtimonijs ſatagit cum mi-
niſtro: nec tamẽ parat Dominus maxillam
aliam, ſicut alios docuerat obſeruare. Matt.
5. c. Sed altius Chriſtus exemplo ſuo nunc
nos trahit, opus eſſe perfectum oſtendens,
cum ad bonum trahitur male agens, quan- F
do charitas ſeruatur in animo, & ſuaui ꝓ-
ximus compungitur verbo. Perfectũ nem-
pe in virtutibus eſt ei, qui te percutit infer-
re ſalutis verba: & cum odio te feriat, tu eũ
charitate conſtringas, vt quem pateris per-
cuſſorem, poſſis tandem habere cõſortem.
In id quippe tendebat Saluator, qui vult
omnem hominem ſaluum fieri, & ad agni-
tionẽ veritatis venire. In hoc quippe exẽ-
plo nos docet Saluator noſter, quòd ſi mol
li reſpõſione homo proximi iram extinxe-
rit: quoniã vt dicitur Prouerb. 15.c. Reſpõ-
ſio mollis frãgit iram, ſermo durus excitat
furorem: ſimul duo ſimul congeminat bo-
na, vt virtus patientiæ ſuo munere fulgeat, G
& conuerſus proximus dignam pœniten-
tiam agat. Et ſi vtriuſq; boni patiens ſorti-
tur præmium, quia ſuſtinuit, & quia cõuer-
tit, & reſipiſcens a malo pœnas dignas ma-
lis euaſit. Tertio additur Petri negatio.
Sequebatur etenim Petrus Chriſtum, non
tantum corpore, quantum mente: quem ti-
tubatio fidei plene cõplexerat, & amor ad
Chriſtum a timore hominũ patiebatur in-
iuſte conflictum. Hic a Ioanne in domũ in-
troductus eſt per curialium notitiã, qua Pe
trus ipſe carebat. Et hincinde agitatis ver-
bis Chriſtum trina deſpexit negatione. De-
ſpicitur nempe, quod tanta procacitate ne- H
gat̃, & ſub anathemate ponit filiũ Dei, qui
omnes venerat recõciliare cum patre. Per-
ualide ſiquidẽ agebatur virga timoris, qui
ſe excõmunicabat ſi cognouiſſet ẽt Chri-
ſtũ: & iuramento falſo firmabat, ꝙ non co-
gnouerat veritatem. Dixerat enim interro-
ganti Chriſto, Matth. 16. Tu es Chriſtus fi-
lius Dei viui: quã cognitionẽ veritatis non
ab homine, aut ab Angelo, ſed ab æterno
patre ſuſceperat, qui quempiã docẽdo non
fallit. An forte occaſiones fuerunt in Petro
præter timoris anguſtiã, & fidei detrimen-
tum,

*Exemplũ Chriſti ad noſtrã inſtructionẽ*

A tum, quod ancilla oſtiaria introduxit? An fortè quia frigus erat, & ad ignē ſe poſuerat Iudęorū? Exterius frigus interiorē frigiditatē īſinuat, & Spiritusſāčti ignē Iudęorū exarſerat ignis. Gallo interim dante vocē, & inter verba Chriſto miſerante ab ipſo reſpectus Petrus egreditur foras, & fleuit amare. Hæc aūt negatio Petri, an tota ī domo Cayphæ, an in vna incœpta, & in altera cōſummata, ſecūdum diuerſorum opinionē (quia nihil addit, vel adimit fidei alterū horū credere) nō ſit præſentis diſſertionis. De Beata Vergine ſanè ī præſenti loco credendū eſt, ꝙ diſcipulus ille, quē diligebat Ieſus, vidēs tam dirè tractari Dominū ſuū, B interim cucurrit ad Virginē glorioſam nūciās, quæ acciderant circa filium ſuum. Fortè nouerat eam eſſe in Bethania in domo Magdalenæ cum ſororibus ſuis. Quo audito præ immēſitate doloris cōcuſſa ſunt omnia viſcera eius, & implacabili fletu plorare cępit: & aliæ mulieres, quæ cum ea erāt. Secędensq́; ab alijs ante Dn̄m in oratione lachrymarū irriguo ſe proſtrauit omni, qua potuit pietate paternæ dilectionis recommēdans filium ſuum. Ac non poſt multam moram conſurgens cum Magdalena, & ſororibus ſuis, concito greſſu plorātibus cū- C ctis Hieruſalē adit. Cumq́; obuiaret cuſtodibus ciuitatis, dicunt ei: Quid ploras mulier? Quid quęris? Reſpōdit, Nunquid quem diligit anima mea vidiſtis? Et illi: Qualis eſt dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Et illa: dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus. At illi: An forte filius tuus eſt ille, qui hac nocte tanquàm malefactor, & latro ductus ad domū Annæ Pontificis ligatus, & verberatus, & tam atrociter laceratus. Quo audito Maria ferè cecidit in terram præ dolore: Sed amore videndi filium ſuum vires reſumens ocius peruenit ad domum Annæ: ſed non D inuento ibi Ieſu, aliquo referente didicit ſuiſſe tranſmiſſum ad Pontificem Cayphā, ſicut in ſequenti capitulo patet. Plorando ergo cū ſororibus, & deuotiſſima Magdalena per viam peruenerunt ad Cayphæ domum, & introire quærentes prohibitæ ſunt. Durè igitur extra domum plorans clamabat, Fili mi Ieſu, Ieſu fili mi: o Ieſu fili mi oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: Quis vnquàm exprimere poſſet quantus cruciatus tunc renouatus eſt in anima Ieſu Chriſti, cum in ſpiritu intellexit matrem propter eum tam atrociter cruciari?

## *De Chriſti examinatione, atque deluſione facta coram Pontifice Caypha. Cap. 3.*

E Tertia contemplatio pertinēs ad proceſſum Dominicæ paſſionis, tria alia etiā continet de ipſo Chriſto. Primū eſt Ieſu examinatio, ſecundum Chriſti condemnatio, tertiū Chriſti deluſio. Primū eſt Chriſti examinatio, ſ. coram Pōtifice Caypha: propterea ſubditur, Et miſit eū Annas ad Caypham Pontificē. vterq; Pōtifex: ille ceſſerat, iſte regebat. Secundū enim Hiero. & Chryſoſt. tūc pontificatus emebantur ab eis, propterea contra legē ēt ſingulis annis F noui Pōtifices creabātur. Erat aūt Cayphas Pontifex anni illius. A Pontifice in Pontificē illuditur: ergo Chriſtus ſiſtitur corā Caypha filius Dei Ieſus. Aduerſus quē cōuenerūt Sacerdotes, & Scribæ, & populi ſeniores. Ecce ſacerdotū ſanctitas: vertit ī turpitudinē, Scribarū ſcientia in errorē, & in furorē trahitur matura ſenectus, cū hi oēs cōueniāt cōtra veritatē, & innocētiā ſubuertere moliātur. Omne autē cōſilium eorum erat, quomodo Chriſtū per apertā iuſtitiā, ſiue apparentē potius occidere poſſent, & nō prout homicidæ erant in occulto, in pu- G blico notarētur. Cōgregatus igitur cōuentus malignātium, odio æſtuabāt in Chriſtū, & quærebāt falſum teſtimoniū contra Ieſum, vt eū morti traderēt. Nō tn̄ dicit Euāgeliſta falſum, quaſi non amplius vellēt inuenire verū teſtimoniū cōtra eū, ſi fieri poſſet: ſed vt oſtēdat, quia iniquiſſima intētione, & cū iniquiſſimo proceſſu cūcta contra Dn̄m probare parabātur. Inquirebāt teſtimonia, vt zelo iuſtitiæ punire viderētur, ac per hoc iuſtitiæ velamēto inuidiā, & animi prauitatē palliare tētabāt. Et cū multi ꝑcaci animo infrunito vultu, & impudica līgua teſtimoniū cōtra Dn̄m loquerētur, cōuenie H tia nō erāt teſtimonia. ſ. ſentētię ꝓferendę. Nouiſſimè venerūt duo falſi teſtes dicētes, hic dixit, Poſſum deſtruere tēplū Dei, & in triduo reędificare illud: vt verificaret, quod Propheta ait, Inſurrexerūt in me teſtes iniq, & mētita eſt iniqtas ſibi. Falſi teſtes in ꝓferēdi rectitudine fallebantur. Dixerat enim Chriſtus, Ioan. 2. Soluite templum hoc: intelligens de corpore ſuo, & in tribus diebus excitabo illud: quod potius ſonat ſuſcitationem corporis mortui, quàm reędificationem deſtructi templi. Teſtes falſi dicebāt: poſſunt deſtruere templum Dei, intel-

lige tes

*Examinatio Chriſti, & condemnatio corā Caypha.*

*Cōſilium Iudæorū.*



A ligentes de lapideo templo: & in triduo reædificare illud. Vide & diligenter aduerte, quomodo veritas & innocentia per aduerſarios ſæpe clarificatur, & tanto magis, quanto plus inſaniunt contra eam. Nam ſumma laus eſt Chriſti, quòd & apparenter minimè culpabile opus contra eum inuenire non poſſunt, nec ēt poſſunt eū accuſare de verbo: quia ex hoc ꝙ iſtud in mediū poſuerūt: licèt ſub aliqua falſitate, ꝙ vtique de ſe nullius ponderis erat: patet quòd ſi contra eum alia habuiſſent, libentius quidem illa in mediū protuliſſent. Suſtinet patienter Dominus & Saluator, ad obiecta B non reſpondet. Propterea ſubditur: Ieſus autem tacebat. Sed quid facerent, ſi loqueretur, cum tacendo exagitet furioſos? Nam ſurgens Princeps ſacerdotum ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti teſtificantur? Surgit nempe ex inquietudine mentis & ſæuitia efficiebatur ſeipſo ſuperior. Quærebant reſponſionem, non ad credulitatem, ſed vt captatis verbis magis ex ipſa ſubnecteretur accuſatio contra eum. Ieſus autem nihil reſpondebat: myſterio, non timore: tanquam cognoſcens eum, qui loquebatur in fraudē. Magna prudētia eſt tacere, vbi ex omni parte calumnia præparatur. Secundò ſubditur C Chriſti cōdemnatio. ſ. corā Pontifice Caypha. Nunc tunc male iterum agitatus in corde, verbis exagitat Chriſtum dicēs. Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei benedicti. Adiuratio eſt inquiſitio alicuius ſciendæ veritatis ſub reſpectu ſuperioris poteſtatis: fortè Cayphas aliquorum relatione perceperat Chriſtum ſe dixiſſe filium Dei, & hoc in iudicio repeti ſatagebat, vt eius condemnatio morti per legem aptior vel apparentior eſſet. Ieſus autem ſic adiuratus, ne crederetur Deum viuū non diligere vel non timere, prætermiſſo ſilentio diſponebat dare reſpōſum. Sed an- D te reſponſum paucis verbis fraudulentiam Cayphæ detexit dicens: Si vobis dixero, non credetis mihi. Si autem interrogauero, verum non reſpondebitis mihi, vt ex eadem damnata radice indicet prouenire verum dicenti non credere, & verum in reſponſione quærenti non dicere. Proculdubio Caypham voluiſſet interrogare Ieſus, vt interrogato inſtrueret & lucraretur animam eius, & omnium circunſtantium, niſi quia præuidebat illos ad falſitatem & mendacia prolapſuros. Iterum quoq; fraudem illorum detegens ſubdit, Neque dimittetis. quaſi dicat: Sed eo armabimini

*Veritas ſæpe clarificatur ꝑ aduerſarios & quomodo.*

E hoſtilius, quo verum illuceſcet clarius. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis, ſcilicet in iudicio, quem purum hominem credentes nunc vſquequaque contempſiſtis, ſedentem a dextris virtutis Dei: vt vnum & æqualem cum patre credatis filium corregnantem & hominem infallibiliter factum Deum. Hoc Apocalip. cap. 1. Ioan. ait: Videbit eum omnis oculus: & qui eum pupugerunt, id eſt, in die iudicij videbunt boni & mali me filium Dei, quem boni amauerunt, mali contempſerunt: boni ad gloriam, mali autem ad terrorem & pœnam. Sedebit quieſcens, qui nunc in laboribus agit. Sedebit iudi- F cans, qui nunc iudicandus aſtat. Sedebit a dextris virtutis Dei, qui ad ſiniſtram diabolicæ poteſtatis morti adiudicatur. Dextera enim virtus Dei tota eſt cum patre omnipotens, & æqua potentia: & tota eſt cum Deo patre omnipotens, quam habere & oſtenſurum ſe mundo prænunciat. Non tamen in nubibus pluuialibus aut obſcuris aduenict, ſed virtute Deificati & Dei fieri corporis in nubibus lucidis, velut in tribunalibus ſedens: terræ ad iudicandum in aere more nubis efficietur ipſe vicinus ac iudicabit in terris poſitos, qui de cęlo cęleſtis ad terras aduenicns a terrenis iudicium G pertulit improbandum: vt ſicut in ligno pendens in aere inclinato capite pro omnibus vt moreretur tradidit ſpiritum: ſic in aere corpore a terra exaltatus iudicabit mundum ſibi ſubditum vniuerſum. Per experientiam patet, quòd Chriſtus ad calumniam interrogatus eſt: Nam tunc omnes animo furioſo dixerunt, Tu ergo es filius Dei? ironicè ac deriſoriè Chriſti ſententiam repetentes. Quibus Saluator fida voce reſpondit, Vos dicitis, quia ego ſum. Quo animo id dicatis, vos noſtis. Quacunque tamen intentione id dicatis, verum dicitis, quia ego ſum. Tunc Prin- H ceps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. veſtimenta ſcidit, vt accuſationem Chriſti redderet grauiorem: & quod dicebat verbis, extolleret factis. Et corde adeo diuiſus, diuiſas adeo peragit actiones veramq́ue Chriſti confeſſionem in falſitatem & blaſphemiam ſuo ſenſu conuertens: & quàm dicta teſtium plus attendens, cordis impetu, malo actu, tonanti voce aſtātes alloquitur dicēs, Blaſphemauit. Velutq́; in Chr̄i mortē feſtinus adiecit: Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiā. Sed ne Cayphas totus

A nocens, ſolus in hoc iudicio delinquere vi
deatur: atque vt ferat ſententiam nō quaſi
a ſemetipſo, ſed quaſi aliorum conſilio &
aſſenſu, ſibi aſſiſtentes quid videatur inq̄t.
Sed eo grauius crimen eſt, quo multos ſo-
cios quærit. Reſponderunt omnes, Reus
eſt mortis. O ſtupenda nequitia impiorū,
videre inter omnes magiſtratus & ſapien-
tes & ſeniores populi Iudæorum iuſtitiam
conculcatam & in iuſti mortem omnes pa
riter conuenire. At neminem conueniri,
qui pro innocente conſurgat, aut tempus
defenſionis depoſcat. O benignitas Salua-
toris, o manſueta dulcedo, & bonitas redē
ptoris. Quid enim erat videre innocen-
tem Ieſum, veluti manſuetum agnum, ſo- B
lum inter tot improbos & impios conſti-
tutum, facie manſuetum, vultu benignum,
mortem expectantem in voto & prompti
tudine mentis intrepidè perſiſtentem? Ter
tio ſubditur Chriſti deluſio. Nam antequā
morti per Iudæos adiudicatus ſentiret acu-
leum mortis, prius ſuis pœnis ſaturari q̄-
rentes, expuerunt in faciem eius, velut
in faciem viliſſimi & abiectiſſimi homi-
nis, cui ex animo, verbis & actibus expro-
brabant, ac ſi dictorum vilitatem ſputi vi-
litate damnarent, vt verificaretur, quod
C Iob 30. c. in perſona Domini ait; Faciem
meam conſpuere non verentur. Et iterum
per Eſa. 50. c. ait, Faciem meam non auerti
ab increpantibus & conſpuentibus in me.
Et velauerunt faciem eius in deriſum, &
colaphis eum cæciderunt: alij palmas in fa
ciem eius dederunt. O vultus deſiderabi-
lis Angelis: & genæ, quæ cælum repletis læ
titia, mundumque decore lætificatis: quo-
modo tam crudeliter cæſæ eſtis a manibus
impiorum? O collum, per quod effuſa no-
bis doctrina ſalutis: quis auſus eſt te læde-
re colaphorum percuſſione? Sed vt omnis
D compleatur deriſus in domibus Iudæorum
prophetia, qua ille populus ſuper cæteros
iam effulſit in Chriſto capite deridetur,
cum percutiētes eū dicebant: Prophetiza
nobis Chriſte: quis eſt, qui te percuſſit? vt
more diuinatoris potius quàm prophetæ
diceret, quis percuſſit eū. Sed hæc deriſio ꝓ
phetiæ ad ipſos impios retorta eſt, vt facti
omni populo in deriſum & ꝓphetis vera-
cibus non credentes, ipſis omnino priuati
& a prophetis mendacibus decepti in ſua
ignorantia excæcati miſerum in mūdo ex-
periuntur exilium. Et quia Chr̄m propheta
rum omnium veritatem & lumen impiè ve
lauerunt, iuſto Dei iudicio ſuper illorum
corda velamen cæcitatis & ignorātiæ ma- E
net vſq; adhuc expanſum: & niſi ad Chr̄m
fide & dilectione pertrāſeāt in hac vita nul
la rōne tollendum. Deniq; quibuſdā illorū
dormitū euntibus, alij nequiores remāſe-
runt Chr̄m vſq; ad mane verbis & multi-
plicibus iniurijs illudentes. Expectat inte-
rim extra mæſtiſſima mr̄ Ieſu cum ſorori-
bus ſuis implacabili fletu plorans, ac deſide
rans videre dilectum filium ſuum.

### Articvlvs Tertivs.

*Primæ partis Paſsionis Chriſti de alijs tri*
*bus contemplationibus, quæ ad Domini* F
*cæ Paſsionis pertinent incrementum: &*
*primo quomodo Chriſtus adducitur ad*
*Pilatum, & coram eo accuſatur & e-*
*xaminatur. Cap. 1.*

PRima contemplatio pertinēs ad
incrementum Dn̄icæ paſſionis
continet in ſe tria. Nam primo
Chriſtus corā Pilato accuſat̃, ſe-
cundo examinatur, tertio excuſat̃. Primo
quidē Chriſtus accuſatur a Iudæis coram
præſide Pilato. O horrēda impietas Iudæo
rum, quæ tantis iniurijs ſatiari non potuit:
quin potius ferali rabie fremens impio iu-
dici tāquam rabido cani aīam iuſti deglu-
tiendam expoſuit. Porro mortem Chriſti
differre periculum autumātes: poſtquā in
eorū conſilio fuerat diffinitum, Ieſum mor
ti obnoxium ſubiacere: Nec habentes, qūo
poſſent eum ſententiæ mortis tradere: po-
teſtate in Romanum imperium iam tranſ-
lata, aut falſo religionem monſtrantes, ne
propter inuidiā viderentur inferre iudiciū
ſuper eum. Mane autem facto initoq; con H
ſilio iterato Principes & omnes Sacerdo-
tes & populi ſeniores contra Chriſtum, vt
eum morti traderent, vinctum adduxerunt
eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.
ſcilicet vt ſæuæ mortis experientia punire-
tur. Cumq; egrederet̃ Pontificis domum,
erexit ſe mæſtiſſima mater Maria, vt vide-
ret filium ſuum. Quem cū videret facie liui
dum, ſputis deturpatum, barba & capillis
capitis depilatum: & omnino a priori pul-
chritudine alienatum: obuiantibus matris
& filij oculis ſimul, præ dolore ferè cecidit
ſuper terram. Ad literam circa veritatem
textus eſt ſingulariter aduertendum, quòd
communiter textus Io. 18. c. ait, Adducunt
ergo

*Saluatoris Manſuetudo.*

*Chr̄s adductus ad Pilatū ſiſtit corā Pilato & iudicat̃.*



A ergo Ieſum ad Caypham in prætoriū, ſed
malè ſtat textus ſcriptorum culpa: nam ſm̄
Græcos, in quorū lingua Ioannes euange-
lium ſcripſit: textus dicere debet, Adducūt
ergo Ieſum a Caypha in prætorium. i. de
domo Cayphæ ad domum Pilati, vbi erat
prætorium. Conſidera igitur, o anima mea,
qūo tranſiuit inſomnis nox illa in Chriſto
aporiato per totiens & deriſo atq; ꝑcuſſo
multotiens: & ira ſæua atq; odium cordia-
le aliquos Iudæorum fecit ad irrogandum
Chriſto iniurias vigilare. Attamen inſimul
B condicentes, quid tradendo illum præſidi
accuſando ſibi obijcerent, quo iuſte moue
retur præſes contra eum proferre ſenten-
tiam mortis. Prætorium enim erat ſm̄ tra-
ditionem antiquam, ciuium Romanorum
locus iudiciariæ poteſtatis, vbi eorum fie-
bat exactio, ſeu vbi p̄tor cum ſapientibus,
& cum populo conueniebāt ad aliquid diſ
ſerendum. Sed prætorium Pilati ſic Hiero-
ſolymis diſpoſitum erat, ꝙ ex ipſius fene-
ſtris allocutio poſſit eſſe ad extra poſitum
populū, ſi neceſſitas eſſet. Propterea ſubdi-
tur: Sed Principes ſacerdotum & omne Iu
dæorum conſilium prætorium Pilati nō in-
troierunt, ne contaminarentur, ſed mandu
C carent paſcha. ſ. quod illo tempore celebra
bant. Semper enim Iudæi vilioribus ceri-
monijs ſtudioſius intendentes, in malorū
magnorum voraginem ceciderunt. O dā-
nata cæcitas & peruerſa conditio Iudæo-
rum, verebantur cōtaminare paſcha, ſi con
tra traditiones ſuas præſidis intrarent præ
torium: ſed non verebantur ad mortē iniu-
ſtè deducere iuſtum, & innocentem Domi
num Ieſum Chriſtum. Secuta eſt ad præto-
rium filium ſuum plorando mæſta mater,
cum Ioanne & Magdalena, atque cum alijs
ſororibus ſuis, & alijs mulieribus, quæ qua
D dam naturali pietate inclinabantur ad eā.
Notanter ad literam aduertendū eſt in hoc
loco, ꝙ Matt. 27. c. interpoſuit hic de ſuſpē-
dio Iudæ, quomodo Iudæis pecuniam re-
ſtituit, ac qūo Iudæi noluerunt eam ponere
in corbanam. i. in gazophilatium, ſiue ar-
cham, vbi ſeruabantur dona oblata: quia p̄
cium pro ſanguine Chriſti fundendo fue-
rat datum. Licet enim ex ſua impietate &
cæcitate donationem illius precij fortè nō
iudicarent iuſtam, tamen omne tale p̄cium
iudicabant indignum poni cum donis di-
uino cultui conſecratis. Et ideo quandam
fictam ſpeciem pietatis in hoc ſeruare vo-
lentes, emerunt cum eo agrum figuli cu-
iuſdam, vt eſſet cimiterium peregrinorū.
Ciues enim fortè in paternis ſepulchris tu- E
mulabantur. Et quia ager ille de ſanguinis
precio fuit emptus, ideo vocatus eſt A-
celdemach, id eſt, ager ſanguinis vſque in
hodiernum diem. Quod quidem refertur
ad diem, quo Euangeliſta hoc ſcripſit. Quæ
rit tamen Auguſtinus in quæſtionibus no-
ui & veteris teſtamenti, quomodo occupa
tis Principibus ſacerdotum ad necē Chri-
ſti a mane vſque ad horam nonam, Iudas
eis reportauit precium ante Chriſti reſur-
rectionem, reiecitque in templo: cum con-
ſtet omnes Principes ante paſſionem Chri
ſti non fuiſſe in templo, quippe cum in cru F
ce poſito inſultarent ei: & ſubdit, ſe neſci-
re, quo die vel tempore ſe ſuſpenderit Iu-
das. Et ꝙ licet narretur in hoc loco, nō ta-
men ſequitur ex hoc, ꝙ tunc fuerit factū.
Hieronymus tamen & Origenes ſuppo-
nunt, ꝙ quando Iudas vidit Chriſtū mor-
ti adiudicatum precium reddidit, dicens:
peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi
dixerunt, Quid ad nos: tu videris, & proie
ctis argenteis in templo receſſit, & abiens
laqueo ſe ſuſpendit. Puto igitur, ꝙ Matth.
ſicut hoc fuit, enarrat ad exagerandum cri
men ſacerdotum: qui nec ad pœnitentiam G
Iudæ ſententiam mutauerunt, nec tamen
propter hoc oportuit Principes tunc in-
tereſſe in templo: quia poſtquam nolue-
runt a Iuda precium acceptare, videtur ꝙ
Iudas ad templum iuerit, vt ſaltem pecu-
niam relinqueret ibi, quam ſecum retine-
re horrebat. Sed ad ſeriem hiſtoriæ reuer-
tamur. Pilatus denique cum cognouiſſet
Ieſum in ſuum prætorium intromiſſum ip-
ſis Iudæis extra poſitis locutus eſt dicens:
Quam accuſationem aſſertis aduerſus ho-
minem hunc? Iudæi vero falſam iuſtitiam
ſimulantes, & ꝙ non velut inuidi eum ſuæ
iuriſdictioni tradiderant. Reſponderunt: Si H
non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſ-
ſemus eum. Ac ſi apertius dicant, Non mo-
uemur inuidia, nec odio agitamur, nec ſu-
mus in ſuo facto præcipites: Anteq̄ tradi-
diſſemus eum tibi, diſcuſſimus & vidimus
malefacta illius: nil aliud q̄ maleficia ſua ti-
bi eum per te, iudicandum tradere nos cō-
pellit. Igitur apertè cognoſce, ꝙ ſi hic ma-
lefactor non eſſet, tibi a nobis traditus nō
fuiſſet. Pilatus vero, qui leges nouerat Ro-
manorum, quæ non damnabant reum, niſi
de particularibus & diſſertis criminibus iu
ſta probatione conuictū, perſtitit inquirēs.
Quamuis litera taceat, quid diſſerte aduer-
ſus Chriſtum obijciant Iudæi, & qui ſibi eū

 tradi-

*Prætoriū ſecūdum traditionē antiq̄uid.*

A tradiderant. Ne tamen in hac iniuſtiſſima cauſa ſuccumbere viderentur, ſe ad falſa cō menta conuertunt dicentes, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem nr̄am & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Regem eſſe. Ecce imponunt falſa infallibili veritati, ac de tribus grauiſſimis accuſant eum, dicentes eum feciſſe, primo contra veritatem doctrinæ, ſecundo contra veritatem *iuſtitiæ*, tertio contra veritatem vitæ. Primo accuſant eum feciſſe contra veritatem doctrinæ: propterea dicunt, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrā.

B Secundo contra veritatem iuſtitiæ: propterea addunt, Et prohibentem tributa dari Cæſari. Tertio contra veritatem vitæ: propterea ſubdunt, Et dicentem ſe Regem Iudæorum. Ex quo manifeſtè clareſcit, ꝙ ſubuerſi a diabolo dicunt Chriſtum Dominum ſubuertentem. Non enim ſubuertebat gentem, quam conuertebat ad legem: quam non venit ſoluere, ſed adimplere, ſicut ipſe Matt. 5. ait: Nec tributa Cæſari dari prohibebat, ſed reddenda Cæſarea Cæſari, interrogantibus ipſe dixerat, Matt. 22. Et ad vitandum ſcandalum, cum eſſet liber, per Petrum ſtaterem Regi ante perſoluerat, ſicut patet Matth. 17.

C Ac cum eſſet Rex Regum, & Dominus dominantiū, ſe regem nunquam aſſeruit. Potius autem fugit, cum turbas noſceret eſſe venturas ad eum ex miraculo magno motas, vt eum ſibi Regem præficerent, Ioan. c. 6. quia ſecreta poteſtate de paucis panibus tantam hominum multitudinem ſatiauit. Has nempe accuſationes iniquas auribus percipit mæſta mater & cognoſcens voluntatem filij ſui ſui tacet, nec eum excuſat aut defenſat, ſed feſſa mente & corpore plorat.

*Accuſationes iniquas auribus percepit pia mater.*

Sed Pilatus Iudæorum animoſitatem manifeſtè cognoſcens, & ex ante relatis intelligens inuidiam eorum, eis ſecundum eorum legē

D tradidit iudicādū, dicēs. Accipite eum vos, & ſm legem veſtram iudicate eum. Diſcāt igitur Chriſtiani Rectores & Principes ſeculares a præſide iſto pagano, nō pertinere ad eos, neq; ſpectare de Chriſtis poſt Chriſtum amplius iudicare. O ſi Iudæi a Pilato prædocti rediiſſent ad cor & legē cum ꝓphetis, vigili mente legiſſent, & ſm illam iudicaſſent Chriſtū: profecto decreuiſſent & cognouiſſent penitus eſſe Deum, Dei filium, hominē verū & potius pęnitētia ducerent̄ q̄ illum tradidiſſent, vt hoīem reū. Sed quoniam per Moſaycam legem morti eum adiudicare non poterant, ſicut ipſi bene prænouerant, ſe falſo ad religionem cō uertunt dicentes, Nobis non licet interficere quemquam: ineuaſibiliter Chriſti mortem gerebāt in corde, qui de interfectione clamabant.

E Non enim eis dixerat Pilatus, accipite & interficite: ſed dixerat, accipite & iudicate. Dicebant autem ei interficere non licere, aut honeſtate feſti, aut trāſlati dominij. Sed hoc Pilatus eis reſtituebat dicens, Accipite eum vos. Magis autē hoc agebant quadam ſagacitate doloſa dicentes eis penitus non licere: vtputa ꝙ a

F turbis & cæteris præſentibus & futuris haberentur immunes, ſi non ab ipſis, ſed a gē tibus auctoritate Romanorum Chriſtus mortis ſententia puniretur. Secundo Chriſtus examinatur, ſcilicet a Pilato. Nam Pilatus his auditis illorum importunitate deuictus ad Chriſti examinationem iure ordinario ſe conuertit. Et tribus accuſationibus ſibi factis, vnam tantum veritus, quæ pertinere videbatur ad temporalem Romanorum ſtatum, ſuper illam duntaxat examinat eum. Introiuit ergo Pilatus in

G prætorium, & vocauit Ieſum & dixit ei, Tu es Rex Iudæorum? Cauebat enim ſibi, qui ex mandato Romani imperij procurabat Iudæam, ne aliquis Rex per ſubdolam actionem inſurgeret; quam ipſe cauere non poſſet, & ne Romanum imperium illa prouincia priuaretur. Iacturam quoque perſonæ propriæ etiam verebatur: præfixerat enim in corde ſuo Pilatus, ſe Chriſtum Regem propria lingua confeſſum, aut morti tradere, aut Romam mittere puniendum.

*Timor incautus Pilati.*

Ieſus autem prudenti cautela reſpondit, interrogatus, interrogans ac dicens, A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Quaſi dicat, ſi a temetipſo cogitaſti me fore Regem: communis iudex tranſiuit in partem, quo facto ſemper eſt ſuſpecta ven-

H tilatio rei. Si a temetipſo cauſa ſumpſit initium, iniuſtum eſt vt cogitatio præſidum per examinationem exquiratur. Si autem alij dixerunt de me, non me interroges: nā ipſi teſtificentur, qui accuſauerunt. Accuſanti, non reo incumbit probatio: tantū defenſio incumbit reo. Reſpondit Pilatus: nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? ſ. ſi non eſt verum, ꝙ dixeris te Regem. Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo: quia non terrenū, ſed cæleſte: non corruptibile aut mortale, nec trāſitoriū, ſed ſine fine māſurū, ſicut Dan. 7. c. ſcriptum eſt, Poteſtas eius, poteſtas æterna,

quæ



A quæ non auferetur: & regnum eius, quod nō corrumpetur. Nam & ſi Chriſtus ſm iura humana erat Rex mundi, quia etiam ſm carnem erat nobilior homo mūdi, ſicut colligi poteſt infra ſermone 61. artic. 1. & c. 1. tamen myſterialiter non erat Rex mundi: propterea ſubdit, Si ex hoc mundo eſſet regnum meū, miniſtri vtiq; mei decertarent, vt nō traderer Iudæis, ſ. vt iuxta eorum petitionem iudicarer: atq; firmādo ſubnectit: Nunc autem regnum meū non eſt hinc. Ergo regnum ſe habere dicebat ſm aliam formam, præterquam mundo mōſtraret. Pilatus vero his auditis adiecit: Ergo Rex es

*Chr̄s q̄uis Rex eſſet, qūo ſe eſſe regem negabat.*

B tu? Chriſtus autē addidit, Tu dicis, quia rex ſum ego. Nec paruipendit verba Chr̄i Pilatus, regnum ſed non de hoc mundo ſe habere dicentis, immo magnipendit & admiratus eſt: & velut quoddam numē audiuit prædictum verbum, quod quidē ex ſequentibus claret, cum ſtatim voluerit tradere libertati. Vigilantiquidem ſtudio per quia, non per ꝙ, ſcriptum ex dictū Ieſu, cum replicat ad Pilatum: Tu dicis, quia Rex ſum ego. Tu dicis, aut admirans, aut credens, quia Rex ſum ego. Et ego i hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimoniū perhibeam veritati. Proculdubio teſtimonium veritatis, eſt confuſio falſitatis.

C Maximè aūt Chr̄s perhibuit teſtimonium illi veritati, qua vita peragenda deducitur, vt ad æternam vitam perueniatur. Hinc Chriſtus perhibuit teſtimonium in ſeipſo, & moribus illam ſeruans & docens verbo. Eidem teſtificans in miraculis & prodigijs multis, in paſſionibus & morte, ſepultura & reſurrectione, aſcēſione & paracliti miſſione, atque veritatis amatores ad ſe pertinere omnino conteſtans dicit. Et omnis, q̄ eſt ex veritate, audit vocem meam, id eſt, mihi credit, obedit, & ſequitur. Non diſplicuit Pilato veritatis verbum, quod ēt

D improbi amant. Hoc enim habet veritas dignitatis inter cæteras virtutes, vt eam ſuus æmulus diligat atque laudibus efferat. Omnis enim, qui male agit, amicus eſt veritatis. Nam & ſi fallere vult, non falli mauult: nam etiam impius dn̄s veritatem in ſeruo requirit: fallax quoque homo filium, vxorem, familiam vniuerſam quærit habere veracem. Ad hanc igitur veritatem Pilatus amore conuerſus, illectuſque dulcedine vocis eius, quid ipſa ſit, Chriſtum interrogans dicit: Quid eſt veritas? neque vnquam talem Pilatus audierat orationem, & fortè per modicum tangebatur cor eius a libe-

E brata prolatione verborum eius: quo circa interrogat, Quid eſt veritas? Cuius diſertionem ſi audiſſet ab eo, qui coram eo velut homo reus aſtabat, forſitā ei ſuperna claritas illuxiſſet: cui ſi credidiſſet, nō ſolū Chriſtū liberaſſet, verūetiam deſcendiſſet de ſede, factus de iudice iudicatus, de p̄ſide reꝰ, de tyrāno collega, aīo & corpore Chr̄i pedes fuiſſet amplexus, & eū tanq̄ Dei filium adoraſſet. Tertio vero Chr̄s excuſat̄. ſ. a Pilato. Nam ad eius aīum liberādi Chriſtum via ſubito p̄occurrit, & velut mutabundus in aīo, iam mente ſuſpēſus ad dilationē impatiens, p̄ſertim pro ſedando tumultu furē-

F tis populi, nō expectato Chr̄i rn̄ſo egredit̄ ad Iudæos, nō odio veritatis, quā ſcire q̄rebat effugiens: ſed compendium meditatus, vt populum extra placaret, & Chr̄m ocius liberaret: vnde ſequit̄, & cum hoc dixiſſet: ſcilicet interrogādo, quid eſt veritas, iterū exiuit ad Iudęos extra. ſ. tumultuātes. Iterū enim ideo Euangeliſta ſubiungit, q̄a paulo ante exierat, vt audiret quā accuſationem adducerent contra Chriſtum. Nam iterum exiuit, & ait ad Principes Sacerdotum & Scribas: Ego nullam cauſam inuenio in hoc hoīe: Vide q̄ ſignanter Pilatus contra Iudæos pro Chriſto publicè teſtatur dicens: Ego, qui Gētilis ſum, natione Lugdunēſis,

*Teſtimoniū Pilati cōtra Iudæos.*

G ciuiſq; Romanus: non inuenio cām mortis, vel ēt pœnæ iſtius, quē meas tradidiſti in manus: at vbi alicuiꝰ inuidia & odio delatio facta eſt, quem verè culpa nulla contaminat, cum deficiunt ad clamores & ad condenda denuo mendacia ſe conferunt delatores. Vnde ſequitur: At illi magis inualeſcebant voces, dicentes, Commouit vniuerſum populum, docens per vniuerſā Iudæam, incipiens a Galilæa vſq; huc. Inualeſcebant quidē Iudæi malo conatu ſuper Pilati vocem, qui Chriſti corā Iudæis innocentiam allegabat, vt vox vnius tumultuantis populi ſuperata clamoribus atq; vi-

H cta ſuccūberet, ne pateret innocentiæ locꝰ quo libertatē reportās a iudicio egrederet̄ immunis. Bonumque & verum ſub inferebāt, ſed voluntate nocēdi dicentes, Cōmouit vniuerſum populum. Cōmouit ſanè populum per doctrinā mellifluam, quā & operibus validabat: cōmouit populum virtute miraculorum atq; ſignorum: cōmouit populū ſermonibus veris ad gloriam ſempiternam. propterea ſequit̄, docens per vniuerſam Iudæā. Ecce actus iſtius & irrep̄hēſibilis geſtus ignorantē docere. virtus vtiq; eſt docere, q̄ ipſi vertebāt in crimē. Sed iſta

A dilatio teſtimoniũ eſt laboris, quem Chri-
ſtus ſuſtinuit pro Iudæis pedeſter incedens
cum docuit per vniuerſam Iudæã, incipiẽs
a Galilæa vſque in Hieruſalem. Cæpit qui-
dem a Galilæa, vt vſq; ad Hieruſalem aſcẽ-
dendo doceret. nã doctrina Chriſti facit
homines in ſuperna conſcendere. Cæpit a
Galilæa velut ab hominibus minus doctis,
vt pedetentim perueniret ad doctos Hie-
roſolymis conſtitutos.

*Quomodo Chriſtus a Pilato mittitur ad*
B *Herodem: & ab eo illuſus remitti-*
*tur ad Pilatum. Cap. 2.*

SEcunda contemplatio pertinens ad in-
crementum Dñicę Paſſionis, etiam in
ſe tria compræhendit. Primũ eſt ad He
rodem miſſio, ſecundum eſt Iudæorũ ac-
cuſatio, tertium ad Pilatum remiſſio. Pri-
*Chr̃i ad Herodem miſſio.*
mum eſt ad Herodem miſſio. ſ. facta a Pi-
lato. Nam Pilatus audita noua obiectione
criminum & Galilæam auribus ſuis ſonuiſ
ſe, percunctatur ſi Galilæus erat Ieſus. Et
rei veritate comperta conabatur eũ a ſuo
iudicio alienũ fieri, & ad aliũ i iudicem ten
tauit illum inferre pro eo ꝙ Galilæo ſuo iu
dicio non ſubſtabat: potius tamẽ vt a iudi-
C cio Chriſti manus ſuas innoxias reſerua-
ret, & vt Herodem ab ipſo diſcordem pla-
caret, ſibi tradidit iudicandum: propterea
Euangeliſta ait, Et vt cognouit. ſ. Pilatus, ꝙ
de Herodis poteſtate eſſet: remiſit eum ad
Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat ĩ
diebus illis. Mittit̃ igit̃ Chr̃s ad Herodẽ tã-
quã Galilæus, atq; diuina ꝓuidentia factũ
eſt, vt Herodes illis diebus Hieroſolymis ĩ-
tereſſet ad complementum Dñicæ paſſiõis,
ad teſtimonium veritatis, ad cõfuſionẽ Iu-
dæorum, quia Herodes non inuenit quid
puniret in Chriſto, ſicut ſubſequẽs ſcriptu-
ra teſtat̃. Herodes aũt viſo Ieſu gauiſus eſt
valde. Erat enim cupiens videre illum ex
D multo tempore, eo ꝙ audiſſet multa de il-
lo, & ſperabat aliquod ſignũ videre ab eo
fieri. Interrogabat autem illum multis ſer-
monibus. Cuius curioſitatem & mẽtis va-
nitatem Saluator cognoſcens, neq; ſignum
coram eo fecit, neq; ad ſua interrogata re-
ſpondit. Non enim faſtidioſis animis alta
myſteria pandenda ſunt, neque prodigia fa
cienda coram ſectantibus vanitatem. Secũ
do ſubditur Iudæorum accuſatio. Multum
enim ad ſuam innocentiam cõprobandam
& Iudæorum ꝓteruiã condemnãdam excu
ſat Chr̃m ſæua Gẽtilitas, ꝙ in illo nulla ini
quitas reperit̃. Sed Chriſto corã Herode te

nente ſilentiũ inclamitat inſatiabilis cru- E
delitas Iudæorum. Vnde ſequitur: Stabant
autem Principes Sacerdotum & Scribæ cõ
ſtanter accuſantes eum. Ex quo patet, ꝙ a
domo Pilati vſq; ad domũ Herodis Princi
pes Sacerdotum & Scribæ Chr̃m nocendi
*Principũ malignitas & inuidẽtia.*
animo fuerant perſecuti: vt ſi elapſus, aut
emiſſus erat de manu Pilati, ab Herodis iu
dicio tergiuerſari nõ poſſet abſq; ſuſcepta
ſnĩa mortis. Accuſabant autem eum accuſa
tionibus illis, quibus eum accuſauerãt an-
te Pilatum: & tanto grauioribus, atque ini
qoribus, quanto eos, ne Herodes eũ abſol-
ueret, amplior timor angebat. Nam quia
a Pilato dimiſſus erat, ſi eum liberum dimi
ſiſſet Herodes ſuffugerat a Iudæis omne tri F
bunal Hieroſolymis ante, quàm poſſent
Chriſtum vlterius conuenire. Quamobrẽ
aut exagitati a rabie Chriſtum occidendi
manibus proprijs grandine lapidum occi-
diſſent, aut velut appellantes ab his iudici-
bus tanquam morte plectendum compedi
tum ſub fida cuſtodia cũ cauſarũ delatione
Romam ad Cæſarem deſtinaſſent. Hæc eñ
erat Iudæorum dãnata conſtantia, vt Chri
ſtus morti protinus traderetur. Tertio ſub
ditur ad Pilatum Chriſti remiſſio. Quia au
tem etiam coram Herode delatio iniqua
defecit, quæ nec Herodem ad ſententiam G
proferendam inflexit. Sed ſpræuit illum
Herodes cum exercitu ſuo: quia. ſ. ſignum
non fecerat, neque protulerat ad interro-
gata reſponſum, quem extimauit fatuum,
aut mortis terrorẽ pauentem, ſeu hominẽ
ante præſumptuoſum in ſuis moribus at-
que vita, qui nunc veluti imperitus in cau
ſa defeciſſet. Et illuſit indutum veſte al-
ba, & remiſit ad Pilatum. Et facti ſunt
amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam
antea inimici erant adinuicem, vt verifice-
tur quod propheta ait, Aſtiterunt Reges
terræ & Principes conuenerunt in vnum
aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum H
eius. Non eſt enim verorum Regum illude
re in iudicio conſtituto: ſed condemnare
conuictum reum, aut abſoluere innocentẽ.
Sed ad exaggerationem paſſiõis Chriſti &
contumeliarum eius, etiam Reges terræ
infatuati ſunt, in Regem iniquum etiam aſ
ſiſtentes ſæpe conueniunt. Et qualis Rex,
talia ſunt & latera ei⁹. Hinc eſt, ꝙ Herodes
Chriſtum illuſit cum exercitu ſuo. Illuſus
& veſte alba indutus, reuertitur ad Pila-
tum. Alba quippe veſtis inſinuat innocẽ-
tiam patientis, ac fideles poſteros per fi-
dem connexos, charitate contextos, abluẽ
dos



A dos in ſanguine agni innocenter occiſi.
Quod autem agitatur Chriſtus inter præſi-
des atque Reges, nulla cauſa condemnatio
nis inuẽta, innocentiã oĩmodã arguit Sal-
uatoris, quæ in poſterum ad Tyberium Cæ
ſarem etiam oretenus eſt delata, vt etiam
ipſe liberius Senatui Romano propone-
ret Chriſtum inter Deos eſſe colendum.
Quis dubitare queat, quòd Virgo mater
filium ſuum plorando ſequitur, cum duci-
tur ad Herodem, atque poſt illum reuerti-
B tur, cum remittitur ad Pilatum, continuè
laborando in fletu cum Ioãne & Magdale-
na & ſororibus ſuis?

*De quibuſdam alijs vijs, quibus Pilatus*
*Chriſtum liberare conatus eſt: & quo-*
*modo Iudæi accuſationem Chriſti gra-*
*uare conati ſunt. Cap. 3.*

TErtia contemplatio pertinens ad in-
cremẽtum paſſionis Dominicæ, tria
quoque in ſe compræhendit. Primũ
eſt Chriſti excuſatio, ſecundum eſt accuſa
C tionis aggrauatio, tertium liberationis re-
*Chr̃i accuſatio corã Pilato.*
plicatio. Primum eſt Chriſti excuſatio, ſci-
licet facta a Pilato: propterea ſubditur, Pi-
latus autem conuocatis Principibus Sacer
dotum & magiſtratibus & plebe exiuit ad
eos foras. Erat enim in conclaui cum Chri
ſto, quoniam innocentiam ſuam tueba-
tur. Intellexerat fortè per Herodis apices
aut per ſecretarios eius delatoribus inſcijs
innocentiam Chriſti: propterea ait, Obtu-
liſtis mihi hunc hominem quaſi auerten-
tem populum: Vide quanta ſolertia verba
liberationis Chriſti enunciat, qui eum auer
tentem non dicit, ſed quaſi auertentem.
Non enim Pilatus hanc criminationem ve
ram eſſe cenſebat, ſcilicet ꝙ Chriſtus a bo-
no aliquo, aut a rectitudine auertiſſet. Ec-
D ce adduco eum foras: demonſtratiuè loqui
tur Pilatus & effectu ꝑficit, quod dicebat.
Et ſubdit dicens: Non inuenio cauſam in
hoc homine, in his, in quibus eum accuſa-
tis. quaſi dicat, Ex alijs incognitis vel non
factis mihi eum iudicare non licet. Et ad
validationem aſſertionis ſuæ inducit Hero
dem dicẽs, ſed neq; Herodes. Ex quo Chri
ſti puritas amplius elucebat, quoniam duo
diſertiſſimi Prĩcipes cauſam mortis ĩ Chri-
ſto vel modicæ pœnæ pro commiſſo crimi
ne indagatione ſubtili protinus inuenire
nõ poterant. Sed cũ Pilatus in ſuæ aſſertio-
nis robur & firmamẽtum aſſumit Herodẽ,

ad oſtendendum innocentiã Chr̃i, ſic ver- E
ba connectit dicẽs: Nã remiſit illũ ad nos,
& ecce nihil dignũ morte actũ eſt ei. qua-
ſi dicat, Vos in probatione deficitis. Iudi-
cari ergo ſine ſua confeſſione nõ pòt: pro-
inde corã vobis interrogo, ſi in aliquo de-
liquit, nam adhuc in eo nõ inuenio cauſam
mortis; emendatum ergo dimittã. Hic ver-
bis ſuis incipit exorbitare Pilatus, cũ emẽ-
dare ſe dixerit innocentem. O fragilitas cõ
ditionis humanæ, o derelictio veritatis; O
Pilate, vide quid dicas. Si innocens, quomo
do emendabis? ſi emẽdabis, qũo totiẽs in-
nocentem proclamaſti? ſi emẽdabis innocẽ F
tem, deuias protinus a iuſtitia. Reſpõdebat
Iudæis ſanè in hoc verbo Pilatus, vt ſic eú
ad mortis ſnĩam non arctarent, ꝙ illum ar
gueret verbis, increpationib⁹ reprimeret,
verberibus cæderet, manciparet exilio, ꝓ-
pulſaret eum de finibus Iudæorũ: ſed nec
excuſaretur Pilatus, ſi perexiguè vexaſſet
innoxium. Cum vero Pilatus tñ pollicere-
tur emendare Ieſum, morte non irrogata,
exarſit velut ignis in ſpinis Iudæorum ſy-
nagoga maledicta. Et tunc vniuerſa turba
obtenebrata mente & infrunita voce ex-
clamat, Crucifige, crucifige eum: vt verifi-
caretur, quod propheta in perſona Dauid G
ait, Verbum iniquũ cõſtituerunt aduerſum
me. Hic primo ſynagoga cæca & oĩs Iudęo
rum turba Chriſtum petiuerunt morte pu-
niri per crucem: ante aũt hanc tetrã & hor
rendam vocẽ, quãuis expeterent Chr̃i mor
tem, non tñ genus mortis edixerant. Nunc
vero morituro mortis genus inclamãt: vt
nec contenti pęnis, niſi turpiſſimã morien
di formã inducãt. Tunc quidẽ crucifigi in
ligno erat inhoneſtiſſimũ genus mortis, vt
verificaret̃ quod Sap. 2. ſcriptum eſt in pſo
na corũ dicentium, Morte turpiſſima cõdẽ-
nemus eum. Sed ĩ hac exclamatione male-
dicta turba geminauit & vocẽ. Pontifices H
etiam & miniſtri clamabant, Crucifige, cru
cifige eũ, dicit eis Pilatus verbũ, quod pau
lo ante prædixerat: Accipite eũ vos, & cru-
cifigite: ego autẽ non inuenio cauſam ĩ eũ.
Non liberat Chr̃m Pilatus, ſed in manibus
nitit̃ tradere ęmulorũ, neſciẽs ꝙ non ſatis
eſt liberũ fieri a crimine: ſi nõ lędat, ſi non
cũ pòt innocentiã tueat̃. Secundo ſubdit̃
accuſationis Chr̃i aggrauatio. Porro Iudęo
rum prauitas, niſi Chriſtum de terra elimi-
net, non quieſcẽs adiungit: Nos legem ha-
bemus & ſm legem debet mori, quia filiũ
Dei ſe fecit. Nitunt̃ Iudæi armati zelo furo-
ris zelum legis inflectere ſuper Chriſtũ, vt

A ignominioſam mortem incurrat. Si enĩ in-
tentio referat ad verba, aut ſi verba referan
tur ad intentionem, mentiũtur Iudæi & eo
rum mentit iniquitas. Non enim Chr̃s filiũ
Dei ſe fecit ex tempore, qui ab æterno nõ
factus, ſed genitus eſt ex patre. Nec Chriſtꝰ
aliquando vt homo ſe aſſeruit filium Dei,
ſed quia homo propterea factus erat filius
Dei: non in aliquo deitate mutata, ſed in
melius humanitate ꝓ nobis aſſumpta. Cũ
ergo Pilatus audiſſet hunc ſermonẽ, magis
B timuit. ſ. timore ſeruili: fortè timens diuinũ
iudicium ſuper ſe ex hoc futurũ, ꝙ innocẽ
tem impie condemnaret. Pilatus verò aſſo
litus cultui deorum, fortè mente tactus cæ
licam veritatem de cœlo dilapſam, aut ali-
quid in eo quod ſuum ſubterfugerat intel-
lectum, expauit ſuſpicatus. Et ingreſſus in
prætorium dixit ad Ieſum, vnde es tu? Li-
cet enim iam dixiſſet, ꝙ Galilæus erat: ſe-
cutus eſt tñ conſuetudinem iudicũ, qui ſem
per & diuerſimodè interrogant reũ, vt in
clarã notitiam obiecti criminis veniant. Ie-
ſus autem reſponſum non dedit ei. Quod
ideo fecit: qm̃ quãuis curioſa eſſet interro-
gatio, altiſſima tñ erat proferentis mẽtem
C excedens. Nam humano more loquẽdi nõ
potuiſſet Chriſtus ſatisfacere Pilato, niſi
mentem eius conuertiſſet ad fidem. Quã
conuerſionem humana potentia tumẽs, &
Romanorum ſcientia imperita minimè me-
rebatur. Tunc Pilatus ſe contemni a Chri-
ſto conſiderans humano faſtu repletus ait:
Tu mihi non loqueris: neſcis, quia poteſta-
tem habeo dimittere te, & poteſtatem ha
beo crucifigere te? Tunc Chriſtus ſilen-
tium abiecit: quoniam tempus loquendi
aduenerat: & reſpondit humiliter imperi-
to, tradendo doctrinam vt eum reuocaret
a faſtu & ab errore, quo tenebat ipſe delu-
ſus: vnde reſpondit Ieſus: Non haberes po
D teſtatem aduerſum me vllã, niſi data fuiſ-
ſet tibi deſuper. Propterea qui me tradidit
tibi, maius peccatum habet, ſ. quàm tu, qui
ad omnium vtilitatem Deo permittente
me iudicas. Exinde quærebat Pilatus dimit
tere illum, ſcilicet, quia dulcis Chriſti re-
ſponſio penetrabat animum eius. Cognito
autem a Iudæis, quòd Pilatus Chriſtum ve
lut innocentem volebat tradere libertati,
clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non
es amicus Cæſaris. Omnis, qui ſe regem
facit, contradicit Cæſari. Ecce malignitas Iu
dæorum: incutere conantur Pilato ex ſupe-
riore timorem, ſi Chriſtum abſoluat a cri-
mine vel a pœna, quaſi non reuereatur ſu-

*Qñ Chr̃s abiecit tẽpus ſilẽtij.*

E perioris ſui Cæſaris maieſtatem, neq; iura
ſuſcepti honoris atque amicitiæ plene cu-
ſtodiat, ſi Chriſtum inultum morte dimit-
tat: quaſi Chriſtus ſe Regem fecerit contra
Cæſaris voluntatem. Sed erat vſquequaq;
certiſſimum, Iudæos ſeruos eſſe Cæſaris,
non amicos: cui non amore, ſed violentia
ſubdebãtur: nec Chriſtus ſe Regẽ fecerat,
ſed turbam eum facere volentem regem
effugerat. Et cum tam procaciter accuſare-
tur a principibus ſacerdotum & ſeniori-
bus populi, nihil reſpondit. Tunc dixit il-
li Pilatus: non audis, quanta aduerſum te
F dicunt teſtimonia? pro peccatis & ſceleri-
bus accipiuntur hic teſtimonia, nõ pro ver
bis & probationibus teſtium productorũ.
Et non reſpondit ad vllum verbum, ita vt
miraretur præſes vehementer. Non re-
ſpondit Ieſus accuſationibus falſis. Aug-
mentaretur enim ex reſponſione vitium
falſitatis, cum ad veram reſponſionem in
malo pertinax falſam reprobationem obij-
ciat & verbis concertantibus verba trahan
tur, & reſponſionibus reſponſiones accre
ſcant. Mos eſt enim ſapientis non pugna-
G re verbis cum negantibus veritatem.
Contendere quidem cum pertinacibus
ſæuiunt magis & multa falſa verbis cer-
tando inueniunt, ne tacendo videan-
tur confuſi. Tertiò additur, liberationis
Chriſti replicatio. Nam nitens Pilatus Ie-
ſum omnino tradere libertati, eis religioſã
conſuetudinem appoſuit dicens. Eſt au-
tem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam
vobis in Paſcha: quem vultis vobis de duo
bus dimitti? Habebat nanque Pilatus quẽ-
dam virum inſignem, ſcilicet in malo, vin
ctum in carcere, nomine Barrabam, qui
propter ſeditionem miſſus fuerat in car-
cerem: qui ſceleratior omnibus vinctus
erat; quem Pilatus cum Chriſto in optio-
nem dedit, vt boni & mali comparatio-
H ne facta bono libertas, & malo ſupplicium
adderetur. Quo audito Principes Sacer-
dotum & ſeniores populi, vt ſe multitudi-
ne tuerentur, perſuaſerunt populo & con-
citauerunt turbam, proinde clamauerunt
dicentes: Tolle hunc, & dimitte nobis Bar
rabam. O ſæua crudelitas impiorum. Au-
ctorem vitæ petunt ad mortem, & virum
homicidam ſeditioſumque latronem ſer-
uant ad vitam: lupum agno, mortem vitæ,
luci tenebras tam ſtulte quàm impiè præfe
rentes. O quis exprimere poſſet, quanto
doloris gladio percuſſum eſt cor Virginis
matris, cũ clamores illos ſęuiſſimos & cru-
deles

*Pilati falſitas.*



A deles percipit: quibus filius ſuus innocens
poſtulatur ad mortem, & impius peccator
Barrabas poſtulatur ad vitam. Iterum autẽ
locutus eſt Pilatus ad eos, cupiens dimitte-
re Ieſum dicens: Quid igitur faciam de Ie-
ſu, qui dicitur Chriſtus? Illi autem clama-
bant, Crucifige, crucifige eum. At ille tertiò
dicit ad illos. Quid enim mali fecit? nullam
cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam er-
go eum & dimittam. At illi inſtabant voci-
bus magnis poſtulantes, vt crucifigeretur,
& inualeſcebant voces eorum. Tunc Pila-
tus ſciẽs, ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum:
& vidẽs ꝙ nihil ꝓficeret, ſed magis tumul-
tus fieret in populo, volens ſatisfacere po-
B pulo, dimiſit illis Barrabã. Et accepta aqua,
indicans ꝙ eum tanquam innocentem ho-
minem iudicaret inuitus, lauit manus ſuas,
dicẽs: Innocens ſum a ſanguine iuſti huius.
Et quandam aliam iuſtitiam ineffabilẽ quo-
dammodo intelligens: tunc Pilatus ſubdit,
vos videritis. Reſpondens autem vniuerſus
populus dixit, Sanguis eius ſuper nos & ſu
per filios noſtros. Terribile quidem eſt iu-
dicium Iudæorum, ꝙ in eadem damnatio-
ne, qua erãt ipſi patres, filios induxerunt, vt
fieret obligatio perſonalis non tantum exi-
ſtentium, ſed etiam futurorum. Sed neſcio,
quo demerito tam occulta ſit iſta obligatio
C ſubſecuta, ſeu quę fuerit iſta tam ſecreta iu-
ſtitia, vt ad tantum ſcelus ſubeundæ vindi-
ctæ patres Deo permittente potuerint non-
dum natos filios obligare: vt nedum ad na-
ſcituros proximi temporis, ſed vſq; in præ-
ſentiarum profluxerit damnatio iſta: qua
iſti & illi meruerunt indurari, ac per hoc vt
exceperunt ſententiam ita in vita ipſorum
nouimus eueniſſe etiam obuentura fore,
quæ ſeruantur æterna. Tunc Pilatus dimiſ-
ſo Barraba, & lotis manibus, implacabilem
ſęuitiam Iudæorum intelligens, adinuenit
modum alium liberandi Ieſum, vt. ſ. flagel-
D lari faceret & illudi, vt ſaltem in eius ver-
beribus & opprobrijs ſatiati annuerẽt eum
taliter liberari. Proinde flagellauit eum, &
prout moris erat Præſidum Romanorum,
ligatum ad quãdam aulæ columnam prius
exuentes eum veſtimẽtis ſuis. Tunc verifi-
catum eſt illud Eſa. 50. Corpus meum dedi
percutientibus, & genas meas vellentibus.
Cõſidera igitur, o anima mea, quid erat vi-
dere filium Dei toto corpore denudatum,
veluti mãſuetiſſimum agnum, tam dira ſu-
ſtinere flagella, vt a planta pedis vſq; ad ver
ticẽ in toto corpore appareret horribilis &
leproſus. Vnde Eſa. 53. in perſona omnium

*Terribile iudicium Iudęorũ.*

E prophetarum ait: Nos reputauimus eum
quaſi leproſum, & percuſſum a Deo & hu-
miliatum. Defluxit ille ſanguis precioſiſſi-
mus per illa ſacra latera innocẽtis & amã-
tiſſimi iuuenis, nullo prorſus in eo reperto
reatu. Et tu perdite homo, totius confuſio-
nis & cõtritionis cauſa exiſtens, quomodo
non in fletum foras erumpis? Quo flagella-
to & a columna ſoluto milites plectẽtes co
ronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, ſci
licet cum adhuc eſſet nudus; & veſtem coc-
cineam, ſiue purpuream circundederunt ei.
Et veniebant ad eum & ſalutabant eum di-
centes, Aue Rex Iudęorum. Et percutiebãt
arundine caput eius, & dabant ei alapas ex-
F puentes in faciem eius & ponentes genua
adorabant eum. Et ſic flagellatus oſtenditur
Iudæis, vt ſaltem compaſſione cõmoti ve-
lint eum tradere libertati. Exijt ergo Ieſus
portans ſpineam coronã & purpureum ve-
ſtimentum in totius populi ſolatium & de-
riſum. Et dixit eis Pilatus, Ecce homo. quaſi
dicere velit, Accuſatis eum ſe feciſſe filium
Dei: Ecce ꝙ nunc apparet nõ filius Dei, ſed
miſerabilis homo. Quẽ cum cõſpiceret mę-
ſta mater ſpinis coronatum, liuidum & cru-
entatum; ſputis deturpatũ, genis & tota fa-
cie ex ictibus alaparum tumefactum, & a
ſua ſpecioſitate totum alienatum: vultu &
G oculis inclinatis tanto dolore repleta eſt ani
ma eius, ꝙ quaſi mortua cecidit ſuper terrã.
O quanto dolore ac quã amaris lachrymis
Magdalena plorabat, dum conſpiciebat ma
giſtrum ſuum tanta crudelitate tractatum,
vt faciem illam, quã Angeli conſpicere cõ-
cupiſcunt, cerneret tãta deformitate varia-
tam, ꝙ non remanſerit in eo ſpecies, neque
decor. Egredimini ergo filię Sion, id eſt, ani
mæ ſanguine Chriſti redemptæ, & videte
Regem Salomonem in diademate, quo co-
ronauit eum mater ſua. ſ. impia ſynagoga.
Et tu humani cordis ſupbia, q̃ opprobria ab-
H horres, & ad honores aſpiras: attẽde, qs eſt
hic qui egreditur, habens imaginẽ quaſi Re-
gis, & nihilominus ſerui deſpectiſſimi cõfu
ſione repletus, Ieſus Rex tuus & Deꝰ tuus: q
quaſi vir leproſus & nouiſſimus virorũ ęxti
matus eſt, vt te ab æterna cõfuſione eripet,
& a ſuperbiæ peſte ſanaret. Vę igitur his ſe-
mel, & vę iterũ atq; iterum, q poſt tã ꝓclarũ
humilitatis ſpeculũ ſupbia tolluntur in al-
tum rurſum oſtentui habẽtes filium Dei. væ
& tibi vanitas tam virorum q̃ mulierũ, quę
caput ornas tanta multitudine vanitatum.
Cur mens inſenſata non recordaris illius di
uini capitis, quod eſt etiã angelis tremebũ-
dum?

A dum. Aſpice illud pro tua vanitate purganda tanta confuſione deiectum, & tam crudeli ſpinarum infixione quaſſatum, ac tanta ſpinarum crudelitate denſatum, ita vt ſecundum Bern. vſq; ad cerebri teneritudinẽ confixum ſit, dum configitur ſpina. Quod vtiq; factum eſt arundinis crebra & crudeli percuſſione, quæ ſuper coronam ſpineam facta eſt. Spinæ quoq; fuiſſe creduntur iunci marini, qui fortes ſunt & acuti. Supra contextus hiſtoriæ textus, quãuis omnibus contexentibus æquè ſonet: non tamen lectores, ſiue auditores moueat, dum ordo non ſeruatur literę, ſi ſeruatur ordo ſententiæ. Et vnuſ-
B quiſq; hic & alibi ſuo modo ſubordinet, ſi a rei veritate non deuiet. Sed omnia iſta conflata in vnum, pęnam Chriſti exaggerant & accreſcunt malitiæ Iudæorum.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Primæ partis principalis paſſionis Chriſti de tribus vltimis cõtemplationibus, quæ pertinent ad complementum Dominicæ paſſionis: & primo de apparitione dæmonis facta vxori Pilati ne Chriſtus*
C *condemnaretur ad mortem: & quanta importunitate Iudæi quærebant necem Chriſti: & de iniuſtiſſima condemnatione eius. Cap. I.*

PRima contemplatio pertinens ad complementum Dominicæ paſſionis, inſuper continet in ſe tria. Primum eſt dęmonis diſſuaſio, ſecundum eſt Iudæorum infeſtatio, tertiũ eſt Chriſti ſententiatio. Primum eſt dæmonis diſſuaſio. Decreuit enim Pilatus aut de cõ-

*Dæmonis diſſuaſio facta vxori Pilati, ne ab eo condemnaretur.*

ſenſu Iudæorum Chriſtũ libertati tradere, aut ſuper eum proferre ſententiam mortis. Egreſſus igitur foras cultu corporis & exteriori apparatu vexillorum & armatorum ac
D cęterorum, quibus Romani Preſides in cos conſueuerant proferre ſententiam. Et iuſſit poni tribunal in loco, qui dicitur Licoſtratos, Hebraicè autem Gabatha. Sedẽte autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius dicens, Nihil tibi & iuſto illi. In hac ſiquidem muliere, innocentia Chriſti, & malitia diaboli conuenerunt. Et diabolus ex malitia ſuggerit pro innocentia. Volebat enim antiquus hoſtis redemptionem humani generis impedire, ſuſpicans Chriſtum eſſe filium Dei, quia patres in lymbo iam ſenſerat exultare. Adit igitur mulierem, quam vt plurimum nouit eſſe ꝓcliuẽ. ſciebat enim E
Pilatum ad illam plus debito amore ligari. Amor enim confeſtim exaudit, quod amatus expoſtulat. Et primum virum per fęminam in amore ligatum diabolus circumuenit. Vxori igitur Pilati horribiliter terrendo apparuit dicens: Quid apud tuum virum aſtat vt reus, qui innocens eſt & iuſtus? Cuius damnatio ad mortem eſſe non poteſt ſine horrẽda vltione Pilati, & per conſequẽs etiam tui. Proinde tibi conſulo, & viro tuo, vt iudicium omnino ſuſpendat, ne ille tecũ terribilia & inopinata patiatur mala. Expaueſacta mulier nouitate vidẽdi ſimiliter &
audiendi, ſtatim ſuggeſtioni more fęmineo credens, accerſitum quẽdam referẽdarium F
præſtructum viſioni, ſtatim dirigit ad Pilatum, aut literas ſcripſit, & miſit hęc verba ſaltem in ſententia continentes, Nihil tibi & iuſto illi. O infidelis iniquitas & cęca ꝑuerſitas Iudæorum. Omnes præterquã vos innocentiam Chriſti clamant. Clamat præſes, Herodes actibus pandit, dęmon per viſum inſinuat, mulier profitetur, Referendarius nuncius profert, Nihil tibi & iuſto illi, vt non ſolum innocentia, ſed iuſtitia Chriſti præconium laudis in iudicio habeat. Plus
enim eſt iuſtum eſſe, quàm innocentem fieri. Quaſi dicere velit, Nihil tibi, qui ſolum G
ad malefactorum vindictam poſitus es, & iuſto illi, qui non forefecit. Ac ſi apertè ſuadendo dicat, Refrena iudicium, ſententiam omnino ſuſpende, vide quid agas, ne efficiaris in viro iuſto proferendo ſententiam criminoſus, & non impune tranſibit. Et rationem ſubdit dicens. Multa enim hodie paſſa ſum per viſum ꝓpter eum, id eſt, paſſa ſum videndo, non ſentiẽdo: non in ꝓſenti, ſed in terribilibus cõminationibus de futuro per viſum quidem, quia ſic monſtratum eſt mihi. Apparuerat enim ſibi bono-

*Expoſitio verborũ vxoris Pilati.*

rum omniũ impeditor, forte in aliqua ſub-
iecta materia. Secundo ſubditur Iudęo- H
rum infeſtatio, ſcilicet vt Chriſtus morti traderetur: propterea ſubinfertur, Erat autem paraſceue hora quaſi ſexta. Et dixit Iudæis Pilatus demonſtrans eis Chriſtum iterum, Ecce rex veſter: ſuis verbis volens prætendere Chriſti vilitatem, vt timorem auferat de cordibus Iudæorum & ipſorum crudelitas mitigetur, vt nõ ſit in illorum cura vtrũ viuat, an moriatur tam abiecta conditio viri. Illi autem dicebant, Tolle, tolle, crucifige eum. O dulcis Ieſu, quis tam durus eſſet & impius, vt clamores illos horribiles, tolle, tolle, crucifige eum: ſine gemitu & clamore ſpi-



A re ſpiritus aure corporis valeret audire, ſeu mente tractare? O impatiens feritas & ſæua crudelitas & cruenta impatientia Iudæorũ, quæ non pateris Pilatum implere, aut per amplius prorogare ſermonem: & quod iure non poteſt, ſatagis clamoribus ſuperare: ais enim: Tolle, tolle, crucifige eum: crudelem inſtantiam in præſagium futurorum oſtendis. Nam quales tunc eratis, ſimiliter & futuri talis geminatio prætendebat, eo ꝙ Chriſtus tollendus erat a veſtra fide & dilectione: ſic vt & tũc penitus ablatus erat. Et dixit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigã? Reſpõderunt Pontifices, Non habemus regem, niſi Cęſarem. Quem licèt inuitè fer-
B rent, comparatione tamen Chriſti tolerabilior erat Cęſar. Hoc tamen dicebant, vt ad Cęſarem poſſet eſſe appellãdo recurſus, niſi Chriſtum Pilatus lata ſententia interimeret. Sed iuſto iudicio factum eſt, vt ipſi a Cęſare in poſterum cęſi ſint, qui deteſtantes Chriſtum, Cęſarem elegerunt. Tertiò ſubditur Chriſti ſentẽtiatio. Nam tunc omni ſpe libertatis Chriſti adempta, nec libenti voto valens Pilatus eripere eũ male mollefactus a veritate auditum auertens, a iuſtitia ſancta declinans vſq; ad hanc horam
C habita, pietate relicta in impietatẽ verſus, dictauit per crucem mortis ſententiam ſuper Chriſtum & ſuper latrones, quos meritò ipſorum iniquitas cum eo iuſſit affigi. Formam verò verborum tam ſeuę latæ ſententię Notarij geſtorum Chriſti ſcribere nõ curauerunt. Idcirco ſub certa forma non tradimus eam. Sed nec iſtam incuriam inaduertentię imputemus Euangeliſtarũ ſcribentium, ſed diuinæ ꝓuidentiæ gubernatrici omnium: quæ nihil permiſit in euangelio ſcribere impertinens, nihilq; dimiſit expediens. Tunc adiudicauit Pilatus fieri petitionẽ eorum, & tradidit eis illum vt cruci
D figeretur. Tradidit. ſ. Iudęis, illum ad voluntatem: militibus verò & miniſtris ad ſententiæ iniquæ executionem. O iniquitas conſummata, quod homo Deum, iniuſtus iuſtũ, peccator ſanctum, iudicandus iudicaturum Deum iudicet, velut reum. Qua audita ſæua & iniuſta ſententia Beata Virgo dolenti corde lachrymabili ac lamentabili voce dicere potuit ad Pilatum: Heu mihi Pilate, quid feciſti? Quid eſt, quod te feſtinauit? Quis tui animi pietatem infecit? Quis te a veritate diuertit? Quis te aduerſus innocentiã dilecti filij mei Ieſu tanquam aduerſus ęmulam excitauit? Quis te inimicum fecit filij mei Ieſu, pro quo vſque in præſens liberan-

*Cõtra Pilatum iniquum iudicem acclamatio.*

do totiens laboraſti? O infęlix anima, vnde E
in te hæc mutatio facta eſt? An te male feciſſe cognoſcis quod pro filio meo liberando certaueris? An te minæ terruerunt populi Iudæorum? An Cæſarem expaueſcis, ſi dilecti filij mei innocentiam non confundis? Væ tibi, infelix Pilate, qui culmini Romano iniuriam facis, & in Cæſarem notam ponis & maculam Deicidij in gloria tua. Confundis præſidentię ſedem, ſubuertis ordinem iuris. Quicquid eſt honoris atque pudoris, euacuas. Male agendi tuis ſimilibus exempla diſponis, dilanias leges, omnibus te reddis infamen: & eo de te deterior
volabit infamia, quo filij mei innocentiam F
pluries proclamaſti. Et te in eo cauſam nullam mortis & pęnæ inueniſſe coram Principibus Sacerdotum & plebe fuiſti conſtanti audacia proteſtatus: & eum nunc facto condemnas: qui paulo ante verbo iuſtè a te defenſus eſt. An oblitus es verborum tuorum, aut te tam leui, ſtulta & ſubita mutatione confundis? O anima nequam, iure contra te armarentur omnia elemẽta: quoniam prout in te agitur, confundis filium meum ſeculi auctorem. Merito tibi omnes virtutes ſingulæ aduerſantur, vitia omnia
complectuntur. Ordo naturæ, morum atq; G
iuſtitię te repellit, eo quod innocentiam filii mei propter inimicitiam laniaſti. O impie & crudelis, & dire tyranne: ad quid leges? ad quid iura? ad quid pręſidentia magiſtratus? ad quid Cęſaris celſitudo? ad quid tribunal oĩum regũ terrę: Si apud tutores hominum plebeiorum & reipublicæ defenſores tanta filii mei innocentia & puritas & vita immaculata non poſſunt tutè conſiſtere? Sedet tu anima, quęcunque es peccatrix & nequam, vide qđ innocentiſſimus agnus, vt te a ſententia iuſtę damnationis eriperet, iniuſto propter te iudicio elegit condemna-
ri. Ecce quę non rapuit, pro te ſoluit, & tu H
impia & crudelis nec deuotionis exoluis gratitudinem, nec compaſſionis rependis teneritatem, nec inſuper ad hæc conſiderationis aperis intellectum.

*Quomodo impoſita cruce ſuper humeros Chriſti ad mortem ducitur, ac quomodo debilitatus exhonoratur: & de compaſſione mulierum ad eum. Cap. 2.*

SEcunda contemplatio pertinens ad cõplementum dominicę paſſionis inſuper continet in ſe tria. Primum eſt Chriſti honoratio, ſecundum Chriſti debilitatio,

*Tria, quæ contẽplari poſſimus ĩ paſſione Chriſti.*

A tio, tertium ad Chriſtum compaſſio. Primũ eſt oneratio, quia pondere crucis oneratus erat. Et de hoc ſubditur; Milites autem & miniſtri comprehendentes eum. ſ. audita ſententia, cum omni immanitate ac furore exuerunt eum clamidem coccineam, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & infeſtantibus Iudęis ducunt illum vt crucifigerent. Sed aduertendum in hac parte legentibus, quod ab eo loco quo Chriſtus ab Herode reductus eſt ad Pilatum vſque ad expeditionem ſententię latę, multa eſt verborũ varietas & anticipatiua locutio, & eiuſdem repetitio ſępe facta. Quamobrem ſolitum B narrandi ordinem non vſquequaque ſeruaui, connectens veram rei geſtæ ſententiam, poſterationes atque anticipationes verborum, prout Euangeliſtæ tradunt: vnus addens quod alter dimiſit propter omnium inaptationem dimittẽs proſpicacioribus ingenijs ordinari. Spoliatur igitur deriſionis veſte Ieſus Chriſtus crucifigendus, ſuis vero veſtibus induitur, & cum his minatur ad mortem. Cogita nunc anima mea, in illa inhumana & incõpaſſiua, immo crudeli, & furibunda expoliatione, quãtum ex verberibus atque ſanguineis plagis eis adhęrentibus veſtimentis renouatus fuerit illius ſa- C cri corporis cruciatus. Parata interim erat pœnalis machina ligni & omnia inſtrumenta pœnarum, quę vigilanti ſolertia ſubminiſtrantibus Iudęis milites acceperunt: & onerauerunt ſanctum dorſum Domini Ieſu valido ligno crucis. Et deferebat onus graue manſuetus Ieſus tanquam animal ſubiugale. O fili hominis. Ecce ligna & ignis: ſed vbi eſt victima. Ecce Dñs humano generi ꝓuidebit. Baiulat igitur crucem ſibi filius Dei Ieſus veluti Iſaac ligna, ex quibus comburendus erat, niſi deſuper aliter Dominus decreuiſſet. O benignitas Saluatoris, quæ ſic oneratus incedis, & tuam ignominiam D ſuper te portare dignatus es. Egreſſus igitur a facie Pilati, ducitur in ſuę augmentum cõfuſionis per ſolenniorem viam Hieruſalem, in qua paucis ante diebus ſubiugali ſuperſedens tanto fuerat a turba honore ſuſceptus, & acclamatus a populis & pueris Hebręorum, quaſi eſſet Saluator mundi. Nunc vero veluti ſubiugale ſubiectum oneribus cum opprobrio extra ducitur ſociatus duorum numero damnatorum, ac ſi principalis latronum collega fuiſſet. Exultabant impii, quod de iudicio victoriam reportaſſent. Flebant quoque, qui nondum ab omni humanitate receſſerant ſaltem tenentes cum

E Chriſto ipſius naturę in compaſſione conſortium. Milites & miniſtri huius damnatę ſententiæ ſuggerentibus Pontificibus ſacerdotum, ne oriretur in ciuitate ſeditio, neque tumultus in populo, & Chriſtus eorum laberetur de manibus propter mutabilem animum turbę cogebant eum greſſibus feſtinare. Dum igitur Chriſtus baiulans ſibi crucem ſic ad ſupplicium traheretur, factus eſt concurſus populorum poſt ipſum illudentium ſibi. Alij ſimiliter ipſum lugebant, alii illudentes irridebant, alij proiiciebant lutũ & immunditias ſuper caput eius. Sequebatur eum, prout poterat, męſtiſſima mater eius cum Iohanne & Magdalena, & F cum mulieribus, quæ ſecutę fuerant eum a Galilęa miniſtrãtes ei: a quibus velut emortua Virgo mater vtrinque ſuſtentata tenebatur. Secundo ſubditur Chriſti debilitatio. Ex vigilia enim præteritæ noctis; nec non ex laboribus per totam illam hebdomadam iam aſſumptis atque expertis, atque ex multiplici de cauſa anguſtiis poſt totius corporis flagella, addito ſuper his graui onere crucis, non modicum debilitatus ſecundum corpus ipſa fortitudo debilium filius Dei Ieſus. Præterea ſicut legi in quadam hiſtoria fide digna: quando in quodam cõcurſu viarum ipſo Ieſu portante in humeris ſuis ſup- G plicium crucis, dulciſſima mater ſua cum breuiorem, vt eum conſpiceret captaſſet viã & ex alteratione faciei eius anxietates cordis ſui & duri oppreſſionem oneris aſpexit, ſincopizaſſe dicitur pre dolore in conſpectu filii ſui. Quod conſpiciens & ipſe totus pietate plenus manifeſtis doloribus ſignis atq; palloribus in facie præoſtenſis totus anguſtiatus & cordialiter ſauciatus ſuper lapidẽ ibi poſitum, quaſi defectuoſe, & doloroſe reſedit. Proinde malefici illi, qui ducebant ad mortem eum, ſic deficere aduertentes, angariauerunt quempiam Simonem Cyreneum venientem de villa, patrem Alexan- H dri, & Rufi, vt tolleret crucem eius. In huius rei teſtimonium refert hiſtoria illa, ꝙ poſtea ędificata eſt Eccleſia in honorem Virginis matris Dei, quæ dicta eſt Sancta Maria de paſmo: quodque ibi olim oſtendebatur lapis ille ſacratus, ſuper quem Chriſtus tũc reſediſſe narratur: quæ tamen ſunt piè credenda magis, ꝙ̃ temerariè aſſerẽda. Hæc tamen alleuiatio Chriſti ex onere crucis non piè & humanè, ſed impiè & crudeliter facta eſt ad mortis accelerationem, & ad contraria euitandum. Tertio additur ad Chriſtum compaſſio: ſicut enim Euangeliſta teſtatur,



*Cõpaſſio hominum ĩ paſſionibus & tortura Chriſti.*

A ſtatur, Sequebatur eum turba multa, populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Sequelas multotiens habuit Chriſtus hominum atq; mulierum, ſed varia cauſa varioque affectu: ſed nunc altior cauſa fecit adeſſe ſequaces. Sed duntaxat deterior Phariſæos atq; Pontifices Sacerdotum, qui tantum finem optati excidij vt infallibiliter aſpicerent ſequebantur. Aliqui verò tot ſignorum vltra omnem humanam potentiam factorum conſcij exiſtentes, ſi quis in mortis articulo faceret pro ſeipſo viſere quærebant, qui tot ſigna in alios fecerat, qui etiam tres mortuos ab inferis ſuſci- B tauit. Mira quippe conſideratione tenebantur, ſi volebat ipſe ad tartarea loca deſcendere, a quibus illos reuocauerat, aut ſi aliqua inſolita potẽtia de illorum manibus laberetur, aut ſi aliter per ſigna innoteſceret, aut quali potentia, quali vultu, quali conſiſtentia, ſi moreretur, in ipſo actu moriendi perſiſteret. Si hunc Deus requireret deſuper. Si ſibi aliquid noui adueniſſet, qui tot noua in ſeculo operatus eſt, qui nouam vitam mundo ſic labefacto monſtrauit. Si qſpiam pro ipſo conſurgeret. Si noua ſeditio aut tumultus pro ipſius libertate oriretur. Porrò curioſitas multos adduxerat in C ſequelam. Quoſdam verò pietas humana mouebat ad huiuſmodi ſpectaculum conuenire, maximè mulieres, quarum quodam inſtinctu naturæ magis pius eſt ſenſus & pronior in lachrymas, cum aliorum viderint aut audierint paſſiones & ſęuas conſpiciunt nouitates. Necnon Virgo mater incognita, ſed Maria cognita mater multos ad hanc ſequelam moribus induxerat, vt viderent mores eius in morte filij ſui. Eſt porrò mirandum virginem inſolitam, in publico deuitantem aſpectum hominum, conſortia mulierum, ſilentio frenatam, virtutibus fretam, viduatam viro, derelictam virili con- D ſortio, cum ſibi vterinis ſororibus & alijs mulieribus crucifigendum filium ſequi, cum mos mulierum non ſit velle videre filios trucidari. Multæ autem mulieres motæ pietate atque compaſſione ferebantur in illam, eo quòd filio vnico priuabatur, qui quod horrendius eſt, velut reus morte turpiſſima damnatus erat, necnon & ſecreto tractu Chriſtus multitudinem attrahebat, vt viderent ſigna magnalia, quæ tunc facturꝰ erat, vt agnoſcerẽt charitas & iniuſta ſententia, vt audiretur crucis ſeptiformis doctrina, comprehenderetur in eo mentis conſtantia, mira patientia, vt videre-

*Mulieres ĩ paſſione Chri pietate motę.*

E tur quomodo & cui compatiuntur inſenſibilia elementa, in quem tantum rationalis natura deſęuit. Mulieres autem plangebant & lamentabantur compaſſione filij atque matris. lamentabantur quòd illo die contra Ieſum iniuſtè fuit lata ſententia: quòd ſic feſtinè ducebatur ad mortem donator vitæ, & ſanitatis reſtitutor. Memores erant bonorum, quæ ſæpe pluribus fecerat: & nullus eius conſciæ mali, dulcedo ſermonum eius non erat abolita, & pietas vultus eius in memoria ſequentium adhuc erat. Talibus mulieres actæ conſpicuis plangebant humanitus ſuper Chriſtum & ſæuam hominis huius lamentabantur fuiſſe F fortunam. Ad quas Saluator conuerſus, agoniſta intrepidus, vtilia ſemper docens, cautelam adhibens pro futuris, quorũ præcognitor erat, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, qui ſponte mortem ſubeo: qui lethi, id eſt, mortis vitę imperium habeo, cui nihil deperit moriendo, cuius ſuſcitatio facilis eſt: ſed ſuper voſipſas flete. Nec tñ ĩtelligamus in iſta Chriſti allocutione illas dumtaxat mulieres intelligi: ſed magis etiam viros, quorum funeſtis clamoribus mors Chriſto irrogata cognoſcitur, & quorum neglectu non fuit iniuſtitia propulſata. Nec tamen odio Chriſtus agebatur G in eos, vt illos ferire vellet. Magis autem id agebat, vt tantum crimen & horrendum pęnitudine cum lachrymis lauaretur, ne inueniret quos haberet vlciſci. Hæc quidem ſententia deriuatur ad quoſcunq; peccatores alios Deum quomodolibet offendẽtes: qui ſi per ſemetipſos inconſolabilem dolorem debet inducere atq; maxillas & ora lachrymarum riuulis irrigare, vt nulla eis cõſolatio eſſet ſuper terram, donec indulgentiæ atque remiſſio peccatorum aſtipulatio haberetur. Quod autem adiecit, & ſuper filios veſtros, ad futuram ferebatur pęnam. H Ad confirmationem illius imprecationis, quam ſibi exquiſierant coram Pilato dicentes, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Si Chriſti huius dicti litteram tantum inſpiciamus, forte hoc ideo dicebat, quia Hieruſalem tradenda erat excidio Principibus Romanorum. Rationẽ autem retorquendæ lamentationis & fletus in ſe ipſe Saluator adiecit dicens: Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent, Beatæ ſteriles & ventres, quæ non genuerunt: & vbera quæ non lactauerunt. Tempore nempe tribulationum venientium fœlix eſt vnuſquiſque, comparatiuè loquendo,

A do, qui nec filium, nec filiam, nec aliquem ſibi propinquum habet, vt per eum dupliciter puniatur, cuius ſi ſolitarius fuerit, miſeria ſolummodo ſimpliciter erit. Hæc de temporalibus malis intelligenda ſunt, quæ quidem referre conantur: ſicut dictum eſt ad tempus, quo Hieruſalē a Romanis euerſa eſt. Mox autem de æternis malis in futuro ſubiungit dicens: Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, operite nos. Apparēte nempe iudicio Dei, quod peccatoribus terribiliter imminebit: vellet vnuſquiſque peccator tūc pręſidium, nedum ipſius Chriſti, verumetiam vniuſcuiuſq; vel minimi iuſtorum, quos in hoc mūdo oderunt meruiſſe, vt per eorum merita tunc valerent a facie terribilis iræ Dei tunc latere.

*Iudicium quod imminet peccatoribus.*

B Necnon ad literam etiam intelligi poteſt. Nam tempore iudicij omnes peccatores potius vellent a montibus & collibus operiri, quàm detrudi æternaliter in infernum. Poſſunt etiam per has mulieres Chriſtum ſequentes, quas piè Saluator alloquitur, ab ipſo tempore vſq; ad ſęcula futura prędicatores intelligi, quibus typicè ſuadetur, vt ipſi ſeipſos flendo deplorent, mittentes ſemina regni Dei, & alios doceant fle-C tum & lamentum ſuper patratis ſceleribus magis quàm ſuper Domini paſſione, quam videlicet deploraſſe ſcelerib⁹ nō correptis, emiſſis lachrymis & ſingultibus ſuper eis: fletus eſt infantium & mulierum plangentium ad fabulas poetarum: aut cum audiunt recitari epytaphia varia ſeu ſtrenua mortuorum: magis dixerim lamenta ſomniantium, qui cum euigilauerint, in riſum viſa per ſomnia conuertuntur. Et mirum recolo mihi ſæpe vidiſſe audita Dominica paſſione multos etiam ſceleratos in lachrymas prorupiſſe: quas vt elicerem ab oculis audientium concionando ad populum ſtultè neſcio, an peritè per pia verba ſæpe tentaui.

D Quod & feci, ſicut ſolitū eſt omnibus, qui declamant, maxime iſto tempore, ſeu die, quo eccleſia Chriſtum per ſua officia recolit crucifixum. Cumq; ad propria remeaſſe illos aſpicerem, Chriſti paſſionibus & lachrymis atq; virtutibus vale dixiſſe cognoui: & de priſtina conuerſatione nihil mali fuiſſe ademptum. Nec fleuiſſe facinora, ꝓpter quæ fuit paſſio, quam fleuerāt tolerata. Quibus & cæteris ſimilibus gratius foret atque ſalubrius quàm paſſionem paſſionis cauſam defleuiſſe: ipſa ſiquidē peccata, quæ præceſſerunt atque futura ſunt, Chriſtum pati ſua voluntate fecerunt. Super quibus doloribus & męroribus affici ad ſalutem E neceſſarium eſt, etiam ſi ſuper paſſione non tamen impiè, ſed piè hominum anima lætaretur. Hunc igitur fletum ꝑ prædicatores ſuaderi debere in mulierum typo ſpiritusſanctus per Hiere. 9. cap. aſſeruit dicens: Audite igitur mulieres verbū Dei, & aſſumant aures verba oris mei: & docete filias vr̄as lamentum, & vnaquæq; proximam ſuam planctum, quia aſcēdit mors per feneſtras. mors quidem peccatum eſt, quod per feneſtras varias. ſ. malarum appetitionum, quas aperit mala voluntas atq; peruerſa per quinque corporis ſenſus incautos ingreditur. F Cuius rei cauſa iubet fieri fletum atq; lamētum: vnde & ſignum de ſeipſo eis proponit, quàm terribilis ira Dei ſuper peccatores imminebit, dicens. Quia ſi in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Si nempe Chriſtus, qui viride lignum erat, cuius nunquam verbum defluxit, ſcilicet ocioſum, & tales tamen ſuſtinuit paſſiones: quid flagitioſi peccatores Chriſtum tam impiè perſequentes, qui quaſi aridum lignum ſunt æternis ignibus aptiſſimum, pro ſuis flagitijs ſuſtinebunt? Non dico tamen quòd aliquando etiam per fletum Dominicæ G paſſionis non compungantur & conuertantur etiam duriſſimi peccatores: primum nihilominus & prædicatoribus & omnibus peccatoribus communius & magis neceſſarium eſt.

### *Quomodo Chriſtus amaro potu potatur, crucifigitur, & a terra in cruce leuatur. Cap. 3.*

TErtia & vltima contemplatio pertinens ad complementum Dominicæ paſſionis, tria contemplanda in H ſe comprehendit. Primò enim contemplemur, quàm amarè Chriſtus potatur; ſecundò quàm dirè cruci affigitur; tertiò, quàm mirè a terra eleuatur. Primò inquam contemplemur, quàm amarè Chriſtus potatur. Sed ante præmittitur ad redundantiam iniuriarum perficiendam, quòd cum duceretur Ieſus ad occidendum, ſocietatem latronum ei adhibuerunt: propterea Euangeliſta ſubdit: Ducebantur aūt & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. O impia crudelitas, & opprobrioſa conditio malignorum, vt ſocios nequam habeat, qui nunquam fecit, niſi probatum iuſtitiæ, & amoris. Et venerunt in eum, qui dicitur Caluariæ

*De amara Chriſti potione in paſſione eius.*



A Caluariæ locus, Hebraicè autem Golgota. In hoc quidem loco, ſecundum Hieron. immolatus eſt aries pro Iſaac. Gen. 22. c. Significauit enim aries ille Chriſti humanitatem; atque Iſaac Chriſti diuinitatem. Dimiſſa ergo diuinitate, quæ impaſſibilis eſt, ſolum humanitas in dicto loco extitit immolata.

*Figura paſſionis Chriſti in imolatione Iſaac ꝑſignat̄.*

Depoſita igitur cruce de dorſo Simonis, vt affigeretur in illa Chriſtus: & paſſionis ad irrogandam mortem aſperam inſtrumentis vndique præſto factis, antequam ſatellites manus ad crucifigendum apponerēt, dederunt ei vinum mirrhatum bibere cum felle mixtum. O implacabilis feritas Iudæorum: B quæ linguam illam mellifluam, quæ docuerat dulcia verba vitæ, in recompēſationem, immo potius in vindictam amariſſimis ſaporibus cruciaſti: vt clareſceret luculēter, quod Iudæi interius repleti erant odio amariſſimo contra Chriſtum, vt verificaretur, quod longè ante Dauid propheta in perſona Chriſti prædixerat, Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto: Sed de hoc etiam infra patebit, capite 5. ſequentis principalis partis. Hæc tamen in myſterio facta ſunt, vt intelligatur quod electa vinea ſynagoga Iudęorum in omne amaritudinis genus conuerſa eſt, cum propinauerit Chriſto corporis mortem omnemque C legis & originalis iuſtitiæ præuaricationē: quia nihil Deo amarius per diſplicentiam, quam eius derelictio, eiuſque procax offenſio præſentatur. Chriſtus autem cum guſtaſſet, noluit bibere. O ſęua crudelitas Iudęorum. Qualia pocula apponis homini fatigato? Qualem refectionem porrigis homini in carne iam lęſo? Quales affectus cōpaſſionis oſtendis homini de hoc mundo in proximo migraturo? Cum autem bibere noluiſſet poſt guſtum, decernente Centurione Sacerdotum principibus ſollicitantibus atque infeſtantibus proceſſum eſt ad impijſsimam actionem, videlicet ad crucifigen-D dum omnium redemptorem. Sed inter cætera euāgelica ſcripta, quę admiratione animum meum pulſant, hoc potisſimum eſt, quod tātum & tanti hominis crucifixionis myſterium duntaxat cum ſerie prætermiſſa ſolum edicitur factum. Non tamen abſque occulto myſterio ille modus ab omnibus Euangeliſtis extitit prætermiſſus, de quo tutius quam ipſis nemini crederemus. Quod quidem arbitror factum eſſe, aut quia vulgata notitia, qua ſic damnati exitio tradebantur, temperauit manum, ne inſererent in ſcripturis crucifixionis modum: aut ne vi-E deantur Euangeliſtæ ſuccumbere verbis: ſeu quia ſpiritusſanctus ſic breuiter ſcribi voluit, vt pia conſideratio non expreſſa per atramentum, pia meditatione ad meritum fidelium remaneret. Secundo contemplemur, quam dirè Chriſtus crucifigitur. imaginare deuota anima, quam impiè ſatellites illi crudeles coram omni multitudine inhumaniter ac furibunde nudum expoliauerūt eum, ſicut de vtero matris egreſſus eſt, vt & nuditas eſset ad opprobrium, & faciliorem redderet ad tormentum.

*Secūdo dirè Chriſtus flagellatur, & quare.*

O quid erat tunc videre, & quid etiam noſtris conſiderationibus præbet, quod ad mortem ſubeundam expoliatur filius Dei Ieſus, vt nobis pa-F teat totus, nihil operiens, niſi quod creatura ſuo captu non recipit: vt ſicut nudus corpore dum patitur reuelatur: ſic ipſum verū Deū oī amoto velamine intuitiue in ęterna gloria contemplemur. Et vt inſuper oſtendatur, quod ad claram & nudam viſionem Dei nemo aliter poteſt peruenire, niſi merito paſsionis eius. Sic deniq; crudeliter denudatus capitur ille māſuetiſsimus agnus, atque ſupinus ducitur ſuper crucem: magis vero ī animo ad homines charitate diſtenſus, vt etiam crucifixores ſui non excluderent̄ a charitate fontali. Etenim orauit pro eis: ipſe vero in nullo renitens ad omnia G tractabilem ſe præbebat, cum tanta manſuetudine, cum tanta pietate, ac cum tanta deuotione faciei ſuę, quod non ſolum moueri ad pietatem impij perſequentes, verumetiā eorum corda naturali quadam compaſsione debuerunt in tali aſpectu conſcindi. quorum vicem poſtea durities lapidoſa compleuit.

*Lapidoſa durities Iudæorū aduerſus Chr̄m.*

Illo igitur ſacratisſimo corpore iam extento, præſto ſunt claui & mallei deſuper ferientes in manu valida affigentium. Qui, vt atrocius & expeditius hanc impietatem perficerent, vt in alicuius piam meditationem venit, trifarie ſunt diuiſi. vnus dexterā H manum, alter ſiniſtram, tertius pedes ſuperpoſitos perualide diſtentos ictibus crebris & validis reſonantibus ſuper clauorum capita confixerunt. Siue primo vnam, deinde aliam manum, demum pedes confixos eſſe credamus: premebatur & configebatur immiſericorditer illā caro ſanctiſsima: atque corpus illud in illa hora erat in ſua ſæua paſſione ab omnibus derelictum. O quam dure ille ſonitus malleorum reſonabat in auribus: magis verò in cordibus diligentium Chriſtum, maxime in corde dulciſſimę matris eius. Tam dirè & crudeliter tractauerūt ſanctiſſimum illud corpus in modum pellis

A pellis trahentes cum cruci affigerent, vt in perſona Chriſti propheta dicat: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Tertio contemplemur, quam mirè Chriſtus a terra eleuatur. Deinde ipſum lignum Deo totaliter inſignitum impij ſatellites erexerunt in altum viribus plurimorum, & ſolitis inſtrumentis nouo dolore Chriſtum Dominum cruciantes, dum pondus corporis manuum atque pedum carnem & neruos diuelleret & diuerſimode laceraret. O anima mea dilecta, reſpice nunc in faciem Chriſti tui: & vide, quomodo effluxit omnis pulchritudo de B vultu illius: & qui erat ſpecioſus forma prę filijs hominum, nunc apparet omnino īdecorus. Vide quomodo nō eſt ei ſpecies neque decor, quia decorem vultus illius verberum mutauit liuor, ac ſputorum fędauit turpitudo & cruor. Aſpice illos fontes manuum ac pedum Domini tui ſacrū ſanguinem manantes & inundantes: vide apertas cataractas cęli, vt inundet diluuium gratiæ ad noſtrā malitiam & ſuperbiam ſubmergēdam. Ecce anima mea dilecta, triumphale vexillum in altum erectum cōtra aereas poteſtates, cum quo poſſis de omnibus tuis aduerſarijs triumphare. Contemplare anima mea, quod tibi tricoloratum oſtendi- C tur, cum ſit ibi candor virgineæ carnis, & nigredo liuida flagellorū, & rubor precioſi ſanguinis: vt tuipſa ſimili formeris effigie, ſcilicet innocentia candida, pęnitentia nigra, & charitate ignea rubicunda.

*Chr̄s fuit eleuatus a terra, & quare.*

*Secunda pars principalis circa ſacramentum Dominicæ Paſſionis, de ſeptem verbis Chriſti in cruce pendentis: & de cæteris quæ interim concurrerunt, & ſucceſſerunt: & habet articulos tres.*

D SEcundo principaliter in propoſito prophetiæ verbo inducimur a Chriſto ad ſenſum ſuorum męrorum atque clamorum, cum ſubiungit, Rugiebam a gemitu cordis mei. Vnde merito de ipſo Eſa. 21. c. ait: Clamauit vt leo ſuper ſpeculam domini. Ego ſum ſtans ſcilicet in cruce iugiter per diem. Inſuper tanquam leo rugire dicitur, quia ipſe leo de tribu Iuda, Apoc. v. Circa autem hanc ſecundam partem principalem tres admirandas contemplationes ſubdamus. Primo contemplemur Chriſti amorem, ſecundo mundi horrorem, tertio deuotorum dolorem.

## ARTICVLVS PRIMVS. E

*Secundæ partis principalis Dominicæ Paſſionis de ſeptem amoroſiſſimis, & ardentiſſimis verbis, quæ Chriſtus in cruce dixit.*

PRimo enim contemplemur Chriſti amorem, ſcilicet dum pendebat in cruce: Ardebat nempe Ieſus igne noſtræ dilectionis: & nudus ſicut ebrius crapulatus a vino tractabat ſalubria verba vitæ, ſecundum quod ipſe prædixerat, Matth. 12. c. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. F Quis nanque dici poteſt conuenientius bonus homo, quam ipſe Chriſtus? cum etiā Luc. 18. c. ſcriptum ſit: Nemo bonus, niſi ſolus Deꝰ. Ipſe nempe de bono theſauro cordis ſui, qui eſt amor, licet ſemper protulerit bona, optima tamen effudit, cum ex amore noſtro pendebat in cruce. Ibi enim oſtēdit cor ſuum eſſe fornacē ardentiſſimæ charitatis ad inflammandum, & incendendum pleniſſimè & efficaciſſimè vniuerſum: vnde tunc protulit ſeptē ſacratiſſima & ardentiſſima verba, quaſi ſeptē inflāmatos & inflāmātes amores. Primus. n. inflāmās amor fuit mirę remiſſionis, G ſecundus miræ deuotionis, tertius miræ confęderationis, quartus miræ derelictionis, quintus miræ attractionis, ſextus miræ conſummationis, ſeptimus miræ reductionis.

*Cor Chriſti fuit velut accenſa fornax.*

*Quanta charitate pepercit Chriſtus crucifixoribus ſuis, & ad quos ſua remiſſio dilatata eſt. Cap. 1.*

PRimus etenim Chriſti amor inflammans in cruce fuit miræ remiſſionis. Quod quidem apertiſſimè claret, dum amoroſus Ieſus minime charitatis oblitus, nec ad rependendam pro malo gratiam tardus: H non obumbratus cōfuſionibus, nec abſorptus doloribus: etiam dum crucifigitur pro ſuis crucifixoribus ex amore immenſo patrem exorare dignatus eſt, di. Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Conſidera anima mea, quam ſupereffluens fuit amor dulcis Domini Dei noſtri ſuper impios hoſtes ſuos: quando non ſolum pleno corde fuit indultor, ſed etiam efficaciſſimus interceſſor & pijſſimus excuſator. Vnde nec allocutus eſt iudicem, qui prece non flectitur, ſed



A ſed paterno nomine ſuo blandiens genitori ſibi quaſi concluſit, nihil tanto filio denegādum. Nec inſuper ait, examina Pater, vide Pater: cōſidera, Pater: ſed dimitte inquit, Pater, quaſi dicat. Et ſi iuſtitia punitionem requirat ex actibus ſuis, miſericordia tamē remittat gemitibus meis. Ad quos etiā referatur oratio, & petitio ſua, cum dicit, Dimitte illis. licèt indeterminatè loquatur: tamen ad tria hominū genera dici pōt, ꝙ dilatauit dilectionis mentem. Primo ad ipſos crucifigentes, ſecundo ad Iudæos ignorantes, tertio ad quoſlibet peccatores. Primo enim direxit dilectionis, & orationis intētionē ad ipſos crucifigentes. Et vt erga eos paternā iuſtitiā ad miſericordiam flectat, ignorantiā illorum allegat dicēs, Quia neſciūt quid faciunt. Sciūt vtiq; ꝙ crucifigūt, ignorant quem crucifigunt. Romani enim erant, aut de gentibus incircūciſis miniſtri, & milites Pilati: qui hoc ad literam exercebant nutriti ſub cultu perfidiæ, quæ dicebat ſeruitus idolorū: nec aſſueti fuerant vaticinijs prophetarum, vt coniecturari poſſent aliquando Dei filiū in carne venturū: vnde omnino neſciebant quē crucifigebāt. Quāobrem miſericorditer ſubuenit eis pietas Saluatoris. Omnis enim culpa facilius ve- C niam promeretur, quæ ab ignorātia, quàm quę a malitia exordiū ſumit. Neſciebant. n. quid facerēt: cum fidē credulam adhiberēt diffamationibus Iudæorum, & eis geſtientes placere animoſius Chriſtum pęnis crudeliſſimis afficiebant. Proinde Chriſtus in pęnis agitatus a malis, repletus dolore, ſed coactus amore, pro eis interpellat ad patrē: Pater dimitte illis, quia neſciūt quid faciūt, quaſi dicat: Iudæi licèt nō ꝓprijs manibus, tamen odio & malitia: iſti vero officio, & obediētia crucifigunt. Secūdo pōt ex Chriſti magna pietate comprehendi, ꝙ etiā ipſi Iudæi ad hanc interceſſionem pro conſe- D quenda indulgentia pertinerent. Illi duntaxat, qui Chriſtum omnino ignorauerūt. Si vero ſcientes in iſtam orationem veniſſent, fruſtra Saluator dimiſſionis cauſā innexiſſet, quia neſciunt quid faciunt. Eſt ſiquidem, quia, ſemper redditio cauſæ. Quomodo ergo ſcientes, quæ fiebant, & faciebant, aut cōſentiebant in necem filij Dei ad iſtam orationem potuiſſent pertinere: cum quia tm̄ de ignorātia pro redditione cauſæ proponatur? Quomodo etiam Gentiles, ſeu Iudæi ignorantes potuiſſent excludi, cū pro peccatorib. exoraret, & velit oēs homines ſaluos fieri? Tertio dici pōt, ꝙ ad quoſlibet

*Ad quē, ſiue ad quos referri debent verba Chriſti in Cruce, Dimitte illis.*

peccatores dirigebat intētionem: qui quātacunq; malitia offendere videātur, tamen quatuor ignorantias habēt. E Ignorant enim quantā iudicis maieſtatē offendūt, quātam patris benignitatem contemnūt, quantam turpitudinem animæ ſuæ infligunt, ac quātum tormentum æterni cruciatus incurrūt. Iam igitur Chriſto crudeliter in cruce pendente ſibi in pęna ſimili, ſed in diſpari cauſa crucifixerūt cum eo alios duos latrones, vnum a dextris, & alium a ſiniſtris, vt Chriſtus peruerſa intentione agentium eſſet in medio damnatorum, quaſi ſimilibus ſceleribus inuolutus. Fuit in myſterium nihilominus ante prædicta Eſa. 53. c. hæc infeſta F ſocietas: Et cum ſceleratis deputatus eſt. vt nihil in Chriſto credatur, aut ex Chriſto aliquid fortuitu proueniſſe. In his igitur manifeſtè clareſcit, quāta pro nobis voluit pati: in cuius paſſione, & morte tot & tāta inſimul cōcurrerunt, quæ augmentum dederunt illius confuſioni. Nam voluit pati in ciuitate Metropolitana, in qua ante ſex dies fuerat glorioſè receptus. In feſto ſolenni azimorum, quando de vniuerſo populo Iſrael conuenire debebat hora meridiana, quando plures concurrere poterant ad videndum. Erectus in altam crucem in Caluario monte, vt ab omnibus melius G videretur. In loco punitionis malefactorum, in medio latronum, totaliter nudus ad ſpectaculum opprobrij erectus. Denudationem autem exprimit Ambroſ. dicēs: Auctor noſtræ ſalutis ſic nudus poſitus fuit in patibulo crucis, ſicut nudus exiuit de vtero Virginis. Secūdum autem quoſdam mater videns ſic vituperosè nudatum, velum capitis ſui ſumens ad Chriſti pudibunda proiecit: quodq́ue ad ſolamen Virginis illis pudibundis locis miraculosè adhęſit: quod ſi verum fuerit, ignoratur. Inter fideles aūt pingitur crucifixus in illis locis velatus potius pro aſpicientium honeſtate, quàm pro H illius actus aſtruenda veritate. Cum enim tunc tempus eſſet diri iudicij pro nobis impijs ſuper filiū Dei, non mihi apparet, tunc aliquod miraculū factū, quod eius dolorē, vel dedecus breuiaret, ſeu aliquod adiutoriū patiēti Dei filio miniſtraret. Sed magis ipſe Ieſus ſecundū ſuā diuinitatē operans, & ſecundū charitatem amplectens, elegit omnia facere, atque permittere, quæ poſſent eius dedecus augere, & ampliare dolorem. Poſt hæc autem de mandato Pilati non intelligentes altitudinem rei geſtæ per triumphalem titulum Ieſum a reliquis

*Sermo Chriſti in cruce fuit vniuerſalis ad oēs.*

*Chriſtus voluit pati in Hieruſalem, veluti in ciuitate Metropolitanæ, & ibi ſanguinē effundere, veluti ī vmbilico, & cētro vniuerſi.*

A *Mirabilis quadratura tituli crucis Chriſti.*

diſtinxerunt. Tenor tituli talis erat. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Quæ verba in quadam aſſidula ſcripta erant, & appoſita humano ſtudio ſuper caput eius amotè pauliſper, non quòd caput ipſa contingeret. Hic titulus elemento triplicis linguæ ſcriptus erat, ſcilicet Hebraicè, Græcè, & Latinè: de quo titulo ſupra ſermone 49. latius dictum eſt. In his tribus linguis, ſecundum Theophilum, ideo ſcriptus eſt: quia illę erant principales linguæ, vt apertè inſinuaretur, quòd ipſe erat Rex Theologiæ, quantum ad Hebræos, in quibus erat Dei ſcientia: Philoſophiæ, quantum ad Græcos, in quib. erat philoſophica eloquē-

B tia: Et practicæ, quantum ad Romanos, & Latinos, in quibus erat bellandi & regendi potentia. In his tribus linguis Apoſtolus ſuas ſcripſit epiſtolas: vnam ad Hebræos, duodecim ad Græcos, & vnam ſolum ad Romanos. Magno tamen præſagio futurorum eſt actum, vt in his tribus linguis Ieſus Rex fuit appellatus. Nam & Chriſtũ ſtatim mundo editum, ſequitur titulus; nomen, rem, famamq́ue virtutem: vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. Matth. 2. Ipſum quoque miracula faciētem, cum Hieroſolymam ſuper ſubiugalia introiret: Regem vult eũ tur-

C ba præferre, ac Rex Iſrael a populo proclamatur. Nunc quoque moriēs Rex ſcribitur Iudæorum, vt ex hoc manifeſtè clareſcat, ꝙ Ieſus homo vnitus Deo, naſcens, viuens, & moriēs credatur Rex omnium ſeculorum: nihilq́; ſibi propter ea, quæ paſſus eſt, fuiſſe de regia maieſtate ſublatum. Quod & Ioã. Apocal. 19. c. alta contemplatione conſpexit, cum ait: Et habebat in veſtimēto, & fęmore eius ſcriptum, Rex regũ, & Dñs dominantium. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum tam hora, qua ſuperpoſitus erat, quàm deinceps: quoniam propè ciuitatem erat crucifixionis locus, ad quem fa-

D cilis erat egreſſus, & regreſſus in ciuitatē. Murmuratione iam in populo deuoluta, Principes Iudæorum adire Pilatũ rogationibus deprecantes, & argutis ſermonibus ſuadētes, vt aut deleret titulum, aut ſuperadderet, quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorũ. Sed magna fuit Pilati nõ ex ſe, ſed ex Deo cõſtantia: vt nec deleret, qđ ſcripſit: nec adderet qđ Iudæorũ prauitas ſubmiſſa falſitate q̃ſiuit. vñ admiratione magna ſuſpēdimꝰ, ꝙ Pilatus nõ denegauit Iudæis Chr̃i mortē & tamen nunc tituli denegat abolitionem, ſiue additionem, dicens: Quod ſcripſi, ſcripſi. Quod quidem diuino myſterio factum

E eſt, ꝙ hunc titulum abolere nõ potuit, quãuis ſentētiam mortis expauefactus, aut male ſuaſus emiſerit: qm̃ die tertia reſurrexit, ſicut nec Aſcalonita poterat delere hũc titulum, Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Matth. 2. vt myſticè innuatur, ꝙ poſtq̃ Pilati decretum nõ potuerunt mutare Iudæi: qũo mutare potuerunt, ꝙ Ieſus nõ ſit filius Dei? Si ſic hominũ decreta firmantur: quæ Deus æternus ſtatuit, qũo mutabũtur? Magna nēpe iniquitas eſt, quando nocentes ex omni parte iudicari velint penitus innocentes. Criminoſius quoque eſt velle iniquitatem regulis, & floribus ornare iuſtitiæ, quàm delinquere impetu voluntatis. Intelligen-

*Magna quidē & peruerſa iniquitas, qñ ſontes inſontes iudicant.*

F dum tamē eſt pro hiſtoriæ veritate, ꝙ dum Chr̃s cruci affigebat, nulla đ ſuperſcriptione ad Pilatum relatio facta eſt. Intendebãt enim oēs crudeli myſterio, & vacabãt deriſionibus impiè pro pietate pēdētis. A ſexta autē hora, qñ Chriſtus crucifixus eſt, factæ ſunt tenebrę vſq; ad horã nonã: vt timētes ferè oēs abſcõderētur, nec lux p̃ſtabat cõferēs ad lecturã: A nona vero cõfugatis tenebris lux adeſſet. Hæc concertatio facta eſt. Decoratis autē patibulis corporibus dãnatorum, & titulo poſito ſuper Chriſtũ, Pilati milites ſe ad veſtimenta dolentis, & pauperis diuidenda, tanq̃ data eis in prædã cõ-

G uertunt. Et illius pallium ſcindunt in quatuor partes: & accipientes tunicam, qua ſub pallio vtebatur, quam omnino inconſutilem, & ĩtegram, & in nullo diuiſam, & oĩ diuiſioni cognoſcētes ineptã, velut rem pulchrã in toto, & cõpetentib. viſib. aptã: turpem vero in partibus ſciſſis, aptis vſibus nõ tradendã: illã penitus non diuidere decreuerunt eam taliter diſponētes, vt eius eſſet, cui ſors deſuper ei miſſa concederet: vnde Ioan. ait, ꝙ milites dixerunt adinuicem: Nõ ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. Nam ſicut Prouer. 18. cap. Salo-

H mon ait: Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes queq; dijudicat. Quod & factum eſt, vt ſcriptura impleretur, quæ ait: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerũt ſortem. Ex his manifeſtè clareſcit, ꝙ O Chriſti redijt ad Alpha illius: vt qualiter pauper natus ſit, & pauper mortuus eſt nudus habendi, & voluntate ingreſſus eſt: ſic & progreſſus, ſic quoque egreſſus eſt: hæc tamen in myſterio contingebãt. Nam veſtis filij Dei, aſſumpta humanitas eſt. Quatuor partes factæ sũt, quatuor militibus diſtributæ. Etenim ad quatuor mundi partes Chriſti humanitas per fidem diſtri-



A *Veſtis Chr̃i ſciſſio ĩ quatuor partes.*

diſtributa eſt, & omnibus ipſis dũtaxat, qui militauerunt in militia noui regis. Tegebãt Chriſtum veſtimenta eius, ſed expoliatus eſt vt nobis omnino eius myſteria pateſiãt, & amor quo ab æterno eluceſcat clarius diuiſa ſunt, vt nunquã velamentum vltra conueniat. Nam neque vlterius cooperiendus eſt Chriſtus, ſed peramplius in gloria reuelandus. Intelligimus iam enim ex fide omnia opera & myſteria eius, mores atque doctrinam, & totus patefactus in aere expirauit. Tunica autē inconſutilis, quæ diuidi non potuit, noſtræ fidei arguit vnitatem,

B vnitas autem omnino ĩdiuiſibilis eſt. Sic & vnitas noſtræ fidei ſcindi nequit: poteſt nēpe homo a fide reſcindi, ſed fides poteſt nullo modo perſcindi, ſicut de hoc plenius ſupra ſermone. 3. & art. 1. per totum dictum eſt. Significat etiam charitatem, quæ vera protinus eſt atque vna, quamuis ab ea multi progrediantur effectus: nec per hoc diuidi poteſt veluti ſolis radij, qui numeroſitate ab ipſo refulgent: ſeruant tamen in origine vnitatem. Non enim ſol diuiditur, etiã ſi radij diuidantur: vnum quidem eſt corpus luminis, etiam ſi multiplicentur radij lucis: vtraque enim veſtis eſt deſuper contexta per totum. Hanc texturam meritò ap-

C pellauerunt martyrum & eccleſię paſſiones & cuncta opera, quæ fidei & charitatis conſtruunt pulchritudinem & aſtruunt firmitatem. Illudebatur ab omnibus Chriſto in cruce pendenti, & fere omnis vilitas ſibi obijciebatur in faciem. Nam & prætereuntes blaſphemabant in eum mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templũ Dei, & in triduo reædificas illud. Salua temetipſum, ſi filius Dei es; deſcende de cruce. Nec mirum, ſi prætereuntes blaſphemabant, quia non ſubſiſtunt vt agnoſcant inuiſibilem veritatem. Prætereuntes quidem erant Iudæi, nec in ſcripturis ſubſtiterunt,

D vt in eis Chriſtum reperire poſſent. Remiſerat eos Dominus ad ſcripturas, vt in ipſis ſubſiſtendo, non prætereundo ſcrutarentur, quoniam ipſe teſtimonium perhibebant de ipſo. Sed mouebant capita ſua, velut frænetici, quibus obnubilatum eſt iudicium rationis. Arguendo improperabant. Vah qui deſtruis templũ Dei & in triduo reædificas illud. Si hoc poteras, quare temetipſum ſaluare non potes? Filij hominum te poſuerunt in cruce: & ſi tu filius Dei es, oſtē de te ſuper homines, deſcende de cruce. Non curabat improperia Chriſtus: Nec mouebatur animus eius, vt occultam potentiã

E vellet demonſtrare deriſus, nec hominum violentia crucifixus erat. Propterea nec ſuggeſtione deridentium hominum deſigebat, nec de cruce etiam deſcendebat impatientia victus. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei: vt verificaretur, quod Propheta in perſona Domini ait: Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs & mouerunt caput. Et iterum. Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. O im-

F pia vilitas, & crudelis iniquitas. Illudere homini in proximo morituro. Petunt de cruce deſcenſum in argumentum potentiæ & virtutis, atque falsò ſpondent credulitatem, ſi de cruce deſcenderet: qui tamen ei credere noluerunt, cum mortuus & ſepultus a mortuis reſurrexit. Quod altioris virtutis fuit: Vide quanta crudelitate ſæuiunt contra Chriſtum, quando non ſuffecerat eis tãta exercuiſſe ludibria contra eum, per totam noctem vſque ad iſtam horam: ſed tanquam effrontes reiecto omni humano pudore manſuetiſſimo agno inſultare & in cruce morienti non ceſſant. Quid penſan-

*Sæuitia Iudęorũ contra Chriſtum.*

G dum eſt, quod fecerunt ei miniſtri Principum & Sacerdotum, quando hi ſeniores in quibus debuit maturitas apparere, ex interno odio & furore in tot crudeles inſanias exterius proruperunt, quòd in tanta feſtiuitate dierum ſanctorum non erubeſcentes populum contra omnem conſuetudinē ad locum opprobrioſi ſupplicij exiuerunt morienti iuſto tam crudeliter inſultantes? Quid enim credendum eſt, quòd ei fecerũt de nocte, quando illum in ſuis dominus habuerunt, poſtquam nunc in publico coram populo tot illuſionibus, improperijs & contumelijs iam penitus morienti iniuriantur? H

### *Quanta liberalitate Chriſtus latroni largitus eſt Paradiſum: & de admirandis virtutibus et priuilegijs ipſius latronis. Cap. 2.*

SEcundus Chriſti inflammans amor in cruce fuit miræ donationis. Tempore nēpe abundantię gratiarum. i. quo ſuus ſanguis effundebatur in cruce, voluit Ieſus Chriſtus ſuam oſtendere largitatem, & largiſſimam charitatem in muneribus ſuis: vnde ad conuerſum latronem Ieſus alta promiſſione, Luc. 23. c. reſpondit dicens: Amen

A dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiſo. Circa hunc autem latronem tria ad præſens conſideremus. Primo præmium, ſecundo meritum, tertio priuilegium. Primo enim conſideremus præmiũ eius, quod ei a Chriſto in prædicto verbo largiflua charitate promiſſum eſt. Libet vtique huius promiſſionis tam admirandæ de quolibet verbo perquirere ſenſum, & tam amplę gratiæ, & amoris inueſtigare dulcores. Septem dulcores, ſeu dulcedines huic latroni Chriſtus ampla miſericordia diſpenſauit. Prima dicitur iuramenti veritas, ſecunda annunciata pietas, tertia electiua charitas, quarta temporis breuitas, quinta diuina ſocietas, ſexta æterna ſtabilitas, ſeptima glorioſa iucunditas. Prima eſt iuramenti veritas, quia dicit, Amen: quod eſt iuramentum, ſicut Propheta ait, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Secunda eſt annunciata pietas, quia ſubdit, dico. Os autem Domini locutum eſt, quod non mentietur. Tertia eſt electiua charitas, quia addit, tibi, ſcilicet qui olim fuiſti in tot ſceleribus implicatus, nũc vero ex gratia ad me conuerſus. Quarta eſt temporis breuitas, quia ſubiungit, hodie, ſcilicet ſine diutina mora, vt magis florida gratia eluceſcat. C Quinta diuina ſocietas, cum dicit, mecum. Sed qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Sexta æterna ſtabilitas: adiungit enim, eris. ſ. firmiter in æternum. Septima eſt glorioſa, ſeu conſummata iucunditas, quam exprimit, cum dicit, in paradiſo, id eſt, in Dei beata fruitione. Quod in eodem die, ſicut in ſequenti tertia parte, 2. cap. & capit. vlt. patet, impletum eſt. Secundum enim Alex. de Ales, ſuper Lucam, notanter aduertendum eſt, quòd eodem tempore, atque hora, qua Adam iuſtè de paradiſo eijcitur, latroni miſericorditer aperitur: p̃uenit enim D Chriſtus hora nona moriendo latronem, ſecutus eſt latro quaſi veſpere crurifragio celebrato. Secundo conſideremus huius latronis meritum, ſcilicet, vnde tantum ei promiſſum eſt præmium. Nam ſi diligenter conſiderentur veritates tam theologicæ quàm morales, quæ ſunt menti huius latronis infuſæ, faciliter ducitur anima ad ſtuporem, in eo clariſſimè recognoſcens ampliſſimam miſericordiam Dei ad peccatores. Primo enim conſidera eius admirabilem fidem. Cum Chriſto enim nunquam fuit conuerſatus, nec fortè ante nouerat eũ: non fuerat ſecutus doctrinam

*Tria conſiderãtur de bono latrone.*

*Septem ſigna dulcedinis euomit Chriſtus bono latroni, ut gratiam ſuam illi demonſtraret.*

*Meritum latronis.*

E eius, nec etiã vitam: ſed ĩ impietatis operibus ſe exercẽs, iuſtè patiebatur exitiũ mortis. Huius mira nimirum fides, qui Chriſtũ ab omnib. derelictũ, ab omnib. publicè cõdemnatũ, afflictũ, infirmum, opprobrijs hominũ, & cõtumelijs ſaturatũ, & iam morti vicinũ, & ipſe vicinus morti a nemine doctus, a nullo præmonitus, Dei filiũ, & verũ hominẽ credit: & vbi qui eius doctrinã audierant, miracula viderant, & pauloante in cibum de manibus eius ſanctiſſimis corpus illius ſumpſerant, fugiendo negabant: iſte ſolus cũ tacente Virgine ipſum Dei filiũ indubitata fide in animo ſuo credebat. Secũdo quoq; conſidera eius firmiſſimã ſpem, ſ. ab illo ſperare ſalutẽ, quem in corpore F proprio videbat omni ſalute priuatum. Tertio cõſidera eius feruẽtiſſimã, immo ardẽtiſſimã eius charitatẽ, ad eũ quem videt in ipſa die precio ſuę mortis paradiſum ſibi cõferre tot ſcelerib. irretito: vnde totũ, quod habuit, ipſi Ieſu in amoris perfecti ſacrificium immolauit manib. eius, & pedib. crucifixus non valuit ſibi ſeruire, niſi tm̃ cum duobus mẽbris. Primo corde, ſecũdo lingua. Primo enim ſibi cor in thimiama perfecti odoris ardẽti charitate ſacrauit, ſecundo vero linguã ſibi obtulit verificãdo, quod Dñs Matthæi 12. c. ait, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui ꝓfert bona. G Proinde quatuor amores ardẽtiſſimos ligua ſua de corde exp̃ſſit. Primus fuit amor cõfeſſionis, ſecũdus cõpaſſionis, tertius correctionis, quartus vero perfectionis. In quib. quidẽ amorib. apertè mõſtrauit, ꝙ in quatuor dimẽſionib. crucis Chriſto per amorẽ cõcrucifixus erat in cruce. Primus aũt fuit amor confeſſionis, q fuit ſuę crucis profundũ, dũ ſua propria, ac totius humani generis ſcelera cõfeſſus eſt aſſerẽs nos pœnalib. anguſtijs dignè plecti cũ ait: Et nos quidem iuſtè, ſ. patimur: nam digna factis recipimus. In magnis quidem cognitionibus ferebatur, qui ſe iuſtè H digneque pati profitebatur. Magna. n. eſt pars veniæ apud Deú hoc cognoſcere, ſimiliter & fateri. Secundus fuit amor compaſſionis, qui extitit latitudo crucis ſuæ: dum anguſtias Ieſu Chriſti gratuitas aſſerẽs ex ſola charitate Chriſti procedere allegat eius innocentiam, dicens: Hic vero quid mali geſſit? Illuminata quidem intelligentia recognouit innocentiam Chriſti, quem iudex publicè ad mortem condemnauerat. Difficile quidem eſt dicere, aut credere, aliquem ſine culpa, quem iudex ordinarius ad aliquam pœnam damnat, vt

reum,

*Primus amor cõfeſſionis.*



A reum, ſeu cum aſſertione teſtiũ, aut acclamationibus populorũ. Nam ſi nõ teſtibus, attamen clamoribus totius populi damnatus eſt Chriſtus. Et quẽ totus populus poſtulauerat validiſſimis vocibus crucifigi, latro iſte dicit, hic vero quid mali geſſit? vnde hic latro agnouit, quòd nihil mali fecit, cũ quo non fuerat conuerſatus. Qua via hæc ſibi irrepſit notitia, ꝙ Chriſtus nihil mali fecerat: non vtiq; aliunde accepit, quàm ab eo, quem aſſerebat moriens innocentem. Tertius quoque fuit amor correctionis, qui extitit longitudo crucis ſuæ, dum blaſphemantem latronem impium charitatiua re- B prehenſione compeſcuit, dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Vide feruorẽ huius latronis ligno corpore pendens, corporalium pœnarũ oblitus coram iudice intermedio pendente ſodalem arguere, & etiam inſtruere non veretur, dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Neque tu times Deum, quem vnitum carni Deum eſſe non credis? Non times Deum, qui oppugnas hominem innocentem, cui blaſphemias irrogas? Non times Deum morti vicinus, cui omnis ſpes eſt adempta viuendi, qui verbis malis mala perficis, cum ligno affixus opere iam complere non poſſis? Non times Deum, qui in C eadem damnatione mecũ, qui timeo Deũ es? Aut in eadem damnatione pœnarum corporalium cum Deo es, qui corpore aſſumpto inter nos pendens propria patitur voluntate. Nos quidem iuſte patimur. Ad conſiderationem malæ vitæ actæ, remittebat iſte ſocium, vt reuocaret ad memoriam mala, quæ fecerat, vt dignam malefactis aſſereret pœnam, quam ligno afflicti ferebant. In memoria nempe peractorum ſcelerum omnem pœnam aſſerit indecentem, & iniuſtè ferri dicit omne tormẽtum: ac irrefragabiliter vera iuſtitia dictat, vt D pœna culpam inueniat. Nouerat latro iſte ordinem diuinæ iuſtitiæ, quæ malum aliquod inultum eſſe non patitur, ad quam iam afficiebatur amore, quàmuis corpore torqueretur. Et licet abhorreret ſenſus exterior: interior vero iuſtitia, quam confitebatur amabat, & quaſi oblitus pœnarum ex iuſtitiæ zelo verbis punientem iuſtitiam attollebat. Proprium verò eſt ratione vtentium peramplius, & hominum electorum diligere, atque laudare iuſtitiam, etiam ſi ex illius decreto aſperrimè torqueantur. Nam ipſe naturalis iuſtitiæ ordo interius lucens mẽtibus hominũ dictat crimina ſine pœna

*Latro nouit ordinẽ diuinæ iuſtitiæ.*

E non eſſe, quæ inuiſibilibus ſemper eſt præſto, quàmuis interdũ viſibiliter differatur. Quartus aũt fuit amor ꝑfectionis, qui extitit altitudo crucis ſuæ. Nam toto mentis affectu, ac benigno linguæ affatu cum inexplicabili cordis humiliatione, & contritione, necnon cum tanta mentis deuotione, & quãtum permiſit acerbitas ipſa ſupplicij cũ conuerſione benigna faciei, & humili ad Dominum Ieſum ſtupẽdæ perfectionis, & breuitatis orationẽ effudit dicens: Domine memẽto mei, dũ veneris in regnum tuũ. In quo oĩs conſummata perfectio mirabiliter cõtinetur, ſi deuota mẽs nouerit explicare. F Sed vt aliqualiter patẽs fiat, primo cõſidera, in quãta fide iſte latro fundat̃, qui in moriẽte credit vitã ęternã. Secũdo vide, quãta ſpe firma ad æterna erigitur, qui ab illo qui ab omni mũdo eijcit̃, ſperat regnũ cęleſte. Tertio pondera, in quãta exceſſiua charitate loquat̃, qui ſola dilecti Ieſu memoria cõtentus eſt. Iterũ quo ad virtutes cardinales. Primo cõſidera, quali fulcit̃ prudentia, qui nulla poſtulat caduca. Secũdo quali fortitudine roborat̃, qui ſic ſubito ſup oĩa ſua ſcelera ſuperfert̃. Tertio, quali tẽperãtia contentat̃, qui ſola Saluatoris volũtate pręmij mẽſurã reliquit. Quarto, quali fulcitur iuſtitia, qui ſic omnib. debita ſua diſpẽſat ſecun- G dũ exigẽtiam rõnis, vt ſibijpſi proprię cõfuſionis cõtumeliã in cõfeſſione redderet proximo trãſgrediẽti charitatiuã correctionem impẽderet. Et ideo Saluatori plenam ſuæ mortis cõpaſſionẽ, & totalẽ ſuæ voluntatis immolationem per trãsformantẽ charitatẽ offerret. Propterea nec mirum, ſi ſic hunc latronẽ cõuerſum, & in tanta perfectione leuatũ, Saluator tãta ſuauitate repleuit, & ſic copioſè ditauit, quãdo reſpõdit ei dicens: Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Tertio quoq. cõſideremus huius latronis priuilegium. Singulariſſima enim H priuilegia gratiæ in latrone iſto fluxerunt, quæ ad quinque reduci poſſunt. Primum enim priuilegium fuit aſſimilationis, ſecũdum aſſociationis, tertiũ defenſionis, quartũ petitionis, quintũ figurationis. Primum inquã priuilegiũ fuit aſſimilationis. Solus etenim latro iſte inter Chriſti membra corporaliter: paſſus eſt ſupplicium crucis ſimul cum ipſo, in quo decoratur effigiata ſimilitudine Saluatoris, quia crucifixus crucifixum aſſociat. nec hoc priuilegium conuenit alteri cuicunque. Nec tamen obſtat, quòd pro ſuis ſceleribus crucifixus fuit, quia poſt plenam conuerſionem fuit legi-

*Amor ꝑfectionis boni latronis.*

*Boni Latronis priuilegium.*

A timum membrum Chriſti, & extunc pœna ſua cõfigurata fuit ſimilitudini mortis eius.

*Secundũ priuilegiũ boni latronis.*

Secundum enim fuit priuilegium aſſociationis, quia ſolus ipſe matrem Chriſti aſſociauit lamentatione doloroſa, morientis filij Dei factus eius ſocius in fide, atq; dolore. Nulla enim alia creatura præſentis vitæ matrem aſſociauit in prædictis. Licet enim Ioannes, & Magdalena amarè deflerent morientem Ieſum, non tamen defleuerunt eum, vt Deum pro redemptione humani generis morientem: vnde & eorum lamenta multum fuerunt informitate inſipida. Solius autem huius latronis cum maternis B fuerunt accepta lamenta, quia verè Deum credidit deſuper infuſa fide, quem cum incredibili dolore hominem ante oculos ſuos morientem vidit.

*Tertium priuilegiũ boni latronis.*

Tertium autem fuit priuilegiũ defenſionis. Nam Chriſto condemnato a Iudæis impijs, tanquàm reo, latro iſte eius innocentiam prædicauit publicè, & ipſum Saluatorẽ ſuum morientem, tanquàm æternum Deum armis, quibus poterat tanquàm ſuus collateralis miles ſtrenue defenſauit: Vnde poteſt probabiliter credi, quòd non ſolum ſceleſtem increpauit latronem, & ſibi Chriſti innocentiam allegauit, & proprium ſcelus in-C iecit, ſed etiam proteruos Iudæos, ac malignos Principes poſt tam duras contumelias Saluatori illatas non ſaturatos de ſupplicijs eius, qui ſic impiè exierant inſultare morienti Ieſu aſpera increpatione confudit. Nec eſt inconueniens ad credendum, quòd cum ipſe ſuperuixit morienti Ieſu, & videret maternos geſtus erga filium dolorum amaritudines exprimentes, quòd aliqua compaſſibilia verba filialis dulcedinis plena, illi quam ſuam veram matrẽ iã veraciter cognoſcebat expreſſerit. Qui .n. iam ſe redemptum nouit a Chriſto non dubitauit ſe filium Virginis matris eius.

*Quartum priuilegiũ*

D Quartum vero fuit priuilegium petitionis. Nam iſte latro ſolus poſtulauit ſalutem, quando Saluator mundi eam pro omnibus faciebat, vnde & abundãter eam recipere debuit, ſicut & fecit.

*Quintum priuilegiũ*

Quintum quoque fuit priuilegium figurationis. Nam ipſe figuram tenuit, & quaſi vicem omnium electorum. Et cum ipſe repletus fuerit Spirituſancto, tanquàm electus ad iſta priuilegia acquirenda, & multa alia, quæ non ſufficio explicare: vtiq; credendum eſt, ꝙ Spiritusſanctus inhabitans eum, agitauit eum ad omnia facienda, quæ decebat ipſum facere tanta immutatione a Chriſto ſub illo innouatum. Arbitror autẽ ꝙ electrix gratia E Dei, quę tantum refulſit in eo, vt eſſet figura omnium redemptionis: iſtum latronem tam plene compatiendo Ieſu, quàm in prędicando ſanctitatẽ illius, quàm in aſſociando lamentantem matrẽ, q̃ in arguendo Iudæorum proteruiam, & impiam cæcitatẽ, q̃ in prouocando omnes aſſiſtentes ad tanti piaculi animaduerſionem, & ſenſum fecit ſtrenuiſſimè operari. Nec obſtat ſi dicas, ꝙ Euangeliſtæ de talibus nihil dicunt: nam ſi bene ponderantur, quæ nobis relinquunt in ſcriptis, poterit mens diligens, & deuota enucleare nõ dicta. Scribunt enim ipſum a Deo electum eum exoraſſe Chriſtum, & F ab eo poſtulaſſe regnum, atq; a Chriſto liberaliſſime admirandum recepiſſe promiſſum. Ex quibus luculenter apparet, ipſum a Chriſto redemptum, ac per Spiritumſanctum iuſtificatum. Solet enim Spirituſſanctus, quãdo ad aliquem ſtatum eligit aliquã creaturam, cuncta ſibi tribuere, quæ decet illum ſtatum habere. Penſa igitur modo, ſi Chriſtum generalem redemptorem latroni taliter poſtulanti decebat mediocriter dare, & non magis: ſicut habebat apertum corporale latus ad faciem eius reſerare ſui cordis arcanum theſaurum ad illuſtrandum mentem illius electi militis, & fidelis ſoda-G lis. Decuit nempe, ꝙ ſicut tunc ſine menſura ſeipſum toti exponebat orbi, ſic inæſtimabiliter ſe infunderet illi menti. Tunc enim, quãdo muſtum amoris amoroſi Ieſu in torculari crucis exprimebatur, cum preſſione doloris quo totus orbis erat inebriandus nõ debuit quaſi in paruo cyato propinari latroni, ſed tota operatio mentis ſuæ in torculari cordis Ieſu, quaſi ſine menſura demergi: vnde non puto iſtum latronem, niſi inter ſublimes Dei Principes collocandum. Aduertẽdum eſt etiam, ꝙ quãdocũq; de aliquo electo ſcriptura ſacra facit men-H tionem aliquam, ponẽdum illum in aliquo ſublimi ſtatu, licet nihil aliud dicat, relinquit ſenſatis mentibus cætera alia circa illũ excogitãda, q̃ ſtatũ illius copioſè decorẽt. vñ diligẽter excogita, q̃ illũ latronẽ decuit operari: & tunc percipere poteris illum circa præfata feciſſe mira, & quòd nõ potuit in corpore, adimpleuit in mente. Propterea nec mediocriter eſt pẽſandum, quòd Chriſtus ei paradiſum ſpõdendo ſingulariter ait, Mecum eris: per hoc manifeſtè declarans, ꝙ tunc Rex crucifixus habebat in cruce iſtũ, ſicut collateralem militẽ, ſecum ſtrenue compugnantem: vnde in il-





A lo mecum aſſociato, & ſimilitudo Chriſti regnantis correſpondens aſſociationi, & ſimilitudini Chriſti morientis anthonomaſicè denotatur. Sed admirantur fortè plurimi, quòd hi duo latrones tam diſpari fide, & non diſpari vita a diuino iudicio extiterunt iudicati.

*Secretum Dei iudicium in duobus latronibus.*

Secretum quippe iudicium Dei eſt, quòd vnus a Chriſti voce fuit approbatus, alter vero Chriſto tacente fuerit reprobatus. Chriſtus namque æqualiter reſpiciebat hos ambos compœnales ſuos: medius inter eos pendebat affixus patibulo crucis, nec præaccipiebat perſonam alterius. Quid eſt igitur, quòd B Chriſto vnus irrogauit blaſphemiam, alter vero pro illo ſuſcepit moriendo tutelam? vnus cognouit iuſtitiam, & ipſam laudauit: alter vero impunè viuere poſtulauit. Erat ne fortè ad iſtos in Chriſto aliqua inæqualitas? hoc credere dico nefas. Quid ergo? dicam audacter quod ſentio, quòd nec conuerſo ſuffecit meritum ſuum. auerſum verò iuſtè deiecit demeritum ſuũ. Nullus, niſi ex gratia conuerti poteſt: nulluſque damnatur, niſi ex demeritis ſuis, hoc diuina iuſtitia exigente. Quod ergo demeritum illius, qui non credidit? Quod vero meritum, atque vnde illi, qui credi-C dit? Meritum conuerſione legimus, quid in occulto habuit ignoramus.

*Demeritũ latronum.*

Demeritum vtriuſque conſpicimus, quia latrones erant vtrique, homines vtique malæ vitæ. an verificatur ſententia illa Apoſtoli ad Roma. cap. 9. Quem Deus vult indurat, & cui vult miſeretur. Sed in tortuoſiorem incidimus quæſtionem: cum Deus acceptor perſonarum non ſit, & cum ambo eſſent peccatores Chriſtum æquè corporeo viſu aſpicientes iuxta eum pendentes, quorũ in cõuerſatione Chr̃i alter non pręualuerat, quia neuter viuens illam habuerat: vnde vnus eorum meruit conuerti, al-D ter vero eorum meruit indurari? Quo merito vnus miſericordiam accepit, alter vero in iuſta damnatione remanſit? Sed aliter quidem hæc, cum ſit quæſtio nodoſa: non ſoluitur niſi Dei miſericordiam, & iuſtitiam inſpiciamus, & liberas hominum voluntates conſideremus. Nam Deus ex ſua miſericordia donat peccata conuerſis, & ex iuſtitia æterna ſupplicia miniſtrat auerſis. Non ergo iſta conuerſio, aut auerſio celebrata eſt ex præſentia Chriſti corporali, quam habebant æqualiter: non ex viſu, quo ipſum intuebatur vterque: Non ex verbis eius peramplius directis in alterum, ſed ex libera voluntate, qua iſte cre- E dere voluit, ille vero incredulus permanſit. Quoniam ſicut illum Dei miſericordia expectabat, ſic non credentem merito reliquit diuina iuſtitia reprobatum. Ad ampliorem quoque huius myſterij ſenſum etiam dici poteſt, quòd totum humanum genus latrocinio paternæ fornicationis infectum, infernalibus ſupplicijs debuit iuſtitia ſuadente affligi. In huius generis medio Saluator affixus electos mera gr̃a, quaſi dextrum latronem iuſtificãdo cõuertit. Reprobos autem quaſi latronẽ ſiniſtrum exigente iuſtitia dereliquit, vt latro dexter inueniat in miſericordia crucifixi Domini, vnde gratias agat: ſiniſter vero in ſua ob- F ſtinata malitia reperiat, quid ei diuina iuſtitia impendat. Propterea myſterio ſacro conueniens eſt, quòd vterque latro fuit vtcunque blaſphemus conuicians Saluatori. Quia Saluator mundi, ſicut nullum reperit liberum, ſic pro liberandis omnibus venit, licet liberationis fructus ad ſolos transferatur electos. Quod tamen non fuit ex defectu liberantis precij, ſeu redemptoris Chriſti, ſed ex cæca malitia obſtinata animi reproborum, quorum figuram tenuit iſte latro ſiniſter: qui nec manſuetudine dulcis Ieſu conſpecta, nec G ex miraculorum aſpectu, quibus fuit tota mundi machina immutata: nec a benigna Chriſti ſuſceptione facta de ſocio ſuo conuerſo, nec ex charitatiua correctione conſocij ſui ſe in maleficio confitentis conſortem, & ſibi Ieſum prædicantis inſontem voluit quomodolibet reuocari. Cui igitur iſte, niſi propriæ malitiæ ſuam damnationem aſcribet? Et cui alter ille latro dexter ſuam ſalutem poterit deputare, niſi gratiæ illius qui in latere ſuo pendebat? qui ipſum ad ſe diligendum, confitendum, prædicandum, & defendendum gratuita miſeratione conuertit. Reſpira igitur iam H in ſpe veniæ, anima quæcunque peccatrix: ſi tamen veſtigia Dei tui ſequi non horreas, qui in omnibus preſſuris ſuis, nec ſemel os ſuum aperuit. Non autem querelæ, aut excuſationis, aut maledictionis ſermonẽ aduerſus maledictos illos canes, vel leuiter diceret, quin potius nouæ benedictionis verbum, quale a ſeculo non eſt auditum ſuper inimicos ſuos pro eis patrem orando ex abundantia pietatis effudit.

A *De compaſſione Chriſti ad matrem: & matris ad Chriſtum, & quomodo in paſſione Chriſti omnes filij gratiæ, filij Virginis facti ſunt, & de tenebris, quæ tunc factæ fuerunt in vniuerſo orbe. Cap. 3.*

*Triplex amoroſa cõfœderatio in paſſiõe Chriſti conſideratur.*

TErtius vero Chriſti inflãmans amor in cruce fuit miræ confæderationis. Triplex namque amoroſa confæderatio tunc extitit myſticè demonſtrata. Prima fuit compaſſionis maternalis, ſecunda filiationis ſpiritualis, tertia admirationis generalis. Prima fuit compaſſionis maternalis.

*Cõſideratio cõpaſſionis maternalis.*

B Vnde Ioan. ſubdit, Stabat autem iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Parum dixiſti, o Euangeliſta, perfectis auribus aliquid maius dicere potuiſti. Stabat, tu inquis, iuxta crucẽ Ieſu mater eius, cũ in ipſa cruce penderet: vel ei plus vtique debes, quàm reliquis, de quibus dicis, & Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ, omnino illa plus ad crucem appropinquabat, quàm quicunque alij: quia non ſolum iuxta crucẽ ſtabat, verum etiã in cruce pendebat: de ſe enim in ſe nihil remanſerat. Tota commigrauerat in dilectum: & dum ille corpus,
C iſta ſpiritum immolabat. Sed qua parte ſtabat Virgo Maria iuxta crucem? vtique ad ſiniſtram Chriſti, ſecundum Alex. de Halis, ſcilicet, vt pro peccatoribus filiũ exoraret, qui a ſiniſtris Domini ſunt. Aliter non verificaretur, quod in perſona Chriſti pendentis in cruce Propheta ait: Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me. Secunda fuit confęderatio filiationis ſpiritualis, & de hac ſubditur: Et cum vidiſſet Ieſus matrem, & diſcipulum ſtãtem, quem diligebat: oculis & vultu annuens de Ioanne dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo, ec-
D ce mater tua. Pulſantur admiratione omnium legentium, ſiue audientium mentes, ſcilicet quo motu, quo ſenſu, qua ratione, qua poſſibilitate, qua vera auctoritate iſta dicũtur, quòd diſcipulus tranſeat in filium Virginis: & Virgo habeat purum hominem filium, quem non genuit: ſic nec quòd ſit filius ex Virgine, qui de corruptis parẽtibus natus erat ex ſemine. Impoſſibilia quidem videntur hæc, ſed nihil impoſſibile apud Deum. Pietate quidem, & oratione opus eſt ad ingrediẽdum tale myſterium. Mulier enim Beata Virgo vocatur a Chriſto, quam nunquàm appellauit ex vocibus matrem.

E Mulier & non mulier, ſed ſuper Angelos, & homines, & mulieres ſuperexcedẽs mulier. Accepit a filio, quem cum æterno patre vnicum poſſidebat filiũ, præter ventrẽ, quem ante in carne habebat ipſa nepotem. Sed in quo filiationis genere Ioannes Virginis factus eſt filius, aut eius mater fcã eſt virgo? non hoc natura fauet, non conceptus, non partus exequitur, non ingreſſus in vterum, vt denuo naſceretur: non adoptio pro hæreditate in temporalibus conſequenda, nec ex imitatione, aut ex prolata doctrina. Nec iſta differenda erant Verbo Chriſti: nec facta eſt locutio, vt ſit quaſi,

*Non eſt modica q. ſtio iſta de Ioãne, an vere fuerit filius Virginis.*

F ſed ſic a Chriſto legimus dictum: Mulier, ecce filius tuus: vt excluſa omni ſuperfluitate verborum ſecretum myſterij penetremus. Myſticè igitur intelligimus in Ioãne omnes animas electorum, quorum per dilectionem Beata Virgo facta eſt mater: filius enim in Græco nomen amoris eſt. Omnis enim Chriſti amor in amore Virginis tranſit: vt merito filius, id eſt, amor Virginis nuncupetur: magisque Virginem habeat matrem, quàm illam quæ illum ex peccato damnatum mundo ſuſcepto ſemine generauit. Mutatur hęc maternitas, & filiatio ex auctoritate verborum Chriſti in
G cruce pendentis: propterea natura tranſit in gratiam, & gratia nobilitat profecto naturam: Non quòd vna in alteram commutetur, ſed quia natura ex gratia perficitur. Mala mulier Eua corruptione naturæ: Bona mulier Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ. Datur mater gratiæ pro matre naturæ: manet tamen mater natura, manet etiam mater ex gratia. Erat enim Ioanni mater Maria Salome in ordine ſuccedentis naturæ: eſt etiam ſibi mater Beata Virgo in ordine gratiæ. Eſt mater Eua cunctorum per traducem naturæ:
H eſt & Virgo Maria mater omnium amantium Chriſtum per infuſionem inuiſibilis gratiæ. Non deſinit eſſe Ioannes filius corruptæ matris, quia imperio Chriſti filius factus eſt Virginis. Nec poteſt non eſſe filius Virginis, quia fuit ante filius corruptæ matris. Nam prius eſt quod carnale, deinde quod ſpirituale eſt, aut eſſe poteſt: protinus vnus & idem homo eſt per naturam, Chriſtianus vero per gratiam, Et per vnam hominis filius, per alteram filius Dei appellatur. Voluit igitur Chriſtus in cruce pendens, antequàm moreretur per omnia præoſtendere charitatem, & quãtum dignitatis hųmanæ naturæ cõtulerat,



A rat, vt firma ſpes eſſet remeationis ad patrem: vnde ſi dedit poteſtatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: quod nõ per naturã, ſed penitus per gratiam fit: cur non dediſſet nobis, vt filij eſſemus matris eius, quod fit per gratiam, quę infinitæ potentiæ eſt, non per naturam, quæ eſt potẽtię limitatę. Plus etenim eſt ꝙ ſimus fratres eius ex patre, quàm ꝙ ſimus ex matre: plus ex æterno Deo, quàm ex tẽporali parente. Nõ dedignatur Chriſtus humanum hominum genus propter naturam cõditam, quæ bona fuit: non propter naturam corruptã, quæ vitio ſe turpauit: non ex criminibus,
B quibus inuoluitur: quin ſi velimus ipſe velit nos ex vtroq; parente tam ex æterno, q̃ ex ea quæ fuit ex tẽpore, ſuos per gratiam eſſe germanos, vt vna cũ ipſo nobis ſempiterna ſit hæreditas. Mira naturæ mutatio, non tamen tranſmutatio. Mira generatio filiorum, ſed in his mirabilius eſt, ꝙ gratia non extinguit naturam, & natura non confundit inſitã gratiam. Vtriuſq; iura ſeruantur in homine, naturæ. ſ. in qua natus eſt, & gratiæ in qua renatus eſt. Igitur de libidine natus in filiationẽ poſſe ingredi honeſtatis, nullatenus dubitemus. Ac per hoc immutabili edicto innuitur, ꝙ poſtquam tranſla-
C tio facta eſt de natura in gratiam, & addita eſt gratiæ marernitas ad filium naturalem, ꝙ ſub fomentis & erudimentis viuere obligamur ſecundæ matri prima nõ abolita, ſed ſubmiſſa: quia nemo cum inuenit gratiam, deſinit eſſe homo, ſed retinens quod per naturam accepit, qualitate mentis & corporis ſupra hominem per gratiã viuit, qui tamen homo fuerat per naturã. Diuino igitur iure plus debemus gratiæ q̃ naturæ: & plus illã venerari atq; diligere in nobis, q̃ id quod natura fecit in nobis. Nã illum verum finẽ boni, quem omnis anima rationalis ſiue rationis quodã naturali inſtinctu plus amat,
D quamuis multi vario errore deluſi illum fugiant appetentes. Non prima natura mater, ſed gratiæ mater ſecunda proſequitur, vel conſequitur: propterea ex natura mater cũ dexteram atq; ſiniſtram regni pro filijs petijſſet, non accepit, Matt. 20. c. Quia nõ naturæ, ſed gratiæ ſuperna hæreditas dãda eſt. Quamobrẽ ex illa hora accepit illam diſcipulus in ſuam. Ex illa hora. ſ. qua Chriſtus pro matre reddidit matrẽ: aut matri naturę addidit matrẽ gratiæ diſcipulus matrẽ Virginẽ in ſuã animo reuerenti & animo inclinato ſuſcepit. Ex his igitur manifeſte apparere põt, fidelis anima, ꝙ inſatiabilis amor

E dulcis Ieſu, qui omnimodo omnino tuam operatur ſalutẽ, tuis cõpatiens lapſibus, in recõmendatione materna tibi medicinam prouidit, & apud iuſtitiam ſuam efficacem tibi cõſtituit aduocatã. Ille vero, qui primo meruit huius medicinæ ſanitate potiri, diſcipulus ille, quẽ diligebat Ieſus: qui ſicut in cæteris, ſic & maxime fuit in iſta recommẽdatione dilectus, non mediocriter ditatus fuit ampliatione, virtutibus & meritis ac ſupplicationibus huius ſacratiſſimæ matris. Nec quiſquam humanæ pietatis amore pro cõpaſſione Virginis moueatur, ꝙ pro filio Dei acciperet filium Zebedęi: & ꝙ pro mo-
F rienti Chriſto pro ſucceſſione tenendus eſſet Ioannes: quoniam Chriſtus nec ſe filiũ Virginis denegauit, & indubitatam reſurrectionis proximę fidem alma Virgo tenebat. Propterea talis filiatio non erat oportuna. Nec ita Virgo abſorbebatur doloribus, vt talia quæ augebantur myſteria ignoraret: Chriſtus vero non pro eo ꝙ moriebatur, hoc agebat ſenſualiter, vel humanè, ſed vt vere virtus & gratia demum æterna fęlicitas adderetur. Tertia confęderatio eſt admirationis generalis: propterea ſubditur a Matth. 27. cap. ꝙ a ſexta hora tenebræ factæ
G ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam, vt verificaretur quod Amos 8. cap. ſcriptum eſt: In die illo occidet ſol in meridie, & obtenebreſcere faciam terram. Stupendum quidem miraculum fuit hoc, per vniuerſum orbem ilico & vno momento obſcuratus eſt ſol. Nam ſicut accenſa lucerna in domo, ſubito per radios non obſtatos totã domum illuminat: ea vero celeritate, qua extinguitur in omni parte domus tenebrę diffunduntur. Sic cum lumen viſibilis mundi radius ſolis ſubito fuit extinctus, immo ipſe ſol in ſuo corpore ob-
H ſcuratus: totus ſenſibilis mundus in omni parte ſui obtenebratus eſt, vt inter mundi ſapientes & ſtudentes in motibus ſyderum notaretur eſſe miraculum præter ſolitum naturæ curſum, & conſuetum eclipſationis modum: quæ nunquam in ſole agitur, niſi cum inter ſolem & terram in toto vel in parte luna interponitur: & tunc luna librabatur in inferiori emiſperio ſuper terram deorſum, ſol vero in ſuperiori emiſperio ſuper terram in altioribus ſuæ ſperæ partibus ferebatur. Inſuper Dionyſius in epiſtola ad Policarpũ dicit, ſe tẽpore paſſionis Chriſti fuiſſe in Ægypto: & diligẽter notaſſe multa miracula in tali ſolis eclipſatione. Ecce ꝙ aer obſcuritate veſtit in teſtimoniũ ſceleris,

A ſceleris, quia innocens moritur. Eclipſatur contra naturam ſol, quia contra naturam patitur verus ſol, & auctori vitæ morienti nobilis lux condoluit. Et quodam iure vindictæ, datæ ſunt tenebræ ignoranti mundo, quoniam mundus Dei filium non cognouit. In myſterium quoque voluit Deus circuncidere oculos hominum cum tenebris denſis, ne viſus in obiecta forinſeca vagaretur: ſed vt ingrederetur ad cor ad conſiderationem eorum, quæ contra Dei filiũ agebantur. Diemque vertit in noctem, vt in-
B tentior fieret conſideratio & contemplatio arcanorum tam his, qui prope: quam his, qui longe filij Dei paſſioni aſtabant. Quod quidem in Athenienſibus in poſterum patuit, quando ex illis tenebris annotato tempore quo factę ſunt, magna lux fidei in eorum cordibus interluxit. Obſtupuerũt quidem ſolem contra naturæ ordinem eclipſari, vt non pars ſolis ex interpoſitione lunæ, quæ totum tota etiam obex facta eclipſare non poſſet, ſed totus diuina potentia ſit cõuerſus in tenebras, qui tunc vltra capere nõ valentes, pro ignoto Deo aram fieri decreuerunt, ſicque futuræ memoriæ caracterib9 mandauerunt. Ad illam autem ciuitatem prædicator gentium veniens cum Ariopagitis facto congreſſu, vt ſcribitur Act. 17. c. Dionyſium conuertit ad fidem: cauſam principalem differens, quare per omnem terra-
C rum orbem illo die tenebræ ſunt diffuſæ. Nec non quem illi Deum ignotũ dicebant, vt notum eis diffiniuit & prædicauit. Quod autem de tenebris dicitur, ꝙ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. ſ. a duobus Euangeliſtis: ab alio quod tenebræ factæ ſunt, & ſol obſcuratus. Sed vnum ex altero ſecutũ eſt: quia ex obſcuritate ſolis, quæ cępit ſexta hora, tenebræ ſequerentur vſque in horam nonam, in qua Chriſtus voluit expirare antequam tenebræ pellerentur. Poſt expirationẽ vero illico cætera ſigna ſunt ſecuta. Nec etiam a myſterio vacat, quod ab hora ſexta vſque ad horam nonam, id eſt, per tres horas tenebræ factæ ſunt: vt innuatur apertè,
D quod tres ſunt expulſæ virtutes, vel potius in hominibus eclipſatæ, in quibus anima peccatis mortua reuiuiſcit, vt eſt fides, ſpes, & charitas fructuoſa. Et tres in anima hominum ſunt ebetatę potentiæ, vt pro pter hominum ſcelus huiuſmodi committeretur ſcelus, vt in carne moreret̃ Dei filius.

*Quomodo Chriſtus tripliciter propter noſtram dilectionem a patre extitit derelictus in cruce. Cap. 4.* E

QVartus autem Chriſti inflammans amor in cruce fuit miræ derelictionis, & de hoc ſubditur: Et circa horam nonam, ſ. inceptam, nondum tamen finitã, exclamauit Ieſus voce magna dicens, Hely heli lamazabathani. hoc eſt, Deus me9, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Exclamauit autem Ieſus ad patrem, vt homo in doloribus cõſtitutus mortique propinqu9. voce magna clamauit, vt eum audirent in cruce pendentem & de proximo morientẽ, quem ſuauiter vbique docentem contempſerunt. Simulque hoc clamore admonet nos diligenter penſare, ꝙ verè non diligimus Deum, ſi pro loco & tempore non exponimus nos ad quæcunque difficilia pro amato: atque congeminans ſubdit, Deus me9, creatione: Deus meus, vnione: vt quid dereliquiſti me? Tripliciter enim fuit Chriſtus propter amorem noſtrum derelictus a patre. Primo per condemnationem, ſecundo per priuationem, tertio per onerationẽ. Primo enim per condemnationem. Nam, vt dicitur Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. ſ. per condemnationẽ ad mortem pro ſalute noſtra. Propterea ſentiens anima Chriſti ſuper ſe recipere diram ſententiam pro omnib. peccatoribus pondus dolorum omnium perfectè contemplans, quaſi ad patrem querula admiratione proclamat dicens, vt quid dereliquiſti me? quaſi dicere velit, Sic propter amorem humani generis paſſionibus & cõtumelijs mortis opprobrioſè a te traditus ſum, vt quaſi illius beatæ vnionis, & inuiolabilis communionis, quo in Dei ſuppoſito iſta dolorata natura inſerta eſt, tu pater zelo iuſtitię videaris oblitus. Secũdo autem derelictus eſt Chriſtus a patre per priuationẽ. ſ. ſpiritualium conſolationum. Nam cum in cęteris Dei electis pro ſuo honore certãtibus & patientibus influxus diuini dulcoris quaſi totam ſupportauerit, & temperauerit vehementiam illati doloris: ſolus ipſe Ieſus quantum ad hoc eſt præter cęteros in paſſionib. derelictus, ita vt nulla gaudij & dulcoris redundãtia fieret ab habitu & ab actu ſuæ gloriæ in naturam, q̃ patiebatur, ſic ꝙ mitigaret paſſionis acerbitatem. Et hoc vt tantũ immensè pateret̃, quãtum illa natura paſsibilis pati poterat, oĩ ab eo refrigerio ſe parato. Et hoc q̃dẽ atteſtat̃ virtuali ꝑfectioni

*Quõ Chriſtus ĩ cruce vocauit patrẽ Deũ congeminando vocẽ vt exprimeret maiorem affectum.*

F

*Chrs tripliciter a pr̃e derelictus. Primo.*

G

*Sc̃do fuit derelict9.*

H



A ni omnium habituũ mentis Chriſti. Nã q̃to fortius patitur virtus, nullo alio experimẽtato dulcore, niſi ipſiuſmet amatæ rectitudinis: tanto eſt ſublimior actus, qui ab ipſa ꝓcedit. Ratio huius eſt: quia culmen virtutis patientiæ principalius, & eſſentialius cõſiſtit in virtuali fortitudine, & ſui habitus, & illius actus, qui magis ſpecificus eſt, quàm in alijs ſibi annexis: vnde qui plus habet de illo, plus habet ſimpliciter de culmine patiẽtiæ veræ. Et idẽ iudicium eſt de quacunq; virtute. Actus autẽ principaliſſimus ipſius patiẽtiæ eſt nullo offenſiuo, nulla moleſtia, nulla ratione impatientiæ vitio locum da-
B ret: ſed tunc virilis, & robuſtus amor ſeruãdi patientiã, & fugiendi omnẽ ipſius impatientię deordinationem eſt principaliſſimus actus eius. Conſtat autẽ, ꝙ quanto difficilior, & pœnalior eſt tentatio, quæ infertur: tanto difficilius eſt nõ cedere ei. Vnde cæteris paribus, maius eſt grandem moleſtiã, q̃ modicã ſufferre. Et iterum maius eſt ęqualem moleſtiam ſuſtinere ex ſolo robore habitus virtuoſi, & conatuum voluntatis habituatæ per eũ, q̃ facere hoc cum aliquibus adiutorijs aſſiſtentib. habitui, & voluntati. Hunc aũt ſummæ patientiæ ſtatum etiam aliquibus ſingulariter electis, q̃nque
C Dñs impertitus eſt, ſicut fecit patientiſſimo Iob: In quo, vt plenius probaretur robur virtutis eius, vr̃ Deus ceſſaſſe a talibus immiſſionibus ſpiritualium conſolationum, atque dulcorum. Propterea non immerito Iac. 5. proponitur Iob vna cũ Chriſti morte in ipſius patiẽtiæ ſingulare exemplum. Idẽ videtur accidiſſe in Paulo. 2. Corint. 1. cum ait: Quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, vt tæderet nos etiam viuere. Et hæc eſt penuria, de qua ad Philippen. 4. c. idem Apoſtolus ait: Scio abundare, &
D penuriam pati. Hoc etiam ſtatu Beata Virgo ad literam, & myſtice probata eſt. quod quidem manifeſtè oſtendit, cum Luc. 2. c. in reinuentione filij ait, Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. de quo ſtatu etiã Ioſeph participẽ eſſe oſtendit. Tertio quidem derelictus eſt Chriſtus ab æterno patre per onerationem: quia ipſe ſolus onus ſuæ paſſionis portauit, eo ꝙ ipſe ſolus pugnauit ex propria gratia ab omni adiutorio liber, cui gratia ſua, tanq̃ radici meriti debebat cõnecti. Vnde Eſa. 63. ipſe Dominus ait: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Nam tota dolorum ſuorum fiebat ſupportatio in ſeipſo, quia nulla creatura plene poterat ei compati, ſed ipſe patientis, & compatientis tenuit in ſe actus, atq; dolores. Vnde ad modũ magni, & ſpatioſi maris, intra cuius abyſſalẽ ambitũ ipſius inundationes, & fluctus ſemetipſos illidunt: ſic dolores animæ Chriſti mirabilibus in ſe refluxibus, & reciprocationibus, quaſi infinitorũ reſpectuũ capacitate, immẽſurabilis mẽtis illius ſemetipſos illidendo cõtinue perſtringebant. Vnde in perſona illius Propheta ait, Veni in altitudinẽ maris, ſ. amaritudinũ & dolorũ: & tẽpeſtas demerſit me. Nullus autẽ Sanctus ſic potuit derelinqui, quia nullus vnq̃ habuit gratiam, nec habere poterit in æternũ, niſi gratiæ Chriſti inſertam: immo nulla gratia aliquid eſt, niſi id ꝙ ipſe Chriſtus in ſeipſo dignatus eſt facere. Et iõ nullus relinquitur in paſſione, neq; in aliquo virtutis actu, q̃n ſit Chriſtus, qui patitur & agit in illo. Quod autẽ dicit, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? Conſonat Pſal. 21. in quo Propheta loquitur in perſona Chriſti pendentis in cruce, dicens: Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti? longe a ſalute mea verba derelictorũ meorũ. Secundum enim Hiero. Chriſtus cecinit hunc in paſſione pſalmum, atq; ſequentes vſq; ad verſum illum, In manus tuas commendo ſpiritum meum. Quod autẽ Matt. 27. ſubditur, Quidam illic ſtantes, & audientes dicebãt, Helyam vocat iſte: Sine videamus, an veniat Helyas liberans eum. De ignorantia cruci aſſiſtentium, & non intelligentiũ Chr̃i linguã ꝓuenit, q̃ noĩe Hely ſuũ patrẽ inuocabat. Sæpe etenim fit, vt defectu male intelligentium vnum pro altero interpretetur.

*Tertio Chrs fuit derelictus*

E

*Simile.*

F

*Pſal. 21.*

G

*De triplici admiranda ſiti Domini Ieſu Chriſti pendentis in cruce. Cap. 5.*

QVintus vero Chriſti inflamãs amor in cruce fuit atractionis in admirabili ſiti oſtẽſus: propterea ſubditur, Sciens aũt Ieſus, q̃m oĩa cõſummata ſunt: vt cõſummaret̃ ſcriptura dixit, Sitio. Fere omnia, in Chriſto erãt completa tormẽta, & myſteria paſſionis: hoc tñ reſtabat prædicẽte ſcriptura, ꝙ ꝓxime moriturus ſitiẽs potaretur aceto, Sitio, propterea inquit. Triplici enĩ ſiti ſitiebat propter amorẽ noſtrum amoroſus Ieſus. Prima fuit corporalis, ſecunda ſpiritualis, tertia vero mortalis. Prima. n. ſitis extitit corporalis. Ad literam enim Chriſtus ſitiuit, tanq̃ ſanguine, & humore corporis exhauſto. Eſt nihilominus aduertendum, ꝙ ex Matthæo, & Marco

H

*Triplici ſiti laborauit Chrs.*

A Marco ad literã bis legimus Chriſtũ fuiſſe potatũ, ſemel non pendenté antequã confi geretur in cruce Et iterũ circa horã nonã, cũ ſm̃ Ioannem, Sitio proclamauit. In prima enim datum eſt ei vinum mirrhatũ cum felle mixtum: & cum guſtaſſet noluit bibere. In ſecunda vero exprimitur acetum tantum. Nam ſm̃ Ioannem, cũ Chriſtus dixiſſet, ſitio: ſubditur, Vas ergo poſitum erat aceto plenũ. Et ſtatim Matth. addit, Et continuo currens vnus ex eis acceptã ſpongiã impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Et ſtatim Ioannes ſubdit: Cũ ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit, cõſum-B matum eſt: vt ex iſtis duabus potationibus verificaretur quod de hoc propheta ait, Et dederunt in eſcam meam fel. ſ. ante ſuã cru cifixionem. Et in ſiti mea, i. quãdo ſitio proclamaui, potauerunt me aceto. Quod auté vas aceto plenum paratũ erat, magis ex malitia ad paſſionis augmentũ, quàm fortuito caſu factũ eſſe credendum eſt. Ipſa quoque ſpongia arundini ſuperpoſita myſticè manifeſtat, quales erant qui in eius paſſioné cõuenerant. Cauernoſa eſt enim ſpõgia, & ex omni ſe cum immittitur imbibit illa liquores, vt intus & extra appoſitis illa liquoribus madefiat. Sic enim erat damnata conditio Iudęorum, vt intus & extra cõtra Chri-C ſtum amaritudinis pleni eſſent & cauernoſi ad ſuſcipiendũ inuiſibilem regulũ & aduerſus Chriſtum malignitatis omne commẽtum. In arundine vero, qua nõ ſolum oblatus eſt Chriſto amarus potus, verumetiam percuſſum eius caput: cum vacua ſit & ab ariditate ſic dicta, Iudæorum & torquentiũ Chriſtum omnium bonorum vacuitas & a virtute ariditas demonſtratur. Acetum vero, quod fuit natura vinum, ſed alteratione in amaritudinem eſt conuerſum, naturam oſtendit Iudæorũ, & crucifigentiũ Ieſum, qui cum eſſent natura boni a Deo creati, ex horrendis affectionibus, odijs & inuidijs, atque ex corruptis moribus contra Chriſtũ in amaritudinem crudeliſſimã ſunt conuer-D ſi. Quantum putas verbum filij quærentis potum præcidit præcordia virgineę mẽtis, quæ in tanta anxietate videns filium ſuum mori & lugubri voce potum expetere, reperit ſe nõ habere vel modicũ ſimplicis aquę, vnde poſſet ei⁹ mitigare ardoré: deuotè.n. pẽſate, ꝙ conuerſa ad populum diceret eis: O fratres & filij mei dilecti, cõpatimini, & mei, filio meo dilecto amore Dei obſecro facite mihi hanc conſolationé, date aliquãtulum potũ filio meo antequã moriatur, &

*Acetum quod fuit ſubminiſtratum Chriſto in Cruce ad ſignificabat.*

parco vobis de omni iniuria mihi illata. Se-E cunda auté ſitis ſpiritualis fuit. Per primã aũt ſitim iam dictã introuehimur in altiora ſecreta & admiramur myſteriũ charitatis Chriſti, dũ verbum corpori cõpetens tã mire animæ ſpiritualiter cõmendauit exprimens per corporis vocé vehemẽs in anima ſua deſideriũ ſalutis noſtræ. Triplex.n. deſideriũ, quaſi tres materias ſitis, erga nos habebat amoroſus Ieſus. Primũ noſtræ redẽptionis, ſecundũ noſtrę reformationis, tertium noſtræ glorificationis. Primum inquã deſiderium erga nos habuit Chriſtus, ſ. noſtrę redemptionis. Nec tamen ex accidẽti, qa Deus homo erat, ei affuit hæc ſitis: ſed ꝙ F erat æternũ atq; ſecretũ in trinitate beata: humanatus filius demonſtrauit in carne tẽpore videlicet paſſionis, quando noſtræ redemptionis myſteria celebrata ſunt. Nec decebat tale deſideriũ alio in tẽpore aperiri, niſi eo tẽpore quo redemptionis noſtrę precium per morté & ſanguinem ſoluebatur: quanquã figuris & enigmatibus ſępe in veteri teſtamento ſit oſtenſum, prophetiſque multipliciter ſit reuelatũ. Secundum vero deſideriũ habuit Chriſtus, ſ. noſtræ reformationis: videlicet vt deformatæ imagines animarũ reformarentur ad imaginem Dei, ad quã tempore creationis formatæ extiterãt. Propriũ quidẽ eſt & bona & bene inſti G tuẽtis magiſtri, quieſcere nõ niſi reſtauraret, ſi deperit aliqd ex euẽtu. Et ſollicitorũ nũciorũ eſt feruẽter cõmiſſis inſiſtere quouſq; iniuncta perficiant. Acceperat in mandatis a patre filius æternus in tẽpore nũcius & magiſter vt reuocaret errata, reſtauraret deperdita, & ex imis atq; depreſſis replerẽtur ſupernæ nationes. Tertiũ quoq; deſiderium habuit Chriſtus. ſ. noſtræ glorificationis: ſicut enim quod deſideroſè bibitur, delitioſe recipitur & ſubito traijcitur ad intima cordis: ſic & Chriſtus in ardore amoroſæ ſitis oẽs electos ſuos delitioſe bibit & ſibi incorporat: & ad ſui corporis intima vocans ad arcana gloriæ delectabiliter intro-H ducit: vnde de ſeipſo Io. 12. c. prædixerat, d. Ego ſi exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad meipſum: ait.n. ſi exaltatus fuero, in cruce tanquã bellator ſuper regalẽ & militarem equũ aſcendẽs, ac deindẽ tanquã triũphator vires omniũ hoſtium ſuorum, quaſi ſub ſuæ crucis pedibus tenens: dicit, oĩa traham ad meipſum. i. oẽs electos ex omni parte orbis, & ex omni genere hominum trahã ad gloriam ſempiternã: quia vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Dicit autem omnia,

*Triplici deſiderio affectus Chriſtus erga nos.*

*Primum deſideriũ.*

*Secundũ deſideriũ.*

*Tertium deſideriũ.*

maximè



A maximè propter tria. Primo vt inuat, quod reprobi quaſi pro nihilo reputãtur, & quaſi pro tanto ſunt extra omnia entia. Secũdo, vt in electorũ vniuerſitate doceat eſſe quãdam integram totalitatem vniuerſi, ꝑ quã omnia dici poteſt. Tertio, vt ſecundum cõmunem loquendi morem, quo quando triumphantes omnia quæ ſunt in regno iã capto, prout volumus iam ſumimus, dicimus nos omnia trahere ad nos. Admiranda eſt igitur iſta ſitis Domini noſtri: Et mirum equidẽ eſt, ꝙ fons ſitit, imo ꝙ omniũ aquarum redundantia ſitit. Et qui omnium B ſitim venerat tollere patitur ꝙ ab alijs venerat auferre. Inuitauerat ipſe mulierem de Samaria, vt ab eo expeteret aquæ ciphum, ne in æternum ſitiret: & nunc patitur ſitim. Quid eſt hoc, niſi quia caput noſtrum pro nobis ad patrem, ſitio, altè proclamat. Pro nobis omnibus loquit̃ ſe ſitire conteſtans: velut caput pro membris & deſideriũ, quod genus humanũ hr̃e debet glorię ſempiternæ Chriſtus expreſſit pendẽs in cruce. Proinde ſitim exprimens ſitim a nobis poſcit: vt ſi nos ſitit, & nos ſitiamus ad eum, quẽadmodum Pſal. prædocuit di. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, qñ veniã & apparebo ante faciem Domini. Tertia ve-C ro ſitis Chriſti ĩ cruce fuit mortalis, quia in cruce mori ardentiſſimè affectabat. O amor omnia vincens, qũo ſuperaſti in bono Ieſu omnem mentis & corporis cruciatum. Nã licèt diuinitas ad ſolum tricenarium annorum numerum, vel circa, terminauerit mentis Ieſu immenſurabiles eſſe dolores atque corporis cruciatum, ad ſolum trium horarum reſtrinxit ſpatium: non tamen fuit charitas Chriſti horum artatione contenta, niſi inquantũ fuit diuinæ voluntati cõformis: Sed ſimpliciter & totaliter & liberè, quantum ex ſe fuit, ſi diuinæ voluntati placuiſſet D ab eo tantum pondus exigere, ſed obtulit pro toto æterno: vnde dilatauit vitam ſuã ꝑ deſiderium ad quoddã ĩfinitum viuere & ad ſuſtinendum infinitas mortes perfectè ſe offerẽdo ad omnes rationes, de quibus infra dicemus in principali tertia parte huius ſermonis. Et ſi voluntas reputatur pro facto in quocunq; peccatore, gratia ĩformato, qñ. ſ. facultas abeſt, pro quanto & quaſi infinitiſſimo ſacrificio reputata & accepta fuit a patre talis amoroſa volũtas in ipſo homine Deo. verè igitur reconciliationis ſacrificiũ & noſtræ redemptionis ꝓcium infinitũ plus beatiſſimæ trinitati placabile fuit, quam totius mũdi culpę ei potuerint diſplicere. Ex-E pergeſcere ergo, o anima mea, morte Chriſti redempta: & regratiare charitati cordis Ieſu, non ſolum pro trium horarum cruciatu, ſicut actum fuit in patibulo crucis: ſed pro toto amoroſo affectu ſuæ mentis, quo factus eſt Sacerdos & Pontifex in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech: neque initium, neque finem habens, id eſt, non habens terminum in ſuæ longitudine & latitudine charitatis.

*Pia exhortatio ad aĩam.*

## *De triplici perfecta conſummatione: quæ tempore Paſsionis Chriſti pro noſtra ſalute completa eſt. Cap. 6.*

F

SExtus inflammans amor Chriſti pendẽtis in cruce fuit mirę conſummationis. Nam finis præcepti eſt charitas, & potiſſimè charitas crucis. Vnde Ioan. 15. Domin⁹ ait. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Propterea ſubditur: Cũ accepiſſet Ieſus acetum, dixit, Conſummatum eſt. Triplex enim eſt cõſummatio amoroſa, qua propter nos cõſummatur & perficit̃ omnis ꝑfectio noſtræ ſalutis. Prima eſt conſummatio corporalis, ſecunda eſt cõſummatio ſpi-G ritualis, tertia eſt conſummatio legalis. Prima eſt conſummatio corporalis, quę. ſ. facta eſt in incarnatione Dei filij. Nam conſummata ſunt omnia, quæ prędixerũt, aut ꝓnunciauerunt Prophetę Chr̃m venturũ ad nos, naſciturum pro nobis, conuerſaturum nobiſcum, & peracturum, docturum, dicturũ, paſſurumque tanta pro nobis. Conſummata ſunt enim in eius corpore tempore paſſionis omnes anguſtiæ, omnes illuſiones, omnes peregrinationes, omnes laſsitudines, omnes fames, omnes ſites, omnes vigiliæ, omnes pęnæ, omnes lachrymæ, omnia H flagella, omnia ſputa, omnia ſuſpiria, omnia deſideria. Et ſi conſiderantur omnia Chriſti membra, omnia conſummationem ſui corporis manifeſtant. Nam paſſus eſt in pedibus non ſolum confixione clauorum, ſed etiam multa fatigatione itineris in ſuæ vitæ diſcurſu, prædicando cum multo labore: In tibijs ſupportando corpus in laboribus ſuis: In genibus procidendo ac genuflectendo: In cruribus, corpus ſuſtinendo: In omnibus iuncturis, ſæpe multo labore laſſatus, vtpote tener & delicatus tã duris laboribus ſubditus, vigilando & orando, prædicando, clamando, ſuper dura ſtramẽta iacen

*Conſummatio triplex.*

*Chr̃s paſſus eſt in omnibus membris.*

do,

A do, immo ſepæ in terra pernoctãdo, in deſerto 40. diebus, & 40. noctibus lectum, nec domum habuit ad quietem. Et ſæpe cũ diſcipulis pauperibus & deſpectis fuit in multis locis viliter & auſtere receptus, imò aliquando reiectus. Vnde Lu. 9. c. ait, ꝙ Samarithæ non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. Sed & generationis membra quæ in nobis ſunt pudoris, in circunciſione dure fuerunt vulnerata. Membra autem inteſtina deſeruientia nutrimento afflicta fueruut ſæpe indurata fame. Membra vero vitalia ac reſpirantia, ſicut cor & pectoris concauum & ſimilia, ex-
B titerunt afflicta in multorum ſuſpiriorum & gemituum aſſumptione pro ſalute noſtra. Scapulæ & coſtæ corporis lateraq;, dorſum & vniuerſaliter omnia mẽbra dure in flagellatione fuerunt afflicta, in qua ſuperficies ſuæ delicatæ carnis, ac teneræ fuit doloroſe dilacerata & ſanguine rubricata. Brachia fuerunt durè ac ſtrictè ligata: & quantum credo, hincinde ante & poſt contumelioſe retorta: tam in horto, quàm in domo Cayphæ, Annæ, Pilati, atque Herodis: a quibus omnibus locis ligatus proceſſit. Humeri fuerunt afflicti dura crucis portatione: & tunc credo collum fuiſſe af-
C flictum camo in eo appoſito, per quem ad maiorem cõtumeliã traheretur. Aures fuerunt repletæ opprobrijs & clamoribus. Nares fuerunt afflictæ fętore horribili ſputorum abominabilium Iudæorũ: Sed & facies ſputis abominabilibus deturpata fuit. Nec incõueniens eſt etiã cogitare, ꝙ ſputa illa immunda impulerint ſupra ſacra labia eius. Genæ & facies eius tota afflictæ & tumefactæ fuerunt tam alapis quàm percuſſionibus duris. Oculi fuerunt velatione confuſi, fletu multiplici reliquati ac multipliciter afflicti, dum illas diabolicas facies hoſtium ſuorum aſpiciebat inſpirantes in
D eum iracundiæ ignem. Vertex capitis dure fuit afflictus ſpinis & percuſſionibus. Demum cum quodlibet membrum Chriſti ac ceperit paſſionis ſupplicium, lingua quoq; non fuit immunis in amaro guſtu abominabilis potus, tam felleo ante crucifixionem, quàm nunc in potu aceti; vt ſic in amaritudine omnia eius cõſummata ſint membra. Vnde merito clamet, Conſummatum eſt. Conſummata eſt igitur Chriſti vita ſẽm beneplacitum ſui patris: Impletum eſt paternum imperium: Perfectum eſt denique finale obſequium. Conſummauit igitur, vt Gen. 2. c. primus recitat prophetarũ, creator

*Conſummatũ eſt. hoc verbũ ſolũ ꝓtulit Chriſtus ĩ cruce.*

E omnium Deus opera ſua ſexta die, & die ſeptima quieuit ab omni opere, qđ patrarat. Sic & Chriſtus in cruce ſexta die opera ſua recreationis perfecit & requieuit ſabbato in ſepulcro. Perfecit Noe arcã in centum annis, quã in vno cubito cõſummauit, vt in ea ſaluaretur humanum genus ibi duntaxat octo animabus humani generis reſeruatis. Cõſummauit Chriſtus in cruce ſalutem totius humani generis, ſi merito iuſtitiæ fuiſſet accepta in præcedentibus cunctis: ſimiliter & ſuſcepta in ſequentibus ſingulis. Quã ſalutem in cruce velut Noe in arca: in
F crucem & paſſionẽ aſperã pro noſtra ſalute in vnitate fidei conſummauit & cõſummationi conſummatio appoſita eſt in cruce. Secunda eſt conſummatio ſpiritualis: duo nẽpe ſpiritualia in cruce conſummata ſunt. Primo nequitia, ſecundo iuſtitia. Primo .n. conſummata eſt nequitia. Nã in omni peccandi genere hominum malitia forefecit. & nihil eſt mali, qđ prȩterierit delinquẽdo: vt ꝑter oĩa illa ſenſualia & ſpiritualia mala, quæ innumeris modis aguntur, ẽt vſque ad Dei negationẽ & colẽdo idola & ſimulacra cęleſti militiæ atq; ſydereę exhibuit cultũ, qui ſoli Deo debitus eſt. Sed poſt oĩa hæc, vt ꝑdixerat propheta, Cõſumetur nequitia
G peccatorum: nunc hęc nequitia cõſummata eſt, qm̃ nulla maior nequitia q̃ Dei filiũ interficere, & zelum legis inflectere ſuper eũ. Sed quod crediderunt, penitus nequiuerũt. Nã & ſi mortuus eſt ſemel ex carne, viuit tamen in æternũ ex Dei virtute. conſummata eſt tñ nequitia peccatorũ: nõ .n. humana ſeu malorũ nequitia poſſet prolabi in peiora. Secundo conſummata eſt iuſtitia, quæ quidẽ ex Dei bonitate ibi conſummata eſt, vbi nequitia conſummationẽ accepit. Nam Chriſto patiente atq; moriente, ſicut conſummata eſt nequitia, non per terminũ peccatorũ, ſed ꝑ exceſſum malorum operum: ita per Chriſtum conſummata eſt iuſtitia in opere redemptionis humanæ per paſſionẽ mortis atq; pœnarum. Nã ſicut peccatum
H cum conſummatum fuerit, generat mortẽ, vt dicitur Iac. j. c. ſic mors Chriſti cum conſummata fuit, deſtruxit peccatũ ipſum æternã generans vitã: vt eodẽ tempore atq; myſterio ſit per exceſſum & nequitia per homines: & iuſtitia per Dei filium conſummata. Ipſe enim ſemetipſum fecit noſtram iuſtitiã, cum iniuſte ad mortem cõdemnatus eſt. Tertia vero eſt cõſummatio legalis. Nã in Chriſti paſſione & morte conſummatæ ſunt omnes ſcripturæ, omnes figuræ, oẽs prophe-

*Q̃uo conſummanda iuſtitia, q̃ ex Dei bonitate conſummata eſt.*



A prophetiæ. Inſuper conſummata ſunt omnia prȩcepta, omnia promiſſa, omnia ſacrificia. Conſummatum eſt etiã teſtamentum nouum. Sed vt hæc conſummatio de Chriſto, de qua nunc loquitur, magis mentibus fidelium inclareſcat: altius intendamus ad prophetias. recurrentes veteres, ad quas cum ſcriberet Apoſt. 8. c. ad Hebr. quanquã permodicum aliter in prophetia, aliter in Apoſtolo litera ſonare videatur: ſenſus tamen potius quàm litera capiendus eſt. Inquit recitans 31. c. Hiere. Ecce dies venit, dicit Dñs, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domũ Iuda teſtamentũ nouũ.
B Nouum quidem teſtamẽtum a veteri multa diſtinctione atq; differẽtia diſcretum eſt. ſ. datione, tempore, loco, cauſa, effectu, ſacrificijs, cerimonijs, ſacramentis, obſeruationibus, traditionibus, promiſſionibus, ordine, dignitate, intelligentia, virtute, myſterio, executione & fine. Quod præceptum Chriſti incarnatione peractum, Chriſti natiuitate, vita, doctrina, promiſſione, teſtimonijs, miraculis, ſacramentis & paſſione pęnarum & mortis conſummatum eſt. Nam vt ipſe idem in 9. c. ſubdit: Vbi enim teſtamentum eſt, neceſſe eſt mors intercedat teſtatoris. Teſtamẽtum enim in mortuis cõ-
C ſummatum eſt: alioquin nondum valet, dũ viuit qui teſtatus eſt. Quamobrẽ Chriſtus moriens clamat, ꝙ teſtamentum nouũ cõſummatum ſeu confirmatum eſt, ſ. ſua morte intercedente. Nam in veteri lege diſpoſitio & firmatio teſtamenti erat in ſanguine & indulgentia & remiſſio peccatorũ, ſicut ſcriptura Leuit. manifeſtat, & Apoſt. aſſerit, 9. c. ad Hebr. Sic & noui teſtamenti confirmatio a Chriſto facta eſt in ſanguine ſancto ſuo, melius clamante pro nobis quàm ſanguis Abel, aut vitulorum, aut hircorum, aut quorũcunq; animalium veteris teſtamẽti. Proinde quoniã non in pluribus oblationi-
D bus placitum erat Deo, nec expiabãtur peccata in veritate, vt purgatio digna eſſet ad regnum: vna oblatione ſuijpſius ipſe Chriſtus omnia conſummauit, vt ibidem 10. c. Apoſtolus teſtatur dicens, Vna enim oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos. Conſuetudo quidem Regum & procerum mundi eſt, impreſſionem ſigni, ſiue ſigilli in fine appoſiti facere fidem ſcriptis, in quibus ſuis obſecutoribus atq; commilitonibus dona, ſeu prȩmia largiuntur, & ex appoſitione illa conſummata fertur merita ſeu grata largitio: Ita & Chriſtus teſtamẽtũ nouũ vitæ agendũ hæreditatiſq; ſupnæ

E crucis paſſione ſignauit & firmauit in illo cõtẽta appoſitione ſigni aſperrimæ crucis, in qua volũtariè ab apparitorib9 mortis ſe ꝑmiſit affigi. Has igiť tres cõſummationes ipſe Dauid ſpiritu prophetico lõge ante ſe vidiſſe teſtatur di. Omnis conſummationis vidi finem. O quam longa ſententia breuis verbi, in quo quicquid eſt a Deo decretum, quicquid eſt patribus repromiſſum, quicquid in ſcripturæ decurſu ſcriptum, quicquid eſt vtile & ſuperab undans ad ſalutis noſtræ precium, quicquid poteſt cogitari ad exprimendum amoris exceſſum, quicquid põt fieri ad glorioſum obtinendũ triũphũ, in breui verbo ſit mirifice conſummatum. F

### *Quòd per tria Chriſtus in cruce pendens omnes electos reduxit in Deum.*

### *Cap. 7.*

SEptimus autem inflãmans amor Chriſti pendentis in cruce fuit miræ reductionis. ſ. omnium in Deum: quia per crucem Chriſti amoroſe fuit leuatum ſignũ in nationes ad congregandũ profugos Iſrael. Nã Chriſtus mortuus eſt, vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum, ſicut Ioã. 11. c. ait. Et quia hic eſt omnium vltimus finis, ſ. vt ſit Chriſtus omnia ĩ omnibus ꝓpea Ieſus clamãs voce magna dixit, G Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtẽdit Euangeliſta tria, quæ in Chriſto moriẽte cõſiderare debemus, quibus oẽs electos per amorẽ reduxit in Deũ. Primo conſideremus vigorẽ, ſecundo amorẽ, tertio dolorẽ. Primo cõſideremus Chriſti vigorẽ, qui quidẽ patet ꝑ clamorẽ, quẽ moriens in cruce emiſit. In quo perualide potentiã virtutis ſuæ oſtẽdit in ſtatu, in quo cæteri moriẽtes vix poſſunt emittere modicũ flatũ: Vñ quaſi triũphali tuba certaminis victoriã manifeſtans oſtẽdit, ꝙ dolens vincebat, patiẽs ſuperabat, derelictus debellabat, & moriẽs H triũphabat contra aereas poteſtates. Ecce ꝙ infirmitas Dei virtutẽ atq; firmitatẽ diaboli vſquequaq; ſubuertit. Propterea Apoſt. 1. Cor. 1. auſus eſt dicere, Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominib9. Sed ego audacter addã, qđ infirmũ ẽ Dei, fortius eſt dæmonibus. Nã & dęmones infernales ad vigorem tanti clamoris non ſolũ territi, ſed ẽt totaliter ſunt deuicti atq; ꝓſtrati. Scđo cõſideremus Chriſti amorẽ, quẽ nobis Chriſtus moriẽdo mõſtrauit. Ait .n. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ. In hoc .n. oĩum electorũ ſuorũ ſpiritũ cauſaliter & exemplariter

A plariter ac ſacramẽtaliter cõmẽdauit & reddidit Deo patri. In anima.n. Chri vnita per oĩa deitati certa notitia ſcriptæ erãt omnes animæ ſuo ſanguine redimẽdę, quas vt animã ſuã ad ęternã gloriã dirigebat. Pro quibus in lachrymis & clamore valido exauditus eſt pro reuerentia ſua. Has ſiquidẽ patri animã ſuã recommendans, in ipſa oẽs patri ſuo altiſſimo recommendabat atque oẽs ſaluandas animas, velut ſuã vnã animã fecit, de qua patri dixit, Commendo ſpiritũ meũ. facit enim veriſſima charitas, quod eſt alterius eſſe ſuum. Proinde ſupereminens charitas Chriſti oẽm ſaluandã animã, ſuam B animã faciebat. Reor quidẽ pia fide hoc caput pro corpore exoraſſe. Caput vero & corpus perſonã faciũt vnã, cuius eſt anima vna: hoc igitur ſenſu Chriſtus orat velut corporis eccleſiæ cũ ipſo capite Chro eſſet anima vna, vt amoris eius vehemẽtia vnionis charitatis & fidei ſacramento myſticè dicat Chriſtus patri de ſpiritibus oĩbus ſibi adhęrẽtibus ĩ veritate quaſi de ſpiritu vno, Cõmendo ſpiritũ meũ. Quia ſm Apoſtolũ 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cũ eo, velut cedula quædã rationalis & viua oẽs prædeſtinatos ſcriptos habens aĩa Chriſti fuit commendata patri, vt non pro continẽte fuerit oratio facta, quia iã ſaluus C erat (compręhenſor.n. fuerat a cõceptionis inſtanti) ſed pro contentis emittebatur, vt paſſionis ſuæ & mortis meritũ obtinerent: vt quos anima Chriſti pteritos, præſentes atq; futuros dilexerat, ſaluarentur: quaſi fuerit Chriſtus hamus piſcationis ęternę & tanq̃ ſagena latiſſimæ charitatis in mari pręſentis ſæculi a diuinitate iactata, quę nũc ad litus paterni pectoris reducitur cum omni multitudine electorũ, vnaq; ſecum oẽs intra paterna viſcera collocauit, dum expiaret in mortem. Ineffabili perfundebatur amore anima Chriſti, eo ꝙ iuſſa paterna cõpleuerat, factus obediens vſq; ad mortem, D quia liberauerat vna morte ſua innumeras animas mortuas in peccatis, de illa tartarea poteſtate, ſub qua tenebantur inuitæ, cæteriſq; claudebat aditus, ne iterũ introirent, ſi ex fide venirẽt in meritũ paſſionis. Tertio quoq; conſideremus Chriſti Domini noſtri dolorem, quia inclinato capite emiſit ſpiritum. Inclinauit caput, magnum myſterium innuens præteritis & futuris. Erecta enim ceruice cõmiſſum eſt, vnde mulctatus eſt: atque ſuperba mente agitur, vnde contemptus eſt. Proinde moritur verſa vice capite inclinato, quia vultum defixit ad ima, ſicut valefaciens impio mundo. Caput quoque E inclinauit in morte in expiationem erectionis ad vetita, ſimulq; ſuaſit obedientiã, reuerẽtiam docuit, humilitatem in operibus vſquequaque monſtrauit, cum omni peracto myſterio inclinato capite expirauit. O anima mea, precioſo Chriſti ſanguine deſponſata: reſpice in faciẽ Chriſti tui, & vide ſpecioſiſſimũ forma præ filijs hominũ, non habentẽ ſpeciẽ, neq; decorẽ: quia vultus ille deſiderabilis Angelis ſuæ ſpecioſitatis rubore & virginali decore totus decoloratus caligantib. oculis ĩ morte palleſcit.

*Qũo Chriſtus inclinauit in morte caput.*

O quis dignè ſtupere queat illam tenebroſam eclipſim luminum oculorum gratioſiſ- F ſimorum benedicti Ieſu? O organum diuinitatis & pſalterium veri Dauid: & vox dulciſſima Dei patris, quis tibi interpoſuit ſilẽtium duriſſimæ mortis, vt iam auribus corporis non liceat amplius audire concẽtum tuæ dulciſſimæ melodiæ? O pectus ſacratiſſimum dulcis Ieſu, paternæ ſapientię contentiuum armarium gratiarũ, ꝙ inſufflas in faciem creaturæ ſpiraculum vitæ, quis te priuauit reſpiratione vitali? O ſacratiſſimæ manus, quæ veſtro ſaluifico tactu ſanabatis infirmos, nec dedignabamini piè leproſos contingere: quis vos tam crudeliter crucifixit? O pedes recti ſanctorum greſſuum, G qui veſtræ charitatis inceſſu virtutum omnium poſteris veſtigia reliquiſtis: quis veſtrum tã crudeliter turbauit inceſſum? Quis ergo mundum priuauit exemplo, & vos affixit crudeli patibulo? O caro amantiſſimi iuuenis, a Spiritu ſancto de caſtiſſimis viſceribus Virginis matris artificioſe concepta: quomodo diuulſa & dilacerata, liuida & ſanguine cruentata, affixa nunc manes in patibulo crucis? Væ tibi impia ſynagoga, quę omni fera crudelior vitam deuoraſti boni Ieſu: qui tibi pater & ſponſus & amantiſſimus filius a paterna charitate de regalibus ſedibus miſſus eſt. Plange & tu H doloroſa Hieruſalem, quæ olim ciuitas ſancta, nunc vero ciuitas homicidij, immo patricidij, quin potius Deicidij horrendo vocabulo nuncuparis. Aſſume lamentum ſuper tuam crudelitatem, exue te veſtimentis iucunditatis tuæ, induere cinere & cilicio. Non ceſſent oculi tui effluere fontes lacrymarum, quia in te ſaluator tuus occiſus eſt. Et tu Domine ſancte Pater de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo reſpice hanc ſacroſanctam hoſtiam quam tibi offert Pontifex noſter pro peccatis noſtris, & eſto placabilis ſuper ne-

quitia



A quitia populi tui. Conſidera & tu homo redempte, quis, qualis, & quantus eſt hic, qui pro te mortuus eſt: & verè omnium lapidum duritiem ſuperabis, ſi ad tanti rememorationem piaculi nec terrore cõcuteris, nec compaſſione afficeris, nec compunctione ſcinderis, nec pietate molliris.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Secundæ partis principalis de admirandis myſterijs, quæ ſuperuenerunt tempore paſſionis.*

B SEcundò cõtemplemur mundi horrorem. Horruit quidẽ tota machina mundialis tã immane ſcelus ab impijs perpetratum contra omnium conditorem atq; modis myſticis atq; apertis lamentum ſumpſit ſuper ſcelere perpetrato. In ſignum igitur huius lamentationis velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq; deorſum: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt. Iam enim Sole obſcurato manente, ſtatim Chriſto mortuo ſigna plurima ſubſecuta ſunt, vt perfidi homines ſignorum atteſtatione credere coge- C rentur, qui Chriſto ex ſua prædicatione credere noluerunt. Propterea non immeritò totus hic inſenſibilis mundus ſic colore ſuo priuatus eſt, vt creatori ſuo compati videatur, & in eius morte lugubre & funereum aſſumere veſtimentum. Et ſicut Hieron. ait: Omnis creatura cõpatitur Chriſto morienti: Sol obſcuratur, terra mouetur, petræ ſcinduntur, velum templi diuiditur, ſepulchra aperiuntur: Solus miſer homo non compatitur, pro quo ſolo Chriſtus patitur. Equidẽ primum poſt Chriſti mortem Euangeliſtæ ſignum aſſerunt templaris veli per medium ſciſſionem, vt clarius eluceſcat quòd iam re- D uelatis myſterijs vmbriſq; fugatis omnium patrum ænigmata & oracula prophetarum reuelant, cum morte Chrs cõſummatus eſt. Terræmotus etiam non immeritò factus eſt, cum terræ factor moreretur in terra. Tremuit terra moriente Chriſto, vt ſentiretur in vniuerſo terrarum orbe iniuſtitia mortis eius. Tremuit, ferre non valens quod plebs Iudaica ſuſtinebat. Tremuit, velut pauẽs ad tam inſolitas & impias paſſiones, vt omnium fidelium mentes credãt & cõtremiſcãt, qm̃ ꝓ iniuſtis iuſtitia, ꝓ impijs pius, ꝓ peccatoribus ſanctus, ꝓ hominibus in carne paſſus eſt Deus. Sciſſio verò ſaxorũ ſiue petrarũ, rerũ inſenſibiliũ, acclamatio fuit, quia auctor vitæ condemnatur E iniuſtè: cumq; hoĩes in tali iniuſtitia ꝓ veritate tacebãt, petrę ꝑ ſciſſuras quaſi per aperta labia clamabãt, & ſuo modo ꝓuocabant dura corda hominũ vt ſcinderent & recogitarẽt eũ, qui talẽ ꝓ peccatoribus ſuſtinuit paſſionẽ. Monumẽta ſiquidẽ multorũ aperta ſunt longè a remotis & de ꝓximo defunctorũ: & apparebant iã illa cadauera reſoluta, conſumpta in pulpis, diſcompaginata in oſſibus, & fortè plura ſcatẽtia vermibus. Et patebãt oculis intuentiũ omni remoto deſuper lapide ſepulturis illis dũtaxat, quorũ cadauera erant integrè atq; in aĩa cum Dño ſurrectura. Sicq; ſteterũt ab illa mortis ho- F ra, qua tremefaciẽs terręmotꝰ intonuit vſq; in horã, qua Dñs ab inferis rediens reaſſumpto corpore, in corpore reſurrexit: qui q̃dem cum Domino ſurrexerunt. Nec enim intelligendũ eſt cũ Chro mortuo ilicò ſurrexiſſe, & poſt reſurrectionẽ intraſſe Hieruſalẽ, vt apparerent multis: qa tunc Chrs nõ eſſet primogenitus mortuorũ, & primitiæ dormientiũ: ſed continuò Chro mortuo factus eſt terręmotus, ſaxa ſunt ſciſſa, & aperta ſunt monumẽta, & poſt reſurrectionẽ eiꝰ vſquequaq; vulgatã, ciuitatẽ intrauerunt & G multis apparuerunt. Qũo aũt putas materna viſcera de nouo cõquaſſata fuiſſe cõpaſſionis affectu ad filiũ morientẽ, qñ ſic vidit ꝓ immanitate flagitij ſuper ipſum flere luminaria cęli, terrã ſentiebat tremere ſub pedibus ſuis, ſaxa duriſſima cõtra naturã ꝑſcindi, ac mortuorũ tumulos aperiri? Ex quo nõ immeritò cõcludere poterat, ꝙ bene decebat illũ cordialiter flere, quẽ elemẽta inſenſibilia deplorãt. In hac igit̃ ſecunda contemplatione mundani horroris, tria etiã conſiderari oportet. Primò multorũ admirationẽ, ſecundò multorum obdurationẽ, tertiò multorum ablutionem. Primi admirati H ſunt ſecundũ naturã, ſecundi obdurati ſunt ſm culpam, tertij abluti ſunt ſm gratiam.

*Myſteria, quæ aduenerunt tempore paſſionis Chriſti.*

*Quare terra tremuit in morte Chriſti.*

*Sciſſio petrarum in morte Chriſti.*

*De ſtupenda admiratione, quam habuerunt quidam ex viſis ſignis.*

*Cap. 1.*

PRimò quidem conſideremus multorum admirationem. Et de hoc Matth. ſubiũgit, dicẽs. Cẽturio & qui cũ eo erant, cuſtodientes: viſo terręmotu, & his quæ fiebant, timuerũt valde, dicens: Verè filius Dei erat iſte. Alius Euãgeliſta ait: Videẽs aũt Centurio qđ factũ fuerat, glorificauit Deum dicens, Verè hic

**A** homo iuſtus erat. Artabatur enim ex multis Centurio, vt diceret Dei filium, quē vt hominem cruci cuſtodiebat affixum: Nam ſolē contra naturā viderat obſcuratū. Audiuit Chriſtum, quod quidē natura negat homini cōtinuò morienti, cū emiſit ſpiritū, alta voce clamaſſe: Senſerat inſolito motu pertremuiſſe terrā. Amplius in ſtuporem adduxerat patientia morientis & firmitas memoriæ in his, quę loquebatur: cum indulgentiā poſtulauit ꝓ his, qui eū torquebāt, & latroni paradiſum promiſit, & matrē nō morte perterritus diſcipulo cōmendauit: ꝓpterea aliqđ fidei expreſſit, ſed in maiori parte defecit, cū ſub p̄terito tempore ait, Verè filius
**B** Dei erat iſte. Quaſi credidiſſet Dei filiationem ſolutā eſſe ꝑ mortē: perfectū quid expreſſiſſet in fide, ſi dixiſſet, verè filius Dei eſt iſte. Si aūt addat̄ verbū alterius Euangeliſtę dicētis, Verè hic homo iuſtus erat. Similiter & complices Cēturionis tremefacti & admirātes dixerūt & meruerūt participes fieri orationis Chriſti orātis ꝓ crucifixoribus ſuis. Et omnis turba Iudæorum & qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebāt ꝑcutientes pectora ſua reuertebant̄. A ſęculo & vſq; in ſęculum nō fuit tale ſpectaculum, ꝙ tantus taliter moreretur.
**C** Spectaculum magnum, in quod deſuper pater, de terris mater, Angeli, dęmones, mortui, viui, patriarchæ, ꝓphetæ, amici & ęmuli varia intentione ſpectabant. Percutiebāt ſua pectora tremefacti Iudæi, verentes maiora pericula, nō tñ Chriſto fide vniti vt poſtulantes indulgentiā pericula euitarēt. Nō enim erat illa percuſſio emendatio, ſed ſolidatio ſcelerum commiſſorum. Reuertebant̄ ſiquidē ad ſuum domicilium, non ad Deū. Deuota verò familia Chriſti, quamquā fragilis ſexu, nō recedebat. Crucifixo aſſiſtebat excepta Virgine, fide carēs: & aīo timore ac dolore afflicta. Diuidebat̄ in ſitu, vt aliqua
**D** pars de prope, quæ adhærebat ardentius: aliqua de longe proſpectās aſtaret. Propterea ſubditur, Stabant aūt nòti eius a longe. Erāt eñ ibi mulieres multæ, quæ ſecutæ erāt Ieſum a Galilęa miniſtrantes ei: Inter quas erat Maria Magdalenę, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salome mater filiorum Zebedei, & aliæ multæ, quæ cum eo aſcenderant Hieroſolymam. Mulieres erant ſequentes magiſtrum, cui tanquam pauperi & nihil habenti vitæ neceſſaria, quibus egere voluit, de proprijs facultatibus miniſtrabant. Nec non & Virginem matrem venerabantur, quam videbant ſuper omnes fœminas virtutum omnium claritate pollen-
**E** tem. Hoc ſiquidem ſequendi filium alijs mulieribus præſtabat audaciam. Ecce proceres & magnates Dominum mundi tanquā turpiter mortuum lamentantes: Ecce Principes conuenientes ad funus: Ecce aſſiſtentes Reges tanto Domino morienti.

### *De obduratione multorum impiorum ex viſis ſignis, ac de cautela qua ſuæ temporali ſaluti prouidebant ſub pallio zeli & obſeruatione legis.* Cap. 2.

SEcundò conſideremus multorum obdurationem. Multi nempe ex viſis tam
**F** admirandis ſignis, nec ſunt corde compuncti, nec admiratione commoti, ſed magis in ſua pertinacia obdurati, ad obuiandū humanis periculis inſiſtebāt. Vnde notādū, ꝙ Chriſto iam mortuo ſuperuiuebāt latrones, aut non talibus exactis pęnis, aut quia ſic ſæuè vt Chriſtus, affixi non fuerant. Magis autem extimandum, ꝙ Chriſtus voluntariè non coactus, moriēs morte, omnes in myſterium voluit præuenire. Iudæi ergo, ſicut Ioannes ait: quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies ſabbati: rogauerunt
**G** Pilatum, vt frangerētur eorum crura & tollerentur. O peſſima ſuperſtitio Iudæorum, qui opinabantur contaminari die ſabbati, ſi ſtarent in patibulo corpora damnatorum: ſed contaminationem ſuæ mentis minimè videbant, qui Chriſtum ad mortem dirę crucis iniuſtiſſimè condemnauerant. Allegabāt autem præſidi reuerentiam ſabbati: ſed hoc malitioſe agebāt, ne propter ſigna facta moriente Chriſto, ſabbati quiete tumultus in populo naſceretur ex viſo in cruce corpore turba facilè mobilis moueretur, atq; præcauebant ad corpus illud fieri reuerentiam ꝓpter terrentia ſigna. Timebant etiam, quia
**H** intuebant̄ vult⁹ hominū & mulierū ſignorum nouitate mutatos: verebātur quoq; ne Chriſto pendente in cruce ſigna profluerēt ampliora. Cum iā Pilatus petita cōceſſiſſet: anteꝗ̄ eorum petitio executioni crudeli militū myſterio mādaretur, Ioſeph ab Arimathia acceſſit perſonaliter ad Pilatum & petijt corpus Ieſu. Miratus autem Pilatus, ꝙ iam mortuus eſſet: nec petenti & referenti cōmodans dignam fidem verum eſſe didicit ab accerſito Centurione. Exinde Pilatus Ioſeph conceſſit corpus Ieſu, vt ipſe illum tolleret, & qua vellet reuerentia ſepeliret.

*Multi viſis miraculis in morte Chriſti neque corde cōpuncti ſunt.*



**A** peliret. Venerunt ergo milites a Iudæis petiti, a præſide verò miſſi, & latronum crura fregerunt. Quod cum pia mater vidiſſet timens etiam, ne confringerent filij eius crura, confeſtim ſurgens ante milites humiliter genuflexit pijs ſupplicationibus ipſos rogans ne frangerentur filij ſui crura, cum manifeſtè iam exanimis appareret.

### *De ablutione ex apertione lateris Chriſti ſecuta, vnde formata eſt eccleſia.* Cap. 3.

TErtiò conſideremus multorum ablutionem, quæ de latere Chriſti mor-
**B** tui facta eſt: Nam deſpiciens Longinus pijſſimas preces matris, aperuit latus Chriſti: & de hoc Ioā. ſubdit: Ad Ieſum autem cum veniſſent, & viderūt eum iā mortuum, non fregerunt eius crura. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. O amor, qui oīa liquas: quomodo pro redemptione nr̄a reliquiſti dilectorem noſtrum. Nam vt vndiq; inūdaret amoris diluuium, ſuper nos ruptę ſunt abyſſi magnæ. ſ. penetralia cordis Ieſu, quibus ad intima progrediens dira lancea non pepercit. Tanto nanq; dolore nouiter
**C** percuſſa eſt Virgo mater męſtiſſima, cum vidit latus filij ſui dira lancea aperiri, ꝙ quaſi mortua cecidit inter brachia diligētium eā. Crurifragio iam peracto, illicò mortui ſunt latrones: & iuxta Iudæorum petitionem de patibulo eorum corpora ſunt ablata atque incurioſè humata ſꝫm abiectionem ꝓ criminibus morientium. Fuiſſet abſq; dubio ablatum corpus Ieſu & viliter abiectum, niſi Pilatus fuiſſet Ioſeph petitione præuentus. Quòd autem Chriſto crura fracta nō ſunt, diuina prouidentia factum eſt: cuius figura præceſſit in agno, de quo Exo. 12. prædictū eſt. Os non comminuetis ex eo. Non ꝙ figu-
**D** ra ſic fieri coegerit: ſed ꝗa ſic futurum erat, in figura præceſſit. In pręſagium myſtici corporis Saluatoris, cuius oſſa. i. perfecti atque conſtātes viri nullis tribulationibus vel aduerſitatibus in animo ſeu in moribus confringūtur, ſed ad omnia parati vſq; ad mortem ſemper inſuperabiles permanſerūt: ꝗa quamquā corpore victi, tñ in anima & moribus nunquam fracti. Apertio autem lateris facta lancea militis rememorat p̄teritū, quod dum factū fuit & fluxit hoc inſinuauit futurum, & futurū deuenit in præſens, & factum eſt p̄teritum, & velut in fieri expectabatur futurum. De latere ſiquidē Adā,

*Apertio lateris Chriſti quid ſignificet.*

**E** formata eſt Eua. Et hoc in apertione lateris Chriſti rememoratur præteritum, ſignificans hoc quod erat futurum. Et futurum, quando tunc aſſeruit pręſens factum: qm̄ ex ſanguine atq; aqua redempta eſt, formata eſt & lauata eccleſia, quia ſanguis exiuit & aqua. Sanguis in redemptionem, ſed etiam in ablutionem aqua defluxit: vnde formata eſt eccleſia ex latere Chriſti vt ęternè vnicā atq; dilectam a Chriſto ſe diſcat, & vt recognoſcat ꝗ̄ diſplicuit culpa, pro qua ſanguis diuin⁹ ex homine Deo viuo & mortuo ita defluxit. Non enim parua quantitate conſtitimus, ſi pro nobis ſanguis diuinus effunditur. Aqua enim ad lr̄am, non cum ſanguine
**F** indiſtincta defluxit. Neque enim potuiſſet ab inſipientibus comprehendi, ſi mixta cū ſanguine defluxiſſet. Et fortè totus ſanguis defluxit cum illo diuino corpore in ſignum totius amoris effuſi, poſt quē humor aque⁹ egreſſus eſt. Quod quidem eſt alto myſterio factum, vt prius egrederetur ex eodem corpore redimens p̄cium, deinde aqua in qua multitudo populorum redempta ſignificat̄. Sunt enim aquæ multæ, populi multi. Tñ qui ad Chriſtianam fidem pertinēt vnus fidelis populus ſunt, vt nō ſint aquę, ſed aqua quæ manauit ex latere Chr̄i, ſicut. 1. Cor. 10.
**G** Apoſtolus ait: Vnus panis & vnum corpus, multi ſumus. oēs quidem de vno pane & de vno calice participamus. Et iterū ad Eph. 4. c. inquit: Vnus Deus, vna fides, vnū baptiſma. Notāter tamen aduertendū eſt, ꝙ latus Chriſti apertum dicitur, non vulneratum: Qm̄ propriè vulnus p̄terꝗ̄ in viuo corpore fieri nequit. Non enim vulneratio, prout rerum experiētia ſonat, & mos vſitatus alloquitur, ſuper inſenſibilia cadit, percuſſionē, ſciſſionē ſeu apertionem & his ſimilia ipſa ſunt apta recipere. Ait eñ Euangeliſta Ioānes: Vnus militum lācea latus eius aperuit, vt aperto latere cognoſcamus dilectionem
**H** cordis ſui vſq; ad mortē: & ad illum ineffabilem amorē eius ingrediamur, quo ille ad nos proceſſit. Accedamus ergo ad cor eius, cor altum, cor ſecretum, cor omnia cogitans, cor omnia ſciens, cor diligens, imò amore ardens: & apertam portam intelligamus ſaltem in amoris vehementia. cordiformes ingrediamur ad ſecretum ab ęterno abſconditum, nunc verò in morte quaſi aperto latere reuelatum, quoniam apertio lateris ęterni templi apertionem demonſtrat, vbi omnium exiſtentium conſumata eſt felicitas æterna.

A

## Articvlvs Tertivs

*Secundæ partis principalis, de his qui concurrerunt ad deponendum de cruce & ſepeliendum Ieſum.*

TErtio contemplemur deuotorum dolorem. Aduespe raſcente iam hora, ſtabat mæſtiſſima mater cũ illa familiola parua in terra ſedens afflicta & laſſa, neſciens ſi dilectus filius eius de cruce deponi deberet, aut quorum auxilio id perfici poſ- B ſet. In tribus ſiquidem fuerunt tunc afflicta corda eorum, qui diligebant Ieſum. Primo in præparatione, ſecundo in depoſitione, tertio in ſepelitione.

*Quomodo Ioſeph & Nicodemus parauerunt inſtrumenta & alia, vt deponerent et ſepelirent Ieſum. Cap. 1.*

PRimo quidem afflicti fuerunt deuoti Ieſu in præparatione. ſ. ad deponendum & ſepeliẽdum eũ. Inter quos cõpaſſiua ſolertia Ioſeph & Nicodemus ſe diligentiſſimè obtulerunt. C Cum igitur eſſet ſero Ioſeph Pilati licẽtia iã obtenta de ſepultura Dñi diſponere ſatagebat. Hic non conſenſerat verbo, nec animo conſilio Iudæorum: quanquam non reſtitiſſet in faciem mente territus, & velut torrẽtem magnum irremediabili impetu defluẽtem cognoſcẽs animum Iudæorum, cui decreuit cedere, magis quam verbis ſteriliter repugnare. Non enim adhuc feruor amoris & fidei Chriſti Ieſu eius interna perfuderat. Timebat enim extra ſynagogã fieri, magis etiam mortẽ. Sed euge ſibi, ſi propter Chriſtum eum crudeli morte prę iſſet, quemad- D modum innocentia tacens & Iohãnes præloquens & præcurrens. Magna de eo Lucas Euãgeliſta commemorat, di. Et ecce vir nomine Ioſeph, qui erat decurio, vir bonus & iuſtus. Hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum ab Arimathia ciuitate Iudæ, qui expectabat & ipſe regnum Dei. Officiũ quidem ſuum rectè myſterio cõcordabat. Erat enim ſuper homines decem curã habẽs in ſeruitio reipublicæ, vt quaſi decem pręcepta ſeruans, iuſtus & bonus eſſet, & fide cõuerſus ad Chrm expectaret regnum Dei, quod verè credentibus promiſerat ipſe Chriſtus. Huic quoque adiunctus eſt Nicodemus, qui etiam occultus erat diſcipulus Ieſu: Nam in principio p̃dicationis Ieſu ad ipſum nocte venerat. Mirum quidem de ipſo occulto di- E ſcipulatu, cũ confeſſionem coram hominibus Chriſtus exegerit. Et Ro. 10. c. Apoſtol[9] ait: Corde enim creditur ad iuſtitiã, ore aũt confeſſio fit ad ſalutem. vnde ſi veri diſcipuli, quomodo occulti? Si autẽ occulti, qũo veri? Sed nempe in his oſtendit Chrs ſuam prouidentiam ad futura & præterita ſuper his, qui adhuc amore Chri non feruent: futurũ vtiq; erat, vt aliqui ſęuæ perſecutionis tpe ad horam ſe occultarent eſſe fideles in ſubſidiũ plurimorũ. Et qui percurrerit martyrũ geſta: hoc quod dicimus, non ignorat. Nam & charitas vera ſufficit ad ſalutẽ, & ſi F non ita feruens ſit, atq; perfecta, ꝙ penitus omnem timorem excludat. Multos enim legimus ſe occultaſſe ad tps, aliorum vtilitatibus ſe ſeruantes, ſed oportunitate adueniẽte tormenta aſpera ſubijſe pro Chriſto. Multos quoq; legimus corde pauido fugiẽtes, inuentos tñ lætiſſimè pro Chro mortis excepiſſe ſentẽtiam. Hocſiquidem in his duob[9] occultis diſcipulis myſticè ſignificari autumamus. Conuenientibus igitur ſimul his duobus Chriſti diſcipulis ad ſepeliendũ Ieſum, mercatus eſt Ioſeph ſyndonẽ ad inuoluendum corpus Chriſti, & libras ferè centum mirrhæ & aloes, ad vngendum detulit G Nicodemus.

*Inſtrumenta parauẽrũt Ioſeph et Nicodem[9] ad ſepeliendũ corp[9] Chriſti.*

*De nouo dolore quem habuerunt deuoti Ieſu, cum ipſum depoſuerunt de cruce. Capit. 2.*

SEcundo vero afflicti fuerunt deuoti ipſius Ieſu in depoſitione. ſ. corporis eius de cruce. Venerunt ergo Ioſeph & Nicodemus ad locum, vbi erat crucifixus Ieſus, deferentes inſtrumenta, cum quibus clauis euulſis poſſent deponere eũ. Quos vt H mr̃ vidit volentes deponere illum, quaſi de morte reſurgens reuixit paululũ ſpũs eius, & illis prout poterat auxilium cum cæteris miniſtrabat. Erectis diuerſis ſcalis vnus de manibus clauos extrahebat, ali[9] ne caderet corpus exanime ſuſtinebat. Stabat etiã mater Ieſu in altum brachia leuans, & manus Chriſti & caput dependentia recipiebat ſuper pectus ſuum. Quem cum attingere parũ valuit, iam non ſinebat eum, ſed in eius amplexum & oſcula ruens de ſuo dilecto licèt extincto filio ſatiari non poterat: Dumque de cruce in terram corpus depoſitum fuit, præ incõtinentia doloris & ĩmenſitate amoris irruit męſta mater ſuper faciem eius & faciem ſuã faciei Chri cõiũxit: & oſcula de-

*Qũo ſtabat Mr̃ Ieſu ad crucem vide Decachordum Virgineũ in expeditione horũ verbarũ.*

uota



A uota imprimens, quaſi mortua ſtetit, & tranſire ex hoc mundo viſa eſt. O quis & qualis planctus videre ſęculorum omnium regem veluti forefactorẽ de cruce depoſitum reuolui manibus modicæ familiæ aſſiſtentis, tractari manibus matris ad ſeipſam reuerſæ & corde cũ ipſo crucifixę. Stabat ad caput extincti Virgo Maria, quæ vehementer plangebat & faciem eius rigans per diuerſa ſuſpiria torquebatur. Intuebatur frontem & genas, oculos ſimul & naſum, oſq́; illius oſculabatur frequentius: ipſiuſq́; lachrimæ in tanta vbertate fluebant, vt carnem cũ ſpiritu totã in lachrymas reſolui putares. Quæ plangendi cauſa, quo hic iure copia lachry- B marum? ꝙ vnica vnici mater in hanc calamitatem deuenerit, vt cogeretur illum tam turpiter mortuum tangere: ſic aſpicere ſine crimine vulneratum, plagatum, vndique liuidum, vbique perfoſſum validè. Cui dum crucifigeretur aſtitit, eleuari eum in cruce proſpexit & percepit auribus blaſphemias æmulorum, dum altè clamaret audiuit: dum ſitiuit non valuit vt mater patienti filio dulcem porrigere potum, dum etiã moreretur inclinare caput aſpexit, & cor eius doloris gladius pertrãſiuit. Nunc autem ad doloris augmentum, tenet ipſum in ſuo materno & virginali gremio reclinatum, & officioſa C pro funere cogitur inuoluere mortuum ex aliena ope ſibi præſtitis linteis, quem natum infantẽ inuoluit vilibus pannis, & ad amaritudinis cumulum contra morem matrum ipſum cogitur ponere in alieno ſepulchro, quẽ puerum vagientẽ in paupere præſepio reclinauit. Plorabat implacabiliter & Magdalena ad pedes Ieſu, quos ſæpius oſculans, & lachrymis iterum rigans & lauans amplexabatur. O quis exprimere poſſet ſui cordis dolorem? quis exprimere valeret ſui cordis amorem? Dilectus etiam ille diſcipulus, & aliæ mulieres familiolę Chriſti, non ceſſabant a fletu iuuãtes inuoluere corpus Chri- D ſti Ieſu, & ad ſepulchrum illud deferre.

*De amariſſima ſepelitione Ieſu: & cum quanto dolore & fletu mater & cęteri deuoti eius reliquerunt ſepulchrum, & Hieruſalem ad domum Ioannis reuerſi ſunt. Cap. 3.*

TErtiò verò afflicti fuerũt deuoti Ieſu in eius ſepelitione. Dũ igit̃ Ioſeph & Nicodemus Dñm vellẽt ponere in ſepulchro, poſtulabat męſtiſſima mr̃ ſepeliri cum illo. Amplexabat̃ filium ſuum inexpli- E cabili amoris dulcedine, deoſculãs illum & dicens: Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei. Illum adhuc paululũ relinquite mihi, vt faciem eius ſubtracto velamine valeam contemplari & videndo aliquantulũ conſolari. Ponitur tandem Dñs in ſepulchro ac reuoluitur lapis ſuper illud: lapidem ſepulchri amplectitur & deoſculatur ac madefacit irriguo lachrymarum męſtiſſima mater: ac genuflectẽs & filiũ adorãs omni corde, & qua potuit voce filiũ benedixit. O quis enarrare valeret Magdalenæ gemitus & ſingultus ac cordis dolorem, cũ extinctum cernebat & in ſepulchro ponebat, quem diligebat anima ſua? Cumq́; in F his diutius moraretur męſtiſſima mr̃ vſque ad completorij horam, acceſſit Ioannes, cui eam commendauerat Chriſtus, lugenſq́; & ipſe multum: non enim poterat continere, leuauit eam lugentem. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, & afflicta ploratibus, pedibus ſtare nequibat. Attende anima mea, quantum duræ iaculationis aſpectus maternus contuitus præbet, quando a ſepulchro filij doloroſa auulſa, pallẽs facie, aſperſa ſanguine, cum anheloſis ſuſpirijs & gemitibus interruptis: & fletibus lachrymoſis vertebat ſe ſæpius męſta mater, dum tardo G greſſu rediret Hieruſalem, & locum in quo extinctum filium reliquerat proſpiciens; gemitus renouabat. Interim cum portę ciuitatis appropinquaret, fortè procurantibus ſororibus matris Dei, portata ſunt veſtimenta & capitis vela noua, & veſtes viduitatis quę illam induerunt, & caput eius velauerũt. Cumq́; hora iã tarda ingrederet̃ Hieruſalẽ, plorantibus cunctis, fęminę multę ſentiẽtes ploratus accurrẽtes pietate motæ ſup tã afflictæ mr̃is dolore, ad luctũ conuertebant̃ amarũ. Et illarum q̃dam ſequẽtes illã, cum ea plorabãt. Tã piè plorabat, & tã amarè dolebat beata Virgo, ꝙ vix poterat cõtinere lachrymas ꝗcũq; videbat vel ſentiebat H eã: fiebat luctus quocunq; trãſibat, plorabat ipſa, plorabãt & ambulãtes cũ ea, plorabãt multę veniẽtes ei obuiã. Sic tandẽ deducit̃ a plorãtib[9] quouſq; vẽtũ eſt ad Ioãnis domũ, in qua qñq; cum filio ſuo reſidere ſolebat. Quã cũ ingreſſa eſſet rememorans loca domus, in ꝗbus cũ ea fuerat conuerſatus filius ſuus: renouabat̃ plorat[9] & vlulat[9] lachrymabiliter dicẽs: Heu me dolentẽ, vbi eſt nũc filius me[9], vbi eſt honor me[9], vbi eſt lumẽ oculorũ meorũ, vbi corona capitis mei, vbi es tu gaudiũ cordis mei, vbi es vita mea, vbi es


affectus

A affectus meus, vbi ſolatium meum, vbi ſpes animæ meæ? Fili mi Ieſu, Ieſu fili mi. O fili mi Ieſu, O fili mi Ieſu. O amor meus Ieſu, o ſpes mea Ieſu. Nec erat, qui eam conſolari poſſet ex omnibus charis eius.

### *Tertia pars principalis circa Dominicæ paſſionis ſacramentum: de rationibus quare Dominus voluit in cruce mori, quæ in tres articulos diſtincta eſt.*

TErtiò principaliter in propoſito prophetę verbo inducimur a Chriſto ad ſenſum ſuorum vituperiorum & cõ- B fuſionũ, quia dixit, humiliatus ſum nimis. i. exceſſi in humiliatione. De quo exceſſu Luc. 9. cap. ſcriptum eſt, ꝙ Moyſes & Helyas viſi erãt in maieſtate: & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalẽ. De hoc quoq; ad Philip. 2. c. Apoſtolus ait: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Luc. quoque 24. ſcriptum eſt, Oportuit pati Chriſtum & ita intrare in gloriã ſuam. Et quodlibet verbum prædictum poteſt eſſe thema pro diebus præcedentibus hunc diem, aut pro feſto ſanctiſſimę crucis. Ante omnia tamen ponendum eſt ad intelligentiã dicen- C dorum, ꝙ ſecundum Alexan. de Ales, in 3. triplex eſt differentia inter pati noſtrum, & pati Chriſti. Primò, quia in nobis eſt neceſſitas ad patiendum, in Chriſto autem ſolummodo diſpoſitio abſq; vlla neceſſitate. Secundò, quia nos patimur, velimus nolimus: ipſe autem poteſtatem habuit ſuæ paſſionis, vt dictum eſt. Tertiò, quia nos paſſibilitatem habemus per cauſam, ſcilicet ex peccato: Ipſe autem paſſibilitatem habuit non per cauſam vel neceſſitatem aliquam, ſed ſola voluntate aſſumptam. Si igitur vis omnium, quæ fecit Chriſtus, & quæ paſſus eſt, veram ſcire neceſſitatem: ſcito omnia ex D neceſſitate fuiſſe, quia ipſe voluit. Vnde Eſa. 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. voluntatem verò eius nulla præceſſit neceſſitas, quaſi non fuerunt niſi quia voluit: ſi non voluiſſet, non fuiſſent. Hæc Alexan. Ex his igitur manifeſtè apparet, quòd ſola dilectio Chriſti & patris ęterni ad nos coegit eum tot & tanta pati, ſicut Ioã. 3. c. ſcriptum eſt: Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ ſuũ vnigenitum daret. ſ. ad acerbiſſimã mortem crucis. His igiť iã ꝑmiſſis aduertendũ eſt, ꝙ oportuit Chr̄m pati cõfuſionem & ſuppliciũ crucis ex triplici reſpectu. Primò reſpectu Dei, ſecundò reſpectu mali, tertiò reſpectu nr̄i.

*Inter pati Chriſti et noſtrũ differentia triplex.*

ARTICVLVS PRIMVS. E

### *Tertiæ partis principalis in quo continetur, quòd oportuit pati Chriſtum reſpectu cuiuslibet perſonæ ſanctiſſimę Trinitatis.*

PRimò quidem oportuit pati Chriſtum reſpectu Dei. i. reſpectu totius trinitatis. Primò quidem reſpectu patris, ſecundò reſpectu filij, tertiò autem reſpectu ſpirituſſancti.

### *Quòd propter tria reſpectu patris oportuit Chriſtum pati. Cap. 1.*

F PRimò enim oportuit pati Chriſtũ reſpectu patris: & hoc maximè propter tria. Primò propter pr̄is honorationem, ſecundò propter placationem, tertiò propter patris ordinationẽ. Primò inq̃ oportuit pati propter patris honorationem. Quælibet enim mortalis culpa dicitur infinita propter infinitum Deum, quẽ infinite offendit & inhonorat. Conſidera igitur nunc, ꝙ quantum Dei filius Chriſtus diligebat patrem, tantum tenebatur diligere illius gloriam & honorẽ, G & horrere ſuam inhonorationẽ, offenſionẽ & confuſionẽ. Quanto aũt plus illius honorem amabat, & inhonorationem horrebat: tanto plus ſatisfacere tenebatur pro iniurijs & inhonorationibus ſibi factis. Nullus autem modus ſufficientior, iuſtior & conuenientior erat ad ſatisfaciendum inhonorationibus & offenſionibus patris, quãtum ſumma confuſio & ſupplicium mortis Chriſti filij eius, qui in quantum homo dolere, humiliari, mereri, & ſatisfacere poterat ꝓ humana generatione offenſo patre: & inquantum filius Dei erat, meritum poterat in tantum multiplicare & dilatare, ꝙ infinitè ſatisfacere poterat pro infinita patris of- H fenſione: tanta erat capacitas illius animæ ex perſonali vnione, quã habebat cũ Deo. Secundò oportuit pati Chriſtum ꝓpter patris placationem: quia enim Chriſtus fuit Rex pacificus, & pacis mediator inter offenſum patrem & humanã naturã offendentẽ: tm̃ neceſſe fuit ei laborare ꝓ pace inter eos neceſſariò reformãda, q̃tũ inter illos dilexit pacẽ, & inimicitiã ac ſeparationẽ odiuit: & q̃tũ difficile erat has duas extremitates inſimul cõuenire, vt eſſent ſimul diues & paup in vnũ: Diues pr̄ in iuſtitia, & paup gen⁹ humanũ ex culpa. Vnde ad Eph. 2. dicit Apoſt. ad quoſdã in pſona totius humani generis:

*Primo ob patris honorẽ paſſus ẽ Chriſtus.*

*Secundo ꝓpter patris placationem.*

Vos



A Vos qui aliquando eratis longè. ſ. per culpę inimicitiam: facti eſtis propè. ſ. per pacẽ veram & vnitiuã in ſanguine Chriſti. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Et ſubditur, per crucem interficiens inimicitias ĩ ſemetipſo. Quantũ vtique laborare neceſſe haberent brachia fortiſſimi pugillis volentis cęlorum ſublimitatẽ inclinare ad ima, & terræ ponderoſitatem leuare ad alta, ita ꝙ in medio ſpatio in pacis oſculo conuenirent: Magis autem incomparabiliter laborare neceſſe fuit filium Dei Chriſtum, vt rigorem flecteret paternæ iuſtitiæ, & eleuaret pondus noſtræ grauiſſimæ culpæ. Tertio oportuit pati Chriſtum propter patris ordina- B tionem: quia enim ſicut in pręcedentibus dictum eſt, oportebat pati Chriſtum pro patris honore, & pro patris placatione: Ideo conueniens fuit Deum hoc præordinare & prædicere per prophetas, ac per conſequẽs neceſſarium erat hoc iam præordinatum & prænunciatum impleri. Vnde Dn̄s Matt. 26. c. inquit: Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, q̃a ſic oportet fieri. Et Mar. 8. c. Quoniam oportet filium hominis pati multa. Item ſm̄ Alex. de Al. in 3. Ordinauit ęternus pater noſtram redemptionem fieri per mortẽ filij ſui: quia ſi pater æternus hoĩem non liberaſſet, eſſet ei conueniens ſecun- C dum iuſtitiam: ſi aũt alio modo liberaſſet, eſſet ei cõueniens ſecundum miſericordiã: ſed ꝙ per paſſionem filij ſui liberaret, eſt conueniens ſecundum iuſtitiam, miſericordiam & ſapientiam. Secundum iuſtitiam quidem conueniens fuit: Dei enim iuſtitia eſt, quod nunquam peccatum impunè dimittat. Peccatum enim non ordinatur, niſi in pęna, ſecundum ſententiam Auguſt. in lib. de natura boni. Peccantes in ſuppliciis ordinanť, ſed peccatum aut ordinať de iuſtitia Dei ſtricta ut pecuniatur æternaliter, aut de iuſtitia, vt cum miſericordia, puniatur temporaliter: & ſic paſſio de iuſtitia eſt, quia D non poterat reatum ſolui per hominem purum. vnde Anſel. Homo. n. non poterat reddere, ſed debebat: Deus nõ debebat, ſed poterat. Oportuit ergo quod ſolueret homo Deus: homo qui deberet, Deus qui poſſet. ſecundum miſericordiam etiam cõueniens fuit: nam Deus non coegit liberum arbitrium hominum crucifigentium Chriſtum, vt crucifigerent eũ, ſed neceſſaria ad redemptionem donauit: vnde ſi cõpuliſſet ne poſſent ei intentare mortem, iam habuiſſet coactam vitam. Ex quo patet quod ex proprio nutu Chriſto intulerũt mortem: Deus

*Tertio q̃a a pr̄e fuit ordinatũ.*

E autem ex malo impetu eorum ex miſericordia bonum noſtræ redemptionis produxit debito ordine conſeruato: Secũdum ſapientiam quoque conueniens fuit: quia in hoc apparuit magna ſapientia Dei, quia ex malis pęnæ elicit tot mirabilia bona. propter hæc omnia, Luc. 22. c. ait Dominus: Et quidem filius hominis: ſecundum quod diffinitum eſt, vadit: verum tamen væ homini illi, per quem tradetur. Et Matth. 16. aduerſanti Petro paſſioni ſuæ, inquit, Non ſapis, quæ Dei ſunt. quaſi dicat, ſic a patre meo ordinatum eſt, huius ſententiæ eſt Alex. de Al. vbi ſupra.

### *Quòd propter tria reſpectu ſui oportuit pati Chriſtum. Cap. 2.* F

SEcundo autem oportuit pati Chriſtũ reſpectu ſui: maxime propter tria ſapientiæ myſteria, quæ filio appropriatur. Primo propter myſterium correſponſionis: hoc eſt vt reſponderet medela humano morbo, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur per Chriſtum Dominum noſtrum. Hinc Auguſtinus in ſermone de paſſione Dn̄i ait: Quicquid Adã in ligno perdidit, in cruce Chriſtus inuenit. Secundo oportuit pati Chriſtum propter myſterium ſignificationis. Conuenienter enim Chriſtus ſuſtinebatur a cruce, qui crucem ſuper humeros ſuos ipſe portauit. G Quod & ſi inſenſatis infidelibus, & paganis videatur ludibrium vanitatis, fidelibus tamen apparet altum myſterium veritatis & charitatis. Et maximè propter tria. Nam Chriſtus portauit crucem, primo ſicut Imperator, regale ſceptrum, ſecundo ſicut victor triumphum, tertio ſicut illuminator candelabrum. Primo enim portauit Chriſtus crucem ſicut glorioſus Imperator regale ſceptrum. Hinc Eſa. 9. cap. ait, Factus eſt principatus eius ſuper humerum H eius. Et iterum Pſal. inquit, Quia Dominus regnauit a ligno. Auguſtinus quoque exponens illud ad Gal. vj. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: ſcripſit di. Crucem in ea vt gloriemur Dominus ſuo geſtans humero, pro virga regni nobis commendauit. Quod eſt grande ludribium impijs, & vbi mundi philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit. Quod illi viſum eſt ſtultitia, Apoſtolo factum eſt ſapientia & gloria. Secundo portauit Chriſtus crucem ſicut victor

*Adhuc oportuit pati Chr̄m. & quare in Chr̄o paſſio fuit ꝑ paſſio, quia fuit in eo abſque allanimi perturbationi.*



trium-

A triumphum, ſcilicet in victorię ſignum. Vnde ad Col. 2. c. Apoſtolus ait: Expolians principatus & poteſtates traduxit illas palã triũphans. Tertio portauit Chriſtus crucẽ, ſicut illuſtrator candelabrũ, ſuper quo ponenda erat lucerna, de qua ipſemet Saluator Io. 8. c. teſtatus eſt, di. Ego ſum lux mundi. Aſcendit Dñs crucem, ſicut Doctor cathedram, vel pulpitum Prædicator. ſ. vt viã ac doctrinam doceat veritatis. Hinc Bern. ait: In altũ aſcendit, vt ab omnibus videretur. Clamori lachrymas addidit, vt homo compateretur. Ecce ꝙ crux facta eſt in paſſione Dñi cathedra ſapientiæ. De hoc. j. Cor. 1. c. Apoſtolus
B ait. Nos prędicamus vobis Chriſtum crucifixum Iudęis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudęis atq; Gręcis Chriſtum Dei ſapientiam & Dei virtutem. Et iterum in eodem c. ait. Verbũ enim crucis pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt: his autẽ, qui ſalui fiunt. i. nobis, Dei virtus eſt: quia ſcilicet per virtutẽ eius omnes theſauri ſapientiæ Dei humilibus & deuotis illius manifeſtat̃. Propterea Eſa. 22. c. ad aperiendum fidelibus ſapientiam crucis, eã ꝓmiſit Dñs dicens: Dabo clauem Dauid ſup humerum eius. Hac ſiquidem claue alta myſteria reuelantur per eum, qui habet cla-
C uem Dauid, qui aperit, ſcilicet illa myſteria per hãc crucem: & nemo claudit: claudit & nemo aperit, Apoc. 3. Hæc ſiquidem eſt ſapientia, quam ad Eph. 3. c. Apoſtolus per crucem comprehendere nos optabat, cum dicebat: vt poſſitis comprehendere cũ omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas & profundum: hoc eſt vt cõprehendamus, ꝙ ille qui paſſus eſt, erat Dei filius, qui habet latam dilectionem ſe extendentem vſque ad perſecutores & inimicos. Habet longitudinem. i. longam dominationem, quia eſt Alpha & O, principium & finis omnis rei. Habet altam dominationem,
D quia in nomine eius flectitur omne genu, cęleſtium Angelorum, terreſtrium hominũ, & infernorum demoniorum. Et habet profundam cognitionem: quia ſm Apoſtolum Col. 2. c. In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię Dei abſconditi. Tertio oportuit pati Chriſtum in cruce propter miſteriũ clarificationis. ſ. nominis eius. Licet enim filius Dei Ieſus per coniecturam ſeu per certam notitiam aut ſolũ quo ad nōis eius vocem ab aliquib. cognoſceretur ante paſſionẽ Saluator mundi, & haberet nomen qđ eſt ſuper omne nomen: tñ ſm Bonauen. in 3. diſt. 14. ſuper literam, abſq; dubio ꝑ paſ-

ſionem & crucem meruit ſui nōis clarifica- E
tionem. Clarificatio aũt nōis eius in hoc cõſiſtit, ꝙ cõiter homines nouerunt illũ, qui humana natura eſſe filium Dei apparuit & Ieſum Chr̃m. Quodlibet aũt iſtorum nomẽ eſt nomen ſuper omne nomen: Nam filius Dei nominat ꝑſonam in vna natura, Chr̃s & Ieſus nominat perſonam in duab. naturis: Chriſtus enim nominat perſonã in humana natura relatam ad diuinam: quia dicit̃ vnctus: Ieſus aũt nominat perſonam in natura diuina relata ad humanam, quia interpretatur Saluator. huius ſententię eſt Alex. de Al. in 3. Bonau. aũt addit: Et ideo in no- F
mine Ieſu Chriſti debet omne genu curuari, ſicut in nomine filij Dei. ſm autem hæc tria nomina filij Dei, triplex eſt clarificatio nominis eius. Prima eſt clarificatio certificationis, ſecunda diffuſionis, tertia expreſſionis. Clarificatur autem nomẽ filij Dei. Primo quantum ad certificationem: & hęc reſpicit notitiam nominis filij Dei. Secundo quantum ad diffuſionẽ: & hęc reſpicit notitiam nominis Chriſti. Tertio quantum ad rationis nominandi expreſsionem: & hoc reſpicit notitiam nominis Ieſu. hæc ſententia eſt Bonauen. vbi ſupra. Alex. quoque addit etiam vbi ſupra, quod nomen Ieſu idem eſt quod Saluator. Saluator enim tripliciter G
dr̃. Primò ex potentia ſaluandi, ſecundo ex habitu ſaluandi, tertio ab actu ſaluandi. Primò enim Ieſus dr̃ a potentia ſaluandi: & ſm hoc conuenit ei nomen ab æterno, & dr̃ impoſitum ab ęterno. Secundo autem dicitur ab habitu ſaluandi, & ſic ex tempore ab Angelo impoſitum eſt, Luc. 1. & hoc conuenit principio conceptionis. Tertio autem dicitur Ieſus ab actu ſaluandi: & ſecundũ hoc impoſitum eſt a Ioſeph, Matth. 2. Quia ei ab Angelo dictum eſt, vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ a peccatis eorum. quod dictum eſt ei ratione paſsionis futurę. Et hoc modo dicitur

*Ieſus dicitur ab actu ſaluãdi.*

meruiſſe per paſsionem huiuſmodi nomen H
Ieſus clarificationem, ſicut Phil. 2. c. Apoſtolus ait, Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltauit illum & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c. vſque patris. Hęc ſentit Alex. de Al. Sed obſtant Iudęi dicentes: Quid clarificatum eſt in nobis, & cognitus eſt Ieſus, id eſt, Saluator mundi, cum nec reperiamus illum Meſsiam, quem tandiu populus Dei expectauit debere nominari Ieſum. Sed ſecundum Eſa. cap. 9. aliter dicebat multipliciter



A citer nōiari. Vnde ait: Paruulus enim datus eſt nobis, filius natus eſt nobis. Et factus eſt principatus eius ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Ecce ꝙ inter iſta omnia ſex nomina minimè commemoratur Ieſus. Si enim nōiatus fuiſſet iuxta vaticinium Eſa. tenebamur ei credere & vtique credidiſſemus. Ad hæc rñdet Alex. de Ales, exponẽs illud ſuper Lucã. Et vocatũ eſt nomẽ eius Ieſus: ait ſm Bern. ꝙ illud nomẽ Ieſus, ĩ his
B oĩbus reperit̃ ſic expreſſum, & quodãmõ effuſum eſt. Nec omnino aut vocari poſſet, aut eſſet ſaluator mundi, ſi horum quippiã defuiſſet. Ideo exponit quodlibet dicẽs. Primo, ꝙ eſt admirabilis in voluntatum noſtrarum mutatione, ſeu in noſtræ ſalutis inchoatione. Vnde Gen. 32. ad Iacob Angelus ait, Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Secundo enim eſt conſiliarius in pœnitentiæ electione & vitæ ordinatione: propterea dicitur Eccleſiaſtici. 6. c. Conſiliarius ſit tibi vnus de mille, alioquin adducit conſiliarios in ſtultũ finem. Iob. 12. c. Ter-
C tio eſt Deus in peccatorũ remiſſione, ſine qua non eſt ſalus. Quis enim põt remittere peccata, niſi ſolꝰ Deus? Luc. c. 5. Quarto vocat̃ fortis in tentationis expugnatione. Nã ſi hoſtes ꝑualuerit, nõ eſt ſalus. Hic eſt fortis, qui alligato forti tanq̃ fortior arma tollit & vniuerſa diripit. Lu. 11. Quĩto dr̃ pr̃ futuri ſeculi, in ĩmortalitatis collatione, qua generamur ad vitã immortalẽ, ſicut per parentes carnales generati ſumus ad vitã corruptibilẽ. Et hoc eſt, quod Matt. 6. Dñs ait. Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. ſ. mercedẽ æternã. Sexto nominat̃ prĩceps pacis in noſtra cum patre reconciliatione, quia Deus erat in Chriſto mundũ
D ſibi reconcilians. 2. Corint. 5. In his oĩbus noĩbus natura Saluatoris reperit̃. ſ. Ieſus.

### *Propter tria etiam oportuit pati Chriſtum reſpectu ſpiritus ſancti. Cap. 3.*

Tertio quoque oportuit pati Chriſtũ reſpectu ſpiritusſancti. Et maximè ꝓpter tria. Primo propter charitatis oſtenſionem, ſecundo propter charitatis diffuſionem, tertio propter charitatis repetitionem. Primo in quantum propter charitatis oſtenſionem: propterea Bernar. in ſermone de paſſione Domini, ait: Propter

*Oportuit Chr̃m pati ob charitatis diffuſionẽ.*

nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus: E
nec pater filio, nec filius ipſe ſibi pepercit. Maior charitas eſt, cum quis ponat animam ſuam pro amicis. Illa vero maxima fuit, qua etiam pro inimicis animam ponere nõ deſpexit. Cum aũt adhuc inimici eius eſſemꝰ, reconciliati ſumus Deo in ſanguine eius, ſicut Ioan. 3. c. ſcriptum eſt: Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Vt hĩc diſcat humana tepiditas q̃tũ æternũ patrẽ teneamur amare, qui pro noſtra dilectione tradidit in mortem filiũ ſuũ. Idem quoque Berna. ſuper Can. ait: In paſſione Dñi tria F
ſpecialiter conuenit intueri. Opus, modũ, cauſam. Nam in ope quidem patientia, in modo humilitas, ĩ cauſa charitas cõmẽdat̃. Patiẽtia ſingularis, humilitas admirabilis, ſed charitas inæſtimabilis. Et iterũ in eodẽ loco inquit: O duri & indurati & obdurati filij Adam, quos nõ emollit tãta benignitas, tanta flamma, tã ingens ardor amoris, qui pro nobis ſarcinulis tã p̃cioſas merces expendit. Secundo oportuit pati Chr̃m ꝓpter charitatis effuſionẽ. Dilatatus quodãmõ amor Saluatoris Dñi nr̃i Ieſu Chr̃i in ara ardẽtiſſimę crucis ꝑ vniuerſum mundũ meritò diffuſus eſt, vt quaſi facta ſit crux ſuf- G
flatoriũ ſpũſſcti, ex duobꝰ lignis cõfectũ, in quibꝰ ferreis clauis cõficta eſt pellis ĩnocẽtiſſimi agni, vt vndiq; ꝑ vniuerſũ exufflet ĩcẽdiũ diuini amoris, nec exufflare deſiſtat ẽt ad ꝓfunda inferni & ad altiſſima paradiſi. Nã cũ ĩ terra fuerit crux Chr̃i defixa ſignificat manifeſtè, ꝙ virtꝰ amoris eiꝰ deſcẽdit ad inferos ad inferni portes æreas cõfringẽdas. Cũ aũt in altũ eleuata fuerit, aptè demonſtrat ꝙ virtus eius aperuit ianuam paradiſi, ſicut in fine articuli tertij huius tertiæ partis apparebit. Cornua vero ad oẽs quatuor mundi plagas extẽſa deſignãt, ꝑ crucẽ Chriſtum per totum vniuerſum orbem effudiſſe amoris ardorem. Quod etiã H
Ioan. 20. c. myſticè deſignauit, quãdo poſt reſurrectionẽ cũ oſtendiſſet diſcipulis ſuis manus & latus inſufflauit, & dixit eis, Accipite ſpiritum ſanctum: verificans quod Luc. 20. c. prædixerat dicens. Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt ardeat? In huius quoque myſterium Apocalyp. 8. ſcriptum eſt, quòd accepit Angelus thuribulum aureũ, & impleuit illud de igne altaris & miſit in terram. Quid ꝑ Angelũ, niſi Angelꝰ magni cõſilij Chr̃s? Quid etiam per thuribulum aureũ, niſi cor cõuenientius deſignatur? Altare quoq; quatuor cornibus in ſe diſtinctum dñicam crucem quatuor

A quatuor cornua in ſe habentem manifeſtè
demonſtrat. In qua quidem, iuxta Domini
præceptum, Leuit. 6. Semper inardet ignis,
cum ſit vtiq; fornax ardentis amoris Dei.
De altari igitur Angelus ignem accipit &
thuribulum implet atque in terram mit-
tit: cum Chriſtus per plenum meritum ſuę
crucis corda fidelium incendio diuini a-
moris inflammat atque accendit. Tertio
quoque oportuit pati Chriſtum propter
charitatis repetitionem: hoc eſt vt viſo ꝙ
tanta charitate dilexerit cor humanum in
tantum, quòd pro eius amore voluerit in
cruce mori, repetat verè & integrè ab eo-
B dem amari, ne inſenſata & dura ingratitu-
dine deprimatur & condemnetur. Hinc
Hugo de ſacramentis, lib. 2. ait: Qui crea-
uit te, ille redemit te: ne amorem tuum di-
uideres, partem creatori, partem tribuens
redemptori. Vnde & ipſe modus expan-
ſionis Chriſti in cruce non ſolum oſtendit
Chriſtum continuè præparatum ad om-
nia diffundenda in electos ſuos charitate
largiflua: verum etiam ad omnia attrahen-
da ad ſe virtute mirifica, & ad omnia am-
plexanda remiſſione plenaria, necnon &
ad omnia transformanda dilectione reci-
proca. Quod eleganter exprimit Cancel-
larius Philippus in quadam proſula ſua val
C de notabili & deuota. Vbi in perſona Chri
ſti crucifixi ad in gratum peccatoré ſic ait.

*Chrs paſſus eſt ob charitatis repetitionem.*

Homo vide quid pro te patior.
Non eſt dolor, ſicut quo crucior,
Ad te clamo, qui pro te morior,
Vide pęnas, quibus afficior:
Vide clauos, quibus confodior:
Cum ſit dolor tantus exterior. &c.

Hinc Ioan. j. canon. ſua, 3. c. ait. In hoc co-
gnouimus charitatem Dei, quoniam ille ꝑ
nobis animam ſuã poſuit. Rependenda eſt
ergo ei dilectio dulcis, ſicut Bern. de dili-
gendo Deo hortatur dicẽs. Dignus eſt pla-
nè diligi, qui nos redemit. Præſertim ſi ad-
D uertatur quis, quos & quantum amauerit.
Et iterũ alibi ait: Super omnia te mihi red-
dit amabilem bone Ieſu calix, quem bibi-
ſti: opus noſtrę redemptionis.

### Articvlvs Secvndvs.

*Tertiæ partis principalis quòd oportuit pati Chriſtum reſpectu triplicis mali.*

SEcundo oportuit pati Chriſtum reſpe-
ctu mali. Et maximè contra triplex ma
lum nobis contrarium. Primo contra dia- E
bolum, ſecundo contra peccatum, tertio
contra infernum.

*Propter tria oportuit pati Chriſtum reſpectu dæmonis. Cap. 1.*

PRimo quidem oportuit pati Chri-
ſtum contra diabolum: & maxi-
mè propter tres cauſas. Primo,
vt deciperet eius malitiam, ſe-
cundo vt confunderet eius ſuperbiam, ter-
tio vt minueret eius potentiam. Primum
contra eius intelligentiam, ſecundum con-
tra eius voluntatem, tertium contra eius F
facultatem & poteſtatem. Primo vt deci-
peret eius malitiam. Fuit enim crux piſcan
tis Chriſti baculus vel arũdo deitatis, qua-
ſi hamus: ſed caro extitit eſca. Solet enim
pro piſcibus capiendis in hamo pro eſca
vermis apponi: propterea Chriſtus per pro
phetam de ſe ait, Ego ſum vermis & nõ ho
mo: præſumens igitur diabolus de aſtutia
ſua, aſcendit ſuper brachium crucis, vt at-
tente perſcrutaretur ſi reperire poſſet in
Chriſto culpam, ſecundum glo. Thob. 6. c.
Dumq́ue eſcam humanitatis deglutire mo
litus eſt, diuinitatis hamo extitit compræ-
henſus. Vnde Iob. 40. de Domino ait: In o- G
culis ſuis, quaſi hamo capiet Leuiathã. Et
iterum in eodem: An extrahere poteris Le
uiathan hamo? Hinc & Gregor. in Homi-
lia: Diabolus in virga crucis tranſglutiens
carnem humanitatis, transfixus eſt hamo
diuinitatis. Secundo autem oportuit pati
Chriſtum, vt confunderet diaboli ſuper-
biam. Vnde Eccleſiaſtes. 9. c. myſticè ſcri-
ptum eſt: Ciuitas parua, & pauci in ea viri:
venit contra eam Rex magnus & vallauit
eam, extruxitq́ue munitiones per gyrum
& perfecta eſt obſidio. Inuentus in ea vir
pauper & ſapiens liberauit eam per ſapiẽ-
tiam ſuam & nullus deinceps recordatus H
eſt hominis illius pauperis. Myſticè autem
eccleſia ſancta eſt, de qua propheta inquit:
Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Quæ
vtique parua eſt per humilitatem, quia in
ea ſolus Deus inhabitat, ſicut Eſa. vlt. c. ait
in perſona eius: Ad quem reſpiciam, niſi
ad pauperculum? Et pauci in ea viri, ſcilicet
reperiuntur, comparatione malorum. Nã
ſicut Matth. 22. c. ait: Multi ſunt vocati, pau
ci vero electi. Rex autem magnus, qui cõ-
tra eam venit, diabolus eſt: quia ſicut Iob
penult. c. ſcriptum eſt, Ecce rex magnus ſu-
per omnes filios ſuperbiæ. Qui etiam ma-
gnus,



A gnus, ſcilicet per ſuperbiam nuncupatur.
Talis autem Rex contra ciuitatem venit ꝑ
ſuggeſtiones, vallat offerendo multiplici-
ter delectationes. Extruit munitiones: ꝓ-
curando peccati occaſiones. Et perfectè ob
ſidet, cum multiplicantur mandatorum trãſ
greſſiones. De his Luc. 19. c. Dominus ait:
Circundabunt te inimici tui vallo: & cir-
cundabunt te & coanguſtabunt te vndiq;
& ad terram proſternent te: & filios tuos,
qui in te ſunt: & non relinquent in te lapi-
dem ſuper lapidem. Vir autem pauper &
B ſapiẽs, Chriſtus eſt: qui vir eſt a virtutis ro-
bore. Vnde Hiere. 31. Mulier circundabit
virum. Et pauper eſt, quia in cruce nudus
mortuus eſt. Vnde 2. Corinth. 8. Apoſtolus
ait: Cum eſſet diues, propter nos egenus
factus eſt. Sapiens quoque eſt: vnde 1. Co-
rinth. 1. Chriſtum dicimus Dei virtutem &
Dei ſapientiã. Iſte a quærentibus inuenit, ſi
cut ipſe Mat. 7. c. ait. vñ ibid. Apoſt. Nos aũt
ꝑdicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis qui
dem ſcandalum, Græcis autem ſtultitiam.
Ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis
Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiã:
C quia quod ſtultum eſt Dei ſapientia eſt ho
minibus. Nam Iob. 26. dicitur, prudentia
eius percuſſit ſuperbum. Et nullus recor-
datus eſt hominis pauperis illius, ſcilicet,
compatiendo. Vnde Amos 6. c. Nihil com
patimini ſuper contritione Ioſeph. Hinc
Thren. 3. ad hanc memoriam ipſe Domin⁹
nos exhortatur, dicens: Recordare pauper-
tatis & tranſgreſſionis meæ & abſinthij &
ſellis. Tertio oportuit pati Chriſtum, vt
minueret diaboli potentiam: quæ quidem
per paſſionem eius vtique diminuta eſt. Et
hoc triplici ratione. Primo ratione alliga-
tionis, ſecundo ratione abſolutionis, ter-
tio ratione defenſionis. Primo enim per
paſſionem Chriſti potentia diaboli diminu
ta eſt ratione alligationis: quia. ſ. per Chri-
ſti paſſionem alligatus eſt diabolus in abyſ
D ſo. Vnde Apoc. 20. c. Io. ait: Vidi Angelum
deſcendentem de cœlo habentem clauem
abyſſi & cathenam magnam in manu ſua:
& appræhendit draconem ſerpentem anti-
quum, qui eſt diabolus & ſathanas: & li-
gauit eum per annos mille, & miſit eum in
abyſſum & clauſit: & ſignauit ſuper illum,
vt non amplius ſeducat gentes, donec con
ſummentur mille anni. In quibus ſacra-
tiſſimis verbis Ioan. tria myſteria reuelan-
tur. Primum, ſcilicet Paſſionis, ſecundum
ligationis, tertium ſignationis. Primum,
quod hic reuelatum eſt Ioanni, eſt myſteriũ

*Chrs paſſus eſt vt minueret Diaboli imperiũ.*

paſſionis. Et de hoc dicit, Vidi, ſcilicet, per E
reuelationem: Angelum, magni conſilij, ſ.
Chriſtum, deſcendentem de cęlo. i. de alti-
tudine ſua: non ſolum vſque ad incarnatio
nem, ſed etiam vſque ad humillimam paſ-
ſionem, ſicut ad Phil. 2. c. Apoſtolus ait: Hu
miliauit ſemetipſum, factus obediens vſq;
ad mortem, mortem autem crucis. Haben
tem clauem abyſſi, ideſt poteſtatem clau-
dendi abyſſum. Abyſſus enim dicitur ab a,
quòd eſt ſine, & byſſo, quaſi ſine byſſo &
candore. Et deſignat ſpiritus infernales,
qui priuati ſunt luminibus gratiæ & glorię F
Dei. Vnde Iob. 28. dicit: Abyſſus non eſt in
me, ſ. lumen gratiæ ſeu gloriæ, ſed omnis
tenebroſitas malitiæ, culpæ & pœnæ. Hanc
quidem abyſſum clauſit Chriſtus, quando
per paſſionem ſuã arctauit & limitauit ma
litiam ſuam, ne egrederetur ad actum. Et
cathenam magnam, ideſt poteſtatem dia-
bolum cingendi pœna. Per clauem ergo
& cathenã, Chriſti poteſtas ſignificatur: ꝑ
clauem. ſ. in quantum in eo clauſit exitum
nocumento: per cathenam vero in quan-
tum ſtringit eum ſupplicio. In manu ſua,
i. operatione paſſionis ſuæ, ſeu in libito vo
luntatis ſuæ. Secundum autem, quod reue-
latur Ioanni, eſt myſterium ligationis. Et G
ob hoc ſubditur, Et appræhendit, ſ. Chriſt⁹,
draconem, ſcilicet infernalem: qui ſic di-
ctus eſt propter eius violentam potẽtiam.
Eſt enim draco ſerpens, qui violentia op-
primere ſolet. Hanc poteſtatem Chriſtus
virtute ſuæ paſſionis appræhendit. i. tenuit
ſcilicet ne quantum vellet in actum prodi-
ret atque ſeuiret. Serpentem, ſcilicet per
inſidiantem malitiam. Vnde de eo Gen. 3.
dictum eſt: Serpens erat callidior cunctis
animantibus terræ. Antiquum, per conſue
tam & inueteratam nequitiam, qui eſt dia-
bolus, ſcilicet per deijcientem ſuperbiam.
Interpretatur enim deorſum fluens. Et H
ſathanas per aduerſantem duritiam. Satha-
nas enim aduerſarius interpretatur. Et li-
gauit eum, ideſt poteſtatem eius cohibuit,
ne quantum ſolebat ante eius paſſionem
electis nocere poſſet. Vnde Gregorius ſu-
per hunc locum: potentia diuinæ diſpenſa-
tionis aſtringitur, ne quantum nocere vel-
let effrenetur. Per mille annos, ideſt per to
tum tempus a tempore paſſionis vſque ad
tempora Antichriſti, ſecundum glo. Et mi
ſit eũ in abyſſum, de qua ſupra dictum eſt.
Et clauſit: hoc eſt poteſtatem nocendi iu-
ſto limitauit. Et de hoc Iob. 38. Quis clau-
ſit oſtijs mare, ideſt diabolum, qui eſt ama-
mas

A rus & inquietus veluti mare, quaſi dicat: Non niſi Chriſtus, qui meritis crucis paſſionis ſuæ coercuit poteſtatem eius. Tertium, quod reuelatur Ioanni, eſt myſteriũ ſignationis. Et de hoc ſubditur: Et ſignauit ſuper illum, id eſt, ſignaculo ſanctæ crucis: ſic clauſum ſigillauit: quia virtute crucis fideles eum repellunt, vt non amplius ſeducat, ſcilicet per tentationes, gentes, ideſt electos in diuerſis gentibus. Donec conſumẽtur mille anni, ideſt donec compleatur vniuerſum tempus a paſſione Chriſti vſq; ad tempora Antichriſti, ſicut dictum eſt. Sed B nonne etiam tempore iſto multos ſeducit? Dicendum ꝙ & nunc ſeducit, ſ. eos, qui abutuntur, vel non vtuntur armis ſibi a Chriſto datis, vel quæ ſibi darentur, ſi vellent: de quibus armis ſtatim ſubdemus. Secundo etiam per paſſionem Chriſti potentia diaboli diminuta eſt ratione abſolutionis. Cũ enim diabolus non habeat poteſtatem in humano genere, niſi ratione peccati: iam alligata eſt poteſtas eius: quia in illis, qui baptizantur, abſolutus eſt reatus originalis & actualis culpæ. Vnde Apoſtolus ad Heb. C 2. c. ait: Oportebat pati Chriſtum Ieſum ꝑ mortem deſtruere eum, qui habebat mortis imperium, ideſt diabolum: vt ſic liberaret illos per mortem, qui per totam vitam erant obnoxij ſeruituti. Hinc etiam Chryſoſt. exponens illud Matth. 27. Si filius Dei es, deſcende de Cruce, ait: immo quia fili⁹ Dei eſt, non deſcendit de Cruce: quia ad hoc venit, vt crucifigeretur, & ſic genus humanum a morte liberaret. Tertio quoque per paſſionem Chriſti potentia diaboli diminuta eſt ratione munitionis & defenſionis. Secundum enim Alex. de Ales, in 3. habemus nempe primo poſt paſſionẽ Chriſti pluſquam ante multiplicia arma, q̄bus terrentur demones infernales. Inter q̄ D ſingulare munimen eſt contra omnia demonia, & contra eorum opera, inuocatio nominis Ieſu Chriſti, ſicut ipſe Matth. vlt. c. ait, In nomine meo demonia eijciẽt, &c. Et iterum propheta inquit, Sanctum & terribile nomen eius. Sanctum Angelis bonis, terribile angelis malis. Et iterum Eſa. 30 A voce Domini pauebit Aſſur: virga ꝑcuſſus Aſſur. Aſſur enim negatio interpretatur, & ſignificat diabolum, qui circũiens quærens quem deuoret, odio vacat vel ocio. Hic a voce Domini Ieſu fideliter inuocati, terribiliter pauet, tanquã ſi virga percuſſus eſſet. Secundo habemus ſignũ ſanctiſſimæ crucis, ad cuius aſpectum etiã omnes maligni ſpiritus expaueſcunt. In bapti- E zatis enim Chriſtianis caracter paſſiõis eſt ſignum crucis ex ſacramento baptiſmatis, quo poteſtas diaboli coercetur. Apoc. 7. dicitur quatuor Angelis, i deſt quatuor principalioribus demonibus dictum eſt: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frõtibus eorum. Tertiò habemus Angelos Dei, qui efficacius nos tuentur, quàm ante Chriſti paſſionem, eo ꝙ poſt incarnationẽ filij Dei generaliter amplius reuereantur naturam humanam. In cuius ſignum Angelus Ioanni volenti ſe adorare, ait, Apoc. 19. F vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimoniũ Ieſu. ſ. ſalutis. Quarto habemus eccleſiaſtica ſacramenta & fidem omnium prædictorum. Propterea ad Eph. 6. c. Apoſtolus hortatur nos, dicens: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Quinto habemus alia plura arma, ſicut ſcripturam ſacrã, documenta ſanctorum reliquias ſanctas & multa alia: quibus nũc ſi volumus, nos poſſumus defenſare. Sed dices: nonne poteſtatem habet diabolus etiam nunc vexandi G corporaliter eos, qui Chriſtiani ſunt, ſicut quotidie experimur in multis? Ad quod dicendum, ſecundum Alex. de Ales, vbi ſupra, quod diabolus etiam poſt Chriſti paſſionem etiam habet poteſtatem vexandi corpora, ſed non quorumcunque, nec qualitercunque. Poteſtatem enim habet vexandi corpora excommunicatorum ab eccleſia præciſorum, ſicut ſcribitur. 1. Corint. 5. de fornicatore, quem excommunicauit Apoſtolus dicens: Iudicaui huiuſmodi hominem tradere ſathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. Eorum vero fidelium corpora, qui ab eccleſia non ſunt pręciſi, poteſtatem vexandi non habet, niſi H quatenus a Deo permittitur, vel ad hominum correctionem, vel ad Sanctorũ exercitationem atque coronam, ſecundum ꝙ de beato Antonio reperitur, qui poſtquã fuit a diabolo flagellatus: dum quæreretur a Domino apparente ſibi, vbi eras domine, cum me demones flagellabant: a Domino audiuit, præſens eram, ſed victoriam expectabam. Ante paſſionem vero poteſtatem habebat demon vexandi corporaliter omnes, præter illos, qui ſolo ſpeciali priuilegio a Domino tuebantur, ſecundum ꝙ de ſanctiſſimo Iob ſcriptum eſt, Iob cap. 1. vbi diabolus de Iob ad Dominum ait: Nonne

*Diminuitur diaboli potẽtia.*

tu



A tu vallaſti eũ & domũ eius, vniuerſamque ſubſtantiam eius per circuitũ? Non tñ ſemper vtebatur diabolus antiquus ſibi tradita poteſtate puniendi per pęnam, vt maiorem haberet poteſtatẽ ſeducendi per culpam, ſicut nunc in excõicatis & infidelibus idem ſeruat. Manifeſtiſſimũ quoq; ſignum eſt, ꝙ per paſſionem Chr̄i potentia diaboli minorata ſit: eſt adoratio vnius Dei, & digna abominatio atque excluſio & abolitio idolatriæ ꝑ vniuerſum orbẽ facta poſt paſſionẽ Chr̄i. Quæ tñ idolatria ab initio legis vſq; ad Chr̄m deleri nũquã potuit ẽt in po B pulo Iudæorũ, vbi regnabat diuinus cult⁹. Et vbi ante paſſionẽ Chriſti ab infidelibus, per vniuerſum mundum diabolus in multitudine idolorũ ſpræto vno & ſummo Deo quaſi venerabať vt Deus, poſt Chriſti paſſionẽ ſpręto diabolo in idolis ſuis in tantũ dilatatus & magnificatus eſt cultus vnius Dei, tantumq; acceſſit mũdus ad vnitatem Dei credendam, intelligendam atq; colendam, vt etiam in tribus perſonis ſummè vnus & ſummè ſimplex eſſe credatur. Et a ſapientibus intelligatur, quod nunquam tantum fieri potuit in veteri teſtameuto.

C

## *Quod oportuit pati Chriſtum propter peccata noſtra. Cap. 2.*

SEcundo oportuit pati Chriſtum contra peccatum, tam originale q̃ actuale, vt mortem nr̄am moriendo deſtrueret, & vitam reſurgendo repararet: quod & fecit, cum in ara crucis immolatus eſt, ſicut propheta ait: Ibi confregit potentias, arcũ, ſcutũ, gladium, & bellum. Ibi enim in cruce Chriſtus confregit potentias, ſ. diaboli. Iſtæ nempe potentiæ peccata ſunt: quæ ſic ab effectu dicuntur, quia per illa potenter captiuum tenebat humanũ genus. Hæ ſiqui D dem potentiæ principaliter in quatuor diſtinguunť. Prima eſt potentia delectatiõis, ſecunda conſenſus, tertia opera, quarta vero conſuetudinis. Prima diaboli potentia delectationis eſt, q̃ per arcum ſignificať: Nã ſicut arcus ſubito ex improuiſo ferit, ſic ſubita delectatio ex inſperato mentẽ transfigit. Secunda eſt potentia conſenſus, & hęc per ſcutum intelligi poteſt. Sicut enim voluntas bona ſcutum contra diabolũ noĩať, iuxta illud, Scuto circũdabit te veritas eius: vel Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos: Ita voluntas mala, quæ conſenſum importat: ſcutum eſt diaboli contra Deum, ne poſſit ſagittis inſpirationis, aut gladio verbi Dei faciliter vulnerari, iuxta illud, E Sapien. 1. In animam maliuolam nõ introibit ſapientia: quia. ſ. reſiſtit ei voluntas mala tanquam clypeus: de quo clipeo dicitur Naum. 2. Clipeus fortium eius, equus ignitus, i. voluntas mala, atque malus conſenſus fortium eius, ideſt qui procedit ex demonibus, qui ſunt fortes contra humanum genus, eſt equus ignitus, quaſi dicat, Eſt ſicut clipeus beſtialiter per ſuperbiam eleuans caput mentis. Sed eſt ignitus igne ꝓprij amoris contra voluntatem Dei. Tertia demonis potentia eſt impij operis per F gladium denotati. Gladio nempe mali operis ſe & plerunq; alios peccator interimere ſolet. Propterea Eccleſiaſtici. 21. c. ſcriptũ eſt. Rõphea his acuta. ſ. contra ſe, & cõtra ꝓximũ oĩs iniquitas. Quarta vero potentia diaboli eſt malæ cõſuetudinis, qua quotidie Deus impugnať: & hęc denotať in bello, Quod fortis armatura diaboli cõtra Deũ & cõtra oĩa bona eius, ſit mala cõſuetudo, oſtẽdit Iob, 41. dicẽs. Corpus ei⁹ quaſi ſcuta fuſilia cõpactũ ſquamis ſeſe p̃mentibus vna vni coniungiť: & ne ſpiraculum quidẽ incedit per eas: vna alteri adhærebit & tenentes ſe nequaq̃ ſeparabunť, quaſi di G cere velit. Corp⁹ eius, i. tota multitudo malorũ hoĩum, qui per malã conſuetudinem pugnãt cõtra Deum & diabolũ defenſant: ſunt quaſi ſcuta fuſilia, ꝑ malarũ voluntatũ habituationẽ: cõpactũ ſquamis, per malorũ operũ frequẽtationẽ: ſeſe premẽtibus, per violentã coactionem: vna vni coniungiť, per pctõrum continuationẽ: & ne ſpiraculũ quidẽ incedit per eas, propter mẽtalem excæcationem: vna alteri adhærebit, per obduratam obſtinationẽ. & tenẽtes ſe, per obſtinatam deſperationẽ: nequaq̃ ſeparabuntur, per æternã damnationẽ. In quibus verbis notari poſſunt ſeptẽ gradus, quibus humanum genus, & quibus impius per ma- H lam conſuetudinem deſcendit ad ſupplicia ſempiterna. Has ergo quatuor, quas enumerauimus potentias diaboli: Chriſtus in cruce merito ſuæ paſſionis cõfregit, quẽadmodum originale peccatum. Vnde Apoſtolus Col. 2. c. ait, ꝙ Chr̄s nos conuiuificauit cũ illo, donans nobis omnia delicta: delẽs qđ aduerſus nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio affigens illud cruci. Chyrographũ, ſm Papiã, eſt manus inſcriptio. i. cautio, quæ fit inter creditorẽ & eũ, cui mutuať, vt depoſitũ nõ poſſit negari. Secundũ enim glo. decretum eſt ſententia cunctis

*Q̃uo Chr̄s confregit potẽtias.*

*Mala cõſuetudo sũt arma diaboli.*

*Decretũ quid.*

homini-

A hominibus aduerſa, quod Gene.2.c. Adæ in perſona generis humani dictum eſt, Morte morieris. Chyrographum dicit Adæ, ꝙ quaſi cautionem contra nos tenebat diabolus. Sed illud chyrographum Chriſtus tulit, cum nobis per crucem delicta condonauit. Ex hoc igitur patet, ſecundum Alexand.de Ales, vbi ſupra, quòd decretũ dicitur ſententia Dei reſpectu neceſſitatis mortis ſiue excluſionis a vita cæleſti. Chy- B rographum vero erat reatus peccati Adæ in totum humanum genus. Videtur ergo, ſecundum Alexand. de Ales, quòd chyrographum dicat culpam: decretum autẽ dicat pœnam, quæ ſequitur. Culpam enim deleuit Chriſtus per paſſionem & crucem: chyrographum cum purgauit originalem culpam, & deleuit decretum, cum amouit æternam pœnam.

*Oportuit pati Chriſtum vt ſanctos patres in lymbo exiſtentes a poteſtate diaboli liberaret. Cap. 3.*

C

*Chr̃s per mortẽ ſuã liberauit ſc̃os pr̃es.*

TErtio oportuit pati Chriſtum contra infernum, vt ſcilicet ſanctos patres liberaret de lymbo & diabolica poteſtate, ſicut per Oſeam. 13. cap. ipſe Dominus ait, Ero mors tua, o mors: morſus tuus ero, inferne. Quod quidem impleuit, quando per mortem ſuam antiquos patres de poteſtate diaboli liberauit: & tunc quidem infernum momordit, quia partẽ abſtulit, partem reliquit: ſed mortem quãtum ad electos omnino deſtruxit. Oportuit tamen Chriſtum ſanctos illos patres per paſſionem ſuam ab inferis liberare. Nam ſecundum Alexand.de Ales, vbi ſupra, licet in ſanctis illis per circuncïſionem deleretur culpa originalis, & per charita- D tem culpa actualis, & quantum ad maculam & quantum ad diuinam offenſam & quantum ad reatum gehennæ: non tamen quantum ad reatum carentiæ viſionis diuinæ. ratione cuius habebat poteſtatem diabolus detinendi eos in lymbo, de quo miſericorditer a Chriſto merito ſuæ paſſionis liberati ſunt, ſicut Zach.9.cap.ad ipſum Dominum ait: Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu. Et iterum Luc. 11. c. myſticè Dominus ait: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. Si autem fortior illo veniens vicerit eum, vniuerſa arma eius aufert, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Hoc autem E per vexillum crucis a Chriſto impletum eſt, qui exiſtens fortis per paſſionem ſuperans & vincens diabolum fortem, abſtulit eius arma, ideſt reatum originalis culpæ & clauſionem cæleſtis ianuæ. in quibus confidebat, ſcilicet poſſe æternaliter retinere in lymbo etiam ſanctos Patres, ne viderent gloriam Dei. Et ſpolia eius diſtribuet, ideſt ſanctos Patres ſecundum illorum varia merita in cœlo ſine gloria collocauit. Et merito quidem hunc modum F ſeruauit Chriſtus. Nam primus homo ſic in ſtatera liberi arbitrij poſitus erat, vt poſſet ad vitam aſcendere ſempiternam, ſi vellet: ſed perpetrato peccato ſic alterum ſtatere brachium per peccati onus depreſſum eſt, vt eſſet in imo inferni, & alterum in ſummo cœli. Non autem aſcenderet brachium in imo depreſſum, niſi alterum deſcenderet in ſummo leuatum. Deſcendit autem ad infernum Dominus, vt captiuum hominem leuaret ad cælum. Propterea duo quidem meruit Chriſtus ꝑ G paſſionem. Primo ſatisfactionem, ſecundo ianuæ cæleſtis apertionem: ideo in deſcenſu ſuo ad inferos hæc duo executioni mandauit. Nam primo per ſatisfactionem ſoluta ſunt vincula illius captiuitatis inferni. Secundo vero per ianuæ cæleſtis apertionem facta eſt viſio gloriæ paradiſi, & illuſtratio ipſa ſiue ipſius carceris etiam ſecundum lucem exteriorem. In hoc ergo deſcenſu liberauit Chriſtus omnes illos, qui meriti paſſionis eius capaces erant: inter quos etiam fuerunt omnes illi, qui nõ propter reatum perſonæ, ſed propter reatum tantum naturæ detinebantur. Damnati vero huius meriti minimè capaces erãt: nec inſuper paruuli, qui erant in lymbo: q̃a de corpore Chriſti non erant per fidem, neq; per fidei ſacramentum: propterea me- H rito non fuerunt liberati. Denique Chriſti anima per ipſum triduum mortis cum ſanctis Patribus in lymbo ſtetit, cum quo fuit latro ille ſacratiſſimus, cui Dominus in cruce pendens tanta miſericordia condeſcendit, vt illi dicere dignaretur, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: quo quidem paradiſi nomine Dei fruitio denotatur, quia paſſione peracta tam ipſe q̃ alij, qui in lymbo erant, per eſſentiam Deum contemplati ſunt.

*Duo meruit Chr̃s ꝑ paſſionẽ ſuam.*

*Dãnati nõ ſũt capaces meriti Chr̃i.*

ARTI-



A

ARTICVLVS TERTIVS

*Tertiæ partis principalis, quòd oportuit Chriſtum pati propter tria reſpectu noſtri.*

TErtio oportuit pati Chriſtum reſpectu noſtri, & maximè propter tria. Primo propter noſtram redemptionem, ſecundo propter noſtram iuſtificationem, tertio propter noſtram glorificationem.

B

*Quod oportuit pati Chriſtum propter noſtram redemptionem, vbi conſideranda ſunt tria. Cap. 1.*

PRimo enim oportuit pati Chr̃m propter noſtram redemptionẽ: de qua redẽptione tria cõſideremus, primo eius neceſſitatẽ, ſecundo eius pœnalitatem, tertio eius largitatem. Primo conſideremus noſtræ redẽptionis neceſſitatem. Eramus enim iuſtiſſimo Deo infinitis debitis obligati: nec ſatiſfacere poteramus, niſi pro nobis filius Dei C moreretur: propterea neceſſarium fuit illũ mori pro noſtra redemptione. Eſt nihilominus aduertẽdum, ſecundum Alex.de Ales, in 3. ꝙ aliter eſt in nobis neceſſitas patiendi & moriendi, & aliter fuit in Chriſto. In nobis autem eſt ſecundum cauſam materialem, formalem & efficientem: In Domino autem Ieſu Chriſto fuit ſolum neceſſitas ad patiendum ſecundum cauſam finalem, ſm illud Apoſtoli Gal.4. Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere: factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionẽ D filiorũ Dei recipemus. Sed iſta redẽptio nõ poterat fieri, niſi per ſatisfactionem: Nec ſatisfactio, niſi per paſſionem: ideo ſub neceſſitate cauſæ finalis fuit neceſſitas patiendi in Chriſto, ſecundum ꝙ ad Hebr.9.c. ſuper illud, morte intercedente in redemptionẽ earum præuaricationum, quæ fuerant ſub priori teſtamẽto: glo. mors erat neceſſaria in redemptione. Et ſubditur: tantũ vtique fuit peccatum noſtrum, vt ſaluari non poſſemus, niſi vnigenitus Dei fil. ꝓ nobis debitoribus morte moreretur. Non fuit igitur in Chriſto neceſſitas ad moriendum ſecundum neceſſitatem cauſæ efficientis, q̃a nulla cauſa poterat eum cogere ad moriendũ, cauſa in quam creata. Nec neceſſitas ſecundum rationem cauſæ materialis, quia nulla E eſt cauſa contracta ex vitio propagationis in Chriſto: & illa eſt neceſſitas humanæ cõditionis. Nec neceſſitas ſecundum rationẽ cauſæ formalis, quia illa non poteſt prohiberi, nec voluntaria eſt: quia dicit Io.Damaſcenus, paſſiones & ſi ſecundum legem fiebant in Chriſto, non tamen coactè, ſed voluntariè. Hæc Alex. vbi ſup. Hinc propheta de hac humani generis neceſſitate in perſona illius hãc redemptionem a Domino poſtulabat dicens: Redime me Domine, & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego: F vnicus, non habens amicos: & pauper, non habens precium a meipſo. Secundo conſideremus redemptionis noſtrę pœnalitatẽ, ſecundum Anſel. ſecundum ꝙ dictum eſt de neceſſitate redẽptionis paſſus eſt Chriſtus. Hinc Heb. 2.c. Apoſtolus ait: Decebat enim eum per paſſionem conſummare. gl. niſi Chr̃s pateretur, homo non redimeretur, & non redemptus periret. Tamen ſm Alex.de Ales, in 3. diſtinguendum eſt inter liberationem & redemptionem. Redimere enim eſt rem ſuam iuſto precio recuperare: Et niſi eſſet paſſio, non eſſet per iuſtum precium recuperatum, quod erat amiſſum. Tñ G ſi alio modo liberaſſet q̃ per paſſionẽ, liberatio, non redemptio eſſet. Vnde inquit gl. vbi ſup. Hebr.2. Niſi Chriſtus morerẽt, homo nõ redimerẽt. Poſito ꝙ homo debeat redimi.i. iuſto precio liberari vel recuperari. Deus enim de terra creauit hoĩem ſm ſuam imaginem, & iterũ conuertit eũ in ipſum.i. in ipſam imaginẽ, quod factũ eſt per gratiam redemptionis. Hæc Alex. Ad hoc aũt Bern. ſuper Can. ſerm. 28. inquit: Vide, quid de Deo tuo ſentias: vide quantum de eo præſumas: vide quibus brachijs vicariæ charitatis adamandus & amplectendus ſit, qui te tanti æſtimauit, immo qui tãti te fe- H cit: de latere enim ſuo te reformauit, quando pro te in cruce obdormiuit, & ob hoc ſomnum mortis excepit. propter te a Deo patre exiuit, & matrem ſynagogã reliquit vt adhærẽs ei vnus ſpũs cum eo fieres. Sed quæri põt, ſi Chriſtus paſſus fuiſſet a demone, ſi paſſus nõ fuiſſet ab hoĩe? Dicendum, ſecundum Alex. vbi ſup. ꝙ ex libertate liberi arbitrij hoĩs fuit, ꝙ ab homine paterẽt: quia ſi hoĩes noluiſſent, ipſum nõ occidiſſent: Vnde Matt. 21. Fortè verebunt̃ filium meum. Quod exponens Hiero. ait: Fortè tãgit liberũ arbitrium eorũ, vt non intẽderẽt ei mortem, ſi non vellenti poterat ergo ab hoĩbus non occidi: quẽ ſi non occidiſſent,

*Redẽptionis neceſſitas.*

*Redimere q̃d ſit.*

non

A non tñ a demone paſſus eſſet: & tñ eſſet re
demptio, ſiue liberatio hominis ſubſecuta.
Nã tunc ad redemptionem, ſiue ad libera-
tionem ſola voluntas eius ſufficeret patien
di. Vnde Rom. 4. c. ſuper illud, Ei autẽ mer-
ces non imputatur ſecũdum gratiã, ſed ẜm
debitum, dicit glo. Ei qui habet voluntatẽ
& facultatem, non ſufficit bona voluntas:
ei autem, qui habet voluntatem & non fa
cultatem, ſufficit voluntas. eodem modo
dicendum eſt de Chriſto. Ex hoc manife-
ſtè apparet veritas illa, quam tractabimus
B infra ſermone. 6. artic. 3. cap. 1. ꝙ quia An-
geli in eorum glorificatione non egebant
redemptione per ſanguinem Chriſti, quia
non peccauerant: tamen pro eorum recon
ciliatione & glorificatione ardẽtiſſima cha
ritate voluit Chriſtus mori, licet opere pro
eis non extiterit mortuus. Tertio conſide-
remus redemptionis noſtræ ſatisfactionis
largitatem. Circa quam, ẜm Alex. vbi ſup.
penſanda ſunt tria. Primo quantum ſoluat̃,
ſecundo a quanto ſoluatur, tertio cũ quãto
ſoluat̃. Primo enim penſandũ eſt, quãtum
ſoluat̃. Si enim vita Chriſti, qua viuebat in
carne per deitati animam vnitã conſidere-
tur: maius eſt vita Chr̃i rõne aĩę deitati vni
tæ, q̃ debitũ totius mundi in infinitũ. Vnde
C Anſel. in lib. Cur Deus homo. Putas ne tm̃
bonum, tam amabile, quãtũ fuit vita Chr̃i,
poſſe ſufficere ad ſoluẽdũ, quod debet̃ pro
peccatis totius mundi? immo plus habet in
infinitum. Bern. etiam dicit: Vna gutta ſan-
guinis eius fuit ſufficiens precium noſtræ
redemptionis. Stupendum eſt igitur, ꝙ im
preciabilis tam largè pro precio tam viliſſi-
mæ creaturæ ſe dedit. Secundo penſandũ
eſt, a quanto ſoluatur, cum ſatisfactio fue-
rit facta per mortem Chriſti: quia ab ipſo
filio Dei, qui eſt verus Deus & inuenitur ſu
D per omnem æſtimationem pœnæ ſatisfa-
ctum fuiſſe. Vnde Rom. 8. c. Apoſtolus ait:
Qui filio ſuo vnigenito non pepercit, ſed
pro nobis omnibus tradidit illum: quomo-
do etiam cum illo non nobis omnia dona
uit? ideſt condonauit & remiſit. Auguſtin.
quoque ait: Chriſtus fuit ſacerdos, per quẽ
reconciliati ſumus: fuit ſacrificium, per
quod reconciliati ſumus: fuit Deus, cui re-
conciliati ſumus. Tertio penſandum eſt, ex
quanto ſoluatur, ideſt ex quãta charitate ſu
bierit mortem. Et quia charitas fuit immẽ-
ſa: inuenitur ſatisfactio, quam pro nobis fe
cit, ſuper omnem æſtimationem exceſſiſſe
modũ. Propterea. 1. Cor. 6. c. ait Apoſt. Em-
pti enim eſtis ꝓcio magno, glo. & por. De. ĩ

*Largitas ſatisfactionis Chr̃i in nr̃a redẽptione.*

*Quantæ charitate ſubijt mortẽ Chr̃s.*

corpore veſtro. Et iterum. 1. Pet. 1. ſcriptũ E
eſt: Non corruptibilibus, auro vel argento
redempti eſtis de veſtra vana conuerſatio-
ne paternæ traditionis, ſed precioſo ſangui
ne, quaſi agni incontaminati, & immacu-
lati Ieſu Chriſti. Si enim redemiſſet nos So
le aut Luna, adhuc ei ad gratias teneremur.
Nunc autem tanta charitate nos amauit, ꝙ
nos anima & corpore & vita redemit, vt
nil horum ſibi ſubtrahere intendamus. Tã
ta nempe charitate dilexit nos ſumma ſa-
pientia Dei Chriſtus, vt dũ pro nobis mo-
ritur, ſumma eius charitas, ſumma inſipien
tia dici poſſit. Vbi quæſo reperiretur homo
tam demens, qui pro formica, quæ momor F
diſſet eum: pro illa vtique redimẽda in for
micam conuerti vellet: cum tñ vtraq; crea-
tura eſſet? Sed pro redemptione noſtra, qđ
magis videtur ſtultum: creator in mortẽ ſe
tradidit pro ſua viliſſima creatura.

*Quod oportuit pati Chriſtum propter noſtram iuſtificationem. Cap. 2.*

SEcundo quidem oportuit pati Chr̃m
propter noſtram iuſtificationem. Vn-
de Apoc. 1. Lauit nos a peccatis noſtris
in ſanguine ſuo. Et ad Heb. 9. Sanguis Chri-
ſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum G
obtulit immaculatum Deo emundabit con
ſcientiam noſtram ab operibus mortuis,
ad ſeruiendum Deo viuenti. Aduertendũ
tamen eſt, ſecundum Alexan. in 3. ꝙ paſſio
Chriſti ſe habet ad remiſſionẽ peccati plu-
ribus modis.. Duplex eſt enim paſſio Chri-
ſti. Prima in rei natura, ſecunda in anima.
Primũ enim, ſecundũ ꝙ eſt in rei natura,
operat̃ ad deletionẽ peccati dupliciter. Pri
mo per modum meriti, ſecundo per modũ
ſatisfactionis. In peccato ẽt duo ſunt. Pri-
mũ eſt macula, ſecundum eſt reatus. Macu-
la quidem deformitas eſt, vel diſſimilitudo
ad Deum. Reatus autẽ eſt obligatio ad pœ-
nam. Primo eſt ergo paſſio Chriſti merito
ria deletionis maculæ ipſius culpæ, quia
meruit nobis gratiam, & omne illud quo
delentur peccata. Vnde Roma. 8. cap. Apo-
ſtolus ait. Si proprio filio ſuo nõ pepercit,
quomodo ẽt cum illo nõ nobis omnia do-
nauit. Secundo aũt paſſio Chriſti eſt ſatisfa
ctoria ipſi⁹ reatus pęnę, ẜm ꝙ Eſa. 53. c. ſcri-
ptum eſt: Verè languores nr̃os ipſe tulit, &
dolores nr̃os ipſe portauit. Item Anſel. 2.
Cur Deus homo, poſt ꝑallegatã ſn̄iam, Pu-
tas ne tm̃ bonũ, &c. ſtatim ſubiungit: vides
ergo qũo hęc vita vincat oĩa pcã, ſi ꝓ illis
detur.

*Paſſio Chr̃i quo ſe hẽt ad remiſſionẽ pc̃ti.*

*Paſſio Chr̃i duplex ĩ rei natura & in aĩa. Vide de paſſiõe Chr̃i. vide Gab. diſt. 15. q. vnica ar. 3. lib. 3. et D. Tho. par. 3. q. 46. art. 6. in ſolutione tertię rõnis.*



A detur. Ex his patet, ꝙ paſſio Chriſti in ipſa
natura rei delet culpam, vt cauſa meritoria
gratiæ ad delendum maculam: & vt cauſa
ſatisfactoria ad delendum reatum & pęnã.
Secundo autem paſſio cõſideratur ẜm eſſe,
quod habet in anima, & ẜm hoc etiã valet
ad deletionem peccati quatuor modis. Pri-
mo per dilectionem, ſecũdo per fidẽ, tertio
per compaſſionẽ, quarto per imitationem.
Iſtis quatuor modis paſſio Chriſti coniũgi-
tur animæ, & habet eſſe in illa. Paſſio igitur
Chriſti in dilectione & fide valet ad dele-
tionẽ maculæ: Paſſio vero Chriſti in com-
paſſione & imitatione valet ad deletionem
B reatus & pęnę. Primo igitur paſſio Chriſti
duobus modis valet ad deletionẽ peccati,
ſicut dicit magiſter in 3. ſent. 18. di. Primus
modus eſt ex parte charitatis excitantis, ſe-
cundus ex parte fidei efficientis. Primus au
tem modus ex parte charitatis excitãtis eſt,
quia per compaſsionẽ Chriſti excitatur in
nobis amor Dei, ẜm ꝙ 5. c. ad Rom. Apoſt.
ait, Commendat autem Deus charitatẽ ſuã
in nobis, quoniam cũ eſſemus peccatores,
Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et ex hoc
accendimur ad amandũ eum charitatis amo
re, quæ operit multitudinem peccatorum.
Secundus autẽ modus ex parte fidei efficiẽ-
C tis eſt, quia paſsio Chriſti per fidem forma-
tam, quæ cum amore Dei valet ad deletio-
nem maculæ peccati vt cauſa effectiua con-
iuncta: & hoc in adultis in fide propria, vel
cum ſacramento fidei, vt baptizatis ad dele-
tionem maculæ: & hoc in fide aliena. ſ. ec-
cleſiæ. Vnde Apoſt. ad Rom. 3. c. ait: Iuſti-
tia Dei per fidem eſt Ieſu Chriſti, quẽ pro-
poſuit propitiatorem per fidem in ſangui-
ne. i. per fidem paſsionis. Ex quo relinqui-
tur, ꝙ ex fide paſsionis eſt iuſtificatio, ſiue
emundatio peccatorum. Secũdo vero paſ-
ſio Chriſti per compaſsionẽ & imitationẽ
valet ad deletionẽ reatus pœnæ. Primo. n.
D cõpaſsio interior eſt cauſa remiſsionis pę-
næ. Vnde 2. Timot. 2. Si compatimur, & cõ
regnabimus. Ad hoc enim Chriſtus cruci-
fixus cõtinue in eccleſia præſentatur, vt ad
compaſsionem eius inflammemur. Conti-
nue eſt etiam ante mẽtis oculos proponẽ-
da dulcis paſsio Ieſu Chriſti, iuxta conſiliũ,
quod Deuter. 28. c. datum eſt, vbi dicitur:
Erit vita tua, ſ. dulcis Ieſus: quaſi pendens
ante te, ſcilicet in cruce, ad cordialiter cõ-
patiendum. Secundo vero imitatio in actu
exteriori, eſt cauſa ſatisfactiua vel ſatisfa-
ctoria debitæ pœnæ: propterea ad eius cõ-
paſsionem hortatur Beatus Petrus. j. Pet. 2.

*Paſſio Chr̃i valet duob⁹ modis ad deletionẽ peccati.*

c. di. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis re- E
linquens exemplum, vt ſequamini veſtigia
eius. Secundum enim Aug. in lib. 83. q. Ad
perfectam virtutem pertinet, pro loco &
tempore, non ſolum mortem non timere,
ſed nec perhorreſcere genus mortis. Ad
hanc igitur perfectionem Chriſtus, vt nos
ſuo hortaretur exemplo, in cruce voluit mo
ri. Hinc & 12. c. Hebr. Apoſt. ait, exhortãdo
nos, Aſpicientes auctorẽ fidei & conſum-
matorẽ Ieſum per patientiam curramus ad
propoſitum nobis certamen: qui propoſito
ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ confuſione con-
tempta. Aduerte igitur humana tepiditas,
quanti periculi ſit Chriſti paſsionem non F
imitari, cum ob hoc omnia peccata originẽ
ſumant. Vnde Auguſt. de vera Religio. ait:
omne peccatum eſt ex eo, ꝙ appetimus qđ
Chriſtus cõtempſit: & quia refugimus quæ
ipſe ſuſtinuit. Appetiuit autẽ Chriſtus pau-
pertatem, vilitatem & ſubiectionem: homi
nes vero eligunt diuitias, delicias & hono-
res. Sed dices, quare nõ elegit Chriſtus pro
noſtra redemptione viam proſperitatis, in
qua plures haberet imitatores, quàm viam
aduerſitatis: proſperitatis dico, non culpa-
bilis? Dicendum ꝙ hominis redemptio fie-
ri debuit per ſatisfactionem pro peccato:
Satisfactio autẽ pro peccatis debet eſſe pę- G
nalis & afflictiua: propter quod debuit eſſe
redemptio noſtra nõ per inceſſum per viã,
proſperitatis, ſed potius pœnalis aduerſi-
tatis: propterea ſi elegiſſet viam proſperi-
tatis, diuinæ miſericordię minime conue-
niret, quia tunc non eſſet receſſus a culpa.
Ipſe autem elegit talem, in qua eſt receſſus
a peccato. Cum his omnibus concor. Alex.
vbi ſupra.

*Quòd oportuit pati Chriſtum propter noſtram glorificationem. Cap. 3.*

TErtio quidẽ oportuit Chriſtũ pati ꝓp H
noſtrã glorificationẽ. Ipſe aũt ꝑ me-
ritum ſuæ paſsionis nos perducit ad
gloriã diuinę contemplationis, hic per ſpe-
culum in enigmate, in beata autem patria
facie ad faciem, ſicut 1. Ioan. 3. c. ſcriptum
eſt: Cum apparuerit nobis, ſimiles ei eri-
mus, quãdo videbimus eum, ſicuti eſt. Hinc
Apoc. 5. c. myſticè Ioan. in perſona omniũ
ſaluandorum ait ad Chriſtum: Dignus es
Dñe, aperire librum & ſoluere ſeptem ſi-
gnacula eius, quoniã occiſus es: & redemi-
ſti nos Deo ĩ ſanguine tuo ex omni tribu &
lingua & populo & natione. In q̃bus ſacra-

A tiſſimis verbis triplex ratio demonſtratur,
quare humano generi cęleſtis gr̃a reuelata
fit. Primo ratione dignitatis, ſecundo ratio-
ne mortalitatis, tertio ratione virtuoſitatis.
Primo autem ratione dignitatis, quæ fuit in
ſolo Chriſto. Solus enim Chriſtus Dñs, di-
gnus eſt aperire librū viſionis diuinæ & ſi-
gnacula ſeptē dotium beatorū detegere: q̧
Dñs eſt per datam ſibi a Deo patre in cœlo
& in terra poteſtatem, ſicut Matth. vlt. dictū
eſt. Quia enim natura eſt Deus, eandem cū
patre habet naturam: vt quæ per deitatem
a Deo patre accepit, nobis per humanitatē
apparens poſſit communicare. Vnde 1. Io. j.

*Quomodo Chriſtus ſolus fuit dignꝰ aperire librū vitæ.*

B vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe enar-
rauit. Ex hoc. n. quod hic dicitur, apparet
falſitas illius erroris, quo quidā minus eru-
diti in vera theologia dialecticè negocian-
tes aſſerere voluerunt, neminē ante iudiciū
ꝑuenire poſſe ad facialē viſionē Dei. Si. n.
liber ſapiētiæ Dei & viſionis diuinę, in quo
oīa legūtur merito paſſionis Chriſti, vt hic
apparet, nobis apertus eſt: q̄d cauſę eſſe po-
teſt, quare diuinæ viſionis effectus vlterius
differatur, cum cauſa iam ſit completa, quæ
eſt meritū paſſionis Chriſti? In huius. n. my
ſteriū Chriſto in cruce mortuo, velum tēpli
ſciſſum eſt, vt dicitur Lu. 23. & latus Chriſti

C apertū eſt, vt Ioā. 19. c. ait. Et exiuit ſanguis
& aqua. Vt in ſanguine redempti a diaboli
ſeruitute, & aqua baptiſmatis vel lachryma
rum pęnitētia abluti a proprijs ſordibus in
tremus ad videndū interiora Chriſti, q̄ ſunt
ipſius deitas: ꝑ oſtiū, quod eſt ſancta huma-
nitas ſua. Et reuelato velamento propalata
Sanctorū via abluti corpus aqua munda in-
troeamus ad contemplanda ſancta ſancto-
rum in ſanguine Chriſti, qui nunciauit no-
bis nouam viam & viuentē per velamen. i.
per carnem ſuam, vt dicit Apoſt. Hebr. 10.
c. Secundo autem humano generi reuelata
eſt gloria ratione mortalitatis, quia pro ea

D nobis reuelāda Chriſtus mortuus eſt. Si er-
go ex parte noſtra, quia purgati & mundati
nō ſumus, quātū in nobis eſt a culpa, impe-
dimentū non fuit ex parte Dei & Chriſti,
poſtquā nos per mortē ſuā redemit vtique
impedimentū nō erit, quin reueletur nobis
gloria paradiſi. Et hoc eſt, quod Io. ſubdit,
qm̄ occiſus es & redemiſti nos Deo in ſan-
guine tuo. Æquitas. n. diuinæ iuſtitiæ requi
ſiuit, vt homo ſine morte liberari non poſ-
ſet, qui prius debuiſſet ſubijſſe mortem, q̄
Deum offendiſſe per culpā mortalē. Nō ta-
men mors cuiuſcūq; hominis ſufficiebat ad
noſtram redemptionem, quia oēs peccato-

res erant: & peccatoris mors nō meritoria, E
ſed debita iudicatur. Oportuit ergo homi-
nem, qui pro hominibus moreretur: inno-
centē eſſe, qui pro nocentibus ſubiret mor
tē. Propterea innocens Chriſtus cōgruiſſi-
mè agno aſſimilat̃. Nec inſuper mors cuiuſ
cūq; innocētis ſufficeret ſibijpſi, nedū alijs
ſufficere poſſet: licet. n. forte ſi quis innocēs
eſſe valeret, mors eius ſufficeret ad lucran-
dum ſibi a Deo immortalem vitam: alijs ta
men eius mors non ſufficeret ad ſalutē. Ni-
hil. n. quęcūq; creatura æquale habet, quod
læſo honore Dei per primi hominis præua
ricationem rependere poſſet. Oportuit er-
go hominē innocētem eſſe, qui poſſet pro F
homine mori, & Deum eſſe, qui æqualē pla
cationem poneret iræ Dei. Si. n. mediator
Dei & hominū homo Chriſtus Ieſus Deus
eſt, vt æquale ſit meritū præmio, quod me-
retur: hoc eſt vt homo pro hominibus mo-
reret̃: vt ſic redimeret eos in ſanguine ſuo:
redimeret inquā a culpa ad gratiā, vt q̧ fue
runt inimici Dei per culpā, reconcilientur
Deo per dilectionē conſummatā & veram.
Tertio autē reuelata eſt nobis gloria paradi
ſi ratione virtuoſitatis. ſ. cooperantium per
bonam vitā ad meritum paſſionis filij Dei.
Licet enim hæc redemptio omniū eſſet per
ſufficientiā, etiā ſi milia milium mūdorum G
forent, qui eſſent hominibus pleni: non ta-
men per efficientiam, niſi illorum qui coo-
perantur per opera virtuoſa. Vnde Io. 11.
c. ſcriptum eſt, ꝙ Ieſus moriturus erat pro
gēte: & non tantum pro gente, ſed vt filios
Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnū.
Non. n. pro ſola gente Iudæorum mortuus
eſt Chriſtus, nec pro omnibus gentibus li-
berandis moriebatur: ſed vt ex omni tribu
& lingua & populo & natione filios Dei in
vnitate ſidei & agnitione filij Dei congre-
garet. Ad literā autem intelligendum eſt, ꝙ
Tribus dicit̃ ex tribus filijs Noe, ex quibus
poſt diluuiū omne genus humanū in terra H
diſſeminatū eſt, ſicut patet Gen. 9. Linguæ
ſunt 72. ī quas diuiſus eſt mūdus ad turrim
Babel. Gen. 11. Populi aūt in vna lingua di-
uerſi ſunt. In vnoquoq; populo diuerſę sūt
nationes. ſ. in diuerſis patrijs nati. Vñ Act.
2. Erāt in Hieruſalē habitantes viri religioſi
ex oī natione, q̄ ſub cęlo eſt. Igit̃ ſub diuer
ſis tribubus ſunt 72. linguę. Ex quo colligi-
tur, ꝙ nullū genus, nullus ſexus, nulla con-
ditio hominum excluſa eſt a gratia & meri-
to paſſionis Chriſti. Vnde Act. 10. Beatus
Petrus dicit, Non eſt perſonarum acceptor
Deus: ſed in omni gēte, quæ timet Deū: &
ope-

*Quō reuelat̄ nobis gloria Paradiſi.*



A operatur iuſtitiā, acceptus eſt illi. Similiter
quoq; intellige iuxta myſticum intellectū
in his quatuor vocabulis quadruplicē cor-
ruptionē, a qua Chriſtus humanum genus
charitate ſua redemit. Prima eſt naturæ, ſe-
cunda eſt ſermonis, tertia eſt operis, quarta
eſt originis. Prima. n. curruptio eſt naturæ,
quā. ſ. in natura operatur peccatum & cul-
pa. Natura nēpe rationalis in tribus conſi-
ſtit. ſ. in ratione, volūtate, & facultate. Ideo
igitur Chriſtus ex omni tribu redemit, qui
ex hac triplici corruptione naturæ. ſ. rōnis,
volūtatis, & facultatis, ſuos miſericorditer
liberauit. Secunda eſt corruptio ſermonis,

*Chriſtus redemit humanū genus a quadruplici corruptione.*

B quæ per linguā ſignificatur. Tertia eſt cor-
ruptio operis, quæ per populū denotatur:
populus. n. aīæ eius opera ſunt. Quarta eſt
corruptio originis, quæ intelligitur per na-
tionē. Chriſtus ergo ex oī tribu, lingua, po
pulo & natione redemit: qui ex omni cor-
ruptione naturæ verbi, operum & originis
ſuos ꝑ ſanctiſſimā paſſionē & mortem libe
rare dignatus eſt. Vnde Apoſt. Ro. 5. c. ait:
Iudiciū quidem ex vno in cōdemnationē,
gratia aūt ex multis delictis in iuſtificatio-
nē. Si. n. vnius delicto mors regnauit, per
vnū multo magis abundantiā gratiæ & do-
nationis & iuſtitię accipiētes in vita regna-

C bunt ꝑ vnum Ieſum Chriſtū. Igitur ſicut ꝑ
vnius delictū in oēs homines in condēna-
tionē, ſic per vnius iuſtitiā in oēs homines
in iuſtificationē vitæ. Igitur ex his oībus pa
tet, ꝙ Chriſtus mortuus eſt ꝑ ꝑ glorificatio-
nem noſtrā. Hinc Aug. ait: Per redemptoris
noſtri mortē de tenebris ad lucē, de morte
ad vitā, de corruptione ad incorruptionē,
de exilio ad patriā, de luctu ad gaudium, de
terris ad cęleſte regnū vocati ſumus. hęc il-
le. Paſſionē igitur Dñi atq; crucem diligere
& imitari debet oīum mortalium vita, quā
finiuit per crucē ipſe Dñs immortalis, ꝑ no

D bis factus mortalis non vt maneret morta-
lis, ſed vt mortalis vita fieret immortalis.
Quod efficere ipſa charitas docet, ſuadet ve
ritas, neceſſitas oīno compellit, rependēda
gratitudo trahit, vt aduertamus quantæ di-
gnitatis extitit homo, q̧ Deo inimicari po-
tuit talibus inimicitijs non ſoluendis, niſi ꝑ
acerbiſſimam Dñi paſſionem. Quantū Deo
diſplicuerit peccatū, ac quàm magni pōde-
ris extiterit, vt pro illo Dei filium neceſſe
eſſet peruenire ad crucem. Quæ dignatio,
quæ humilitas, quæ charitas ineffabilis, vt
voluntariè Dei filius pro nobis in carne pa
teretur crucem, per quam quaſi per ſcalam
ſalutis omnes poſſemus cōſcendere ad glo

riam ſempiternā: Quam nobis miſericor- E
diter largiri dignetur ipſe Dei filius Ieſus
pro noſtra gloria crucifixus: cui cum Patre
& Spiritu ſancto ſit omnis honor & gloria,
gratiarum actio, decus & imperium, per in-
finita ſæcula ſæculorum, Amen.

Explicit tractatus de ſacratiſſima Paſſio-
ne Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

---

## S A B B A T O Sancto.

### *Quomodo quilibet ſe præparare debet ad ſuſcipiendum ſanctiſſimum Sacramentum.* F

## Sermo LVI.

EScam dedit timētibus ſe. Pſal. 110.
Nō ſine labore pro Chriſtia-
na Religione & animarum ſa
lute, ad hunc vltimū Quadra-
geſimę diē perduxit nos mi-
ſericordia Saluatoris: Nec etiam ſine optato
atq; ſperato fructu laborauimus vſq; nunc.
Sentio nempe ad ſuſcipiendum Dñi Sacra-
mentum ſe multitudinem populi præpara-
re: ſed vt fructuoſius ꝑficere poſſint, cōſide G
rēt propheticū verbū, quo dr̃, Eſcā dedit ti-
mētibus ſe. In q̄bus ſanctiſſimis verbis pro
phēta oſtēdit, circa ſumptionē huiꝰ ſanctiſ-
ſimi Sacramēti tria eſſe attētiſſime pōderā-
da. Primū eſt cibus ſuauiſſimus ad guſtādū
ibi, eſcā. ſecundū actus amoroſiſsimus ad
donandū ibi, dedit. tertiū locus cōuenien-
tiſsimus ad pręparādū ibi, timētibus ſe. Ex
primo affectio inflāmatur, ex ſcd̄o intelligē
tia illuſtrat̃, ex tertio memoria illuminatur.
Primū, vt cōſideremus quid detur: ſecundū
examinemus, cur detur: tertium, vt cogite-
mus a quo detur: vt ꝑ hæc tria anima dignū
fiat habitaculū Saluatoris. Et in his octaua H
Religioſitas, & vltima demonſtratur, q̄ di-
citur cordis præparatio: quia in ea oſtendi-
tur, qualiter ad tātum Sacramentū, quaſi ad
vltimum finē debeat cōſcientia præparari.

### Articvlvs Primvs

### *De ſeptem conditionibus mannæ præfigurantibus hoc ſanctiſſimum Sacramentum.*

PRrimū quidē, quod ponderari de
bet circa hanc Sacramenti ſuſci-
piendā communionē, eſt ipſe ci-
bus ſuauiſsimus ad guſtandū, q̄ a
propheta vocat eſcā. Hęc. n. eſt eſca præfi-

*Suauitas cibi in Sacramento altaris.*

A gurata per illud myſticũ manna, quod pluit Dñs patribus in deſerto, ſicut Exo. 16. cap. ſcrip. eſt. Quãtum aũt proprie præfiguraret hoc ſanctiſſimum Sacramentum, ex ſepté clareſcere poteſt. Primo generationis modus, ſecundo deſcenſionis locus, tertio recollectionis tempus, quarto mẽſurationis terminus, quinto præparationis ritus, ſexto reſeruationis auſus, ſeptimo ſaporationis guſtus.

*Quòd circa hoc Sacramentum ſolum requiratur fides. Cap. 1.*

B PRimo conſiderari debet eius generationis modus, quia nocte de cœlo inuiſibiliter deſcendebat. Quid.n. deſignatur in nocte, niſi fidei noſtræ ſtatus? Sicut.n. in regno celorũ nulla eſt obſcuritas tenebroſa: & in inferno nulla pôt luciditas apparere, ſic in præſenti peregrinatione non eſt lux clara deificę viſionis, ſicut in cęlo: nec obſcura tenebroſitas æternæ damnationis, ſicut in inferno: ſed nocturna lux fidei ſtellari & lunari, non quidem ſolari lumine illuſtrata: quibus luminibus videmus & cognoſcimus per fidem hoc ſanctiſſimum Sacramẽ- C tum, ſicut de hoc Eccleſia atteſtatur, Ad firmandum cor ſincerum, ſola fides ſufficit.

*Quòd Euchariſtiæ Sacramentum non niſi Eccleſiæ catholicæ concedatur. Cap. 2.*

SEcundo debet conſiderari deſcẽſionis locus: quia videlicet in deſerto circa caſtra ſolũ filiorũ Iſrael apparebat, eiſque defecit, cũ intrauerũt in terrã promiſſionis: Sic & hoc Sacramentũ, non niſi intra eccleſiã & in eius fide veraciter cõſecratur, atq; in deſerto præſentis vitæ tantummodo fre- D quentatur. Cũ autem ad repromiſſam viuẽtium terram ventum fuerit, iam non amplius hoc Sacramentum conferetur, ſed glorioſus Ieſus inconſummato fęlicitatis loco conſpicietur ineffabiliter exaltatus.

*Quòd Sacramentum ſub accidentibus occultatum, tantummodo in præſenti vita donatur. Cap. 3.*

TErtio conſiderari debet recollectionis tẽpus. Sex enim diebus poterat reperiri, ſextaq; feria pręcepit ex parte Dñi Moyſes pro ſabbato colligi. Sabbato autẽ egreſſi de populo, vt colligerẽt nõ E inuenerunt: Sic & iſtud viuificum Sacramentum, non niſi ſex diebus præſentis vitæ nos reficere habet, ſed ſabbato ſempiternę quietis inuenietur Rex noſter Ieſus Chriſtus, non myſticis ſacramentis velatus, ſed manifeſtus & decore regio glorioſus.

*Quòd non minor Chriſtus continetur in hoſtia parua, quàm in magna, nec plus in pluribus, quàm in vna. Cap. 4.*

QVarto cõſideretur mẽſurationis terminus: quia per ſingula capita menſuram Gomor ex parte Dñi colligi F conſtituerat Moyſes: nec qui plus collegit, plus habuit: nec qui minus, minus inuenit. Sic iſtud benedictum Sacramentum nequaquam continet minorem Ieſum in minori hoſtia, quàm in maiori: nec plus in pluribus, quàm in vna, contra quoſdam ſimplices, qui ſi a ſacerdote propter populi multitudinem ad ſacram Communionem accedenté, proinde diuiſis hoſtijs in plures partes eis hoſtia integra non miniſtretur, conturbantur indignati non credentes integrum Chriſtum ſuſcepiſſe.

G *Quòd ferventi deuotione credendum eſt hoc Sacramentum, non autem curioſitate inani. Cap. 5.*

QVinto cõſideretur præparationis ritus, quia illud mãna ignem optime ſuſtinebat. Cunq; incaluiſſet ſol, liquefiebat & contabeſcebat: Sic iſtud benedictum ſacramentum perfectè ſuſtinet ignẽ deuoti & feruentis amoris: atque rationes ab amoris fornace procedentes perfectè concludunt huius Sacramenti irrefragabilem veritatem. Sed ſol curioſitatis humanę & fantaſticæ rationis, quæ procedit per experimenta paganæ philoſophiæ ad pſcrutationẽ Sacramẽti p perfidiã liqueſcere eũ fa- H cit, atque ſemetipſum deludit, vt ſibi Sacramentũ euaneſcere videatur. Propterea mire diſpenſauit ſapientia Dei, quòd ſub accidentibus eſſet velatum hoc Sacramentum, & maxime propter tria. Primo propter fidelitatem, ſecundo propter indignitatem, tertio propter imbecillitatem. Primo propter fidelitatem: & hoc quo ad bonos, vt bene habeãt, vñ mereantur p fidẽ. Nã ſicut ſer. 1. ar. 2. & 4 c. dictũ eſt: q credit articulis & factis Dei, credit Deo, & ex hoc meretur hõ. Credere ãt rõni humanę ẽ credere hoĩ, quod



A quod quidem non habet meritũ: Vñ Greg. ait. Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Secundo propter indignitatem: & hoc quo ad malos. In hoc.n. miſericorditer diſpenſat benignitas ſaluatoris, vt nõ cõdeſcendat curioſitati & vanitati cordiũ inflatorũ, dum procaciter & præſumptuoſe nituntur inueſtigare ſola ratione naturæ myſteria incomprehenſibilia Sacramenti. Si.n. nundũ Chriſti corpus cõſpicerẽt, ex ipſo aſpectu ſubito interirẽt, ſicut myſtice pmõſtratũ eſt. 1. Reg. 6. ĩ Bethſamitis, qui percuſſi & interempti ſunt eo, ꝙ arcam Dñi, quæ hoc Sacramentum præfigu B rabat, temerarie conſpexiſſent, quod nõ licebat, ſicut patet Nume. 4. c. Tertio propter imbecillitatem: & hoc quo ad omnes. Nam claritatem corporis Ieſu nullus poſſet ſuſtinere aſpectus: quod figuratum extitit Exo. 34. per claritatem vultus Moyſi. Nam propter radioſitatẽ videbatur facies eius cornuta, ita ꝙ filij Iſrael claritatem vultus eius non poterant ſuſtinere, ſed operiebat faciem ſuam, quando loquebatur ad eos.

*Fide adorandũ Sacramẽtũ altaris, nõ curioſius inueſtigãdum.*

*Quanti periculi ſit ex cupiditate celebrare. Cap. 6.*

C SExto conſideretur reſeruationis auſus. Nã præcipiẽs Moyſes ait: Nullus relinquat ex eo in mane, qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſq; mane, & ſcatere cępit vermibus & computruit: ſic & hoc Sacramentum reſeruatum ad temporalium quæſtũ, ſcatet vermibus diabolicæ ſimoniæ.

*Periculũ ſumendi Euchariſtiã tẽporaliter.*

*De vario ſaporationis guſtu huius ſacratiſſimi Sacramenti. Cap. 7.*

SEptimo quoque conſiderari debet ſaporationis guſtus: quia vnicuique ſapiebat iuxta ſui deſiderij appetitum. Sic & hoc ſanctiſſimum Sacramentum ſumentibus diuerſimodè ſapit, ſecundum D varias diſpoſitiones, quas in eis format deſiderium charitatis. Nam iuxta prophetæ ſententiam, Ieſus in hoc Sacramento latens eſt, qui dat eſcam omni carni, id eſt omni menti fideli in carne peregrinanti, non vtique cibum huius mundi. Propterea Eſa. 55. cap. omnes ad hunc cibum hortatur dicens, Comedite bonum, id eſt corpus Chriſti, quod anthonomaſicè dicitur bonum: & in craſſitudine delectabitur anima veſtra.

*Sapor ſuauis cibi altaris.*

E ARTICVLVS SECVNDVS.

*Quanta charitate Dominus nobis ſeipſum dedit in cibum, & de ſeptem generibus hominum, qui tanti charitati diuerſimode aduerſantur.*

SEcundum quidẽ, quod põderari debet circa ſumptionem huius ſacramẽti eſt actus, ſ. Chriſti amoroſiſſimus ad donandũ, quia dedit. ſ. ſemetipſum in cibũ, vt nos in ſemetipsũ per amoré totaliter trãſformaret. Nam ſicut cibans & cibus inuicẽ vniuntur: ſic eũ digne ſuſcipiens per amorem ardentiſſimum etiam in ipſum totali- F liter transformatur & efficitur deiformis. Propterea Io. 6. c. ait: Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: vt emphaticè & inexplicabiliter ſui ad nos exprimeret vnionẽ. Io. 15. c. alloquitur patrem, di. Tu in me, & ego in eis: aſſimilans modum, quo in nobis eſt modo, quo pater etiam in ipſo eſt: atque dilectionem ſui ad nos aſſimilat dilectioni paternæ, di. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Contra tamen hanc inexplicabilẽ dilectionẽ plurimi in ſumendo hoc Sacramentũ diuerſimodè ei aduerſantur, & multipliciter opponũtur ſm varias conſciẽtias G deformatas. Poſſumus aũt diſtinguere circa ſumptionem huius ſacramenti ſeptiplicẽ conſcientiam deformatam. Prima dicitur ſcrupuloſa, ſecunda timoroſa, tertia indiſcreta, quarta groſſa, quinta cęca, ſexta temeraria, ſeptima inuerecunda.

*Chriſtus ĩ Sacrõ altaris nobis vnitur.*

*Quòd non debent abſtinere a Sacramento, qui habent conſcientiam fantaſticè ſcrupuloſam. Cap. 1.*

PRimi in ſumendo hoc Sacramentũ habent conſcientiã ſcrupuloſam, ſicut ſunt q irrationabiliter fantaſticè, & de leui timent delectationem, ne fuerit mortalis culpa, & hi cõmunicando cum tali conſcientia minimè H peccant, ſm Petrũ. Ratio eſt, quia talis cõſcientia tanquã vana & erronea debet abijci. Vñ de talibus ſcriptũ eſt, Illic trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor. Talis.n. dæmonis tentatio, dicitur timor nocturnus, de quo propheta ait, Non timebis a timore nocturno. De nocte ſiquidem timet homo errare pluſquã in die, quia ſæpe rupes & arbores, hoſtes creduntur: & folij caſus fantaſma putat. Sic tali conſciẽtiæ ſępe euenire ſolet:

*De his q. habent cõſcientiam ſcrupuloſam.*

A ſolet, quia non timenda timet: vnde in pſona huius ſcrupuloſi propheta ait, Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, i. q in ſeculo mortaliter peccant: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum, ſcilicet ex timore inani.

*De his, qui male communicant cum eſſe dubitant in mortali. Cap. 2.*

*Caſus notabilis.*

SEcundi in cõmunicando habent timoroſam conſcientiam. Circa quod regulariter tenendũ eſt, ꝙ qñcunq; homo timet eſſe in mortali culpa, & ſumit ſanctiſſimum Sacramẽtum, mortaliter peccat, quia B diſcrimini ſe exponit: vtputa cum quis rationabiliter veretur delectationem carnalẽ fuiſſe mortalem: quia. ſ. moroſè delectatus eſt, atq; mortalem conſenſum timet, cõmunicãdo mortale committit crimen, ſm Petrum. Talis quoq; timor, nocturnus ẽt dici poteſt. Nam ſæpe euenire ſolet, ꝙ de nocte ſicut recta itinera videntur deuia: ſic deuia videntur recta. Rupes quoq; & arbores ſicut quãdoq; de nocte creduntur hoſtes: ſic econuerſo hoſtes, arbores & rupes reputãtur, & ſic in talibus euenire ſolet, quia a cõtrario ſenſu prophetæ: Illic non trepidauerunt C timore, vbi veraciter erat timor.

*Quod liceat ſine confeſſione ſumere Dominicum ſacramentum. Cap. 3.*

*Alius caſus.*

TErtij habent conſcientiã indiſcretã: vtputa cum quis accedit ad ſacrã cõmunionem de mortali contritus, ſed non confeſſus. Circa quod aduertendũ eſt, ꝙ aut talis habet copiã confeſſoris idonei, & ad confitendum ſufficiens tempus & liberã loquelã: & tunc peccat ſine cõfeſſione communicando, quia ad hoc ſacramentum requiritur reconciliatio etiã, ſm eccleſiæ iu D dicium. vnde Hugo de S. Vic. in li. de Poteſtate ligandi & ſoluen. c. 21. Si abſq; ſacerdotis abſolutione crimnoſus ad cõmunionem corporis Chriſti accedat, pro certo iudiciũ ſibi manducat & bibit, ẽt ſi eum multũ ante pęniteat, & ſi vehementer doleat & ingemiſcat: aut talis copiã cõfeſſoris & cęt. ſupradicta non habet: & tunc diſtinguendũ eſt, quia aut imminet aliqua neceſſitas celebrandi vel communicandi: vt puta quia timet ſcandalum perſonæ ſuę: aut populi, niſi communicet vel incępit myſterium ſacramenti vel amiſit loquelam: & tunc nõ peccat cum propoſito confitendi, quando poterit. Et ſm Sco. in 4. diſt. 9. ſimiliter de alio E cõmunicaturo qui nõ celebrat, vtputa quia conſuetudo eſt in aliqua religione vel eccleſia vt omnes non ſacerdotes communicent in ſimili caſu: tunc ſi non habet idoneũ cõfeſſorem, poteſt tunc non confeſſus cõmunicare. Et addit ibi rationem. Idem quoq; dicendum eſt, quod de eo, qui conſtitutus cum alio populo ante ſacerdotẽ confeſſione generali iam facta, iamq; dicto quandoque Domine non ſum dignus, &c. cum ei porrigi debet ſanctiſſimum Sacramentum, recolit alicuius non confeſſi peccati, qui ſimiliter tunc communicare debet, & demũ F ſine mora de illo confiteri, ſed de hoc plenius dictum eſt ſupra, ſermone 54 ar. 2. c. 1. Aut non imminet neceſſitas: & tũc peccat, ſecundum Scotum, Richar. & Petrum.

*Scotus in 4. diſt. 9. queſt. 1.*

*De quibuſdam, qui ex conſcientia groſſa ſumunt corpus Chriſti, & mortaliter peccant. Cap. 4.*

*De his q habent cõſcientiam groſſam.*

QVarti habent conſcientiã groſſam, ſ. cum homo habet ſufficientem certitudinem, ꝙ ſit in peccato mortali, quia moroſè delectatus eſt: & tamen nõ timet, ſed ſecure communicat: talis inquã G mortaliter peccat, quia diſcrimini ſe exponit: quia & timere debet & conteri, & confiteri: & talis etiam a tentatione nocturna, ſicut & præcedentes, deluſus eſt: quia non timet, vbi timere debet.

*De his, qui ex negligentia perquirendo conſcientiam ſuam communicant in mortali. Cap. 5.*

QVinti habent conſcientiam cęcam. Sunt nempe pleriq;, qui ſunt in mortali culpa, nec aduertũt: propterea de hoc nullam conſcientiam habent, & ſic cõicant. Vbi aduertendum eſt, ꝙ triplex eſt H conſcientiæ examinatio, ſ. excellens, ſufficiens, & deficiens. Nam aut talis volendo communicare præparauit & diſcuſſit ſufficienter conſciẽtiam ſuam, diligẽtiſſimè illã examinãdo & peritos conſulẽdo: aut probabiliter examinando & diſcutiẽdo & cõfitendo: aut talia fecit negligenter. In primo caſu: qa fuit ibi examinatio excellẽs, nõ peccat, ſed meret, & remiſſionẽ ſuſcipit peccatorũ propter deuotã ſacramẽti ſumptionẽ: aut virtute ſacramẽti oblita peccata ad memoriam reducuntur, & meretur. In ſecũdo caſu, quia ibi diſcuſſio fuit & examinatio ſufficiens: etiam nõ peccat mortaliter, quia

*Debita peccatorum diſcuſſio.*

fecit



A fecit ſatis quod ſuum eſt, & de duobus prędictis vnum meretur. In tertio caſu, quia fuit ibi examinatio deficiens, ſecundũ Richar. de media villa, mortaliter peccat. Idẽ Sco. in 4. di. 9. Sed obijcitur, quia Eccleſiaſt. 4. c. ſcriptum eſt, Nemo ſcit vtrum dignus ſit odio vel amore. Et Pſalm. iterum ait, Delicta quis intelligit? Ex quo ſequitur, ꝙ nemo ſcit vtrum ſit in peccato mortali, vel non: vnde ſi mortaliter accedit, diſcrimini ſe committit. Ad quod dicendum, ꝙ non requiritur ad diſcriminis periculum præcauendum conſcientiæ certitudo: ſed probabilis coniectura, quæ conſiſtit maxime in B hoc, ꝙ homo ſufficienter ſaltem examinet conſcientiam ſuam. Cuius examinationis ſufficientis, ſecũdum Bon. quatuor poſſunt apparere ſigna. Primum, cum homo de offenſis præteritis dolet: ſecundum, cum homo abſtinendi ſe a peccato propoſitum habẽt: tertium, cum quis ad bene operãdum ſe promptum inuenit: quartum, cum quis verbum Dei deuotè audit. Et hoc, ſecundum Richar. & Petrum.

*Dubitatio.*
*Pſal.*
*Solutio.*

*De temeraria conſcientia eorum, qui ſcienter communicant in mortali, & de duo-* C *decim maledictionibus quas tales incurrunt. Cap. 6.*

*De his, q habent cõſcientiam prauam.*

SExti habent conſcientiam prauam, ſeu temerariam, ſ. cum quis ſumit Sacramẽtum hoc cum conſcientia mortalis culpę: & talis mortaliſsime peccat propter indignitatem, quæ eſt in ipſo per comparationem tam ad Sacramentum exterius, qđ eſt ſanctum; quàm ad rem contentam interius, quæ eſt Sanctus Sanctorum, quàm ad rem ſignificatam tantum, quæ eſt ſanctitas, contra quem Apoſtolus 1. Corinth. 11. cap. D ait, Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicãs corpus Dñi. Nullius etenim hominis opus placet Deo, niſi placeat ipſe prius. Quanti periculi ſit ſuſcipere dominicum Sacramentum cum conſcientia mortalis culpæ, oſtẽdit Pſalmus. Pſal. 68. qui incipit, Saluum me fac Deus: vbi dicit, Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum & in retributiones & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorũ, ne videãt & dorſum eorũ ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam & furor iræ tuæ compræhendat eos. Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet. Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorẽ vul- E nerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribãtur. In quibus verbis duodecim maledictiones oſtendit propheta multiplicari ſuper malè ſumentes Dominicum Sacramentum. Nam primo peccatis illaqueat, ſecundo retributionem grauat, tertio proximum ſcandalizat, quarto mentem excęcat, quinto mundanis incuruat, ſexto Dei miſericordiam irritat, ſeptimo Dei iuſtitiam cõturbat, octauo vitam abbreuiat, nono gratuitis priuat, decimo iniquitatem multiplicat, vndecimo mentem indurat, duodecimo damnatum F quoq; in fine demonſtrat. Primo peccatis illaqueat: vnde dicit, Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum. i. fiet dominica menſa tanquam laqueus peccati: quo in gula, per quam tranſit corpus Chriſti, a diabolo illaqueatur. 1. Corinth. 11. Qui. n. manducat & bibit, &c. Secundo retributionem grauat. Nam ſicut ipſi deuorant Chriſtum, ita diabolus in qualibet indigna communione ꝑ gradum grauioris damnationis deuorat & deglutit illos. In huius myſterium. 1. Cor. 11. Apoſt. ait, Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles: quod etiã ad literã verum eſt. G Tertio proximũ ſcandalizat: ideo addit, Et in ſcandalũ. ſ. oĩum aliorũ propter malã vitã communicantiũ, & quia multa ſcandala ſuperueniũt illis, contra tales Apoſt. ad Ro. 14. inquit. Iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalũ. Quarto mentẽ excęcat, de quo addit: Obſcurentur oculi eorum, ne videant, propter mentis cæcitatem non poſſunt intelligere malitiam ſuã. Nã vt dr̄ Sapien. 2. c. Excęcauit eos malitia eorũ. O infelix, qua temeritate audes illis labijs oſculari filium Virginis, quibus oſculatus es labia meretricis? Quinto mundanis H incuruat: ideo ſubdit, Et dorſum eorũ ſemper incurua. Excæcato vtiq; intellectu, ſtatim ſequitur ad terrena incuruatio in affectu. In talis perſona Pſalm. ait, Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem. Sexto miſericordiã Dei irritat, pro quo loquitur ad Dñm di. Effunde. i. effundes, ſuper eos irã tuam. ſ. ſicut funditur feruẽs aqua ſuper depilandos porcos. Pſal. Effunde iram tuã in gentes, quæ te non nouerunt, &c. Septimo iuſtitiam Dei conturbat, ideo dicit, Et furor iræ tuæ cõpręhẽdat eos. q. d. Sicut ipſi indigne compręhenderũt te: ſic tu per furorem iuſtitiæ tuæ compręhende eos. Nam

*Duodecim maledictiones multiplicãtur his q temere, & in culpa ſumũt ſacramentũ eucharistia.*

*Expende.*

 quaſi

A quaſi lamentabiliter corpus Dominicũ clamat, cum a talibus ſumitur: Heu mihi, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertũ eſt. Sed ſæpe euenit, quod Pſal. ait, Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcẽdit ſuper eos. Octauo vitam abbreuiat: de quo ſubdit, Fiat habitatio eorum deſerta. ſ. per mortem & peſtilentiam. 1. Corint. 11. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi: & loquitur de malè communicantibus ad literam. Nono gratuitis priuat: vnde ſubditur, Et in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet. i. palatijs, ſeu habitaculis villarum, ita ꝙ in eis non re B maneat quiſquam. Et ſubdit prædictorum & ſequentium rationem, di. Quoniam quẽ tu Deus percuſſiſti, perſecuti ſunt. Deus filium ſuum propter noſtrum amorem percuſſit in paſſione & in morte, ſicut ipſe teſtatur Eſa. 53. di. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Sed male cõmunicantes hunc perſequuntur, Iuda deteriores effecti. Nam ſicut ille tradidit illum perſecutoribus Iudæis: ſic iſti illum tradunt infernalibus diabolis, quia ponunt illum in loco, qui eſt ſub poteſtate diaboli conſtitutus. Propterea Auguſti. dicit: Magis peccant, qui tradunt Chriſtum peccatoribus membris, quàm q C tradiderũt eum crucifixoribus Iudęis. Ideo merito ſubinfertur, Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderũt. De hoc Ambr. inquit: Qui indignè Chriſtum ſumit, idem eſt ac ſi interficiat. Contra quos Hebr. 6. Rurſum in ſemetipſis filium Dei crucifigentes & oſtentui habentes. O ſi aliquis panẽ in lutum proijceret, quàm impius putaretur. Nõne etiam ſi talis temerarius fruſtum panis reperiret in terra: ſtatim quaſi lamẽtabiliter recolligeret illũ atq; imponeret in loco honeſto? Nec tamen veretur in latrinã ſpurciſſimã conſcientiæ ſuę ponere digniſſimum Sacramentum. Decimo iniquitatem D multiplicat: ideo ſubditur, Appone. i. permittes apponi iniquitatem ſuper iniquitatem, vt. ſ. iterum atq; iterum in mortalibus communicando & iniquitates multiplicãdo ſemper iniquitates creſcant. Vndecimo mentem indurat: propterea ſubinfertur, Et non intrent in iuſtitiã tuam, licet intrent in iuſtitiã ſuã: Iuſtitia. n. Dei eſt veritatis via, quã intrat homo p ſpiritualia bona. Sed hi intrant in iuſtitiam ſuã, cum formant ſibi conſcientiam ſm̄ beneplacitum ſuum ſub ſpei pallio pręſumentes de Dei miſericordia. Contra quos Apoſt. ad Rom. 10. c. Ignorantes iuſtitiam Dei & ſuam ſtatuere volẽtes, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Duodecimo damnatum in fine demonſtrat. Et de hoc ſubditur, Deleantur de libro viuentiũ, id eſt per apertiſſima ſigna peſſimę conuerſationis & horribilis finis appareant de libro vitæ deleti. Loquitur illo tropo, quo res dicitur fieri, quãdo exterius innoteſcit. & cum iuſtis non ſcribãtur, ſcilicet nec per talia ſigna ſcripti eſſe monſtrantur. E

*Pondera hæc verba.*

### *Quibus denegandum ſit ſanctiſſimum Sacramentum. Cap. 7.*

SEptimi habent conſcientiam impudicam, ſeu inuerecundam. Hi ſunt, qui ſecundum Bernar. nec Deum timent, nec homines reuerentur: Effrontes & inuerecundi, infames & ſceleſti, comparentes coram Deo maieſtatis cum multorum ſcandalo hoc tremendum ſuſcipiunt Sacramentum. Sed quid debet facere ſacerdos in tali caſu? Reſpondendum eſt, ſm̄ Rich. in 4. di. 9. ꝙ quando ante ſacerdotem comparet peccator poſtulans corpus Chriſti: aut illius mortalis culpa eſt manifeſta, aut occulta. Primo. n. ſi eſt manifeſta, tũc presbyter grauiter peccaret, ſi ſibi miniſtraret Dominicũ ſacramentum, quia coadiutor & participator eſſet ſceleris ſui. Vnde Mat. 7. Dominus p̃cepit di. Nolite ſacramentũ dare canibus. Habet. n. contra eum legitimam exceptionem, quam ſibi publice obijcere poteſt. Sumo tamen hic manifeſtum non pro eo, qđ probari poteſt per duos vel tres teſtes: qđ magis meret̃ dici manifeſtabile, quàm manifeſtum: ſed ſumo manifeſtum pro notorio iuris vel facti. i. cum eſt notoriũ per ſententiam vel confeſſionem factam in iure, aut euidẽtia rei, quę tergiuerſatione aliqua cęlari non poteſt, extra de coha. cle. & muli. c. vlti. Vnde ſi ſacerdos parochianũ ſuum ſciret fore in culpa, quam legitime contra eum probare poſſet per duos vel tres teſtes, nec notorium foret: non poteſt nec debet ei denegare euchariſtiam, ſi publice petit: quia ante criminis probationem iam ſibi pęnam inferret, quod fieri nequaquã debet. 11. q. 3. c. eorum, qui. Secundo autẽ ſi ſit culpa occulta: tunc aut petit in occulto, aut petit in publico. Primo enim ſi petit in occulto: tunc ſi ſacerdos ſibi daret, culpabilis eſſet, quia contra eum legitimam exceptionem habet, quam ſibi occulte obijcere poteſt, atq; ipſum monere debet, ne in publico petat, ſicut habetur de conſecratione, diſtin. 2. non prohibeat. Secundo ſi publicè petat:

F G *Caſus põderãdus.* H



A petat: tunc debet ſacerdos illi dare, quia contra eum nõ habet legitimam exceptionem, quam ei in publico obijcere poſſit, extra de offic. iud. ordi. ſi ſacerdos. hæc ſecundum Richar. in 4. Sed ſecundum Henricum de Gandauo, hoc intellige verũ, quando qui petit eſt presbytero ſubditus: ſecus ſi ſit extraneus, quia contra talem legitimè excipere poteſt, quod ei dare non debet, de conſecra. diſt. 2. c. tribus. vbi præcipitur, quòd extraneo non detur euchariſtia, de cuius conſcientia non conſtat.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### B *Quomodo quilibet ſe præparare debet ad ſumendum hoc ſacramentum, vbi ſeptem præparationes ponuntur.*

TErtium quoque, quod ponderari debet circa ſumptionem huius Sacramenti, eſt locus conuenientiſſimus ad præparandum, quia dicit, Timentibus ſe. Timentes enim Deum tantum hoc ſacramento a Deo miſericorditer fiũt digni. Ad hoc autẽ, ꝙ homo diſponat ſe dignè ex parte ſua ad ſumptionẽ huius Sacramenti, neceſſe eſt præparare cor ſuum, quaſi alterũ ſepulcrum. Et circa hoc ordinatè diſtinguere C re poſſumus ſeptẽ præparationes debitas, vt verificetur quod de hoc Zachar. 3. ait, Oculi ſeptem ſuper lapidẽ vnum. Nam & cor lapideũ eſſe neceſſe eſt: ſed non ex obſtinata peruerſitate, ſed ex ſancti propoſiti firmitate: & ſuper hũc lapidem oculi ſeptẽ eſſe debent, quia ſeptemplici luminoſa, atq; diſcreta præparatione muniẽdum eſt. Nam ſicut Propheta ait, Præparationes cordis eorum audiuit auris tua. Audiuit, i. audiet auris tua, o clementiſſime Deus. Iſta autem prima præparatio dicitur examinatio conſcientiæ, ſecunda extirpatio omnis immunditiæ, tertia excuſſio omnis negligentiæ, quarta excluſio omnis irreuerentiæ, quinta D pręmeditatio diſcreta, ſexta oratio deuota, ſeptima deuotio feruida.

*Pſal. 13.*

### *In ſumptione huius ſacramenti quanta diſcuſſione conſcientia examinanda eſt. Cap. 1.*

PRima præparatio eſt examinatio conſcientiæ: debet enim homo examinare conſcientiam ſuam, & nullũ ibi angulum relinquere indiſcuſſum: quia verè, ſicut Ioan. 12. c. Dominus ait; Nunc iudicium eſt mundi, ſ. microcoſmi. Et merito quidem: quia ſicut Propheta ait, Honor Regis, ſ. Chriſti, iudicium diligit: videlicet in ſumptione corporis eius. Diſcutienda eſt enim conſcientia, quaſi homo ex hoc mundo ſit tranſiturus ad patrem. In cuius myſterium, Exo. 12. cap. dictum eſt populo Iudæorum ad agni comeſtionẽ: Renes veſtros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus, tenẽtes baculos in manibus, quæ quidem ſunt tria neceſſaria peregrinis. Hoc nempe inuariabili lege ſancitum eſt, quòd homo examinando iudicet ſemetipſum, vel quòd a Domino iudicetur. Si te iudicas, non iudicaris a Domino: ſi non iudicas, iudicaris a Domino. Vno vero & ſancto iudicio contentus eſt Deus. Nam ſicut dicitur Naum 1. Non adijciet vltra, & non iudicabit Deus bis in idipſum. Propterea ad noſmetipſos iudicandum, Oſeæ 2. cap. hortatur dicens, Iudicate matrem veſtram, ſcilicet ne iudicetur a Deo. Recole quæ ſuperius dixi in 2. ar. & 5. c. ſcilicet, quòd qui ex negligentia perquirendi, & examinandi conſcientiam ſuã obliuiſcitur alicuius mortalis culpæ ſuæ: ſumendo hoc ſacramentum, mortaliter peccat, quia non ſeruat præceptum Apoſtoli, qui. 1. Corint. 11. ait, Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Et quaſi tubicinando Dei iudicium annunciat dicens: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

E *Vide D. Bonau in 4 diſt. 12. q. pen. & Gabrielẽ Biel. in can. lect. 87.* F G

### *Quanta puritate mentali, & corporali hoc ſacramentum ſumendum ſit. Cap. 2.*

SEcunda præparatio eſt extirpatio omnis immunditiæ, ſ. tam mentalis, quàm corporalis. Vnde 1. Corinth. 5. c. Apoſtolus ait: Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azimi. Et ad Hebr. 10. iterum ait, Accedamus, ſ. ad iſtud ſacramẽtũ, cũ vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda a cõſcientia mala & abluti corpus aqua mũda. Leuit. quoq; 7. c. in myſteriũ ſcriptũ eſt: Anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorũ, quæ oblata eſt Dño, peribit de populis ſuis: & quæ tetigerit immũditiã hoĩs, vel iumẽti, ſiue oĩs rei, quæ polluere põt, & comederit de huiuſmodi carnibus, interibit de populis ſuis. Quæ autẽ munditia circa matrimonij actũ requiratur ſumentibus hoc ſacramentum, ſupra ſermonẽ 18. c. vlti. latius dictum eſt.

H *Puritas mentalis, vt quis digne præparetur ad ſacrã mẽſam.*

Quòd

*Quòd in ſumptione huius ſacramenti omnis negligentia abijci debet. Cap. 3.*

TErtia præparatio eſt excuſſio omnis negligentiæ. Omnis nempe negligétia abijcienda eſt a mente, quæ tantũ Dñm ſuſceptura eſt. O ſi expectares in domo tua cuiuſdam magni Dñi tpalis aduentũ, quanta ſolertia, quanta munditia, quantaq́ue diligentia diſponeres domum tuam: quanto magis præparandum eſt conſciẽtiæ hoſpitium Regi cęlorũ, & Dño Angelorũ. Hinc ad te loquitur Eſa. 52. c. dicens, Excutere de puluere, ſ. negligentis vitæ: conſurge, ſ. per vigilãtiam mentis, & corporis: ſede Hieruſalem, ſ. per trãquillitatem cordis. Impoſſibile eſt enim peruenire ad pfectionem cuiuſcunq; gratiæ, vel virtutis, aut cuiuſcunq; deuotionis, vel guſtus dulcedinis Dei: niſi multa æſtimatio altitudinis eius pcedat. Res enim neglecta, & paruipenſa, nõ multum curat̃ haberi. Quid enim eſt negligentia, niſi quędã neglectę rei paruipenſio, & contemptus? Contemptoribus aũt nunq̃ dignatur largiri Deus ſpiritualia, & ſubſtantialia dona, cum negligens ab eis quodammodo ſe elonget. Quapropter cõſulo omnibus, qui cõicare craſtina die intendunt, ꝙ futura nocte veſtiti dormiãt: atq; eũtes hoc ſero bona hora dormitũ, futuro mane occaſioné habeãt vigilãdi, & ſurgendi ante diẽ, necnon & Dño mẽtem præparãdi deuotã.

*Omnis negligentia abijciẽda*

*Quanta reuerentia ſumi debet ſanctiſſimum corpus Chriſti, & de noua indulgentia data ſociantibus ipſum, dum portatur infirmis. Cap. 4.*

QVarta præparatio eſt excluſio omnis irreuerentiæ. Quanta autẽ reuerẽtia etiã corporali debeat mens deuota occurrere Saluatori, ipſa rõ manifeſtat. Inſuper Eccleſiaſtici 32. c. ſcriptum eſt, Pro reuerentia accedet tibi gratia bona, i. euchariſtia, quæ bona gratia interpretatur, quaſi dicat. Si per reuerentiam te dignè præparas obuiã Chriſto, ipſe quoq; gratiã multiplicando occurrens tibi honorabit te. Vt aũt cũ debita reuerẽtia ſuſcipiatis tam altiſſimũ ſacramẽtũ: talis cras ordo obſeruetur, ſi fieri põt. Primo viri, & quicunq; paterfamilias cum omnibus maribus domus ſuæ, qui iam confeſſi dignè fuerint præparati, ad ſuam parochiã ſummo mane accedant, atq; integrè & deuote prius audita miſſa, honeſtis indumentis veſtiti, omnino diſcalciati, & capite diſcooperto, genuflexi coram Rege regum, & Dño dominorum, ſe deuotè præparent ſuſcipere hoc ſanctiſſimum Sacramẽtum. Demum velato capite habituq́ue honeſto audita iam miſſa accedant mulieres cum filiabus cæteriſque puellis, & famulabus ſuis, quæ dignè fuerint præparatæ. Hanc reuerentiam ſuadet Apoſtolus 12. c. ad Hebr. dicens: Itaque regnum immobile ſuſcipiẽtes habemus gratiam, per quam ſeruiamus placẽtes Deo cũ metu, & reuerentia. Nec quoq; ſine vtilitate fiet, ſi pueri & puellæ, qui ad ætatem, de qua in quarta feria præcedenti dictũ eſt, nõ peruenerunt a quinquennio ſupra, ad hæc proſpicienda, atq; contemplanda ducãtur, vt in puellari ętate iã diſcant, quod tpe ſuo libeat imitari. Sed quia ait Dominus. j. Re. 2. Qui honorauerit me, glorificabo eum: qui autẽ contemnunt me, erũt ignobiles. Ideo vt ad honorãdum hoc ſanctiſſimum Sacramentum oẽs animentur fideles, nuper per ſanctiſſimum Papã Martinum Quintũ, anno 12. Pontificatus ſui, & ab incarnatione Domini 1430. ſancitum eſt: & per Bullam, q̃ incipit, Ineffabile ſacramenti, ſic vt hic ad literam ſubinfertur. Singulis verè pęnitentibus, & confeſſis, qui & quotiens in ipſius Sacramenti ꝓ feſto ieiuniũ, vel loco illius aliud pium iuxta ſuorum conſilia confeſſorum opus fecerint centum: Et qui præmiſſis in eccleſijs, quibus illa celebrari contigerit, officijs interfuerint: necnon Epiſcopis, & alijs prælatis ſuperioribus, qui dictis officijs libenter intereſſent: ſed quominus eis in ipſis eccleſijs intereſſe poſſint pro cõſeruandis ſuarum dignitatum iuribus, & alijs tunc legitimè impeditis pro matutinali cc. Reliquarum vero horarum, videlicet primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, & completorij feſti 80. Rurſus autem in quibuſlibet octauarum diebus, pro ſingulis matutinalium miſſarum, & veſperorum ſimiliter centum: necnon & reliquarum horarum, officiorum, & huiuſmodi 40. Illis pręterea, qui proceſſiones, in quibus ipſum viuificum ſacramẽtum in dicto feſto iuxta præfatarum ritus eccleſiarum defertur continuo ſecuti fuerint, ac quibuſlibet in feſto, & octauarum diebus pro pace, & tranquillitate eccleſiæ miſſas deuotè celebrantibus, pro ſingulis ipſarum, necnõ alijs in eodem feſto euchariſtiæ Sacramẽtum deuote ſumentibus etiã cẽtum ſingulis annis. Profecto eis, qui dum corpus Dominicũ cõicandis defertur infirmis: illud cum incenſo luminari præcedendo



dendo vel ſequendo venerantur, ſimiliter cẽtũ. Et qui tũc illud aliàs deuotè ſecuti fuerint, ẽt quinquaginta dies de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorũ Apoſtolorũ Petri, & Pauli authoritate cõfiſi de iniũctis pœnitentijs miſericorditer relaxamus.

*Quanta diſcretione debet quilibet communicare. Cap. 5.*

QVinta præparatio eſt præmeditatio diſcreta, & circunſpecta. Oportet enim ſumẽtem hunc cibum ab alijs ſcire diſcernere per fidẽ. Nã qui inconſideratè accedit ad hoc Sacramẽtum, teſte Apoſtolo. 1. Corint. 11. iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Dñi. Ille nempe non dijudicat corpus Chriſti, qui ad hunc diuinum panem, tanq̃ ad alium corporalem cibum inconſideratè accedit. Nam cum capacitas noſtra ad ſuſcipiendum Chriſtum efficaciter ſit a ſpiritu, non a carne: ſit in mente, non in ventre: & mens non põt Chriſtum attingere, niſi per cognitionem, & dilectionem, i. per fidem, & charitatẽ, ita ꝙ fides illuminat ad cognitionem, & charitas accendit ad deuotionẽ: Ideo ad hoc ꝙ aliquis dignè accedat, oportet ꝙ ſpiritualiter comedat, vt ſic per cognitionem fidei maſticet, & per deuotionem amoris ſuſcipiat, & deglutiat: per quam nõ in ſe Chriſtum transformet, ſed ipſe potius traijciatur in myſticũ corpus eius. Ad hoc Ambroſ. ait: Cibus iſte non vadit in vẽtrẽ, ſed in mentẽ. Propterea ſicut qui indiſcretè corporalem cibum in ſinum ſuum proijceret, non in ventrem: potius ſe inficeret, q̃ ei proficeret: ſic qui nõ ſpiritualiter, ſed tm̃ ſacramẽtaliter ſuſcipit hunc cibum: non ſe reficit, ſed inficit. Ex quo manifeſtè apparet, ꝙ qui inconſideratè ad hoc Sacramentum accedit: iudicium ſibi manducat & bibit, quia nõ dijudicat corpus Domini. Hoc ſentit Bonauen. in breuiloquio ſuo.

*Diſcretio adhibẽda*

*De oratione, cum qua ad hoc ſacramentum quilibet ſe præparare debet. Cap. 6.*

SExta præparatio eſt oratio deuota. Cũ oratio ſit eleuatio mentis in Deum, qñ mens deuotè orat, obuiã pergit Chriſto ad ſe venturo, vt verè cum Propheta dicere poſſit, Et ego ad te Domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te. Et verè dignum & iuſtum eſt, vt poſtq̃ creator omnium, & Saluator tuus ad te de cœlo tanta benignitate deſcendit, & tu ei per mentis eleuationem, quãtum tua valitudo permittit, obuiam pergas: quod quidem efficere potes cum in deuota tua oratione & mentem ab exterioribus reuocas: & eam ne extrauagetur in ſeipſam coartas. Hinc Dominus Matt. 6. ait: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum, ſcilicet, ad te vẽturum. Quod verbum exponens Bernar. ait: Ingreſſus in cubiculũ, eſt cordis reuocatio: clauſio oſtij eſt cordis retentio. Propter hæc enim duo mens facilè eleuatur in Deum.

*Mens orare debet deuote. Pſal. 88.*

*Quòd feruida deuotione ſuſcipiendum ſit hoc dominicum ſacramentum. Cap. 7.*

SEptima præparatio eſt deuotio feruida, q̃ ex oratione oriri habet. Eſt enim deuotio, ſecũdum quoſdam, teneritudo cordis, qua quis de facili in lachrymas reſoluitur. Vel ſecundum alios, Deuotio eſt feruor bonæ voluntatis, quam cohibere non valens, certis indicijs manifeſtat. Deuotio nempe holocauſtorum dr̃ eẽ medulla, ſine qua omnia holocauſta arida ſunt & ſicca. Nullum vtique opus eſt, in quo tantum ſit neceſſaria mentis deuotio, ſicut in ſacra communione. Nam ſicut ex quinto præcedenti capitulo patet: neceſſe eſt hoc ſacramentum non ſolũ ſacramentaliter, ſed etiam ſpiritualiter manducare. Talis autem manducatio minimè poteſt fieri, niſi per fidem, & charitatem. Sed ſicut ex fide diſcretio, ita ex charitate deuotio ortum habet per intermedium, & adiutorium orationis feruentis. Ex hoc enim intelligitur manifeſtè, quòd ſicut qui indiſcretè: ita qui indeuotè ad hoc ſacramentum accedit, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini, id eſt, non deuotius ſumens ſanctiſſimum Sacramentum, q̃ alium cibum. hoc ſentit Bonauẽ. vbi ſupra. Denique cum cras fueris conſtitutus ante Domini ſacerdotem, & coram hoc diuiniſſimo cibo: mentalibus oculis eleuatis corde deuoto, humiliq; tui recognitione, ardenti Dei dilectione, atque feruenti deuotione dic ſaporoſiſſimè illud verbũ: Dñe nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tm̃ dic ver. & ſa. a. mea. in præſenti per gratiã, & in futuro per gloriam, ad quam nos perducat Saluator mũdi Ieſus, qui cum Patre, & Spiritusſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

*Deuotione vtẽdũ eſt.*

DOMI-

A

# DOMINICA in Reſurrectione in mane,

*De Reſurrectione capitis noſtri Ieſu Chriſti.*

## Sermo LVII.

*Vrrexit, non eſt hic, Mar.16.* Et in Euangelio hodierno. Ad optatum & deſiderabilẽ finem Religionis Chriſtianæ, hoc eſt ad Reſurrectionis glo-
B riam contemplandã iam Chriſto duce perducti ſumus. De qua decem contemplationes in præſenti tractatu per ordinem diſtinguamus. Prima erit de reſurrectione capitis noſtri Ieſu Chriſti, ſecunda de reſurrectione & perpetuitate myſtici corporis Domini Ieſu Chriſti, tertia de vniuerſali dominio & regno Ieſu Chriſti filij Dei, quarta de gratia & gloria ſpirituum beatorum, quinta de admirabili gratia & gloria Virginis matris Dei, ſexta de gloria ſubſtantiali, ſeu eſſentiali animarum ſanctarum: ſeptima de gloria conſubſtantiali corporum beatorum, octaua de gloria
C accidentali, quæ eſt in beatis: nona de exercitijs beatorum, decima de ſaccomanno regni cœlorum.

*De reſurrectione Chriſti decem contemplationis conſiderantur.*

*De Reſurrectione capitis noſtri Ieſu Chriſti.*

SVrrexit, non eſt hic. Iterum vbi ſupra. Sicut Auguſt. in quodam ſermone de paſchate ait, Surrexit Chriſtus, exultet vniuerſus mundus. Par etenim eſt, vt ſicut omnis creatura luciuago doluit ploratu in morte creatoris ſui: & quæ funere noctis obſcuræ proſecuta eſt exequias mo-
D rientis in cruce, ita nũc triumphalẽ ab inferis reditum læta ſuſcipiat reſurgentis: quia ſicut Propheta ait, Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Ad iſtam igitur contemplationem, quæ eſt de reſurrectione capitis noſtri Ieſu Chriſti mẽtis oculos eleuãtes, toto corde credere obligamur Angeli verbo, tanquàm vnum de fidei articulis nunciantis ac dicentis, Surrexit, non eſt hic. De qua reſurrectione tria contemplemur ad præſens. Primo reſurrectionis Chriſti neceſſitatem, ſecundo reſurrectionis temporalitatem, tertio reſurrectionis Chriſti iucunditatem.

### ARTICVLVS PRIMVS.

E

*Quòd triplici reſpectu fuit neceſſaria reſurrectio Chriſti.*

PRimo cõtemplemur reſurrectionis Chriſti neceſſitatem. Secundum enim Alexã. de Ales, in 3. ſuo, dupliciter fuit neceſſaria. Primo viatoribus, ſecundo comprehenſoribus, ſeu beatis. tertio addi poteſt, ꝙ fuit quodammodo neceſſaria pro damnatis.

*Reſurrectionis Chriſti neceſſitas. De hac materia vide Richar. li. 4. diſt. 43. et Thom de Argen.*

*Quòd Chriſti reſurrectio viatoribus neceſſaria fuit, & maxime propter tria. Cap. 1.*

PRimo reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria viatoribus, & maximè propter tria. Primo propter iuſtificationem, ſecundo propter reconciliationem, tertio propter multiplicationem, ſeu ampliationẽ: hoc eſt propter gratiam acquirendã, reformandam, & multiplicandam. Primo autem fuit neceſſaria propter iuſtificationẽ: vnde Apoſtolus 4. c. ad Rom. Reſurrexit ꝑpter iuſtificationẽ noſtram. Et iterum 5. c. ait: Nos ſaluati ſumus
G ab ira per ipſum. Saluatio enim eſt terminus a quo, ſ. a pœna: ſaluari vero in vita, eſt terminus ad quem, ſ. ad vitam. Vnde gl. ibidem ait, vt iuſtè viuamus, qui aliter viuere non poteramus. Si ergo per animam ſolum deſcẽdentem ad inferos Chriſtus mortuus ſaluauit nos ab ira, ergo ad ſaluãdũ in vita, exigitur ꝙ ſit viuus. ergo exigitur tanquàm neceſſaria reſurrectio eius. Secundo reſurrexit propter recõciliationem, ſ. ſi caſu iam iuſtificati iterum ceciderimus in peccatũ. Hĩc 9. c. ad Heb. Apoſtolus ait. Vt appareat vultui Dei pro nobis, ſ. cum corpore, & ani-
H ma, vt oret patrẽ ꝑ nobis. Propterea quidã dicunt, ꝙ ipſe quodammodo cauſa meritoria eſt, vt omnipotens pater miſereatur noſtri. Tertio etiam reſurrexit propter multiplicationem, ſeu ampliationẽ. ſ. diſpoſitionis ad ſuſcipiendum gratiam: & hoc eſt ex parte ſuſcipientis gratiam ipſam. Hinc humana natura tota ordinatur ad Chriſtum. Et poſtq̃ aſſumpta eſt, etiã a ſanctis Angelis magna ei reuerentia exhibetur. In cuius myſterium Apoc. 19. Cum enim ei loquẽtẽ Ioãnes vellet adorare, ait Angelus ei: Vide ne feceris, cõſeruus. n. tuus ſum, & fratrum tuorũ habẽtiũ teſtimoniũ Ieſu. Propterea aduertẽdũ ẽ, ꝙ ipſa natura humana copio-

*Reſurrectio Chriſti neceſſaria triplici ratione.*



A ſiorem gratiã ſuſcipere põt, q̃ antea poſſet. Vnde in carnis aſſumptione huiuſmodi diſpoſitionẽ accepit: In paſſione vero maiorẽ diſpoſitionẽ ſuſcepit: Sed in reſurrectione etiã ampliorẽ recepit. Hinc eſt, ꝙ in natura humana diſpoſitio generalis amplior eſt ad gratiã ex natura ipſius ſpeciei, ſm ꝙ 4. c. ad Rom. Apoſtolus ait, Reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã: mortuus eſt propter delicta noſtra. quod quidẽ propter fidẽ, & dilectionẽ eſt dictũ. Intelligendũ eſt ergo, ꝙ reſurrectio iuſtificat, ſimiliter & paſſio. Sed paſſio iuſtificat in adultis ſolũ propter fidẽ, & amorẽ, hoc eſt vt credita & dilecta. quia
B exigit̃ hoc, vt habeatur iuſtificationis effectus. Vnde ſufficiẽs cã iuſtificationis eſt paſſio: ſed efficiens nõ, niſi credat̃ ẽt Deus paſſus. Ad quod q̃dẽ reſurrectio maximè operat̃. Vnde ſuper illud Prophetæ, Quæ vtilitas in ſanguine meo. gl. ait, ſ. ſi ſtatim nõ reſurgo corruptumque fuerit corpus meum, nemini annũciabo, nullum lucrabor, & ita peribit cõfeſſio. i. teſtimonium deitatis. Et ideo Act. 2. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. glo. aſſertio eſt reſurrectionis huius. Et ſic ex prædictis apparet, ꝙ neceſſaria fuit reſurrectio viatoribus.

C

*Quòd reſurrectio Chriſti propter tria comprehenſoribus neceſſaria fuit. Cap. 2.*

SEcundo reſurrectio Chriſti neceſſaria fuit comprehenſoribus, ſeu beatis. Et maxime vt tribus gloria creſcat. Primo beatis Angelis, ſecundo beatis animabus, tertio beatis corporibus. Primo inquàm, vt creſcat gloria maior Angelis etiam in præſenti, quia ex glorificata humanitate Chriſti in eis duplex delectatio reperitur. Vna in contemplatione deitatis, alia in contemplatione humanitatis, in quam deſiderant Angeli proſpicere, vt dicitur. 1. Pet. 1. c. Secũ-
D do vt creſcat maior gloria animabus beatis inſuper in præſenti, ſicut ẽt de Angelis prędictum eſt. Tertio vt creſcat maior gloria beatis corporibus. Nam ad reſurrectionem corporum reſurrectio ſua, cauſa erit reſurrectionis futuræ: & hoc in futuro. Vñ Pſal. 29. Ad veſperũ demorabit̃ fletus, & ad matutinũ lętitia. vbi gl. ait: Dñs mane reſurrexit, idẽ nobis promittẽs ꝑ ſuã reſurrectionẽ, q̃ eſt efficiẽs cauſa reſurrectionis nr̃ę, & aĩę, & corpis. Ambo enim delectabunt̃ in gloria Ieſu Chriſti. ſic Io. 10. c. ait, Ego ſum oſtiũ: per me ſi quis introierit, ſaluabit̃, ſ. in gloria ſempiterna: & ingrediet̃, ſ. ad fruen-
E dum gloria, quæ erit in anima mea cũ deitate coniuncta: & egredietur, ſ. ad contemplãdum humanitatem meam: & paſcua inueniet, i. delectationes immenſas reperiet in vtriſque. Ex prædictis ergo euidenter apparet, quòd Chriſti reſurrectio comprehenſoribus neceſſaria fuit.

*Quomodo reſurrectio Chriſti beatis fuit neceſſaria.*

*Pſal.*

*Quòd pro damnatis fuit neceſſaria reſurrectio Chriſti, & maxime propter tria. Cap. 3.*

TErtio reſurrectio Chriſti fuit ẽt neceſſaria pro damnatis & maximè vt in inferno ex iuſtitia Dei tribus ma-
F ior afflictio creſcat. Primo Dæmonibus, ſecundo ſpiritibus, tertio corporibus. Primo, vt creſcat maior afflictio Dæmonibus, qui in creationis exordio Chriſtum incarnandum viderunt: & illi inuiderunt, ſecũdũ Bernar. Et inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, vt dr̃ Sapiẽ. 2. Quãto putas ergo cruciatu liuoris alijsq; incomprehenſibilibus pœnis illos torqueri, quando illum ſentiunt exaltatum ad dexteram Dei patris eique in cœlo, & in terra traditam poteſtatem, ſicut Mat. vlti. ipſe Dominus ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra, i. in toto vniuerſo, ſ. qua per
G gloriam remunerem comprehenſores, per gratiam gubernem viatores, per iuſtitiam cruciem miſeros offenſores. vnde dæmonibus cruciatis ab eo per Eſa. 63. cap. ipſe ait: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Secundo autem reſurrexit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt creſcat maior afflictio animabus damnatis, qui vident, quòd Chriſtus pro liberatione earum mortuus eſt, & reſurrexit, quẽ ipſæ tam viliter cõtempſerunt. vnde Apocal. 14. de talibus Ioan. ait: Cruciabuntur igne, & ſulphure, ſ. pro peccatis partis iraſcibilis, & cõ-
H cupiſcibilis. Ecce pęna ſenſus in conſpectu Angelorũ ſanctorũ, & in conſpectu agni, ſ. in gloria ſuſcitati: quia damnati ſe conſpiciunt priuatos ſempiterna vita, i. participatione gloriæ Chriſti, & conſortij Angelorũ. Ecce pœna damni, quæ grauior eſt, ſm Hieron. q̃ pœna ſenſus. Tertio vero reſurrexit, vt creſcat maior afflictio corporibus damnatorũ, quod quidẽ poſt vltimũ iudicium futurum eſt. vnde Apocal. c. 1. Videbit eũ omnis oculus: & qui eum pupugerũt, i. q̃ criminaliter eũ offenderũt. Et c. 14. iterũ de dãnato hoĩe ait: Bibet de vino iræ Dei. Quid vinũ, niſi tormẽta ęterna, & ſpũalia denotan-

A notantur? Sicut enim cum bibitur vinum, nō ſolum in ore recipitur, ſed etiam ab intra per totum corpus diffunditur. ſic quidē ſpiritualis pœna in mēte damnati hominis iam recepta: non ſolum mentem ipſam per totum penetrat, ſed ēt in corpus ipſum redundat. Et iterū Iob 21.c.ait, Videbūt oculi eius interfectionē ſuā, i. ſeparationē a glorioſa vita, q̃ eſt ī Chr̃o Ieſu. ecce pęna dāni. Et de furore omnipotentis bibet. Ecce pęna mentalis, & corporalis ſenſus, quibus damnati æternaliter punientur. Et ſic patet, quòd Chriſti reſurrectio etiam infernalibus ex iuſtitia neceſſaria comprobatur.

B

## Articvlvs Secvndvs

### *De triplici tempore, quod in Chriſti reſurrectione concurrit.*

SEcundo contemplemur reſurrectionis Chriſti temporalitatem. Circa quam, ſecundum Alex. de Halis, triplex cōſideremus tēpus. Primo tp̄s feſtinatū, ſecūdo tp̄s expectatū, tertio tempus determinatū.

### *Quòd non fuit conueniens Chriſtum expectare reſurrectionem ſuam vſque ad mundi finem: & maxime propter tria. Cap. 1.*

C

*Reſurrectionis Chriſti tēpus feſtinatum.*

PRimo cōſideremus reſurrectionis Chriſti tempus feſtinatum. Non enim cōueniens fuit reſurrectionē ſuā vſq; ad reſurrectionē gn̄alē oīum corporum retardare. Et primo nec quantū ad ipſum, ſecūdo nec quātū ad nos. primo.n. quantū ad ipſum nō debuit Chriſtus retardare eā, & maxime propter duo. Primo propter diſſimilitudinē, ſecūdo ꝓpter dignitatem. Primo propter diſſimilitudinē, quia nō eſt ſimilis cōditio ſua conditioni noſtræ. Nam ſua eſt a principio cœleſti, D ſicut Apoſtolus. 1. Corinth. 15. ait, Secūdus homo de cęlo cęleſtis. Gloſa, quia non de humano ritu, ſed nutu diuino eſt conceptus, & natus. noſtra vero conditio de principio terreno eſt. vnde ibidē glo. ait, Qualis terrenus, tales & terreni. Secundo propter dignitatē. Quia enim Chriſtus primus eſt, & maximus in dignitate: ideo dignum eſt, vt prius reſurgat in glorię ſublimitate. Propterea Apocal. 1. c. Princeps Regum terræ merito nūcupaẗ. Secūdo nō fuit cōueniēs quantū ad nos, ꝙ differretur tm̄ reſurrectio eius, immo ꝙ feſtinaretur neceſſarium erat nobis, & maximè propter tria. ſ. vt generaret in nobis primo fidem, ſecundo ſpem, & tertio charitatem. Primo, vt generaret, & faceret in nobis fidem reſurrectionis ſuæ: quia niſi reſurgeret, quaſi nullus deinceps ipſum crederet eſſe Deum. Secundo, vt generaret in nobis ſpem reſurrectionis nr̄æ. Propterea Apocal. 1. c. dictus eſt Chriſtus primogenitus mortuorū: quia ſicut Adam primogenitus mortuorū merito dictus eſt, eo quòd prius in hoc ſeculo vixit, vt moreretur ipſe, & filios de ſe gigneret morituros: ſic merito Chriſtus dicitur primogenitus viuorum & mortuorum, quoniā prius in hoc ſeculo a morte reſurgens vixit, vt ipſe in æternum viueret, ac filios in æternum victuros non ſolum meritis & gratia generaret, verum etiam nobis firmā ſpem de reſurrectione præſtaret. Maximus quoque ī ſermone de paſchate ait. Eſt in Chriſto hodie ſuſcitato vniuſcuiuſque noſtrum caro, ſanguis, & portio. Vbi ergo portio mea regnat, regnare me credo: vbi dominatur ſanguis meus, dominari me ſentio: vbi glorificatur caro mea, me glorioſum eſſe cognoſco. Et iterum Gregorius 14. Moral. ſuper illud Iob, Scio quòd redemptor meus viuit, ſic inquit: Redemptor noſter ſuſcepit mortem, ne mori timeremus: oſtendit reſurrectionem, vt nos poſſe reſurgere confidamus. Tertio, vt in nobis generaret charitatem. non enim poſſemus ita allici ad amorem gloriæ ſempiternæ, niſi daretur nobis forma, & exemplar reſurrectionis noſtræ. vnde 1. Corinth. 15. Primitiæ Chriſtus. Ecce dignitas in Chriſto, per quam oportet reſurgere. Hinc gl. ibidem ait: Primus tempore, & maximus dignitate: qui prior reſurrexit, vt fidem faceret, & formam credentibus daret.

*Pondera.*

E F G

### *Quòd propter tria conueniens fuit Chriſtum reſurrectionem ſuam per triduum expectare. Cap. 2.*

H

*Reſurrectionis Chriſti tēpus expectatum.*

SEcundo conſideremus reſurrectionis Chriſti tempus expectatum: quia non ſtatim reſurrexit poſt mortem, ſed per triduū expectauit. Vnde ſuper illud. 1. Corinth. 15. reſurrexit tertia die, ait glo. probata vera morte: & hoc tertia die, vt oſtendatur ea poteſtate nos poſſe ſuſcitare. Si enim ſtatim reſurrexiſſet, non verè mortuus putaretur. Cum ergo deberet reſurgere, ita vt veram mortem probaret: differri debuit reſurrectio eius vſque ad tertiam diem. Et maxime propter tria. Primo

propter



A propter ſignificationem, ſecundo propter probationem, tertio propter oſtenſionem. Primo inquàm propter ſignificationem: vnde ſup illud Luc. 24. Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere a mortuis tertia die. gloſa ait: Merito vna die, & duabus noctibus in ſepulcro iacuit. quia lucem. id eſt, gratiā, ſuæ mortis, quæ tantum erat in carne, tenebris noſtræ duplæ mortis, quæ in carne & anima erant oppoſuit: & hoc ad ſignificandum, quòd lux ſuæ mortis duplam mortem noſtram curat. Secundo propter probationem, quia ſicut in ore duorum, vel triū teſtium ſtat omne verbum, vt dicitur Matthæi 18. ſic in tribus diebus ſtat omne factum: vnde hæc eſt lectio literalis, ſcilicet, vt probaret veram mortem, ſecundum gl. prædictam. Tertio propter oſtenſionem, ſ. ſuæ magnificæ poteſtatis. Nam ſi ſtatim reſurrexiſſet, non videretur habere poteſtatem reaſſumendi animam, ſicut & ponendi, ſicut ipſe Ioan. 10. c. teſtatus eſt dicens, Poteſtatem habeo ponēdi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Et hoc eſt, quod ſuper illud. 1. Corinth. 15. Reſurrexit tertia die, glo. ait, Probata vera morte, &c. ſicut patuit ſupra.

C

### *De die & hora, in quibus Dominus reſurrexit. Cap. 3.*

TErtio conſideremus reſurrectionis tempus determinatum, ſ. qua die & hora Dominus reſurrexit. Circa hoc conſideremus primo de die, ſecundo de hora. Primo inquàm conſideremus de die. Circa quod aduertendum eſt, quòd Chriſtus in ſepulcro quieuit tribus diebus, & tribus noctibus: hoc eſt per tres dies naturales, feria ſexta cum præcedenti nocte vna extitit dies, & per ſynecdochem illa die ſtetit ibi. Item fuit ibi per totum ſabbati diē D cum præcedenti nocte: & ſic per totum diē naturalē abſq; ſynecdoche. Itē nox p̄cedēs Dn̄icā reſurrectionis cū ipſa die reſurrectionis ē vna naturalis dies, & p noctē illā fuit ibi, & ſic per diē naturalē per ſynecdochen ibi ſtetit: & ita per tres naturales dies fuit in ſepultura: tamen tantum fuit ibi per vnū artificialem diem, & per duas integras noctes. Hinc ſuper illud ad Rom. 6. hoc ſcientes, quia vetus noſter homo crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, glo. inquit, Quieuit Chriſtus in ſepulcro vna die, & duabus noctibus: quia noſtram duplam vetuſtatem ſua ſimpla cōſumpſit. Secundo ēt conſideremus de hora. Sanè quia de reſurrectionis hora in Euangelij textu minimè expreſſa veritas declaratur: ideo ſacri Doctores variè opinantur. Quidā enim dicūt, ꝙ reſurrexit in aurora, quidam vero ꝙ in media nocte. Primo enim ſunt quidam, qui dicunt ꝙ reſurrexit in aurora, & huius ſententiæ eſt Auguſt. ſuper illud. 1. Malach. 3. Elegit Liſyas Ptolomæum, &c. vbi glo. Ab hora mortis Chriſti vſq; ad diluculū reſurrectionis conſtant horę quadraginta, ſi ipſa nona cōnumeretur. Cum ergo dixerit ibi, ꝙ reſurrexit in diluculo, vr̄ ꝙ non ſurrexit ante lucem. Secundo ēt pro hac opinione multum facit, ꝙ Eccleſia ſancta laudes cantat in aurora in memoriam reſurrectionis Dn̄icæ, & ad gloriam reſurgentis. Secundo vero ſunt alij, qui dicunt Chriſtum reſurrexiſſe in media nocte, atq; his plurimum fauet. Primo id, quod habet traditio antiquorū, videlicet ꝙ Apoſtoli in vigilijs Paſchæ Chriſtianū populum vſq; ad noctis mediū retinētes, & illa. ſ. hora reſurrectionis Dn̄icæ Laudes cum populo iubilantes poſt ad propria populum dimittebant. Secundo quoq; cum hoc concor. figura Sampſonis, Iudic. 16. vbi dicit, ꝙ dormiuit Sampſon vſque ad medium noctis, ſ. in Gaza. Et inde cōſurgens apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis: & ſeras impoſitas humeris portauit ad verticem montis. Vbi glo. Sampſon media nocte nō ſolum exiuit, ſed & portas tulit: quia Redemptor nr̄ non ſolū de inferno liber exiuit, ſed & de inferni clauſtro portas deſtruxit. Tertio ēt multum facit ad hoc totum officium, quod in miſſa reſurrectionis ſabbato decantatur. Nā miſſa, quæ nunc cantatur in meridie, in media nocte reſurrectionis Dn̄icę antiquitus cantabatur. Sed nunc in myſteriū tēpus abbreuiantes, & occurrentes gaudio reſurgentis Spirituſancto dictāte aſpectu corporali cōplemus, quod de iſta ſanctiſſima nocte fuerat antea prophetatū: Nox ſicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in delitijs meis. Vnde in cerei benedictione huius ſacræ noctis myſteriū cōmendatur, cum hæc nox eſt, pluries iteratur. Dicitur ēt in collecta: Deus, qui hāc ſacratiſſimā noctē gloria reſurrectionis Dn̄icæ illuſtrati, &c. Quarto quoq; literalis figura Paſchæ Iudæorum, & exitus de Ægypto vr̄ huic ſn̄iæ conſentire, eo ꝙ media nocte educti ſunt de Ægypto: vnde ait Dn̄s Moyſi, Exo. 11. c. Media nocte egrediar Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, &c.

*Qua hora reſurrexerit Chriſtus.*

E F G H

Vtran-

A Vtranque vero opinionẽ cõcordans Alex. de Ales, in 3. ait, ꝙ prædicta non ſunt contraria. Nam qñ dr̃ ante lucẽ ſurrexit, reſpicit illud, quod Ioã. 20. c. inquit, Vna aũt ſabba. Maria Magdalenæ venit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum. Sic quoque intelligitur illud, quod Luc. 24. dicitur. Valde diluculo, i. antequàm dies eſſet clara. in diluculo enim dies nondum eſt clara. Et ſic apparet, ꝙ Dominus reſurrexit inter mediam noctem, & claram diem: & hoc modo vtraq; opinio oſtẽditur eẽ vera.

B

## Articvlvs Tertivs

### *De omnibus apparitionibus Chriſti, poſtquàm a mortuis reſurrexit, quibus lætificat in ſe credentes.*

TErtio contemplemur reſurrectionis Chriſti iucunditatem. Triplex enim fuit in reſurrectione Chriſti iucunditas, qua lætificati ſunt omnes in eum credentes. Prima fuit cordialis, ſecunda generalis, tertia maternalis.

### *De apparitionibus primis, quæ factæ fuerunt tribus Marijs, & Petro. Cap. I.*

C

*Iucunditas reſurrectionis, quæ declarata eſt tribus apparitionibus.*

PRima enim de reſurrectione Chriſti iucunditas, fuit cordialis, quæ maximè facta eſt in tribus apparitionibus primis. Prima facta eſt Mariæ Magdalenę, ſecũda tribus Marijs, tertia vero Petro, de quibus per ordinẽ videamus. Et primo de illa, quæ facta eſt Mariæ Magdalenæ: vnde pro concordia ſacri textus Euangeliorum, notandum eſt, ꝙ ſicut Mar. 16. c. & in Euangelio hodierno ait, Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salomę, emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Nouerant enim hæ ſanctæ mu- D lieres tam crudeliter tractatũ fuiſſe corpus Ieſu, ꝙ totum cor habebãt plenum memoria crudeliſſimæ mortis eius, & imaginatione corporis ſui ſacri: vnde nihil videbantur attendere, vel ſperare, niſi mortuum eius corpus cum deuotione poſſe inungere, & tractare. Subditq; Marcus, Et valde mane, i. cum adhuc tenebræ eſſent, ſicut Ioan. 20. c. ait, Vna ſabbatorum, i. dñica die: veniũt ad monumentum, orto iam Sole: quia videlicet hora, qua motæ ſunt ad veniendum, adhuc tenebroſa erat, ſed orto iam Sole peruenerunt ad monumentum. Vel ſecundum Auguſt. de cõſenſu Euangeliorum, dicitur, E orto iam Sole, id eſt de proximo veniẽti in has ptes, vt ſumatur Solis ortus ꝓ ortu claritatis diurnæ præcurrentis ſuper emiſperium noſtrum. Et dicebãt ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumẽti? Et reſpicientes, ſ. cum iam veniſſent, viderunt reuolutum lapidem. erat quippe magnus valde. Sed quia ſciebãt contra Ieſum Iudæorum malitiam ebullire, videntes reuolutum lapidem crediderunt corpus eius a Iudæis ſublatum, & fortè in aliquo loco vili collocatum: vnde Maria, quæ Chriſtum Ieſum ardentiſſimè diligebat, anteq̃ aliquid diligẽtius ſcrutaretur: ipſum ſubla- F tum pro certo ſupponens, ardentioribus amatoribus ex diſcipulis, Petro videlicet, & Ioanni, quaſi mente capta doloribus, & deſiderijs videndi Dominum plena, nunciare cucurrit dicens: Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerũt eum, ſicut Ioan. 20. c. narrat. Subditque ꝙ Ioannes præcurrens citius Petro ad ſepulcrum, inclinauit caput, viditq; linteamina poſita, nec tamen intrauit. Petrus vero poſtea veniẽs intrauit in illud, viditq; linteamina, & ſudarium capitis ſtans ad partem. Deinde Ioannes intrauit, & vidit & credidit, quod dixerat prius Maria, ſ. Dñm eſſe ſublatũ de monumento: nondum. n. ſciebat G ſcriptũ, quia oportebat eũ a mortuis reſurgere. Poſt hæc aũt diſcipuli cõtriſtati ad ꝓpria redierũt. Poſtq̃ aũtẽ ad ſepulcrũ redijt Magdalena, hę ſanctæ mulieres ſimul intrauerũt. Dicitur aũt monumentũ, qñq; illud ſaxeũ vas, in quo iacuit Chriſtus: qñq; vero totus ille locus, in quo illa reſidebat tũba. Erat aũt locus ille clauſus aliqua materia, vel pariete, vbi erat hortus, ſicut innuit Ioã. Et Auguſtinus etiam illud ſentit. Propterea qñ legitur, ꝙ intrauerunt in monumentum, aut exierũt ab illo: pro ſolo aditu, vel exitu illius loci, vel horti intelligi hẽt.

*Introitus Magdalenã, et ſãctarũ mulierum in monumẽtum.*

H Igitur ſicut in hodierno Euãgelio Mar. ſubdit, Mar. vlti. Introeuntes, ſicut prædictum eſt, in monumẽtum, id eſt, in tumbam, vbi erat ſepulcrum: viderunt iuuenem ſedentẽ in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt. Qui dicit illis: Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit, nõ eſt hic. Ecce locus, vbi poſuerũt eum. Sed ite dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: ibi eũ videbitis, ſicut dixit vobis. Quo audito exeũtes mulieres de monumento quaſi recedere diſponebant: ſed amore Ieſu attractæ, iterum ſepulcrum introeũtes, ſicut Luc. in prin. 24. c. ait: Viderũt duos



A duos Angelos ſtantes, qui dixerunt eis: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Nõ eſt hic, ſed ſurrexit. Quo audito duæ conſternatæ mente abire cęperunt: ſed Maria feruentius amans ſtabat ad monumentum foris plorans, ſicut Ioann. 20. c. ait: Plorabat enim, & lachrymæ eius in maxillis eiꝰ. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis ſuis. Rigabat ora lachrymis & maxillas. O Maria, quid ſpei, quid conſilij, aut quid cordis erat tibi, vt ſola remaneres ad monumentum? Tota enim amore Ieſu ardebat, nihil de ipſo in hac vita videbat: vbi eum quæreret, neſciebat. Propterea in do- B lore cordis fundebat lachrymas, vbi certa erat precioſum corpus domini iacuiſſe. Dolor renouatus erat, quia quem prius doluerat defunctum, nunc dolebat ablatum: & iſte dolor maior erat, quia nullam conſolationem habebat. primus fuit cauſa doloris, quia viuum perdiderat: ſed de hoc aliquãtulum habebat, quia mortuum ſe retinere credebat. Nunc autem ſuper iſto dolore conſolari non poterat, quia vel corpus defuncti non inueniebat; & amor feruẽs impatiens eſt & quieſcere neſcit, ac ſemper de nouo ſperat ſe reperire, quod cu- C pit. Ideo dum fleret, inclinauit & proſpexit in monumentum. Secundum enim Gregor. Amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit: quia vis amoris in tantum multiplicat affectum inquiſitionis. Et ſecundum Auguſtinum, iterum proſpexit dolens, nec ſuis, nec aliorum oculis facilè putabat eſſe credendum. Et cum vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, dicunt ei: Mulier, quid ploras? O Maria multam cõſolationem inueniſti, & fortè tibi melius contigit quàm ſperaſti. Nam tu quærebas vnum, & duos inueniſti. Quærebas mor- D tuum, & illos reperiſti viuos, qui de te curam habere videñt & volunt dolorem tuũ linire. Ille vero, quem quæris: dolorem tuum videtur negligere, lachrymas tuas nõ videtur reſpicere vel curare: vocas illum, & non audit: quæris illum, & non inuenis: pulſas & non aperit: ſequeris illum, & fugit. Heu quid eſt hoc, heu quàm magna mutatio, heu quomodo mutata eſt res in contrarium. Iſte Ieſus receſſit a te. Et quomodo fortè non diligit te. Olim te diligebat, olim te a Phariſeo defenſabat, & a ſorore tua dulciter excuſabat: olim te laudabat, quando pedes ſuos vnguento vngebas: lachrymis rigabas, & capillis terge- E bas: dolorem tuum mulcebat, peccata tua dimittebat: olim quærebat te cum abeſſes, vocabat te cum non adeſſes, mandabat tibi per ſororem tuam, vt ad ſe venires. O magiſter bone, cum vidiſti eam plorantem, lachrymatus es. Denique pro dilectione eius, quia dilexit te multum: fratrem tuum Lazarum ſuſcitaſti, & planctum dilectricis tuæ in gaudium conuertiſti.

*Pia Meditatio.*

O dulciſſime magiſter, quid poſt hæc in te peccauit diſcipula tua: aut in quo poſtea offendit dulcedinem cordis tui, quia ſic recedis ab ea? Nos poſt hæc nullum aliud de ea peccatum audiuimus, niſi quia val- F de mane ad monumentum ante omnes ferens vnguenta, quibus vngeret corpus tuum: Et cum te non inueniſſet in monumento cucurrit & diſcipulis tuis nunciauit: & illi venerunt videre, & abierunt. Hæc autem ſtat & plorat: ſi hoc peccatum eſt negare non poſſumus quin ipſa hoc faciat. Si aũt pc̃tm̃ nõ eſt, ſed amor eſt & deſideriũ, quod de te habet: quare ſic recedis ab ea & abſcondis te tu, qui dicis, Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Ergo mulier iſta, quæ G diligit te & mane vigilat ad te: cur non inuenit te? Sed & tu Maria, audi conſilium meum. Sufficiat tibi conſolatio Angelorum: Mane cum illis, interroga eos, ſi fortè ſciant quid factum ſit de illo, quem quæris & quem ploras. Ego certè credo, ꝙ ipſi ad hoc venerunt, vt ipſi teſtimonium perhibeant: & credo ꝙ ipſe, quem ploras, miſerit eos pro ſe & pro te, vt annuncient reſurrectionem ſuam & conſolentur deplorationem tuam. Dicunt ei, mulier quid ploras? Quæ eſt cauſa tanti doloris? non abſcondas a nobis lachrymas tuas: aperi nobis animum tuum & indicabimus deſiderium tuum. Dixit eis velut familiaribus H ſuæ mentis ac ſcientibus vota planctus, quia tulerunt Dominum meum: ipſum ſolum quæro: ipſe ſolus poteſt me conſolari: ſed neſcio vbi poſuerunt eum. Circunſpicio, ſi videam illum, & non video. Vellem inuenire locum, vbi poſitus eſt, & non inuenio. Heu me miſeram, quid agam, quo ibo, quo abijt dilectus meus: q̃ſiui eũ in monumẽto, & non inueni: vocaui eum, & non reſpondit mihi. Heu me, vbi quærã illum, vbi illum inueniam? Exurgam certe & circumibo omnia loca, quæ potero. Nõ dabo ſomnum oculis meis, donec inueniam quem diligit anima mea. Effundite lachrymas oculi mei, plorate, & nolite deficere;

A cere:ambulate pedes mei,diſcurrite, & no
lite quieſceř.Heu,heu,heu mihi, quo abijt
gaudium meum?vbi latet amor meus? Sed
quid faciam,vt illum inueniã,quo me ver-
tam?ad quem ibo? a quo conſilium petam?
quem percunctabor ? quis mei miſerebi-
tur ? quis me conſolabitur ? quis indicabit
mihi quem diligit anima mea? vbi poſitus
ſit amor meus,vbi cubet,vbi quieſcat?Quę
ſo nunciate illi, quia amore langueo , do-
lore deficio: nec eſt dolor,ſicut dolor meꝰ.
B Reuertere dilecte mi, reuertere dilecte vo-
torum meorum,reuertere conſolatio mea:
redde mihi lætitiam ſalutaris præſentiæ
tuæ.Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox
tua in auribus meis : vox enim tua dulcis
& facies tua decora. Cum igitur Maria ſic
doleret,ſic fleret, atq; hæc dixiſſet conuer-
ſa retrorſum,ſecundum Chryſoſto. Angeli
videntes Ieſum adeſſe propter reuerentiã
eius ſtupentes & faciem in aſſumptis cor-
poribus immutantes , in ſignum honoris
C ſurrexerunt.Quod videns Maria conuertit
ſe retrorſum, vt videret quem Angeli ve-
nerabantur : Et tunc ſic conuerſa vidit Ie-
ſum ſtantem, & neſciebat, quia Ieſus eſt.Et
dixit ei Ieſus:Mulier quid ploras? quẽ quæ
ris?O deſiderium animæ ſuæ. Cur interro-
gas,quid ploras,quem quæris? Ipſa paulo-
ante oculis ſuis cum magno tamen dolore
animæ ſuæ viderat te ſpem ſuam ſuſpendi
in ligno,& tu nunc dicis,quid ploras? Ipſa
in die tertia viderat manus tuas, quibus ſę
pe benedicta fuerat : & pedes tuos , quos
deuotè oſculata fuerat , & quos lachrymis
D rigauerat,clauis affigi & configi : Et nunc
tu dicis,quid ploras? Nunc inſuper corpus
tuum ſublatum exiſtimat , ad quod vngen-
dum vt ſe quodammodo conſolareť venie
bat: Et tu dicis,quid ploras,quem quæris?
Tu ipſe ſcis,quia te ſolum quærit, te ſolum
i. diligit,præter te omnia contemnit: & tu di
cis,quem quæris? Tu quidem amoroſe Ie-
ſu,hanc mulierem mentis ſecreto tractũ
magno,tuo more traxeras ad amorem. Tu
inuiſa cathena ſuauis dilectiõis ligaueras,
cum purgaſti peccata ſua. Tu imbiberas p̃
amore cor eius:tu ſignis,tu verbis, tu inſpi
ratione interna commoueras mentẽ eius:
tu ſuſcepiſti lachrymas eius , nec horruiſti
oſcula labiorum eius . Tu abſciſſo om-
nis corruptibilis amore illam dimiſiſti , vt
a te per oĩa iret in pace : & nunc interrõ-
gas, quid quæris? Tu lachrymas ipſa vidẽ-
te fudiſti ad germanicum funus: Tu inter-
pellatus iudex , eius aduocatus potius eſſe
voluiſti,ne impediretur dulcis contempla- E
tio eius. Cum illã ſedere cognoſceres ad
tuos diuinos pedes, pro te laborante ſoro-
re: tu te ſibi dediſti gaudium fędere ſem-
piterno. Tu eam ſignis ac ſignatis tibi ſan
cto amore per omnia colligaſti. Nunc ve-
ro priuata ſolatijs, repleta mæſtitijs & im
buta anguſtijs tu quæris:Mulier,quid plo-
ras?Tu quidem in ea plantaſti fidem , qua
te quærit: tu in ea firmaſti ſpem , pro qua
in te confidit:tu protinus radicaſti charita-
tem in animo eius, qua te diligit: Tu rigas
illam,vt incrementum ſuſcipiat inuiſibili-
bus aquis: Charitas a teipſo diffuſa, in teip
ſum refuſa, ad monumentum ligatam te- F
net:& illam interrogas , quid ploras ? Tu
cauſa queſtus,tu cauſa ploratus, tu inquie-
tas illam, tu angis illam, auertis tu illam, ĩ
pace viuere non ſinis : Quid ergo bone Ie-
ſu, interrogas diligentem atque dilectam,
quid ploras ? quem quæris ? dulcis magi-
ſter & amor animæ ſuæ, ad quid quæſo
prouocas ſpiritum eius?tota manet in te,to
ta ſperat in te, deſperat de ſe:Ita quærit te,
vt nihil quærat, nihil cogitet præter te : qa
nõ eſt in ſe, ſed propter te eſt extra ſe. Cur
ergo dicis, Quid ploras?quid quæris ? An
putas, quia dicat,te ploro,te quæro: niſi tu
prius dixeris & inſpiraueris in corde ſuo, G
Ego ſum, quem quæris,quem ploras? An
putas,quia ipſa cognoſcat te quãdiu volue
ris cælare te?At illa æſtimans , quia horto-
lanus eſſet,dixit ad eum: Domine, ſi tu ſu-
ſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum,
& ego eum tollam. O dolor miſerabilis, o
amor mirabilis:mulier iſta doloris nube ob *Amoris*
tecta non videbat ſolem , qui mane ſurgẽs *Vis ma-*
radiabat per feneſtras eius , qui per aures *xima.*
cordis ſui iam intrabat in animam ſuam.
Sed quoniam amore languebat,iſto lãguo
re ſic oculi ſui caligabant, vt non viderent H
quem videbat:videbat enim Ieſum,ſed ne-
ſciebat quia Ieſus eſt.O Maria, ſi quæris Ie-
ſum,quare non cognoſcis Ieſum? Ecce Ie-
ſus venit ad te, & quem quæris, quærit a te:
& tu exiſtimas eum hortolanum.Eſt enim
Ieſus, eſt etiam hortolanus. Ipſe enim ſemi
nat omne bonum ſemen in horto animæ
tuæ , & repullulantem infidelitatem nunc
aduenit extirpare. Quid hoc quod dicis, ſi
tu ſuſtuliſti eum,de quo intelligis eũ: quis
intelligit eum , quæ tamen nomen illius,
quem quæris , non pandis ? Si hortolanus
tuus eſt notus, ſi tua deſideria nouit : Ne-
ſcis quis nam ſit, quem tanta diligentia
quæris . Quem eum interrogas ac ſi præ-
ſente



A ſente ipſo illum in monumento clauſiſſes:
quem eum? Quid iſte,ſi hortolanus eſt, de
iſto quem quæris : nouit? hoc nempe affe-
ctus cum deſiderio quærentis agit,vt quod
quærit, credat omnes noſcere, ſicut in Cã
ticis,cap.1. ſponſa ait: Indicate mihi,quem
diligit anima mea. Sed o Maria optimè
neſcia loqueris, quia non patrem,non fra-
trem , non filium , non amicum terrenum
inquiris: ſed eum , qui eſt & qui venturus
eſt, vt dum ſic profers ſine agnominatione
ſciatur. Sed quid eſt mulier , quod dicis,&
B ego eum tollam.Ioſeph enim timuit & nõ
fuit auſus tollere corpus eius de cruce,ni-
ſi a Pilato peteret: Tu autem noctem non
præſtolaris,nec vereris: ſed audacter pro-
mittis dicens , & ego eum tollam? O Ma-
ria , ſi fortè corpus Ieſu eſt poſitum in a-
trio Principis Sacerdotum , vbi Princeps
Apoſtolorum calefaciebat ſe ad ignem :
quid factura eſſes? Et ego eum tollam.Sed
ſi in platea foret coram multitudine Iu-
dæorum,quid tunc ageres?& ego eum tol
lam. quod ſi eſſet in domo Pilati , & corã
militum turba : quid inquam factura eſſes?
Et ego eum tollam?O admirabilis mulieris
C audacia. O mulier, non mulier nullum lo-
cum excipit , nihil anteponit , ſine timore
dicit, abſolute promittit. Dicito mihi, vbi
poſuiſti eum , & ego eum tollam. O mu-
lier,magna eſt conſtantia tua,magna eſt fi-
des tua. Sed quomodo mulier, qua valitu-
dine, quibus viribus , quo ingenio corpus
tam graue poſſes portare ſola,cum vna fue
ris de portatoribus ad ſepulchrum ? Nun-
quid tecum tuas ſocias te habere credis?
Receſſerunt.Ego eum tollam.Amor enim
impoſſibile ad poſſibile ſua opinione redu-
cit & quod nequit efficere, poſſe ſe credit.
Tu ergo bone Ieſu,noli vltra producere de
ſiderium eius , quia iam triduo ſuſtinet te:
D nec te habet vnde faciet eſuriem animæ
ſuæ , niſi tu manifeſtando porrigas panem
cordis tui. Non enim diu poterit retine-
re vitam corporis ſui, niſi tu cito manife-
ſtes ei vitam animæ ſuæ. Dixit ei Ieſus,Ma
ria. Hæc ſiquidem vox exprimens nomen
eius,penetrauit animam eius, ſolitam vir-
tutem in verbo ſenſit , ſola ſolum ſolitè ĩ-
tellexit , ac per hoc ſolitam vocem agno-
ſcit,vbi ergo audiuit,Maria : ſic enim con-
ſueuerat vocare eam magiſter eius:perſen-
ſit in ipſo nomine dulcedinem Dei, & per
eam cognouit eum, a quo vocabatur , eſſe
magiſtrum ſuum. Tunc reuixit ſpũs eius
& reuerſus eſt ſenſus eius : tunc recepit &
fidem,vnde ſtatim conuerſa dixit ei , Rabi: E
quod dř magiſter.Quomodo conuerſa vti-
que ad loquentem: quia cum primo cõuer
ſa eſſet retrorſum , & illum vidiſſet vt hor-
tolanum ſua interrogatione completa re-
cõuertit oculos ad ſepulchrũ,aut vndiq; gi
rabat aſpectũ,ſperãs ex aliqua parte appare
re dilectum.Nunc vero audita voce quæſiti
ſubito ſe cõuertit ad eum,vocans illũ magi
ſtrum:cuius dulcedinem ſenſerat in doctri
na. O mutatio dexteræ excelſi, o pietas ſal
uatoris,o miſericordia redemptoris:cõuer
ſus eſt dolor magnus in gaudium maximũ:
mutatæ ſunt lachrymæ doloris in lachry- F
mas amoris:ſed arbitrabatur Maria ſe non
indigere verbo,quia inuenerat verbum : &
longè vtilius arbitrabať tangere verbum q̃
audire quælibet verba. Cucurrit ad pedes
eius,vt amplexaretur & oſcularetur pedes
eius. O amor fortis & impatiẽs.Non enim
ſufficit videre Ieſum, & cũ Ieſu loqui , niſi
etiam tangeret Ieſum. Sciebat enim ꝙ vir-
tus de illo exibat & ſanabat omnes. Dixit
ei Ieſus : Noli me tangere : nondum enim
aſcendi ad p̃rem meũ.ſ.ſ̃m tuum iudicium
infidele,ac ſi apertè dicat: Tibi non aſcẽdi,
quaſi eam de infidelitate redarguens,ꝙ nõ G
credidiſſet perfectè eſſe æqualẽ p̃ri:vel for-
tè hoc ait,vt eam humiliaret,ne nimis præ-
ſumeret:quia ipſum reſuſcitatũ prima om-
nium conſpexiſſet: diſtulitque ei cõcedere
tactum,donec ſecunda vice alijs appareret.
O dulciſſime Dñe, o magiſter , q̃ bonus es
his,qui recto ſunt corde.O beati,qui ĩ ſim-
plicitate cordis quærunt te:& q̃ felices,qui
ſperant in te.Verum vtiq; eſt & indubitan-
ter eſt verũ , ꝙ tu diligis omnes diligentes
te,& nunquam deſeris ſperantes in te. Ec-
ce enim hęc dilectrix tua ſimpliciter quære
bat te,& veraciter inuenit te: ſperabat ĩ te,
& non eſt derelicta a te: ſed plus conſecuta
eſt ꝑ te,q̃ expectaret a te.Et addit Dñs Ma- H
riæ dicens: Vade ad fratres meos & dic eis:
Aſcendo ad patrẽ meũ & patrem veſtrum:
Deũ meum & Deũ veſtrum:ſtatimq; diſpa
ruit.Ecce igiť iam conſtituiť Magdalena ĩ-
ter hoĩes,prima nũcia gloriæ reſurgentis.
Chriſtus enim ꝓprio ſuo ore ipſam primã
ſuæ reſurrectionis euangeliſtam facit:effici
tur præconiſſa,vt nunciet his , qui per vni-
uerſum orbem hanc reſurrectionem procla
maturi erant. Et merito reformationis hu
manæ fuit hic conueniens ordo,vt mulier
quæ fuerat peccatrix prima , cognoſceret
& nunciaret gloriam reſurgentis, q̃ tranſ-
greſſionis foueam prima fodit. Hinc Gre-
 gorius

A gorius ait: Ibi oſtenditur culpa generis humani, vnde proceſſit. Quia enim in paradiſo mulier propinauit viro mortem, ad ſepulchrum nunciat viris vitam: & vitam ſuæ viuificationis narrat, quę mortem mortiferi ſerpentis narrauit. Secunda apparitio facta eſt tribus Marijs ſimul. Cum enim iam diſparuiſſet Ieſus ab oculis Magdalenæ, iam illa ſtabilita in fide, a qua diminuta extiterat, egreditur, hortum, illico reliquit ſepulchrum, nec vltra ſe vt aſpiceret inclinauit: nec amplius ſi adhuc eſſent vel receſſiſſent requiſiuit angelicos teſtes de reſurrectione credula, de quæſito iucunda, de
B inuento conſolata: vt iuſſa Domini & magiſtri perficeret animo & corpore feſtinabat. Cumque feſtina atq; ſeſtina rediret ſocias ſuas in itinere inter ſepulchrum & Hieruſalem conſternatas animo, lento gradiẽtes veſtigio inuenit: quas etiam ſociali diſcretione retento pede atq; interpoſita ſeſſione, dum iſta cum Maria fiebant, neſcientes credimus expectaſſe. Ad quas cũ perueniſſet Maria læto animo, iucundo vultu, feſtiuoq́; affatu enarrauit reſuſcitatum Ieſum & eũ tanquã hortolanũ vidiſſe & audiſſe: tñ eum tangere non potuiſſe. Cumq; ver-
C ſus Hieruſalem feſtino greſſu pariter irent, ſicut Matth. vlt. c. ait: Ecce Ieſus occurrit eis dicens, Auete. Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius & adorauerunt eũ. Se enim nunc tangi permittit, qui ſe prius tãgi Magdalenæ negauit. Geſta etenim Chr̄i nunc negata, nunc conceſſa: nunc prohibita, nunc permiſſa: magnã nobis aſtruunt rationalem myſterij veritatem, vt vnũ & idẽ quod vno tempore denegat̃, alio tempore conceditur & permittitur: vt ſcilicet defectum in quæſito, indignitatem in quærẽte, ineptitudinem in modo, importunitatẽ in tp̄e, indecentiã in re, dum negat̃ importa-
D re credamus. Cũ vero concedit̃ his caruiſſe, atq; ornari contrarijs, firmiter autumemus: Nec tñ pro tanto diuinum mutat̃ conſilium, ſi opera varientur. Nouit enim prouidentia Dei ſine dolo noſtris vtilitatibus conſulens, qualiter & quid nobiſcũ diuerſimodè ſit agendum. Et nunc procliuæ mulieres tangunt & oſculantur dominicos pedes, & ad ſolita reuertitur Magdalena, atq; recognoſcunt ſuſcitatum, quem viderant crucifixum, & in tecta petrina recluſum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere: Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbũt. Vocat aũt eos fratres amãtiſſimus Princeps; tum vt oſtendat ſe verè reſurrexiſſe in carne generis noſtri de primo parente tracta: tum vt ad ſui amorem magis eos accendat & ad fiduciam ſocietatis ſuæ ac viſionis ſuæ corroboret & confirmet: tum vt filios æterni patris, & Chriſti ſe nouerint hæredes & cohæredes. O igitur huius almi Regis benignitas: qui relictus in bello pauidos ſuos formidoloſos & fugitiuos ſocios, cũ euaſit nominat fratres, & nouitatẽ cæleſtẽ ei in ſuo corpore oſtẽdere repromittit. O dulcis excelſi ſuauitas: qui eum negãtes ingruente bello, tẽpore tenebrarũ fraternũ ad eos ſe dicit tenuiſſe amorem. O inſolita clementia Principis, qui poſt preſſuram caumaq́; bellorũ, poſt victoriam de ligno, de tumulo, de tartarea lege reportatam, ſub æterno patre cõtinuo appellat fratres. Et ſic Ioan. 20. c. dr̄, Venit Maria Magdalena. ſ. cum alijs Marijs, annuncians diſcipulis: quia vidi Dominum, hæc dixit mihi. Tertia apparitio facta eſt Petro, ſicut Luc. vltimo refert. Non enim deerat pijs Apoſtolis ſollicitudo quęrendi, ſi reperire poſſent vllatenus reſurgẽtem. Ad quod quidẽ feruẽtiſſimus erat Petrus: vnde eo ab alijs ſegrẽgato neſcio in quo loco, quem ſacra ſcriptura tacet, apparuit ei Dominus, atq; cor eius confortauit in fide, deditq́; finem infidelitati ac lachrymis eius: qui regreſſus ad cæteros cum gaudio ſibi apparuiſſe Dominum nunciauit: quod quidẽ vt auditum eſt, aliquibus deſidia facta ẽ, aliquib⁹ ſpes, aliquibus cõturbatio, quaſi ſingularitatẽ apparendi cauſantibus, aliquibus proficiſcendi creſcebat auiditas, vt poſſent videre eũ. Quanto gaudio atq; fiducia repletus fuerit Petrus, qs exprimere poſſet? Secũdum etiã Chyſoſt. primo inter viros apparuit Petro, quia caput erat omnium: ſecũdo, ne ꝓpter negationẽ factã deſperaret: tertio propter exẽplũ miſericordiæ Dei ad pc̄tõres reducendos ad eum.

Tertia apparitio.

E F G H

## De alijs duodecim apparitionibus Chriſti, quæ ſcriptæ ſunt a diuerſis. Cap. 2.

SEcunda reſurrectionis Chr̄i iucũditas eſt generalis, ſ. quæ facta eſt in duodecĩ apparitionibus poſt prædictas. Primo apparuit duobus diſcipulis euntibus in Emaus, quam Luc. 24. cap. plenius narrat & breuiter in vlt. cap. Matt. Secundo apparuit plurib⁹ ĩ Hieruſalẽ, Thoma abſente & clauſis ianuis ſtetit Ieſus in medio, & dixit: pax vobis,

Duodecĩ apparitiones Chr̄i poſt reſurrectionẽ.



A vobis, ſicut Io. 20. c. & Luc. 24. narrant. Omnes autem quinque prædictæ apparitiones in ipſo die reſurrectionis factę ſunt. Tertio poſt dies octo apparuit, & ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum, præſente Thoma, cui palpãdas præbuit vulnerum cicatrices, ſicut Ioã. 20. c. narrat. Quarto vero apparuit ad mare Tyberiadis, ſicut Ioan. 21. c. ait: de qua dicit, hoc iã tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cum reſurrexiſſet a mortuis. Non tñ intelligendum eſt ſimpliciter, ꝙ fuerit tertia: ſed quia fuerit facta ĩ tertio die de illis diebus, in quibus Chriſtus appa-
B ruit eis. Quinto quoq; apparuit in monte Thabor. 11. diſcipulis ſuis, vbi prius conſtituerat illis. Et hæc fuit ſolennis apparitio: de qua etiã ante mortẽ & poſt reſurrectionem tã per ſe, q̃ per Angelos ſæpius mẽtio facta fuit: & ſingulariter eũ adoraſſe dñr, Matth. vlt. Licet etiam non ſit dubium, ꝙ quandocunq; apparebat eis, cum multa reuerentia adorabant: hoc tamẽ ſingulariter enumeratur, vt per hoc huius apparitionis excellentia demonſtret̃. Sexto ẽt apparuit
C in die Aſcenſionis, de qua apparitione Mar. 16. c. ait. Recumbentibus 11. diſcipulis apparuit illis Ieſus, quia ſecundum Auguſtin. iam non erant amodo cum illo in terra cõuiuaturi. Septimo autem apparuit illa die in monte Oliueti, qui viderunt eũ aſcendẽtem in cœlum: quã Mar. & Luc. in fine euãgeliorum ſuorum breuiter tangunt, ſed in principio libri Actuum plenius narrat̃, licet autem ab Euangeliſtis non ponant̃ niſi p̄dictæ decẽ apparitiones: tñ aliæ fuiſſe creduntur. Vnde Io. in vlt. c. euangelij ſui ait: Multa quidẽ & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorũ, quæ nõ ſunt ſcri-
D pta in libro hoc. Paulus quoq;. 1. Cor. 15. tres etiam ſuperaddit, vt ſua pro 13. computetur, ſicut & 13. anno poſt Dñicam paſſionem Apoſtolus gentium factus eſt. Dicit enim ibidem, ꝙ viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul: Deinde viſus eſt Iacobo minori, & hæc tñ facta in die reſurrectionis intelligitur. De hoc Hieron. refert, ꝙ dolore mortis Ieſu ſauciatus ſe nũquam comedere vouerat, niſi Chr̄m a mortuis reſurrexiſſe videret. Huic ergo apparuit Dñs & dixit his, q cũ eo erant, Ponite mẽſam: deinde accipiẽs panẽ dedit eis dicẽs. Comede frater dilecte mi, quia filius hoĩs ſurrexit a mortuis. Additq́; Apoſtol. vbi ſup. Nouiſſime aũt oĩum tanq̃ abortiuo viſus ẽ & mihi. Etiã põt addi viſio illa, quã Ioan. Apoc. 2. refert ſe eũ vidiſſe inſtar lucẽtis ſolis. Scribit̃ ẽt in euãgelio Nichodemi, ꝙ Ioſeph qui ſepelierat ſanctiſſimũ corp⁹ Chr̄i, & ꝓ hoc captus fuerat a Iudæis: & ĩ quodã cubiculo diligẽter ſigillato recluſus, quem poſt ſabbatũ interficere ordinabant. Illi ergo flenti apparuit Dñs Ieſus Chr̄s, extergensq́; faciem eius oſculatus eſt eum: demumq́; ſaluis ſigillis in domo propria collocauit. Ex quo manifeſtè apparet, ꝙ hæc apparitio in die reſurrectionis fuerit facta. Ex prædictis igit̃ patet, ꝙ 15. apparitiones factæ ſunt, poſtq̃ Chr̄s mortuis reſurrexit.

E F

## De corporali, ſeu mentali apparitione, quibus Chriſtus conſolatus eſt matrem ſuam, poſtquam a mortuis reſurrexit. Cap. 3.

TErtia quoq; reſurrectionis Chr̄i iucũditas dr̄ maternalis. Quia enim de ſacræ matris cõſolatione poſt reſurrectionẽ nihil euãgelica teſtat̃ hiſtoria: nõ propterea credendũ eſt, ꝙ benigniſſim⁹ Ieſus, fons conſolationis & gratiæ: qui cæteros tm̄ ſtuduit conſolari, oblitus ſit matris:
G quã ſolã nouerat mortis ſuæ amaritudinẽ pleniſſimè deguſtaſſe. Placuit tñ ꝓuidentię Dei de hoc p̄ euãgelicos apices nihil reſerari: & maximè propter tria. Primo ꝓpter firmitatẽ, ſecundo propter infidelitatẽ, tertiò propter ſublimitatem. Primo ꝓpter firmitatẽ. tanta enim firmitate certiſſima cõſtabat Virgini matri de reſurrectione filij ſui, vt nec per minimum dubitationis motũ circa hoc fuerit ꝓpulſata: quod quidẽ facile fuit credere ex hoc, ꝙ per ſingulariſſimam gratiam electa fuerit, vt mr̄ Chr̄i Dei eſſet & Regina Angelorum ac Domina vniuerſi.
H Propterea ipſo ſilentio ſcripturarum meli⁹ oſtenditur, hoc debere teneri, vt oĩno indubitabile, quàm fieret quacunq; ſcriptura. Propterea ſicut luculẽter apparet, ſcriptura poſuit talia fundamẽta, ꝙ mens illuminata & alta, maiora concludit q̃ poſſit lingua, ſeu litera explicari. Poſuit enim modũ ſuæ altiſſimę conceptionis, vtputa Angelo nũciante & ſpiritu ſancto obumbrante: deſcribitq́; illam vt doloroſam mr̄em Dei moriẽtis atq; eam iuxta crucis ſtipitẽ collocatã. Quod ſi verũ eſt: immo veriſſimũ eſt, quod 2. Cor. 1. Apo. ait: Sicut ſocij paſſionũ eſtis, ſic & cõſolationũ eritis. Mẽſura tu, q̃tũ Virgo mr̄ fuerit reſurrectioni filij ſociata. Proptcrea certiſſimè tenendum eſt, ꝙ dulciſſimus filius eius primo & ante oẽs reſurrectiõis ſuę glorioſa lętitia cõſolatus eſt eam.

A Quod & ſancta Romana Eccleſia vr̃ſentire,
quę in Roma in reſurrectionis Die, ad San-
ctam Mariam Maiorem ordinat ſtationem.
Si aũt arguere velis, ꝗ corporaliter nõ ap-
paruit ei, eo ꝗ hoc non teſtantur Euangeli-
ſtæ: non piè cõcludere erit neceſſe, ꝗ in re-
ſurrectionis lætitia in mundo nunquã eum
viderit: qa ſicut nec primo, ſic nec vltimo,
nec medio mr̃no cõſpectui apparuiſſe refer
tur. Secundo aũt factum eſt pp infidelitatẽ.
Quia enim ſpiritui ſancto cura erat per ſcri
pturam euangelicã illas apparitiones deſcri
bere, quæ carnalibus hominibus poſſent de
reſurrectione Chriſti fide dignũ teſtimoniũ
B perhibere, & maternus affectus in eorũ ocu
lis minueret veritatẽ. Iõ nulla ſcripta eſt ap-
paritio ex matris teſtimonio. Nõ erat tñ ĩ rei
veritate in omni creata atq; creanda natura
poſt Ieſum tantũ teſtimoniũ veritatis, quã-
tum in ipſa lingua materna, vt ſibi credere
debeat mens humana deuota. Per textũ igiť
euangelicum ſolummodo debuit reſerari,
per quem modũ Doctores primi fidei nr̃æ
de reſurrectione Chriſti fuerunt certificati,
ita vt per hoc comprehendere valeremus, q
facti ſunt reſurrectionis Chriſti idonei te-
C ſtes, quibus fides eſſet ab omnibus indubi-
tabiliter exhibenda. De apparitione autem
matri & conſimilib. nihil reperitur in euã-
gelijs, quia a Spirituſancto credenda & in-
ueſtiganda, illis tantũmodo relicta ſunt, q
a ſuo lumine illuſtrantur. Tertio quoq; fa-
ctum eſt hoc propter ſublimitatem. Poſt re-
ſurrectionem enim Chriſti nihil de matre
& etiam ante pauca per euangelia reſerant:
quia apparitiones Chriſti exhibitæ matri &
familiaria inter eos colloquia atque amoris
ſublimia ſigna, in tantum debuerunt eſſe ſu
perintellectualiſſima & intimiſſima atq; in-
effabiliſſima, ꝗ nec potuerũt ab inferiorib.
D dici vel ſciri, niſi cũ tãta diminutiõe ſua, qđ
eas dicere eſſet nobis exceſſũ illarũ quodã-
modo denigrare. Si quis tñ piè deferre vel-
let textui Euãgelij ſacri, & dicere quod cor
porali aſpectu primo apparuit Magdalenę,
poſſet vtriq; ſenſui deuotè ac fideliter con-
uenire, ſi diſtinguamus duplicem viſionem.
Primam corporalẽ, ſecundam ſpiritualem.
Prima eſt debilis & infirma & ſæpe multæ
illuſioni, deceptioni & vanitati ſubiecta. Se-
cunda aũt eſt ſtabilis, certa & clara, quæ de
leui nõ niſi purgatis mẽtib. exhibetur. Eſto
igitur, quod viſionem primam pro quodã
priuilegio ſpeciali amoroſus Ieſus peccato-
ribus voluerit impartiri: non dubiũ eſſe de-
bet, quod certiſſimo mentis intuitu Beata

*Qđ Chr̃s apparuerit primo poſt reſurrectionẽ B. Virgini probatur a multis Doctorib.*

*Viſio duplex.*

E Virgo reſurrectionẽ Chr̃i & vidit & certè
cognouit & iocundiſſimis amplexibus aĩæ
ſuæ ſtinxit. Quartò etiam dici poteſt, quod
Spirituſancto dictante nihil in ſacro textu
de corporali apparitione ſibi facta refertur,
vt per hoc oſtendatur & commẽdetur eius
indefectibilis virtus: quia per hoc monſtra-
tur, quod non indigebat talibus apparitio-
nibus roborari & confirmari. Poſſet quoq;
meditari deuotè, quod ſicut ipſa fuit ſummè
paſſa atque Chriſto compaſſa: ſic mox Chri
ſti paſſione finita mens eius ſpirituali contẽ
platione vulnerum filij cauernis incluſa &
intra ipſius ſepulchri anguſtias conſepulta
F vice, vt ſic liceat loqui, dulcis Ieſu animæ
fungebatur. Cunque per Spiritumſanctum
illuſtrata reſurrectionis horam ſentiret in-
ſtare, aduenientem animam filij ſui vt in
propria gloria ſumeret corpus ſuum: ſic de-
uotè allocuta eſt eam. Quid dilecte fili adue
niſti facturus? Si vis me totam in tuam glo-
riam abſorbere, reddo depoſitum, quod
ſola cuſtodio. Si autem in paſſibili carne vi-
uentem me tuo vis dolore atque paſſione
priuare: & has tui corporis aperturas, in
quibus ſolis viuo, tua vis medicina ſana-
G re, non annuo. Aut ergo me in tuam aſſu-
me gloriam, aut mihi dimitte tui doloris
memoriam & ſaporem. Cui amoroſus Ie-
ſus deuota conſolatione reſpondit. O ma-
ter mea dulciſſima, non poteſt puſillus grex
iſtorum filiorum tuorum tua nunc ſocieta-
te priuari. Omnes enim deficient, niſi fidei
tuæ fulcimento firmentur. Et nimis vtique
durũ eſſet eos ſimul me paſtore & patre, &
te magr̃a & matre priuare. Multus eſt popu
lus mihi per eos acquirendus, qui de viſce-
rum tuorum charitate procedet. Patienter
igitur fer dulciſſima mater, quod te ad tp̃s
cũ eis relinquã & corpus meum in gloriã
H maieſtatis aſſumam. Nec tñ credas dulciſſi-
ma mr̃ mea, quod theſaurum paſſionis meæ
velim de tua anima remouere, quantuncũq;
glorioſus reſurgam. In ipſa. n. corporis mei
gloria apparebunt ipſa victoriæ ſigna: aper-
taq; relinquã vulnera in carne, quãtuncũq;
ſanata: per quę dulciſsima mr̃ ad cordis mei
thalamum habebis introitum, vt. ſ. ad me ĩ-
trãs & ad filios tuos exiẽs inde poſsis aſpor
tare, quod velis & tuis filijs poſsis diſpenſa
re. Exurge ergo gloria mea, quia cõſumma-
ta eſt reſurrectio mea. Tũc pijſsima mr̃ tota
tranſportata in gloriam filij reſurgentis, ip
ſum dulciſsime alloquentem audiuit, Reſur
rexi & adhuc ſum tecum alleluia: Poſuiſti
ſuper me manum tuam, alleluia: Mirabilis
facta



A facta eſt ſcientia tua ex me, alleluia. Et
de hoc paterno honore mille millies, al-
leluia. In quo filius ſubito introducitur in
conſpectu maternæ mentis in gloriam
maieſtatis, quam nobis concedat ipſe glo-
rificatus Ieſus, qui cum patre & ſpiritu
ſancto viuit & regnat per infinita ſecula
ſeculorum, Amen.

---

## DOMINICA RESVRRE-ctionis infra diem.

B

*De humanæ naturę neceſſaria reſurre-ctione & perpetuitate futura.*

## Sermo LVIII.

*SI Chriſtus reſurrexit, & nos re-
ſurgemus. 1 Corinth. 15.*
Sufficienter iam probato ſu-
perius, reſurrectionem ca-
pitis noſtri Chriſti neceſſa-
riam extitiſſe: nunc demonſtrari oportet,
neceſſariam fore reſurrectionem etiam mẽ
C brorum eius. Magnum vtique inconue-
niens eſſet, quòd caput noſtrum eſſet in cę
lo, & corpus ſiue membra eius remane-
rent in terra. Propterea de reſurrectione
noſtra in verbo præallegato Apoſtolus lo-
quens ait: Si, pro quia: Chriſtus reſurre-
xit, & nos qui ſumus membra, vtique re-
ſurgemus. Reſurrectionem itaque noſtrã
& perpetuitatem humanæ naturæ neceſſa-
riam eſſe per rationem tripliciter oſtendi
poteſt. Primo ex parte Dei, ſecũdo ex par-
te noſtri, tertio ex parte vniuerſi.

### ARTICVLVS PRIMVS.

D

*Quòd quatuor ſunt ex parte Dei, quæ oſtendunt neceſſariam eſſe reſurrectionem, & perpetuitatem humanæ naturæ.*

PRimo quidem oſtendi poteſt ne
ceſſariam eſſe reſurrectionem
ex parte Dei. Quatuor quidem
illam neceſſariam oſtendunt.
Primo diuina prouidentia, ſecundo diui-
na iuſtitia, tertio diuina honorificen-
tia, quarto diuina miſeri-
cordia.

E *Quod ex parte prouidentiæ Dei, neceſſarium eſt reſurrectionem eſſe futuram. Cap. 1.*

PRimo autem reſurrectionem cor
porum neceſſariam eſſe oſtendit
diuina prouidentia. Manifeſtiſſi
mè enim claret, ꝗ non ſine ad-
miranda diſpoſitione ſuæ ſapientiæ, dedit
Deus homini multiplicia præcepta: leges
diuerſas, promiſſiones magnas, exhortatio
nes multas, comminationes plurimas, in-
numerabilia dona, crebras admonitiones,
increpationes innumeras, & flagella gra- F
uia: per hæc ſtrictiſſimè exigens ab homine
omnimodam perfectionem iuſtitiæ & vir-
tutis. Et quid omnia hæc clamant, niſi ꝗ
aliquid ineffabile de homine agere inten-
dit Deus, & ꝗ eum ad quædam ineffabilia
ordinauit? Hãc aũt rationem tangit Iob. 7.
cum ad Dominũ ait: Quid eſt homo, quia
magnificas eum? aut quid apponis erga eũ
cor tuum? quaſi dicat: niſi, quia aliquid ma
gni intendis de eo: viſitas eum diluculo. ſ.
per inſpirationes: & ſubitò probas illum. ſ.
ſi te audierit: vſquequo non parcis mihi,
nec dimittis me, vt glutiã ſaliuã meã. ſ. tan G
tum me obſeruas, atque moleſtas. Pecca-
ui: Quid faciam tibi, o cuſtos hominum? id
eſt, o tu qui tantum obſeruas homines in
vijs ſuis. Et iterum. 13. c. ait: Poſuiſti in ner
uo pedes meos & obſeruaſti omnes ſemi-
tas meas & veſtigia pedum meorum conſi
deraſti. Et ſequiť, & dignũ ducis ſup huiuſ
modi aperire oculos tuos, & adducere eũ
tecum in iudicium. quaſi dicat, hæc nõ age
res, niſi intenderes hoĩem totũ æternaliter
punire, vel præmiare. Et ad hoc ẽt Damaſce
nus in 4. lib. Si igitur reſurrectio non eſt,
neque prouidentia eſt. Tunc caſu omnia ſe
runtur pariter & aguntur. Videmus enim H
plurimos iuſtos eſurientes & iniuriam pa-
tientes: peccatores autem & iniuſtos in di-
uitijs & in omni ſe voluptate habentes:
ſed quis vnquam huius iuſti iudicij vel ſa-
pientis prouidentiæ opus bene ſentiens ſu
ſpicabitur? Erit igitur reſurrectio. Iuſtus
enim Deus, & his qui confidunt in eo, mer
cedis eſt retributor.

*Neceſſaria eſt reſurrectio ex parte diuinæ prouidẽtia.*

*Quod ex parte diuinæ iuſtitiæ neceſſaria eſt reſurrectio noſtra. Cap. 2.*

SEcundo oſtendit, illam eſſe neceſſa-
riam diuina iuſtitia. Iniuſtum quidem
eſſet contemptores Dei atque tranſ-

 greſſores

A greſſores ſuarum ſanctarum legum, p̄ferre
aut æquare amantibus & timentibus eum
& ſeruantibus leges eius. Præterea nequa-
quàm dici poſſet in eo fore perfectã iuſti-
tiã, ſi nihil penitus daret amicis & cultori-
bus ſuis, a quibus exigit tot & tanta ſerua-
re & cuſtodire. Sed econtra quid iniuſtius
eſſet, cum forent in eius conſummato ob-
ſequio & amore: ſi oĩa eis auferret & illos
ad nihilum redigeret & a ſe reijceret & ex
cluderet atq; in æternũ ſua ſocietate priua-
ret? Rurſus quidẽ irrõnabiliter exigeret a iu
ſtis, ꝙ ꝓ iuſtitia & obſeruantia eius, atq; ꝓ
illius defenſione, acerbã ſubirẽt mortẽ: q̃n

*Ex parte diuinę iuſtitiæ neceſſaria eſt Chr̃i reſurrectio.*

B potius ſtultè agerent, ſi id aliqualiter attẽ-
tarent: q̃a per hoc magis ad totalẽ & æter
nalem deſertionẽ iuſtitiæ appropinquarẽt,
quod manifeſtè apparet. Nam poſt mortẽ
omnis iuſtitia eſſet annihilata, atq; omnis
potentia redeundi ad eã in æternum eſſet
illis ablata. Sed quis tantæ dementiæ eſt, ꝙ
hæc in Deo poſſe contingere credat? Hinc
Propheta ait, quoaduſq; iuſtitia cõuertatur
in iudicium. ſ. ſtabo ſine reſurrectione, &
iuxta illã. ſ. per fidem ſtabunt omnes, qui re
cto ſunt corde. Et iterum pſal. 61. ſcriptum
eſt. Reddet vnicuiq; ſm opera ſua. Conſtat
nempe, ꝙ hoc non facit Deus in præſenti
C vita: in alia ergo vnuſquiſque remuneran-
dus eſt. Sed quia nec anima ſola ſine cor-
pore, nec corpus ſine anima peccauerunt,
vel meruerunt: ideo neceſſe eſt de bono
vel de malo ſimul remunerari, ſicut de mi-
lite patet: quia non ipſe tantum, ſed & dex
trarius, in quo pugnauit: a Rege ſtipendia
habet, quia bene nutritur & cuſtoditur: &
econtrario de offendentibus Regem. Hinc
etiam Apoſtolus. 2. Corinth. 5. ait. Oẽs enĩ
nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri
ſti, vt recipiat vnuſquiſq; propria corporis,
D prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

*Quod neceſſarium eſt nos reſurgere pro gloria ſummi Dei. Cap. 3.*

TErtio oſtendit illam eſſe neceſſariã
diuina honorificentia & magnificen
tia. Manifeſtè enim apparet, ꝙ nec
ſuam potentiam, nec ſuam ſapientiam, nec
ſuam laudem: inſuper nec ſuam reuerentiã
magnificaret & exaltaret opifex ſummus
Deus annihilando rationalem creaturam,
vel faciendo talem, quòd non poſſet æter-
naliter perdurare ad eum glorificandum,
exaltandum & laudandum. Hæc quidem
tangit Iob. 14. c. dicens. Vocabis me. ſ. per
reſurrectionem: & ego reſpondebo tibi, E
ſcilicet reſurgendo ad gloriam tuam. Ope-
ri manuũ tuarum, id eſt, homini, porriges
dexteram. i. dabis ad laudem tuam gloriam
ſempiternam. Aliter enim quæ nam glo-
ria eſſet potentiæ Dei, ſi homo non ordina
tus eſſet ad vitæ æternitatem, cum verum
ſimpliciter eſſet, quod idem Iob. 13. c. ait
ad Dominum dicens. Cõtra folium, quod
vento rapitur, oſtendis potentiam tuam,
& ſtipulam ſiccam perſequeris, ſcilicet ſi
me ad nihilum redigis. Et iterum verum
eſſet, quod etiam Iob. 10. c. ait: Manus tuæ
fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in
circuitu: & ſic repente præcipitas me, & an

*Neceſſe eſt nos reſurgere ex parte gloriæ Dei.*

nihilas me. Amplius ad ſummi Dei ma- F
gnificentiam eſt diſpenſare vnicuiq;, quod
recipere poteſt. Sed humanum corpus per
vnionem ad animam capax eſt beatitudi-
nis ſempiternæ, ſicut per exẽplũ manifeſtè
patet in auro & lapidibus precioſis, quæ
in ſe habent proprietates cæleſtes. Sed ſi
hoc ſuſcipit precioſus lapis, quanto magis
hoc recipere poteſt humanũ corpus: quod
quidem cæteris corporibus inferioribus
eſt ſublimius. Nec inſuper ſapientis artifi-
cis honorificentia eſſet, ſi conſtruendo do
mum, partes eius ſeparatas ædificaret. Sic
nec pertineret ad honorem ſapientiæ Dei, G
ſi animam locaret in cœlo, & eius corpus
relinqueret in ſepulchro. Ad gloriam quo-
que Regis eſt, quòd milites eius eodem
precioſo panno induti ſint. Hinc 2. Co-
rinth. 5. c. Apoſtolus ait: Nos, qui ſumus
in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gra-
uati, eo quòd nolumus expoliari, ſed ſu-
perueſtiri vt abſorbeatur, quod eſt mor-
tale, à vita.

*Quod ex parte clementiæ Dei demonſtratur reſurrectionem noſtram de neceſſitate eſſe futuram. Cap. 4.* H

QVarto quoque oſtendit reſurrectio-
nem eſſe neceſſariam diuina cle-
mentia & miſericordia & immenſa
bonitas eius. Non enim il-
lius bonitas appareret, niſi ſummè dilige-
ret ſuos amicos atque ſummè miſericors
eſſet in eos. Nec hoc inſuper videretur, niſi
in eis ſempiterna bona, immo ſeipſum ęter
naliter p̄paraſſet. Hoc vtiq; tãgit Iob. 10. c.
d. Vitã & miſericordiã. i. mĩam ꝑ æternã vi
tã tribuiſti. i. tribues mihi. Et viſitatio tua. ſ.
glorificãs, me cuſtodiuit. i. cuſtodiet ĩ æter-
num



A num ſpiritum meum. Et iterum. 14. c. ait. Si-
gnaſti quaſi in ſacculo delicta mea. ſ. vt con-
digna iuſtitia me punires: ſed curaſti, id eſt,
curabis inquitatẽ meam, ſ. per gratiam, me
ad gloriam perducendo. Propterea ſi cor-
pus noſtrum non reſurgeret, non appareret
perfecta charitas & veritas apud eum: quia
qui duce ſapientia ſua iuſtè vixerunt, inueni
rent ſe deceptos. Illi vero, qui male, ſapien-
ter egiſſe comprobarentur. Et ſic verificare-
tur, quod Malach. 2. ſcriptum eſt: Vanus eſt,
qui ſeruit Deo. Hinc. 1. Corinth. 15. c. Apo-
ſtolus ait. Si in hac vita tantum in Chriſto
ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus om-
nibus hominibus. immo & multis animali-
B bus: vnde vox deſperantium futuram reſur-
rectionem eſſe eſt illa, quę Sapien. 2. dicitur:
Ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus
tanquam non fuerimus.

*Ex parte diuinę clemẽtię neceſſaria ẽ Chr̃i reſurrectio.*

ARTICVLVS SECVNDVS

*In quo noſtram reſurrectionem cum perpetuitate vitæ eſſe neceſſariam ex parte noſtri quadrupliciter demonſtratur.*

SEcundo poteſt probari neceſſariam eſ-
C ſe reſurrectionem & perpetuitatem hu
manę naturæ reſpectu nr̃i. Et hoc qua-
tuor nobis probant. Primò animæ digni-
tas, ſecundò animę pronitas, tertiò natura-
le deſiderium æternorum, quartò ſenſus &
guſtus diuinorum.

*Quòd dignitas animæ noſtræ futuram reſurrectionem oſtendit. Capitulum. 1.*

PRimo probat futuram reſurre-
ctionem animę dignitas. Natura-
lis nempe altitudo animę rationa-
D lis ac totius humanę naturę, ma-
ximè quo ad duo comprehendi poteſt. Pri-
mò, quo ad lumen ĩtellectus & rationis: ſe-
cundò, quo ad robur libertatis. Primo in-
quam quo ad lumen intellectus & rationis:
tanta eſt enim dignitas ſpiritualis & intel-
lectualis lucis, quod ſtatim ſe ingerit vt trã-
ſcendens omnem corporalem virtutem,
immo omnem quæ non eſt intellectiua ſeu
intellectualis tranſcendere conuincatur.
Et ex hoc manifeſtè clareſcit, quod ſtatim ſe
ingerit vt res incorruptibilis & immorta-
lis. Secundò apparet dignitas animę quo ad
robur libertatis, quę multo amplius relucet E
quam in primo ĩ poteſtate dominatiua, ſeu
in libertate volendi & imperãdi. Nam ſi iſta
corruptibilis aut generabilis eſſet, cõſtat ꝙ
neceſſariò foret ſubijcibilis virtuti & actio-
ni & generantium & corrumpentium ſua-
rum cauſarum: & quando generaretur ſm
totũ ſuum eſſe & poſſe, eis neceſſario ſubie
cta eſſet. Et idem etiam eſſet, q̃n corrumpe-
retur. Ordo quoque quem anima habet ſm
has duas potentias ad oĩa ſua obiecta, ſm
quẽ ordinẽ capax eſt, nõ ſolũ toti[9], vniuerſi,
ſed etiam ipſius magnifici & glorioſi Dei, in
eo ꝙ poteſt ferri in ipſum tanquam in obie-
ctum, apertiſſimè clamat animam noſtram

*Dignitas animæ futuram reſurrectionẽ oſtendit.*

non tantum tranſcendentis ambitus & or- F
dinis eſſe, ſed etiam oſtendit eam ordinatã
fore ad ipſa digniſſima & ęterna: quod ex
hoc manifeſtè apparet, quia ęternitatẽ Dei
obtinet pro obiecto. Si aũt anima immorta-
lis eſt forma, cũ cõtra ordinẽ & ĩclinationẽ
naturę ſit formam eſſe ſine materia ſua &
præcipue in ęternum, manifeſte clareſcit, ꝙ
contra naturalem ordinem eſſet, ſi in æter-
num ſine ſuo corpore perduraret. Præterea
omnis materia in eo quod capax eſt alicui[9]
formę, vtiq; capax eſt diuerſarũ proprietatũ
& ſtatuum illius formæ. Sed anima rationa-
lis mereri poteſt & demereri, puniri & prę-
miari: poteſt quoque eſſe munda & ſancta, G
atque vitijs infecta & deprauata: ergo hu-
manum corpus iſtorum ſtatuum aliquo mo
do eſt capax: & in quantum talis animę cor
pus eſt: erit ordinatũ vel ordinabile ad præ
mia ſempiterna, vel ad æternas pœnas. Hęc
autem tangit Iob 14. c. di. Roboraſti, id eſt,
roborabis, eum paululum, ſcilicet per verã
reſurrectionem, vt in perpetuum tranſiret,
id eſt, æternaliter permaneret, ſcilicet in glo
ria ſempiterna. Et hoc dicit quo ad beatum.
Et de damnando iterum ſubdit: Immuta-
bis faciem eius, ſcilicet per horrendam cor
poris reſurrectionem: & emittes eum, ſcili- H
cet in exteriores tenebras, vbi erit fletus &
ſtridor dentium.

*Quòd ex naturali inclinatione animæ ad corpus neceſſariam eſſe reſurrectionem demonſtratur. Cap. 2.*

SEcundo probat reſurrectionem futu-
ram aĩæ pronitas. Habet. n. anima de-
pendentias quaſdã atq; potẽtias in cõ
paratione ad corp[9], q̃ niſi ĩ corpore minime
perfici

perfici pñt. Beatitudo q̃dẽ eſt pfectio plena & cõſũmata. Ex quo maifeſtè apparet, ꝙ aut anima nunquam erit beata, aut neceſſe eſt per reſurrectionem cum corpore reuniri. Præterea dos animæ perpetuę ligationis cũ corpore habet deſiderium naturale. Sed ſicut dicitur 3. de anima: Natura nihil facit fruſtra: nullusq; appetitus caſſus in anima creatus eſt. Ex quo manifeſtè apparet, quòd poteſt & debet ad perpetuam ligationem cum corpore peruenire. Hoc quidem nequaquam fieri poteſt in hac vita: ergo neceſſe eſt, in altero ſeculo hoc adimpleri. Amplius manifeſtè etenim patet, quòd anima eſt perfectio corporis: ſed perfectio ad perfectibile ordinatur: & perfectibile a pfectione dependet: ergo perfecta beatitudo in vno ſine alia minimè poteſt eſſe, quia anima naturaliter appetit ſuum corpus viuificare: ſed huiuſmodi appetitus profectio affligeret eã, niſi ſperaret ſe perfectionem hanc eſſe conſecuturam.

*Quòd neceſſariam eſſe reſurrectionem oſtendit futuram animæ naturale deſiderium de ęternis. Cap. 3.*

TErtiò probat illam deſiderium æternorum. Naturale ſiquidem deſiderium inſertum reperimus in nobis, & vigilando & dormiẽdo, & laborando & vacando, atque in omnibus operibus noſtris, vt ſemper concupiſcamus vitam, cognitionem, delectationem & pacem: omneſq; noſtri appetitus & actus ad hunc dinoſcũtur dirigere finem. Et quid hęc in nobis aliud clamant, niſi ꝙ homines naturaliſſimè appetunt fęlicitatem ęternam, vbi eſt æterna vita, cognitio clara, delectatio infinita & pax ſeu tranquillitas, q̃ exuperat omnem ſenſum? ſed ſi hæc nunquã homo conſequi poſſet, nec vnquam conſequeretur: tunc quidẽ appetitus iſte ſuper falſo & impoſſibili fundatus eſſet, & p conſequẽs oẽs actiones humanę. Ex hoc inſuper videret, ꝙ homo ordinatus eſſet ad ſummam falſitatem, & tunc ad literam verum eſſet, quod Eccleſiaſt. 4. c. inquit: Laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus eſt. Quia igitur tale cęleſtis fęlicitatis deſiderium a natura nobis inſertum eſt: ideo ita vehementer abhorret homo annihilationem & miſeriam etiam temporalem. Prædictum deſiderium

*Naturalis ꝓpẽſio cũctis mortalibus data.*

oſtendit eſſe in nobis Iob 14. c. dicens: Requieſcat. ſ. anima glorificata in cęlo, donec optata veniat. ſ. fęlicitas ſempiterna cũ corpore glorioſo: & ſicut mercẽnarij dies eius: quia ſicut mercennarius laborat, vt quandoque requiem conſequatur: ſic homo in præſenti vita laborat, vt tandem anima & corpore in cęleſti gloria æternaliter requieſcat. Hoc etiam tangit Iob, vbicunque oſtendit ſe præoptare mortem pluſquam iſtam miſerabilem vitam.

*Quòd diuini ſenſus & guſtus indicant reſurrectionem naturę humanę eſſe futuram. Cap. 4.*

QVartò quoq; probant reſurrectionem futuram ſenſus & guſtus diuinorum, quos in tanta altitudine, multitudine & certitudine experimur, inter quæ eſt certitudo fidei atque ſpei: quam quidem roborat & accendit ardentiſſima charitas & influxus ſpirituſſancti. Hinc Apoſtolus. 5. c. ad Rom. ait: Spes non cõfundit, & charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. Et ad Rom. 8. cap. ait: Quicunq; ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Et ſequitur: Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei: ſi autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti. Et iterum in eodem c. Ipſe ſpirituſſanctus poſtulat. ſ. hos influxus pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Hæc tangit Iob 14. c. dicens: Omnibus diebus, quibus nunc milito. ſ. peregrinus: expecto. ſ. ſenſu fidei & ſpei & charitatis: donec veniat immutatio mea. ſ. per gloriam ſempiternam. Item Iob 12. Deridetur enim iuſti ſimplicitas. ſ. quia hic fideli ſenſu & ſpe expectat alteram vitam: lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus ſtatutum. In lampade enim eſt ſplẽdor & lucis ſoliditas vitri, & calor ignis: vt in ea denotetur anima iuſti, quę per fidei ſplẽdorem, ſpei vigorem, & charitatis calorẽ, parata eſt ad tempus ſtatutum futuræ reſurrectionis. Talem lampadem inquam contẽnunt cogitationes diuitum. Et iterum in pſona huius iuſti. 7. cap. inquit: Militia eſt vita hominis ſuper terram. ſ. qui pugnat p adipiſcenda corona: ſciens quia, vt Apoſtolus 2. Timoth. 2. cap. ait, Non coronabitur. ſ. in gloria ſempiterna: niſi qui legitimè certauerit: & ſicut dies mercennarij. ſ. expectantis poſt



tis poſt laborem præmium, dies eius. Sicut ceruus, deſiderat vmbram: & ſicut mercennarius præſtolatur finem operis ſui, vt requieſcat & præmietur: ſic & ego habui mẽſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi. Menſis dicitur a mene, quòd eſt defectus: menſes enim vacuos habuit, quia vſque tunc ab expectata gloria abſens fuit. Et propter hoc noctes laborioſas. i. tempora præſentia expectationis laboribus plena ſibi enũmerat. ſ. ex deſiderio æternorum. ꝓpheta quoque inflammatus eodem ſenſu etiam inquit: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. ſ. pro gloria ſempiterna. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo, ſcilicet glorioſus, ante faciem Dei.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Quòd omnes creaturæ quadrupliciter monſtrant reſurrectionem & humanę naturę perpetuitatem eſſe futuram.*

TErtiò etiam ꝓbari poteſt eſſe neceſſariã reſurrectionẽ & perpetuitatẽ humanæ naturæ ex parte vniuerſi. Quatuor enim clamant & oſtendunt hanc futuram eſſe. Primò diuerſa ſubſtantia, ſecũdò diuerſa nobilitas, tertiò diuerſa creatura, quartò diuerſa experientia.

*Subſtantiæ diuerſitas reſurrectionem futuram eſſe demonſtrat. Cap. 1.*

PRimò oſtendit hoc diuerſa ſubſtantia. Nam eſt ſubſtãtia quædam purè corporalis, ſicut iſta corporalia: vtputa elementa, planetæ, cęli. Et quædam eſt omnino incorporalis, ſicut ſunt Angeli Dei. Et rectus ordo requirit, vt ſit ſubſtantia quædam compoſita. ſ. partim corporalis & partim ſpiritualis, & hæc eſt homo. Corporalis ex parte corporis, ſpiritualis ex parte animæ: verum quartum mẽbrum eſſe nõ potuit, ſcilicet ꝙ aliqua creatura eſſet nec corporalis, nec ſpiritualis. Nõ autem deficiet vnquam creatura ſpiritualis, videlicet angelica, cum etiam ſꝫm Platonem, ſit duratione ęterna. Nec etiam purè corporea creatura: cum ſecundum Philoſophum, corpora cęleſtia ſint ꝑpetua & ęterna: ergo non deficiet creatura media ex vtriſque compoſita: ſed quia hoc in præſenti vita non eſt, in futura reſurrectione expectari debet.

*Diuerſitas ſubſtãtiæ reſurrectionẽ oſtendit.*

*Quòd diuerſa creaturarum nobilitas oſtendit reſurrectionem eſſe futuram. Cap. 2.*

SEcundò oſtendit hęc diuerſa creat. nobilitas. Oĩs. n. ſubſtãtia viuens nobilior eſt non viuente, ſecundum Auguſt. & Ariſtot. Sed corpus hominis viuit & ſentit: corpus autem cęli nulla vita viuit: ergo cęleſti corpore nobilius eſt corpus humanũ: & ſi corpus, multo fortius totus homo: ergo ſi non deficiet corpus cęli ab vniuerſo, multo fortius neque homo. Præterea nobilior eſt natura compoſita quàm ea, quæ eſt purè corporea, cum intellectualem vitam addat ad illam: ergo plus ad perfectionem mundi facit illa q̃ iſta: quare ſi non deficit iſta, multofortius neq; illa. Item ſecundum Philoſophum, homo quodammodo eſt finis omnium: & etiam certum eſt, quòd humanum corpus omnium corporum finis eſt: & ipſorum etiam motuum tam ſuperiorum quàm inferiorum. At finis his, quæ ſunt ad finem: neceſſitatem imponit & nobilior eis exiſtit: ergo ſi corpus cęli, quod ad hunc finem eſt remanebit finis, hic deeſſe non poterit: homo ergo in ſua ſpecie remanebit. Ex quibus ſequitur reſurrectionem noſtram verè eſſe futuram.

*Diuerſa nobilitas creaturarũ oſtẽdit reſurrectionem.*

*Quòd omnis natura rerum quæ eſt in homine, demonſtrat futuram eſſe reſurrectionem. Cap. 3.*

TErtiò oſtendit futuram reſurrectionem diuerſa ſeu vniuerſa creatura: quia omnis creatura habet eſſe nobiliſſimum in humana conditione. Nam ſicut ſuper illud Mar. vlt. prædicate euangelium omni creaturæ, Gregorius ait: Omnis creaturę nomine ſignificatur homo. Sunt nanq; lapides, ſed non viuunt: arbuſta autẽ ſunt & viuunt, ſed non ſentiunt: bruta quoque animalia ſunt: viuunt, ſentiunt, ſed non diſcernunt. Angeli enim ſunt, viuunt, ſentiũt & diſcernunt. Omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet nanque commune eſſe cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere

*Oĩs natura oſtẽdit futurã reſurrectionem.*

cum

A cum Angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura homo, omni ergo creaturæ prædicatur Euangelium, cum ſoli homini prædicatur: ſed ſi homo non reſurgeret ad fruitionem gloriæ ſempiternæ, non participaret omnis creatura diuinam bonitatem, nec ſuo modo frueretur ea. poſito ergo homine in fruitione diuina, in homine omnis creatura illa deitate fruitur, cum in illo ſit ſtatus ordinatiſſimus vniuerſi, atque in eo omnis creatura ſignificetur.

B *Quòd omnis natura rerum reſurrectionem eſſe futuram continue præfigurat. Cap. 4.*

QVarto oſtendit reſurrectionem futuram diuerſa experientia. Contemplare diuerſas naturas rerum, & vbiq; reperies reſurrectionis imaginem figurari. Conſidera primo naturam, quæ tantum habet eſſe: ſecundo naturam, quæ vltra eſſe habet etiam viuere: tertio naturam, quæ habet vltra prædicta ſentire. Primo conſidera naturam, quæ tantum habet eſſe. Nonne de pulueribus per artificium fit lucidiſſimum C vitrum? Sed ſi artifex hoc poteſt, quanto magis artificis fabricator de pulueribus noſtris corpora glorioſa & lucidiſſima reformabit. Hinc ad Rom. 9. cap. Apoſtolus ait: An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidē vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Reſpice ſolem atque luminaria cęli, quę ſucceſſu vario per occaſum & ortū, quaſi moriuntur atque reſurgunt. Hinc Eccleſiaſtes j. cap. ait, Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens girat per Meridiem & flectitur ad Aquilonem luD ſtrans vniuerſa. & ſic ſucceſſiuè reſurrectio indicatur, quia mox nox, mox dies. Itaque ſicut dicitur Iob 7. Si dormiero, dicam, quādo reſurgam? Contemplare ergo naturam, quæ cum eſſe habet etiam viuere: & videas imaginem reſurrectionis in terra naſcentibus. Singulis annis emortuis hyeme herbis, vere adueniente iterum reuiuiſcunt, amputatæque reſurgunt. Arbores quoque hyeme caſu fructuum & foliorum, quaſi quandam indicant ſubire mortem: ſed adueniente æſtate reſurrectionem præmonſtrant. Item ſi præciditur arbor, & mortem quaſi ſubire cogatur: tamen ad tempus pullulare non ceſſat, & reſurrectionem virtute qua poteſt, annunciare conatur. E Vnde Iob 14. capit. ait. Lignum habet ſpem, ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant: ſi ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit & faciet comam, quaſi cum primum plantatum eſt. Et in hoc exemplo nos docet Iob argumentari, quaſi per locum a minori, reſurrectionis gloriam eſſe futuram. Et de grano frumenti iterum Io. 21. Dominus ait. Niſi granū frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert, ſcilicet per reſurrectionem, quia viuificatur in ſpica. Hinc & Apoſtolus 1. Corinth. 15. in perſona quorundam infidelium ait. Quomodo reſurgent mortui, quali autem corpore F venient? Quibus reſpondet di. inſipiens, quod tu ſeminas, non viuificatur niſi prius moriatur: & quod ſeminas non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius cęterorum: Deus autem dat illi corpus, ſicut vult. Tertiò conſidera naturam, quę habet cum eſſe & viuere ēt ſentire, & videbis aquilam renouari depoſita ſenectute. Aues etiam abiectis veteribus pennis annuatim veſtiunt nouas. G Serpentes quoque pellem veterem exuentes annuatim reſumunt aliam. Inſuper & leena filios mortuos pariens, ſuper eos poſt tres dies fortiſſimè rugiens, illos ad vitam reducit. Pellicanus quoque auis dum a ſerpente filios reperit interemptos, ſuper eos ſanguinem ſuum fundit, & ſic eos ad priſtinam vitam reddit. Reſpice Arabię auem, quæ cum vnica ſit in mundo, quingentiſq; & vltra viuat annis: dum ſe viderit ſenuiſſe, collectis aromatum virgulis, rogum, id eſt, compoſitionem lignorum inſtituit, & conuerſa ad radium ſolis alarum plauſu voluntarium incendium ſibi nutrit: ſicque H iterum de cineribus ſuis reſurgit, ſecundum Papiam. Ex omnibus ſupradictis manifeſtè clareſcit, quod omnia ad ſpem noſtræ futuræ reſurrectionis inuitant: & Deus cum ſua prouidentia, cum ſua iuſtitia, cū ſua honorificentia, & cum ſua miſericordia attrahit: & ipſa noſtra natura cum animæ dignitate, cum animæ pronitate, cum deſiderio æternorum, & cum guſtu diuinorum, nos īſtruit: & diuerſa ſubſtantia, diuerſa natura, diuerſa creatura, & diuerſa experientia nos compellit ita, vt inexcuſabilis ſis, o homo, ſi non toto corde, toto ore, & toto opere contendis ad illam tanquā Chri legitimum

*Oīs natura rerū ōndit apertiſſimis exēplis futuram reſurrectionem.*



A membrum fęliciter peruenire: Ad quam nos perducat glorificatus Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto, viuit & regnat in ſęcula ſęculorum, Amen.

---

## FERIA SECVNDA post Reſurrectionem,

*De vniuerſali regno & dominio Ieſu Chriſti.*

## Sermo LIX.

B *GLoria & honore coronaſti eum, Domine: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Pſal. 8.* A poſterioribus cępimus. ſ. ab ipſo vltimo reſurrectionis fine, vt clariori intelligentia atq; feruentiori deuotione ad ipſum, omnium principium, qui in fine tanta magnalia eſt daturus, animus inardeſcat, & Saluatoris noſtri amor ſemper gradato ordine ſuſcipiat incrementum. Propterea iam ad tertiam contemplaC tionem de gloria paradiſi dirigamus ſermonem, quę eſt de vniuerſali regno & dominio amoroſi & magnifici Domini noſtri Ieſu Chriſti: de quo in verbo pręallegato propheta ait, Gloria & honore coronaſti eum Domine: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In quibus ſacratiſſimis verbis triplex Chriſti pręeminētiſſimum officium inſinuatur. Nam deſcribitur primò generalis creator, ſecundò generalis redemptor, tertio generalis glorificator. Tanquam autem creator dedit naturam, tāquam redemptor dedit gratiam, tanquam glorificator dedit D gloriam ſempiternam. Primò. n. inquantum formator naturæ & creator deſcribitur à Propheta, cum ait, Omnia ſubieciſti ſub pedibus. Secundò inquantum redemptor & gratię dator deſcribitur, cum dicit, Et conſtituit eum ſuper opera manuū tuarum. Tertiò verò inquātum glorificator & finalis beatificator deſcribitur, cum dicit: Gloria & honore coronaſti eum, Domine. In qua deſcriptione propter dignitatem a ſuperioribus & poſterioribus cępit, vt ad priora tanquam ad minora deſcendendo veniret. cæpit a glorificatione & venit ad creationem. Nos tamen ſequamur naturaE lem ordinem trium prædictorum officiorum eius, a ſuo priori officio exordium aſſumentes.

*Glorla Paradiſi.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vbi oſtenduntur tres rationes, propter quas omnia a Deo ſunt creata.*

PRimum enim eminētiſſimum officium Chriſti a Propheta monſtratum eſt, quia dicitur eſſe generalis creator, cum ait, Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Chriſti enim pes F dexter eſt deitas eius: ſiniſter verò humanitas nuncupatur: ſicut alibi idem propheta ait, Donec ponam. ſ. in iudicij die: inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. i. in inferno ſub imperio tunc diuinitatis, & humanitatis per pęnam æternaliter ſubiugatos. Sub iſtis igitur pedibus pater omnia tunc ſubiecit, cū omnia creāda ſuę ſubdidit poteſtati. Propter tres enim rationes dicere poſſumus, quòd creauit Deus vniuerſa. Primò propter ſui communicationem, ſecundò propter Chriſti exaltationem, tertiò propter ſui glorificationem. Prima pertinet ad principium, ſecunda ad medium, tertia ve G rò ad terminum voluntatis diuinæ, licèt tempus non habeat Deus.

*Quòd bonitas Dei cuncta creauit, vt ſeipſam communicaret omnibus creaturis. Cap. 1.*

PRima ratio, quare omnia ſunt creata a Deo, eſt propter ſui communicationem. Natura etenim boni eſt communicare ſe ipſum: propterea in exordio mundi tria creaH tor fecit. Primò enim creauit, ſecundò diſtinxit, tertiò verò ornauit. Creauit nō entia, diſtinxit creata, & ornauit diſtincta. per creationem enim appropriatè loquēdo manifeſtat & communicat ſuam infinitam potentiam, per diſtinctionem verò ſuam infinitam ſapientiam, per ornatum autem ſuā infinitam clementiam. Primò enim, quia creatio de nihilo facta eſt, ideo fuit in principio ante omnem diem tanquam omnium rerum & temporum fundamentum: ſecundò aūt, qa diſtinctio corporum mundi attenditur, ſecundum triplicem modum, ideo per triduū facta fuit. Primo eſt igitur diſtin-

ctio

A ctio naturæ luminoſæ a perſpicua & opaca, & hæc facta extitit prima die.ſ.in diuiſione lucis a tenebris. Sc̄do eſt diſtinctio naturę pſpicuę a pſpicua, & hęc facta ē 2. die, ſ.in diuiſione aquarū ab aquis. Tertiò eſt diſtinctio naturæ pſpicuæ ab opaca, & hæc facta fuit tertia die ī diuiſione aquarū a terrenis. In his aūt implicitè dat̄ intelligi diuiſio cęleſtium elementorum. Sic ergo patet, ꝙ diſtinctio per triduum debet fieri. Tertiò autem q̄a ornatus correſpondet diſtinctioni, ideo tribus alijs diebus debuit ſimiliter conformari. Primò enim eſt ornatus naturæ luminoſę, & hic factus eſt quarto die in formatione ſtellarum, Solis & Lunæ. B Secundò eſt ornatus naturę perſpicuę, & hic factus eſt in quinto die, in quo ex aquis facti ſunt piſces & aues ad aquæ & aeris ornamentum. Tertiò eſt ornatus opacæ.ſ.terræ, & hic factus eſt ſexto die, in quo factæ ſunt beluæ, facta ſunt & reptilia: facta eſt etiam ad conſummationem omnium natura humana. hæc autem omnia licèt potuerit Deus facere in inſtāti, maluit tamen per ſucceſſionem temporis operari: & maximè propter tria. Primò propter diſtinctionem ſapiētiæ & bonitatis, ſecundò propter conuenientiam dierum & operationum illius, C tertio quoque vt ſicut in prima mundi conditione fieri debebant ſemina operum fiendorum, ſic fuerent etiam per fugurationes Chriſtianorum futurorum. Vnde in illis ſeptē diebus, quaſi ſeminaliter p̄ceſſit diſtinctio omnium temporis, quæ exprimuntur in mundo per decurſum ætatum. Et hinc eſt, quòd ſex diebus operum additur ſeptimus quietis, qui dies non deſcribitur habere veſperam, non quia habuerit dies illa noctem ſuccedentem, ſed ad præfigurandum animarum quietem, quæ quidem nunquam habebit finem in gloria ſempiterna. Singularius tamen refulgent Dei potentia, ſapiē- D tia & clementia in creatione rationalis naturę. Primò enim refulget in ea infinita potentia propter duo. Primò, quia creauit eā de nihilo.ſ.de de ſtatu nihilitatis: Secundo, quia creauit eam in tanta altitudine dignitatis, & relucet in ea ſua infinita ſapientia etiā propter duo. Primò q̄a eam in tāta multitudine perſonarum diſtinxit: Secundo, q̄a eam ad omnia cognoſcenda ſuo lumine illuſtrauit. Tertiò inſuper in ea claret ſua infinita clementia etiam propter duo. Primò, quia eam tanto decore exornat habituum: Secundò quia illa a ſeipſo ſummò Deo ſummo bono trino & vno, ordinat fruendum.

*Quòd Deus vniuerſa creauit, vt in cunctis honoraretur filius eius Chriſtus. Cap. 2.* E

SEcunda autem ratio, quare Deus cuncta creauit, eſt propter Chriſti exaltationē. Nam principalis natura in creatione intenta a Deo ab æterno fuit, quā ipſe prædeſtinauit ad perſonalem vnionem, & cum ipſa perſona Chriſti ſit omnium ſumma in ordine gratiæ, quæ ſuperat ordinem naturæ, ad ipſam: Deus, qui in omnibus primatum tenet, & ad eius gloriam & honorem omnia ordinauit, vt ex omnibus bonis F & malis honor accreſcat Deo homini Ieſu Chriſto. Propterea in cunctorum creatione oſtendit ipſe Deus Chriſtum habere tres eminentias. Primo.n.eſt ordinator, ſecundo eſt mediator, tertio eſt diſpenſator. Primo.n. oſtenſus eſt ordinator.ſ.ab effectu. Nam ideo Deus vniuerſa creauit, vt conuenienti ordine perduceretur natura illa humana, quam ſuperexcellenti dono bonitatis ſuæ intendebat ſibi vnire vnione perſonæ. Quod & ipſe creatorū ordo patēter oſtēdit ſic, iuxta Apoſt. ad Rom. 1. inuiſibilia Dei a creaturis mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Nam ſi contemplan- G do tranſcendis hæc quatuor elementa, ſuperius reperies ſeptem perfectiores eis, planetas. Inſuper eminentiores, atq; perfectiores ipſis planetis tres reſident cęli. Omnibus autem corporibus digniores ſunt animæ, quia ad Dei imaginem & ſimilitudinē ſunt creatæ. Animabus quoq; excellentiores, ac nobiliores Angeli iudicantur. Nobiliores etiam naturæ ſunt Archangeli quam Angeli, & Principatus quam Archangeli, & Poteſtates quam Principatus, & Virtutes quā Poteſtates, & Dominationes quam Virtutes, & Throni quam Dominationes, & Cherubin quam Throni, & Seraphin quā Che- H rubin. Et in gloria Virgo Maria excedit omnes Seraphin. Et Ieſus Chriſtus ſuper omnes eminet in immenſum, teſte Apoſtolo, qui ad Eph. 1. c. ait, ꝙ Chr̄s conſtitutus eſt ad dexteram Dei Patris in cœleſtibus ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam, quę eſt corpus ipſius. Et ſic ex ordine creatorum, quaſi ſcalari & gradato, patet quanta ſit excellentia Ieſu



A Ieſu Chriſti, ſed de talibus gradibus diffuſi' dictum eſt ſupra, ſermo. 51. artic. 1. c. 2. & 3. Secūdo autem in creatione cunctorū Chriſtus oſtenſus eſt mediator. Nam ideo Deus vniuerſa creauit, vt ipſa natura aſſumpta, ſiue ipſe Deus & homo Chriſtus Ieſus benedictus haberet decentem comitatum createę naturæ, ſicut ſup. dixit Apoſt. Et iterum ad Epheſ. 2. c. ait: Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & vos coędificamini in habitaculum Dei in Spirituſancto. Tertio vero in creatione cunctorum Chriſtus oſtenſus B eſt diſpenſator.ſ.cunctorum bonorum. Nā ideo Deus cūcta creauit, vt in omnem creaturam rationalem Chriſtus diffunderet & diſpenſaret ineffabiles gratias ſuas, ſicut & ipſe pro omnibus ſuſcepit gratias a ſibi vnita perſona Dei. Vnde Io. 1. c. teſtatur di. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Nec ſolum, vt gratias diſpēſaret, ſed etiam vt omnem creaturam rationalem in ſeipſo & per ſeipſum guſtare faceret inæſtimabilem gloriam vnionis, ſecundum quod ipſe Propheta ait: Sicut vnguentum, videlicet gloriæ, in capite.ſ.in Chriſto, C quod deſcendit.ſ. per influxum diuini guſtus.i. viriles mentes, barbam Aaron. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius.i.in vltimum glorioſum.

*Creauit Dominus vniuerſa ſpecialiter ad ſui gloriam & honorem. Cap. 3.*

*Quare De' creauit omnia p̄p̄ ſemetipſum.*

TErtia vero ratio, quare Deus vniuerſa creauit, eſt propter ſui glorificationem.ſ.vt ipſa natura aſſumpta ſupplendo defectum omnium creatorum, qui Deum quantum eſt dignum glorificare nō poſſunt, operationes diuinas excellēter p̄ci- D peret, fideliſſimè Deo ſeruiret, & diuinitatē honore condigno glorificaret: vnde meritò ſequeretur, ꝙ ipſa natura aſſumpta haberet rationalem naturam in Angelis & hominibus, quæ ipſum Deum & hominem ſimpliciter honoraret, ſibi ſeruiret, & ab ipſo gratiam, atq; gloriam acceptaret, vt tandem ex omnibus bonis & malis reſultaret honor & gloria omnium conditori per Chriſtum Dominum noſtrum, per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

ARTICVLVS SECVNDVS E

*In quo oſtenditur Chriſtus mediator vniuerſalis inter Deum & rationalem naturam ad Angelos, & homines in Deo glorificandos.*

SEcundum autem eminentiſſimum officium Chriſti a Propheta oſtenſum eſt, quia dicitur eſſe generalis Redemptor. Et de hoc ſubdit, Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Ait enim conſtituiſti eum.i.ęternaliter ſtatuiſti eum: ſuper opera manuum tuarum.i.ſuper omnes creatu- F ras, ſicut Col. 1. c. dictus eſt primogenitus omnis creaturæ. Maxime autem conſtitutus eſt ſuper rationalem naturam, quæ præeminet omnibus alijs creaturis, vt ſcilicet eam per gloriam cōiungeret ſuo creatori. Quod quidem efficit in Angelis per reconciliationem, & in hominibus per redemptionem, ſicut de vtroq; Apoc. 12. myſterium Ioanni monſtratum eſt. Vnde ait: Apertum eſt templum Dei in cęlo, & viſa eſt archa teſtamenti eius in templo eius: & facta ſunt fulgura & voces & terręmotus & grando magna. In quibus ſacratiſſimis verbis tres reuelatio- G nes de Chriſto, & de eius fide, atq; redemptione monſtratæ ſunt. Nam in creationis principio in prima fuit Angelis reuelatus, in ſecunda in archa myſticè demonſtratus, in tertia ab omnibus Angelis glorificatus.

*Chriſtus vniuerſalis mediator inter Deum & hominē.*

*Quod in Angelorum creatione Chriſtum eſſe reconciliatorem inter eos & Deum, fuit Angelis reuelatum. Cap. 1.*

IN hac enim prima viſione Ioanni facta, fuit Dominus Ieſus Angelis reuelatus. Et de hoc in ea tres contemplemur veritates. Prima H eſt Angelicæ diſpoſitionis, ſecunda eſt Angelicę reuelationis, tertia eſt Angelicæ exhortationis. Prima autem eſt Angelicæ diſpoſitionis: & de hac Ioan. ait, Apertum eſt templum Dei in cœlo. Templum enim Dei duplex eſt: vnum in terra, aliud vero in cœlo. Quid eſt templum Dei in terra, niſi ſapiens diſpoſitio humanæ creaturæ in mundo, in qua Deus ab vniuerſis ſtatibus, maximè in contemplatione dignè colitur & amatur? Hinc Ioan. Apoc. 11. c. dictum eſt, Surge & metire templum. Et 1. Corin. 3. Apoſt. ait: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

A vos. Sic etiam templum Dei in cœlo nil ſignificare cõuenientius poteſt, quam ſapientiſſimam diſpoſitionem Angelicę naturę ad Deum contemplandum, colendum, atque etiam amandum. Et de hoc templo Propheta ait: Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cęlo ſedes eius. Secunda ſiquidem veritas eſt Angelicę reuelationis, quia Ioã. ait, quod prædictum templum in cœlo apertum eſt. Tũc ſiquidem templum illud apertum eſt in cœlo, quando Angelicus ordo ad perceptionem reuelationis diuinæ fuit ſpirituali lumine illuſtratus. Quod enim ante reuelationem mentis oculis eſt abſconſum, per reuelationis lucem clare manife- B ſtatur. Propterea ad Eph. 1. c. optat Apoſtol. his, ad quos ſcribit, ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitione Dei, & illuminatos oculos cordis. Apertio nanque iſta Angelis Dei facta, reuelatio fuit incarnationis filij Dei, & illuminatio fidei eius Angelicis ſpiritibus demõſtrata. Per reuelationem enim eis propoſuit ipſe Deus Chriſtum vniuerſalem mediatorem inter ſe & rationalẽ creaturam, cum fas non ſit dicere plures mediatores eſſe: nec rationalem creaturã ad Deũ accedere poſſe ſine ipſo mediatore. Tertia autem veritas eſt Angelicæ exhortationis. Hæc nempe exhortatio ex præcedenti illu- C ſtratione ſecuta eſt, qua fideliter perceperunt dignũ eſſe ſubijci filio Dei & vero homini Chriſto, ſicut in ſequenti ſermone, ar. 2. cap. 3. & in ſecunda materia gaudij, latius dicendum eſt.

### *Quod fides venturi Chriſti in Angelorum creatione fuit eis in archa myſticè demonſtrata. Cap. 2.*

IN ſecunda autem viſione hic reuelata Ioanni, fuit Chriſtus in archa Angelis D myſticè demonſtratus. Et de hoc Ioan. ſubdit, Et viſa eſt archa teſtamenti eius in templo eius. Quid enim teſtamenti archa conuenientius ſignificare poteſt, quam noſtri Redemptoris perfectam fidem? Archa enim dicitur ab arcendo. Fides nempe proprie eſt illa, quæ mentem arcendo ad diuina ſuſtollit. Ipſa enim ſenſum noſtrum relinquere arctat, & ſenſui diuinæ ſapientię, quę in reconciliationæ rationalis naturæ diſpoſuit, adhærere compellit, iuxta illud Apoſt. 2. Corint. 10. In captiuitatem redigẽtes omnem intellectũ in obſequium Chriſti. Hanc archam poſt Angelorum ruinam de cœlo, inter quos primitus viſa eſt, iuſſit Dominus, E Exo. 25. in terra, inter homines fabricari. Hæc autem archa auro ex omni parte circũtecta erat. In iſta etenim erat vrna aurea habens cęlicum manna, & virga Aaron, quæ eodem tempore fronduerat, floruerat, & fecerat fructum. Erant quoq; ibi tabulæ teſtamenti, ſicut ad Heb. 9. c. Apoſt. ſcribit. Per hæc omnia conuincere poſſumus, fidem eſſe veram teſtamenti archam. Erat autem iſta archa intus & extra circuntecta auro, quia Chriſti Domini noſtri fides diuina ſapientia plena eſt foris hiſtorijs, & intus myſterijs: de ligno quoq; incorruptibili facta erat, q̃a Chriſti fides incorruptibilis eſt, & firmiter F duratura in præſenti ſeculo vſque ad mundi finem. Tria ſiquidem concluduntur in Chriſti fide, quæ myſticè ſignificantur in tribus, quæ continentur in archa. Primum eſt perſona Chriſti, ſecundum eſt perſona Virginis matris, tertium eſt vtrunque teſtamẽtum. Primo enim in Chriſti fide concluditur perſona Chriſti, quantum ad vtranque naturam. ſ. diuinitatis & humanitatis. Et hæc eſt aurea vrna humanitatis habens ſapidiſſimum manna diuinitatis. Manna ſiquidem, quæ deſuper & inuiſibiliter veniebat, verbum a Patre genitum, & temporaliter incarnatum myſticè deſignabat, quia verbũ G caro factum eſt, & habitauit in nobis. Io. 1. Secundo in Chriſti fide concluditur perſona Virginis matris: & hæc ſignificabatur in virga Aaron, quæ abſq; humano opere fronduit, floruit, & fructum fecit. Sic & glorioſa Virgo Maria, nõ minus de ſemine Aaron, quam de ſemine Iuda originẽ trahens, non amittens virginitatis florem in obumbratione Spiritusſancti, quaſi frondium vmbra nucem illam amigdalinam produxit, in qua teſta humanitatis nucleum diuinitatis, abſconditum continebat. Q̃d ſi eundẽ Dei & Virginis filiũ, florem & nucẽ nominare placuerit, dicemus ſiquidem ꝙ erat flos H quantum ad honeſtatem bonę actionis. Inſuper vero quantum ad dulcedinem contemplationis. Hinc Eſa. 11. c. ait: Egredietur virga de radice Ieſſe. Ecce virgo de ſemine ſancto Dauid, & flos de radice eius aſcẽdet. Ecce filius de virgine natus. Tertio in fide Chriſti cõcludit̃ teſtamentũ vetus & nouũ: vetus, quod eſt timoris: quo timere debem⁹ creatorem noſtrũ: & nouũ, quod eſt amoris, quo aſtringimur eundẽ Dñm noſtrũ Redemptorẽ amare. Solida. n. Chriſti fides ita hæc duo teſtamenta in ſe cõcludit, q̃d firmiter credere præcipit, q̃cquid continetur in eis.

*Archa myſticè quid ſignificabat.*

*In Chriſti fide tria cõcluduntur.*



A eis. Et hæc ſignificantur per duas tabulas teſtamenti. Hæc igitur archa tunc in templo cœleſti viſa eſt, quando Angelorum bene diſpoſita multitudine in mundi creatione fides hæc primum diuinitus reuelata fuit.

### *Quòd tam in glorificatione Angelorum bonorum, quàm in damnatione malorum Chriſtus glorificatus eſt. Cap. 3.*

IN tertia autem viſione facta Ioanni oſtenditur Chriſtus Rex ab omnibus glorificatus tam in damnatione ma- B lorum Angelorum, quàm in glorificatione bonorum. Nam in malis Angelis glorificatus eſt per iuſtitiam, in bonis autem per miſericordiam. Et de hoc Ioannes ſcribit, Et facta ſunt fulgura. Fulgur enim cum de cœlo deſcendens, & de nube egrediens habeat repentinum ſplendorem, ardorem, atque vigorem: quid conuenientius ſignificare poteſt, quàm reuelationem fidei Chriſti procedentem de cœlo diuinæ naturæ, quæ nubem illam caliginoſam, & inacceſſibilem lucem egrediens, ſpiritus illos angelicos ad illam intelligendam ſubito illuſtrauit ad obediendum, ir- C radiandum, inflammandum, & humiliandum ſub imperio volũtatis Dei: atq; ad obcęcandum, congelandum, & debellandum ſpiritus diuinæ voluntati contrariantes? vt verificetur etiam in Angelis Simeonis verbum, qui de Chriſto, Luc. 2. cap. ait: Poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionẽ multorum: & in ſignum cui contradicetur. Hęc ſiquidem ſunt fulgura illa, de quibus Iob 38. cap. Dominus ait, quòd miſſa ibunt, & reuertentia dicent, Ecce aſſumus. A Deo enim illuminationes iſtæ in mentes cœleſtium ſpirituum miſſæ iuerunt, cum tali fidei Chriſti lumine Angeli illuſtrati ſunt. D Tunc inſuper reuerſæ ſunt, dicentes: Ecce aſſumus, cum effectus illos, ad quos in bonos, & malos a Deo miſſæ fuerũt per operis euidentiam nunciauerunt. His igitur luminibus ſtatim poſt primam creationis morulam Angeli illuſtrati, ſecũdum quoſdam, in tres partes diuiſi ſunt. Nam diuinæ voluntati quidam fuerunt conſentientes, quidam de illa dubitantes, quidam autem ei rebellantes. Et de his per ordinem Ioannes ſubdit: Et voces & terræmotus, & grando magna, ſ. factæ ſunt. Primo enim fuerunt quidã diuinæ voluntati conſentiẽtes. Cum enim per prædictas illuminatio- E nes cernerent quidã Angeli voluntatẽ diuinã in aſſumptione humanæ natura, iuſtitiæ, & miſericordiæ plenam, illi aſſentiẽtes meruerũt participare merita Chriſti vẽturi, per cuius merita aſſumpti ſunt ſtatim ad fruitionẽ gloriæ ſempiternæ, intelligentes quidẽ ꝙ naturã & gratiã, atq; gloriã adepti ſunt per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ: de quibus omnib. inenarrabili gaudio exultantes totũ cœlum ſpiritualibus vocibus, & iubilis repleuerunt. Propterea de talibus Ioannes ait, Et voces, ſ. factæ ſunt a multitudine Angelorum bonorum iubilãtium, ꝙ a Deo F per merita Ieſu Chriſti tot & tãta magnalia ſuſceperunt. Et de huiuſmodi vocibus Propheta ait, Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum, i. in mentibus Angelorum ſanctorum, qui ex adeptione gloriæ ſancti vtiq; facti ſunt. Secundo vero fuerũt Angeli quidam de diuina voluntate dubitantes, ſ. an deberent eligere adhærere voluntati diuinæ, q̃n Deus inſpirabat: vel volũtati ꝓpriæ, quã ſeq Sathanas ſuggerebat, ſicut Iob 41. c. ſcriptũ ẽ: Ex ore eius lampades ꝓcedũt, quaſi tædæ ignis accẽſæ. In illa ergo dubitatione poſiti cũ iam ruinã primi Angeli, & eius ſequaciũ perceperũt, per timorẽ purgati diuini amoris, & volũtatis ꝑ- G fectione in Deũ cõuerſi ſunt. Quod quidẽ expreſſe Iob 41. notatũ eſt, vbi dr̃: cũ ſublatus fuerit, timebũt Angeli, & territi purgabũtur. Et ob hoc Ioãnes ſubdit: Et terræmotus, ſ. factus ẽ. Quid. n. indicat terræmotus, niſi illas angelicas mẽtes ſurſum, atq; deorſum motas? Surſum. n. ſunt eleuatę a voluntate diuina, deorſum preſſæ a volũtate propria. Surſum adiutæ a diuina gratia, deorsũ preſſę a Sathanę culpa. Tandẽ, ſicut dictum eſt, voluntati diuinæ firmiter adhæſerunt, & quieuerũt. Sic enim ad literam in terręmotu aduenire ſolet. Eleuat̃ terra, atq; deſcendit ſubito motu, tandem quieſcit. Hinc H de talibus Angelis Propheta ait: Terra. i. Angeli aliquo modo ſapientes terrena: tremuit, ſ. ſicut dictum eſt, & quieuit, ſ. in volũtate diuina, quę eſt cõſummata quies. Cũ exurgeret in iudicio Deus. i. cum cerneret Deus iudicare Sathanam, & eius ſequaces ad tartarea regna. Tertio aũt fueruntq uidã Angeli voluntati diuinę rebellantes, & cõtrariantes. Hi ſunt, qui ſuperbia tumentes ſupernæ promiſſioni non tantum obedire ſpreuerũt, verumetiam in propria pertinacia indurati diuinæ ſapiẽtiæ, per quã diſpoſuit rationalem naturã glorificare, toto conamine reſiſtentes, de cęlo ad inferos cor-

*Inter Angelos q̃dã fuerũt diuinæ volũtati cõſentientes.*

*Angelorũ quidã diuina volũtati rebelles.*

A ruerunt. Et de talibus Ioan. ſubdit, Et grando magna, ſcilicet facta eſt. Quid enim quilibet illorum ruentium ſpirituum per odiũ Dei ab amore eius refrigeratus, niſi vnus lapis grandinis erat? vnde in figura Ioſue 10. cap. ſcriptum eſt, quòd cum Amorrhæi fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Bethoron, de cœlo miſit Dominus ſuper eos lapides magnos vſque in Azecha. Quid enim per Amorrhæos, amari interpretatos, conuenientius ſignificari poteſt, quàm apoſtatici illi ſpiritus, auerſi a dilectione Dei? Hi nempe filios Iſrael, id eſt, ſanctos Angelos, tunc fugerunt, quando per volun B tariam deſcenſionem ab eis diuiſi ſunt: vnde & in deſcẽſu Bethoron, quę domus iræ, vel domus montium interpretatur, magni lapides a Deo mittuntur, cum ipſi qui domus mõtium per ſuperbiam, & domus iræ per vltionem condignam facti iuſtè a Deo per diuinæ iuſtitiæ odium refrigeſcere, & per obſtinatam voluntatem cõtra pietatem obdureſcere permiſſi ſunt. Quod bene vſq; in Azecha, quæ clauſa peſſulo vel decipula dicitur: diuina ſiquidem exigente iuſtitia per apoſtaſiæ ſpiritum decepti ad hoc peruenire meruerunt, vt auerſis voluntatibus obſtinati in auerſione ſua impiè firmarentur: & ſic ſub diuini decreti ſera, quaſi mus, C ſub decipula capti, conuerſi ſunt, ne amplius ad creatorem, cum totaliter auerſi eſſent, conuerti poſſent. Hæc eſt illa tertia pars ſtellarum, de qua Apocal. 12. ſcriptum eſt, quòd draco cauda ſua trahebat tertiam partem ſtellarum, & miſit eas in terram. Prima autẽ pars ſtellarum fuit ea pars Angelorum, quæ diuinæ voluntati ſtatim adhæſit. Secunda vero fuit illa, quæ de voluntate diuina dubitauit. Tertia autem fuit illa, quæ diuinæ voluntati rebellauit. Et de hoc ſubditur: Et miſit eas in terram. In cœlo nempe erant, cum creatorem ſuum D contemplando aſpiciebant. In terram autem miſſi ſunt, cum ad ſolam miſeriam creaturæ, terrenæ conſiderandam prolapſi ſunt. Tunc vero in abyſſum, cum poſt iudicium etiam creaturæ conſideratio ab eis auferetur, vt diuina vltione nil cogitare valeant, niſi peccata, quæ in ſe & in alijs commiſerunt, & pœnas quæ iuſto Dei iudicio peccatis ipſis debentur. Vnde Apocal. 19. ad dęmones in figura auium dictum eſt: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, &c. His tribus viſionibus Ioanni oſtenſis conſenſu

*Quid ſignificat draco, qui ad ſe traxit tertiã ſtellarum partem.*

mirabili correſpondet Iob, 38. cap. in perſona Domini dicens: Quis dimiſit lapidem angularem eius, ſcilicet terræ, cum E me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebant quaſi de vulua procedens, cum ponerem nubem veſtimentum eius? Quem hic per lapidẽ angularem terræ figura iſta conuenientius notare poteſt, quàm benedictũ filium Dei Ieſum Chriſtum, qui de terrena materia corpus ſumpſit? Sic enim ipſemet, Matth. 21. cap. de ſeipſo ad Phariſæos ait: Nunquàm legiſtis in ſcripturis, lapidem quem F reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli? Hunc aũt lapidem tunc Deus dimiſit, cum laudarent illum aſtra matutina, quando Chriſtum in aſſumptione carnis mittendum ab initio creaturæ rationalis inter Angelos reuelauit. Vel nunquid lapis angularis ſolum pro eo dicitur, quia Iudæos, & Gentiles tantum, & non magis Angelos, & homines in vnam communitatem, cui ipſe eſt caput, copulauit? Quomodo igitur vnus eſſet Rex Angelorum, & hominum, ſi pro vtriſque illam æternam beatitudinẽ non meruiſſet? Quod & ipſe Apoſtolus, Coloſſ. 1. c. teſtatur dicens, In ipſo, ſcilicet Chriſto, complacuit G omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari: omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Sed de hoc plenius in ſequenti ſermone, art. 2. & 3. per totum. Huic autem incarnationi quidam Angelorum fauebant, qui ſcilicet in Chriſti fide merito dilectionis eius ad ęternam beatitudinem intrauerunt. Et hi aſtra matutina, quaſi mane per claritatem gloriæ orientia iuſtè denominantur. Tales autem iubilantes interna exultatione mentis, de incarnatione filij Dei ipſum Deum, de H ſuæ ſapientiæ diſpoſitione in ſua gratifica ſaluatione ſupradictis vocibus laudabant. Cæteri vero ſuperbientes Angeli, Luciferi circunuentione attracti naturæ inferiori ſubijci contemnebant, & ob hoc incarnationi Chriſti nequiter inuidebant. propterea & multitudo eorum denotatur per mare, eo quòd a dulcedine Dei auerſi in ſeipſis amariſſimi facti ſunt. Vnde etiam cum de vulua diuinæ prouidentiæ per creationem procederent, & a diuina luce elatione propria ſe auertendo alienarent, nube a Deo veſtiti ſunt, cæcitate videlicet mentis per ſuperbiam obſcurati. Hos ſiquidem





A Deus demum oſtijs concluſit, cum eorum malitiam certis ſuæ diſpenſationis limitibus coarctauit, ne tantum ſæuire poſſint in homines, quantum vellent.

## Articvlvs Tertivs

### *Quanta gloria, & honore fulget in cœlo Dominus noſter Ieſus Chriſtus.*

TErtium eminẽtiſſimum officiũ Chriſti a Propheta oſtenſum eſt: quia dicitur generalis glorificator. Propterea dicit, gloria & honore coronaſti eum B Domine. Differt autem gloria ab honore, quia propriè gloria eſt in ſe ad alios: Honor vero eſt in ſe ab alijs. Ex gloria enim Chriſti, quam communicat Beatis, prouenit ei honor, qui ſibi exhibetur ab illis beatis: vnde illi fabricatur corona glorioſa, & honorata. Propterea ſecundum Prophetam, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum tripliciter contemplemur in cœlo. Primo honoratum, ſecundo glorificatum, tertio coronatum.

*In quo differunt gloria, & honor.*

### *De honore quo honoratur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in quantum homo.*

C *Cap.* I.

PRimo contemplemur Dominum Ieſum Chriſtum, in quãtum eſt homo, in cœlo honoratũ: quia Propheta dicit, honore. Secundum enim Alexan. de Ales, honor eſt proteſtatio præeminentiæ in aliqua exhibitione illi, qui honoratur. Hæc autem exhibitio eſt amor, qui Chriſto homini exhibetur ab omnibus glorioſis. Tantus eſt enim amor iſte Chriſto exhibitus hoc modo, quòd ſi ad vnam partem ſtatueretur omnis amor, quo ſeinuicem diligunt D omnes creaturæ beatæ inter eos, etiã computando Virginis glorioſæ dilectionem actiuam & paſſiuam, id eſt, quam ipſa ſpirat in omnes beatos, & omnes beati in eam: ex parte altera ſtatueretur amor, quo minimus beatus diligit Chriſtum, in quãtum eſt homo: plus excederet amor illius minimi Sancti omnem prędictum Sanctorum amorem, quàm circunferẽtia criſtallini cęli excedat minimum centrum ſuum. Hoc autem manifeſtè oſtẽdunt quatuor rationes, quæ in ſequenti capitulo ſubiunguntur. Si igitur minor paradiſi Sanctus tantum diligit Chriſtum, neceſſario ſequitur ꝙ quanto Sanctus in gloria maior eſt, tanto magis E diligit eum. Conſidera igitur, quantus eſt amor omnium Beatorum ad hominẽ Chriſtum: quia hic eſt principalis honor, qui ab eis Chriſto homini exhibetur.

*Honor qd vide D. Th. 2. 2. q. 129. art. 3. Exo. 20. Deut. 5.*

### *De gloria Ieſu Chriſti, & de quatuor rationibus, quare tam mirabiliter honoratur in quantum homo. Cap. 2.*

SEcundo contemplemur Chriſtum, ẽt in quantum eſt homo, in cœlo glorificatũ, quia Propheta dicit, Gloria. Sed ſicut prædictum eſt, gloria eſt in ſe ad alios. F Quatuor enim in ſe ad alios, & pro alijs beatis habet, & habuit Chriſtus, quæ nunc in cœlo reddunt glorioſum, atq; glorificatum, & per conſequẽs a beatis omnib. honoratum: & hoc honore p̄dictæ dilectionis. Quorum primum eſt donatio, ſecundũ paſſio, tertiũ beatitudo, quartũ dilectio. Ex quib. formantur quatuor rõnes, quare etiã minimus glorioſus, ſicut in præcedenti capitulo patet, tantũ diligit Ieſum Chriſtum: diligit enim eũ primo rõne donationis: Nã ẽt minimus beatus apertè cognoſcit, ꝙ oẽs alij beati ſimul iuncti pro ſua ſalute, nõ tm̃ poſuerunt, nec ponere poſſent, quantũ pro illo poſuit ſolus Chriſtus, qui corpus & ani G mã ſuam tradidit pro illius redemptione. Secundo ratione paſſionis: Nam præfatus minimus beatus clarè intelligit, ꝙ omnes aliæ creaturæ non portauerunt, nec portare poſſent tm̃ dolorẽ, & pœnã pro ſua redemptione, quãtum ſolummodo portauit Chr̃s ꝓ illo: qui quidẽ dolor, & pœna tãtę magnitudinis extitit, ꝙ apud humanam & angelicam intelligentiam infinitè merito computantur. Tertio ratione beatitudinis: qa talis beatus intelligit, ꝙ Dñs Ieſus Chriſtus, in quantũ homo, plus excedit in beatitudine oẽs beatos ſimul iunctos, q̃ circun H ferentia criſtallini cœli minimum centrum ſuum. vnde quanto amplius videt beatum, tãto amplius diligit eũ. Quarto rõne dilectionis. Tota enim dilectio, qua oĩs natura Angelica, & humana in cœlo diligit aliquã creaturã reſpectu illius, qua Chr̃s in quãtũ homo diligit minimũ glorioſum, eſt minor q̃ centrũ ad p̄dictã circunferentiã cęli conſiderato ipſo fonte, vnde talis amor originẽ hẽt, q eſt Dñs Ieſus Chriſtus. Hac igitur immẽſurabili dilectione diligẽs Ieſus quẽlibet glorioſum, quia intelligit eũ beatũ ſecundũ capacitatẽ ſuã, oẽ ſuum gaudiũ in ſe duplicat propter eũ. Ex hoc igitur modo,

*Gloria qd & qua ratione tam honoratũ Chriſtus, vt homo.*

A atque ex hac dilectione pro quolibet ſancto inexplicabiliter multiplicat Chrs glorioſum gaudium ſuum. videns igitur minimus glorioſus tantum diligi ſe a Chriſto, ꝙ eſt cauſa tãtam gloriam, & gaudium in eo multiplicare, in tantũ ardeſcit in illius dilectionem, ꝙ quotiens illũ intelligit, quàm ſe amplius glorioſum, tanto plus de gloria eius, quàm de propria gloria iucũdatur. Ex prædictis ergo patet, ꝙ donatio, paſſio, beatitudo, & dilectio Chriſti exhibitæ erga Sanctos, gloria Chriſti ſunt. Amor vero omnium Beatorum ad Chriſtum eſt illorũ honor ad Deum: & de his duobus Pſal. ait: Gloria & honore, quæ duo pertinent ad B gloriam accidentalem regni Dei, ſicut infra ſermone 64. ar. 3. & c. 2. patet.

*Quantum in regno cœlorum Dominus Ieſus Chriſtus diligatur, in quantum Deus. Cap. 3.*

TErtio contemplemur Chriſtũ Dei filium in cœlo coronatum. Et de hoc Propheta ſubdit: Coronaſti eũ Dñe. Corona enim tum propter ſignum gloriæ: tum quia debetur filio Regis: tum propter circulum, in quo perficitur merito deitatis filij Dei, infinitatem deſignat, qua per perſonalem vnionem Chriſtus Dei filius coro- C natur: quia æternus Pater, æternus Filius, æternus Spirituſſanctus. Immenſus Pater, immenſus Filius, immẽſus Spirituſſanctus: & tamẽ non tres æterni, ſed vnus æternus. Sicut nõ tres immẽſi, ſed vnus immenſus. Tamẽ alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spirituſſancti. Sed Patris, & Filij, & Spirituſſancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Et hic Deus trinus, & vnus ĩ præmiũ datur animæ glorioſæ, quod q̃dẽ gloria ſubſtãtialis nũcupat̃, ſicut infra ſermone 64. art. 3. per totũ plenius apparebit. Tanta eſt enim dilectio cuiuſlibet beati D ad ipſum Deũ trinũ & vnum, ꝙ ſi ex parte vna ſtatueretur amor Ieſu Chriſti, in quantũ homo eſt, & amor Virginis glorioſæ: inſuper & amor oĩum beatorũ, quem oẽs ſupradicti inuicem inter ſe ſpirãt: & ex altera parte ſtatueretur amor, quẽ minor ſanctus ſpirat in Deum: minor vtiq; eſſet amor omniũ prædictorũ reſpectu amoris, quẽ minor ſanctus in ipſum Deũ, q̃ centrum reſpectu circunſerentiæ empyrei cœli. Cuius ratio eſt, quia talis dilectio Dei vnus de tribus principalib. actibus ſubſtantialis glorię cõputatur, ſicut infra ſermone 62. ar. 2. & c. 2. manifeſtè dicetur, & ſermone 65. c. vlti. po-

*Quomodo Chriſtus diligitur, vt Deus.*

nentur 25. rõnes, quare beati tm̃ diligunt E ipſum Deũ. Sed ſi tanta erit dilectio Dei in minimo Sancto: quanta putas maior erit in ſuperiorib. beatis: immo quanta erit ſimul in omnibus glorioſis? Age ergo fidelis Chriſti ſeruitor, dilige nunc feruentius Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis: ſciens quia charitas nunquàm excidit, ſed in præſenti incipit, & ſuſcipit incrementum per gratiam, & in futuro cõſummatur per gloriã, quam nobis concedat ipſe amoroſus Ieſus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen. F

---

## FERIA TERTIA poſt Reſurrectionem Dom.

### *De gloria ſpirituum beatorum in regno Dei.*

## Sermo LX.

G*Loriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquẽtur, vt notam faciant filijs hominum potentiã tuã.* Pſal. 144. Decet glorioſum Regem habere regnũ, & familiã ſuæ gloriæ cõpetẽtẽ: quãto magis Rex regũ, & Dñs dominãtiũ Ieſus Chrs, cui obe- G diũt vniuerſa, in glorioſo regno cęlorũ fulgere dẽt admirabili famulatu. Maximè igitur, quia ad eius gloriã, & honorẽ: ſicut in p̃cedẽti ſermone prętactũ eſt, creauit tã admirabilẽ multitudinẽ Angelorũ. Placet ipſam naturã angelicã attẽtius contẽplari, eo ꝙ ſicut in præcedẽti ſermone patet, in hoc quarta cõtẽplatio exprimat̃ de gloria paradiſi. Circa quã aduertẽdũ eſt, ꝙ Deus Angelos creãs oẽs creauit bonos: nõ tñ sũmos, nec ẽt infimos: ſed medios inter sũmũ bonũ incõmutabile, qđ ẽ ipſe Deus: & infimũ bonũ incommutabile, qđ eſt ipſa creatura: H ita ꝙ ſi cõuerterẽtur ad amãdũ qđ erat ſupra ſe, aſcẽderẽt ad ſtatũ glorię. Si vero cõuerterẽtur ad bonũ cõmutabile, quod erat infra ſe, hoc ipſo ruerent in malũ culpæ. Et deinde in malũ pœnæ, quia dedecus culpæ non põt eſſe ſine decore iuſtitiæ. Propterea notandũ eſt, ẽm Sco. in 2. diſt. 5. & q. 1. q in principio Angelorũ tres morulæ cõcurrerũt. Prima fuit creationis, ſecũda gratificationis, tertia glorificationis. In prima cõdita fuit omnium Angelorũ natura, in ſecunda boni ſuſceperunt gratiam, & mali culpã. In tertia vero bonis data eſt gloria, malis

*Scotus in 2. diſt. 5. q. 1.*



A lis autem ſempiterna pœna. Primam tangit Propheta, cum ait: Gloriam regni tui dicent. ſecundam, cum dicit: Et potentiam tuam loquentur. tertiam, cum ſubdit: vt notam faciant filijs hominum potentiam tuã.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De prima morula, in qua Angelici ſpiritus ſunt creati.*

PRima morula fuit creationis, qñ ſ. Gen. 1. c. Dominus ait, Fiat lux: & facta eſt lux, id eſt, Angelica B natura, ſecundum ſe. In hac autem creatione tria conſideremus, quæ eis Deus creando dedit. Primo conſideremus eorum pulchritudinem, ſecundo eorum multitudinem, tertio eorum diſtinctionẽ.

*De pulchritudine Angelorum, in qua ab initio creati ſunt. Cap. 1.*

PRimo inquàm conſideremus eorum pulchritudinem. Nam pulchrior creatus eſt minimus Angelus paradiſi, quàm quælibet anima huius mundi, ſicut Dominus Matth. C 11. cap. ait: Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, ſcilicet in pulchritudine naturali: & qui minor eſt in regno cęlorum, maior eſt illo, ſcilicet in pulchritudine illa. Certum vtique eſt, quòd de Angelicis ſpiritibus Dominus locutus eſt: quia cum hoc dixit, nulla anima in cœlum aſcendebat, cum ipſe Dominus Ieſus Chriſtus primus fuerit, qui cœlum aſcendit. Ioannes enim Apocal. 1. c. teſtatur dicens, ꝙ ipſe eſt primogenitus mortuorum, & Princeps regum terræ, id eſt, regni cœlorum, quod terra viuentium dictum eſt. Si quis autem plenius videre deſiderat, quan- D ta etiam ſit minimi Angeli pulchritudo, recurrat ad ea, quæ ſupra ſermone 51. c. 2. & 3. de pulchritudine animæ dicta ſunt.

*De multitudine Angelorum, in qua in principio creati ſunt. Cap. 2.*

SEcundo conſideremus Angelorũ multitudinem, ſ. in qua in principio ſunt creati. Secundum enim Alex. de Ales, in 2. q. 9. Angeli ſunt miniſtri Poteſtatis diuinæ in his creaturis mundi, ſicut habetur per Auguſt. ſuper Gen. 9. Vnde ab eo iuſſa per Angelorum obediẽtiam miniſtrantur.

*Angeli, quomodo creati a principio.*

Peruenit enim iuſſio Dei nõ ſolum ad ho- E mines, nec ſolum ad aues, aut pecora: verũ etiã ad ea, quæ ſub aquis latent, ſicut ad cetũ, qui deglutiuit Ionam, Ionæ 2. & ad vermiculum. Nam ẽt huic legimus vermiculũ diuinitus miſſum, vt radicẽ cucurbitæ, ſeu hæderæ roderet, ſub cuius vmbraculo requieſcebat Ionas. Ionæ, in fine. Si enim homini dominiũ donauit Deus, ſic eum inſtituens, vt carnem peccati portans poſſit nõ ſolum pecora, & iumẽta ſuis vſibus ſubdere, nec ſolum domeſticas aues, verum etiã liberè volãtes, & ſęuas feras capere, & mãſuetas facere, & eis imperare potentia non corporis, ſed rationis: cum earũ appetitus F & dolores captans paulatimq; illectando, laxando, premendoq; moderans agreſtem exuit cõſuetudinẽ: quanto magis hoc Angeli efficere poſſunt, qui iuſſa eius quẽ ſempiternè intuentur incommutabili virtute p̃ſpecta mouẽtes ſe per tp̃s, & corpora ſibi ſubiecta per tẽpus, & locũ agilitate mirabili & iuſſa, quibus moueatur, & appetitus carnalis indigẽtię poſſunt efficere, & omni animæ viuæ: vt quocunque venire opus eſt venire neſciẽs adducatur. Et ſic patet, ꝙ neceſſaria eſt multitudo maxima Angelorum ſecundũ cõgruentiã: nõ ꝙ mediãtibus paucis nõ poſſit Deus iſtas creaturas diſpẽſare, G atq; miniſtrare, ſed decet magis per miniſtros multos hoc fieri. Et ſi hoc accidit terreno Regi, qui hẽt terrenũ regnum, in quo hẽt multos miniſtros: quanto magis apud cœleſtẽ Regẽ, ad quẽ oĩum gubernatio dinoſcitur pertinere. Et nihilominus ſi iſtæ creaturę nõ eſſent, deceret multitudinẽ Angelorũ eſſe aſſiſtẽtẽ Poteſtati ſummę, tanq̃ obedire paratam, atq; iuſſa perficere. Thomas quoq; in 1. par. 116. q. art. 1. in ſolutione artic. 3. ait: Doctores ſancti diuerſis rebus corporeis diuerſas ſubſtãtias ſpirituales dicũt eſſe p̃poſitas. Vnde Aug. in lib. 83. qq. ait, ꝙ vnaquęq; res viſibilis in hoc mundo H hẽt angelicã poteſtatẽ ſibi p̃poſitã. Damaſcenus aũt dicit, ꝙ diabolus erat ex his Angelicis Virtutibus, q̃ ordini terreſtri p̃erãt. Itẽ Origenes ſuper illud Nume. 22. c. Cum vidiſſet aſina Angelũ inquit, quod opus eſt mundo Angelis, qui præſint ſuper beſtias, & animaliũ natiuitati, virgultorum, plantationũ, & cæterarum rerũ incrementis. Non tamẽ ponendum eſt propter hoc, ꝙ ẽm ſuã naturã vnus Angelus magis habeat ad præſidendum animalibus, q̃ plantis: quia quilibet Angelus etiã minimus altiorẽ virtutẽ hẽt, & vniuerſaliorẽ, q̃ aliqđ corporaliũ ge

*D. Th. in 1. par. q. 116. ar. 1 in ſolutione art. 3.*

A nus: ſed hoc eſt ex ordine diuinæ ſapientię, quæ diuerſis rebus diuerſos rectores prępoſuit, & ordinauit. Nũc aũt aduertẽdũ ẽ, ſm ſnĩam Hugonis de Sãcto Victore ſuper 14. cap. de Angelica Hierarchia, ꝙ ſola diuina ſciẽtia, quę oĩa nouit, ſcit numerũ ſupernarũ virtutũ, & ſola diſcernit eas, & plene cognoſcit: vnde ſecũdũ quoſdã, ſolus numerus Angelorũ ſuperat athomos in aere volitãtes. Si igit tãtus eſt numerus Angelorũ, quãtus erit aliorum ſpirituũ ſuperiorũ: cũ ſecundũ quoſdã pro quolibet Angelo ſint decẽ Archangeli: pro quolibet Archangelo ſint decẽ Principatus: pro quolibet Principatu ſint decẽ Poteſtates, & ſic de alijs. B Huius opinionis rõ eſt, ſm Apoſtolum. 1. c. ad Roma. Inuiſibilia Dei a creatura mundi per ea, quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Sed ſecundum naturales aqua in decuplo maior eſt terra: & aer eſt maior in decuplo quàm aqua: & ignis in decuplo maior eſt, quàm aer, & ſic de ſingulis corporalibus vſque ad cœlum empyreum. Ex his viſibilibus per Apoſtolicam regulam trahi poteſt, quòd in decuplo ſunt plures Archangeli quàm Angeli, & Principatus quã Archangeli, & ſic de reliquis conſiderandum.

### *Quomodo Angeli ab inuicem ſpecifice diſtinguuntur.* C *Cap. 3.*

TErtio conſideremus Angelorum diſtinctionem, vel diſcretionem, quomodo. ſ. ſpecifice diſtinguuntur. Secundum enim Bonauent. in 3. diſtin. 3. q. 3. notandum eſt, ꝙ circa hoc quorundam fuit opinio duplex. Quidam enim dixerunt, ꝙ in Angelis eſt diſcretio perſonalis, ſed nũq̃ pure: immo ꝙ in eis tot ſpecies, quot indiuidua reperiuntur. Similiter dicunt eſſe in luminaribus mundi. Sed licet hoc habeat aliquam probabilitatem in corporalibus, non tamẽ videtur rationabile in ſpiritibus, D vt nullus conueniat cum alio in ſpeciali natura. Sicut enim innoteſcit per ſcripturam, multi Angeli ad idem officium ordinantur, & communem videntur habere operationem, iuxta illud Dan. 2. Millia millium miniſtrabant ei. Conſtat enim, ꝙ non tot habebant miniſteria differentia ſpecie, quot Angelos enumerat Daniel: ergo nec miniſtri omnes differebant ſpecie: ergo omnes, vel aliqui differebant numero ſolo. Quod ſi dicatur, quòd tot miniſteria habent, obijcitur de ſecunda parte auctoritatis, Et decies centena millia aſſiſtebant ei. Conſtat

*Pro hoc vide D. Bonau. in 13. q. 3 et Sco in 2. diſt 2.*

E enim, quòd tanta diuerſitas non poterat cadere, niſi ſecundum numerum, cum haberent vnum ſtatum, ſcilicet aſſiſtere. Nobis autem nec per ſcripturam, nec per dicta Sanctorum, nec per officia, tanta diuerſitas innoteſcit: ideo non videtur niſi præſumptio hoc dicere, maxime cum non appareat in promptu aliqua ratio cogens. Alia autem poſitio ſobria, & catholica reputatur, ſcilicet, quòd in Angelis eſt ponere diſtinctionem, quantum ad perſonalitatem tantummodo. id eſt, quantum ad numerũ, non quantum ad ſpeciem: & hoc aut in omnibus, aut in aliquibus, ſcilicet eiuſdem ordinis, vel hierarchiæ ſaltem: ita, ſcilicet ꝙ F quilibet ordo, vel ſaltem qualibet hierarchia ab altera ſpecifice diſtinguatur, id eſt, quòd tantum differat vnus ordo ab alio, vel vna hierarchia ab alia: ſicut differt equus a boue, & aſinus a porco: & ſic de alijs. Et hoc, quia eſt ad paradiſi decorem, & ad gloriam magni Dei rationabile reputatur. Epiloga ergo nunc, ſi tanta eſt diſtinctio inter eos, vt ſaltem vna hierarchia ab alia ſpecifice diſtinguatur: & tantus eſt numerus ſpirituum, ſicut prædictum eſt. Igitur ſecundum eandem Apoſtoli regulam, quanta erit pulchritudo cuiuſlibet Archangeli, in decuplo vtique quàm Angeli: & G Principatus in decuplo, quàm Archangeli: & Poteſtates in decuplo, quàm Principatus: & ſic de cæteris vſq; ad Seraphin. Quãta erit ergo pulchritudo cuiuſlibet Seraphin? immo quãta erit omnium Seraphin, vel potius omnium Spirituum beatorum? Et imaginare, ꝙ potius de tanta pulchritudine ſtupendum eſt, quam plene intelligentia capiẽdum ſit. Iſta igitur tria, ſcilicet Angelorum pulchritudo, multitudo & diſtinctio, oĩa ſunt ad gloriã regni Dei, quã gloriam oẽs beati Spiritus per facti euidentiã ſemper dicunt. Hinc bene Propheta ſuperius dixit, Gloriam regni tui dicent. H

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *De ſecunda morula, in qua Angeli boni fuerunt in cœlo gratificati, & mali in culpa deprauati.*

SEcunda autem morula Angelorũ fuit gratificationis: qua. ſ. per meritũ Chriſti Angeli boni fuerunt in gratia confirmati, & per Chriſti iuſtitiam mali in malitiam obſtinati. Et de his Ioan. Apocal. 12. cap. ait: Factum eſt prælium magnum in cœlo:



A cœlo: Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius, & non præualuerunt: neque locus inuentus eſt amplius eorum in cœlo. Et proiectus eſt draco ille, magnus ſerpẽs antiquus, qui vocabatur Diabolus, & Sathanas, qui ſeduxit vniuerſum orbem, & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſſi ſunt. Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta eſt ſalus & virtus Deo noſtro, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat B ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. In quibus ſacratiſſimis verbis myſticè demonſtratur, quàm magnum theſaurum ab Angelis iuſtis æſtimata eſt gratia Saluatoris: vbi pro illa acquirenda. primo facta eſt pugna, ſecundo habita eſt victoria, tertio oſtenſa eſt lætitia.

*De his morulis, vide D. Bona. vbi ſupra.*

### *De pugna facta inter Angelos pro Chriſti gratia acquirenda.* *Cap. 1.*

PRimo enim pro Chriſti gratia acquirenda ab Angelis bonis facta eſt pugna. & de hoc Ioan. ait, C Factum eſt præliũ magnum in cœlo. Circa hoc autem aduertendum eſt, ꝙ aliquibus inconueniens reputatur hoc prælium ad literam de Angelis intelligere: cũ tamen ſacra fides confiteatur malignis ſpiritibus ſuper beatos Spiritus repugnare, ne ſcilicet noceant quantum poſſunt. Quod & ipſa ſacra ſcriptura ĩ pluribus locis clarius confitetur, quorũ vnus ẽ Pſal. 40. vbi dicitur: Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Et poſt, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: per quos ſine dubio maligni ſpiritus denotantur. Daniel. quoque 10. cap. multa dicuntur de D prælijs Angelorum bonorum contra malos. Ex quibus hoc vnum eſt, quòd Angelus ibi dicit, Et nunc reuertar vt prælier aduerſum Principem Perſarum. Quòd ſi Beati Angeli in curriculo præſentis temporis bella gerunt pro ſalute noſtra: nunquid a principio ante ſuam in gratia confirmationem minus neceſſe habuerunt contra aduerſarios illius multitudinis prçliari pro ſalute propria? Non enim ſequitur victoria, niſi cum præceſſerit pugna. De hac igitur pugna, & prælio, ad literam rationabiliter intellecto, Ioãnes primo deſcribit initium, ſecundo proceſſum, tertio vero terminum. Primo autem pro huius prælij initio Ioan.

*Bellũ Angelorũ, nõ armorum fuit, ſed impreſſionum.*

E ait, Factum eſt prælium magnum in cœlo. Hoc autem prçlium tripliciter digeſtum eſt iuxta tria, quæ in ſpirituali natura reperiuntur, quæ ſunt ratio, volũtas, & facultas. Per rationem nempe electi, & reprobi Angeli contraria ſentiebant, per voluntatẽ ad contraria afficiebantur, per facultatem vero ad contraria nitebantur. Nam electi Angeli ſublimiter ſentiebant de Deo, & gratia eius, ad gratiam & gloriam eius afficiebantur, & pro facultate ſibi data pro illis nitebantur. Angeli vero ſuperbientes contemnentes gratiam, & gloriam Dei, ſubli- F miter ſentiebant de bonitate naturæ ſuæ, & propter hoc ad propriam gloriam afficiebantur, & toto nixu in contrarium electis ſpiritibus ferebantur. Primo igitur quantum ad contrarios conatus, hic Angelorum conflictus prælium dictum eſt. Prælium enim a premendo hoſtem denominatur. Secundo autem quantum ad affectionum contrarietatem, hoc prælium dictum eſt magnum, quia magnis affectionibus electi, & reprobi Angeli in contrarium ferebantur: mali in creaturam, boni in creatorem: mali in naturam, boni in gratiam. Magnum etiam prælium dici poteſt, quia in cęlo inchoatum ante generale iudicium in G præſenti mundo non poterit conſummari. Omnes enim repugnantiæ, & contrarietates in humana natura ex repugnantia Angelicæ creaturæ originem habent. Tertio vero quantum ad ſenſuum contrarietatem hoc prçlium in cœlo digeſtum eſſe dicitur. Cœlum enim ſpiritualem naturam, & terra corporalem manifeſtè deſignat, ſicut Gen. 1. cap. ſcriptum eſt. In principio creauit Deus cœlum, & terram, id eſt, ſpiritualem, & corporalem naturam. Qui ergo in ſpirituali natura de ſpiritualibus contraria ſentiebant in cœlo, profecto ſibi ſpiritualiter repugnabant. Ecce ꝙ pro acquirenda H gratia bellum in cœlo ſumpſit initium. Secundo Ioan. huius belli deſcribit proceſſum, cum ſubdit: Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone. Sicut enim primus inter ruentes Angelos cõparatur draconi propter aſtutiam, & circunuentiuam malitiam, quia primum circunuenit Angelos Dei in cœlo: ſic & primus Angelorum bonorum Michael nuncupatur propter ſapientiæ diuinæ admirationem ſublimem. Michael nempe, quis vt Deus interpretatur: per quod nomen, merito ſignificatur in eo admiratiua contemplatio ſapiẽtiæ Dei, per quem vtiq; Deũ omni creatu-

*Prælium vnde dicatur.*

*Michael, vnde dictus.*

A ræ incomprehenſibilem intellexit. Merito igitur cæterorum Angelorum dicitur eſſe Princeps, quibus in hac contemplatione clarior habebatur. Vnde & Daniel 10. cap. Vnus de Principib. *primis nominatus* eſt: & hoc quia cæteris omnib. prior fuit. Angeli eius ſunt, qui in eodem ſenſu, voluntate, & actione conueniebant. Hi autem omnes contra draconem, & angelos eius præliabantur, cum ſe diuinæ ſapientiæ, quæ diſpoſuit ſibi mundum per Chriſtum recõciliare, humiliter ſubijciẽtes ſenſu, volũtate, & actione huius diuinę voluntatis cõtra ſupbiẽtes ſpiritus, cooperatores fuerũt. Vn B de myſticè Gen. 28. c. ſcriptum eſt, ꝙ Iacob vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terrã, & cacumen eius tangebat cœlum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcẽdentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ. Quid autem aliud per ſcalam, cuius multi ſunt gradus, niſi myſterium reconciliationis creaturæ ad creatorem multis diuinæ ſapientiæ gradibus diſtinctũ conuenientius deſignatur? Hæc autem in terra ſtare, & cacumen eius cœlum contingere deſcribitur, eo ꝙ terrena cœleſtibus, & humana diuinis per hanc ſapiẽtiam coniunguntur. Huic autem ſcalæ Deus conuenienter innititur, non ſo- C lum quia ſic mundum reconciliare diſpoſuit: verum etiam, quia ab æterno ſic diſpoſitum temporaliter exhibere voluit, quando Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Per hanc ſiquidem ſcalam Angeli Dei aſcẽdunt, cum myſterijs huius ſapientiæ diuinam voluntatem attendunt. Per hanc quoq; deſcendunt, cum ad miniſtrandum diuinæ voluntati in ſapientia noſtræ reconciliationis ad nos miſſi perueniunt. Sed quia malitia Sathanæ, & ſequaciũ eius obſtinata reluctabatur contra Domini voluntatem: ideo Ioannes ſubdit, Et draco pugnabat, & angeli eius. Draco enim in D multis ſpęris reuertitur in ſeipſum: Sic & iſte apoſtaticorum ſpirituum Princeps circulos conſiderationis ſuæ, quibus claritate intellectus ſui bene conditas creaturas, & creatorem earum multipliciter conſiderat amore reciproco in gloriam ſuam reduxit: & ob hoc ſublimitatem naturæ ſuæ clarè conſiderans & cognoſcens, de illa tam immoderatè gloriabatur, quòd inferiori naturæ, quam creator per gratiam exaltare diſpoſuit, ſubijci dedignaretur, ſicut de eo Dominus Iob 41. cap. dicit: Sub ipſo erunt radij Solis, & ſternent ſibi aurum quaſi lutum. Sapientia nempe creationis Lunæ: ſapientia vero reconciliationis creaturæ, Soli E comparari poteſt. Sicut nempe lux Solis in immenſum excedit lucem Lunæ: ſic ſine comparatione melior eſt diuinæ ſapientiæ lux, qua Deus diſpoſuit ſibi creaturam reconciliare, illius luce ſapientiæ, qua cunctas creaturas ſecundum naturalem ordinẽ iam creauit. Vnde licèt hæc ſapientia incarnationis Chriſti primo Angelo cum cæteris alijs reuelata eſſet: creationis tamen ſapientiam, in qua ipſe cæteris clarior erat, & prægloriari volebat, amplius quàm reconciliationis gratię ſapientiam reputabat. Et propter hoc radios huiuſmodi Solis, videlicet diuinæ ſapientiæ contemnẽdo ſup- F peditabat: & aurum ſapiẽtiæ Dei, quod ipſe Deus de terra humanitatis Chriſti conflauit quaſi lutum, de quo aſſumpta eſt, cõtemnendo abiecit. Et idcirco gratiam reconciliationis de fortitudine naturæ ſuæ pſumens mox in electis Angelis oppugnare incępit tripliciter. Primo ſenſu, quo indicauit naturam gratiæ præferendam; ſecũdo affectu, quo ad propriam gloriam afficiebatur; tertio conatu, quo ſcilicet electorum Angelorum obedientiam ſubuertere nitebatur, ſicut in præcedenti ſermone, artic. 2. & 3. cap. patet. Cauda nempe illa, G quæ trahebat tertiam partem ſtellarum: etiam cæteras traxiſſet ſtellas, niſi creator illas manu ſuæ gratiæ tenuiſſet. Cum enim tanta eſſet malitia infernalis draconis, ꝙ ſuæ circunuentiuæ allectioni conſentientes corrumperet veneno malitiæ ſuæ: nunquid bonitas Dei tam modica eſſe debebat, vt cæteròs per gratiam ſuam ad obedientiam non alliceret? & obedientes ſibi in gratia non confirmaret? ob hoc probabiliter, vt videtur, Deus dicit eum principium viarũ ſuarũ, Iob 40. miſericordiæ, ſcilicet ad ſaluatos modo, quo dictum eſt: iuſtitiæ vero, quantum ad damnatos, qui & hic Angeli H draconis denominantur ſuggeſtionib. conſentiẽtes, q̃ Iob 41. dicũtur lãpades, ſicut tędę ignis accẽſę, lumine ſiq. dẽ ſuæ ſapiẽtiæ, quã ex natura hẽbat ſup ſe inferiores irradiabat, & eos ad affectiones ſibi ſimiles accendebat, donec efficerẽtur conatuũ ſuorũ imitatores. Tertio quoq; ſubdit Ioã. huius pręlij terminũ. Neſciebat ſiquidem ſerpens antiquus, donec experimẽto probaret, ꝙ in omnib. validior eſt gratia, q̃ natura. Per naturã datur creaturę eẽ, quod ita eſt in ſe: per gratiã vero datur naturæ eſſe, quod hẽt in Deo. Vnde cõueniẽter ſubditur, Et nõ præualuerunt, ſ. gratiæ reſiſtere per naturam.





*Natura quæ non cõicat ſuũ eſſe.*

A Natura enim limitatę & finitæ virtutis eſt, gratia vero quodammodo infinitę. Natura ſiquidem a Deo eſſe ſuum per creationem communicat, per gratiam vero eſſe diuinũ participat ipſa natura. Nihil ergo gratiæ præualere poteſt, ſicut etiam nec Deo. vnde Iob 9. c. Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. Et Iob 41. c. de ſe Dominus ait, Quis reſiſtere poteſt vultui meo? Et ideo merito qui gratiam impugnabant, locum gratiæ amiſerunt. propterea ſequitur, Neque locus eorum amplius inuentus eſt in cœlo. Cũ. n. cęlum ſpiritualem naturã indicet, ſicut ſupra dictum eſt, præcipue increatã na- B turam, quæ Deus eſt, ſignificare poteſt, quæ quidem non ſolum cęlum, ſed cęlum cęlorũ dicitur a Propheta. vnde Pſal. ait, Cęlum cęli Dño. Cum igitur per gratiam, vt dictũ eſt, natura diuina participatur: conueniẽter gratia per cęlum ſignificatur. Natura vero p terram, quæ nihil eſt, ſine gratia indicari habet. Reprobi igitur Angeli cum adhuc gratiæ capaces eſſent, tũc quaſi in cœlo erant. Cum vero gratiam impugnantes a gratia repulſi ſunt, tunc locum cęleſtem amiſerunt. Vnde & Dominus Lu. 10. c. ait: Videbam Sathanam, ſicut fulgur de cęlo caden- C tem. Fulgur enim caſu ſuo extinguitur: ſic & Sathanas a poſſibilitate obtinendæ gratiæ cecidit, & a ſpe recuperationis eius extinctus fuit.

*De victoria habita per Angelos bonos per pugnam pro Chriſti gratia acquirenda. Cap. 2.*

SEcundo autem ab Angelis bonis poſt pugnam de gratia Chriſti habita eſt victoria, & pars apoſtaticorum ſpirituũ de cęlo proiecta eſt. Et de hoc Ioan. ſubdit, Et proiectus eſt draco, &c. vbi Ioan. deſcri- D bit Sathanæ primo auerſionem, ſecundo conuerſionem, tertio ſequacium eius participationem. Primo enim deſcribit Sathanæ auerſionem. Septem enim nomina illi ſuperbienti angelo Io. attribuit, in quibus ſeptem denotantur auerſionis gradus, per quos conſumata a Deo auerſio tam in angelo, quàm in homine indicatur. Primus auerſionis gradus eſt, plus diligere creaturam quàm creatorem. Secundus eſt abuſus creaturæ dilectæ. Tertius in criminibus delectari. Quartus eſt ſtudium ſiue aſtutia male agendi. Quintus eſt obliuio Dei. Sextus eſt obduratio in peccatis. Septimus eſt perditio aliorum. Primus auerſionis gradus eſt plus diligere creaturam quàm creatorẽ. E Delectari enim in creatura peccatum non eſt, ſi debito ordine fiat: verumtamen quędam occaſio peccandi eſt. ſ. cum iſta delectatio nõ ordinatur ad creatorem. Sic & iſte, qui cæteris creaturis nobilior erat, inordinate afficiebatur ad ſemetipſum, ac per hoc cępit ſeipſum plus diligere quàm omnium conditorem. Propterea draco nominatur: qui, ſicut prædictum eſt, ſuis circulis reflectitur in ſeipſum, vt in hoc denotetur proprius amor, quo ſe pluſquam Dñm diligebat. Secundus eſt abuſio creaturæ dilectæ: ſic & iſte nobili ſua natura abuſus eſt: de ſe ipſo, non de Deo ſatagens gloriari: cum tamen non eſſet a ſeipſo, ſed ab ipſo Deo, in F quo quidem gloriari neceſſe eſt, ſicut j. Corinth. 7. c. Apoſt. ait: Qui gloriatur, in Dño glorietur. Et ob hoc igitur propter ſingularitatem illam, quam habere voluit præ alijs creaturis ſingularis vtique demonſtratur in hoc pronomine, iſte. Tertius gradus eſt in criminibus delectari vel gloriari, in tantum ꝙ eo amplius ſuperat, quo amplius peccat. Et in hoc ſiquidem Sathanas lapſus eſt. Nã prius ſuperbiuit de natura, quæ etiã opus diuinum erat, & inde ad hoc deuenit, vt tãdem ſuperbiret de culpa, quæ erat vtique G opus ſuum. Et hoc notatur in hoc nomine, magnus. Superbi nempe in oculis proprijs magni ſunt. Quartus gradus eſt ſtudium, ſeu aſtutia male agendi, quam habuit ille, qui omnium malorum inuentor fuit. Et ob hoc ille ſerpens denominatur, qui cęteris animantibus callidior eſt, ſicut Gen. 3. cap. ſcriptum eſt. Quintus gradus eſt obliuio Dei, quæ maxime per lõgitudinem temporis obrepere ſolet. Propterea & hic antiquus dicit, in quo quicquid de æuo defuit: ſuppleuit malitię magnitudo & multitudo. Hinc in damnationem ſerpentis, Gen. 3. c. dictum eſt, Super pectus tuum gradieris H eo, ſ. ꝙ per reminiſcentiam diuinarum miſerationum nunquam erigendus eſſet. Sextus gradus in prædictis obduratio ſeu pertinacia nuncupatur: quia frangi quidem poteſt, ad pœnitentiam tamen flecti non poteſt. propterea hic angelus, diabolus nuncupatur. Diabolus enim, clauſus ergaſtulo nuncupatur: quod merito conuenit obdurationi ſuæ, quæ quidem tanta non eſt, vt ſentiat pœnas ſuas. tanta eſt tamen, vt propter pœnas a peccato exire non valeat. Vnde Iob 41. c. ſcriptum eſt: Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus, quæ tanto amplius induratur,

*Septẽ nomina ſuperbienti angelo attribuunt.*

*Diabol⁹ dr̃ draco, & quare.*

A quanto malleo plus feritur. Septimus gra-
dus eſt perditio aliorum, cũ ſcilicet ſua pro-
pria perditione non cõtentatur, ſed aucto-
rem ſe cõſtituit alienæ. Et ex hoc Sathanas
nominatur, quia videlicet ille Angelus om
nis boni aduerſarius eſt: cupiẽs a Deo auer-
tere oẽs, ſicut & ipſe aduerſus eſt. Et hoc ſi-
gnificatur, cũ ſubditur, Qui ſeducit vniuer
ſum orbem, i. volũtatem habet ex ſe a Deo
omnem auertere creaturam: licet non ha-
beat facultatem, niſi in quantum Deus pra-
uę voluntati ſuæ iuſtiſſimè cõcedit effectũ,
ſicut Iob 1. & 2. c. patet. Vbi manifeſtè mõ
B ſtratur, ꝙ tantum in ipſum potuit, quantum
Deus permiſit: valuit enim bona illius au-
ferre, ſalutem corporis euacuare: corporalẽ
nihilominus vitam, quam ſibi reſeruauit
Deus per tot afflictiones, nõ potuit aufer-
re. Aliter quoq; vniuerſum orbem ſeducit,
qui poteſtate amiſſa, quã inter cœleſtes ſpi-
ritus habuit, princeps omnium malorum, ſ.
culpæ & pœnæ, quæ in præſenti mundo a-
bundant, effectus fuit. Vnde & princeps hu
ius mundi a Domino dictus eſt, cum Io. 12.
ait, Nunc princeps huius mundi eijcietur
foras. Ante enim paſſionem Chriſti pecca-
tum dominabatur in mundo, a quo omni-
C no nullus extitit liber, exceptis Chriſto &
ſanctiſſima eius matre. Sed poſt paſſionem
eius innumerabiles a iugo peccati liberati
ſunt, qui ſcilicet in eius crediderunt aduen-
tum. Propterea poſt paſſionem Chriſti dra-
co quodammodo eiectus eſt, ne mundo pe
nitus dominaretur per culpam, licet durãte
curſu vitę præſentis oĩbus etiam ipſi Chri-
ſto dominetur per pęnam. Hoc autẽ domi-
nium in ſecundo Chriſti aduẽtu oĩno amit-
tet, cum Chriſtus regnũ tradiderit Deo pa-
tri, & omnium malorum inuentor in pro-
fundum inferni proijcietur, ſicut & ante
de cœlo proiectus eſt in voraginem huius
mundi. Secundo deſcribit Io. Sathanę con-
uerſionem, ſ. ad malum. Et de hac ſubdit, Et
D proiectus eſt in terram. Poſtquam. n. Satha-
nas per culpam a Deo auerſus fuit, licet na-
turam ſeruauerit: a conditionibus tamen
ſpiritualis naturæ lapſus eſt, ſicut ad eum,
Ezec. 28. c. in figura Principis Tyri dicitur:
Ambulaſti perfectus in vijs tuis a die condi
tionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in
te. Per iniquitatem nempe corruit de cœlo
in terram, cum ſibi iam non cœleſtium, ſed
ſolum naturalium rerum ſciẽtia relicta eſt.
Spirituales quippe conditiones, ſicut præ-
dictum eſt, exuit & animales motus miſera
bili mutatione recepit. Propter quod &

*Diabolus quõ eiectus eſt ã mũdo poſt paſſionem Chriſti.*

Iob 40. a Domino Behemoth. i. animal ap- E
pellatus eſt. Iracundiæ enim, inuidiæ, con-
cupiſcentiæ, triſtitiæ & ſimiles alios motus
animales incurrit iuſto iudicio Dei. vnde &
duplici animali a Domino cõparatur: ele-
phanti, qui maior eſt in terra: & cęto, qui
maior in mari reperitur. Circa enim pro-
ſpera per cõcupiſcentiam agit, vt videlicet
per eam fallat: Circa vero aduerſa multi-
pliciter vexat, vt per triſtitiam frangat. Ter
tio ſubdit Io. ſequacium eius participatio-
nem: quia nec ſolus ille proiectus eſt, ſed
ſicut Io. ſubdit, & angeli eius cũ ipſo miſſi
ſunt. Cum enim eſſent angelicæ naturæ, F
pro veritate tres habebant dignitates. Nam
primo erant perſpicaces mente, ſecundo
erant virtuoſi voluntate, tertio erant effica
ces facultate. Cum vero in terra proiecti
ſunt, natura ſpiritualis paſſionibus anima-
libus ſubiecta eſt. Nam prima eorum per-
ſpicacia ad deceptiones, circumuentiones,
diuinationes & cautelas detruſa fuit: ſecũ-
da autem virtuoſitas in malitiam mutata
eſt: tertia vero efficacia tentationibus &
negocijs humanæ perditionis applicata eſt,
ſicut per totã ſcripturã manifeſte apparet.

### *De lętitia & exultatione pro Chriſti gratia per victoriam acquiſita. Cap. 3.* G

TErtio autem poſt victoriam de gra-
tia, oſtendit a Ioãne in ſanctis ange-
lis de hoc exultatio & lętitia: ppea
ſubdit propheta, Et audiui vocẽ magnã in
cœlo. Hæc autem vox ſpiritualis, non cor-
poralis eſt: clamor cõgratulationis interio-
ris, non ſonus vocis exterioris: quia. ſ. beati
Angeli maxime de tribus gaudẽt, quæ tres
materiæ gaudij dici poſſunt. Prima de glo-
ria Dei, ſecunda de merito Chriſti, tertia
de ſalute proximi. i. noſtri. vnde nõ ſolum
de proprio bono, quod tunc cõſecuti ſunt,
gaudebant & gratias Deo agebant: verum H
etiam de humana ſalute ſanguinis Chriſti
merito, & ſuo myſterio obtinenda. Et ideo
merito talis vox dicta eſt magna, quia ma-
gna exultationis eorum fuit materia. Pri-
ma autem materia gaudij eſt de gloria Dei
& proximi. Vnde ſubdit, Nunc facta eſt ſa-
lus & virtus & regnum Dei noſtri & pote-
ſtas Chriſti eius. Salus enim dicitur, quan-
tum ad liberationem a malo: virtus, quan-
tum ad exercitationẽ in bono: regnum ve-
ro, quantum ad libertatem, qua libere & ſi-
ne vlla contradictione obedit Deo. Vnde
Apoc. 1. c. Fecit nos regnum & ſacerdotes
Deo



A Deo & patri ſuo. Et ſubdit, Dei noſtri, ideſt
cognita ſunt iſta eſſe ſolum a Deo noſtro.
Hæc enim ille ſuperbiẽs Angelus ex natu-
ra habere volebat: gratiam vero, per quam
Deus rationali creaturæ gloriam obtulit,
contemnebat: & quantum potuit electam
illam multitudinem Angelorũ, qui ſe obla-
tæ gratiæ gratos reddebant impediebat, ꝙ
quidem fuit prælium inter Angelos ſupra-
dictũ. Non enim veriſimile eſt electos An-
gelos ſine probatione tantum pręmium ſu-
ſcepiſſe: cum nec homines, qui inferiores
naturæ ſunt, ſine probatione acceptari va-
leant. Iuſte igitur contemptore gratiæ, qui
B ſuam naturam nobilẽ exiſtimabat ſibi ſuffi-
cere, iam proiecto, clamãt Angeli, Salus &
virtus & regnum Deo noſtro: recognoſcẽ-
tes non aliunde eſſe ſalutem, quàm per gra
tiam Dei, a quo gratis ſuſceperunt naturã.
Hinc Apoc. 7. c. exultando dicunt, Salus
Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum &
agno. Secunda materia gaudij eſt de meri-
to, ſeu gratia Chriſti. Prædictæ nanq; ſalu-
tis, cuius Deus eſt auctor: agnus Dei Chri-
ſtus eſt mediator. Vnde Io. ſubdit, Et pote-
ſtas Chriſti eius. Sicut enim Chriſtus ſecũ-
dum diuinitatem dominium habet & po-
teſtatem vniuerſalis pręmij: ſic ſecundum
humanitatem poteſtatem habet vniuerſalis
C meriti. Nec enim Angelica, nec humana na
tura aliquod pondus æqualitatis iuſtitiæ ha
bere poſſunt, ad illud præmium infinitum,
quod eſt Deus: niſi fulciantur merito Ieſu
Chriſti. Illud enim ſicut rationẽ meriti ha-
bet ratione aſſumptæ humanitatis: ſic ra-
tionem infiniti pręmij habet ratione con-
iunctę diuinitatis: vt per hæc ſecundum iu
ſtitiæ æquitatem infinito præmio reſpõdeat
infinitum meritum: & infinito merito ſol-
uatur infinitum pręmium. Et hęc ſiquidem
eſt poteſtas Chriſti eius. Huius igitur meri-
ti poteſtate primũ ſum inter angelos reuela-
D ti, ſicut in præcedentibus dictum eſt: angeli
intrauerunt ad gloriam diuinæ fruitionis:
& inuidentes angeli proiecti ſunt in chaos
æternæ damnationis. Ex tunc enim præua-
lere cępit hominis Chriſti meritum per fi-
dem, quæ in ipſo erat, cui ſm formam vo-
lũtatis Dei electi angeli ſe humiliter ſubie-
cerunt. Hoc autem non immerito ex dicta
miſericordiæ diuinæ ſapientia proceſſit: vt
ſicut inferiores creaturas per ſuperiores ad
ſuam participationem Deus exaltat: ſic ſu-
periores creaturas perfectiores ad ſui co-
gnitionem veram humiliat. Nõne ſic Deus
humiliat creaturam humanam, vt ſe in ani-

matis creaturis ſubijciat ad ſalutẽ in ſacra- E
mentorũ perceptione & in cęteris neceſſi-
tatibus ſuis, non tãtum in ſpiritualibus, ſed
etiã in corporalibus, ſicut ad Ro. 8. c. Apoſt.
ait: Vanitati creatura ſubiecta eſt, non vo-
lens. ſ. propria voluntate, ſed propter eum,
ſcilicet Deũ, qui ſubiecit eam in ſpe. Opor-
tuit ergo etiam ſublimes Angelos per crea
turam inferiorem, quæ humanitas eſt: me-
rito erudiri ad humiliandum ſe ſub poten-
ti manu Dei. Quòd ſi quis obijciat, quomo
do meritum Chriſti tunc Angelis valebat,
cum non meruerat Chriſtus? Dicat & ipſe
mihi, quomodo illis hominibus iam valere F
poterat, qui ante aduentum ſuum credide-
runt in eum: quod eccleſia ſancta verè &
fideliter valuiſſe teſtatur? Et ex hoc intelli-
get, quõ electis Angelis eius meritum iam
valebat. Humanitas enim Chriſti, qui me-
reri habebat, debebat eſſe vnita infinito
Deo, cui non tantum omnia loca, ſed etiam
omnia tempora præſentia ſunt. Propterea
virtute infinitæ potentiæ Dei tale futurum
meritum Chriſti ad omnia tempora dilata-
tum eſt: & in hoc maxime apparet mirabi-
lis poteſtas Chriſti eius. Tertia vero mate-
ria gaudij eſt de ſalute proximi, i. noſtri. Per G
fidem enim & dilectionem Chriſti Angeli
electi meruerunt ſalutem, quam deinceps
in miniſterijs ſuis hominibus ſibi obedien-
tibus procurarẽt. Vnde ad Hebr. 1. c. Apoſt.
ait: Omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt in
miniſteriũ miſſi propter eos, qui hæredita-
tem capiunt ſalutis. Et de hoc Io. ſubdit, Et
proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.
Mirantur quidam, quomodo Angelus pri-
mus actu accuſator fuerit cęterorum? Sed
aduertant diligenter, ꝙ ſicut Dominus Ie-
ſus Chriſtus mediator erat totius creaturæ
rationalis ad Deum, eo ꝙ gratia eius toti ra
tionali creaturæ ſufficeret ad ſalutem: licet
aliqui mediatoris gratiã impugnantes, gra-
tię eius facerent ſe immunes: ſic & ille ſu- H
perbiens angelus totius rationalis creatu-
ræ accuſator erat, cuius demeritum toti ra-
tionali creaturæ ad damnationem ſufficie-
bat, niſi Chriſti meritũ pro datis ſibi a Deo
patre interueniſſet, ſicut ad eum pater in
Pſalm. ait: Poſtula a me, & dabo tibi gẽtes
hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam
terminos terræ. Accuſator igitur fratrum
erat, qui omnibus filijs indifferenter auer-
ſionem ſuggerebat. Vnde de eo Iob. 40. in
figura Dominus ait: Abſorbebit fluuiũ &
non mirabitur; & habet fiduciam, ꝙ influat
Iordanis in os eius. Vide quanta ſit verſutia
huius

*Quõ Angelus primus actu accuſator fuerit cęterorum.*

A huius accuſatoris, qui multitudini angelorum ſe incorporauit. Quid enim illi angeli defluentes, niſi fluuius erat, qui a beatitudine illa ęterna in corpus damnati draconis influebant? Maior tamen ſine comparatione illius aſtutia erat, quàm multitudo requireret, quam ſeducebat. propterea dicit, Et non mirabitur. Quid enim miraretur ſe angelos circumueniſſe damnatos, cum præſumeret ꝙ ad aſſentiẽdum ſibi & electos angelos inclinaret? Habet inquit, fiduciam, ꝙ influat Iordanis in os eius. Iordanis nempe, qui riuus iudicij dictus eſt, electorum angelorum multitudinem denotat, qui in B iudicio rectæ rationis ſtabat. Hos ſiquidẽ in os ſuum Behemoth ſperabat influere, cũ eos ſuggeſtioni ſuæ confidebat conſenſum adhibere. Aliter etiam cæteros accuſabat, qui naturali ratione præfulgens multa, quę nimis clare illi in ſuis myſterijs agnoſcebãt: ille clarius intelligebat. Vnde eos, quaſi accuſabiles coram Deo exhibuit, quos a ſua perfectione deficientes elatus mẽte cõtempſit. Deus vero, qui defectum non imputat naturæ, ſed culpæ humiliatis ſub manu potenti ſua, hoc vberius adimpleuit per gratiam, quod minus habuerant per naturã. C Vnde Ezech. 17. c. Dominus ait. Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus. humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile. Lignum quidem ſublime & humiliatum: primus iſte angelus eſt, qui de ſublimitate ſua ſpiritualiter ſuperbiuit, & ob hoc eum Dominus ab ea proiecit. Ideo Ioan. ait, Quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Lignum humile Chriſtus eſt, qui humiliter inter homines conuerſatus, in fine factus eſt obediens vſq; ad mortem crucis, & ob hoc Deus exaltauit eum. Per hæc autem omnia ligna regionis cęleſtis, ſ. & terreſtris. i. angeli atq; homines nõ D ſolum ſciẽtia, ſed etiam experimento ſciũt, ꝙ non ſuperbia, ſed humilitate ad diuinam celſitudinem peruenitur. Humilibus cum Chriſto iam exaltatis in gloria: ſuperbis cũ ſuperbo humiliatis in pęna. Verum ſi ſcire velimus, qui ſunt hi fratres, quos iſte accuſat: Sciendum ꝙ tam angeli, quàm homines fratres dicuntur. Filij quidem vnius patris, ſ. Dei, quorũ primos accuſabat Sathanas in cœlis: ſecundos adhuc modo non ceſſat accuſare in terris: vtriſq; impeditorem obijciens ſe ſalutis. Vnde ſequitur: qui accuſabat illos ante conſpectum Dei die ac nocte. Die quidẽ accuſabat angelos, quos in claritate angelicæ vitæ conſtitutos accuſabiles facere intendebat: Nocte vero accuſabat homines, quos in præſentis vitę tenebris Deo accuſabiles reddere conatur. E Non eſt enim, qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnũ, ſicut Pſal. ait: Vel per diem contemplationis claritas, per noctem vero accuſationis intelligatur obſcuritas. Die igitur ac nocte Eccleſiam ſanctam accuſat, qui eam tam in contemplatiua, quàm in actiua vita peruertere ſtudet. Si etiam diem bonorum claritatem, & noctem dixerimus peccatorum obſcuritatem: etiã tunc die ac nocte accuſat: qui eccleſiam ſanctã vel manifeſtis culpis, vel falſa iuſtitia per vanam gloriã corruptam obſidere non ceſſat. F Et aliter dicere poſſumus, ꝙ per diem proſperitas: ꝑ noctem vero aduerſitas deſignatur. Vel dies ſunt præcepta affimatiua, & nox præcepta negatiua, in quibus coram Deo omnis conatur accuſabiles præſentare. In his autem omnibus Deus, in cuius conſpectu hoc certamen agitur eccleſię ſuę ex electis angelis & hominibus conſtitutæ: in ſe & in merito paſſionis filij ſui veraciter confidenti ſemper per gratiam ſuã aſſiſtit & contra tentamenta iugiter eam defendit, ſicut propheta ei promittit dicens: Scuto circundabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno. G A ſagitta volãte in die a negocio perambulãte in tenebris, ab incurſu & dęmonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis, ad te autem nõ appropinquabit. In quibus verbis omnes deſcribuntur tẽtationes, quas ab initio ſęculi vſq; in finem in quolibet tẽpore, perſona & ſtatu, eccleſia Chriſti paſſa & paſſura eſt. A quibus ſemper protegitur auxilio Dei. De quibus oĩbus alibi dictũ eſt. In omnibus tribus iam dictis, ſ. in angelorũ pugna, in illorum victoria, atq; in eorum lætitia, ſemper admirandã Chriſti potentiam loquuntur ꝑ euidentiam facti. Vnde merito propheta ſubdit, Et potentiam tuam loquentur. H

*Dies ſignificãt ꝑcepta affirmatiua.*

## Articvlvs Tertivs.

### *De tertia morula, in qua ſcilicet glorificati ſunt Angeli boni.*

Tertia autem morula in angelis bonis fuit glorificationis, in qua poſt gratiam per triumphalem victoriam acquiſitam, in merito Ieſu Chriſti cõdignã gloriam adepti ſunt. Et de hoc Io. vbi ſupra ſubdit: Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni, & propter verbũ teſtimonij ſui,

*Tertia morula in angelis vide D Bona. vt ſup.*



A ſui, & non dilexerunt animas ſuas vſq; ad mortem: propterea lætamini cęli, & qui habitatis in eis. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtenditur, ꝙ ſtatim in confirmatione eorũ tria præmia perfectiſſime conſecuti ſunt, videlicet Primo tranquillitatem, ſecundo veritatem, tertio ſuauitatem. Primum in patre, ſecundum in Filio, tertium in Spiritu ſancto. Tranquillitatem per Chriſtum reconciliatorem, veritatem per Chriſtũ Doctorem, ſuauitatem per Chriſtum dilectorẽ ſeu amatorem. Primum in memoria, ſecũdum in intelligentia, tertium in voluntate. Primum ex merito ſpei, ſecundum ex me- B rito fidei, tertium ex merito dilectionis.

### *De præmio Angelorum ſanctorum, quod eſt conſummata tranquillitas poſt victoriam in ſanguine Chriſti. Cap. 1.*

Primũ ergo præmiũ, qđ conſecuti ſunt Angeli ſancti in glorificatione ſua, eſt tranquillitas memoriæ in æterno patre, & hoc ex ſpe habita in recõciliatore Chriſto. Et de hoc Io. ſubdit: Et ipſi vicerunt eũ propter ſangui- C nem agni. i. propter ſpem, quam habuerunt in paſſione Chriſti. Sed hic dubium inſurgere poteſt, quomodo hoc Angelis conuenire poſſit, qui non peccauerunt, vt per hoc egerent reconciliatore, & ſpecialiter, vt per ſanguinem Chriſti reconciliarentur Deo? Ad quod dicendum, ꝙ licet redemptor & reconciliator vnus ſit Chriſtus, tamen redẽptor ex eo dicitur, ꝙ pro peccatis ſuorũ patri ſuo ſatisfecit. Reconciliator vero dictus eſt, quia gratiã promeruit eis. Hominibus ergo in ſe credentibus, qui peccauerũt, & egent gloria Dei: Chriſtus redemptor fuit, quia pro peccatis eorum pleniſſime ſa- D tisfecit. Reconciliator vero pro Angelis dictus eſt, quia gratiã ꝓmeruit eis. Nã Angelis, qui non peccauerunt, vtiq; redemptor minime fuit, niſi forte redemptio large accipiatur. Eiſdem. n. Chriſti meritis ſunt homines peccatores a peccatis dimiſſi, & Angeli ſancti ne peccarent præſeruati. Egebãt tamen Angeli electi recõciliatore ſeu mediatore, qui eis a Deo gratiam mereretur. Perfectiſſimum autem meritũ requirit difficillima operari & pati pro amore illius, apud quẽ mereri intendit. Et ob hoc oportuit Chriſtum mori ad complemẽtum charitatis ſuæ, ad patrẽ & ad fratres ſuos eiuſdem, ſ. gloriæ participes. E Hanc autem mortem Chriſtus pro Angelis ſolũ affectione, pro hominibus vero affectione & executione compleuit. Notanter etiam aduertẽdum eſt, ꝙ non dicit Beatus Ioã. ꝙ Angeli redẽpti ſunt in ſanguine agni: quia hoc ſolũ hominibus ſpeciale eſt: ſed ait, ꝙ ipſi vicerunt eum, ſ. diabolum: quia hoc toti eccleſię commune eſt. Tam enim beati Angeli, quàm etiam electi homines, diabolum deuicerunt, non proprijs quidem viribus, ſed merito Ieſu Chriſti, quod completum eſt in effuſione ſanguinis eius. Propterea ſubdit, in ſanguine agni. Ex his igitur patet, ꝙ in Angelis finis victoriæ habitæ pro- F pter ſanguinem agni, nihil aliud eſt quàm tranquillitas illa, quam habent in Deo, in quo eſt pax & tranquillitas conſummata exuperans omnem ſenſum.

*Perfectiſſimũ meritum.*

### *De ſecundo præmio Angelorum beatorum, quod eſt vera cognitio veſpertina & matutina. Cap. 2.*

Secundum vero præmium in eorũ glorificatione ab Angelis conſecutum, eſt veritas intelligentiæ in ſumma veritate: & hoc ex merito fidei habitę in noſtro reconciliatore Chriſto. G Nam licet iam clari eſſent, quantum ad cognitionem veſpertinam, per quam cognouerunt creaturas in ſe: ignari tamen & tenebroſi erant adhuc antequam ad beatam viſionem intrarent & matutina luce fruerentur in verbo. Ad quam lucem cum ingreſſi ſunt, ita perſpicaces ſunt effecti, vt non tantum cognoſcerent res in proprio eſſe, ſed etiam in ipſa arte: ac per hoc non tantum cognitionem veſpertinam haberent, verumetiam matutinã, vel etiam diuinam propter ipſius lucis plenitudinem & omnimodam puritatem, reſpectu cuius omnis creatura, tenebra merito dici poteſt. H Vnde eodem verbo Dei, quo nos in aſſumpto corpore in tempore eruditi ſumus, ipſi ante tempus per reuelationem inſtruebantur pręcognoſcentes ad meritum, quod iam in verbo Dei clarè intuerentur ad præmium. Et hoc Beatus Ioan. notat in eo, quod ſingulariter dicit, Et propter verbum teſtimonij eius. Teſtimonium enim Chriſti, quod nobis innotuit multis verbis, ipſis vno diuino inſpirationis verbo propoſitum fuit, ſicut etiam patet in præcedenti ſermone, arti. 2. per totum.

*Secundũ præmium angelorũ.*

A *De tertio præmio Angelorum ſanctorum, quod eſt conſummata ſuauitas, & dilectio Dei. Cap. 3.*

TErtium vero præmium, quod ſancti Angeli conſecuti ſunt in vltima morula.i.in glorificatione ſua, fuit ſuauitas voluntatis in dulcedine Spiritusſancti: & hocpropter meritum dilectionis, quam habuerunt ad Deum, & ad ipſum mediatorem Chriſtũ. Licet enim beati Angeli mori minime poſſent, cum immortales creati eſſent, ꝙ non habebat natura, adimpleuit tamen in eis fortitudo dilectionis. Nam di-
B citur Canti. 8. c. Fortis vt mors dilectio. Tãta enim vis dilectionis mentibus eorũ inerat, vt pro eius gloria & honore libẽter mori voluiſſent, ſi eis poſſibile extitiſſet. Dilectio igitur, quæ in hominibus facit de neceſſitate virtutem: in Angelis fecit de virtute quandam neceſſitatem. Quod bene notat Io. cum ſubdit, Et nõ dilexerunt animas ſuas vſq; ad mortẽ.i.ſic dilexerunt Deum: vt licet mortales non eſſent, neceſſarium tamen ſibi exiſtimarent propriæ vitæ non parcere pro diuinæ dilectionis feruore. Ex omnibus iam prædictis, Io. quaſi omnes creaturas ad gaudium & exultationẽ inuitans;
C concludendo ſubiungit, propterea lętamini cœli, & qui habitatis in eis. Sicut enim cęlum ſingulariter ſumptum denotat ſpiritualem naturã, ſicut prædictum eſt: ſic cęli diuerſitatem ſpiritualis naturę.i. ſaltem nouem ſpecies Angelorũ, ſicut in primo præcedenti ar. & 3. c. patet, importare vidẽtur. Quòd ſi in illa natura nobis occulta diuerſitatem aliam ignoramus, ſaltem ex ſcriptura Eſa. 11. hanc diuerſitatem intelligamus, ꝙ.ſ. eſt ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis, & ſpiritus timoris Domini. Habitantes vero in eis ipſæ Angelicæ perſonę
D ſunt, quæ ſecundum menſuram gratiæ Dei clariores, vel minus clari in hac natura effecti ſunt, iuxta ꝙ gratia perficit in eis naturam, de quibus Dan. 7. c. ſcriptum eſt, Milia milium miniſtrabant ei. Illi vero ſuperbiẽtes angeli tunc in cęlis profecto erant, cum in puritate naturæ a Deo conditi eſſent, in eis tamen non habitabant, quia a gratia Dei repulſi conditiones ſpiritualis naturæ non ſeruauerunt. Electi vero Angeli in gratia confirmati habitationem in cęlis tunc ſuſceperunt, cum naturam in eis gratia, & gratiam gloria exaltauit. Iuxta quod Dominus Matth. 18. c. diſcipulis ſuis ait: Dico enim vobis, quòd Angeli eorum in cœlis ſemper E
vident faciem patris mei, qui in cęlis eſt. In tribus igitur præmijs ſupradictis, ſcilicet in tranquillitate, veritate & ſuauitate omnes electi ſpiritus, iuxta prophetæ ſententiam, Notam facient filijs hominum potentiam Dei, dum ſemper nobis ſpirant intellectũ lumine diuinæ veritatis per fidei cognitionem. In affectu dulcorem diuinæ ſuauitatis per veram dilectionem: Et in conſcientia pacem diuinæ maieſtatis per bonam operationem. Nam iuxta ſententiam Apoſtoli, ad Hebr. 1. c. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter F
eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: vt ſcilicet omnes auxilium præſtent ad reinuentionem centeſimæ ouis & decimæ dragmę, id eſt humani generis, hoc eſt omniũ prædeſtinatorum, inter quos nos connumerare dignetur miſericordia Saluatoris, qui cum Patre & Spiritusſancto viuit & regnat Rex glorioſus in ſæcula ſæculorum, Amen.

---

# FERIA QVARTA poſt Reſurrectionem.

*De ſuperadmirabili gratia & gloria Beatæ Virginis matris Dei.* G

## Sermo LXI.

A*Stitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate, Pſal. 44.* Ad gloriam & honorem Virginis matris Dei, in hac quinta cõtemplatione de gloria paradiſi, in ſermonis principio exordium ſumamus a verbis deuotiſſimi filij eius, glorioſi Bernar. in principio cuiuſdam ſermonis de Aſſumptione, qui ait: Hic totum decurrat ingeniũ, & aureus ſermo totus reluceat maieſtate. Voluntaria oris mei beneplacita faciat ſibi genitrix Dei, Domina mundi, Regina cœli. Ipſa ſenſum acuat, dirigat ſtilum & linguam pauperis, venuſtiori reſpergat eloquio. Quod & ipſa mihi hodie impartiri dignetur, vt de magnificentijs eius aliquid balbutiendo depromã, iuxta prophetica verba, quæ dicunt, Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu, &c. In quibus ſacratiſſimis verbis tres contemplationes de Virgine matre per ordinem diſtinguamus. Primo enim contemplemur eam gratijs coronatam ibi, Aſtitit regina, ſecundo in gloria exaltatam ibi, a dextris tuis

*De Maria Virgine matre Dei, vide D. Tho. ſup Matt. ꝙ eſt nr̃a ſalutis exordium. vide D. Bon & Gabrielẽ Biel.*

H

in



A in veſtitu deaurato, tertio ab omnibus honoratam ibi, circundata varietate. Eas quidem tres contemplationes, ſicut Pſalm. habuit in veteri teſtamento, ſic Ioan. Euangeliſta in viſione eas habuit in nouo teſtamento. Vnde Apoc. 12. c. ait, Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.

### ARTICVLVS PRIMVS

B *De duodecim gratijs & excellentijs Beatæ Virginis, quibus quaſi duodecim ſtellis tanquam Regina in præſenti mundo coronata fuit.*

PRrimo contemplemur beatã Virginem gratijs coronatam: quia Pſalm. vocat eam reginam, di. Aſtitit regina a dextris tuis. Et Euangeliſta Ioan. dicit eam habere in capite coronam ſtellarum 12. Contemplemur ergo eam reginam corona ſtellarum 12.
C coronatam. Tanta eſt enim gratia Virginis matris, quòd quanto gratiæ eius & virtutes ac dignitates fidelibus & deuotis ſe offerunt digniores, ſuauiores & puriores: tanto purius & ſuauius, atque diuinius afficiũt eos: & tanto in eis ſummam puritatem Dei atque ſuauitatem & diuinitatem dulcius, plenius & altius aſſaporant. Propterea diſtinguamus 12. mirabiles gratias, quaſi 12. eius coronæ ſtellas, quas etiam in præſenti vita peregrina habuit. prima eſt nobilitas, ſecunda eſt præſeruatio, tertia meritum, quarta poteſtas. Addantur
D aliæ quatuor: prima eſt ſuperexcellentia, ſecunda eſt dominatio, tertia eſt regnum, quarta diſpenſatio. Superaddantur aliæ quatuor: prima conſummatio, ſecunda ornatus, tertia retributio, quarta incompræhenſibilitas, & ſic 12. ſunt ſtellæ.

*Gr̃a multiplex B. Virginis.*

*Quòd beata Virgo nobilior fœmina mundi fuit, ſecundum carnem. Cap. 1.*

PRima ſtella, nobilitas nuncupatur: fuit enim beata Virgo nobilius indiuiduum, ſeu nobilior creatura omnibus indiuiduis, ſeu creaturis, quæ in humana natura fuerunt, aut poſſunt aut potuerunt generari. Equidem Matth. cap. 1. in fine, ponens tres quaterdenas generationes ab Abraam vſq; ad Chriſtum, deſcribit eam fuiſſe natam de E
40. Patriarchis, de 14. Regibus, & de 14. Ducibus, ſecundum ꝙ diſtinguunt & enumerant quidam. Lucas quoque. c. 1. deſcribens nobilitatem originis ſuæ exordiẽs ab Adam & Eua, vltimo vſque ad Chriſtum Deum generationem ſuam protraxit. Habemus nãque, ꝙ Dominus Ieſus Chriſtus, qui ſine matre fuit in cœlis & ſine patre in terris, totam a Virgine humanitatem recepit: & dignitates, quæ ad humanitatem ſequuntur: ſcilicet cognationis, vt diceretur filius Dauid: & conſanguinitatis, vt diceretur habere fratres ex nobili parentela: to- F
tum hoc a ſua benedicta matre ſuſcepit. Quòd etiam eſſet vltimus dux, vltimus rex, & vltimus patriarcha totius populi Iſrael: Vnde hoc habuit, niſi a Virgine glorioſa? vt ex hoc manifeſte clareſcat, ꝙ omnis nobilitas corporis conceſſa humano generi in Adam a Domino principaliter data eſt, vt deſcenderet per multas generationes & per Virginẽ matrẽ terminaretur in Chriſtũ. Hinc tantam munditiam ad literam præcipiebat Deus in lege ſua, non tantum in humanis corporibus, ſed etiam in vaſis, in do- G
mibus, in caſtris & in cunctis, quæ erant in populo Dei, vt ſcilicet populus per Chriſtum illam nobilitatem & munditiam conſeruare deberet. Cum autem venit Chriſtus exhauſta manifeſte apparet omnis mũditia & nobilitas Iudæorum, qui non crediderunt in eum. Ita ꝙ vbi gens Iudaica nobiliſſima & mundiſſima fuerat ante Chriſtum, nũc viliſſima & abiectiſſima appareat vltra omnes nationes. Hoc etiam manifeſta experientia monſtrat: quia poſt Chriſtũ non habuerunt aliquem patriarcham, vel regem, vel ducem, ſicut ipſimet publice atteſtantur, vt verificetur quod ipſe de ſe, H
Apoc. 2. c. ait, Hæc dicit primus & nouiſſimus. Primus, ſcilicet, quem Deus in ſuo populo principaliter intendebat. Et nouiſſimus, ſcilicet patriarcha, rex & dux in populo illo. Quia igitur omnes pręclaritates, ingenuitates, pręfecturas, dignitates & nobilitates, quæ poſſunt eſſe in aliquo indiuiduo humano ſecundum originem ſanguinis deſcribunt Euangeliſtæ in hac puella: oportet nos eorũ teſtimonio eam præferre omnibus Principibus & Principiſſis, Regibus & Reginis: Imperatoribus & Imperatricibus, & omnibus poteſtatibus, tribubus & linguis totius vniuerſi.

*Præſtãtia B. Virginis ſecundũ carnẽ.*

Quòd

A *Quòd totus mundus poſt primorum noſtrorum parentum culpam amore tantæ Virginis a Deo præſeruatus eſt. Cap. 2.*

SEcunda ſtella dicitur prçſeruatio: Maria nāq; ſola per multa millia annorū antequā naſceretur, primo & principaliter Adā & Euā, & totam eius poſteritatem præſeruauit in eſſe. Cōſtat nēpe, ꝙ ex propria tranſgreſſione Adā & Eua non ſolum mortis, ſed & annihilationis exterminium meruerunt, & diuina vltio, quæ perſonarū B acceptionē ignorat, ſicut nec culpā angelicā, ſic nec etiā humanā dimiſiſſet impunē. Sed propter præcipuā reuerentiā & ſingulariſſimā dilectionē, quā habebat ad Virginem, præſeruauit: quia eā ab æterno ſuper oēs creaturas Deo non vniendas, quç creādæ erant, ſuperexceſſiue dilexit, propterea præſeruati ſunt protoplauſti, nec vt merebantur in nihilū ſunt redacti. Ratio huius eſt, quia hæc benedicta puella in lūbis erat Adæ ſecundum ſeminalem rationem, potentiaq; producendæ puellæ in primis parētibus impreſſa erat, donec educeretur in actum. De ipſa nāq; naſci debebat Dei filius C Ieſus Chriſtus, qui ſecundum corpulētam ſubſtantiam in Adam exiſtens erat ſolū de Virgine, & de nulla alia educēdus. indulſit ergo miſericors Deus primis parentibus, nec eos annihilauit: qa ſic non fuiſſet exorta beata Virgo, nec per conſequens Chriſtus, ſiue Deus carnem veſtiſſet humanam. Ergo propter iſtā nobilem creaturam Deus ſaluauit parētes primos de prima eorum tranſgreſſione, Geneſ. 3. Noe diluuio inundante, Gen. 7. Abraam de ſede Regis Chodorlaomor, Gen. 14. Iſaac de Hiſmaele, Gen. 21. Iacob de Eſau, Gen. 27. Iudaicū populum de Ægypto & de impia Pharaonis manu, Exo. 12. & de mari rubro, Exo. 14. de vitulo in deſerto, Exo. 32. de manibus diuerſorum regum & tyrannorum, ſcilicet Nabuchodonoſor, Dan. 3. de captiuitate Babyloniæ, Eſa. 13. & Aſſyriorum. 4. Reg. 19. Dauid de leone & vrſo. 1. Reg. 17. De Golia, eo. c. De Saule. j. Reg. 18. c. Et, vt breui ſermone cuncta compræhendam, omnes liberationes & indulgentias factas in veteri teſtamento, non ambigo Deum feciſſe ſolum propter huius benedictę puellæ reuerentiā & amorē, quibus eam Deus in ſuā prædeſtinationē prçhonorandā cunctis operibus ſuis ab æterno præordinauit.

*Figura examinãda.*

D

*Quòd meritum beatæ Virginis in conceptione filij Dei merita omnium purarum creaturarum excedit. Cap. 3.* E

TErtia ſtella, meritū nuncupatur. Plus enim meruit glorioſa Virgo in vno ſuo conſenſu, ſ. cōceptionis filij Dei: q̃ omnes creaturç, ſiue angeli, ſiue hoīes, in cūctis ſuis actibus, motibus & cogitationibus. Et quidē oēs, qui meruerunt: nihil amplius potuerūt mereri, niſi ſm̃ diuerſos ſtatus & gradus, gloriā fęlicitatis æternæ. Hęc F aūt Virgo in illo glorioſo conſenſu meruit extinctionē fomitis, primatum orbis, dñiū mūdi ſuper oēs creaturas, ſceptrum regni, plenitudinē omnium gratiarum, oīum virtutū, omnium donorū, oīum beatitudinū, oīum fructuū ſpiritus, omniū ſcientiarum, & maxime altiſſimæ Theologiæ, interpretationis ſermonū, ſpiritus prophetię, diſcretionis ſpirituum, operationis virtutū, gratiæ ſanitatum. Meruit fęcunditatem in virginitate, maternitatē filij Dei, ꝙ ſit ſtella maris, porta cęli, & ſuper omnia ꝙ diuinę miſericordię ſit regina, & regina miſericordię nominetur, quod multipliciter probari poG teſt. Primo enim plus ei conuenit hoc nomen, q̃ ſi dicatur Imperatrix. Nā Imperatrix eſt nomen magni timoris atq; rigoris. Regina aūt plus eſt nomen prouidentiæ & ęquitatis. Propterea non credo in tota ſcriptura Deū expreſſe nominari Imperatorē, ſed Regē. hóc nēpe nomen eſt maieſtatis. Secundo etiam dicitur magis proprie regina miſericordiæ, quàm Domina Dominarū, vel Regina Reginarū, vel Dea Dearum. Hęc. n. omnia important dignitatē vel excellentiā reſpectu maiorum, & nō minorū. Si. n. diceretur Dea Dearū, non videretur eſſe Dea, vel Regina peccatorū vel dęmonum. Similiter propriè nō diceretur Regina pacis & dilectionis, qm̄ non eſt hoc vniH uerſale omnibus ſui regni. Tertio etiam dicitur melius Regina miſericordiæ, q̃ potētiæ vel ſapientiæ. In ſapientia enim intelligitur potentia, ſed non conuertitur. In miſericordia vero intelligitur & ſapientia & potentia, & non ecōuerſo. Vnde miſericordia claudit illa tria in ſe, propterea Regina miſericordię eſt Regina potentiæ & ſapientiæ, & non econuerſo. Quarto etiā proprie non pōt dici Regina gloriæ, ſeu Regina gratiæ, aut Regina iuſtitiæ. Nā gloria, gratia & iuſtitia per ſe tantum dicunt collationem boni,

*Quid beata Virg. potuerit mereri.*

*Regina qd ſignificat cōuertendo ad bonū ſenſum.*



A boni, & ablationem mali. Per ſe enim plus comprehendit & amplius ſe extendit regnum miſericordiæ, quam gloriæ, gratię, vel iuſtitiæ. Sed ab ampliori & maiori potentia, dignitas, & denominatio maior eſt. ergo Beata Virgo Maria a ſumma dignitate, Regina miſericordiæ dici debet. Quinto ad idem. gloria enim tantum eſt in cœlo, non in terra, non in inferno, non in purgatorio: ſed miſericordia in quolibet horum eſt: ergo maximum eſt regnum miſericordiæ. merito ergo Regina miſericordię eſt dicta. Sexto inſuper Regina miſericordiæ dici debet. Nam quicquid eſt ſuperius ſuperiore, ſuperius eſt inferiore. ſed miſe-B ricordia eſt ſuper omnia opera Dei, & regnū miſericordiæ ſuper miſericordiā: ergo Regina miſericordiæ determinat potentiá ſuper oīa: ſed illa cōuenit Virgini propriiſſimè: ergo propriè eſt Regina miſericordię. Septimo etiam ſuper patrimonium & proprietatem filij ſui eſt Regina, ſed hæc eſt miſericordia. Proprium etenim Dei eſt miſereri & parcere: ergo Beata Virgo proprie miſericordiæ eſt Regina. Octauo etiam probari poteſt. Eſa. enim 18. dicit Dominus: Ego autem conſiderabo in loco meo. glo. qui locus eſt miſericordia: ſed proprius loC cus Regis eſt regnum: ergo miſericordia eſt regnum Regis & Reginę. Sed proprie dicitur Rex & Regina eius, quod eſt ipſius regnum, ſicut Rex vel Regina Franciæ dicitur, cuius eſt regnum Franciæ. propterea Beatiſſima Virgo proprie dicitur Regina miſericordiæ, cuius miſericordia regnum eſt.

*Quod B. Virgo potuit facere de Deo, quod de ſe non potuit facere ipſe Deus. Cap. 4.*

D QVarta ſtella, eſt poteſtas. Plus enim poteſt facere Beata Virgo de Deo, quam Deus de ſeipſo. Quædam enim contraria & cōtradictoria inter Deū & Virginem erant, quæ dum acceſſit Deus ad Virginem, concordata ſunt: puta, primo impoſſibile erat Deum non generare: impoſſibile erat Virginem generare. Item ſecundo impoſſibile erat Deum generare, niſi Deum: impoſſibile erat Virginem generare Deū. Amplius tertio impoſſibile erat Deū cum alia perſona generare: impoſſibile erat Virginem ſine perſona generare. Acceſſit ergo Deus ad Virginem, & neceſſe fuit Virginem generare, & non alium quam Deū:

E & non de alio, quam de Deo. Sed Deus non potuit generare, niſi Deum de ſe: & tamen Virgo Deum fecit hominem; Deus non potuit generare, niſi infinitū, immortalē, æternum, inſenſibilem, impalpabilem, inuiſibilem ſub forma Dei: Sed Virgo fecit eum finitum, mortalem, modicum, temporalem, palpabilem, ſenſibilem, viſibilem ſub forma ſerui, ſuppoſitum ſub natura creata. O ineffabilis humilitas Creatoris, o incogitabilis virtus Virginis matris, o incomprehenſibilis altitudo myſteriorum Dei, vna mulier Hebrça fecit inuaſionem in domo Regis æterni; vna puella, neſcio quibus blanditijs, neſcio quibus cautelis, neſcio quibus F violentijs ſeduxit, decepit, & (vt ita dicam) vulnerauit & rapuit diuinum cor, & diuinam ſapientiam circumuenit. Propterea, conqueritur Dominus de Beata Virgine di. Cant. 4. Vulneraſti cor meum, ſoror mea, ſoror mea; ſponſa mea, vulneraſti cor meū. vbi glo. pro amore tuo carnem aſſumpſi, & vulneribus primis in cruce vulneraſti cor meum. Nam primogenita filij tui fuit: pluſque pro ea redimenda in mundum venit, quam pro omni alia creatura. Ex Virginis igitur carne Deus, flens dico, ſummam altitudinem veſtiuit humilitate: ſummam G lætitiam veſtiuit pęnalitate: ſummam opulentiam veſtiuit paupertate: ſummam lucem veſtiuit tenebris: ſummum honorem veſtiuit opprobrijs: ſummum amabile veſtiuit flagellis. Reuera Deo patri per omnem modum impoſſibile erat, quod de ſe aliquid tale faceret. Proptera in hoc ſtat Virginis prærogatiua: quia cum hæc Deus non poſſit, nulli alteri creaturæ conceſſit. Quod autem ſic generauit, totum pro ſalute generis humani procuratum eſt: vnde ſicut illud quod pater dedit filio, maius eſt omnibus, vt ſcribitur Ioan. 10. ſic quod mater dedit ei, maius eſt omnibus. Quid igiH tur agendum eſt, niſi cum Gregorio exclamandum, atq; dicendum? O mira circa nos vtriuſq; parentis Ieſu Chriſti pietatis dignatio; o inæſtimabilis Dei & Virginis dilectio charitatis, qui vt ſeruum redimerēt, communem filium tradiderunt propter nimiam charitatem, qua Deus & Virgo nos miſeros peccatores dilexerunt. Hæc ſunt quatuor primæ ſtellç eius, addantur aliæ quatuor.

*In quo cognoſcitur ſplendor eccleſia.*

A *Quod ſolus æternus Pater, & Virgo beata potuerunt filium habere Deum. Cap. 5.*

PRima eſt ſuperexcellẽtia. Perſona nãq; Virginis tantæ ſuperexcellentiæ eſt, ꝙ nec in perſonis increatis, nec in perſonis creatis, vt Angelis & hominibus, inuenitur hæc incogitabilis dignitas. ſ. quod habeat Deum filium, niſi in vna perſona diuina, quæ eſt Patris: & in vna perſona humana, quæ eſt matris. Sane priuilegium hoc iſti ſoli perſonæ ita conceſſum eſt, quod ſicut impoſſibile eſt perſonæ Filij, vel perſo- B næ Spirituſſancti generare Deum, pro eo, quod in eis nõ eſt natura cum primitate fęcunditatis, nec intellectus, cum actu dicitur aliquod verbum, ſiue cum fęcũditate & potentia ad producendum imaginem, ſicut in Patre eſt. Vnde ſicut impoſſibile eſt Patri ꝓducere aliud verbum, pro eo, quod hoc verbum genitum ſit perfectiſſimum, & totam potentiam generandi exhauſit in Patre: ita impoſſibile eſt mulierem aliam poſſe parere Deum, niſi per nouam potentiam alicui collatam a Deo: quod certum eſt nunquam futurum eſſe. Potentia enim concipiendi C & pariendi Deum, quæ naturæ humanę copulata fuit, ſecundum quod dicimus Chriſtum fuiſſe in lumbis patrum, ſecundũ corpulentam ſubſtantiam deſcendit ab Adam vſq; ad Virginem. Et fuit impoſſibile ad actum in aliquam mulierem deduci, niſi in Mariam Virginem, quæ potentia ita per natiuitatem Chriſti exhauſta eſt de natura humana, quod quicunq; diceret aliquam perſonam diuinam eſſe humanãdam in aliquo ſecundum corpulentam ſubſtantiam, eſſet vt impijſſimus hæreticus puniendus.

D *Quod tot creaturę ſeruiunt B. Marię Virgini, quot ſeruiunt toti Trinitati. Cap. 6.*

SEcunda ſtella, eſt dominatio, ſiue volumus dicere famulatus. Tot enim creaturæ ſeruiunt glorioſæ Virgini Mariæ, quot ſeruiunt Trinitati. Omnes nẽpe creaturæ, quemcunque gradum teneant in creatis, ſiue ſpirituales, vt Angeli: ſiue rationales, vt homines: ſiue corporales, vt corpora cœleſtia, vel elementa, & omnia quæ ſunt in cœlo, & in terra, ſiue damnati, ſiue beati, quæ omnia ſunt diuino imperio ſubiugata, glorioſæ Virgini ſunt ſubiecta. E Ille. n. qui filius Dei eſt, & Virginis benedictæ, volens (vt ſic dicam) paterno principatui, quodãmodo principatum æquiparare maternum, ipſe, qui Deus erat, matri famulabatur in terra, vnde Lu. 2. c. ſcriptum eſt de Virgine, & glorioſo Ioſeph, Et erat ſubditus illis. præterea hæc eſt vera, Diuino imperio omnia famulantur & Virgo. Et iterum hæc eſt vera, imperio Virginis omnia famulantur & Deus.

*Quot creaturæ ſeruiũt Beatę Virgini.*

*Quod hæreditario iure ſucceſſit B. Virgini regnum totius mundi. Cap. 7.*

F TErtia ſtella, eſt regnum. Lege enim ſucceſſionis & hæreditario iure totius vniuerſi debetur Beatæ Virgini primatus, & regnum. Quamuis autem benedicta Virgo fuerit nobilior perſona, quæ fuerit, vel futura ſit in orbe terrarum: tantęque perfectionis, quod etiam ſi non fuiſſet mater Dei, non minus debuiſſet eſſe Domina mundi: tamen ſecundum leges, quibus regitur mundus, iure hæreditario omnem huius mundi meruit principatum & regnũ, quia filius eius in primo inſtanti ſuæ conceptionis monarchiam totius promeruit & G obtinuit vniuerſi, ſicut Propheta teſtatur dicens: Domini eſt terra & plenitudo eius; orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. Ex iure ergo conceptionis filij Dei Virgini incumbebat totum illud procurare & adminiſtrare, quod ex tunc filio datum eſt vſq; ad legitimam ætatem filij ſui, ſicut ipſius diligens nutrix, & auctrix, ſecundum quod volunt iura: nec tamen eſt mirum, ſi tam generoſa Regina adminiſtrandi orbem curam omiſerit. primo, quia fęmina: ſecundo, quia puella: tertio, quia virgo verecunda: quarto, quia paupercula: quinto, quia curæ filij Dei & ſui erat totaliter dedicata: ſex- H to, quia non credebatur mater Dei, nec recipiebatur vt orbis Domina: ſicut nec filius qui vitam totius orbis & mores ordinabat, tamen non eſt vt Deus agnitus, nec vt orbis Rex, & hæres receptus, ſicut Ioan. 1. c. ſcriptum eſt. Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit: In propria venit, & ſui eum non receperunt. Sciens igitur mater in filio vim latentis diuinitatis, curam adminiſtrandi rempublicam dereliquit: licet vbi poterat pro poſſe exequebatur, ſicut patet Ioan. 2. quod in reipublicæ ſolatium & ſupplementum vinum in nuptijs



A nuptijs poſtulauit. Ac dolens quærebat filium, ne mundus perdidiſſet Dominum ſuum: quinimmo cum filius eius vnicus moreretur in cruce, cum nec vllum habuiſſet in terris, qui de iure ſuccederet ei: mater omnium ſecundum iura ſucceſſit, ac per hoc principatum omnium acquiſiuit. Succeſſionem autem hanc nuſquam legimus reuocatam, ſed diuino munere operante, & gratia Virginis impetrante, cernimus expreſſius elucidari quotidie, dum eam Dominam & Reginam omnium prædicamus. De monarchia autem vniuerſi nunquam Chriſtus teſtatus eſt, eo quod ſine matris B præiudicio nequaquam poterat fieri. Inſuper nouerat, quod poteſt mater irritare filij teſtamentum, ſi in ſui præiudicium ſit confectũ. Ex his omnibus apertiſſime claret, quod mater Ieſu Chriſti Maria hæreditario iure omnium, quæ ſunt infra Deum, habet regale dominium, & inclitum obtinet principatum.

*Quod nulla gratia ad nos deſcendit, niſi per manus B. Virginis diſpenſetur. Cap. 8.*

C QVarta ſtella, eſt diſpenſatio. A tempore enim, a quo Virgo mater concepit in vtero verbum Dei, quandam (vt ſic dicam) iuriſdictionem, ſeu auctoritatem obtinuit in omni Spirituſſancti proceſſione temporali: ita quod nulla creatura aliquam a Deo obtinuit gratiam, vel virtutem, niſi ſecundum ipſius piæ matris diſpenſationem. Hinc Bernar. deuotiſſimus ait: Nulla gratia venit de cœlo ad terram, niſi tranſeat per manus Mariæ. Hinc Hiero. in ſermone de Aſſumptione, inquit: In Chriſto fuit plenitudo gratiæ, ſicut in capite influente: In Maria vero, ſicut in collo transfundente. Vnde Cant. 7. c. de Virgine ad Chriſtum Salomon ait: Collum tuum, ſicut turris eburnea. Nam ſicut per collum vitales ſpiritus a capite deſcendunt in cor- D pus: ſic per Virginem a capite Chriſti vitales gratię in eius corpus myſticum transfunduntur. Vnde iſte eſt ordo diuinarum gratiarum defluxus, vt prius a Deo defluant in Chriſti animam benedictam, deinde in animam Virginis matris: inde in Seraphin, & ſic ſucceſſiue in alios ſanctos ordines Angelorum: demum in eccleſiam militantẽ. Cum enim tota natura diuina totum eſſe, poſſe, ſcire & velle diuinum intra Virginis E vterum extiterit clauſum: non timeo dicere, quod omnium gratiarum effluxus quandam iuriſdictionem habuerit hæc Virgo, de cuius vtero, quaſi de quodam diuinitatis Oceano, riui & flumina emanabant omnium gratiarũ. Reuera maternitas Dei hanç in mundo naturali iure obtinuit dignitatẽ, vt Regina miſericordię, ſicut prędictum eſt, merito nuncupetur: & hoc propter filij magnificentiam, qui eſt Rex regum, & Dominus dominantium. Reperio nanque in Rege noſtro Ieſu duas digniſſimas dignitates: videlicet quod ſit æternus Deus genitus ab æterno, & æternum Deum producat, eo ꝙ Spiritumſanctum ſpiret, & ipſe clauſus in F Virgineo vtero in æternitate a Deo Patre Deus generabatur æternus, & in eadẽ æternitate ipſe puer in ventre matris Deum inſpirabat, & producebat. Primam filij dignitatem. ſ. quod ſit generatus a Deo, tam infinito modo Virgo benedicta participauit, ꝙ Ieſus non dicatur verius filius Dei, quam filius Virginis: nec maior, nec minor, nec dignior eſt Dei filius in throno paterno, ſedens veſtitus claritate, quam habuit antequam mundus fieret, quam pannis pauperibus inuolutus, & intra fęnum in præſepio reclinatus. Et quia talis eſt mater filij Dei, G qui producit Spiritumſanctum: Ideo omnia dona, virtutes, & gratię ipſius Spirituſſancti, quibus vult, quando vult, quomodo vult, & quantum vult, per manus ipſius adminiſtrantur. Iam duos quaternarios ſtellarum tetigimus: nunc ad tertium tranſeamus. Superaddantur alię quatuor ſtellæ.

*Nulla gratia ad nos deſcendit niſi ꝑ meritũ Beatę Virg tã quam per aquęductum diuinum.*

*Quod B. Virgo conſummatio, & perfectio eſt totius creatæ naturæ. Cap. 9.*

PRima autem ſtella, eſt conſummatio. Omnes enim naturas & mundi perfectiones vltima ſua perfectione Virgo H ſacra compleuit. Deus quidẽ licet in mundi creatione nihil produxerit imperfectũ, ſed omnia perfecta, ſicut eorum exigebat natura: tamen vltimæ perfectionis conſummatio vſq; ad partum Virginis dilatata eſt, & ſoli Virgini reſeruata. Omnia nanq; entia vnum ens nobiliſſimum appetebant: viuentia vnum nobiliſſimum viuens: ſentientia vnum nobiliſſimum ſentiens: conceptiones nobiliſſimum conceptum: natiuitates optimum naſcibile: rationalia ſingulariſſimum rationale: ſpiritualia excellentiſſimum ſpirituale. Et breuiter omnes creatu-

A ræ appetebant vnum quoddam optimum
purum creatum.His ſic exiſtentibus imper-
fectis,prouiſum eſt mundo de vna fœmina
ſuper omnibus benedicta: quæ vnico ſuo
partu omnibus generibus rerum ſummam
& vltimam perfectionem adduxit. Aduer-
te diligens anima, ꝙ hæc benedicta puella
tantam perfectionem attulit vniuerſo,ꝙ vl
terioris perfectionis non eſt capax:nec Deꝰ
poteſt ordinaria poteſtate ipſum perficere
vlteriori perfectione: immo ſi ipſe Pater,
vel Spirituſſanctus de fœmina naſceretur,
nihil accreſceret orbi: quia quicquid nobi-
litatis,quicquid diuinitatis,& q̃cquid æter-
nitatis eſt, totum in orbe diffuſum eſt, &
B productũ per Virginem in illo æterno ſup-
poſito, quod generauit Beatiſſima Virgo.
Nec Virgini magnum eſt, quod perfectio-
nibus orbis vltimam perfectionem addu-
xit, cum & ipſi vniuerſitatis auctori non-
nullas perfectiones adduxerit: puta æterno
principio inceptionis exordium, æternita-
ti diuinæ temporalem periodum, infinitati
immenſæ quantitatem corpoream, ſpeciei
æternæ pulchritudinem nouam. pro qui-
bus omnibus ſcriptum eſt, omnis conſum-
mationis vidi finem, qui ſcilicet eſt Beata
C Virgo Maria.

*Nota, & diligenter perpende.*

### *Quod tota Eccleſia militans ex B.Virgine ornatur & decoratur. Cap. 10.*

SEcunda ſtella, eſt ornatus. De carne.n.
Virginis benedictæ, & in parte corpo-
ris eius exciſa, conſiſtit, perficitur, &
terminatur totum decus & pondus ſacra-
mentorum Eccleſiæ Dei. Certum eſt enim,
ꝙ omnis inſtitutio ſacramentorum,& om-
nia alia ſecramenta,tanquam in vltimum fi-
D nem, & ad illud ſacramentum omnium ſa-
cramentorum excellentiſſimum, quod eſt
Euchariſtia,ordinãtur: quæ quidem conſici
tur & conſecratur, dum panis in corpus
Chriſti conuertitur. Quamuis.n.per conco
mitantiam in Chriſti corpore ſit diuina ſub
ſtantia & anima ſola: tamen ſubſtantia pa-
nis tranſubſtantiatur in ſolam ſubſtantiam
carnis: non in diuinitatem, neq; in animã:
ideo hoc ſacramentum eſt finis omnium ſa
cramentorum.Et(vt expreſſius magnificem
illam digniſſimam & beatiſſimam carnem
de Virgine glorioſa deciſam,) dico,ꝙ tanta
infinitate nobilitatis eam dignificauit Al-
tiſſimus: ꝙ cum eſſet veri hominis caro,

*Tota militans eccleſia decoratur meritis B.Virginis.*

dum viuebat Ieſus formam hominis poſſet E
perdere, Dei autem nunquam: non.n.erat
verum dicere de corpore exanimi Chriſti,
hoc corpus eſt homo:& verum erat dicere,
hoc corpus eſt Deus.

### *Quanta Virgo beata retribuat Deo pro omnibus,quæ ipſe retribuit nobis. Cap. 11.*

TErtia ſtella, eſt retributio. Sola enim
benedicta Virgo Maria plꝰ fecit Deo,
vel tantum (vt ſic dicam) quantũ fe-
cerit Deus toti generi humano. Credo.n.
certe, ꝙ mihi indulgebit Deus, ſi nunc pro F
Virgine loquar. Congregemus in vnũ,quæ
Deus homini fecit: & conſideremus, quæ
Maria Virgo Dño ſatisfecit. Primo nanque
Deus formauit hominẽ de limo terræ: ſed
Maria formauit eum de puriſſimis ſangui-
nibus ſuis, & de puriſſima carne ſua, quæ
præualet omnibus rebus mundi. Secundo
Deus impreſſit in hominem decorem ima-
ginis ſuę: ſed glorioſa Maria impreſſit in eũ
imaginem ſuam. Nam ſicut ipſa erat pul-
chrior omnium fęminarum:ſic Ieſus eſt pul
chrior & ſpecioſior forma prę filijs homi-
num. Tertio Deus fecit hominem ſine paſ- G
ſionibus famis, ſitis, caumatis, frigoris, &
conſimilium: ſed ſedula mater Ieſu, & præ
cunctis hominibus pia,omnibus paſſionibꝰ
eius occurrebat.ſ.fami,ſiti,nuditati,frigori,
calori, ſicut ſtatus pauperrimus exigebat, &
hoc cum maxima patientia ſua. Quarto ve-
ſtiuit Deus hominem pellicea veſte: ſed Vir
go benedicta veſtiuit eum in præſepio ſuis
pauperculis pannis, & proceſſu temporis
tunicam inconſutilem ei fecit, quæ præua-
luit omnibus veſtibus mundi. Quinto do-
cuit Deus hominem ſapientiam:ſed ſapien-
tiſſima & prudentiſſima Virgo Maria do- H
cuit Chriſtum puerilia nociua fugere, & ſe-
qui eam. Sexto nutriuit Deus hominem de
fructibus paradiſi:ſed beatiſſima Virgo nu-
triuit Chriſtum de ſuo ſacratiſſimo lacte,
vbere de cœlo pleno, cuius minima ſtilla
præualet omnibus fructibus paradiſi terre-
ſtris,ac totius mundi.Reddendo ergo ſingu
la ſingulis.ſ.quæ fecit Deus homini, & quæ
fecit Deo beata Virgo, videbis quod plus fe
cit Maria Deo, quam homini Deus, vt ſic
pro ſolatio dicere liceat, ꝙ propter bea-
tam Virginem, quam tamen ipſe fecit
Deus,quodammodo plus obligetur nobis,
quam nos ſibi.

*Pulchra conſideratio, & elegans comparatio.*





### A *Quantum incompręhenſibiles ſint perfectiones Virginis glorioſæ. Cap.12.*

QVarta & vltima ſtella eſt incomprę-
henſibilitas. Sicut diuinæ perfectio-
nes omni intellectui incompręhen
ſibiles ſunt:ſic perfectiones gratiarum,quas
Virgo ſuſcepit in conceptione filij Dei, ſoli
intellectui diuino & Chriſto & ſibi cõprę-
henſibiles extiterunt.Et quidem,ꝙ Deus ge
neraret Deum, nulla requirebatur in Deo
diſpoſitio, cum ei ex natura conueniret, vt
per viam naturæ,intellectus produceret ver
B bum per omnia ſibi æquale: immo impoſſi-
bile eſt,ꝙ non generet Deum pp ſuã fęcun
ditatem. Sed ꝙ fęmina conciperet & pare-
ret Deum, eſt, & fuit miraculum miraculo-
rum. Oportuit.n.(vt ſic dicã) fęminam ele-
uari ad quandam æqualitatem diuinam,per
quandam quaſi infinitatem perfectionũ &
gratiarum,quam æqualitatem creatura nun
quam experta eſt. Vnde (vt credo) ad illam
abyſſum imperſcrutabilem oĩum cariſmatũ
Spirituſſancti,q̃ in B.Virginẽ deſcenderunt
in hora diuinæ conceptionis,intellectus hu
manus, vel Angelicus nunquam potuerunt
attingere:quod declarans Angelus Gabriel,
C Lu.1.cũ ab eo quæreret B.Vigo, & diceret,
Quomodo fiet iſtud,qm̃ virum non cogno
ſco? reſpondit Angelus ſe tm̃ myſterium
ignorare di. Spirituſſanctus ſuperueniet in
te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.q.d.
Quod a me quæris,ignoro: ſed æternæ ſa-
pientiæ Doctor, qui ſibi ſolum hoc altiſſi-
mum myſterium reſeruauit, te per illumina
tiſſimam experientiam edocebit.

*Q̃uo oportuit B.Virginem eleuari.*

ARTICVLVS SECVNDVS

### *De exaltatione B.Virginis in gloria.*

D

SEcundo contemplemur B.Virginem in
gloria exaltatam.Et de hoc ſubdit Pſal.
A dextris tuis in veſtitu deaurato. A
dextris ſiquidem Dei aſſiſtit B.Virgo, cũ in
potioribus bonis æternis, vltra oẽs beatos
poſt filium ſuum exaltata eſt: & hoc quidẽ
in veſtitu deaurato.i.cum corpore iam glo-
rificato, ex cuius ſplẽdore poſt filium ſuum
tota luceſcit ciuitas beatorum. Et de hoc
etiam Ioan.ſubdit: Signum magnum appa-
ruit in cœlo,mulier amicta ſole.Quod ver-
bum poteſt eſſe thema in præſenti articulo,
cum quis vult ſolum loqui de gloria Virgi-

*Q̃uo Beata Virgo exaltata.*

nis,quam habet in regno Dei. In quo qui- E
dem verbo triplex myſterium declaratur.
primum ſignificationis ibi, ſignum magnũ.
ſecundum apparitionis ibi,apparuit in cœ-
lo. tertium glorificationis ibi, mulier ami-
cta ſole, Apoc.12.c.

### *Quod B.Virgo eſt illud admirabile ſignum, quo nobis reuelatur gratia, & gloria, atque intelligentia. Cap. 1.*

PRimum eſt myſterium ſignificatio- F
nis. Et de hoc Io.ait:Signum ma-
gnum apparuit. Dicitur.n.Virgo
glorioſa ſignum magnum triplici
ter. primo.ſ.magnę gratiæ,ſecundo magnę
glorię,tertio magnæ intelligẽtiæ. Primo.n.
fuit B.Virgo ſignum magnæ gratiæ in incar
natione filij Dei,demonſtrata,& datæ. Si-
gnum.n.operit, & claudit, quod ſignatum
eſt. Sic & B.Virgo in immaculato vtero ſuo
ex dono gratiæ magnæ & infinitæ clauſit &
operuit filium Dei pro nobis,quando.ſ.Ver
bum caro factum eſt, & habitauit in ea. Vñ
de Ezech.32.c.Dominus ait:Solem nube te
gam.i.Chriſtum in Virgine abſcondam. Et
Eſa.7.iterum dicit: Dabit Dominus ipſe vo G
bis ſignum, Ecce virgo concipiet & pariet
filium, & vocabitur nomen Emanuel, quod
interpretatur nobiſcum Deus. Ecce quod
B.Virgo magnæ gratiæ ſignum eſt, dum cœ
lum, vel Deum per carnis aſſumptionem fe
cit eſſe nobiſcum ex gratia ſua. Propterea
Gabriel Angelus,Lu.1.c.ad eam inquit: In-
uenisti enim gratiam apud Deum:quia ipſa
ſola, & non alia creatura per Euam perditã
nobis gratiam reinuenit. Vnde Auguſt. in
ſermone de Aſſumptione: Auctrix peccati
Eua, autrix meriti Maria:Eua occidẽdo ob-
fuit, Maria viuificando profuit. Percuſſit
illa,ſanauit iſta. Secundo eſt Virgo ſignum
magnæ gloriæ tam vtique magnæ, quod ſi- H
cut infra patebit, vltra quam dici poſſit, ſu-
perat & lætificat omnes Angelicos ciues.
Vndẽ Eccleſiaſtici 43. A luna ſignum diei
feſti. Ad literã.n.in principio lunaris men
ſis,luna aſpectibus hominum occultatur, &
tamẽ a ſole illuminatiſſima & ei cõiunctiſ-
ma eſt. Tunc etiam ad literam apud Iudęos
erat feſtum Neomenię.Sed & glorioſa Vir-
go Maria in aſſumptione ſua oculis homi-
num abſconſa, & a tota Trinitate Dei for-
mata,atq; filio ſuo in glorioſa ſede coniun-
cta: feſtum ſupernæ, ac magnæ gloriæ ma-
gno gaudio & lætitia conſecrauit. Vnde

*Quod B. Virgo eſt ſignũ admirabile.*

*Pulchra antitheſis inter B. Virg. & Euam.*

A Prouer. 11. c. ſcriptum eſt: Mulier glorioſa,
ideſt, Beata Virgo, inuenit gloriam, ſcilicet
nouam in Paradiſo, ſicut infra patebit. Et
merito quidem inuenit gloriam nouam in
cęlo, quæ amiſſam gratiam inuenit in terra.
Tertio vero glorioſa Virgo ſignum eſt ma-
gnæ intelligentiæ. Signum enim ducit in ſi-
gnati cognitionem: Sic Virgo Maria ſupra
omnem aliam creaturam ducit in ſapientiã
& intelligentiam filij ſui & Dei. Hinc Eſa.
89. c. de ipſa Dominus ait: Exaltabo ad po-
pulum meum ſignum meum. i. per ſignum
vtiq; meum, quod eſt glorioſa Virgo: altam
intelligentiam dabo de meipſo & de filio
meo, dicit Dominus. Propterea enim dici-
B tur porta cęli, quia per eam alta & ſacra cœ
li, & ſcripturarum, ac ſacramentorum myſte
ria reſerantur.

*De triplici cœlo, in quo glorioſa Virgo mon-
ſtrata eſt ad eius imitationis exem-
plũ & gloriæ eius deuotionem.
Cap. 2.*

SEcundum myſteriũ, quod ſubdit Ioan-
nes, eſt apparitionis. Vnde ait: Apparuit
in cęlo. In triplici enim cœlo apparuit
C hoc virginale, ac cœleſte ſignum. primo in
cęlo eccleſiæ, ſecundo in cęlo gloriæ, tertio
in cęlo animæ. Primo enim apparuit in cœ
lo eccleſiæ. ſ. militantis: de quo cęlo Apoc.
19. Cœlum nouum & terra noua. In hoc cę
lo apparuit Beata Virgo, vt omnibus bene
viuendi præberet exemplum. Vnde Ambro
ſius lib. de virginitate, de Virgine ait ſic: Vt
de cęteris virtutibꝰ eius taceam, virgo erat
non ſolum corpore, ſed etiam mente: corde
humilis, verbis grauis, animo prudens, lo-
quendi peritior, legendi ſtudioſior: non in
certo diuitiarum, ſed in prece pauperum
ſpem reponens: intenta operi, verecunda
D ſermone, arbiter mentis: non hominẽ, ſed
Deum quærere, nullum lædere, omnibꝰ be-
ne velle, maoribus aſſurgere, æqualibus nõ
inuidere, iactantiam fugere, rationem ſe-
qui, virtutem amare. Quando iſta faſtidiuit
humilem, quando riſit debilem, quando vi-
tauit inopem? nihil in oculis toruum, nihil
in verbis procax, nihil in actu verecundum:
non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior,
non vox petulantior, vt ipſa ſpecies corpo-
ris ſimulacrum fuerit mentis, & figura pro-
bitatis. Talem Euengeliſta monſtrauit, ta-
lem Spiritusſanctus elegit. Quid enim in
ſingulis moror? quæ digna fuit, vt ex ea fi-

*B. Virgo apparuit in omni ſigno.*

lius Dei naſceretur. Denique vt verbo E
eiuſdem Ambroſij ibidem concludam: ta-
lis fuit Maria, vt eius ſolius vita omnium
ſit diſciplina. Ecce, quod beata Virgo exẽ-
plum omnium virtutum eſt toti eccleſiæ mi
litanti. Secundo autem hoc virginale ſi-
gnum apparuit in cęlo gloriæ, cum ſcilicet
in anima & corpore in cęlum aſſumpta eſt,
ex qua tota cœleſtis curia decoratur. Vnde
beatus Bernardus in quodam ſermone ait
ſic: Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis
adeo, vt ipſa iam cęleſtis patria clarius ru-
tilet virgineæ lampadis illuſtrata fulgore.
Hinc Eccleſiaſtici 44. c. Species cœli in vi-
ſione gloriæ, ſcilicet Virginis matris Dei.
Tertio inſuper hoc virginale ſignum appa- F
ruit, & quotidie apparet in cœlo animę: de
quo cœlo Propheta ait: Cœlum cœli Do-
mino. Cœlum enim cum a cęlando di-
ctum ſit, animam deſignare poteſt, quę no-
bis cęlata manet. Hæc autem cœlum cœli
merito dicta eſt, eo quod pro cœlo creata
ſit. Hoc igitur Virginis ſignum apparet in
cęlo animæ, ſcilicet quando quilibet iuſtus,
ſeu peccator, deuotionis Virginis non eſt
oblitus: Sed in hoc mari ſeculi, periculis
pleno, deuotionis oculos ad Mariam, quæ
dicitur ſtella maris, inſtanter leuat. Vnde
Bernardus in quodam ſermone ait: Si cri- G
minum immanitate turbatus es, ſi con-
ſcientię fęditate confuſus, ſi iudicij horro-
re perterritus, ſi baratro deſperationis inci-
pias abſorberi: Mariam cogita, Mariam in-
uoca, non recedat a corde, non recedat ab
ore. Nam ipſam cogitans, non erras: ip-
ſam rogans, non deſperas: ipſam ſequens,
non deuias: ipſa tenente, non corruis: ipſa
protegente, non metuis: ipſa duce, non fa-
tigaris: ipſa propitia, peruenis. Hæc ille.
Et ſic in temetipſo experiri poteris, quam
merito dictum ſit nomen Virginis Mariæ
maris ſtella. Oportet enim vniuerſos Chri-
ſticolas inter fluctus huius ſeculi nauigan- H
tes attendere hanc maris ſtellam, quæ ſupre
mo cardini, ideſt, Deo, proxima eſt: & re-
ſpectu exempli eius curſum vitæ dirigere.
Quod qui fecerit, non iactabitur vanæ glo-
riæ ventis, nec frangetur ſcopulis ad-
uerſorum, nec abſorbetur Scyllęa
voragine voluptatũ, ſed pro-
ſpere veniet ad por-
tum quietis æter-
nę. Hęc Ber-
nardus.

*Cœlum vnde.*





A *De triplici ſole, quo & anima & corpus
glorioſæ Virginis ſolari lumine ami-
cta totum irradiat paradiſum.
Cap. 3.*

TErtium myſterium, quod ſubditur a
Ioanne, glorificationis dictum eſt, de
quo ſubiungitur: Mulier amicta ſole.
Triplici enim ſole dicitur amicta Beata Vir
go. primo ſole amoris, ſecundo ſole ſplen-
doris. tertio ſole fulgoris. Primum autem
pertinere videtur ad voluntatem eius, quæ
Dei amore feruet: ſecundum vero ad intel-
lectum eius, quæ Dei lumine ſplendet: ter-
B tium autem ad corpus eius, quod totum pa
radiſum vltra omnes beatos fulgoribus re-
plet. Primo enim dicitur amicta ſole. ſ. can
didiſſimi & ignitiſſimi amoris, quo. ſ. ſupra
omnes beatos diligit Deum, & filium ſuum
Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Vnde
beatus Bernar. Hoc enim amoris igne labia
Prophetæ purgantur, iſto quoq; Seraphin
accenduntur: longe vero aliter hæc Virgo
meruit, non velut ſummatim tangi, ſed ope
riri: magis autẽ circunfundi, & tanquã ipſo
igne concludi, &c. Sanè candidiſſimus, atq;
calidiſſimus huiuſmodi mulieris amictus,
cuius omnia tantum irradiata noſcuntur,
C vt nihil in ea, non dico tenebroſum, vel ſal
tem minus lucidum, ſed nec tepidum liceat
ſuſpicari. Hæc Bern. Secundo autem dicitur
B. Virgo eſſe amicta ſole ſplẽdoris. ſ. quo ad
lucẽ glorię, q̃ in aĩa hẽt. Vñ idẽ Ber. Deniq;
ipſa ẽ mulier amicta ſole. i. induta ineffabili
claritate. amicta inquam lumine, ſicut veſti
mento, de quo ait Apoſto. Induimini veſti-
mentum Dominum Ieſum Chriſtum. Nam
gloria ipſius Dei ſuper omnem creaturam
ornata fuit. Tertio etiam B. Virgo dicitur
amicta ſole fulgoris. ſ. quo ad lucem, quam
habet etiam in corpore ex redundantia glo
riæ, quæ ſibi a Deo in anima datur, de qua
D Bern. ait: Quam familiaris ei facta es, o Do-
mina, quam proxima, immo quam intima,
vel vicina: veſtiſti eum ſubſtantia carnis, &
ille te gloria ſuæ maieſtatis: veſtiſti nube ſo
lem, & ipſa ſole veſtiris. ſ. tam in corpore,
quam in anima. Tantum enim differt gloria
Virginis a gloria aliorum beatorum, quan-
tum ſol a cæteris luminaribus cœli: & quo-
dammodo ſicut cætera luminaria irradian-
tur a ſole, ſic tota cœleſtis curia a glorioſa
Virgine lętificatur & decoratur. Vnde Ber.
in ſermone de Aſſumptione ait: Itaq; glo-
rioſa Virgo dum cœlos aſcendit, etiam
ſupernorum gaudia ciuium copioſis aug-

*B. Virgo triplici ſole dicitur amicta.*

*In quo differt gloria B. Virginis a gloria beatorum.*

mentis cumulauit. Nam ſi paruuli, necdum E
nati Ioannis anima liquefacta eſt, vt Maria
locuta eſt: quæ nam fuit illa exultatio cœle
ſtium, cum & eius audire vocem, & videre
faciem, eiuſq; beata præſentia frui merue-
rint? Et iterum Aug. in quodam ſermone
de natiuitate Virginis ait: Ipſum cœlum, ꝙ
penetraſti, necnon cuncta, quæ in eo ſunt
contenta: noua & ineffabili gloria decora-
ſti, prioremq; eius gloriam vltra quam dici
poteſt, tua præſentia magnificaſti: noua illic
ac præcellenti tuarum virtutum dignitate
irradias, immenſaq; gratiarum tuarum lu-
ce perluſtras. Quanta autem in paradiſo ſit
gloria Virginis benedictæ ſeptem excellen F
tiæ, ſeu dignitates, quibus glorioſa pręful-
get, manifeſte oſtendunt. prima dicitur ma
ternitas, ſecunda charitas, tertia conformi-
tas, quarta tranquillitas, quinta capacitas,
ſexta vnitas, ſeptima largitas nominatur.

*Quod quia Beata Virgo eſt mater Dei, me-
retur ſuper omnes beatos in gloria
exaltari. Cap. 4.*

PRima. n. dignitas, ſeu excellentia Virgi
nis glorioſæ, quæ eius gloriam magnã G
oſtendit: maternitas dicta eſt. Maxima
nempe excellentia eſt, quod Virgo beata
ſit mater Dei: maius eſt. n. ꝙ ipſa ſit mater
Dei, quam ꝙ ſit Domina creaturarum Dei.
Hoc. n. dependet ab illo, ſicut ramus a ſua ra
dice. ergo certitudinaliter tenendum eſt, ꝙ
ipſa eſt ſuper omnes ordines Angelorum,
tanquam per ſe implens & continens vnũ
integrum, ac totalem ſtatum, cui ſecundum
rectam rationem altera perſona congrue
non poteſt addi: quia ipſe ſtatus ex ſui ratio
ne propter dignitatem incommunicabilem
exigit vnitatem. Sicut. n. nullatenus decet
plures eſſe Chriſtos, nec Deum plures ho-
mines eſſe: ſic nullo modo decet Dei filiũ, H
niſi vnam matrem naturalem habere. Item
ratio naturalis ex gratuita lege aperte ac di
recte dictat, ꝙ mater Regis omnium eſt in
ſede Regia ſuper omnes ordines miniſtro-
rum & militum collocanda. Vnde quia eſt
electa ad dignitatem tranſcendentem om-
nem dignitatem miniſtrorum & famulo-
rum, quia ratio materni amoris eius, qui
fertur in Deum, vt in ſuum filium realem a
nullo alio affectu cuiuſcunq;, qui nõ eſt rea-
liter mater Dei, præterquam ab ipſa partici
pari poteſt. Nã vt dicitur Heb. 1. Sicut filius
Dei ſedet a dextris maieſtatis in excelſis tã-

*B. Virgo eſt mater Dei, & in hoc comprehenditur maxima eius præſtãtia.*

A to melior Angelis effectus, quanto differen
tius præ illis nomen hęreditauit, qđ nomen
eſt, vt ſit vere Deus per gratiā vnionis: ſic &
mater Dñi nr̄i Ieſu, glorioſa Maria, tāto me
lior eſt Angelis effecta, quanto præ oībus
creaturis hæreditauit, vt obtineret digniſſi-
mę matris nomen. Vnde Propheta ait: Ele-
uata eſt magnificētia tua ſuper cœlos Deus.
Magnificentia. n. Dei dicta eſt Virgo Maria.
Nam ſicut in prima conditione magni-
ficatus eſt Deus, quia de nihilo tam ſu-
blime vniuerſum, & tam ſublimes Ange-
los condidit: ſic quoque in reparatione nō
minus magnificatus eſt, quia de humana na
B tura infecta, perdita & damnata, Chriſtū ho
minē propagauit, & de muliebri ſexu in or
dine rōnalium, ſm cōem curſum infimo, &
matrē ſibi & toti cęleſti curię dedit. In quo
quidem apparet, ꝙ magnus & excelſus Do
minus humilia reſpicit. ideo reſpexit humi
litatem ancillæ ſuę, Lu. 2. vt ex hoc magnifi-
cent eū oēs generationes Angelicæ & hu-
manæ: quia ſicut magnificentia diuinę virtu
tis, & imperioſitas in hoīe Chriſto reſplen-
det: ſic viſceroſa, tenera, & materna magnifi
centia pietatis ex Chriſti matre reſplende-
ſcat. Et hoc quidem in tantum, ꝙ ſicut Chri
ſtus ſpiritualiter eſt genitus & conceptus in
C corde vniuſcuiuſq; beati & iuſti: ſic exēplo
naturalis matris filij Dei oēs in ipſam, vt in
verum filium inardeſcāt. Hæc autem matris
magnificentia amplius magnificat Deum,
quam omnis alia creatura ſimul ſumpta. vn
de merito eleuata dicitur ſuper cœlos. i. ſu-
per Angelos vniuerſos.

*In quanta gloria ſuper cunctos beatos ſit glorioſa Virgo in paradiſo ex ſua dilectione. Cap. 5.*

SEcunda excellentia Virginis, quæ ma-
gnam eius gloriam oſtendit, charitas
D nuncupatur. Omnes nempe ordines &
ſtatus gloriæ principaliter diſtinguuntur ſe
cundum ſuperiores & inferiores rationes
diuini amoris. Non enim in communi ratio
ne charitatis diſtingui poſſunt, cum omnes
participent illam, nec per aliquam rationē,
quæ non ſit ratio diuini amoris, poteſt
vnus ſuper alterum in maiori propinquita-
te, ſeu intimitate ad Deum ſuperlocari. Ma-
ternus igitur amor incomparabiliter tran-
ſcendere debet omnes alias rationes amo-
ris in Deum, præter illam, quæ eſt in anima
Chriſti, quæ ſcilicet fertur realiter in Deū,
tanquam in propriam perſonam.

*Oēs ſtatus excedit B. Virgo ſua excellentia.*

*Quod in paradiſo gloria matris Dei magis conformis eſt glorię Chriſti, quam omnium beatorum. Cap. 6.* E

TErtia autem excellentia Virginis ma
gnitudinem gloriæ eius oſtendens,
conformitas nominatur. Nam anima
Chriſti, & Chriſtus in quantum homo, tran
ſcendit omnem ordinem puræ creaturę, ſeu
creatæ naturę. Gradus autem matris confor
mis eſt ipſi homini Chriſto, cuius humana-
tio in tantum tranſcendit omnem ordinem
primæ conditionis, ꝙ eſt omnino extra &
ſupra integritatem ordinis vniuerſi: propte F
rea non potuit ab vniuerſo capi. ſed digni-
tas maternitatis Dei ſic operi incarnationis
connexa eſt, ꝙ omnino aliter non potuit da
ri. Vnde Eccleſia ad Virginem ait: Quia quē
cœli capere non poterant, tuo gremio con-
tuliſti. Vnde B. Virgo, Eccleſiaſtici 24. de ſe
ait: Girū cęli circuiui ſola. Igitur huius ma-
ternitatis, atq; maternæ dignitatis ordo eſt
ſupra totalem integritatem primi ordinis
vniuerſi, & per conſequens ſuper totalem
dignitatem & integritatē Angelicorum or
dinum, atq; hierarchiarum. Vnde Bernar. in
quodam ſermone ait: O venter capacior cę
lis, diffuſior terris, latior elementis, qui illū G
continere valuit, quem totus mundus com
prehendere non potuit, & qui tribus digi-
tis molem terræ appendit.

*Conformitas gratiæ Virginis ad gratiā Chriſti.*

*Quod amoroſus & approbatiuus aſpectus filij Dei ad matrem, eam ſuper omnes beatos exaltauit. Cap. 7.*

QVarta excellentia magnitudinē glo-
rioſæ Virginis monſtrans, tranquilli
tas dici poteſt. Chriſti enim filialis
aſpectus ad matrē, ſingulariſſimus, & amo-
roſiſſimus, ac tranſcendentiſſimus eſſe de- H
bet, ita ꝙ totam cęleſtem curiam ſimul ſum
ptam præter matrem, nō debet aſpicere ſub
tali reuerentia, nec ſub ordine talis aſpectus,
ſeu amoris. Quanto autem Dei aſpectus al-
tius fertur in aliquem beatorum, tanto for-
tius & altius per beatitudinem ſe imprimit
illi, ac tanto altius conſpicitur, ac ſuſcipitur
& acceptatur ab eo. Igitur inexplicabile eſt,
ſub quanta altitudine, latitudine, & gloriæ
intimitate Dei filius ſe ingerit ſuæ matri. Et
conſimiliter ſub quāta altitudine, latitudine
& intimitate ſuſcipitur ab eadem. Talis aūt
Dei

*Dei aſpectus ī beatis.*



A Dei ad eos fixio gloriæ in huiuſmodi aſpe-
ctibus beatorum, eorum ſi quidem gloriæ
ſedes eſt. Vnde antedictus aſpectus Dei ad
matrem, ſua regia eſt ſedes, & eius in illo
ſeſſio, ſeu fixio eſt eius regalis & glorioſa
corona. Vnde Hiero. in ſermone de Aſſum
ptione: Nec in mundo locus dignior fuit
virginalis vteri tēplo, ī quo Dei Maria filiū
ſuſcepit: nec in cœlis ſublimior regali ſo-
lio, quo Mariam Mariæ filius ſublimauit.

*Hier.*

*Quod beata virgo facit in gloria beatorum gradum ſuper omnem alium excellentem. Cap. 8.* B

QVinta excellentia Virginis, capaci-
tas dicta eſt. Secundū enim Dyoni.
in regno cœlorum oīa inferiorum
dona in ſuperioribus in tan
ta præexcellentia ſunt, ꝙ quaſi nulla eſt cō-
paratio, niſi ſicut eſt circunferentia ad ſuū
centrum. Cum ergo beata Virgo ſupra om
nem ordinem ſit in tantum, ꝙ per ſe faciat
ordinem incommunicabilem, ſicut p̄dictū
C eſt: ſequitur ꝙ ſuper omnes inferiores or-
dines tam Angelorum q̄ hominum ſimul
ſumptorum ipſa improportionaliter eſt p̄-
lata, & q̄cquid eſt gloriæ in oī īferiori glo
rificata natura tā angelica quàm humana:
multo præexcellentius eſt in Virgine ma-
tre Dei. Nec dubium hoc reddat aliorum
beatorum multitudo numeroſa & magna:
quia hoc nihil facit ad rem maioritatis glo
riæ eſſentialis, ſeu ſubſtantialis. Nam in ſpi
ritualibus idem maius, quod melius repu-
tatur. Vnde plus de ſubſtantiali gloria eſt
in vnico Seraphin, q̄ ſit in omnibus infe-
rioribus Angelis ſi per impoſſibile ſm nu-
merum multiplicarentur in infinitum. Su-
peraddendum quoque eſt, ꝙ nullus inter
D puras creaturas ordo in cœlis in tantum
ſuperat ordinem immediatè ſibi coniun-
ctum, quantum gloria matris Dei ſuperat
omne quod ei inferius eſt. Ad hanc intelli-
gētiam manu ducere pōt conſideratio or-
dinū, & graduum eccleſiaſticorū. Nā quic-
quid poſſunt ordines inferiores, poteſt ēt
ſacerdotalis gradus, & incomparabiliter
plus: ſicut Epiſcopus ſuper ſacerdotes, &
de Papa ſup Epiſcopos, idem patet. In cor-
poribus vniuerſi idem quoq; intelligi va-
let. Nam omnia ſuperiora continēt omnia
inferiora & inæſtimabiliter plus: ſic & in
gradibus gloriæ infinita ſapiētia Dei pleniſ
ſimè ordinauit. Nam, ſm Apoſto. ad Ro. 1.

*Dyoniſ.*

*B. Virgo ſublimior cæteris ſāctis.*

Inuiſibilia Dei a creatura mundi per ea, q̄ E
facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. i. con-
ſpecta intelliguntur.

*Quod beata Virgo plus in infinitum Deo & eius filio vniatur, quam omnes alię puræ creaturæ. Cap. 9.*

SExta autem excellentia, vnitas nomina
tur. Quanto enim beati magis vniun-
tur cum Deo, tanto glorioſiores fiunt
in eo. Omnes enim creaturæ ſimul iunctæ
non tantum vniuntur Deo, quantum ſola
beata Virgo. Ad cuius intelligentiam no-
tandum eſt, ꝙ ſex ſunt aſcenſus, ſeu gradus F
vnionis in Deum, quibus creaturæ in eum
gradatim aſcendūt. Primus eſt vnio crea-
tionis, ſecundus eſt cognitionis, tertius eſt
dilectionis, quartus glorificationis, quintus
eſt maternalis conceptionis, ſextus perſo-
nalis vnionis. Primus autē vnionis aſcen-
ſus eſt creationis, i. per participationem eſ-
ſendi, per quam entia coniunguntur Deo,
vt cauſæ efficienti & exemplari atque fina
li. Secundus eſt vnio cognitionis, ſcilicet,
per vim intelligendi, per quam intellectua
lia vniuntur Deo, vt obiecto intelligibili
per gratiam fidei, qua vnimur Deo, vt ſup- G
naturali credibili, & vt credito & credēdo.
Tertius eſt vnio dilectionis. ſ. per donū gra
tificantis amoris, per quem vnimur Deo tā
quā amico & amato. Quartus eſt vnio glo-
rificationis, ſ. per viſionē & fruitionē glo-
riæ ſempiternæ, per quā aīa vnit̄ Deo vt ob
iecto btīfico, faciliter viſo. Quintus eſt v-
nio mr̄nalis conceptionis, ꝑ quā btā Virgo
facta eſt mr̄ Dei, ita vt vna atq; eadem eſſet
caro Virginis, & caro Chr̄i, non cōſiderata
in Chriſto diuinitate eius. Sextus autem eſt
perſonalis vnionis. In quolibet autem iſto
rum, quilibet excedit alterum in infinitū: H
quia inferior in ſua ſpecie infinities multi-
plicatus, ſuperiori æquiparari non valet.
Quod ſic patere poteſt. Primum enim pa
tet, quia eſſe in infinitum, excedit oē eſſe,
quia talia infinita nō æquiualēt minimo pū
cto eſſendi. Secundum etiam patet, quia in-
finita non intellectualia vni intellectui æq-
ualere nō poſſunt. Tertium etiam ſimiliter
patet, quia omnes intellectus infideles &
inimici Dei non æquiualent vni fideli &
amico Dei. vnde Prou. 16. c. Melior eſt vnus
timēs Deum, quàm mille filij impij. Quod
quidem verū eſt, niſi pro q̄to quidā ex eis
in Dei p̄deſtinatione ꝓ tpe futuro habent
vt Dei fideles atq; amici. Quartū etiam pa-
tet.

*B. Virgo magis & ꝓpius vnitur Deo.*

A tet. Nã quicquid dari põt circa viſionẽ Dei, non æquiualet vni beato, quia omnia ſimul ſumpta non facerent vnum beatum: quamuis pro quanto maior gradus gloriæ ſpe & meritoriè & per modum ſeminarij in dono gratiæ comprehendatur, & quodammodo tale donum dici valeat quo ad quid excedere inferioris gloriæ gradum. Quintum quoque patet. Nam illa vnio ſiue aſcenſus, qui eſt per originalem, ſeu maternalem conceptionem, tranſcendit omnes inferiores in infinitum, prout in hoc aſcenſu includitur maternus amor ſibi cor B reſpondens vt plenariè cõſummatus, Quia ſicut communis amoris gradus conſumatur in gloria: ſic maternus amor Dei conſummatur in Maria. Sextum & vltimũ inſuper patet. Nam aſcenſus per perſonalem vnionem tantæ tranſcendentiæ eſt, ꝙ reliqui citra ipſum infinities multiplicati ei æquiualere non poſſent. Et loquor prout in perſonali vnione includitur beatifica reflexio mentis perſonaliter Deo vnitæ. Ecce quòd huiuſmodi aſcenſus vnionis in Deum, ad maternalem conceptionem, in infinitum excedit omnes alios præcedẽ C tes. Ex quo manifeſtè apparet, ꝙ quãtum in præſenti ſeculo talis vnio exceſſit alias vniones in gratia: tantum nunc in paradiſo excedit in gloria.

*Quanta largitate gratiæ & gloriæ beata Virgo a Deo dotata ſit. Cap. 10.*

SEptima excellentia Virginis glorioſæ, eius magnitudinem monſtrans, largitas dici poteſt. Duplex enim largitas beatæ Virgini a Deo donata eſt. Vna gratiæ, altera gloriæ. Primo enim de largita D te gratiæ ĩ ſermone de Aſſumptione Hier. ait de Virgine. Gratia plena. & bene plena, quia cæteris quidem per partes præſtatur: Mariæ vero tota ſe ſimul infudit gratiæ plenitudo, quæ fuit in Chriſto, quamquam aliter & aliter. Et addit: Nam in Chr̃o fuit plenitudo gratiæ, ſicut in capite influente: in Maria vero ſicut in collo transfundente, ſicut ſuperius artic. 1. & 8. c. latius dictũ eſt. Ex quo patet, ꝙ excepto Chriſto: tanta gratia Virgini a Domino data eſt, quanta vni puræ creaturæ dari poſſibile eſſet. Secundo autem data eſt illi largitas gloriæ. Nam in paradiſo diuinæ gloriæ participatio, cæteris quodammodo per partes dat. Sed ſecundum Bern. beata Virgo Maria diuinæ ſapientiæ profundiſſima vltra quam

*Duplex largitas B Virgini data a Deo, grẽ, & glorię. Hier.*

E credi valeat, penetrauit abyſſum: vt quantum ſine perſonali vnione creaturæ conditio patitur, illi luci inacceſſibili videatur immerſa.

## Articvlvs Tertivs.

*De triplici honore, quo honorata fuit & eſt beata Virgo.*

TErtio contemplemur beatam Virginem ab omnibus honoratam, cum de iſta propheta ſubdat: Circundata F varietate, ſcilicet, aſtat beata Virgo a dextris Dei. Triplici enim varietate circundata aſſiſtit. Primo. ſ. eminentiarum, ſecundo differentiarum, tertio gratiarum. Primam habuit antequam aſcenderet in cœlum. Secundam in cœlo. Tertia nobis diſpenſat de cœlo. Ex quibus omnibus in ſummo glorificatur & honoratur.

*B. Virgo triplici uarietate circũdata ẽ.*

*Quod beata virgo dum vixit, omnia temporalia, intellectualia & affectualia ſuperauit. Cap. 1.*

PRima autem varietas, qua beata G Virgo circundata aſſiſtit a dextris Dei, eſt eminentiarum. Tres enim ſunt eminentię præſentis vitæ, quibus honorata fuit beata Virgo. Prima temporalium, ſecunda intellectualium, tertia affectualium. Hæc ſignantur in luna, quæ tres habet naturas. Primo eſt mutabilis. ecce temporalia. Secũdo eſt lucida. ecce intellectualia. Tertio frigida. ecce affectualia. quæ omnia quaſi luna ſub pedibus beatæ Virginis ꝓſtrata fuerunt. Prima eminentia eſt temporalium: valde enim eminẽ H tia reputantur iſta temporalia bona, tamen ſunt mutabilia & defectibilia, ſicut luna. Hæc autem habuit beata Virgo ſub pedibus ſuis, quia ſuis affectibus per contemptum omnia ſubiugauit, ne ſcilicet aliquomodo eius dilectionem ad filium variarẽt. Amor enim commutabilis boni ſemꝑ aliquomodo derogat amori boni, quod incõmutabile eſt. Propterea lib. 10. confeſſionum Auguſtinus ad Deum ait: Domine minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Secunda vero eminẽtia eſt intellectualium. Nam omnium ſciẽtiarum & creaturarum cognitionem actiuã & paſſiuam beata Virgo in comparatione ad ſupereminentem Chriſti ſcientiam parui-

*Tres ſunt eminẽtiæ ꝑſentis vitæ, quibus B. Virgo decorata eſt.*



A paruipendit. Ecce luna ſub pedibus eius. Hoc etiam participabat Apoſtolus, qui ad Philip. 3. c. de ſe dicebat. Quæ mihi lucra fuerunt, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Verũtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei. Tertia autem eminentia eſt affectualium. Tanta enim fuit dilectio, qua beata Virgo etiã in vita præſenti dilexit Chriſtum, ꝙ omnes amores præſentis vitæ præteriti, præſentes atque futuri reſpectu huius ſunt quaſi luna ſub pedibus eius. Vnde Eccleſiaſtici. 24. c. B beata Virgo merito de ſe ait: Ego mater pulchræ dilectionis: quaſi diceret. Quia ſũ mater Dei, habeo dilectionem tanta pulchritudine eminentem ab omni alia, quãtum eminet ſol a luna.

*Quanta accidentalis gloria & gaudia creſcant in beatis omnibus ex Virgine glorioſa. Cap. 2.*

SEcunda autem varietas, qua circunda C ta aſſiſtit beata Virgo a dextris Dei, eſt differentiarum, quæ reperiuntur in gloria beatorum, ſicut Dominus Iob. 14. c. ait, In domo patris mei mãſiones multæ ſunt. Et iterum. 1. Cor. 15. c. Stella a ſtella differt in claritate. i. beatus ab alio beato in beatitudine. i. in quantitate gloriæ differt. Eſt nihilominus aduertendum, ſecundum Rich. & Bonau. in 4. diſt. 49. quod in beatitudine duo conſideranda ſunt. Primo beatitudinis obiectum, ſ. increatum bonum, quod exiſtens vnum & idem participatur ab omnibus. Secundo conſideranda eſt ipſa diſpoſitio beatorum, per quam illud bonum clarè videndo & perfectè diligendo participant ipſum. Ex parte ergo obiecti participati nullus alio beatior eſt, ſed omnes in gloria D ſunt æquales: quia idem eſt obiectum, quod participant omnes. Sed ex parte diſpoſitionis beatorum vnus alio beatior eſt, in quãtum, ſcilicet vnus alio clarius Deum videt & perfectius amat. Qui enim æqualem habentes virtutem naturæ, habẽt inæqualem habitum gloriæ, vel æqualem habentes habitum gloriæ: habent inæqualem virtutem naturæ inæqualiter Deum vidẽt & diligũt, & ex conſequenti inæqualiter ſunt beati propter inæqualem ex parte beatorum diſpoſitionem. Vnde glo. ſuper illud Ioã. 14. In domo patris mei mãſiones multæ ſunt: dicit. i. diuerſa pręmia meritorum. His igiẽ

*Ricar. Bonau.*

*In btitudine duo ſunt ſpectanda.*

E præmiſſis notandum, ꝙ immenſa dilectio beatorum, quam inter ſe mutuo habent: multiplicat inter eos, quaſi in infinitum, numerum gaudiorum ſecundum perfectionem diligentium & dilectorum, ex quo creſcunt ſtupendo modo differentię accidẽtalis gloriæ inter illos. Tres enim differentiæ ſunt inter beatos. Quidam inter ſe in gloria ſunt ęquales. Quidam vero maiores. Quidam autem minores. Et tamen ſecundum Auguſt. ſuper Io. inter eos non erit ĩuidia aliqua diſparis claritatis, quoniam regnabit ĩ omnibus vnitas charitatis. Et Gregor. in Moralibus. Tanta vis in illa pace nos faciat, vt quod in ſe quiſque non accepit, hoc ſe accepiſſe in alio exultet: vna cunctis erit beatitudo lętifica, quamuis nõ vna F ſit omnibus ſublimitas vitæ. Et ab omnibus his ſic concordibus honorabitur Virgo beata. Primo enim ſunt quidam, qui inter ſe in gloria ſunt æquales, & hi duplicant prædictam accidentalem gloriam inter ſe pro quolibet ex amore. Ratio huius eſt, quia inæquali menſura ſe diligunt, & ſe diligere cognoſcũt. Ex quo quilibet beatus de quolibet ſibi in gloria coæquali tantum gaudet, quantum de ſemetipſo, extenſiuè tamen, non intenſiue. Et idem de conſimilibus in præſenti concordia intelligen G dum eſt, ſecundum Richar. Secundo autem quidam in gloria ſunt maiores: & hi duplicant ſibi gloriam accidentalem, pro quolibet, qui in gloria eſt eis minor, & hoc non quia ſe videant diligere, quantum diligũt: ſed quia de gloria illorum quorumlibet minorum tantum gaudeat, quantum de ſua propria: cum quęcunque ſecundum ſuam capacitatem intelligant glorioſum. Vnde Petrus plus gaudet de bono Lini, quàm ipſe Linus. tamen ſecundum Bonau. in 4. diſ. 49. in fine. ex hoc non ſequitur, ꝙ tantum H gaudeat, quantum ſi haberet illud bonum: quia ſi haberet illud, haberet maiorem charitatem & poteſtatem intenſius gaudendi. Tertio vero quidam in gloria ſunt minores: & hi totiens duplicant gloriam ſuam accidentalem, quotiens glorioſiores ſe eſſe cognoſcunt eos, qui propter amorem eorum duplicant gaudium ſuum. Nunc autẽ minores Sancti conſpiciunt aliquem Sanctum decies in gloria ſe maiorem, quendã vero centies, aliquem vero millies, alium centies milles, alterum milles millies. Et huiuſmodi ſancti maiores, quaſi infinita millia ſunt: vnde hi minores quotiens intelligunt eum glorioſiorem eſſe beatum

*Tres differentiæ inter btõs*

*Auguſt.*

*Greg.*

*Ricar.*

*D. Bon. in 4. diſt. 49. in fine.*

A tum, totiens duplicant gaudium ſuum, cũ cognoſcant ſe tantum diligi a quolibet ſuo maiori, quòd in quolibet eorum propter eos gloria duplicatur. Nunc igitur ad propoſitum ſtatuamus ex vna parte integraliter totum amorem, quem adinuicem habent Sancti, atque ex altera parte amorem, quo minor beatus diligit Virginem glorioſam: Et credo ꝙ talis amor minimi glorioſi excedat omnem alium beatorum ſimul ſumptum tam angelicum, q̃ humanum nõ inſpiratum in beatam Virginẽ, aut in Chri B ſtum hominem, ſeu in ipſum Deum. Et licet de hoc plures poſſent rationes dari, tamen cauſa breuitatis quatuor ſubiungamꝰ. Eſt autem hoc primo ratione cõceptionis. Talis enim minimus beatus clarè cognoſcit, quòd beata Virgo, cum ſit mater Dei, plus poſuit pro ſua ſalute quàm poſuerit, vel ponere poſſit tota rationalis natura ſimul ſumpta, conſiderata excellentia dilectiſſimi filij ſui, qui fuit inſtrumentum ſuę C redemptionis, ſaluationis & glorificationis: conſideratis etiam Virginis meritis & ſuffragijs & exemplis. Secundo ratione compaſſionis. Talis nempe beatus apertè intelligit, quòd tota rationalis natura non ſuſtinuit, nec ſuſtinere poſſet tantum dolorem & pœnam pro ſua redemptione, quãtum ſola ſuſtinuit mater Dei conſiderata dilectione, qua filium ſuum amauit, ſecundũ quoſdam. Tantus enim fuit dolor Virginis in morte Chriſti, ſicut Luc. ei prædixerat Simeon, quando ait: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, quòd ſi in omnes creaturas, quæ pati poſſunt diuideretur, omnes ſubito interirent. Hic tamen dolor virtute illius ſpiritus, qui ſuperuenit in eam, in Virginis anima claudebatur, quòd nullæ ſenſi D tiuæ parti corporis, ne ante debitum tempus ſubito moreretur, permittebatur effundi. Tertio ratione glorificationis. Tanta eſt autem gloria Virginis matris Dei, ſicut ex præcedentibus patet, quòd tantum excedit in gloria naturam angelicam & humanam ſimul iunctam, quantum circunferentia firmamenti excedit in magnitudine ſuum centrum, cum intelligat in filio ſuo ſe quaſi alterum ipſum diuinitate veſtitum. Quarto ratione dilectionis. Tantus etenim eſt amor beatæ Virginis ad quemlibet minimum glorioſum, quòd omnis amor, quo in regno cœlorum natura angelica & humana diligit aliquem iam beatum, eſt ſicut prędicitur, quaſi centrum ad circũferentiam firmamenti, vel minus reſpectu amo-

*Dolor B. Virginis ĩ morte filij.*

E ris, quo ipſa Virgo glorioſa minimum beatum amat conſiderato fontali principio, vnde talis amor originem habet. Propter hũc autem amorem Virginis gaudium duplicatur, dum eum iuxta capacitatem ſuam cernit pleno & quieto deſiderio glorioſum. Et ſic per hunc amorem & per hunc modum pro quolibet Sancto Virginis gaudiũ in cœlo multiplicatur. Videns autem minimus Sanctus ſe tantum diligi a Virgine glorioſa, quòd propter eum tanta gloria in ea creſcit, in tantum inflammatur in eius amorem, ac in tantum lætificatur de gloria eiꝰ, quòd quotiens eam intelligit ſe in gloria ſu F perare, totiens de gloria eius pluſquàm de propria iucundatur. Si igiť minimus Sanctus, qui eſt in regno cœlorum, tantum a beata Virgine dilectus eſt, & tantum ſicut prædicitur, diligit eam: neceſſario ſequitur quòd omnes Sancti, qui eo maiores ſunt in gloria, amplius diligantur ab ea, atque amplius per amorem exardeſcant in eam. Ex quo accidentalis gloria, ſecundum prædictum modum, in ea propter illos, & in omnibus eis propter eam multiplicatur. Quis igitur exprimere poſſet infinitatem gaudij & amoris, quibus actiuè & paſſiuè glorioſa Virgo Maria hac triplici differentia accidentali gloria variè circundatur & G honoratur? Omnes tamen hæ tres differentiæ beatorum poſſunt dici luna ſub pedibꝰ Virginis collocata: quaſi indicare velit, ꝙ tantum differt eius accidẽtalis gloria a gloria omnium prædictorum, quantum ſol a proprietatibus lunæ.

*De ſapientia beatæ Virginis, & quòmodo inuitata fuit ad cælum, & quòd maximi ſcelerati, eius meritis, miſericordiam aſſequuntur. Cap. 3.* H

TErtia autem varietas, qua circundata aſſiſtit glorioſa Virgo a dextris Dei, eſt gratiarum: quæ ſcilicet nobis in hoc ſeculo diſpenſantur per eam, vnde maximè honoratur. Dictum eſt enim ſupra artic. 1. c. 8. ꝙ nulla gr̃a de cœlo, niſi ea diſpenſante, ad nos deſcendit. Hoc eñ ſingulare officium diuinitus ab æterno adepta eſt, ſicut Prouer. 8. c. ipſa teſtatur dicẽs, Ab æterno ordinata ſum. ſ. diſpenſatrix gratiarum cęleſtium. Hinc quoque Can. 4. c. ad hoc officium eam inuitans ſponſus ait: Veni de Libano ſponſa mea: veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana: de vertice



A tice Sanir & Hermon: de cubilibus leonum, de montibus pardorum. In quibꝰ ſanctiſſimis verbis tripliciter Virginem Mariã contemplare. primo candidatam, ſecundo inuitatam, tertio coronatã. Primo inq̃ contemplare Virginẽ candidatã. Libanus eñ candidatio interp̃tatur. Triplici enim candore refulſit beata Virgo. primo cãdore diuinalis ſapientiæ, ſecundo candore virginalis innocentiæ, tertio candore cõuerſationis honeſtiſſimæ. Primo. n. refulſit candore diuinalis ſapientiæ, cũ ipſa fuerit cãdor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula & ſpecioſior ſole. Tãto enĩ lumine illuſtrata fuit beata virgo, cum etiam eſſet in ventre ma B tris, ꝙ non tm̃ plena fuit lumine rationis, ſed ẽt altiſſimæ contemplationis. In quo q̃dem lumine perfectè hæc quatuor intellexit, ſaltẽ ſm̃ genera ſingulorũ, ſm̃ quoſdã. primo naturã creatã irrõnalẽ, ſcd̃o naturã creatã rõnalẽ, tertio naturã creatã ſpũalẽ, quarto naturam increatam diuinalẽ. Quæ diſtinſtio cognitionem creatoris & omnis creaturæ in ſe compræhendit, quia in lumine creatoris cognouit oẽs alias creaturas, ſicut propheta ait, In lumine tuo videbimꝰ lumen. Ad tantam enim contẽplationem ſublimata eſt, vt perfectius ẽt in vẽtre ma C tris contemplareť Deum, q̃ vnquã fuit contemplatus aliquis in perfecta ætate: magiſque in contemplatione Dei exceſſit dormiendo, q̃ aliquis alius vigilando, ſicut ipſa Can. 5. c. teſtať d. Ego dormio, & cor meũ vigilat. Ecce candor ſapientiæ diuinalis. Secundo refulſit candore virginalis innocentiæ. vnde omnis cordis eius cõceptus, quaſi Nazaræi fuerunt candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphyro pulchriores, ſicut dr̃ Thre. 4. Tertio refulſit candore cõuerſationis honeſtiſſimæ & omni virtute compoſitæ. Vnde Hiero. in ſermone de Aſſumptione. Si diligen D ter attendas, nihil eſt virtutis, nihil ſplẽdoris, nihil gratiæ & nihil candoris, quod nõ reſplendat in Virgine glorioſa. Sed de hoc plenius, ſup. ar. 2. c. 2. in principio. Secundo contemplemur Virginem inuitatam: quia tripliciter inuitatur. Primo relinquere mũdum, ſecundo aſcendere cœlum, tertio intrare in Deum. Primo enim inuitatur relinquere mundum: propterea dicitur ei: Veni, ſcilicet de loco miſeriæ huius mundi. Hinc Canon. 2. ait ad eam ſponſus: Surge, propera amica mea, & veni. ideſt, relinque mundanas miſerias, & corruptiones. Et ſequitur: Columba mea in forami-

*B. Virgo triplici cã dore refulſit.*

*Hiero.*

E nibus petræ, in cauerna maceriæ. Corpus etenim Chriſti petræ perforatæ, & maceriæ depulſæ merito comparatur: quia tempore paſſionis plenum fuit foraminibus ſenſuum, & pœnalitatibus paſſionum. propterea. n. vocat Virginẽ columbam in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, quia quamdiu vixit, dilatato intuitu & ſpatioſo volatu per foramina paſſionum corporis Ieſu Chriſti, & per cauernam vulneris lateralis ſemper in eius doloribus gemuit, & continuè latitauit. Sed nunc ad reſurrectionis gaudium inuitatur. Secũdo inuitať aſcẽ F dere cœlum, ſcilicet progrediendo p choros hierarchiarum cœleſtium. Nam inuitat eam Ieſus, vt per medium Angelorum tranſiens illorum vallata ſocietate, omniũ beatorum ſpirituum ſuperet dignitatem. Vnde Can. 2. c. ait: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſijt, imber abijt & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra. Hi ſiquidẽ flores, angelici ſpiritus ſunt, qui in terra apparuerunt ad Virginem, de huius vitæ ergaſtulo educendam. Hi enim aſcenderunt cum Virgine aſcendente deſuper riuos aquarum, & ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum & lilia conual G lium. Tertiò autem inuitať intrare in Deũ, ideſt ſuſcipere ab eo gloriã ſempiternam, quaſi dicať ei: Veni dilectiſſima ſponſa mater, & filia, ingredere in hortum deliciarũ ad inacceſſibile ſecretum & ad delectamentum diuinarum perſonarum in medio Trinitatis beatiſſimæ introducta. Vnde Cant. 5. cap. ait ſponſus ad eam: Veni in hortum meũ ſoror mea: ſponſa meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauũ meum cum melle meo. Hic eſt hortus ille Aſſueri beati Dei, qui regia manu & cultu conſitus erat. Heſter. j. c. In hoc horto factum eſt conuiuium grande ꝓ nuptijs & H coniunctione Heſter, quam adamauit Rex Deus ſuper omnes mulieres, ideſt ſuper omnes creaturas: & poſuit dyadema regni ſuper caput ſuum, & voluit eam eſſe reginam, Heſter. 1. c. Iſtud eſt dyadema ſpeciei, & corona gloriæ, qua Virgo ſuper Angelos coronatur, vt intra Trinitatis gloriam ipſa ſola amplius ſit euecta, ac plus beatiſſimæ Trinitatis diligat gloriam, capiat, ſentiat & fruať, q̃ omnis alia pura creatura ſimul ſumpta, de cuius gloria poſt filiũ participãt vniuerſi. Tertio cõtẽplare Virginem coronatam, quia ſubditur, Coronaberis, &c. Quinque enim ſingulariſſimas gratias

impe-

A impetrat miſericordiſſima mater ſuper impios peccatores, vt conuertantur ad Deũ, quæ dici poſſunt quinque lapides precioſi hanc coronam Virginis adornantes, vt apertè clareſcat, quòd gloria ſua tantum habet in alios redundare, ꝙ poſt filium ſuum ipſa ſit ſingularis rõ ſalutis peccatorũ. Nam propter Virginis immenſam dilectionem tam ipſe Chriſtus, quàm tota etiam beatiſſima Trinitas ſceleratiſſimis peccatoribꝰ frequenter indulget. Primus igitur lapis, dicitur Amana. ait enim, coronaberis in capite Amana. Amana enim mons Siciliæ

*Amana quid.*

B eſt, & inimicus ei, vel coanguſtians eum, ſeu comprimens eum, aut anguſtiator eiꝰ interpretatur. Deſignat enim homines partiales, tyrannos & crudeles homicidas & pauperum oppreſſores, viduarum & pupillorum deuoratores, ſed in capite huius montis deſignatur ſummitas in ſceleribus ſupradictis. Secũdus lapis Sanir dictus eſt. Vnde ſubdit de vertice Sanir. Sanir enim mons eſt in Iudæa, in quo leones latitare dicuntur, atque fœtor interpretatur, & ſignificat carnales homines. In vertice huius montis deſignatur etiam ſummitas in

C prædictis culpis. Tertius lapis, Hermõ nominatus eſt, propterea addit, Et Hermon. Hic eſt etiam mons Iudæę, in quo ſimiliter commorantur leones, & interpretatur anathematizatio, & deſignat profanos excommunicatos & ſacrilegos. In vertice quoque Hermon indicatur etiam ſummitas in prædictis culpis. Quartus lapis, cubilia leonum denominatur. vnde ſubdit, de cubilibus leonum. Hi ſunt raptores, ſuperbi, prædones, fures, & piratæ. hi in cubilibus malarum conſcientiarum ſuarum ſine contritione quieſcunt. Quintus lapis, mõtes Pardorum dictus eſt, ideo additur,

*Hermon.*

*Pardi.*

D Et de montibus Pardorum. Hi ſunt homines mendaces, duplices, ſimulatores, hypocritæ, ficti, falſarij & proditores, crudeles & malignis artibus pleni, deſignati in pardis propter crudelitatem & pellis varietaté. Magnitudo auté nocumenti in montibus deſignatur. De his omnibus coronatur beata Virgo: quia vel eius meritis conuertuntur, vel eius meritis a ſuis vitijs deuincuntur. Hac igitur gratiarum varietate adornatur in regno cœlorum glorioſa Virgo, prædictas gratias nobis diſpenſando, qui ſumus quaſi luna ſub pedibus eius. O igitur fœmina ab omnibus & ſuper omnia benedicta: Tu nobilitas & præſeruatio generis humani: Tu meriti latitudo & con-

*Ad B. Virginẽ pia cõuerſio.*

E ſummata poteſtas omnium creatorum: Tu vnica mater Dei: Tu Domina vniuerſi, Regina mundi: Tu diſpenſatrix omnium gratiarum: Tu conſummatio vniuerſi, & eccleſiæ ſanctæ decor: Tu noſtra ſatisfactio digna coram largitore cunctorum bonorum. Tu omnium virtutum, donorum & gratiarum incompræhẽſibilis magnitudo: Tu præelectum & digniſſimum vaſculum a primo artifice fabrefactum eſſentiæ Dei capax: Tu templum Dei: Tu hortus deliciarum: Tu exemplum omnium bonorum: conſolatio deuotorum & totius ſalutis radix & ornamentum: Tu porta cœli: lætitia paradiſi, & vltra quàm dici poſſit, gloria ſummi Dei. Verè balbutiendo has laudes & excellentias tuas enunciamus, ſed tuam immenſam dulcedinem ſuppliciter exoramus: Tu ſupple benignitate tua inſufficentias noſtras, vt te dignè laudare poſſimus per infinita ſecula ſeculorũ, Amen.

F

---

FERIA QVINTA
poſt Reſurrectionem.

*De ſubſtantiali, ſeu eſſentiali gloria animarum ſanctarum.*

G

## Sermo LXII.

*GLoriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, Pſal. 5.*

Viſo de gloria Chriſti & matris eius, atque omnium Angelorum: Iam ad ſextam contemplationem gloriæ paradiſi, quæ eſt de ſubſtantiali, ſeu eſſentiali gloria animarum ſanctarum, mentis oculos eleuemus. Cir-

H ca quam aduertendum eſt, ꝙ in tribus conſiſtit gloria Sanctorum: ſcilicet in gloria ſubſtantiali, in gloria conſubſtantiali, & in gloria accidentali. Prima eſt gloria ſubſtantialis, & in hac conſiſtit omnis gloria animæ. Secũda eſt cõſubſtantialis, & in hac cõſiſtit tota gloria corporis. Tertia eſt accidẽtalis, & hæc conſiſtit maximè in tribus aureolis, quæ non ſunt omnium ſaluandorũ. Conſiſtit etiam in lætitia actiua & paſſiua, omnium inſimul beatorum. Prima auté dicit̃ gloria ſubſtantialis ſeu eſſentialis, & quandoque aurea nuncupatur, ſicut dicet̃ in ſermo. 64. art. 1. & c. 1. Et de hac etiam loquit̃ Propheta in verbo ꝓallegato dicẽs. Gloria-

*Gloria ſctõrũ in tribus cõſiſtit.*

*Gloria ſubſtãtialis q̃d ſit, & quid accidẽtalis.*



A Gloriabunt̃ in te oẽs, qui diligunt nomen tuũ. In quibus ſacratiſſ. verbis tria myſteria de anima per ordinem deſcribuntur. In primo ſtatus eius naturæ ibi, omnis. In ſecũdo ſtatus eius gratiæ ibi, qui diligunt nomen tuum. In tertio ſtatus eius gloriæ ibi, gloriabuntur in te.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De ſtatu, in quo ſecundum naturam anima creata eſt.*

B

PRimum myſterium vertitur circa naturæ animarum ſtatũ omnium beatorum. Ideo dicit omnes, quia omnes tangit. Quælibet enim anima ad imaginem Dei formata tres potentias habet: videlicet intellectũ, memoriam & voluntatem, quæ ſunt facta ad imaginem Trinitatis. Primo quidẽ intellectus, & hic creatus eſt ad imaginem filij. Secundo memoria, & hæc creata eſt ad imaginem patris. Tertio voluntas, & hæc creata eſt ad imaginem ſpiritusſancti: de quibus potentijs ſimul pſal. ait. Signatum eſt ſuper nos lumen. Ecce intellectus, ad ſi-

*Aĩa q̃libet habet tres potentias ſiue facultates.*

C militudinem filij vultus tui Domine. Ecce memoria, ad ſimilitudinem patris. nam ſicut a pr̃e generat̃ filius, ita a memoria gignit̃ intellectꝰ. Dediſti lætitiã ĩ corde meo. Ecce voluntas, ad ſimilitudinem ſpiritusſancti, cui exhibet̃ lætitia cordialis. Hæ tres potentiæ naturales tanquam fundamenta omnibus bonis ſpiritualibus tam gratiæ, q̃ gloriæ ſubſternuntur. Ex his igitur patet, ꝙ Deus fecit animã capacem ſui, nec ab alio quàm ab ipſo impleri poteſt. Nec eius capacitas terminari, ſeu quietari valet, niſi in ipſo Deo trino & vno.

D

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*De gratia, quæ datur animæ per triplicem habitum theologicarum virtutum a Deo infuſum.*

IN ſecundo myſterio ſtatus gratiæ, qui animæ datur, a pſalm. exprimitur, cum ſubiungit, Qui diligunt nomen tuum. Ad cuius intelligentiam eſt aduertendum, ꝙ tres ſunt habitus diuinarum, ſeu theologicarum virtutũ. ſ. fidei, ſpei & charitatis. Hi ſiquidem gratis ad informationem triũ potentiarum prædictarum a Domino in-

E funduntur, eiſdem quoque ipſæ potentiæ diriguntur. Et ſicut cum aqua & arena cũ calce mixtis in muro lapides coniungunt̃: ſic fide, ſpe & charitate, cum Deo anima ꝑ gratiam copulatur. Hòc nempe modo ædificatur cæleſtis Hieruſalem, ſicut propheta ait: Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eiꝰ in idipſum. Hæc participatio eſt fides, ſpes & charitas, q̃ iam hic faciũt nos participare Deum per gratiam: ſed demum in cœlo plenè poſſidebimus ꝑ gloriam. Per hos igitur virtutum habitus

F ab his tribus viribus tres actus eliciuntur. Primus eſt credere aſſentiendo ſummæ veritati propter ſe & ſuper omnia. Secundus eſt ſperare innitendo ſummæ immenſitati ſeu largitati propter ſe & ſuper omnia. Tertius eſt diligere complectendo ſummam bonitatem propter ſe & ſuper omnia. Ex his patet, ꝙ per has tres virtutes tota anima redditur Deo grata. Primo gratificatur intelligentia, ſeu rationalis per fidem. Vnde Matth. 9. c. dixit Dominus Ieſus mulieri fluxum ſanguinis patienti: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ad Ephe. 2. Gratia enim ſaluati eſtis per fidem. De talibus erat Apoſtolus, qui. 2. Tim. 1. de ſe dicebat:

*Tres actꝰ a tribus ꝑ habitus virtutũ eliciũtur.*

G Scio enim, cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. Secundo gratificatur memoria ſeu iraſcibilis per ſpem. Vnde Iob. 13. Etiã ſi occiderit me, ſperabo in eum. Ecce ſpes contra omnia aduerſa. Et Sap. 3. Spes illorum immortalitate plena eſt, i. gratia Dei. Propterea in perſona talis gratificati pſal. ait. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt ponere in domino Deo ſpem meam. Tertio gratificatur voluntas, ſeu concupiſcibilis per charitatem. Hinc 13. c. ad Rom. Apoſtolus ait, Plenitudo legis eſt dilectio. Et iterum Prouer. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. Et idem 1. Pet. 4. Charitas operit

H multitudinem peccatorum. Vnde propheta merito ait; Diligam te Domine, fortitudo mea. Hi ſunt igitur, qui iuxta uerbum pſal. diligunt nomen Domini. In quibus verbis Propheta oſtendit per has virtutes totam animam gratificatam. Primo gratificatum intellectum, ſeu rationem per fidẽ, cũ dicit, nomen. Quid. n. per nomẽ, niſi luminoſa notitia fidei demõſtrat̃? Nomen. n. a notamine, ta ablato per ſincopam, dictum eſt, & ſignificat notitiam veram. Hinc Matth. 6. in oratione Dominica poſtulamꝰ, Sanctificetur nomen tuum. i. per fidem ſanctam intelligatur notitia tua, ſeu notificeris tu

A ris tu Sanctus. Secundo oſtendit gratificatam memoriam ſeu iraſcibilẽ per ſpem, cũ dicit, tuum .i. ꝙ nomen facit per ſpem, ſpũ humanum eſſe tuum, quia in eo regnas quaſi in regno tuo. Hoc aũt fieri quotidie poſtulamus, *cum dicimus*, adueniat regnũ tuum. Apoc. quoq;. 1. c. tales gratificati dicunt ad Chriſtum, Feciſti nos Deo noſtro regnum. Tertio oſtẽdit gratificatã voluntatem, ſeu concupiſcibilẽ per charitatem, cũ dicit: Qui diligũt. Hanc ſiquidẽ voluntatẽ gratificatam habebat, qui dicebat: Diligam te Dñe, fortitudo mea. Quod verbũ expo-B nẽs Caſſiodo. ait: Diligere, eſt quaſi de oĩbus eligere. Ille ergo Deũ diligit, qui ſemp eum omnibus anteponit. Et talis merito gratificatam obtinet voluntatem.

## Articulus Tertius

### *Quid ſit propriè ſubſtantialis gloria, quæ datur animabus beatis.*

IN tertio myſterio a pſalm. ſtatus gloriæ animæ demonſtratur, cum ſubdit, Gloriabunt in te. ſ. Deo. Et merito quidem, cum a nullo minus Deo poſſint rationales ſpũs pręmiari. Inde in præmiũ dat eis Dei

*Ibid.*

C formitas gloriæ, per quã Deo efficiant conformes. Hinc ad Dominum Propheta ait: Gloria virtutis eorum. ſ. tu es ſolus & non alius. Iunguntur enim tres ſtatus iam dicti in gloria ſempiterna hoc modo. Nam tria ſunt obiecta, ad quæ tres actus egredientes a tribus potentijs animæ per tres virtutes theologicas terminantur. primũ obiectum eſt increata veritas, ſecundũ increata maieſtas, tertium increata bonitas. Increata veritas, eſt obiectum fidei, increata maieſtas eſt obiectum ſpei, increata bonitas eſt obiectum charitatis. Reſpiciunt aũt hæc tria obiecta ſtatum & meritũ viatorũ: ſed demum per hæc natura cũ gloria copulat in ſtatu beatorum. Vnde his trib⁹ meritis in animabus beatis tria præmia corre-D ſpondẽt, quæ dicunt tres beatæ animæ dotes. prima eſt viſio clara, ſecunda eſt tẽtio ſeu poſſeſſio ſempiterna, tertia eſt dilectio perfecta. Viſio eſt cognitio infallibilis veritatis: Tentio ſeu poſſeſſio, eſt certitudo inamiſſibilis dignitatis: Dilectio eſt delectatio ĩfaſtidibilis dignitatis & bõitatis, vt ſic aĩa tota vniat, tota dotet: in tribus aĩæ viribus Deo trino & vno tota cõfiguretur, tota illi vniatur, tota illuminetur, tota quietetur ac æternaliter delectet, cum in ſtatu oĩum bonorum aggregatione perfecto æternaliter

*Tria obiecta, ad q̃ tres actus erigũtur increata veritas, ĩcreata maieſtas, increata bonitas.*

viuens beata dicat & glorioſa. Dicuntur au- E tem hi tres gloriæ actus animæ dotes, quaſi diuitiæ animæ deſponſatæ: quia ſecundũ hos aĩa Deo vnit tanquã ſponſa ſponſo, & in his ditat & replet nõ ſolummodo vigorat. Hinc a quibuſdam ſubſtantialis gloria taliter diffinitur. Gloria ſubſtantialis eſt pfecta intelligentia admirabilis excellentiæ Dei cognitæ in ſua natura, ac glorioſus amoris actus in Deum continuè inſpiratus, quæ homini in æternũ communicantur. In qua diffinitione tota ſubſtãtialis gloria demonſtratur. Nam exprimit primo cognitio infallibilis veritatis: quia dicit, ꝙ ſubſtã-F tialis gloria eſt perfecta intelligentia admirabilis excellentiæ Dei cognitæ in ſua natura. Secundo exprimitur poſſeſſio inamiſſibilis dignitatis, quia concludit, Quę homini in æternũ cõicant. Tertio exprimit dilectio infaſtidibilis bonitatis: quia ſubdit, Ac glorioſus amoris actus in Deum continuè inſpiratus. Ex quo patet, ꝙ gloria ſubſtantialis eſt omne id, ſine quo aĩa non põt verè eſſe beata. nihilq; eſt de eſſentia beatitudinis ſuæ, ſine qua poteſt verè eſſe beata. Sed prædicta huiuſmodi ſunt, ſicut ma-G nifeſtè apparet. Quãdoq; tñ hæc tota ſubſtantialis gloria attribuitur viſioni. Vnde ſuper illud pſal. Oſtẽdam illi ſalutare meũ, ait glo. ꝙ viſio eſt tota merces. Et eſt verbũ Auguſt. 1. de Trinitate. c. penult. Et Ioã. 14. c. Oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Et Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum Deum. Secũdum enim Bonauen. in 4. tres actus prædicti ſunt omnino coniuncti atq; connexi. Vnde qui perfectè videt, perfectè amat & habet. Et ideo in Sanctorum verbis per connexionem, ꝙ eſt omnium attribuit vni. Magis autem viſioni appropriat, quia in viſione diſtinguitur ſtatus patriæ a ſtatu viæ: non ſic autẽ in dilectione, quia vtrobiq; dilectio. ſed in patria eſt viſio, non in via: quia in via eſt credulitas de non viſo. Hæc Bonau. in 4. diſt. 49. art. 1. H q. 5. Inſuper notandum eſt, ſecundũ Rich. in 4. quòd propriè loquẽdo in dotibus animæ beatitudinis eſſentia non conſiſtit: ſed in actibus earundem, ad quos ordinãtur, ſicut habitus ordinatur ad actum.

*Gloria ſubſtãtialis quid.*

*D. Bon in 4 ſen. vbi ſupra.*

### *De Dei viſione & de triplici facie eius, ac de tribus poſterioribus ſuis. Cap. 1.*

PRimum pręmiũ, ſiue dos animæ, eſt viſio clara, per quam propter meritũ fidei, intellectus perficitur & beatificatur in cogni-





A tione infallibilis veritatis. i. filij Dei, qui Io. 14. c. ait: Ego ſum via, veritas & vita. Hæc autem viſio ponit præſentiam rei in ſe. Secundum autem Richar. de media villa, Dos viſionis, eſt quidã habitus luminoſus in intellectu, quo illuminatur ad clare Deũ videndũ, ſicuti eſt. Et hæc erit viſio, qua Beati videbunt Deum. Hinc j. Cor. 13. Apoſt. ait: Videmus nunc per ſpeculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Quia autem difficile valde eſt intelligere, quid ſit videre Deum in paradiſo facie ad faciem: ideo ſm Alex. de Al. in 1. q. 2. triplex Dei facies, & tria eius poſteriora diſtingui poſſunt. Nam primo eſt facies corporalis, ſecunda ſpiritualis, tertia cęleſtialis. Prima enim facies eſt corporalis. i. præſentia per carnem. Hanc autem poſtulabat propheta dicens, Oſtẽde faciem tuã & ſalui erimus. Et in figura Exo. 33. c. Moyſi Dñs ait: Facies mea pręcedet te. Huius autem faciei poſteriora dicuntur figuræ legis, quæ figurabant incarnationem filij Dei. vnde & illi, qui erant in veteri lege, videbant eum quaſi a poſteriori per figuram futurorum. Sed nos videmus eum quaſi in facie, quia nos credimus & accipimus eum vt in carne præſentem. Et ſic intelligitur illud Apoſt. 2. Cor. 3. Nos autem C reuelata facie gloriã Dñi ſpeculantes in eãdem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam ad Domini ſpiritũ. Vbi poſtquam locutus eſt de velamine figurarum, hoc adiunxit Apoſt. vbi ſupra. Secũda vero facies Dei eſt ſpiritualis, & hæc eſt præſentia Dei per gratiã gratificãtem. Ideo hanc gratiam quidam ſic diffiniunt. Gratia, eſt lux quædã & emanatio intuitus vultus diuinæ approbationis, quo reſpicit tantum ſuos & nõ alienos. Et de hac facie propheta ait: A facie Dñi mota eſt terra, a facie Dei Iacob. Hęc igitur cognitio Dei per fa-D ciem, eſt cognitio eius per præſentiam gratiæ ſeu per contemplationẽ. Et ſm hoc accipitur illud Iacob, Gen. 32. Vidi Dominum facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea. Huius autem faciei poſteriora, ſunt rationes naturales: quia a poſteriori eſt cognitio de ipſo Deo, cum non accipiat præſentiam eius in affectu, ſicut fit, in cognitione ꝑ gratiam: nihilominus accipit quaſi a poſteriori veritatẽ aliquã de Deo ſm intellectum. Tertia vero facies dicta eſt cęleſtialis. i. pręſentia Dei per gloriã in propria fórma. Vñ Iob 34. c. ad quemlibet Beatum futurum dictum eſt, Videbis faciem eius in iubilo. Et quod ſupra Apoſt. ait, Tunc autem facie

*Facies Dei triplex. intelligitur quoq; per faciẽ Dei cognitio, q̃ de ipſo haberi poteſt.*

*Prima facies.*

*Secunda facies.*

*Tertia facies.*

ad faciem. Poſteriora autem huius fa- E ciei ſunt omnis creata natura. Nam eſt cognitio Dei in ſua forma, & eſt cognitio eius in ſuo effectu. Cognoſcere autem ipſum in ſua forma, id eſt ſicuti eſt, eſt cognoſcere in ſua facie: cognoſcere autem ipſum in ſuo effectu, eſt ipſum cognoſcere a poſteriori. Hinc Exodi 33. c. ad Moyſen ait Dominus: Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo & viuet. Et ſequitur: Videbis autem poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Quòd ſi Moyſes in præſenti vita faciem eius videre non potuerit: nos puſilli & cęci, quomodo illud audebimus attentare? Declarat ta- F men Deum videre, ſed ſi faciem eius contemplari non poſſumus, ſaltem poſteriora eius complete ſpeculari, vt pulchritudine poſteriorum illecti & attracti, ſtudeamus in præſenti vita taliter operari, ꝙ mereamur introduci tandem in altera vita ad illam glorioſam faciem contemplandam, quam videre eſt gloria conſummata. Quòd eius poſterio a comprꝗhendi poſſint, ſumitur adiutorium ac modus ex trium conſideratione. primo ex conſideratione creaturarum corporalium, ſecnudo ex conſideratione creaturarum ratio- G nalium, tertio ex conſideratione creaturarum ſpiritualium. Quia Sapien. 13. c. ſcriptum eſt. A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creatorum horum videri in poſterioribus ſuis. Primo ex conſideratione creaturarum corporalium, & de hoc plenius ſupra ſermo. 51. artic. 1. c. 2. Secundo poteſt ad hoc adiutorium ſumi creaturarum rationalium conſideratio, ideſt animarum, & de hoc etiam vbi ſupra, in fi. 2. c. & in princ. c. 3. Tertio quoque ad hoc adiutorium præſtat conſideratio creaturarum ſpiritualium, ſcilicet con- H ſiderare Angelorum pulchritudinem, multitudinem & diſtinctionem, ſicut ſermone 59. eſt plenius demonſtratum. Per has itaque tres conſiderationes mens humana lumine fidei gradatim aſcendens ad contemplandum poſteriora Dei ſatis facile poterit peruenire. Quo cum ſtupenti potius quàm intelligenti animæ ex diuino munere datum fuerit eleuari & tantam pulchritudinem nouerit in corporalibus creaturis: tanquam maiorem in creaturis rationalibus: tam etiam incomparabiliter præeminentiorem in creaturis ſpiritualibus: nihil aliud ſuper

*Poſteriora Dei.*

A eſt, niſi clamare & dicere cũ propheta: Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Quoniã eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos, i. magnifica intelligentia ſapientię tuæ infinitæ ſuperat omnes alias omnium creaturarum. Eſt nihilominus aduertẽdum, ꝙ tribus modis cognoſcitur aliquid. primo ꝙ eſt, ſecundo ſicut eſt, tertio vero quid eſt. Primo autem cognoſcitur aliquid ꝙ eſt: & ſic cognoſcitur Deus in præſenti vita non tantum a bonis, ſed etiam ab ipſis malis. Secũdo vero cognoſcitur aliquid, ſicut eſt: & hoc modo Deus in patria cognoſcitur a B bonis. Vnde 1. Io. 3. Similes ei erimus, quãdo videbimus eum, ſicuti eſt. i. ſuam bonitatem, maieſtatem, benignitatem, &c. Tertio modo cognoſcitur aliquid, quid eſt: & hoc modo Deus non poterit videri a bonis, nec a malis, nec in via, nec in patria: quia finitum nunquam infinitum compræhẽdit. Multis autem modis videbitur Deus. primo in ſe, ſecundo in nobis, tertio nos in Deo, quarto Deũ in creaturis, & creaturas in Deo: quæ omnia reducuntur ad Dei triplicem viſionem. Prima dicitur meridiana, ſecunda matutina, tertia veſpertina. Primo enim cognoſcere Deum in ſua eſſentia, di- C citur viſio meridiana. Secundo autem cognoſcere creaturas in verbo, dicitur viſio matutina. Tertio vero cognoſcere in ſe creaturas, hoc eſt in ſuo proprio genere, veſpertina viſio appellatur.

*Quòd magna erit ad Deum dilectio & fruitio, & rationes. Cap. 2.*

SEcundum præmium ſeu ſecunda dos animæ glorioſæ, diſcamus ad præſens, ꝙ eſt dilectio perfecta & conſummata, vbi pręceptũ de diuina dilectione ſine aliquo defectu impletur, ſicut propheta teſta- D tur, d. Omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Tale autem præmium eſt, quod propter meritum charitatis volũtas perficitur & glorificatur in dilectione infaſtidibilis bonitatis. Richar. tamen vbi ſupra, vocat hanc dilectionẽ fruitionẽ: Et dicit, ꝙ dos fruitionis eſt ſummo bono clare viſo perfecto amore inhærere ꝑꝑ ſeipſum. Vel aliter dici põt, ſm eũ, ꝙ eſt perfectus charitatis habitus, quo aĩa fruitur Deo. Aduertendum eſt tñ, ſm quoſdã, ꝙ licet Deus ſit principale obiectũ gloriæ Beatorũ: nihilominus reliqua, vt illi coniuncta & correlata, ad ſubſtantialẽ gloriã pertinẽre videtur. De ſubſtãtiali. n. perfectione charitatis eſt, diligere ſemetipſum & oẽs virtutes ſibi connexas & ſuã mentem eſſe velle E Deo & ipſi charitati vnitã, & econuerſo, & amare humanitatẽ filij Dei in quantum eſt eius, & oẽs Beatos in quantũ ſunt amici Dei ac Deo amoroſiſſimo pleni, & in vnũ corpus collegij a Deo & in Deo conſtricti & colligati. Hæc in quantũ ſunt Deo relata, ſicut ſunt naturalia gloriæ ſubſtantialis obiecta, ꝙ & ſubſtantialia ſunt & formales rationes obiecti. i. Dei: in his habentur & participant a mente beata. Cũ prædictis cõcordat Richar. in 4. di. 49. Inſuper eſt notandũ, F ſm Richar. vbi ſupra, ꝙ beatitudo aĩæ principalius eſt in actu voluntatis q̃ in actu intellectus, ꝙ oſtendi põt triplici ratione. primo rõne principalitatis, ſcđo rõne nobilitatis, tertio vero rõne charitatis. Primo ratione principalitatis. Nã ꝑ eandẽ, ꝑ quã res mouet ad terminũ, in termino quieſcit: ergo ꝑ illã virtutẽ, per quã res principalius mouet ad terminũ, per illã principalius in termino quieſcit. Quãuis aũt hõ moueatur ad vltimũ finẽ ꝑ intellectũ & voluntatem: principalius tñ mouet ad ipſum ꝑ voluntatẽ, q̃ ꝑ intellectũ. Propterea Aug. 11. de ci. Dei, 18. c. Mouere attribuit amori, d. Sicut corpus põdere, ſic animus amore fert quocũq; fertur. Scđo rõne nobilitatis. principalius. n. cõſiſtit beatitudo in nobilioris potẽtiæ actu, q̃ in actu minus nobili: ſed volũtas intellectu nobilior eſt, eo ꝙ in ſuo actu non põt cogi: nec circa ea, q̃ ſunt ad finẽ ne- G ceſſitari. Magis ẽt põt transformare animã voluntas q̃ intellectus, & ſuũ obiectũ reſpicit ſub rõne nobiliori. Tertio rõne charitatis. Sicut. n. ĩter habitus viæ charitas eſt principale donũ, ſm Aug. 15. de ci. Dei, 18. c. ita inter habitus patriæ, charitatis donũ obtinet principatũ: ſed in patria nobilior habitus habet nobiliorẽ actũ, ergo ꝑfecte Deũ H diligere, qui eſt actus charitatis patrię, nobiliſſimus animæ actus eſt. Cũ ergo in nobiliſſimo actu principaliſſima beatitudo conſiſtat, & diligere ſit actus voluntatis: principalius conſiſtit in actu voluntatis q̃ intellectus. Vnde Aug. 12. de ciu. Dei. Tota virtus ibi videre quod amas, & ſumma fęlicitas amare qđ videas. Ibi beata viſio in ſuo fonte bibitur, vbi veritatis viſio clariſſime aperitur. Quantum autẽ beati diligant Deum, ſatis patet ex his, quę dicta ſunt ſupra, ſer. 59. c. vlti. Rõnes quare tantũ diligunt Deũ, aſſignantur eſſe 15. infra, ſer. 65. c. vlt. quas conſiderare, ſatis deuotum eſt.

[Beatitudo animæ principaliter conſiſtit in voluntate, quamuis initiatiuũ cõſiſtat in ĩtellectu.]

Quòd



A *Quòd beati ſecuri erunt Deum æternaliter contemplari, & illo frui. Ca. 3.*

TErtia vero dos animę, eſt tentio ſeu poſſeſſio & ſecuritas ſempiterna, per quam propter meritum ſpei memoria ꝑficitur & beatificatur in poſſeſſione & ſecuritate inamiſſibilis dignitatis. Secundũ tñ Richar. vbi ſup. proprie loquẽdo, tentio non eſt dos a duobus ſupradictis diſtincta. Nã tenere, ſm Papiã, eſt habere & poſſidere. Intellectus autem clare videndo Deum, ſicut ſupradictũ eſt: habet eum ſub ratione ſummi veri. Voluntas vero perfecte fruẽdo illo viſo, habet eum ſub ratione ſummi boni. Vnde tenere ſummũ verum realiter, idẽ B eſt cum clara viſione: tenere etiam ſummũ bonum realiter, idem eſt cum perfecta ſummi boni fruitione. Tertia autem dos ab his duabus diſtincta, proprie loquendo, eſt perfectus habitus, quo intelligentia & volũtas ſunt perfecte ſecurę de tentionis prædictæ perpetuatione. Sine enim aſſecuratione ꝑdicta non poteſt intelligi anima perfectè Deo coniuncta. Securitas ergo non eſt idẽ, ꝙ tentio: ſed ſecuritas ſumma eſt vna de tribus principalibus dotibus animæ. Includitur enim in beatitudinis eſſentia, ſecundũ ſententiã Aug. 13. de trinitate. c. 8. vbi ait: Impoſſibile eſt aliquem eſſe beatum, niſi ſit ſecurus de ſua beatitudinis perpetuatione. C Nec eſt tamen intelligendum, ꝙ talis aſſecuratio tantum excluſio ſit temporis: immo eſt quidam actus in intellectu, & voluntate reſpectu Dei, ſub ratione, quo eſt ens ſumme arduum, quo excluditur omnis timor. Et licèt in iſta æterna fęlicitate beati ſint æternaliter permanſuri: tamen ſecundum Aug. lib. de morib. tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta eſt iucunditas lucis æternæ: hoc eſt incommutabilis veritatis, & ſapientiæ, vt etiam ſi nõ liceret amplius in ea manere, q̃ vnius diei hora: propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni D delitijs, & circunfluẽtia bonorum temporaliũ rectè, & merito contemnerentur. Vide igitur, & diligenter attende, anima mea, quid erit in illa beata vita, Deũ facie ad faciem æternaliter contemplari, æternaliter frui, & de eorum inamiſſibilitate æternaliter ſecurari. Si enim per creaturas corporales, rationales, & ſpirituales, tam ſtupendum eſt videre poſteriora Dei, ſicut in 1. c. huius 3. artic. dictum eſt: Si etiam tanta eſt dilectio actiua, & paſſiua mutuo habita in creata natura, ſcilicet omnium corporaliũ, rationalium, & ſpiritualium: Si prædicta E quoque cognitio, atque delectatio ſempiterna ſecuritate poſſidentur: non tamen ex his anima eſſet beata, quia talis beatitudo finita in duobus primis prioribus eſſet. Sed cum hæc tria, ſcilicet viſio, fruitio, & ſecura, ac ſempiterna poſſeſſio, habent in Deo: reddũt animam completiſſimè glorioſam. Hanc gloriam ſempiternam ex illo tuo largiſſimo munere, clementiſſime Deus, largire nobis infatigabiliter quærere, infallibiliter inuenire, ac perenniter poſſidere, vt poſſimus te infallibilem veritatem facie ad faciem contemplari: te infallibilem bonitatem ſempiterna fruitione amare, & inamiſſibilẽ dignitatẽ poſſidere ſecurè Deus, F qui es via in excelſo, veritas in promiſſo, & vita in præmio ſempiterno: Tu inquàm, qui es trinus & vnus, benedictus & glorioſus in ſecula ſeculorum, Amen.

[Tenere quid.]

[Securitas & tẽtio ĩ quo differunt.]

[o per poſteriora poſſumus Deum cognoſcere.]

---

## FERIA SEXTA poſt Reſurrectionem.

### *De gloria conſubſtantiali corporum beatorum.*

## Sermo LXIII.

G*Loria hæc eſt omnibus Sanctis eius. Pſal. 149.* Admiranda ſiquidẽ eſt valde ſemper in omnibus operibus ſuis ſapientia Dei, qui hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuã creans, corpus animæ G ſtupendo glutino alligauit naturali, ac mutuo aſpectu inuicem copulauit, ad gubernationem ſubiecit, & in ſtatu meriti collocauit: & hoc vt ſpiritus condeſcenderet & intenderet corpori gubernando, & ſic propter exercitium mereretur. Nec enim naturalis patitur appetitus, ꝙ anima ſit vere ac plene beata, niſi ei corpus reſtituatur, ad qđ reſumendum habet naturalem inclinatio- H nem incertam. Nec etiã ſuſtinet regiminis ordo, ꝙ beato ſpiritui corpus reſtituatur, niſi per omnia ſit ei ſubiectum atq; conforme, quantum valet corpus ſpiritui conformari. Fit autem ei conforme, cum ſecunda gloria, quæ conſubſtantialis eſt dicta, ſibi a Deo miſericorditer diſpenſatur. Vnde ſm Richar. in 4. di. 49. ar. 5. q. 2. gloria conſubſtantialis dicta eſt, quæ datur corpori iam beato. Conſubſtantialis tamen dicta eſt reſpectu animæ, ſed reſpectu ipſius corporis, ſubſtantialis dici poteſt. Nam ſicut in præcedenti

[Gloria conſubſtãtialis aĩæ.]

A cedenti ſermone patet, animæ ſubſtantialis gloria dicta eſt, omne illud, ſine quo non poteſt vere eſſe beata: ſic & corporis ſubſtantialis gloria dici poteſt omne illud, ſine quo beatum eſſe non poteſt. Denominatur autem conſubſtantialis ab anima tanquam a nobiliori hominis parte, licet reſpectu corporis ſubſtantialis denominetur. De hac igitur conſubſtantiali gloria ſeptima contemplatio de gloria paradiſi verſatur. De qua quidem tria myſteria contemplemur. primum de Beatorum corporum dotatione, ſecundum de beatorum corporum perfectione, tertium de Beatorum corporum communicatione. Et hoc triplici myB ſterio intelligi poteſt Pſalmiſtæ præaſſumptum verbum, quod dixit, Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

*Tria myſteria cōſideranda.*

## Articvlvs Primvs

### *De quatuor dotibus corporum.*

*Quatuor ... dotes.*

PRimum myſterium eſt de Beatorum corporum dotatione. Erūt autem in corporibus dotes. Nā ſicut diſpoſitiones animę beatæ, per quas Deo perfectè coniūgitur & ei C perfectè obediens eſt, dicuntur dotes, ſicut in pręcedenti ſermone, art. 3. & c. 1. patet: ſic diſpoſitiones corporum beatorum, per quas animabus ſuis perfectius coniungentur, & eis perfectè obedient, dotes merito nuncupantur, ſecundum Richar. in 4. Circa igitur corporum beatorū dotes ad præſens diſtinguamus quatuor conſiderationes. prima ſit, de quo Sancti in corpore pręmiabūtur. ſecunda, vnde præmiabuntur. tertia, quare præmiabuntur. quarta, quantum pręmiabuntur.

### *De qualitate dotium, quæ beatis corporibus tribuentur. Cap. 1.*

PRima conſideratio eſt, de quo Sācti in corpore præmiabūtur. Circa D quod aduertendum eſt, ꝙ quatuor ſunt generales dotes corporum beatorum, quib. in gloria pręmiantur. prima dicitur claritas, ſecūda ſubtilitas, tertia impaſſibilitas, quarta agilitas. Et in his quatuor includuntur cætera eorum corporalia bona. De his igitur quatuor ſimul Sapien. 3. c. ſcrip. eſt. Fulgebūt iuſti, & tanquā ſcintillæ in arundineto diſcurrēt. Primo. n. in fulgore claritas deſignatur, ſecundo impaſſibilitas denotatur in igne, quod elemētum maxime eſt actiuū. tertio in ſubtilitate E ſcintillæ ſubtilitas indicatur. quarto vero in diſcurſu pōt agilitas deſignari. Secūdum aūt Alex. de Al. in 3. ad has quatuor dotes gloriæ reuelandas Chriſtus in dote claritatis voluit apparere, qñ Matth. 17. in monte Thabor transfiguratus eſt. Nā ipſa claritas eſt principalis dos, ad quā cęterę cōſequūtur. Ad ipſam. n. cōſequitur ſubtilitas: vnde lux per naturā habet ſubtilitatē ad corpora penetrandum, & maxime quæ tranſparentia ſunt, ſicut patet in lapide criſtallino, qui penetratur a luce. Ad ipſam quoq; cōſequitur agilitas ipſa, vnde motus vel mutatio F eius quaſi ſubita eſt. Inſuper ad ipſam conſequitur impaſſibilitas. vnde nullū ab alijs patitur inquinamentū. Quia igitur claritas omnes alias ponit proprietates, quæ ſunt corporum beatorū, & nulla alia ponit omnes alias: ideo conuenienter per claritatem ſit oſtenſio glorificationis corporis noſtri. Et hinc eſt, ꝙ Matth. 13. Dñs gloriam corporis oſtendere volens, nō multiplicat verba, ſed eam integre, totaliter & perfecte ꝑ claritatem demonſtrat, cum ait: Fulgebunt iuſti, ſicut ſol in regno patris eorum. Hæc ille. Nam ſicut aperte patet, in ſole ſunt oēs G quatuor prædictæ qualitates. Secundum vero Bonauent. in 4. diſt. 49. hæ quatuor dotes ordinantur ſm quatuor elementa, ex quibus corpus noſtrum cōpoſitum eſt. Nā quia elementa ſunt imperfecta, ideo corpus noſtrum quadruplicem habet ab eis defectibilitatem. Primo enim ab aqua, quæ eſt elementum humidum & paſſibile, habet paſſibilitatem & corruptionem: Vnde humidum aqueum corpus corrumpit. Secūdo habet a terra obſcuritatem, quia eſt elementum opacum. Tertio habet ab igne animalitatē, quia calor continue conſumit, ideo cōtinue indiget homo alimonia ciborum. Quarto ab aere habet infirmitatem. Aer. n. facile immutatur, & cedit cuilibet impellēH ti. Quoniam igitur iſti quatuor defectus debēt per oppoſita bona remoueri, ad hoc ꝙ corpus perfectum ſit perfectione cōpleta: Ideo quatuor ſunt dotes. primo enim cōtra corruptionem aquæ datur impaſſibilitas, ſecundo contra obſcuritatē terrę datur claritas, tertio contrr animalitatē ignis datur ſubtilitas, quarto cōtra infirmitatē aeris virtus, ſeu penetralitas diſpenſatur. Talis aūt ſuppoſitio dotium concordat auctoritati & rationi. Primo concordat auctoritati. Vnde Apoſtolus j. Corinth. 15. Seminatur

corpus

*Simile.*

*Cōdōnes corporum glorioſorum.*



A corpus in corruptione, reſurget in corruptione. Ecce impaſſibilitas cōtra corruptionem aquæ. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Ecce claritas contra obſcuritatem terræ. Seminatur in infirmitate, reſurget in virtute. Ecce penetrabilitas contra animalitatē ignis. Seminatur animale, ſurget ſpirituale. Ecce agilitas contra infirmitatem aeris. Vnde Apoſt. ſumit dotes per comparationem ad iſtos quatuor defectus, quos remouent dotes. Similiter Aug. 22. de ciui. Dei inquit: Aberit a corporibus noſtris omnis deformitas, omnis tarditas, omnis infirmitas, omnis corruptio per impaſſibilitatem. Secundo concordat hæc poſitio dotium rationi. Dotes enim corporis dicunt nō omnes qualitates, ſed qualitates B nobiles & principales de nouo ſuperadditas ipſi naturæ. Et quia de nouo ſuperadditæ ſunt, ideo debent accipi ſecundum defectus & ſecundū cauſas principales, quę ſunt quatuor elementa. Ideo patet, ꝙ iſta via inter omnes alias vias congruiſſima eſt. Deſcēdamus igitur iam ad prædictas quatuor dotes particulariter explicandas. Prima autē dos claritas nominatur. Erūt enim corpora Sanctorum clara, tanquam ſol, ſicut prædictum eſt. Quod quidem, iuxta Doctorū ſententiam, intelligendum eſt non de claritate ſolis, ſicut nūc lucet, ſed ſm ꝙ poſt diē C iudicij lucidus erit. Nam teſte Eſa. 30. c. Erit lux lunæ, ſicut lux ſolis: & lux ſolis erit ſeptēpliciter, ſicut lux ſeptem dierum. Et nihilominus aduertendum, ſecundū Richar. in 4. di. 49. ꝙ non ſunt eiuſdem ſpeciei lux elementaris, & lux corporis glorioſi. Lux elementaris, quaſi quædam mutatio illius eſt: ſicut interior lux ſpiritualis animæ non eſt eiuſdem ſpeciei cum luce ſpirituali ſupernæ gloriæ, ſed eſt quædam mutatio eius. Similiter non lux ſolaris eiuſdem ſpeciei eſt cū luce corporis glorioſi, ſicut eſt illius ſimilitudo & immutatio quædam. SecunD dum enim quoſdam beata corpora erunt ſimul luminoſa & peruia, ſecundum aliam & aliam rationem. Peruia propter ſubtilitatem: luminoſa vero propter claritatem aut fulgorem. Peruia quidem ad modum vitri: luminoſa vero ad modum auri vel argenti. Sed ſecundum Bonauen. in 4. di. 49. hæc poſitio conueniens non videtur, quia ſi peruia eſſent, non terminarēt viſum, nec haberent diſtinctionem in partibus, & ſic oculi non poſſent diſcerni a naſo. Et iterū magnitudo luminis nō patitur corpus eſſe tranſparens, ſicut patet in ſole, in quo eſt aggregatio luminis & ſimiliter in candela. E. Nec obſtat, ſecundum eum, quòd Grego. ait, exponens illud Iob 28. Non adæquabitur aurum vel vitrum. vbi dicit: Ibi quippe vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abſcondet, ſed patebit animus: patebit corporalibus oculis ipſa corporis armonia, ſicque vnuſquiſque tunc erit conſpicibilis alteri, ſicut nunc eſſe non poteſt conſpicibilis ſibi. Nā ex hoc non ſequitur, quòd corpora beata peruia ſint, quia non magis videtur mens per corpus peruium, quàm per corpus ſolidum. Sed vult dicere, quòd ita cogitationes & affectiones habebuntur intus in corde, vt extra, etiam ſi ſint patentes. Hoc etiam F ſentit Scotus, et addit: Non video, quòd glorioſum corpus poſſit peruium dici, niſi propter poros: non propter aliquam perſpicuitatem, ita ꝙ ſolida caro beati fiat tanquam criſtallus, tamen in corpore eius erūt pori & minores quàm modo. Sic & tunc oculus beati propter limpiditatem poterit videre per illos, ſicut ſi eſſet tranſparens, ſicut dicitur lux videri per parietem vel videbit interiora cordis oculus mentis. Hæc ille. Inſuper armonia, de qua loquitur Gregorius ibi, ſecundum Bonauen. natura eſt delectare viſum non corporalem, ſed ſpiritualem. Et hunc delectare poteſt, etiam ſi corpus minime peruium eſſet. Secundum enim Scotum, in 4. diſtinct. 49. corpus glo- G rioſum erit lucidum & coloratum. Nam in ſe quilibet experitur, quòd magis ſibi delectabilis eſt iſte color, quàm ille. Si enim corpus beatum, luminoſum ſit atq; coloratum, ſicut noctiluca, tunc vtriuſque eſt ſuſceptiuum. Noctiluca enim de die videtur per colorem & non de nocte: ſiue quia refulgens eſt color, ſed claritate lucis nō quæ eſt diſpoſitio vel qualitas elementaris, ſed diſtincta qualitas. Vnde quando de nocte videtur noctiluca, eſt ibi reſplendentia lucis, non coloris. Si ergo poſſibile ſit corpus beati habere lucem cum tali colo- H re, tunc erit claritas non tantum ſicut ſol, immo plus de claritate erit in eis. Vnde ſecundum Auicennam. 6. naturalium, iſta tria diſtincta ſunt, lux, color, & lumen. Color enim terminat viſum, & nunquam niſi in corpore terminato. Lux eſt in ſole, & lumē in medio, vt ī perſpicuo, & iſta claritas ſufficere videtur, quia magis delectatur ſenſus viſus hominis in colore pulchro humani corporis, quàm in corpore luminoſo. Vñ amplius natutaliter delectatur in videndo

*Imperfectiones corporis naturalibus tollētur a nobis ī reſurrectione.*

*D. Bon. ī 4 diſ. 49.*

*Quō glorioſū corpus dicitē peruium.*

*D. Bon. vbi ſupr. a.*

*Vide.*

A faciem humanā optime coloratā, quàm ſolem. Talis autem modus claritatis, ꝙ futurus ſit i beatis, ſatis eſt mihi planus: quia in eis erit color ſm vltimā perfectionem cōplexionis cum refulgētia conueniente cōplexionibus ſuis. Si autem corpus beati ſit capax lucis, & non tantum coloris, placet mihi ꝙ ponatur ibi. Talem aūt perfectā claritatem ſm vltimam perfectionem complexionis cum refulgentia nomino dotem claritatis. Si quis autē obſtet, ꝙ ſm dictū Gregorij ſuperius allegatum, corpus beatū ꝑuium erit & coloratum, ſicut coloratum vitrum, & cum hoc corpus illud erit lucidū.

B Dico, ꝙ mirabile videtur. Nā ſm Auicē. 6. natural. lumen, lux & color habent diuerſa receptiua, & minus poteſt aliquid eſſe receptiuum lucis & luminis, quàm lucis & coloris: quia ſuſceptiuum lucis, eſt opacum & denſum: ſuſceptiuum autem luminis, eſt ꝑuium. Vnde denſior pars orbis lucida eſt, vt ſtella: nec poteſt per eam videri, ꝙ poſt eam eſt: immo eclypſat illud, vel aliam ſtellam. Aliæ autē partes orbis, luminoſæ ſunt, ac perſpicuæ. Et ideo ſi corpora beatorum ſunt lucida, non videtur ꝙ peruia eſſe debeant, neq; ꝙ per iſta videri poſſit aliquod

C corpus. Suſceptiuum autē coloris, eſt denſum, quia color nō eſt niſi in ꝑſpicuo terminato: Inde magis videtur poſſibile, ꝙ corpus beati lucidum ſit & coloratum, quàm ſit lucidum & luminoſum. Et tunc dici poteſt, ꝙ color, & lux, ſm ſe, non repugnant, nec ex parte ſuſceptiui, nec ex parte agētis. & ideo ſimul ab agēte creato poſſunt induci. Sed partes corporis perſpicuę non ſunt receptiuę lucis, ſed luminis tantum, & ideo colorata, & quę habent lucem, non poſſunt eſſe perſpicua: ſed ſi ſunt perſpicua, & cū hoc habent lucem, non ſunt niſi ſicut noctiluca. Hæc Scotus. Eſt etiam aduertendum,

D ſm Richardum, vbi ſupra, ꝙ claritas in corpore glorioſo eſt ex merito volūtatis. Propterea occultatio, ſeu manifeſtatio eius, ſubdetur imperio voluntatis. Vnde Aug. 19. de ciuita. Dei, 27. cap. inquit: Imperabit Deus animo, & animus corpori, tanquam obedienti. Vnde in poteſtate corporis glorioſi erit claritatem ſuam manifeſtare vel occultare. Huius autem ratio eſt: quia ſi viſibile videtur, ſm ꝙ agit in viſum, ex hoc ꝙ agit, vel nō agit in aliquod extrinſecum non fit aliqua mutatio in eo. Vnde ſine mutatione alicuius proprietatis, quæ fit de perfectione corporis glorioſi contingere poteſt, ꝙ videatur, vel non videatur, ſeu in varia ſpecie videatur. Quod quidem ad perfectionem gloriæ pertinere videtur, ſicut de

E Chriſto reſuſcitato manifeſte apparet. Nam Io. 20. Magdalenę hortulanus, & Lu. 24. duobus diſcipulis euntibus in Emaus peregrinus apparuit, non quia corpus ſuum taliter variaret, ſed quia per myſterium voluit apparere ſic. Demumque ab vtriſque diſparuit, quia voluntariè ſic miſticè diſpenſauit. Secunda verò dos beatorum corporum, ſubtilitas dicta eſt. Secundum autem Richardum, vbi ſupra, Subtile dicitur a penetrandi virtute, ſecundum quod accipi poteſt ex verbis Philoſophi in 2. de generat.

F Res enim triplici de cauſa penetratiua eſt. primo propter paruitatem, ſecundo propter raritatē, tertio ꝓpter virtuoſitatē. Primo inquam propter quantitatis paruitatē, maxime ſecundum latum & profundum. Vnde acus, quamuis lōga, penetratiua eſt. Secundo propter raritatem, ſeu materiæ paucitatem, & ſic aer penetratiuꝰ eſt valde. Tertio propter virtuoſitatem, id eſt propter virtutis actiuę magnitudinem: & ſic vinum penetratiuum eſt multo magis, quā aqua ſimplex, quantumcunque ſit ſimplex:

*Res tripliciter dicitur penetratiua.*

G quapropter aqua bibita cum modico vino, magis refrigerat ſanum, quam ſi per ſe biberetur ſola: quia vinum facit eam ad loca corporis efficacius penetrare, ad quæ per ſe penetrare non poſſet. Secundum primam cauſam penetrandi non attenditur ſubtilitas corporum beatorum, quia in debita quantitate reſurgent: nec etiam ſecundum cauſam penetrandi ſecundam: quia tota materia, quę neceſſaria eſt ad eorum eſſentiam, in eis reſurget. Vnde quidam errauerunt dicentes, quod corpora beatorū erunt tenuiora, vel rariora aere, ſiue vento. Vnde Grego. 14. moralium, verſus finem ait: Non ſicut Euticius Conſtantinopolitanæ vrbis

*Quorūdā error.*

H epiſcopus ſcripſit, corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria erit impaſſibile, ventis aereque ſubtilius. ſed hoc ſtare non poteſt, quia Dominus poſt reſurrectionem cum corpore palpabili reſurrexit. Vnde Lu. 24. cap. ait: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habent, ſicut me videtis habere. Materia autem carnis & oſſis prædictā non patitur raritatem. Sed ſecundum tertiam cauſam attenditur ſubtilitas corporum beatorum. Per virtutē enim beatitudinis animę tanta magnitudo virtutis actiuæ erit in corporibus earundem, quod per eum multo efficacius poterunt penetrare, quam ignis vel aer. Vnde Anſelmus



A mus magnitudinem ſuæ virtutis actiuę cōſiderans, in libro de ſimilitudinibus. c. 55. de quolibet beato ſic ait: quod tantum erit fortis, quod ſi velit etiam terram commouere, poſſit. Hæc tamen fortitudo potius erit ad decorem & ad perfectionem, quàm ad aliquem actum exercendum. Hinc etiam Grego. vbi ſupra, ait: In illa reſurrectionis gloria eſt corpus noſtrum ſubtile per effectum ſpiritualis potentię, ſed palpabile per virtutem naturæ. Denique de hac ſubtilitate Apoſtolus ait. 1. Cor. 15. di. Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale, id eſt, ſpiritui, ac ſpirituali voluntati ſubie-

B ctum. Nec eſt tamen intelligendum, ꝙ corpus beatum taliter ſpirituale reſurgat, ꝙ in ſpiritum conuertatur, ſicut ſecūdum Aug. quidam hęretici putauerunt. Et quod hoc eſſe nō poſſit, poteſt probari duplici ratione. Primo, quia ſi Apoſtolus ſic intelligeret corpora ſpiritualia nominare: pari etiam ratione nominaret corpora animalia, quæ in animam ſunt conuerſa, quod patet manifeſtè eſſe falſum. Secundo, quia ſi hoc poſſi-

*Quorundam damnata hareſis de corporib. glorioſis.*

C bile eſſet corpore in ſpiritū iam conuerſo, iam non reſurgeret homo, qui quidem ex aīa & corpore naturaliter cōſtat. Vtrū aūt tale corpus glorioſum cū alio ſtare poſſit, diuerſi varia opinati ſunt. Quidam enim dicunt, quod ſicut duo corpora non glorificata, ſimul eſſe non poſſunt in eodem loco, ſic etiam nec glorificata. Alioquin inconueniens ſequeretur, ſcilicet quod in vno glorificato corpore potentia eſſet intrandi atque egrediendi corporis alterius partes, in alio quoque eſſet in potentia reſiſtendi. Eſt tamen ſententia antiquorum, quod corpus glorificatum poteſt eſſe ſimul in eodem loco cum corpore non glorioſo: quod tñ nec fides, nec auctoritas habet & demonſtratiua ratio contradicit. Aliquid tamen apparētiæ pro ſe videtur habere: nam ſicut in cor-

*An vnū corpus glorioſū poſſit ſtare cum alio corpore, ut deī corporum penetratio.*

*Antiquorum ſententia.*

D poribus non glorioſis ipſa groſſities præſtat impedimētum, ne duo corpora poſſint eſſe ſimul in eodem loco, quia vnum alteri reſiſtentiā facit: ita groſſities iſta ꝑ ſubtilitatē glorię diuinitus amouetur, ne non glorioſum poſſit reſiſtere glorioſo. Et ſic corpora glorioſa alia corpora penetrabūt, nō illa diuidendo, ſed ſubintrādo manente diſtinctione & dimenſione corporis vtriuſque. Richar. vbi ſupra ſentit, quod penetratio ianuarum atque cęleſtium ſperarum a corpore Chriſti facta, non fuit per dotem ſubtilitatis, ſed per diuinam potētiā immediatè tantum. Vnde ſecundum eum, quia ex decreto diuinæ ſapientię aderit diuina po-

E tentia infallibiliter cuicunq; beato: ad hoc vt faciat corpus eius eſſe ſimul cum non glorioſo, ſicut ipſi beato beneplacitu erit: ideo magis dicitur corpus glorificatū poſſe eſſe ſimul cum nō glorioſo, q̃ non glorioſum cū nō glorioſo vel glorioſum cum glorioſo, quia non deceret diuinam virtutem facere corpus glorioſum cum glorioſo, ſicut cum non glorioſo: quia decens eſt, quòd in eis locorum ordo ſeruetur. Propterea nunquàm neceſſitas aderit, nec congruitas, vt vnū per aliud tranſeat: quia nunquàm vnum alteri ſe opponet, &c. Tertia autem dos, impaſſibilitas nominatur. Quā-

*Dos impaſſibilitatis.*

F uis enim impaſſibilitas ſignificetur negatiuo modo: tamen res per eam ſignificata non eſt priuatio, ſed habitus. Eſt enim qualitas in corpore ex redundantia beatitudinis animæ creatæ corpus prohibens ab omni paſſione ſuæ perfectioni contraria. Hæc ſentit Richar. in 4. diſtinctio. 49. Talis autem impaſſibilitas reſultabit ex virtute animæ ſuum corpus potenter continentis, ita quòd a nullo exteriori agente immutari valebit. Et quamuis Sanctorum corpo-

G ra ex contrarijs compoſita ſint, talis tamen contrarietas ad omnimodam æqualitatem, & concordiam reducetur. De tali dote. 1. Corint. 15. Apoſtolus ait: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et iterum Apocal. 21. c. Io. inquit: Et mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra: quia prima abierunt. Item Auguſt. ad Dyoſcorum ait: Tam potentem fecit Dominus animam, vt ex eius plena fęlicitate redundet in corpus ſanitas perpetua. Tres enim impaſſibilitates, quantum ad præſens ſpectat, diſtingui poſſunt. prima primorum parentum in terreſtri paradiſo: ſecunda Sanctorum, qui ſunt in cęlo: tertia puerorum, qui ſunt in limbo. Pri-

*Tres impaſſibilitates diſtinguuntur.*

H ma autem fuit primorum parentum in terreſtri paradiſo tempore innocentiæ. Erant enim corpora Adæ, & Euæ impaſſibilia, quia poterant non pati: quia ne paterentur læſionem ab aliquibus poterant præſeruari partim per propriam rationem, per quā poterant nociua vitare: partim etiam per diuinam prouidentiam, quæ ſic eos tuebatur, vt nihil eis occurrerent ex improuiſo, a quo læderentur. Secūnda impaſſibilitas eſt Sanctorum, qui ſunt in cœlo: & hoc eſt aliquo modo non poſſe pati. Tertia autem impaſſibilitas eſt puerorum, qui in limbo ſunt.

A bo ſunt. Nam ſecundum opinionem eorum, qui tenent ꝙ tales non cruciantur pęna ſenſus: erit nihil omnino pati, & hoc nõ ex potentia reſiſtendi extrinſecæ læſioni, quam nõ habebunt: ſed ex ordinatione miſericordiæ Dei, quæ non permittet eis aliquid adhiberi, per quod habent aliquo modo lædi. Ex hoc patet, ꝙ ſi poſt reſurrectionem locarentur in igne, læderentur ab eo, niſi diuinitus tuerentur. Secus autem de corporibus beatorum, quæ ſi ponerentur etiam in inferno, non ſentirent aliquam lęſionem. Quarta vero dos corporum, agilitas dicta eſt, quia erunt agilia. Vnde Eſa. 40. *Agilitas quarta.*

B Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem: aſſument pennas vt aquilæ: current & non laborabunt: ambulabunt & non deficient. Secundum enim Richar. in 4. di. 49. ad motus agilitatis tria concurrunt. primo fortitudo virtutis motiuæ, ſecũdo habilitas mobilis ad motum, tertio iſtorum duorum perfecta coniunctio: quæ ſcilicet requiritur inter mobile & motorem. Primum erit in beatis per gloriam animæ iam beatæ. Secũdum erit in corpore per quandam qualitatem, qua habile erit moueri ſecundum voluntatem animæ ſuæ in nullo penitus ei reſiſtens: quæ quidem qualitas dos agilitatis

C merito nuncupatur. Tertio erunt iſta duo coniuncta ſimul. Per iſta enim duo perfecta coniũctio erit inter corpus & animam, quæ requiritur inter mobile & motorem: ſicut per impaſſibilitatem perfectè vnietur animæ, vt formæ danti complementum primi eſſe. Vnde anima ita velociter poterit corpus ſuum mouere, ſicut ſine corpore poteſt mouere ſeipſam. Quod ſatis innuit Auguſtinus 22. de ciuita. Dei, c. 30. di. Vbi volet ſpiritus, ibi protinus erit & corpus. Nec tamen per hoc intendit dicere, ꝙ in inſtanti ipſum moueat: quia nec ſeipſam ſine cor-

D pore poſſet mouere de loco ad locũ in inſtanti. Et iterum Auguſtinus in quæſtionibus de reſurrectione ait: Corpus glorioſum vtraq; interualla pari celeritate continget, ſicut radius ſolis. Et hoc dicit, quia imperceptibiliter quaſi mouebit propter temporis breuitatem, ſecundum quoſdam.

*Vnde quatuor dotes corporum beatorum habebunt originem. Cap. 2.*

SEcunda conſideratio circa beatorũ corporum dotes eſt, vnde Sancti in corpore præmiabuntur: hoc eſt vnde habebit originem gloria beatorum corporum. Secundum enim Bonauen. in 4. diſt. 49. eſt loqui de dotibus corporum beatorum, vel quantum ad diſpoſitionem, vel quantum ad conſummationẽ. Primo quantum ad diſpoſitionem ſic dico, ꝙ dicũt diſpoſitiones quę ſunt qualitates abſolutę ipſius corporis, quæ dantur ſibi a Deo in reformatione illius. Secundo quantum ad conſummationem ſic dico, ꝙ ſunt a gloria animæ, ſiue ab anima glorioſa. Vnde ſicut in præſenti anima in corpus influit & per illã influentiam corpus eſt coloratius, corpus eſt durabilius, corpus eſt virtuoſius, corpus eſt agilius, q̃ cum anima ſeparatur ab eo. Sic dico in propoſito ſuo modo, ꝙ anima glorioſa in cor- E *D. Bon. vt ſupra.*

F pus ſuum influẽs oẽs iſtas dotes, ad quas diſpoſitiones habebat, per ſui reformationẽ perficit & conſummat. Vnde credo ꝙ ſi corpus ſepararetur, ꝙ ẽt ſi eſſet clarum, non tamen vt nunc. Ex his igitur patet, ꝙ præexigitur, ꝙ a Deo reformetur humile, ſ. corpus, & per iſtã influentiã animæ iſta humilitas conſummet. hęc ille. De reformatione ad Phil. 3. Apoſt. ait: Saluatorem expectamus Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. De influentia animæ in corpus ſuũ, Diony. ad Dyoſcorum ſcribit: Beatitudo non eſt corporũ, ſed

G ab animabus redundat in corpora. Quæ aũt ſit influentia harum dotiũ, & quomodo aĩa influat in corpus ſuum, ponit Bonauen. in Breuiloquio dicẽs. Primo. n. quia ſpiritus illuſtratus & glorificatus erit in viſione lucis æternæ: ideo claritatẽ ſuo corpori miniſtrabit. Secundo, quia dilectione Dei ſpiritus erit ſummè ſpiritualis effectus: ideo correſpondentẽ ſubtilitatẽ & ſpiritualitatẽ corpori ſuo impartietur. Tertio vero, quia tentione & poſſeſſione impaſſibilitatis Dei ſpiritus humanus oĩno impaſſibilis fact⁹ erit, ideo corpori ſuo tã intra q̃ extra omnimo-

H dã impaſſibilitatẽ preſtabit. Quarto, quia ex his tribus iam dictis ſpiritus promptiſſimus erit ad tendendũ ad Deũ: iõ in ſuo corpore glorioſo ſummã agilitatẽ cõmunicabit. Et ſic per has quatuor dotes fiet corpus ſpiritui totaliter cõformatũ atq; ſubiectũ: Necnon & ratione earũ fiet idoneũ ſequi ipſum & locari in regione, quæ eſt regio beatorũ: quia in his proprietatibus ſeu dotibus corpora noſtra cęlo empyreo ſimilantur, vt ſic anima conformetur Deo, corpus animæ, cęlũ corpori, firmamentũ cęli empyreo cęlo & planetæ firmamento, & elementa planetis; ac per hoc a ſummo capite Deo & Dño noſtro *Corpus reddit ſpiritui conforme per quatuor dotes corporis glorioſi.*



A noſtro Ieſu Chriſto vſq; ad oram veſtimẽti eius plenitudo dulcedinis ſuæ redundet; & quantum decet, vel eſt poſſibile, deriuetur, iuxta propheticum dictum, Sicut vnguẽtũ in capite, quod deſcẽdit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius, ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Syon: atq; per hoc quaſi per hierarchicos gradus anima in pręſenti vita gradatim per conſiderationem reducatur ad ſuum principium Deũ, in quo beata æternaliter requieſcet.

B *Quòd propter meritum quatuor virtutum cardinalium beatis corporibus quatuor dotes tribuentur. Cap. 3.*

TErtia conſideratio eſt, quare Sancti in corpore præmiabũtur. Circa quã notãdum eſt, ꝙ licet hæ quatuor dotes corporis redundent ex ſubſtantiali gloria animarum, & principaliter dentur propter meritum theologicarum virtutum: nihilominus quia iuſti fuerunt in quatuor virtutibus cardinalibus exercitati: ideo quatuor prædictas dotes merito conſequẽtur. Cardinales autem virtutes hæ quatuor nũ-

C cupantur, ſ. temperantia, prudentia, fortitudo, & iuſtitia. Prima quidem virtus temperantiæ hominem perfectè manifeſtat luminoſum in pręſenti vita, in abundantia illum refrænando, & in proſperis humiliando, iuxta quod Dñs ad hanc virtutẽ inducens, Matthęi 5. c. ait: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona: & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Per hanc aũt tã ſplendentem virtutem habitam in præſenti, corpus in futuro exornabitur quodãmodo ſumma luce, quæ claritas nominatur. Secundã autem prudentiæ virtus multã ſubtilitatem in ho- *Virtutes cardinales, quæ.*

D mine operatur. Nam primo omnibus tribus temporibus mentem illius ſubtiliando extẽdit, atq; dilatat, vt de præterito doleat, de præſenti ordinet, & de futuro diſponat, iuxta diuinæ voluntatis normam, ſecundũ ꝙ Dñs Matthæi 10. ait: Eſtote prudentes, ſicut ſerpẽtes; & ſimplices, ſicut columbæ. Secundo mentẽ ſubtili liberalitate diſponit, omnia temporalia prudenter diſpenſando, tranſitoria pro æternis, iuxta Chriſti cõſilium, Matth. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Tertio ſubtiliter corpus regit, ſibi ſola neceſſaria miniſtrando, iuxta Chriſti monitionem, qui Lucæ 21. c. ait: Attendite autem vobis, ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Quarto ſubtiliter cogitationes mentales diſponit pro beneficijs iam acceptis timendo diuinam iuſtitiam, & ſperando in diuina miſericordia, iuxta verbum Prophetæ, qui ait: Declina a malo, ſ. propter Dei timorẽ: & fac bonum, ſ. propter diuinam ſpem. Vnde talis prudentia in talibus ſubtiliter exercitata corpori ſuo perpetuam ſubtilitatem acquirit. Tertia autem virtus fortitudinis voluntate, & opere ſe exercet propter diuinum amorem ſuſtinere labores, ſicut Apoſtolis dictum eſt: E

F Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum. Propterea digne meretur acquirere corpori fortitudinem immortalem, quæ impaſſibilitas nominatur. Quarta autem iuſtitia in homine exercitata vnicuique tribuit ſua. primo ſummo creatori reddit dilectionem, obedientiã gloriam, & honorem, ſicut Matth. 22. cap. ſcriptum eſt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, i. ſupra omnes res tẽporales, ſupra corpus, & ſupra animã: qa qui hoc modo diligit, oĩa prædicta ſeruat. Secundo reddit ipſi

G homini odiũ, & deſpectionẽ, ſicut Io. 12. c. ait Dñs: Qui odit animã ſuã in hoc mũdo, in vitam æternã cuſtodit eam. Tertio proximo, ſicut ſibijpſi dilectionem, iuxta p̃ceptũ Dñi, Luc. 10. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Quarto cuilibet alteri creaturæ reddit delectationẽ, ac dilectionẽ propter Deũ, ſicut Propheta ait, Delectaſti me Dñe in factura tua. & ſic talis eſt p̃fectè iuſtus. De hac iuſtitia Prouerb. 15. c. dictũ eſt, In abundanti iuſtitia virtus maxima eſt. Propterea cum talis iuſtus nihil ſibi retineat contra rectum iudicium rationis, nihil indebitè poteſt eum grauare, ideo ſumma agilitate remuneratur. H

*Quòd in quolibet corpore glorioſo quadruplici ratione variæ erunt beatitudinis dotes. Cap. 4.*

QVarta conſideratio eſt, quantũ Sancti in corpore præmiabuntur. Omnes quippe quatuor dotes corporũ beatorũ perfectiores in vno, quàm in altero erunt, licèt in præſenti ſeculo difficile ſit intelligi ſaltẽ de trib. ſ. de impaſſibilitate, ſubtilitate, & agilitate. Vnde ſi aliquod corpus beatũ amplius, quam aliud ponderaret, neceſſario ſequeretur ꝙ vtrũque

A que alicuius ponderis eſſet, & ſic de impaſſibilitate, atque ſubtilitate dicendum eſt. de claritate aliter ſatis manifeſte apparet. Nam etſi vnum corpus altero lucidius eſt: non tamen ſequitur quòd in vtroque illorum ſit obſcuritas quædam. Intelligendum eſt tamen, ſecundum Bonauent. quòd poſſunt rationes aliquę aſſignari, quare in beatis poſſint dotes non eſſe æquales. Nam ſi quis obſtet, dicẽs, quòd magis & minus dicitur per admixtionem contrarij maiorem vel minorem, quando ibi tantum ſummũ eſt, vbi nihil admixtum de contrario reperitur. Sed omnes dotes in omnibus beatis

*D. Bona. vbi ſupra*

B nihil habent admixtum de contrario, ergo videtur quòd in omnib. ęqualiter eſſe debent. Ad quod dicendum, quòd quędam recipiunt magis & minus per contrarij impermixtionem: vt puta quãdo vtrũque contrariorum eſt aliqua natura, vt album & nigrum. Quędam recipiunt magis & minus per acceſſum, ad complementum: ſicut ſunt iſta, quorum oppoſita ſunt priuationes, vt bonum & lucidum. Dico ergo, ꝙ dotes glorioſi corporis recipiunt magis & minus per acceſſum ad terminũ: non per admixtionem contrarij. Rurſuſq́ue notandum eſt, quòd in recipientibus magis & minus quædam ſunt quæ dicunt priuationem ſimul & poſitionem, ſicut impaſſibile, quod dicit virtutẽ ad non patiendum: Et dicit priuationem paſſionis, ſimiliter ſubtile & agile. Et dico, ꝙ quantum ad priuationem, quia totum & vniuerſaliter priuat: non recipit magis & minus. Sed quantum ad poſitionem, quæ eſt in ſummo, recipit magis & minus. Et hoc modo patet, quomodo in beatis dotes poſſunt non eſſe æquales. Ratio autem, quare magis in vno, quàm in altero hæ dotes perfectiores erunt, poteſt quadrupliciter aſſignari. primo ratione meriti, ſecũdo ratione præmij, tertio ratione diuinę ordinationis, quarto ratione naturalis diſpoſitionis.

*Quomodo dotes corporis glorioſi recipiũt magis & minus.*

D Primo quidem erunt perfectiores in vno quàm altero, ratione meriti. Quia.n. huiuſmodi dotes ſunt præmia, quæ dantur ex meritis, & merita differẽtia erunt: ideo præmia eſſe differentia neceſſe eſt. Vnde & Io. 14. c. Dominus ait, In domo patris mei mãſiones multæ ſunt. Nam ſecundum Gregor. in 4. dialog. Et vna eſt beatitudo, quam illic percipiũt, & diſpar retributionis qualitas, quam per opera diuerſa conſequuntur. Secundo erunt perfectiores in vno, q̃ in altero, rõne pręmij: quia corporis dotes, ſicut ex præcedẽtibus patet, habebunt originem ex influẽtia animæ glorioſæ in Deo. Sed quia tales influentiæ in bonis diſpares erunt: ideo neceſſe erit perfectiores eẽ dotes in vno, q̃ in altero. Vnde perfectior anima ſecundũ voluntatẽ ſuã habebit corpus lucidius, ſubtilius, impaſſibilius, & agilius.

E Erit nihilominus Sanctorum volũtas beata rationi coniuncta: Nec appetet, ꝙ non dẽt, ſed voluntas animæ melioris rationabiliter volet iſtas dotes perfectius ſecundum Richar. in 4. Hæc enim de claritate. 1. Cor. 15. c. Apoſtolus manifeſtè dicit, Stella a ſtella differt in claritate. per ſtellas intelligens ad literam corpora fulgida beatorum.

F Tertio erit diuerſitas inter dotes coæqualiũ beatorum ratione diuinæ ordinationis. Multi quippe erunt ſancti in gloria coæquales, inter quos erunt, qui cum ſolo baptiſmo abſque alijs meritis ex hac vita deceſſerũt: Nec tamen ex hoc ſequitur, ꝙ inter eos diuerſitas gloriæ non ſit futura, licet ſubſtantialis gloria inter illos non ſit diuerſa per ſe, ſed ex circunſtantijs omnino nobis in pręſenti vita occultis, niſi innoteſcerent ex reuelatione diuina. Quarto ſecundum Scotum in 4. Erit differentia etiam inter beatos coæqualium dotis ratione naturalis diſpoſitionis, ſeu complexionis, ſicut etiam

G circa finem huius ſermonis patebit. Propter has igitur quatuor rationes, perfectiores etiam erunt corporis ſenſus in vno, q̃ in altero, atq; inter pares diuerſi, cũ ſecundum perfectionem, & varietatem corporũ beatorum etiã ipſi humani ſenſus habeant perfici, & diuerſimodè variari.

## Articvlvs Secvndvs

### *De multiplici, & varia perfectione corporum beatorum.*

H SEcundum quidem myſterium contemplandum eſt de corporum beatorum perfectione. Et circa hoc myſterium ẽt quatuor conſiderationes ponantur. prima de beatorum ætatibus, ſecunda de eorum ſenſibus, tertia de eorum deformitatibus, quarta de eorum ſuperfluitatibus.

### *Qua ætate omnes beati erunt in paradiſo.* Cap. 1.

PRima conſideratio eſt de eorum ætatibus. Ætas enim, vt ponit Richar. in 4. ſumitur pro ſtatu corporis, & virtutis: qui ex annis



A annis relinquitur in humano corpore, ſecundum quem modum accipiendi ætatem dicimus, quòd Adam factus fuit in ætate virili. Et ſic dico, quòd omnes beati in eadem ętate erunt in gloria ſempiterna: quia omnes reſurgent in ſtatu corporis, & naturalis virtutis, quam habituri erant, ſi tantum vixiſſent: vel habuerunt, qui tantum vixerunt, hoc eſt in tempore, ad quod terminatur perficiendi motus, qui circiter de lege communi eſt illud tempus, quo Chriſtus mortuus eſt. Vnde Auguſt. 22. de ciuitate Dei, c. 15. ait: Quod commemorauit

*Qua ætate reſurgemus.*

B Apoſtolus de menſura ætatis plenitudinis Chriſti: ſic accipiamus dictum, vt nec intra, nec infra iuuenilem formam reſurgant corpora mortuorum in optimo ſtatu corporis, ad quem Chriſtum perueniſſe cognouimus. Propter enim perfectionem naturæ decet, vt reſurgant in optimo ſtatu corporis, quem habuerunt, vel ſi tantum vixiſſent erant naturaliter habituri. Ille autem ſtatus eſt in termino motus perficiẽdi. Ex quo patet, ꝙ paruuli, atque decrepiti ad prædictam omnes reducentur ætatem.

### *Quomodo perfecti erunt quinque glorioſi ſenſus corporis.* Cap. 2.

C SEcunda conſideratio eſt de beatorum ſenſibus glorioſis. Quilibet enim ſenſus erit in ſua perfectione. Sed aduertendum eſt, quòd ſicut ex præcedentibus patere poteſt, anima per gloriam ſubſtantialem glorificabitur in omnibus ſenſibus ſpiritualibus. Videbit enim Deum per claram & facilem cognitionem, guſtabit Deũ per dilectionem, tanget Deum per adhæſionem, odorabitur Deum per transformationem, audiet Deum per ſuæ voluntatis impletionem. Ex his igitur ſenſibus in anima glorificatis redundabit gloria in ſen-

*De perfectione ſenſuũ in reſurrectione.*

D ſibus corporis glorioſi. Et quanto magis erit aĩa glorificata a Deo in ſenſib. ſuis: tãto magis in corporeos ſenſus maior gloria redundabit. Propterea de ſingulis corporis ſenſibus videamus. Primo quidem de viſu. Erit enim viſus tantæ perfectionis, quòd ab extrinſeco non poterit corrumpi vel impediri. Nam ſine obſtaculo videbit cuncta corporalia. vnde duodecim nobilitatibus decoratus erit. Primo quidem videbit omnia intra, ſicut extra & cordis & corporis armonias, atq; interiorum membrorum diſpoſitionem. Vnde Commentator ſuper Angelicam hierarchiã inquit: Poſtquàm Chriſtus reformauerit corpus

*Primo.*

E humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ in illa immortalitate Sanctorum corpora ſibi inuicem erunt fulgentia, & puritate transfulgẽtia. Sed hoc intelligẽdum eſt, ſicut dictum eſt ſupra, in 1. cap. artic. præceden. vbi verba Gregorij declarantur. Secundo videbit oculus ſubtus ſicut ſupra, tertio videbit de longè ſicut de propè, quarto videbit minima ſicut magna: nam videbit atomum in oriente, ſi ipſe in occidente maneret. quinto videbit retro ſicut ante non ſe vertendo. ſexto videbit ſuperiora, oculos non leuando. ſeptimo videbit inferiora, oculos non in-

F clinando. octauo videbit diuerſa obiecta, & quaſi infinitos radios, tanquàm vnum vel quaſi vnitos. nono videbit quodlibet obiectum, & quodlibet omnium prædictorum, quaſi infinitorum radiorum ab altero ſeparatim. decimo videbit in nocte ſicut in die. vndecimo videbit oculis clauſis ſicut apertis. duodecimo videbit abſque vllo labore, & infatigabiliter omnia ſupradicta. Ratio autem dictorum eſt, quia corporalis viſus ſubditus eſt voluntati, vt dictum eſt. Vnde Eſa. 60. Videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ. Secundo auditus perficietur. Nam nullum

*Secundo.*

G obſtaculum illum poterit impedire, vel cõturbare. In tribus maxime perfectus erit. Primo namque audiet ſimul omnes voces, & ſonos, & omnes cantus totius cœleſtis regni ſine reuerberatione aeris. Secundo diſcernet in cantibus, & ſonis, & vocibus vnum ab altero ita diſtinctè, quòd nullus ſonus, aut vox ab altero poterit impediri. Tertio quidem audiet ſine obſtaculo omnes cantus, ſonos, & voces ita de longè, ſicut de prope, quæ omnia nobis nunc ſunt impoſſibilia. Tertio autem odoratus tanta perfectione decorabitur, quòd etiam in ſe tres contineat virtutes. Primo

*In tribus præcipue erit perfectus ſẽſus*

*Tertio.*

H quidem odorabit inſimul omnes odores, tanquàm ſi ſolummodo eſſet vnus odor. Secundo autem odorabit diſtinctè vnumquemque odorem ita, vt nullus odor ab alio impediatur. tertio odorabit de longinquo, ſicut de propinquo, quæ omnia nunc a nobis ſeruari non poſſunt. Aduertendum eſt tamen, quòd nulla corruptibilis creatura obiectum delectabile poteſt eſſe glorioſis ſenſibus beatorum, nec in viſu, nec in auditu, nec in odoratu, neque in alio ſenſu. Quarto guſtus, & tactus in præſenti vita quodammodo conſimiles di-

*Quarto.*

ci

A ci poſſunt. Nam guſtus particularis eſt tactus: Tactus quidem eſt in omnibus ſubiectis quinque ſenſuum, & in partibus ſenſitiuis. Tactus eſt guſtus & ſenſus vniuerſalis. Poteſt etiam dici, quòd guſtus non erit in patria, in aliquo actu qui deſeruiat nutritiue: ſed tantum inquãtum eſt apprehenſiuus ſaporum. Redundabit quidem dulcedo animæ glorioſæ in ſenſum guſtus: & ſecundum quoſdam creabit in lingua, & guſtu Beatorum quandam ſuauiſſimam humiditatem, atque illum ſaporem, qui correſpondeat perfectioni illius Sancti, cuius ſcilicet erit lingua, & cum B tali ſapore palatum, & lingua in perpetuũ incorruptibiliter ſeruabuntur. Richar. tamen vbi ſupra, ſentit quòd talis humiditas in palato, & guſtu, aut fiet a Deo per creationem, aut creabitur in ea ex vi beatitudinis animæ. Quinto vero tactus perficietur, atque inexpreſſibili delectatione iucundabitur. Quia nempe anima quietiſſima ſuauitate adhærebit Deo: hinc quippe eſt, quòd corpori ſuo iuncta hanc iucundiſſimam adhærentiam illi inpartietur. Sed quia anima glorioſa eſt: hinc eſt quòd gloriam ſuam toti corpori ſuo communi- C cabit per experientiam tanti altiſſimi, & glorioſiſſimi ſenſus, quòd in præſenti vita non poteſt bene intelligi, aut credi, niſi fortè ab his, qui per priuilegium ſingulare exceſſiuè in toto corpore aliquam diuinalem dulcedinem experimentaliter experti ſunt. Talis autem perfectio ſenſuum prædictorum, ſicut ex præcedentibus patet, procedet, quia voluntas ſubiecta Deo corpori, & eius ſenſibus ad libitum imperabit, ſicque parebit corpus cum ſenſibus ſuis animæ, ſicut anima Deo.

*Quinto.*

*Quòd deformitates in corporibus beatis reformabuntur. Cap. 3.*

D TErtia conſideratio eſt de Beatorum deformitatibus. Omnis enim corporis deformitas, ſecundum quòd accipi poteſt ex ſententia Auguſt. 22. de ciuitate Dei, cap. 19. ad quatuor reduci poteſt. Primo poteſt eſſe deformitas in colore, ſecundo in figura, tertio in diminutione, quarto in ſuperabundantia. Sed quia electi conformes eſſe debent primogenito Dei Domino noſtro Ieſu Chriſto, in quo omnino nulla deformitas fuit: ideo neceſſe erit, quòd in beatis primo ſi fuerit deformitas in colore, ſicut contingit E in Indianis, vel in quibuſcunque alijs turpiter coloratis, reformabitur ad plenitudinem formoſi coloris. Secundo ſi fuit deformitas in figura, quia deformis erat in vultu, vel erat gibboſus, ſeu claudus, & ſic de ſimilibus, reformabitur ad formoſam figuram. vnde & cicatrices, quæ modo videntur ad indecentiam, erunt in martyribus ad decorem. propterea Auguſt. inquit: Decebit in illo nouo ſeculo, vt indicia glorioſorum vulnerum in illa immortali carne cernantur: quàmuis omnia, quæ tunc apparebunt vitia non erunt deputanda, ſed virtutis inſignia, ſicut 1. F Corinth. 15. cap. Apocal. ait, quòd reſurgent in virtute. Ipſe quoque Dominus cicatrices retinebit, quas in iudicio demonſtrabit, dicens illud Zachar. 13. His plagis plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant. Tertio, ſi fuit deformitas in diminutione, quia fuit magnus vel paruus, ſeu defecit in membris, ad quantitatem & integritatem debitam reducentur: quia ſecundum Apoſtolum. 1. Corinth. 15. mortui reſurgent incorrupti, id eſt, integri & perfecti. Quarto, ſi deformitas fuit in abundantia, ſicut in gigante, vel in alio nimis magno: aut habuit homo ſuperflua mem- G bra, & conſimilia: omnes tales ad debitam formam reformabuntur. Et ſic corpora beatorum ſine omni deformitate reſurgẽt, quia omnis deformitas ad aliquod vitium naturæ pertinet. Sed ſecundum Auguſt. vbi ſupra, corpora Sanctorum reſurgent ſine vllo vitio, ſeruata integritate naturæ. Cõcordat cum ſupradictis Bonau. in Centiloquio, & Richar. in 4.

*Vide Magiſt. in 4. quia oẽs deformitates reformabũtur.*

*Quòd in corporibus beatis conſeruabuntur vngues, capilli, & inteſtina. Cap. 4.*

H QVarta conſideratio eſt de Beatorum ſuperfluitatibus. Circa hoc autem, ſecundum Richar. in 4. diſtinct. 44. notandum eſt, quòd in humano corpore quædam ſunt de principali intentione naturæ, quædam autem ſunt de ſecundaria ipſius naturæ intentione, vt ea quæ ſunt ad prædictorum conſeruationem, atque decorem, ſicut in arboribus folia eſſe cõtingit. vnde Philoſophus in ſecundo de anima, dicit quòd folium corticis eſt cooperimentum, cortex autem fructus: ſic in humano corpore ſunt capilli, & vngues. Pili autem barbæ, ſecundum Auguſt. 22. de ciuitate



A ciuitate Dei, cap. 4. non ſunt pro munimento, ſed pro virili ornamento. Et quia in homine non tantum reſurget id, quod eſt de primaria eius perfectione, & prima naturæ intentione, ſed etiam id, quod eſt de ſecundaria ipſius naturæ intentione. Ideo vngues, pili barbæ, & capilli in homine beato reſurgent, & erunt in paradiſo. Vnde Matth. 10. Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. & Luc. 21. Capillus de capite veſtro non peribit. Aduertendum eſt tamen, quòd vngues, & capilli capitis, & barbæ, reſurgent in illa quantitate, quæ magis eſt ad orna- B mentum corporis, & decorem. Vnde non eſt intelligendum, quòd reſurgat quicquid per tonſuram, vel raſuram de ſupradictis amotum eſt. Nam ſicut Auguſtinus in Enchyridion, 52. cap. ait, & Magiſter recitat in 4. 44. diſtinct. cap. 2. indecorum aliquid ibi non erit. Nec tamen intelligendum eſt, quòd reſurgat propter eorum, quæ ſunt de prima intentione naturæ conſeruationem, quia incorruptibilia corpora reſurrectura ſunt, ſed propter ornatum, & decorem, necnon propter ſecundariã perfectionem naturæ. Item ſecundum Bonauent. vbi ſupra, inteſtina ſunt de naturæ C pulchritudine. vnde Auguſt. in lib. 22. de ciuitate Dei ait, quòd in gloria ſempiterna in interioribus viſceribus, quæ nullum decus modo videntur habere, ita pulchritudo rationis delectabit, vt omni formæ apparenti, qui oculis placet, ſecundum mentis iudicium præferatur.

*Seruãtur capilli in corporib. Beatis.*

## Articvlvs Tertivs

*Quòd quilibet beatus omnibus alijs beatis per quandam emanationem quadrupliciter participat gloriam ſuam.*

D TErtium myſterium contemplandum eſt de Beatorum corporum participatione, & communicatione. Omnia quidem corpora Beatorum ita de longè, ſicut de prope per totum cœlorum regnum glorioſis corporibus ſenſibus proportionabiliter in obiectum conſtituta ſine fine perſeuerabunt, ita vt quilibet Beatus omnibus, & cuilibet ſit obiectum, & omnes habeat in obiectum. Quatuor quidem ſingulares delectationes participabit, & communicabit quilibet Beatus omnibus glorioſis per ſui corporis inſtrumentum. primo in odore, ſecundo in voce, E tertio in ſplendore, quarto in pulchritudine, & colore.

*Quòd quilibet Beatus communicabit omnibus alijs glorioſis ſingularem odorem, & in quibus per odoratum delectabuntur. Cap. 1.*

PRimo quidem participabit quilibet Beatus tã de longè, quàm de propè omnibus glorioſis ſingularem delectationem in odore. Nam quodlibet beatum corpus per totum paradiſum ſpirabit particularẽ fra- F grantiam ſingularis odoris in ſua vltima perfectione. Hanc delectationem de omnibus Sanctis, Sancti omnes participabunt ſine his tribus. Primo ſine cerebri reſolutione. econtra modo odoratus ſentiri non poteſt, niſi fiat in cerebro reſolutio quædam. Secundo ſine terreſtri fumoſitate, & euaporatione. Odor etenim rei quidam eſt vapor terreſtris ab ea progrediens: Vnde niſi teneatur recluſa euaporat, atque odorem perdit. Tertio ſine odoratæ rei putrefactione. econtra modo per multam odorationem, & applicationem putreſcit pomum, quia attractio G fit odoris. Omnia autem defectibilia iſta, quæ ſunt in mundo, non erunt in paradiſo. In tribus omnes Beati per odoratum maxime delectabuntur. Primo in odore corporis Chriſti. Vnde Cant. 1. In odorem curremus vnguentorum. Secundo in odore Virginis glorioſæ: propterea Cant. 3. de Virgine aſcendente cum anima & corpore omnes Beati dicunt: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Tertio in odore omnium Beatorum, ſicut prædictum eſt. Vnde Apocal. 5. Habentes H ſinguli cytharas, & phyalas aureas plenas odoramentorum. Cytharæ ſunt corpora Sanctorum, ſicut patet in ſermone 65. artic. 2. in principio primi cap. Phyalæ ſunt quædam vaſa lucida & lata: & deſignant animas Beatorum, quæ Deum vident, & amplè amant. Et hæc plena ſunt odoramentorum.

*Odor beatorũ qs. & qualis*

Quòd

A *Quòd vox glorioſi cantus, & melodiæ cuiuſlibet glorioſi in auribus omnium beatorum ſingulariter reſonabit, & in quibus omnibus alijs armonijs Sancti delectabuntur. Cap. 2.*

*In tribus audibilibus delectabũtur oẽs ciues cœleſtes.*

SEcundo participabit tam de lõgè, quã de prope ſingularẽ delectationem in voce. Nam quilibet Beatus cantabit in propria corporali, & ſingulari voce, quæ ab omnibus particulariter diſcernetur. In tribus audibilibus ſpecialiter delectabuntur omnes cœleſtes ciues. Primo in laudibus, & cantibus omnium beatorum. B vnde Apocal. 19. Ioannes has laudes ſpiritualiter audiuit: & de illis ait, Poſt hæc audiui vocem quaſi tubarum multarum in cœlo dicentium, Alleluia: Laus, gloria, & virtus Deo noſtro. Laus quidem ratione bonitatis, quæ attribuitur Spirituiſancto. Gloria ratione ſapientiæ, quæ attribuitur Filio. virtus, id eſt, honor ratione potentiæ, quæ attribuitur Patri Deo noſtro, ſcilicet cantari debet. Secundo in conſonantijs orbium firmamenti. id eſt, ſeptem planetarum. Vnde Iob 38. Concentum cœli quis dormire facit? Tertio delectabuntur in armonia quatuor elemen C torum. Vnde Sapien. vlti. In ſe enim elementa dum conuertuntur, ſicut in organo qualitates immutantur, & omnia ſonum ſuum cuſtodiunt. loquitur de tempore poſt reſurrectionem.

*Quòd quilibet beatus particulari ſuo ſplendore, atque colore totam cœleſtem patriam illuſtrabit. Cap. 3.*

TErtio participabit tam de longe, quã de prope ſingularem delectationem in ſplendore, & candore. Nam D quodlibet beatum corpus ſuo ſingulari, & particulari radio, & colore totum paradiſum irradiabit refulgens amplius, quàm in præſenti vita capere poſſit intellectus humanus. Eſt tamen intelligendum, ſecundum Richar. in 4. diſtinctio. 49. quòd differunt prædictæ luces corporum Beatorum a luce corporis Chriſti, & inter ſe ſecundum magis, & minus, quod notat Apoſtolus. 1. Corinth. 15. Alia erit claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas ſtellarum. Stella autem a ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Sic etiam dicit Magiſter ſententiarum, diſt. 49.

*Splendor corporum glorioſorũ*

E Erit claritas corporum differens ſecundum differentiam gloriæ animarum. Quod quidem rationabile eſt. Nam ex claritate beatitudinis animæ in corpus claritas redundabit, ſicut iam dictum eſt. Propterea ſecundum proportionem, qua beatitudo animæ Chriſti excedit cuiuſlibet animæ alterius beatitudinem: ſic & lux corporis Chriſti lucem futuram in quocunque Sancto ſuperat, & excedit. Vnde in prædicto Apoſtoli verbo claritas corporis Chriſti claritati ſolari aſſimilatur, iuxta illud Malach. 4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ. id eſt, Chriſtus. Claritas autem aliorum Beatorũ reſpectu Chriſti, ſtel F larum lumini comparari poteſt: Claritas vero Virginis glorioſæ, ſecundum quoſdã comparatur Lunæ. Comparari etiam poteſt ipſi Lunæ claritas puerorum, qui poſt baptiſmum moriuntur, antequàm perueniant ad annos diſcretionis. Nam ſicut Luna a ſeipſa non habet lumen, ſed ab ipſo Sole: ſic & iſti gloriam minimè habent ex proprijs meritis, ſed ex merito Chriſti. Baptiſmus enim, in quo ipſi abluti ſunt, ex Chriſti paſſione efficaciam habet.

*Claritas puerorũ Lunæ cõparata.*

*Quòd quilibet glorioſus totam cœleſtem curiam ſua particulari pulchritudine delectabiliter decorabit. Cap. 4.* G

QVarto participabit tam de longe, quàm de prope ſingularem delectationem in colore, & pulchritudine. Nam quodlibet beatum corpus dotatum erit, & ornatum colore, formoſitate & pulchritudine ſingulari: quia ſecundũ Scotum, quilibet habebit colorem pulchrum, ſecundũ gradum complexionis ſuæ, & ſecundũ merita ſua. Erũt igitur corpora beatorum non tantũ lucida, ſed ẽt colorata colore, & pulchra pulchritudine ſingulari. Vnde Auguſ. 22. de ciuitate Dei, c. 9. H Omnis pulchritudo eſt partiũ conuenientia cum quadam coloris ſuauitate. Sed corpora glorioſa pulcherrima erunt: ergo habebunt ſuauitatẽ coloris. Huius ẽt ſñiæ eſt Bonau. in 40. diſt. 89. vbi exemplum ponit de enſe, qui non tantũ ſplendorem, ſed etiã habet colorẽ. Item de carbone, qui per ſui naturam alicuius coloris eſt, & adueniente igne efficitur luminoſus. Sic beati habent corpora colorata propter naturam quatuor elementorum, & eorũ qualitatũ, ex quibus humana corpora conſiſtunt, ſed luminoſa ſunt ratione luminis ſuperadditi. Et iterum

*D. Bonau. vbi ſupra*

Scotus



A Scotus vbi ſupra inquit, ꝙ corpora beatorum erunt clara. Claritas tamen hæc, eſt refulgentia quædam: & addit ſuper lucem & colorem ſui manifeſtationem. Pro quanto dicit perfectè manifeſtationem ſui, eo modo, quo dicitur clara lux, vel clara veritas, & clara intelligentia. Hoc ergo modo erunt clara corpora beatorum, quia habebunt perfectam manifeſtationem coloris ſui, eo quòd habebunt colorem ſui perfectè manifeſtatum, ſcilicet per totum paradiſum. Nam quilibet habebit colorem pulcherrimum ſuæ complexionis. Nec omnes habebunt eundem colorem, nec ſecũdum B eundem gradum, qui habent ſimilem colorem, eo ꝙ commenſurationes cęlorum ſequuntur commixtiones primarum qualitatum: & ſic ſecundum diuerſas complexiones habebunt varietates colorum. Quemadmodum & modo magis delectatur vnus in vno colore, quàm in alio, quia conueniens eſt ſuæ complexioni. Nec inſuper omnes erunt æquè clari etiam habentes ſimilem complexionem, ſed ſecundum merita ſua, iuxta illud Apoſtoli. 1. Corint. 15. Stella a ſtella differt in claritate. Hæc Scotus. Richar. vero vbi ſupra, addit etiam, quòd non omnes corporis partes in quo C libet Sancto erunt æqualiter claræ & coloratæ: ſed ſecundum proportionem illam, quam magis requirit corporis pulchritudo. omnia autem ſupradicta reſultant in pulchritudinem admirandam. Feſtinemus ergo ingredi hanc gloriam ſempiternam, vbi eſt certa ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iucunditas, iucunda formoſitas, formoſa ſocietas, & æterna feſtiuitas: ad quã miſericorditer nos perducat ipſe Rex gloriæ Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

*Sco. in 4. diſt. 49.*

D

---

S A B B A T O

poſt Reſurrectionem.

*De accidentali gloria, quæ eſt in Beatis.*

## Sermo LXIIII.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, Pſal. 132. Iam ad tertium Beatorum præmiũ deſcẽdamus, quod accidentalis gloria nuncupatur. Eſt enim gloria accidentalis, quæ bonum creatum habet pro obiecto: quæ

*Gloria accidentalis in Beatis.*

E ideo ſic denominatur, quia tale præmium non eſt de ratione beatitudinis animæ noſtræ, eo quòd ſine illo verè poteſt eſſe beata. Vnde Auguſt. lib. 5. Confeſſionum, inter principium, & medium de bonis creatis ad Deum loquens inquit: Beatus autem, qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat. Qui vero te, & illa nouit, non propter illa beatior, ſed propter ipſum beatus eſt. Quid autem ſit bonum illud, quod habet accidentalis gloria pro obiecto, dicendum quòd nihil aliud eſt, quàm gaudium, quod ex amore proprio, & communi, & actiuo, & paſſiuo inter Sanctos habito generatur. Et in F hac gloria conſiſtit octaua contemplatio de gloria paradiſi. Hoc igitur gaudium contemplans Propheta, quaſi inuentiuè, atque admiratiuè ait: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. In quibus verbis triplex myſterium de accidentali gloria declaratur. primum eſt glorioſæ ſingularitatis ibi, ecce quàm bonum. ſecundũ eſt glorioſæ iucunditatis ibi, & q̃ iucundum. tertium eſt glorioſæ ſocietatis ibi, habitare fratres in vnum.

*Pſal.*

### Articvlvs Primvs.

G

*De quadruplici præmio beatorum.*

PRimum myſterium eſt glorioſæ ſingularitatis: quaſi videret Propheta in ſpiritu eleuatus accidentalem gloriã beatorum, & de glorioſa ſingularitate innumerabilium Beatorum admirans ait: Ecce quàm bonum. Quatuor quidem ſunt præmia, quibus Beati in patria præmiantur. primum dicitur aurea, ſecundum aureola, tertium palma, quartum fructus.

*Quòd propter tria, gloria ſubſtantialis aurea nominatur. Cap. 1.* H

PRimum præmium dicitur aurea, & hoc eſt ſubſtantiale præmium Beatorum, id eſt, merces incorruptibilis in æterna veritate, bonitate, & maieſtate. Comparatur autem talis merces aureæ coronæ propter tria. primo propter meritum, ſecundo propter donum, tertio propter præmium. Primo propter meritum: quia ſicut corona eſt aurea; ſic tale præmium non reſpondet generi operis, ſed radici charitatis, & alijs virtutibus gratia charitatis. Nam ſi filialis

*Aurea p̃miũ ſubſtantiale.*

charitas

A charitas amittitur, illud præmium nulli datur, & hæc charitas in auro ĩcorruptibili denotatur. Secũdo propter regnum: quia ſicut debetur corona filio regis, ſic per hoc præmium ſublimantur iuſti ad hæreditatẽ ęterni Regis: quia quilibet Beatus regni cęleſtis glorioſus erit, ſicut promittit Dñs, Mat. 25. d. Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis a conſtitutione mundi. Et Apoc. c. 1. de Dño ſcriptum eſt: Primogenitus mortuorum & princeps Regũ terræ. Et Sapien. 5. Accipient, ſcilicet Sancti regnum decoris: & dyadema ſpeciei de manu Dei, quæ ſunt glorioſa cognitio omnium creatorum in lumine Dei. Pſal. In lumine tuo videbimus lumen. B Tertio propter præmium: quia ſicut in corona quantũ in ſe eſt, non eſt reperire principium neq; finem: ſic in præmio, quod Sancti conſequuntur, qui eſt Deus: non reperitur principium, neq; finis. Inſuper quia ſicut corona, quæ eſt circularis ad eundem punctum a quo incipit, terminatur: ita per ipſum præmium eſſentiale creatura rationalis primo principio coniungitur, a quo in eſſe per creationem exiuit. Et quia eſt bonum increatum, de quo percipitur iſta merces: ideo variè nominatur. Vnde nunc methaphoricè dicitur Dei aurea, B nunc pręmium ſubſtantiale, nunc præmium eſſentiale.

*Quòd propter tres virtutes aureola Beatis datur. Cap. 2.*

*Aureola quid.* SEcundum præmium aureola nominatur, de qua tria conſideremus. Primo, quid eſt aureola. Aureola ſiquidem eſt gaudium de operibus a ſe factis rationem habentis victoriæ excellẽtis. Per hoc enim apparet exterius in corpore quidam decor, qui prædictum interius gaudium, exterius declarabit, ſecundum Richar. Ex quo patet, D ꝙ aureola eſt gaudium de bonis creatis, nõ quibuſcũq;, ſed priuilegiatis priuilegio victoriæ excellentis. Dicitur autem aureola reſpectu aureæ, vocabulo diminutiuo, ad deſignandum, ꝙ eſt multo minus præmium quàm aurea. figurata autem fuit aureola, Exo. 25. vbi dicitur de tabula, quæ ponebatur ſuper archam: Facies illi labium aureum per circuitum: & ipſi labio coronam interraſilem altam quatuor digitis: ſuper illam alteram coronam aureolam. in quo ſignificatum fuit, quòd aureola eſt aliquid accidentale ſuperadditum aureæ. Hæc Richar. vbi ſupra. Secundo conſideremus, E quibus aureola datur. ſecundum enim Bonauen. Aureola eſt gloria in corruptionis ſecundum actum perfectiſſimum trium virium animæ. *Tres naturales potentiæ.* Tres quippe naturales potentiæ, ſcilicet rationalis, iraſcibilis, & concupiſcibilis in actus perfectiſſimos egrediũtur reſpectu fragilis carnis tribus virtutibus informatæ, ſcilicet prudentia, fortitudine, & temperantia. Primo quidem rationalis per prudentiam operatur actum difficillimum, quem transfigit, & exercet in carne, quæ aggrauat animam: & hoc eſt in fide, & moribus alios edocere, quod quidem officium eſt Doctorum, & Prædicatorum verorum. F Et talibus aureola præparatur, quæ eſt gloria de incorruptione doctrinæ ad alterum mente, & verbo prolatæ. De qua 1. Timoth. 20. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Deum? Nec tamen intelligendum eſt, ſecundum Doctores, quòd aureola debeatur prælatis, quibus ex officio competit prædicare, & docere, ſed quibuſcunque, qui exercent licite actum iſtum. Nam niſi prælati, quibus competit prædicare actu prædicent, aureolam minime conſequuntur: quia aureola non debetur habitui, ſed actui pugnæ, G iuxta illud Apoſtoli. 2. Tim. 2. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Secundo iraſcibilis per fortitudinem operatur actum difficillimum, quem in carnem transfigit, & exercet mediante carne: ſicut eſt ſuſtinere mortem pro iuſtitia, & pro veritate, iuxta illud Matth. 15. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et Ioan. 15. maiorem charitatem nemo hẽt. Et hoc faciunt martyres, ratione cuius debetur eis aureola martyrum. eſt nihilominus aduertendum, quòd tale martyrium ad hoc, vt aureolam conſequatur, debet habere tria. H *Verum et meritorium martyrium debet habere tria.* primo pęnam acerbam, ſecũdo cauſam iuſtam, tertio voluntatem promptam. Primo quidem debet habere pęnam acerbam: ſed ĩter oẽs illatas exterius paſſiones mors obtinet principatum: propterea dolor tactus omnibus alijs doloribus præeminentior eſt, & ideo in hoc glorioſior eſt triumphus. Secundo debet habere cauſam iuſtam, quæ eſt ipſe Chriſtus, cum martyrem faciat cauſa, non pœna. Tertio debet habere voluntatem promptam. Nam martyrio non debetur præmium ſecundũ hoc ꝙ ab exteriori infligitur, ſed ſm̄ ꝙ volũtarie ſuſtinetur: quia minimè q̃dẽ meremur, niſi



A niſi per ea, quæ intra nos ſunt, & non per ea quæ ſunt extra nos, ſicut nec vtique demeremur. Inſuper quãto id, quod quilibet uoluntariè ſuſtinet, voluntati difficilius eſt, tanto voluntas quæ propter Chriſtum patitur, in Chriſto firmior demonſtratur, & ideo excellentius pręmium ei debetur. Nec tamen intelligendum, ꝙ cicatricum decor, quæ in martyrum corporibus apparebunt, debeant aureola dici: quia quidam martyres cicatrices nõ habebunt, vt puta qui ſunt ſubmerſi, B vel famis inedia aut carceris ſqualore perempti, & iſti tamen aureolam conſequuntur. Tertio concupiſcibilis per temperantiam exercet ſuum perfectiſſimum & difficiliſſimum actum, qui eſt ſemper ſeruare carnem ſuam immaculatam, quod & virgines operantur: propterea & aureolã virginum conſequuntur. Illis tamen virginibus aureola præparatur, quæ in virginitate perpetuo perſeuerandi propoſitum habuerunt: licet hoc propoſitum fuerit interruptum. integritate carnis nihilominus rema C nente, dummodo in fine vitæ inueniatur ad primum propoſitum rediuiſſe: quia virginitas mentis vtique reparari poteſt: carnis nunquam, ſecundum Hiero. Si qua autem ſit virgo carne, nec propoſitum habuit perpetuo virginitatem ſeruare, aureolam non meretur. Non eſt dubium, quin ſit habitura ſpeciale gaudium ſuperſubſtantiale de incorruptione carnis: ſicut etiam innocentes plurimum gaudebunt, ꝙ immunes a peccato fuerunt, quamuis non habuerũt opportunitatem peccandi. *Dubitatio.* Sed quid de illa, quæ violenter oppreſſa amiſit virginitatem carnis, non mentis? Dicendum, ſecundum Richar. ꝙ talis aureolam non amittit. *Solutio.* D Propterea Beata Lucia ait: Si me inuitã violari feceris, mihi caſtitas duplicabitur ad coronam. Quod quidem non eſt intelligẽdum de aureola duplicata: ſed quia duplex præmium reportabit, vnum pro virginitate ſeruata, & aliud pro iniuria paſſa. His cõcordat Auguſt. lib. 2. de ciuitate Dei, c. 19. dicens de violenter oppreſſis. Quis ſana mente putauerit, ſe perdere pudicitiam, ſi fortè vi appræhenſa & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non ſua? Si enim hoc modo pudicitia perit, ꝑfecto pudicitia virtus animi nõ erit. Et infra, quo propoſito animi permanente, per quod ẽt corpus ſanctificari meruit. Nec ipſi corpori aufert ſanctitatem violentia libidinis alienæ, quam ſeruat perſeuerantia continentiæ ſuæ. Et infra etiam ſubdit: non amittit corporis ſanctitatem manente animæ ſanctitate & corpore oppreſſo: E ſicut amittitur corporis ſanctitas violata animæ ſanctitate, vel animi, etiam corpore intacto. Sicut enim integritatem mentis Deus reſtaurare põt mediãte mentis corruptę pęnitentia, q̃uis facere nõ poſſit q̃n fuerit corrupta, ita integritatẽ carnis reſtaurare põt, q̃uis carnis integritas ad aliud, quod eſt de eſſentia aureolæ nõ poſſit neceſſaria reputari. Tertio conſideremus, quare aureola dat̃. Vbi notandũ eſt, ꝙ dantur prædictis hæ tres F aureolæ propter tria ſigna. primo in ſignum triumphationis, ſecundo in ſignum donationis, tertio in ſignum conformationis. Primo ſiquidem dantur in ſignum triũphationis, quia iſti tres hoſtes in pugna triumphaliter proſtrauerunt, ſcilicet mundum, carnem & demonia. Martyres enim vicerunt mundum, Virgines vincunt carnem, Prædicatores vincunt diabolum, quẽ non ſolum de ſe, ſed etiam de cordibus aliorum expellunt. In horum myſterium tres habebant aureolas in veteri teſtamento, ſicut legitur Exod. 25. & 37. Altare incenſi, archa fœderis, & menſa propoſitionis. G Prima deſignat aureolam martyrum, qui corpora ſua ſub altari paſſionis immolauerunt. Secunda virginum, quia ſicut archa fœderis fuit intus & extra auro decorata, ita virginitas mentem & corpus exornat. Tertia prædicatorum, quia ſicut menſa propoſitionis, miniſtrant doctrinæ veritatis panes. Secundo in ſignum donationis, quia enim hi tres maxima Domino obtulerunt: ideo his tribus aureolis præmiantur. Primo enim martyres obtulerunt Domino ſuſtinentiam mortis per acerbam pœnam, ſecundo virgines obtulerunt carnem propriam puram & incorruptam, H tertio Prædicatores obtulerunt fidei & morum doctrinam veram. *Præmiũ ꝑdicatorum.* Tertio in ſignum conformationis: conformabũtur autem capiti ſuo Chriſto, qui fuit martyr & virgo & Doctor. Primo quidem fuit martyr, ſecundum quòd a mundo ſuſtinuit paſſionem: propterea Io. 18. c. ait: Ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: quia teſtimonium non tantum verbo, ſed mortẽ ſuſtinẽdo perhibuit. Et iterũ in eodẽ. c. ait: Confidite, ego vici mundum: ideſt impias tyrannias. Secundo fuit virgo ſm̄ ꝙ puritatem ſeruauit, vincẽdo cõcupiſcẽtias carnis, non in ſe quia eas nunq̃ potuit habere: ſed in alijs, ſicut aliquis vincit Principem, vin-

A cendo robur exercitus ſui. Tertio fuit Doctor ſm ꝙ veritatẽ mundo manifeſtauit, & per eam diabolicas fraudulentias ſuperauit in ſe & in membris ſuis. Propterea Io. 12.c. ait, Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et hi omnes, quia per conformitatem ſecuti ſunt Chrm̃ per grãm in pręſenti ſeculo: ideo per adoptionem aureolæ nunc ſequuntur illum per gloriã in cœleſti regno. Vnde Apoc. 14. ſcriptũ eſt: Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt: hi ſequuntur agnum quocunque ierit. & hoc dicit, quantum ad B virgines: hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, hoc dicit quo ad martyres. & in ore ipſorum non eſt inuentũ mẽdacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. & hoc dicit quo ad Prędicatores. Primo quo ad virgines, oñdit ꝙ habuerũt triplicẽ virginitatem, ſicut Chriſtus. ſ. corporalem, mentalem & virtualem. i. ꝓpter Deum. De his. 1. Cor. 7. Apoſtolus ait: Mulier innupta & virgo cogitat, quæ Dei ſunt, vt ſit caſta corpore & ſpiritu. Primo habuerunt virginitatem corporalem: propterea Ioan. ait: Hi ſunt, qui cum mulieribus non C ſunt coinquinati. ſ. corpore, ſed incorrupti perſeuerauerunt. Secundo habuerunt virginitatem mentalem, quæ dignior eſt quã corporalis: & de hac ſubiungit, virgines enim ſunt. ſ. mente. Quid enim prodeſt apud Deum virginitas corporis, niſi aſſit virginitas cordis? De tali corde corrupto, Eccleſiaſti. 20. c. ſcriptum eſt, Concupiſcentia ſpadonis deuirginabit iuuenculam. Spado intelligitur, qui ad coitum ineptus eſt: vnde & ſolo corpore mundum ſignificare poteſt, qui iuuenculam. i. animam ſuam per cõcupiſcentiam ex malis concupiſcentijs ꝓdeuntem corrumpit, & ſic amittitur virginitas mentis. Tertio habuerunt virginitatem virtualem: quia nec duo prædicta ha- D buerunt propter gloriam mundi, ſed vera humilitate ad gloriam Chriſti. Sicut enim virginitas eſt immunitas a pollutione hominum: ſic humilitas a pollutione demonum. Sicut enim demones miſcentur animabus, & eas corrumpunt per ſuperbiam: ſic homines corporibus, & illa corrumpũt per luxuriam. Vnde igitur hæc virginitas virtualis principaliter eſt grata Deo. Et hanc cum alijs duabus habuit Chriſtus, & veri virgines imitatores eius. Et de his ſubdit: Hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Nam ſicut agno per veram virginitatem conformes fuerunt in terris: ſic per ve-

E ram conformitatem ſequuntur illum in cęlis. Secundo quo ad martyres ſubdit: Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno. Per mortem enim a nefarijs hominibus violenter illatam a vita iſta, quæ inter homines agitur, empti. i. adempti ſunt, vt primitiæ Sanctorum ad gloriã Dei & Chri eſſe mereantur: vel empti ſunt. ſ. ad gloriã præ cæteris hominibus per ꝓcioſum ſanguinem Ieſu Chri: vt non ſolũ cõformenĩ vitæ Chri per ſimilitudinem morũ, ſed etiã morti eius per tolerantiam paſſionũ & tormentorũ. De his quidem erat, Apoſt. qui F Phil. 3. optat ſe habere iuſtitiam, quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti, ad cognoſcendum illũ & virtutem reſurrectionis eius, & configurari morti eius per ſocietatem paſſionis ipſius. Tertio quo ad Prædicatores ſubdit: Et in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium: licet enim ex corruptione naturæ oĩs homo ſit mendax, priuilegio tamẽ grãe Dei hi ſunt, qui in vita non mentiunĩ a vera iuſtitia recedendo: nec verbo mẽtiri poſſunt veritatem Chriſti negando, vel falſam doctrinam prædicando. Vnde & a cõtrario Apoſtolus Rom. 1. de quibuſdam ait: ꝙ veritatem Dei in iuſtitia detinent. Sed hi G veritatem Dei verbo & exemplo docent, iuxta illud quod Apoſtolus ait. 1. Cor. 9. c. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Vnde & beatus Ioãnes, quaſi rationem reddens, quare non mẽtiũtur in doctrina, quia. ſ. non ſunt corrupti in vita dicit: Sine enĩ macula ſunt ante thronum Dei, i. in throno iudicis aſpectu examinant ſemetipſos, vt vel maculam nõ habeãt, vel contractam mox per pœnitentiã purgent: & ſic immaculati coram iudice perſeuerent.

## Quid ſit & cui debetur palma. Cap. 3.

H Tertium præmium beatorũ multorũ dr̃ palma. Quod quidem nec radici, idest charitati, nec operi debeẽ, ſed volũtati. Tale pręmium habuit beatus Martinus, quia martyrium deſiderauit, licet opus martyrij non fuerit ſubſecutum. Propterea de ipſo Eccleſia cantat. Quem ſi gladius perſecutoris non abſtulit, tñ palmam martyrij non amiſit. Et de Beato Franciſco legiẽ, ꝙ tribus vicibus mare tranſiuit pro martyrio conſequendo: ſed quia illum Dominus reſeruauit martyrio diuini amoris,

*Palma quid.*

*B. Franciſcus ſiñ effectu ſaltem affectu fuit martyr.*

atq;



A atq; illũ ĩtẽdebat decorare ſuis ſtigmatib⁹ ſacris in memoriam ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis, ideo inter fideles vitam finire mirabiliter diſpenſauit: & tamen palmam martyrij illi ex ſingulari gratia reſeruauit. Propterea de ipſo cantat Eccleſia. O martyr deſiderio Franciſce, quanto ſtudio compatiens hunc ſequeris, quem paſſum libro reperis, quem aperuiſti.

## De triplici varietate fructuum beatorum, & quibus beatis dentur. Cap. 4.

B Qvartum præmium dicitur fructus. Et hoc ſecundum Bonauen. diuerſificatur ſecundum continentiæ diuerſitatem, quæ triplex eſt, ſcilicet cõiugalis, vidualis & virginalis. Et de his loquitur Dominus Matt. 13. ꝙ quædam ſemina ceciderunt in terram bonam & dederunt fructum, aliud cẽteſimũ, aliud ſexageſimũ, aliud trigeſimũ. Prima eſt continentia coniugalis abſtinens ab oĩ coitu illicito: huic correſpondet fructus. 30. in quo C eſt denarius, qui æterna deſignat, & ternarius, ſ. trium bonorum coniugij, videlicet prolis, fidei & ſacramenti: qui quidẽ ad denarium refertur. i. ad gloriam ſempiternam. Secunda eſt continentia vidualis abſtinens in carne corrupta ab omni coitũ reſpectu temporis & perſonæ a poſteriori tantum: cui correſpondet fructus 60. i quo eſt denarius, æterna ſignificans, & ſenarius operum, in quibus propter denarium ęternorum debent ſe viduæ exercere, ſm̃ Apoſtolum. 1. Tim. 5. Quorum primum eſt reddere vicem parentibus, ſecundum inſtare orationibus & obſecrationibus, tertiũ eſt filios educare, quartum eſt pauperes hoſpitio recipere, quintum eſt ſanctos pedes la- D uare, ſextum tribulationem ſuſtinentibus ſubminiſtrare. Tertia eſt continentia virginalis abſtinens in carne incorrupta reſpectu cuiuslibet temporis & perſonæ: cui fructus centeſimus correſpondet, qui conſtat ex denario in ſe ducto. Iſte competit virginibus, quæ in terra manentes angelicam & delectationibus ſpũalibus plenam ducunt vitam: & tamen interius ſibi vacant ꝓpter æternum bonum, quod eſt denarium in ſe ducere. Inſuper aduertendum eſt, ꝙ cum virginitas ſit in carne corruptibili perpetuæ incorruptionis, meditatio virginitatis tria dicit. Primum eſt ab omni coitu illicito, ſecundum eſt abſtinere ab omni licito,

*Cõtinẽtia triplex.*

*Prima.*

*Secunda.*

*Tertia.*

E tertium eſt integritas mentis & corporis. Quantum ad primum dicit habitũ, & huic debetur aurea: quantum ad ſecundũ dicit virtutis ſtatum, & huic correſpondet fruct⁹ centeſimus. quantum ad tertium dicit decorem, & huic correſpondet aureola. Fructus aũt in virginibus determinat ante ſe aureolam: aureola vero pręſupponit aureã: voluntati autem continendi propter Deũ debetur aurea. Sed cum additur, in carne incorrupta, ſuperadditur ei aureola, quia ſic eſt cõtinentia in ſuo ſummo. Vlterius cũ additur reſpectu cuiuslibet tẽporis & perſonæ, fructus centeſimus competit ei. F

## Articvlvs Secvndvs.

## De triplici iucunditate omnium beatorum, qua vndique lætabuntur.

Secundum myſterium accidentalis glorię beatorum eſt glorioſæ iucunditatis, ſcilicet quam habent Sãcti in patria. Et de hac pſal. ſubdit, Et quã iucundum. Iucunditatem nempe habebunt Sancti de omnibus creaturis, non ſolum de creatore. Hinc Sap. 5. c. ſcriptum eſt, Accipient. ſ. Sancti, re G gnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Dei. Diadema ſiquidem ſpeciei, ſiue regnũ decoris, nihil aliud eſt, quàm iucunde videre plenitudinem Dei vnius & trini humanitatis Chriſti rationabilium & irrationabilium, ſenſibilium & inſenſibilium. Hinc Auguſt. 6. muſicæ ait: Plenitudo nihil aliud ẽ, quàm æqualitas numeroſa: vnde vbi nõ eſt numerus, non eſt plenitudo, ſicut patet in eo, qui tñ vnum oculum habet. Similiter vbi eſt numer⁹ ſine æqualitate nõ ẽ plenitudo: ſicut patet in eo, qui habet vnũ oculum paruum, & vnũ magnum. Triplicẽ autem iucunditatem habebunt Sancti principaliter: primam ſupra ſe, ſecundam intra ſe, H tertia infra ſe.

*Diadema quid.*

## De triplici gaudio, quod habebunt Sancti ſupra ſe. Cap. 1.

Primã inquam iucunditatem Sancti habebunt ſupra ſe, ſicut Eſa. 35. teſtatur dicens: Lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ gaudiũ, & exultationem obtinebunt. Triplici nãq; lætitia iucundabuntur Sancti in patria ſupra ſe. Primo quia videbunt ſupra ſe glorioſam Chriſti animam. Secundo quia videbũt glorioſum Chriſti corpus & faciẽ. Tertio,

*De tripli ci gaudio ſctorum.*

A quia videbunt glorioſam eius vnionẽ. Primo nanque lætabunt̃, quia videbunt Chriſti animam glorioſam, ſeu ſpm̃. Vnde 1. Pe. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere ꝓpter admirandam pulcritudinem eius. O q̃ & quanta erit lætitia animarũ, videre animam redemptoris ſui. Secundo lætabunt̃, quia videbunt Chriſti corpus glorioſum & faciem. O quanta erit lætitia btõrum, cum Regem cœlorum in decore ſuo videbunt, B ſicut Eſa. 33. c. teſtatur dicẽs, Regem cęlorũ ĩ decore ſuo videbũt. Ideo glorioſam Chriſti faciem videre expectans pſalm. dicebat, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Ait enim adimplebis, quia non tantum erimus pleni, nec ſolummodo impleti, ſed adĩpleti. Nam pleni erunt Beati de gloria ꝓximorũ, impleti de propria gloria: ſed adimpleti videndo faciem Ieſu Chr̃i. Ideo inquit, Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo: nec dicit in vultu tuo, ſed cũ vultu. Angelos enim ĩpleuit in vultu, ſed hoĩes cũ vultu propter conformitatẽ hoĩs ad Chriſtum. Vnde Ioã. 16. c. Dñs diſcipulis ſuis ait: Iterũ videbo C vos, & vos me: & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Tertio lætabunt̃, quia videbunt Chr̃i vnionem glorioſam. quis enarrare poſſet gaudiũ, qđ habebunt Sancti, cum videbunt finem ſuũ ſm̃ carnem, verum Deum eſſe? quem videre ſperans Iob. 19. c. exultans ait: In carne mea videbo Deum ſaluatorem meũ. Hinc etiam Io. 10. c. Dominus ait: Ego ſum oſtiũ: per me ſi quis introierit, ſaluabitur & ingredietur & egredietur & paſcua inueniet. Quod exponens Aug. ait: Propterea Deus factus eſt homo, vt totum hoĩem in ſe glorificaret, vt ſiue ingrediatur, ſiue egrediat̃, paſcua inueniat in ſuo paſtore Chriſto. i. ſiue ingrediatur ad contemplationem diui- D nitatis, ſiue egrediatur ad contemplationẽ humanitatis, vtrobiq; & ex vtroque inexplicabilem lætitiam & gaudiũ experietur. Tria igitur prædicta ſunt iſta bona, de quibus pſal. ait: Credo videre bona Domini in terra viuentium.

*De triplici ratione, per quam Sancti gaudent intra ſe. Cap. 2.*

SEcundam iucunditatem habebunt Sancti intra ſe, & hoc triplici ratione. Primo ratione diſpoſitionis, ſecundo ratione actionis, tertio ratione dilationis. Primo nanque gaudebunt intra ſe ratione diſpoſitionis. Quilibet nanque Beatus in-

*Triplici rõne gaudebunt Sancti.*

E telliget in ſe quandam quaſi innatã & inſeparabilem diſpoſitionem, quæ poſſit corpus & aĩam in gloria ęternaliter poſſidere. Vnde propheta in perſona cuiuslibet glorioſi ait: Hæc requies mea in ſęc. ſæc. hic ha. quo. ele. eã. Secundo gaudebũt rõne actionis. Quilibet nanq; Beatus diligit ſemetipſum, quantum ſeipſum intelligit fructuoſum. ſ. quo ad aĩam & quo ad corpus. Vnde Matt. 7. Bona arbor fru. bo. fa. Et Eſa. 3. dicite iuſto, qm̃ bene: qm̃ fructum adinuentionum ſuarum comedet. Et Sap. 3. Bonorũ laborum glorioſus eſt fructus, quem. ſ. ipſe F experimentaliter guſtat. Tertio gaudebũt ratione dilationis. Sancti nanque dilatant intelligentiam ſuam per glorioſam cognitionem ad totam perpetuitatem temporis, in quo ſine fine debent gloriam poſſidere in qua quidem cognitione quis exprimere poſſet quanta gaudebunt ac dilatabunt̃ cordis iucunditate? Vnde ad quemlibet eorum Eſa. 60. c. ait, Tunc videbis & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum.

*De tribus gaudebunt Sancti infra ſe. Cap. 3.*

G TErtiam iucunditatẽ habebunt Sãcti infra ſe. De tribus enim maximè lætabuntur. Primo de liberatione Beatorum, ſecũdo de afflictione dãnatorũ, tertio de incluſione peccatorum. Primo lætabunt̃ de liberatione Btõrum. Propterea in perſona Sctõrum propheta ait: Aĩa nr̃a ſi. paſ. ere. eſt de la. venã. la. contri. eſt, & nos li. ſu. In huius myſterium. 2. Machab. 1. in ꝑſona Beatorum dictum eſt, De magnis periculis liberati magnificè gratias agimus. ſ. Deo. Secundo lætabuntur de afflictione dãnatorum. Tanta nempe erit vnio voluntatis Beatorum ad voluntatẽ Dei, ꝙ nõ pote- H runt aliud velle q̃ ipſe velit. Propterea ſimul cum ipſo congratulabuntur pulchritudini iuſtitiæ eius, ſecundum ꝙ de ipſo Prouer. j. ſcriptum eſt, Ego quoque in interitu vr̃o ridebo. Et de iuſtis Beatis dicitur, Lætabit̃ iuſtus, cum viderit vindictam. ſ. cuiuslibet damnati. Et iterum pſal. ait: Super eũ ridebunt & dicent: Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorẽ ſuum: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & pręualuit in vanitate ſua, ſed nunc premitur in iuſtitia aliena. Tertio lætabũtur de incluſione peccatorum. Nam peccata, quæ maximè hominibus nocuerunt, poſt diem iudicij in inferno, ſicut in loco proprio claudentur.

*De trib' ſancti lętabunt̃.*

ARTI-



A ARTICVLVS TERTIVS

*Quòd propter tria gaudebunt Sancti de fraterna ſocietate.*

TErtium myſterium circa accidentalem gloriam beatorum eſt glorioſæ ſocietatis. De hoc Propheta ſubdit, habitare fratres in vnum, ſcilicet ſummum bonum, quod eſt Deus. Societas ergo Beatorum congregata in vnum, propter tria inenarrabili lætitia gaudebit. Fri- B mo propter charitatem, ſecundo propter numeroſitatem, tertio propter varietatem.

*Quod inſimul gaudebunt ex mutua charitate Sancti. Cap. 1.*

PRimo gaudebunt inſimul propter charitatem. Quilibet enim beatus diliget quemcunque beatum, plus vel minus ſecundum glorioſam perfectionem actiuam & paſſiuam, quæ erit in Sancto. Propterea pſalm. ait: Vnam petij a Domino, ſcilicet vitã ęter- C nam: & tamen non determinat, quam vnã petijt, vt innuat ꝙ illud eſt oẽ bonum. Et ſubdit, hanc requiram. i. iterum atq; iterũ quæram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam voluntatem Domini. ſ. tam in ſe, quàm in ſuis beatis: & viſitem templum eius, & totam cœleſtem Hieruſalem. i. oẽs beatos. Quia ſicut idem alibi ait, tunc Dominus reuelabit condenſa. i. vmbracula myſteriorum, quæ in præſenti dicta ſunt de gloria paradiſi, manifeſta fient, & in templo eius omnes dicent gloriam, i. amor, amor, amor, in quo maximè conſiſtit gloria paradiſi.

D *Quod quilibet beatus multipliciter delectabitur in quolibet glorioſo. Cap. 2.*

SEcundo gaudebunt inſimul Sancti ꝓpter numeroſitatem. Sancti nanque dilatant ſpiritualem atque glorioſum aſpectum, ſeu intuitum ſuum ad infinitum numerum beatorum, in quibus ſuam accidentalem gloriam debent multiplicare, & ineffabiliter delectantur, ſicut ex præcedenti ſermone & vltimo articulo clareſcere poteſt.

*Gaudium ſanctorũ.*

E *Epylogus de tota ſupradicta gloria. Cap. 3.*

TErtio gaudebuut inſimul Sancti ꝓpter varietatem. Nam gaudebun æquales de gloria ęqualium, minores de gloria minorum, maiores de gloria maiorum, ſicut diffusè dictum eſt ſup. ſermo. 61. art. 3. & c. 2. Hæc igitur triplex gloria ſubſtantialis, conſubſtantialis, & accidentalis eſt, in quibus clauditur & cõſum- F matur integritas & plenitudo omnium bonorum ſpectantium ad gloriæ complementum. Qualia autem & quanta ſint illa, non verba mea, ſed glorioſi Anſelmi ponantur: ait. n. in fine Proſol. Excitare nunc aĩa mea, & erige totum intellectum, & cogita quãtum potes. Si enim ſingula prædicta delectabilia ſunt: cogita & intende, q̃ delectabile ſit iſtud bonum, & quale & quantũ ſit bonum iſtud, quod continet iucunditatem omnium bonorum: non quale in creatis rebus ſumus experti, ſed tanto differẽtius, quanto creator a creatura. Si enim bona eſt G vita creata, quantum eſt bona creatrix? Si iucunda eſt ſalus perfecta, quàm iucunda eſt ſalus, quæ facit omnem ſalutẽ? Si amabilis eſt conſcientia & ſapientia in cognitione rerum conditarum, q̃ amabilis eſt ſapiẽtia, quæ omnia cõdidit ex nihilo? Deinde ſi multæ & magnæ ſunt delectationes in rebus delectabilibus: qualis & quanta eſt delectatio in illo, qui fecit illa delectabilia? qui hoc bono fruetur, quid illi erit, & quid illi nõ erit? Certe q̃cquid volet, erit: & q̃d nolet eſſe, nõ erit. Illi quippe erũt bona corporis & aĩæ, qualia nec ocul⁹ vidit, nec auris audiuit, nec cor cogitauit. Cur ꝑ multa vagaris, homuncio, q̃rendo bona aĩæ tuæ, & corporis tui? Ama vnũ bonũ, ĩ quo sũt oĩa: & ſufficit. Deſidera vnũ ſummũ bonũ, H quod eſt oẽ bonum: & ſatis eſt. Quid enĩ deſideras caro mea? ibi eſt quicquid amas, q̃cquid deſideras. Si delectat pulchritudo: fulgebũt iuſti, ſicut ſol. Si velocitas aut fortitudo aut libertas corporis tui, vt nihil obſiſtere poſſit, erunt ſimiles angeli Dei, quia ſeminatur corpus animale, & reſurget corpus ſpũale, ꝑtãte vtiq; non natura. Si lõga & ſalubris vita, ibi eſt ſana æternitas, & æterna ſanitas, quia iuſti in perpetuũ viuent & ſalus iuſtorum a Dño. Si ſatietas, ſatiabũtur cum apparuerit gloria Dei. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi Angelorum chori concinunt, ſine fine Deum laudantes. Si q̃libet

*Pulchra cõparõ.*

A non immunda,ſed munda voluptas,de tor
rente voluptatis tuæ potabis eos. *Si ſapiē-
tia*, ipſe Deus ſapientia ſe oſtendet eis. Si
amicitia,diligent Deum pluſquam ſeipſos,
& inuicem tāquam ſeipſos , quia illi illum,
& ſe inuicem per illū , & ille ſe & illos per
ſeipſum. Si concordia , oībus illis erit vna
voluntas: quia nulla erit eis,niſi Dei volū-
tas. *Si poteſtas*, omnipotentes erūnt ſuæ vo
luntatis,ſicut Deus ſuæ. Nam ſicut poterit
Deus quod volet per ſeipſum : ita poterūt
illi per illum,quod volent:quia ſicut illi nō
*Perpēde.* aliud volent q̃ ꝙ ille: ſic ipſe volet quicqđ
B illi volent:& quod ipſe volet , non poterit
non eſſe.Si honor & *diuitiæ*,Deus ſuos ſer
uos bonos & fideles ſupra multa cōſtituet:
immo filij Dei & Dij vocabuntur & erunt,
& ibi erit filius eius , ibi erunt & illi hæ-
redes quidem Dei,cohæredes autem Chri
ſti. Si vera ſecuritas,certè ita certi erunt,vt
nunquam & nullatenus iſta vel potius il-
lud bonum defuturum putent : ſicut certi
erunt ſe non ſua ſponte illud amiſſuros,
C nec dilectiorem Deum illud dilectorib⁹ſuis
īuitis ablaturū.nec aliqđ Deo potētius inui
tos Deum & illos ſeparaturum:Gaudiū ve
ro quale erit,aut quantum , vbi tale ac tan-
tum bonū,cor humanum,cor indigēs , cor
expertum erumnas , immo erutum erum
nis. quantum gauderes , ſi his omnibus a-
bundares : interroga intima tua , ſi capere
poſſunt gaudium ſuum de tāta beatitudine
ſua:Sed certè ſi quis alius quem omnino
ſicut teipſum diligeres eandem beatitudi-
nem haberet , duplicaretur gaudium tuū:
quia non minus gauderes pro eo,q̃ pro te-
ipſo.Si vero duo vel plures idipſum habe-
D rent:tantundem pro ſingulis , quantū pro
teipſo gauderes , ſi ſingulos ſicut teipſum
amares.Ergo in illa ꝑfecta charitate īnume
rabilium angelorū & hominum beatorum,
vbi nullus minus, q̃ ſeipſum diligit,non ali
ter gaudebit quiſque pro ſingulis, q̃ pro ſe
ipſo.Si ergo cor hominis de tanto ſuo bo-
no vix capiet ſuum gaudium,qūo capax e-
rit tot & tantorum gaudiorum? Et vtique,
quia quanto quis diligit aliquem,tanto de
eius bono gaudet: ſicut in ipſa perfecta fe-
licitate vnuſquiſque plus amabit ſine com
paratione Deum, q̃ ſe & alios ſecū:ita gau-
debit plus abſque æſtimatione de felicita-
te Dei , quàm de ſua & omnium aliorum
ſecum:ſed ſi Deū ſic diligerēt toto corde,
tota mente, tota aīa , vt tamen totum cor,
tota mens, tota anima nō ſufficiat digni-
tati dilectionis: profecto ſic gaudebunt to
to corde, tota mente , tota anima vt totum E
cor,tota mens,tota anima non ſufficiat ple
nitudini gaudij.Nondum ergo Domine co
gnoui , aut dixi , quantum gaudebunt il-
li beati tui : vtique tantum gaudebunt,
quantum amabunt:tantum amabunt, quā-
tum cognoſcent:quantum cognoſcent te,
& quantum amabunt te: Certè nec oculus
vidit, nec auris audiuit , nec in cor homi-
nis aſcendit in hac vita, quantum te cogno
ſcent & amabunt in illa vita . Oro Deus,
vt cognoſcam te,amem te, et gaudeam de
te: & ſi non poſſum ad plenum in hac vita
vtinā vel perficiam indies vſq; dū veniat il
lud ad plenum proficiat hic in me tui noti
tia & ibi fiat plena. Creſcat amor tuus &
ibi ſit plenus vt hic gaudium meum ſit in
ſpe magnum & ibi ſit in te plenum p̃ueni
Dñe per filiū tuū ideo immo conſulis pete
re & promittis accipere vt gaudium no-
ſtrum plenum ſit,Deus verax:Peto Domi-
ne, quod per admirabilem conſiliariū no-
ſtrum conſulis accipiam,quod promittis ꝑ
veritatem tuam gaudium meum plenum
ſit. Meditetur interim mens mea, loquatur
inde lingua mea,amet illud cor meum,ſer
mocinetur os meum , eſuriat illud anima
mea, deſideret tota ſubſtantia mea, donec
intrem in gaudium Domini mei,qui eſt tri G
nus & vnus Deus benedictus & benedici-
bilis in ſæcula ſæculorum, Amen.

---

## DOMINICA IN octaua Reſurrectionis de mane.

*Quæ erunt exercitia beatorum.* H

## Sermo LXV.

*EXultabunt Sancti in gloria,lætabun-
tur in cubilibus ſuis , exultationes
Dei in gutture eorum. Pſal. 149.* *Pſal.149*
Iam contemplari licet , quid
factura ſit, & in quibus ex-
ercitijs ſe occupabit illa glorioſa ſocietas
beatorum.Et ne in hac nona contemplatio
ne de gratia paradiſi vagemur incerti,Prō-
pheta hic manifeſtat dicens: Exultabūt San
cti in gloria:lætab.in cub.ſu.exulta. Dei in
gutt.eorum. In quibus ſacratiſſimis verbis
oſtendit Propheta tria myſtica exercitia ,
in quibus glorioſi ſemper occupabuntur.
Primum eſt tripudiare , ſeu exultare , ſiue





A chorizare,ibi, Exultabunt Sancti in gloria.
ſecundum eſt ſonare ibi,lætabuntur in cu-
*Exercitia btōrum.* bilibus ſuis.tertium eſt cātare ibi,exultatio
nes Dei in gutture eorum. Quæ tria exerci
tia Apoc.15. ponuntur,vbi dicitur: Viditā
quam mare vitreum mixtū igne,& os,qui
vicerunt beſtiam, & imaginem eius, & nu
merum nominis eius,ſtantes ſupra mare vi
treum.Et hoc tripudium eſt. Habentes cy-
tharas dicentes,Hic eſt ſonus. Et cantantes
canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum a-
gni dicentes, magna & mirabilia ſunt o-
pera tua Domine Deus omnipotens : iuſtæ
& veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſeculorum. Et
B hic eſt cantus.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Quòd Sancti in gloria tripudiabunt & exultabunt.*

PRimum myſticum exercitiū bea
torum erit exultare , ſeu tripu-
diare,ſiue chorizare:quia exul-
tabunt Sancti in gloria.Exulta-
C re autem nihil aliud eſt, q̃ gaudium , quod
eſt in mente,extra per manifeſta ſigna cor-
poris demonſtrare.Tria autem maximè ne
*Exultare quid.* ceſſaria ſunt ad tripudium,ſeu chorum. Pri
mum eſt conueniens locus, ſecundum con
ueniens cauſa, tertium conueniens ꝑſona.

*De quadruplici natura loci, in quo beati in gloria exultabunt. Cap.1.*

PRimo quidem neceſſarium eſt ad
tripudium , ſeu chorum conue-
niēs locus. Quatuor cōditiones
debet habere locus , vt tripudio
*Ad tripudiū primo cōueniēs eſt locus.* conueniens ſit & aptus, ſeu vt manſio ſit.
Primo ampla,ſecundo ſpatioſa,tertio lumi
noſa,quarta firma,ſeu duratiua:quæ oīa ha
bet manſio beatorū & ciuitas ſummi Dei.
D Primo quidem eſt ampla. Sicut enim inqt
Apoſtol.ad Ro.1.c. Inuiſibilia enim Dei a
creatura mundi per ea,quæ facta ſunt,intel
lecta conſpiciuntur. Si quis enim per hæc
viſibilia conſiderare cupit locū inuiſibilis
paradiſi Dei , conſideret magnitudinē ter-
ræ,quia maior in decuplo eſt aqua : aer de-
cies eſt maior q̃ aqua: Ignis decies ē maior
q̃ aer: Sphera lunæ in decuplo ſuꝑat ignē:
Mercurius in decuplo ī ſphera ſua ſuꝑat lu-
nam:Venus tantūdem ſuperat Mercurium:
Sol tantundē ſuperat venerē:Mars tantūdē
ſuperat Solem:Iupiter tantundem ſuperat E
Martē: Saturnus tantundē ſuperat Iouem:
Cælum ſyderium tantundem ſuperat Sa-
turnum:Cęlum chryſtallinū tantundē ſupe
rat ſtellatū : Et cœlum empyreū tantūdem
chryſtallinum. Nunc autē conſidera magni
tudinem loci, & latitudinē paradiſi.Propte
rea Baruch.3.c.admiranter ait: O Iſrael , q̃
magna eſt domus Dei & ingens locus poſ
ſeſſionis eius: magnus & non habet cōſum
mationem.Tantæ nanq; magnitudinis eſt,
ꝙ a nullo circundatur,niſi a ſolo Deo. Vn- F
de Eccleſiaſti.24.c.ait ſapientia Dei: Girum
cœli circumiui ſola,quod verificari nō po-
teſt de aliquo alio cœlo: quia nullum eorū
a ſolo Deo circundat̃ , ſed ab vno oīa conti
nentur : habet enim integritatē perfectam.
Vide igitur, q̃ ampla ſit habitatio Beatorū:
ſed de hoc,ſup.ſermo.41.art.1.c.1.latius di
ctum eſt. Secundo autem eſt ſpatioſa. Quā
ta autem ſit pulchritudo cœleſtis Hieruſa-
lem,quis exprimere poſſet? Cum enī crea-
uerit vniuerſum quaſi palatium,ſeu domi-
cilium ſuum,ſm̃ ꝙ conueniebat magnificē
tiæ,ſapientiæ & clementiæ ſuæ:& dilecti fi G
lij ſui ac ſponſæ & fœminæ ſuæ hunc mun
dum & terram oībus inferiorem cōſtituit
quaſi ſtabulum pro animalibus ſuis.i.ꝓ ho
minibus,vt ibi humiliati ſub manu potētis
Dei in fine exultarentur ad cubiculū ſum-
mi Regis. Propterea pſal.ait:Animalia tua,
ideſt humanum genus , habitaculū in ea.ſ.
terra,paraſti in dulcedine tua pauperi De⁹,
ideſt paradiſum, quē ſolum eis, qui affectu
terrenorum priuati ſunt , Dñs præparauit.
Vnde Matt.5.c.ipſe ait:Beati pauperes ſpū,
qm̄ ipſorum eſt regnum cœlorum. Si igit̃
tanta pulchritudine fulget ſtabulum Dei.ſ.
figura huius mundi,qui tranſit: quanta pul H
chritudine fulgere debet thalamus ſummi
Regis,qui permanet in æternum.Conſide- *Aſcendē dū eſt per creaturas mūdi veluti per ſchalam.*
ra pulchritudinem mūdi, & aſcēde per gra
dus prænumeratos vſque ad empyreū cœ-
lum:& ſm̃ quemlibet gradū elementorum
planetarum atq; cœlum imaginare ſm̃ Do
ctores pulchriorem & nobiliorem naturā
in decuplo & miraberis pulchritudinē pa-
radiſi,ita vt ſi nobilis eſt terra , in decuplo
nobilior eſt aqua : & plus aqua in decuplo
nobilior eſt aer:& ſic de ſingulis vſque ad
empyreū cœlum.Vnde Eccleſiaſti.43.c.Al-
titudinis firmamentū pulchritudo eius eſt
ſpēs cœli in viſione gloriæ. Et iterū pſalm.
inquit: Quam dilecta tabernacula tua Dñe
virtutum:concu. & deficit aīa mea in atria
Dñi:ſed de hoc ſermo.41.dictū eſt. Tertio

A eſt luminoſa. Tanti vtiq; ſplendoris empy-
reum cœlum eſt, ꝙ ſi omnes firmamenti
ſtellæ haberent lucẽ, nihil eſſet in compara
tione luciditatis illius: quia ſicut in ſermo-
ne de anima prædictum eſt, habet ſplendo-
rem & quaſi dotes glorioſi corporis. Adda
tur, ꝙ non tantum ibi erit lux beatorũ cor-
porũ atq; Virginis matris Dei, ſed etiã ful
gidiſſimum corpus & anima Dñi noſtri Ie-
ſu Chriſti. Vnde Apoc. 21. c. ſcriptum eſt:
Ciuitas illa non eget ſole, neq; luna, vt lu-
B ceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit
eam, & lucerna eius eſt agnus. Propterea
anima ſapientia Dei plena, Sap. 7. c. ait. Su-
per ſalutem & pulchritudinẽ dilexi eam: &
ꝓpoſui pro luce habere illam. Quarto autẽ
ẽ firma atq; duratura, ꝗ æterna. Vnde pſal.
ait: Regnum tuum, Regnum oĩum ſeculo-
rũ: & dñatio tua in omni generatione & ge
nerationem. Et Dan. 7. Poteſtas eius, p̄tãs
æterna, quæ non auferẽt: & regnum eius,
quod non corrumpeẽ. Propterea pſal. ait:
Vnam petij a dño, hãc requi. vt inha. in do.
Domini om. die. vi. meæ. Et huius deſiderij
C alibi rationem aſſignat, quia glorioſa dicta
ſunt de te ciuitas Dei. Nec mirum, ſi ꝓpter
hæc quatuor ſupradicta tale regnum p̄cio
a Domino vendaẽ caro. Solet etiam a iuſtis
venditoribus quę cara ſunt carè vendi. Nec
etiam quiſquam amicus Dei potuit illud e-
mere abſque precio magno. Nam & Pe-
trus illud emit ſupplicio crucis: Paulus am
putatione capitis: Bartholomæus decoria-
tione pellis: Laurentius craticulæ ſuppli-
cijs: & ſic de alijs conſimilibus multis, ſi-
cut narrat Apoſtolus. 11. c. ad Heb. & Act.
14. Per multas tribulationes oportet nos
introire in regnum cœlorum: immo vt for
tius dicam, non potuit ſufficere precium
cuiuſcunque ementis, niſi filius Dei per
ſupplicium crucis precium integraſſet: ꝗ
D ſicut Paulus 8. ad Roman. teſtatur, non
ſunt condignæ paſſiones huius temporis
ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in no
bis. Hæc quatuor eſſe in loco beatorum a
Ioanne in præallegata figura myſticè ex-
primuntur. Primo enim latitudinem ex-
primit dicens, Vidi tanquam mare. Mare ſi
quidem latum eſt, & latitudinem exprimit
paradiſi. Secundo durabilitatem in vitro
monſtrat, quia vidit tanquam mare vitreũ:
ſed duo reliqua, ſcilicet pulchritudo, atque
luciditas, inſinuantur, cum additur, mixtũ
igne: quia ignis eſt pulcher, & luminoſus
eſſe dinoſcitur.

*Simile,* (margin at C)

## *Quod propter quatuor cauſas Sancti in gloria exultabunt. Cap. 2.* E

SEcundo quidem neceſſarium eſt ad tri
pudium, ſeu chorum conueniens cau-
ſa. Quatuor cauſæ ſunt, quæ maximè
conueniunt tripudio, ſeu choro. Prima eſt
iucunditas, ſecunda tranquillitas, tertia ſa-
tietas, quarta ebrietas, quæ omnia Sãctiſſi
mè & perfectiſſimè conſummabuntur in
beatis. Primo erit ibi iucunditas, ſ. ex viſio
ne ſummi Dei & animæ & corporis Ieſu
Chriſti. Propterea Ioan. 16. diſcipulis ſuis
ait: Iterum videbo vos, & gaudebit cor ve
ſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet a
vobis. Et iterum propheta ait: Lætitia ſem- F
piterna ſuper capita eorum, gaudium &
exultationem obtinebunt. Et iterum alibi
dicit, Et anima mea cognoſcet nimis. Secũ
do ibi erit tranquillitas, videlicet ex poſſeſ
ſione Dei. Vnde Apocal. 14. Amodo iam
dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus
ſuis, vt quilibet dicere poſſit illud Eccleſia-
ſti. 51. Modicum laboraui, & inueni mihi
multam requiem. Et iterum pſal. ait, In pa-
ce in idipſum dor. & req. Et Eſa. 32. Sedebit
populus meus in pulchritudine pacis. Ter-
tio erit ibi ſatietas ex fruitione, ſiue ex di-
uina dilectione. Vnde Luc. 22. c. Saluator
ait: Ecce diſpono vobis regnum, ſicut diſpo G
ſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper
menſam meam. Non eſt tamen hæc menſa
materialis, ſed ſpũalis: in qua tot ſunt fer-
cula, quot rerum omnium relucẽt in diui-
na ſapientia rationes. De hac mẽſa Proue.
9. cap. ſcriptum eſt, Sapientia ædificauit ſibi
domum, ſcilicet, quando aſſumpſit huma-
nam carnem: excidit columnas ſeptem, ſ.
quando roborauit eccleſiam per ſpũm ſe-
ptiformem: poſuit menſam, quando ratio-
nes æternas omnium in regno ſuo animæ
regnanti præparauit & poſuit contemplã-
das. Hæc eſt menſa, ſuper quã in gloria aĩa H
ſatiatur: ſicut de ſe propheta ait, Satiabor
cum apparuerit gloria tua. Quarto erit e-
brietas, ſcilicet ex immenſa delectatione.
Propterea pſal. ait: Inebriabuntur ab vber-
tate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę
potabis eos. Hæc quatuor futura eſſe in
beatis a Ioanne in myſterio demonſtran-
tur. Nam primo iucunditas viſionis in lu-
cido vitro, ſecundo tranquillitas poſſeſſio-
nis in permanentia vitri, tertio ſatietas frui
tionis in latitudine maris, quarto ebrie-
tas delectationis, ſeu dilectionis in mix-
to igne ſignificatur.

Quod

*Quatuor cauſã gaudij btõrũ.*



## A *Quod quatuor habebunt Sancti, quæ ad bene exultandum neceſſaria ſunt. Cap. 3.*

TErtio eſt neceſſarium ad tripudium,
ſeu chorum conueniens perſona.
Quatuor cõditiones circa tripudian
di artem neceſſariæ, ſunt perſonæ ad iucun-
dũ tripudiũ exercendũ. Prima eſt corporis
formoſitas, ſecunda corporis fortitudo,
ſeu vigoroſitas; tertia eſt corporis leuitas,
quarta eſt corporis ornatꝰ: quæ oĩa perfecte
ſunt in Beatis. Primo eſt in eis formoſitas.
Vnde Mat. 22. c. Dominus ait de Beatis, quia
B erunt ſicut Angeli Dei. Secundo in eis eſt
vigoroſitas. Vnde 1. Cor. 15. Seminatur in
corruptione, reſurget in incorruptione.
Tertio eſt in eis leuitas: Ideo ad Rom. 8. c.
Apoſtolus ait: Ipſa creatura liberabitur a
corruptionis ſeruitute in libertatem filiorũ
Dei. Quarto eſt in eis ornatus. Vnde ad Phi
lip. 3. Apoſt. ait: Saluatorẽ expectamus Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui refor
mabit corpus humilitatis noſtræ, configura
tum corpori claritatis ſuæ. Hæc quatuor o-
ſtendit Ioannes Sãctos in gloria habituros.
Et de hoc ſubdit: Et eos, qui vicerũt beſtiã,
& imaginẽ eius, & numerum nominis eiꝰ,
C ſupra mare vitreum. Omnes quippe impu-
gnationes diaboli, mundi, & carnis, ad tria
potiſſime reducuntur. ſ. ad violentias, blan-
ditias, & malitias. Et quilibet iſtorum trium
inimicorum noſtrorum his tribus animas
iuſtorum expugnare non ceſſant. Sed per
Dei gratiam, & per merita Ieſu Chriſti om-
nes Beati de his omnibus ſemper glorioſè
triumphauerunt. Nam quia expugnauerunt
inimicorum ſuorum potentias, vicerunt be
ſtiam, ideſt violentam crudelitatem eorum.
Quia autem triumphauerunt de eorũ blan-
ditijs, vicerunt imaginem eius, quæ pulchri
tudinem præfigurat. Quia debellauerũt eo-
D rum malitias, vicerunt numerum nominis
eius. In numero autem notitia denotatur,
ꝑꝑ quæ oĩa ſtant ſupra mare, quia immobi
liter in ſubſtantiali, conſubſtantiali, & acci-
dentali gloria perſeuerant: vnde ad tripu-
dium apti redduntur.

*Quatuor conditiones Sãctorum circa artem tripudiãdi.*

### ARTICVLVS SECVNDVS

### *Quod omnes Sancti erunt in gloria, maxime propter quatuor, perfectiſſimi cythąredi.*

SEcundum myſticum exercitium Beato-
rum erit ſonare. Et de hoc Pſal. inquit:
Lętabuntur in cubilibus ſuis. Cubiculũ qui E
dem aĩę quodammodo corpus eſt. Lętabun
tur ergo Sancti in cubilibus ſuis, cũ in pro-
prijs corporibus de adepta gloria exultabũt
& gloriã quã conſequuntur a Deo proprijs
corporibꝰ cõicabũt. Ex quo ipſi ſpiritus Bea
torũ erunt pulſatores: & corpora eorũ in-
ſtrumenta illorũ, atq; eorũ pulſatio ſuæ glo
riæ cõicatio erit. Et de hoc ẽt Io. ait: Habẽtes
cytharas Dei. Cytharæ quidẽ Dei, ꝗd aliud
indicant, q̃ corpora Beatorũ? Quorũ quędã
ſunt abſtinẽtijs & pęnitentijs caſtigata, ſi-
cut in Confeſſoribꝰ. Quędã ſunt ẽt diuerſis
pęnis attrita, ſicut patet in Martyribus. Ex
duobus. n. cythara ordinatur. ſ. ex ligno, q̃d F
ex interiori parte vacuũ eſt: & ex chordis,
q̃ de viſceribꝰ aĩaliũ fiunt. Harũ cythararum
cytharedi, ſicuti dictũ eſt, ſunt ipſi ſpiritus
Beatorũ, ꝗ varios exultationis ſonos ĩ ſub-
ditis ſibi corporibꝰ efficiunt. Vnde quãta in
corporibus ꝑꝑ Deũ afflictis ad tẽpus fue-
rat durior amaritudo ſuppliciorũ: tãta ĩ eis
in æternũ redundabit dulcedo pręmiorũ &
gaudiorũ. Vnde 3. Reg. 10. c. in myſteriũ ſcri
ptũ eſt, ꝙ Rex Salomon de lignis thynijs, q̃
attulit Regina Saba, fecit lyras & cytharas
cãtoribus domus Dei. Quid per Reginã Sa
bã, niſi Eccleſia Sancta deſignaẽ, quæ quoti-
die ſtat in exercitu & pugna contra diabolũ G
& malitiã eius? Hæc aũt affert Salomoni. i.
Regi pacifico Chriſto, ligna thyna, hoc eſt
Sanctorũ corpora diuerſis laboribꝰ & pęnis
attrita. Thyna ſiquidẽ humilia, vel reſpõdẽ-
tia interpretanẽ. Vnde per illa Sanctorũ cor
pora merito deſignanẽ, cũ ꝑꝑ Chriſtũ vſque
ad puluerẽ humilia ꝑſeuerẽt, atq; tãtę ſubie
ctionis ignominiæ r̃ndet eis gloria retribu-
tionis æternę. Vñ & Chriſtus de his lignis
cantoribꝰ domus Dñi cytharas fecit, cũ glo
riã ſpirituũ fecit ĩ eorũ corpora redũdare, vt
corporũ gloria r̃ndeat foris beatitudini, q̃
ſpiritus intus hñt & gaudiũ ſpiritus in cor
pora de ſua felicitate redũdet, quẽadmodũ
ex gaudio mẽtis vultus alacritatẽ oñdit: ſi- H
cut & cytharedo ſonus chordarũ ꝑ attactũ
eius ĩ cythara cõprehẽdiẽ reboare. Quatuor
ſiquidẽ circa artẽ ſonãdi ſunt, q̃ requirũtur
ad bene ſonandũ. Primũ eſt manus leuitas,
ſecundum eſt manus infatigabilitas: & hæc
duo prima pertinent ad ſonantes. tertiũ eſt
inſtr̃m bonũ, quartũ eſt inſtr̃m bene tempe-
ratũ: & pertinent hæc ad inſtrumenta, quæ
omnia ſunt perfectiſſime in Beatis. Primo
ꝗdẽ ipſi ſpiritus Beatorũ, ꝗ ſunt ſonatores
corporũ ꝓpriorũ, hñt leuiſſimas manꝰ: ñ tñ
ex ꝓpria ſui natura, verũetiã ꝗ promptiſ-
ſimi

*Quõ ſpiritus beatorum erũt pulſatores*

*Quatuor circa artẽ ſonãdi cõditiones.*

A ſimi ſunt ad tendendum in Deum, vt non ſolum ex hoc fiant quodammodo leuiores in ſe, verumetiam ſicut ſuperius dictum eſt, ſub rectis operibus hanc leuitatem per dotem agilitatis impartiantur. Secundo ipſi ſpiritus ad ſonandum habent infatigabiles manus, cum adhæreant infatigabili Deo. Et ex hoc non tantum ipſi ſpiritus infatigabiles fiunt, verumetiam infatigabilitatem & impaſſibilitatem communicant corporibus ſuis. Vnde de his duobus ſimul Eſa. 40. ſcriptum eſt: Mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, vt aquilæ, volabunt & non deficiēt. Tertio habebunt tales ſpiritus optima inſtrumenta. i. corpora ſua beata & glorificata. B Quarto habebunt inſtrumenta ſua bene temperata, quia erunt corpora eorū in gloria conſummata, ita quod nulla intemperie poterunt variari.

### ARTICVLVS TERTIVS.

### *De triplici cantu, & diuerſis laudibus omnium beatorum.*

TErtium exercitium myſticum Beatorum erit cantare & Deum laudare. C Et de hoc Pſal. ſubdit, Exultationes Dei in gutture eorum. Secundum enim ꝙ glo. ſuper hæc verba ait, quod in patria erit ſonus, quia ibi erit laus vocalis, & immutabit auditum non facta aliqua mutatione naturali & materiali in auditu, nec in medio, & generabitur in ipſo medio abſq; materiali paſſibilitate, vel in aere in loco formationis vocis reſeruato, qui ibi incorruptibiliter permanebit. Vel ſecundum opi. Rich. in 4. diſt. 89. dici poteſt, quod partes empyrei cœli diuidi poſſunt a ſe inuicem, & iterum reuniri, ſicut conſpicimus in partibus aeris fieri. Poteſt etiam ſecundum ſui partes mo D ueri tremoris motu, & pati illa paſſione, quæ neceſſaria eſt ad vocis formationem & inſpirationem. Cum enim hic motus ſit vocalis, dicunt quidam quod erit in Beatis. vnde ita ſe habebit illud corpus ad corpora Beatorum, ſicut aer ad corpora corruptibilia: & cœlum aqueum in ſe habebit ad eos aliquo modo, ſicut ad nos ſe habet terra: quo ad hoc, quod habebunt pedes ſuos ſuper connexitatem illius, quamuis quandocunque placebit eis, ita ſe ſine difficultate eleuare poterunt, vt illud non tangant. Et cum illud corpus incorruptibilis ſit naturę, ſicut. n. in cœlo ſtellato eſt ſoliditas & firmitas, vt diuidi partes eius non poſſint ab inuicem virtute creata, quæ tamen ſoliditas E & firmitas creatæ nō ſunt propter quatuor contrarias qualitates, quę ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, ſic qualitas, per quam cœlum empyreum eſt penetrabile, & prædicto modo paſſibile non eſt aliqua de qualitatibus antedictis, nec per aliquam illarum quomodolibet creatam. Dicit ergo Propheta, Exultationes Dei. i. de magnificentia Dei in gutture eorum. Triplex tamen eſt Beatorum cantus in glorioſo regno. Primus eſt generalis, ſecundus eſt vocalis, tertius eſt mentalis, ſiue intellectualis.

*An motus vocalis ſit in beatis.*

*Triplex beatorum cantus in patria.*

### *De tenore & diſcantu generalis cantus Sanctorum. Cap. 1.*

F PRimus autem cantus erit generalis, quia ab omnibus ſaluatis generaliter fiet. Et de hoc beatus Ioannes ſubdit, Et cantantes canticum Moyſi ſerui Dei & canticum agni. In quo oſtendit, quod in Beatorum cantu erit tenor & diſcantus. Primus erit tenor liberationis, ſecundus erit diſcantus glorificationis. Primus, quia erunt liberati ab omni malo. ſecundus, quia erunt confirmati in omni bono. Primus erit cantus liberationis ab omni malo, & hic eſt tenor. G Laudabunt quidem ſummum opificem, quia liberauit eos de inſidijs diaboli, & malitijs peccati: de laqueis ſeculi, atq; de pęnis inferni. Et de hoc cantu ſubditur, Et cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, vt myſtice demonſtretur, quod ſicut per manum Moyſi eductus eſt de Ægypto populus Dei: ſic per meritum Chriſti eductus eſt populus Beatorū de tenebris huius vitæ, & de periculis aduerſariorum ſuorum, vt merito cātare poſſit populus iam beatus, quod cantauit populus Dei a populo Ægyptiaco & Pharaonico liberatus: H & dicat illud Apoc. 15. Cantemus Domino. glorioſè enim honorificat⁹, equum & aſcenſorem proiecit in mare. Et iterum in eorum perſona Pſal. cantat di. Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cęlum & terram. Secundus erit cātus glorificationis. ſ. in omni bono. Et hic diſcantus, quia conſiderabunt gloriam ſempiternam, quam per meritum agni adepti erunt, tam in anima videndo, poſſidendo, & dili-

*Tenor in cantu beatorum.*



A diligendo Deum: quam in corpore lucido impaſſibili, ſubtili, & agili: quam etiam in viſione, & conſortio corporis Chriſti glorioſi, & beatæ Virginis Mariæ, & omnium Beatorum. Et de hoc Ioannes ſubdit, Et canticum agni. ſ. cātabunt agno Dei Ieſu Chriſto omnem conſecutam gloriam appropriantes.

### *De vocali laude beatorum, & quod de quatuor maxime, glorificabunt Deum. Cap. 2.*

*Cãtus vocalis.*

B SEcundus autem cãtus erit vocalis, quia exultando cantabunt de gloria magnificentiæ magni Dei, & de exceſſu ſalutis ſuæ. Ad bene canendum vltra ipſam artem, quatuor requiruntur. Primo vox bona, ſecundo vox pulchra, tertio vox alta, quarto vox infima: quæ omnia in Beatis perfecta erunt. Corporali igitur voce glorificabunt, laudabunt & magnificabunt Deum. Propterea dicent, magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: Iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Rex ſeculorum. vbi oſtenditur, quod magnificabunt Deum de quatuor magnificentijs ſuis. Primo de poten- C tia, ideo dicent, Magna ſunt opera tua Domine Deus omnipotens. Nihil vtiq; maius, quantum ad potentiam, quam triumphare de illo, cuius poteſtati nihil comparabile eſt in terra, qui vtique diabolūs eſt: de quo Iob 40. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. Magna etiam ſunt in liberatione potenti ab omnibus alijs aduerſarijs ſuis. Magna etiam ſunt, quia vtiq; Pſal. teſtatur, Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit, Dominus in cęlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Secundo magnificabūt eum de ſapientia, quia omnia quæ vult diſpenſat: vnde dicent, & mirabilia. nihil vti- D que mirabilius etiam eſt, quam de operibus diaboli & miniſtrorū ei⁹ ſic mirabiliter diſpenſare, vt licet plurimæ factæ ſint, tamen contra eos vertitur ꝙcquid pro ſe facere arbitrantur. Propterea de tali mirabili diſpenſatione, Eccleſiaſt. 5. c. ait. Excelſo excelſior alius eſt. ſ. diabolus: per potentiam, & ſcientiam, quolibet miniſtro ſuo. Et ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij. ſ. Angeli glorioſi, qui bene diſpenſant de eorum operibus malis. Quantum vero ad vniuerſale dominium ipſius Dei, quo omnia per omnipotentiam regit, & mirabiliter per ſapientiam diſpenſat, commode ſubinfertur: Et inſuper vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruiē- E ti. i. creaturæ ſuæ, quę ſibi ad voluntatem ſeruit, vel ipſe iuxta voluntatem ſuam de illa diſpenſat. Tertio magnificabunt de iuſtitia, qua omnem inæqualitatem & iniuſtitiam ab eis tollit. Vnde ſubditur, Iuſtæ ſunt viæ tuæ Rex Domine ſeculorum. Quarto magnificabunt Deum de miſericordia. Vnde ſubditur, Et verę ſunt. ſ. per miſericordiam, qua in ſe ſperantibus ſemper aſſiſtit. Vnde etiam Pſal. ait: Rectus eſt Dominus Deus verè, & nō eſt iniquitas in eo. Hæc quidem quatuor magnificentiæ Dei maxime apparebunt in opere redemptionis humanæ. Primo enim, quid ſapientius quam huma- F næ redemptionis viam inuenire, quæ impoſſibilis erat ex parte creaturæ, quæ non ſufficit ad redimendum? Impoſſibilis etiam erat ex parte Dei, qui inhabilis erat ad moriendum. Quæ etiam ſapientia maior, quā duo maxime diſtantia in vnius perſonę ſimplicitate ſine compoſitione copulare? Secūdo, quid potētius quam mortale & immortale vnum facere, ſicut Pſal. ait, ſimul in vnū diues & pauper. ſ. per diuinam potentiam copulati ſunt? Tertio, quæ iuſtitia maior, atque rigidior, quam ne iniuſtitia multa eſſet, iuſtum filium tradere mortis ſupplicio? G Quarto, quę miſericordia leuior, quam vt ſeruis ſuis parceret filium proprium ſupplicio cruciare? O immenſitas miſericordiæ Dei.

### *De intellectuali cantu beatorum, & vigintiquinque rationibus quare ab omnibus beatis diligitur, laudatur, & glorificatur Deus. Cap. 3.*

TErtius vero Beatorum cãtus erit mentalis, ſeu intellectualis. Voces autem huius cantus, non voces corporales, H ſed admirationes mentales ſunt, quæ reſultant in Beatorum mentes ex rationibus, quas comprehendunt, quare ab eis diligendus eſt Deus. Nam quicquid boni acceperunt, accipient, & accepturi erunt: reuoluēt in ipſum primum principium Deum. Poſſunt autem ad præſens 25. admiratiuæ rationes aſſignari, quare a Beatis diligendus erit Deus. Quæ 25. Beatorum laudes, ſiue cãtus nominari poſſunt, quas explicare non piget in perſona illorum Beatorum, quibus conueniunt huiuſcemodi rationes. In quibus manifeſte clareſcit, quantum ab æterno nos dilexit Deus, & diliget in æternum. Has igi-

*Cãtus intellectualis in beatis.*

tur

A tur rationes omnes Beati altiſſimis clamoribus intellectus coram cunctorum opifice repræſentant: quarum quædam reſpiciunt præteritum, quædam præſens, quædã etiam futurum. Primo enim quilibet Deo altiſſimo dicet: Tu es Domine benignus creator meus, ad tuam imaginem & ſimilitudinem me creando. Secundo, tu pius procurator meus, me continue nutriendo. Tertio, tu ſolicitus cuſtos meus ſemper, me conſeruando. Quarto tu zelans prædicator meus, me diligentiſſime inſtruendo. Quinto operator meus fidelis, in me ſaluationem exercẽdo. Sexto tu verus illuminator meus, me ſpiritualiter irradiando. B Septimo tu cordialis inamorator me⁹, de te me inamorãdo. Octauo tu dulciſſimus amor meus, me in te totaliter transformando. Nono tu redemptor meus, temetipſum pro me precium dando. Decimo tu ſolus glorificator meus, ſicut experior me in te beatificando. Vndecimo, cũ tu in tanta altitudine permanens in meam infirmitatem deſcendere voluiſti, vt me in tãtam altitudinem ſublimares. Duodecimo cum habitares in hanc inacceſſibilem lucẽ, aſſumpſiſti meam obſcuritatem, vt me hac luce veſtires. Tertiodecimo, cum in tam admirabili Angelorum conſortio morareris, in meam ſolitudinem deſcendiſti, Domine C Deus meus, vt me infra tale conſortium collocares. Quartodecimo, cum intra tot admirandas diuitias morareris, paupertatẽ meã ſuſcipere dignatus es, vt his admirandis diuitijs me ditares. Quintodecimo, cum eſſes tu, Domine, in tot admirandis honoribus honoratus, confuſionem meam aſſumere voluiſti, vt me tecum in tanta gloria honorares. Sextodecimo, cum infra tot deſiderabiles delitias lætareris dulciſſime Domine, pro me indigno pęnas meas aſſumere dignatus es, vt ad hanc impaſſibilitatem aſcẽdere poſſem. Decimoſeptimo, cum eſſes iu D dex, vt me condemnares, feciſti te aduocatum meum, vt me liberares. Decimooctauo cum eſſem inimicus tuus mortalis, factus es frater meus corporalis, vt fierẽ frater tuus cęleſtialis. Decimonono, cum eſſes Dominus & Dominator meus, factus es humiliſſimus ſeruus meus, vt ad tantum dominiũ ſublimarer. Vigeſimo, cum eſſes creator meus, & Deus meus, feciſti te filium meũ, vt fierem de tali filio pater. Vigeſimoprimo, tu glorioſus, & infinitus, & amoroſus, & benedictus, propter amorem meum aſſumendo naturam meam, quodammodo pro carcere aſſumpſiſti, volens humanitatem E meam viliſſimam cum admiranda diuinitate tua vnire. Vigeſimoſecundo, tu Domine omnium Beatorum gloriæ paradiſus, in natura mea tuum carcerem duplicaſti in ventre Virginis carcerem, & incarceratum incarcerando, vt ex Virgine naſcens me redderes certum, quod homo factus es vere Deus. Vigeſimotertio, tu miſericors, & miſerator Deus, derelinquens mundum aſcendiſti in cęlum, credo vt me glorificares, & in ſacramẽto altaris glorioſus, atq; in cũctis alijs ſacramentis potentialiter, ac miraculosè mecum benigniſſimè remanſiſti, vt per illa ad tuam æternam gloriam peruenirem. Hæ ſiquidẽ duę rõnes vltimæ, quæ immediatè ſubduntur, ꝑꝑ quas ab omnibus Beatis di F ligendus eſt Deus, quaſi in ſummo ſunt excellentiſſimę in omnibus glorioſis. Prima eſt, quod admiranda magnificentia Dei tantæ dulcedinis eſt, quod dignatur ex debito diligi ab omnibus creaturis, quantum cuiuslibet virtus creaturæ ſe poteſt extendere ad amandum. Secunda vero eſt, quod quælibet creatura intelligit amplius diligi a ſummo Deo, quã ſit oĩs alius amor a creaturis, & inter omnes creaturas mutuo inſpiratus. O igitur Beata regio paradiſi, o beata regio delitiarum, ad quam ſuſpiro de valle lachrymarum: G Vbi eſt conſummata ſapientia ſine ignorantia, vbi impleta eſt memoria ſine obliuione, vbi irradiatus eſt intellectus ſine errore, vbi ratio ſine obſcuritate fulgebit. O vita vitalis dilecta & amabilis, & ſemper memorialis: vbi felix æternitas, æterna beatitudo, & beata ſine fine viſio. vere beati, qui habitabunt ibi, & laudabunt Dominum in ſecula ſeculorũ, Amen.

*Pulchra contẽplatio.*

*Ab oĩbus diligẽdus Deus.*

---

## DOMINICA IN OCTAVA Reſurrectionis infra diem.

H

*De pugna, & ſaccomanno paradiſi, ſiue cæleſtis Hieruſalem.*

## Sermo LXVI.

*Sedebit Dominus Rex in æternum, Dominus virtutem populo ſuo dabit, Dominus benedicet populo ſuo in pace, Pſal. 28.* In ſacris enim ſcripturis legimus, dilectiſſimi fratres, quod poſt peccatum Adæ, & illius diluuij vaſtationem ſolennem, electa ſit iuſtorum pluralitas infinita, cum quibus Domi-



A Dominus facie ad faciẽ locutus eſt. Transfertur enim Enoch, eligitur Noe, vocatur Abraam, Iſaac diligitur, Iacob Deum facie ad faciem contemplatur, Ioſeph vocatur ſaluator mundi: nec tamen Dei ad illos, vel illorum ad homines fit aliqua mentio manifeſta de regni cęleſtis perpetua manſione. Moyſes enim aſſumitur in Ducẽ populi Iudæorum, in Deum conſtituitur Pharaoni, facit Dominus in Ægypto magnalia, mirabilia in terra Cham, terribilia ĩ mari rubro. Aſcendit Moyſes in montem Sinai, ingreditur caliginem in qua Dominus erat, datur B in ipſo monte multiplex auctoritas præceptorum: loquitur ille cum Deo quaſi ad hominem homo, Deus in Moyſi manifeſta quę fiunt occulto agebat, glorioſumque Adonay nomen, quod fuit omnibus obuelatũ, reuelatum eſt ei. Sed in his omnibus regni cęlorum memoria non auditur, nec etiam nominatur. Aſcẽdit Aarõ ſummus ſacerdos potẽtis virgę geſtarius, & vnctus & delibutus ſanctorum cęleſtium vnctione: Succedit Ioſue & omnis illa Iudicum multitudo: nec eſt vel vlla tenuis clara mentio ſuperni regni. Inuenit Dominus Dauid ſeruum ſuũ virum ſecũdum cor ſuum. Salomonem eius C filium ſapientia cumulat ſingulari: omnemque illum prophetalem chorum, cui ſpirituſſanctus ordinat, & infundit multitudinem gratiarum: nihil tamen apertè de cęleſtis regni gloria prophetatur. Claudit Helias cęlum annis tribus & menſibus ſex: & mortuus Heliſeus mortuum reſtituit vitæ: & tamen ab his nec vlla clara ſcintilla beatæ manſionis elucet. Quid plura? à principio mũdi vſque ad Chriſtum vniuerſitatem collige cunctorum myſteriorum, nec in ſermone, vel opere illius ſanctuarij aperte poteris reperire dulcedinem. Veni ergo ad Domini præcurſorem & tubam Chriſti altiſonam, & audi vocem conſolationis, vo D cem lętitiæ, mĩæ verbum, ſermonem gloriæ, gratiæ largitatem, quæ ſpirituali lumine, ac flamma cęleſtis regni repletus in feruorem ſpiritus valido clamore annuncians regnum Dei ait: Pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cęlorum, vox enim turturis audita eſt in terra noſtra, tempus putationis aduenit. Nec tamen vox iſta totius eſt iucũditatis: ait enim pęnitentiam agẽtibus propinquum eſſe regnum cęlorum. Quid inde? Vnde enim in illud patet ingreſſus, vnde aperitur, vbi ianua paradiſi? Quis enim eam nobis aperire poteſt? vtique qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit claudit, & nemo aperit. Veni ergo ad Chriſtum, & dic ei anima mea: Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis & facies tua decora. Audi vocem exultationis, vocem miræ iucunditatis, vocem iubili cordiale. Quod ante cęlauerat Deus, tacuerat Angelus, latuerat patriarchas, prophetę non dixerant, præcurſor Chriſti tranſierat. Sed Mat. xj. c. aperiẽs os ſuum Rex cęlorum & Dominus Angelorum ait: A diebus Iohannis Baptiſte vſq; nunc regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quod poteſt etiam in præſenti materia eſſe thema. O inexplicabilis iucunditas & incogitabilis ſuauitas, & F inſatiabilis auiditas, regnum vim pati, & violentia rapi. Quomodo poſſunt hæc fieri? Regnum tam altum, tam magnum, tam incompræhenſibile bonum, vim pati, violentia rapi. O Deus, quid eſt hoc? quibus armis? quid eſt hoc deus? Audi patienter anima mea, & intelliges quòd ſicut ait propheta in verbo præallegato, Sedebit Dominus Rex in ęternum, Dominus virtutem populo ſuo dabit, Dominus benedicet populo ſuo in pace. In quibus ſacratiſſimis verbis vltima contemplatio de paradiſo manifeſtatur, quæ eſt de pugna & ſaccomã G no paradiſi. De hoc igitur ſaccomanno triplex myſterium diſtinguamus: nam huius exercitus rapientium cęlum oſtenditur. Primo reſigna vel monſtra, ſecundo bellũ vel pugna, tertio de paradiſo victoria. Primum myſterium eſt de reſigna uel mõſtra, quam tangit propheta di. Sedebit Dominus Rex in æternum, ſcilicet ad reſpiciendum per approbationem, electos milites ſuos. ſicut vtique alibi a propheta dictum eſt: Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Secundum myſterium eſt de bello vel pugna: & de hoc propheta ſubdit; dominus uirtutem populo ſuo dabit. & nõ H eſt inane quidem: quia aliter pugna cum victoria exercere nõ poſſent milites iſti Chriſti, Apoſtolo teſte, qui 2. Corint. 3. ait: Non ſufficientes ſumus aliquid cogitare a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra a Deo eſt. pſal. etiam inquit, Domini eſt ſalus. Tertium myſterium eſt de paradiſi victoria: de qua pſal. ſubiungit, Dominus benedicet pupulo ſuo in pace, ſcilicet poſt victoriam acquiſitam. Ad hoc ſiquidem dat Dominus virtutem in bello, vt milites ſui pertingant ad triumphalem pacem. Vnde pſal. cuilibet militi Chriſti ait; Inquire pacem, & perſequere eam.

A **Articvlvs Primvs.**

*De reſigna, vel monſtra totius exercitus æterni Regis.*

AD primum myſterium contemplandum mentis oculos ſuſtollamus, & huius exercitus electorū inſpiciamus monſtram, ſeu reſignam. Ad quam intuendam ſedebit Deus Rex in æternum, ſicut Propheta ait. Circa igitur hoc primum myſterium de monſtra, ſeu reſigna, ſeptem contemplationes ſubordinemus, ſecundum quod ſeptem deſcri- B ptiones de illa per ordinem ſubiunguntur. Prima eſt deſcriptio electorum, ſecunda ſecretariorum, tertia capitaneorum, quarta militum, quinta armorum, ſexta equorum, ſeptima multitudinis.

*Quod omnis electorum turba nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, ſeu Ieſu in mentali fronte ſignati ſunt.*
*Cap. 1.*

*Contēplāda eſt electorū deſcriptio.*

C PRimo contemplanda eſt deſcriptio electorum. Hos enim deſcribit principalis cācellarius Regis æterni, Apoc. 14. vbi ſcriptum eſt: Vidi, & ecce agnus ſtabat ſupra mōtem Sion: & cum eo centum quadragitaquatuor milia habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus eorum. Quid nanque per agnum iſtum, niſi ille, de quo Ioan. Baptiſta. cap. 1. inquit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Sion ſpeculatio interpretatur, ſupra montem ſublimis viſionis ſtat agnus Dei Ieſus, non ſolum quia omnes prẹeminet in natura & gratia, D ſed etiam in approbatiua cognitione omnium electorum. Iuxta quod ipſe Ioan. 10. inquit, Ego cognoſco oues meas. Vnde & de eis Ioan. ſubdit: Et cum eo centum quadragintaquatuor milia ſignati. O beata gēs, cuius Dominus Deus eius populus, quem elegit Dominus in hæreditatem ſibi. Per hanc enim omnis electorum numerus deſignatur. Nam quadragenarius numerus virtutum exercitium indicat, vel diſciplinam. Centenarius oblectationem virtutis, quæ per diſciplinam attingitur: & millenarius ſcientiam, ſeu ſapientiam, quæ perficit ipſam virtutem, ſicut alibi per nos latius E dictum eſt in libro de Charitate, ſeu de Seraphin, ſermone 67. artic. 3. & c. 10. Habent nempe omnes electi nomen ipſius Ieſu, & nomen patris eius in frontibus ſuis ſcriptū. Nam pater dat intelligere filium, reſpectu cuius eſt pater. Hi ergo nomen patris ſcriptum in frontibus, ideſt, in mentibus habent: propterea nomen filij ignorare non poteſt, ipſa veritate atteſtante, quæ Mat. 10. ait: Qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Sed quia ſcriptura iſta, qua nomen patris & filij in mentibus fidelium ſcriptum eſt, facta creditur digito Dei viui, qui almus ſpiritus nuncupatur: ideo omnes iſti electi nomen trinitatis in mentibus ſuis habere noſcuntur. F In intellectu nempe per fidem formatam habent nomen filij, in memoria per ſpem roboratam nomen patris, in voluntate vero per charitatem inamoratam nomen habent Spirituſſancti. iuxta hoc in electorum perſona iubilabat Dauid Propheta dicens, Signatum eſt ſuper nos lumen. Ecce nomen filij vultus tui Domine. Ecce nomen patris tui. Dediſti lætitiam in corde meo. Ecce nomen Spirituſſancti. Hæc autem omnia breuiter comprehenduntur in hoc nomine Ieſus, ſecundum quoſdā. Nam G in I, minimo elemēto denotatur filius Dei, & exinanitio deitatis, iuxta illud ad Rom. cap. 9. verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram. In H, quæ eſt aſpirationis nota, demonſtratur Spirituſſanctus, qui eſt inſpiratio ſanctitatis. In S vero, ſi fiat recta, quia altitudo eius eſt ſuperius inclinata, deſignatur Pater, & eius inclinatio maieſtatis. Si autem ſit litera S, in ſeipſa reflexa, quia ex toto ſe humiliat & inclinat, etiam ipſam paternam maieſtatem inclinatam deſignat. Addatur demum eius titulus ſupra per tranſuerſum in modum crucis, vt ſemper in hoc nomine reluceat redemptio noſtræ captiuitatis, ſecundum quod Matth. H 2. c. Angelus ad Ioſeph ait: Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

*De ſecretarijs, & alijs principalioribus amicis æterni Regis.*
*Cap. 2.*

SEcundo autem contemplemur deſcriptionem ſecretariorum & intimorum æterni Regis. Sedet ergo Dominus in æternum Rex Regum, & Dominus dominantium, eligens turbam ipſam iuſtorum, cuius



A cuius thronus in ſeculum ſeculi. Ipſi enim circunſtant quatuor cancellarij principales, videlicet Marcus, & Lucas, Matthæus, atque Ioannes. Propterea Apoc. 4. ſcriptum eſt, quod in circuitu ſedis erant qutuor animalia plena oculis ante & retro: Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertiū animal habens faciē quaſi hominis, & quartum animal ſimile aquilæ volanti. Adſunt etiam his cancellarijs quatuor principales ſcriptores, & plurimi ſubſcriptores. Hieronymus adeſt Marco, quaſi leonina iuſtitia vnius. Scriptum B eſt enim Prouer. 28. Iuſtus. ſ. Hieronymus, quaſi leo conſedens. Ambroſius adeſt Lucę, quaſi cornupeta bos in fortitudine ſpiritus & virtutis contra fidei ſubuerſores. huic conſentire videtur, quia Euangelium Lucę deſcriptionis vngula luculentiſſime declarat. Gregorius totus in morali ſenſu humanus, Matthęo ſatis conformis eſt. Auguſtinus contemplatione altiuida Ioannem vt aquila imitatur. Principalior vero æterni Regis præco Ioannes Baptiſta eſt, qui Matt. 3. de ſeipſo inquit: Ego vox clamantis in deſerto, parate viam Domini. Hic autem ex ore Altiſſimi voce præconia clamat contra C omnes aduerſarias poteſtates, Apoc. 7. c. di. Nolite nocere terræ & mari, neq; arborib⁹ quoadusq; ſignemus ſeruos Dei in frontib⁹ eorum. Duodecim ſunt præcones exercitus vniuerſi. ſ. Apoſtoli ſancti, dicente Domino, vlt. c. Mar. Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Duo ſunt vexilliferi principales portantes vexilla Regis. Primus eſt Apoſtolus Paulus, qui geſtat per vniuerſum mundū principale vexillum Regis, quod eſt nomen Ieſu, Domino atteſtante, qui Act. 9. c. ait: Vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meū corā gētib. & regib. & filijs Iſrael. Secundus vexillifer glorioſus Franciſcus eſt, D qui glorioſum vexillum triumphaliſſimæ crucis in corpore ſuo portat. De quo Apoc. 7. ſcriptū eſt. Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignū Dei viui: quod & ipſe ardens Franciſcus, ad Gal. vlt. aperta facie confitetur di. Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.

*Duodecim prẹcones exercitus vniuerſi.*

*De 12. principalibus Capitaneis exercitus electorum. Cap. 3.*

TErtio vero contemplemur deſcriptionem Capitaneorum. Sunt præterea conſtituti a Regum Rege duodecim Capitanei ſuper totum exercitum pugna- E torum. Primus dicitur Iudas, ſecundus Ruben, tertius Gaad, quartus Aſſer, quintus Neptalim, ſextus Manaſſes, ſeptimus Simeon, octauus Leui, nonus Iſachar, decimus Zabulon, vndecimus Ioſeph, duodecimus Beniamin. Iſtorum quilibet duodecim milia electos pugiles ſub poteſtate ſua habet: quorum quilibet fulgoroſum nomen Ieſu, tanquam ſignum, diuidens inter electos & reprobos in fronte portat. Solet nempe inter exercitus aduerſantes ſignum amicitiæ & inimicitiæ poni. Habentes enim nomen Ieſu, veri ſunt milites Dei, teſte Angelo, qui Apoc. 19. ad Ioan. inquit, Conſeruus tuus F ſum & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Et iterum Apoſt. 1. Cor. 12. ait: Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus. ſ. corde, ore, & opere, niſi in Spirituſancto. Omnes Capitanei, cunctuſque exercitus a principali ſecretario Ioanne conſcripti ſunt ad ſoldum, ſiue ad ſtipēdium magni Regis, ſicut ipſe Apoc. 7. teſtatur di. primo, ex tribu Iuda duodecim milia ſignati. ſecundo, ex tribu Ruben duodecim milia ſignati. tertio, ex tribu Gaad duodecim milia ſignati. quarto, ex tribu Aſſer duodecim milia ſignati. quinto, ex tribu Neptalim duodecim milia ſignati. ſexto, ex tribu Manaſſes duode- G cim milia ſignati. ſeptimo, ex tribu Simeon duodecim milia ſignati. octauo, ex tribu Leui duodecim milia ſignati. nono, ex tribu Iſachar duodecim milia ſignati. decimo, ex tribu Zabulon duodecim milia ſignati. vndecimo, ex tribu Ioſeph duodecim milia ſignati. duodecimo, ex tribu Beniamin duodecim milia ſignati. O dilecti Chriſti milites, o ſancta ſocietas electorum, o laudabilis populus, quem Dominus exercituum benedixit, o vere laudabilis, quem decorat voluntas bona, cogitatio munda, deſideria ſancta, conſilia recta, conſcientia pura, fides non ficta, charitas feruida, & opinio vitæ H immaculata. In hoc ſiquidem populo complacet ſibi Deus, quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo.

*Quo ordine milites huius exercitus adhæreant Capitaneis ſuis.*
*Cap. 4.*

QVarto inſuper contemplemur deſcriptionem militum æterni Regis, & quanto ordine adhęreant Capitaneis ſuis. Quilibet enim Capitaneus ſeparatim habet militiam ſuam, cum qua comparet

*Ordo ſpiritualis militiæ.*

A paret coram Rege ſedente in ſolio maieſta-
tis ſuæ. Primo nanque comparet Iudas Ca-
pitaneus vaſtatorum, & depopulantium
aduerſarios Regis. Iudas enim confeſſio in-
terpretatur: per confeſſionem nanq; omnia
peccata, cunctaq; ſcelera deſtruuntur, atque
exterminantur. Sequuntur autem hunc Ca
pitaneum cunctæ animæ pęnitentes: licet
per eas multa ſcelera perpetrata ſint, ſicut
fornicatores, homicidæ, incendiarij, partia-
les, meretrices, fures, vſurarij. Item veniunt
cum eo raptores, falſi teſtes, mendaces, ſi-
moniaci, falſarij, excommunicati, ſacrilegi,
hæretici, proditores, ſodomitę, blaſphemi,
B cęteriq; conſimiles ad Deum conuerſi. Ca-
pitaneo autem horum pręcipit Rex, c. 17. Io
ſue. Tranſibis ad montes, & ſuccides tibi,
atq; purgabis ad habitandum ſpatia, & po-
teris vltra procedere, cum ſubuerteris Cana
neum, quem dicis ferreos habere currus, &
eſſe fortiſſimum. Secundo ſequitur Ruben
comparens coram Rege. Hic eſt Capita-
neus vtentium baliſtis & arcubus: interpre-
tatur enim filius viſionis. Cum iſto proce-
dunt omnes viri docti in canonibus & legi
bus & in medicina, & quilibet alij in qua-
cunq; alia ſcientia eruditi: ſed electores mi-
C lites ſui ſunt ſacris literis illuſtrati, qui in ſe
& in alijs Dei offenſas cauent. Quilibet eo-
rum cum Pſal. dicit, vidi præuaricantes &
tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodie-
runt. Tertio ſequitur Gaad, qui ſaccoman-
norum Capitaneus eſt: interpretatur enim
accinctus latrunculus. Accincti quidem la-
trunculi ſunt quilibet coniugati, maxime q
inter ſe ſeruant ſanctiſſimam caſtitatē, ſeip-
ſos propter Chriſtum caſtrantes. De quibus
Dominus Matt. 19. Sunt eunuchi, qui ſe ca-
ſtrauerunt propter regnum cœlorum. ſ. per
violentiam acquirendum & furandū. Quar
to comparet Aſſer, qui Capitaneus eſt ſacer
D dotum omnium curatorum: interpretatur
enim Beatus, vel diuitias habens, quia ſacer
dotes verè beati ſunt, cum diuitias verbi
Dei, atq; ſacramentorum, & maxime corpo
ris & ſanguinis Ieſu Chriſti ſibi & cæteris
habent diſpenſare. Quinto ſuperuenit Ne-
ptalim, quē ſequuntur omnes religioſi mē-
dicantes: interpretatur enim dilatatio mea.
Hi enim in ſe dilatantur non ſolum ad pręcepta,
ſed etiam ad conſimilia obſeruanda.
Inſuper cultum dilatant in animarum ſalu-
tem: propterea 2. Corint. 6. dicunt, Cor no-
ſtrum dilatatum eſt. Sexto aduenit Manaſ-
ſes, quem ſequūtur omnes monachi & mo
niales ordinum quorumcunq;: interpreta-
tur enim obliuio, quia talibus dictum eſt, E
Obliuiſcere populum tuum, & domum pa-
tris tui. Septimo Simeon ſe præſentat cum
omnibus filijs dilectis & bonis, qui iuſſis pa
rentum obtemperant: interpretatur enim
auditio, vel obedientia: Nam quilibet patrū
eorum dicere poteſt illud pſal. In auditu au
ris obediuit mihi. Octauo loco ſuccedit Le
ui Capitaneus omnium pontificum & pręlatorum:
interpretatur enim aſſumptus. Aſ-
ſumuntur quidem ad Dei vicariatum & re-
gimen animarum. Vnde Gen. 49. Simeon &
Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia. Si-
meon audiens męrorem interpretatur, &
ſignificat ſubditos, qui ſemper audiunt mæ
rorem alicuius temporalis iniquitatis, aut F
in ſe, aut in ſuis. Simeon ergo & Leui. i. ſub
diti & prælati fratres. ſ. ſunt in Chriſto. Sed
addit vaſa iniquitatis bellantia: quia inter
ſubditos & prælatos, niſi charitas & humi-
litas eos coniungat, & pacificos eos faciat,
ſemper inuicem habent bellum. Nono com
paret Iſachar, ductor exercitus mercatorū,
artificum, & ruſticorum: interpretatur enim
vir mercedis, vel memorans Dominum, qa
memores eſſe debent Domini, ne iniquam
ſuſcipiant mercedem. Et tunc merito au-
diet, labores manuum tuarum, quia mandu G
cabis es beatus, & bene tibi erit. Decimo Za
bulon venit, Capitaneus Imperatorum, Re-
gum, Ducum, Comitum, Marchionum, Do
minorum, Baronum, & omnium nobilium
& rectorum, atq; iuſtorum ſtipendiariorū:
interpretatur enim habitaculum fortitudi-
nis. Hi ſunt, qui in zelo Domini per opera
dicunt, facientes præuaricationes odiui.
Vndecimo Ioſeph pręcedentibus ſe coniun
git Capitaneus mercatorum: interpreta-
tur enim ampliatus, vel augmentum. Mer-
cator enim cum plus quærit dilatari & am-
pliari in ſpiritualibus, quam in temporali-
bus bonis, rapit vtiq; cęlum. Talis enim Do H
mino dicit, Viam mandatorum tuorum cu-
curri, cum dilataſti cor meum. Duodecimo
procedit vltimus Beniamin Capitaneus vir
ginum, continentium, & viduarum, de qui-
bus Sap. 4. O quam pulchra eſt caſta gene-
ratio cum claritate.

### *De ſpiritualibus, ac militaribus armis militum Ieſu Chriſti.* Cap. 5.

QVinto etiam contemplemur deſcri-
ptionem armorum militum Dei.
Omnes enim huius exercitus Ca-
pitanei, atque milites eorum in toto cor-
pore



A pore ſuo armati ſūt, ſicut fuit Beatus Geor-
gius, glorioſus miles. Contemplemur er-
go horum militum ſpiritualia arma a capi-
te initium ſumentes, & deſcendamus vſ-
que ad pedes. Primo enim habent ſuper
caput galeam cum nomine Ieſu. Hic eſt fi-
lialis Dei timor, qui caput mentis a pecca-
torum ictibus munit: de quo Pſal. inquit,
Initium ſapientiæ timor Domini. Ecce ga-
lea capitis, & defenſionem ab ictibus pec-
catorum. Vnde Eccleſiaſtici 1. c. ait: Timor

*Arma ſpiritualis militiæ.*

Domini expellit peccatum. Hanc galeam
aſſumere hortatur Paulus ad Epheſ. 6. c. di-
cens, Galeam ſalutis aſſumite, i. timorē Ie-
ſu, qui ſalus interpretatur, ſuſcipite. Hic ha-
B bet viſeriam cum rimulis, vel foraminibus
paruis, quæ eſt veri intelligentia cum illu-
minationibus multis. Vnde cum prius Pro
pheta de galea præmiſiſſet, Initium ſapien-
tiæ timor Domini, ſtatim de viſeria illius
ſubiunxit dicens, Intellectus bonus omni-
bus facientibus eum. Eſt etiam criſta pen-
narum diuerſorum colorum ipſi galeæ ſu-
perinfixa, quæ eſt intentio in Deum erecta,
multis reſpectibus in mente diſcolorata.
Quicquid agant homines, intentio iudicat
omnes. Vnde Matth. 5. c. Si oculus tuus, i.
intentio tua: ſimplex fuerit, totum corpus
tuum lucidum erit. Supra eſt conus. So-
C let enim argenteus, & ſpinoſus eſſe. hæc eſt
ſolicita ſui circunſpectio, & timoroſa. Vn-
de Eccleſiaſtici 7. Qui timet Deum, nihil
negligit. Curgitaculum etiam habent in
qualibet galea, quod quidem manſuetudo
eſt ad proximum. Solet nempe manſuetu-
do inclinare caput, & flectere collum vo-
luntati alienæ, ſicut ſe in exemplum poſuit
Chriſtus, Matth. 11. cum dicit: Diſcite a me,
quia mitis ſum, & humilis corde. Eſt enim
manſuetudo ornamentum virtutum: pro-
pterea de tali anima manſueta, & columbi-
na Pſal. ait: Pennæ columbæ deargentatæ,
D & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Ar-
mati etiam habent corpus: habent enim lo-
ricam, hoc eſt iuſtitiam virtutem vniuerſa-
lem. Hāc loricam præcipiebat Dominus in-
duere Apoſtolos, Matt. 5. cum dicebat: Niſi
abundauerit iuſtitia veſtra plus, quàm Scri-
barū, & Phariſæorū, nō intrabitis in regnū
cœlorū. De hac lorica. 6. ad Epheſ. Apoſto-
lus ait, Induite loricā iuſtitiæ. Habēt quoq;
thoracem: quæ quidē eſt ſuperexceſſiua fi-
ducia in Dño Ieſu Chriſto, in eius promiſ-
ſis & verbis in oī dubio, & periculo cor in-
effabiliter aſſecurans, ita q̧ ſi oīa caſtra dę-
monū, & oīs ſynagoga peccantium, & tota
caterua mundanorū ſapientiū, & principū E
ipſum obſideāt, oēs habet pro fumo vola-
tili, ſimpliciq; confidentia ad Deū illud Iob
17. c. poſtulat dicēs: Pone me iuxta te: & cu
iuſuis manus pugnet cōtra me: Audacterq;
inquit, Dñs mihi adiutor, non timebo, quid
faciat mihi homo? Quilibet etiā habet cali-
beum, quod eſt ardens & ſuperexceſſiuus
amor Chriſti, nihil aliud cogitare, loqui,
aut ſperare, aut ſentire volens, nec valens,
niſi in Deū trinum & vnū, & Ieſum Chri-
ſtum humanatum, & crucifixū, & mortuū.

*Quomodo qs armãdus ſit ad ſpirituale bellum.*

Hic ſemper ebullit ad Chriſti honorem, &
laudē, & animas Chriſto incorporādas, &
Chriſtū in eis: Hic ſemper ſollicitatur, qūo
in oībus poſſit placere dilecto, & qūo mi- F
nimas eius offenſas oīno valeat euitare:
Hic ſemper quærit, vbi eſt dilectus meus:
nūciate dilecto meo, quia amore lāgueo: &
pro dilecto circuit oīa velut ebrius, & ſicut
ſtultus, ſemper tñ dilectū, quē quærit, hēt,
dulciter amplexatur, & ſibi inſeparabiliter
hærēs cū Paulo ait ad Rom. 8. Quis nos ſe-
parabit a charitate Chriſti? Tribulatio, an
anguſtia, an perſecutio, an fames, an nudi-
tas, an periculum, an gladius? Et ſequitur:
Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vi-
ta, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; Vir-
tutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; for-
titudo, neq profundum, neq; creatura alia G
poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ
eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro. Habent in-
ſuper ocreas ferreas tangentes crura: quæ
ſunt duplicata virtus, quæ habeat ſpiritum
ſuſtentare. Prima eſt patientia inuincibilis,
ſecunda eſt cōſtantia magnanimis, de qui-
bus Prouerb. 16. Melior eſt vir patiens vi-
ro forti. Hæc eſt virtus prima. Et qui do-
minatur animo ſuo expugnatore vrbium.
Hæc eſt ſecunda. Calcaria habent aurea, tā-
quàm veri milites Chriſti Regis æterni, qui
ſunt timor inferni, & deſiderium paradiſi. H
Propterea de ambobus Eccleſiaſtici 9. cap.
Nemo ſcit vtrum dignus ſit odio, vel a-
more. Brachialia eorum etiam ſunt de-
clinare a malo, & facere bonum. Ha-
bent inſuper chyrothecas, id eſt, ma-
nuum thecas, id eſt, generatos, qui ſunt
diſcreta practica in declinando malum, &
faciendo bonum. propterea Dauid Pro-
pheta ait, Declina a malo, & fac bonum.
In ſiniſtra quidem quilibet tenet ſcutum
triplici textura confectum. Prima eſt con-
tinuus ſenſus diuinæ potentiæ, vt ipſum
vndique obumbrantis, de quo Pſal. ait,
Prouidebam Dominum in conſpectu meo.

A ſemper. Secunda eſt cauſa iuſtiſſima, & glorioſiſſima, per qua pugnatur, ſ. pugna pro cœlo rapiendo, & deprędando, Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Tertia eſt deſuper ornans totum ſcutum, ſ. nomen Ieſu, ſ. Ieſus in medio Solis cum duodecim radijs ſolaribus, quaſi principalioribus, & cum multis paruulis veluti fulgurantibus in myſterium ſuperſplendidiſſimæ Trinitatis, & in ſignum noſtræ, per ipſum Ieſum Chriſtũ gratificæ illuminationis, & ſaluationis. De quo ſcuto Pſal. ait: Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. B A ſagitta volante in die a negocio, perambulante in tenebris: ab incurſu & dęmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem nõ appropinquabit. Lanceam vero ſolidam, & longam in manu dextera geſtant, quæ deſignat famoſam exemplaritatem attingentem in longum: non ſolum in perſeuerantia, ſed in diffuſa bonitatis fama. Hæc eſt, quæ acerrimè diuerberat pectora æmulorum. Nam Apoſtolus. 2. Corinth. 8. ait: Prouidemus enim bona non ſolum coram Deo, ſed etiã coram omnibus hominibus. Ecce lancea longa. Sed hæc lancea in de- C xtera portatur manu, quia exemplum bonum non bene refulget in veritate, niſi in plenitudine bonorum operum ſancta intentione factorum, iuxta Domini præceptum, Matth. 5. c. Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant opera bona: & glorificent patrem veſtrũ, qui in cœlis eſt. Enſis eorum vibrabilis, pungẽs & vndiq; ſcidens, atq; ſolaris: hoc eſt fulgens, ſed recõditus in vagina eſt Dei verbum ad mores pertractabilis, efficax, penetrans, atque illuminans: ſed in vagina memoriæ reconditus & continuè opportunis neceſſitatibus præparatus. De eo Apoſtolus 6. ad Epheſ. ait: D Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Habent etiam ſicam, ſeu pugionem id eſt, dagam lateri adhærentem, quæ eſt feruor, & ſingularis efficacia verbi Dei. de qua Apoſtolus ad Hebr. c. 14. inquit: Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti. Habent etiam omnes militarem veſtem, ſ. ſagum, vel ſignũ, quod quaſi ſuper arma portant hyacincthini coloris volitantem hincinde, eo quòd libere ante & retro dependeat. In quorum qualibet parte ante depictum eſt nomen Ieſu, in modum fulgurantis Solis, & retro nomen Chriſti in conſimili Sole, ſicut ſcriptum eſt,

E In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Et iterum Zachar. 6. Oriens nomen eius. Hæc militaris veſtis quaſi bipartita eſt. Gaudium de redemptione, & ſpes de glorificatione. Gaudium quidem de redemptione hæc eſt poſterior pars, cũ iam ſimus redempti, quæ redemptio in Chriſti nomine demonſtratur. Interpretatur enim vnctus, quia Chriſti ſanguine vncti, redempti, & loti ſumus. Vnde Apocal. 1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et eſt ſpes de glorificatione, quaſi anterior pars, in qua eſt nomen Ieſu, qui interpretatur ſalus: quia ait Apoſtolus Petrus, Act. 4. Non eſt in alio no- F mine ſalus, in quam ſalutem electi ſperant. Sed hæc veſtis ideo cęleſtis coloris eſt, quia & redemptio & glorificatio de ſummis cęlorum ex diuino munere venit, ſicut Iac. 1. ſcriptum eſt, Omne datum optimum: hæc eſt redemptio. & omne donum perfectum. hæc eſt glorificatio, deſurſum eſt. In Sole eſt nomen Ieſu: quia nomen Ieſu, i. notitia Ieſu, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et conſimiliter Chriſti nomen, quia ipſe de ſe Ioan. 8. c. ait: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, ſcilicet gloriæ ſempiternæ. G

*De equis militiæ Chriſti, & de ſpirituali ornatu eorum. Cap. 6.*

SExto quoque contemplemur deſcriptionem equorum huius militiæ admirandæ. Nam quilibet miles huius exercitus equitat ſuper candidiſſimum equum: Miles enim cuiuſlibet equi rationalis ſpiritus eſt. Equus autem albus eſt innocens corpus ſubditum rationi, quod ipſi quoque rationi per Prophetam ait: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Retinacula, & habena cuiuſlibet equi ſunt prudentia, & ſimplicitas, quas H in manibus Apoſtolos retinere præcipiebat Dominus, cum dicebat, Matth. cap. 10. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. Hæc enim retinacula a retinẽdo dicta ſunt: nam retinent impetum equi, ne ruat: quia ſunt groſſiora. & ſimplices ſicut columbæ. hæc eſt habena, quæ ſubtilior eſt: his enim duobus reguntur, & diriguntur iuſtorum ſpirituum corporum equi. Sella cuiuſlibet eſt vera conſideratio ſui: quæ ſella duas habet partes, anteriorem & poſteriorem. Anterior eſt conſideratio nobilitatis animæ ad imaginem, & ſimilitudinem Dei formatæ:



A formatæ: Sicut Gen. 1. c. ſcriptum eſt; Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Poſterior vero pars ſellæ eſt conſideratio miſeriæ, & vilitatis humanæ, exemplo illius qui Iob 17. dicebat: Putredini dixi, pater meus es, & mater mea & ſoror mea vermibus. Hæc duo faciunt ſpiritum ſuper corpus firmiter reſidere, & dominari. Habent quoque ſellæ ornamenta poſteriora, & anteriora, quæ dicuntur poſtella & antella. Poſtella enim eſt confeſſio præteritorum cõmiſſorum. vnde in Pſal. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Antella vero eſt memoria mortis, & ſecre- B torum iudiciorum Dei. de quo Eccleſiaſtici 7. c. ait: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Cingula vero, quæ ſub corpore equum cingit, eſt examinatio conſcientiæ ſuæ. Vnde ſcriptum eſt. Oſeæ 2. Iudicate matrem veſtram, ſ. conſcientiam veſtram. Duos etiam ſtapetos quælibet ſella habet: Dexter, humilitas eſt in proſperis, ſicut Eccleſiaſtici 3. ſcriptum eſt: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Siniſter, eſt magnanimitas in aduerſis, exemplo Apoſtoli, qui de ſe inquit. 1. Corint. 4. Tribulationem patimur, & ſuſtinemus, ſ. magnanimi- C ter & indefeſsè. Ferra quatuor pedum cuiuſlibet equi, experimenta feruida, & fortia ſunt quatuor affectionum, quibus anima & dolet & gaudet, & ſperat & timet ſecundum Deum, non ſecundum mundanum affectum. Vnde de tali iuſto, atque de affectionibus eius, Ioan. Apocal. 10. c. ait: Pedes eius tanquàm columnæ ignis. in pedibus affectiones prædictæ: quia ſicut corpus pedibus, ſic aĩa affectionibus currit. In columna firma, rectitudo intentionis ad Deum. in igne aſcendenti, atque feruenti, feruens Dei affectio denotatur. Talis autem cum Propheta ait: viam mandatorum D tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum, ſcilicet in feruenti tua affectione.

*De innumerabili multitudine populorum, & peditum Regis æterni. Cap. 7.*

SEptimo cõtemplemur deſcriptionem multitudinis populorum, & peditum huius exercitus. Poſt præcedentes milites ſequitur innumerabilis multitudo ꝑmiſcui ſexus. Omnes enim ſe præſentant ante thronum huius æterni Regis. Propterea magnus cancellarius Chriſti, Ioan. 7. cap. Apocal. ſubdit: Poſt hæc vidi turbam

E magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum in conſpectu agni amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et clamauerunt voce magna dicentes, Salus Deo noſtro Ieſu. qui interpretatur ſalus, qui ſedet ſuper thronum & agno. Equeſtris enim multitudo ante deſcripta plus ad contemplatiuos pertinet, quàm ad actiuos: nam in quolibet ſtatu aliqui diuino lumine illuſtrati reperiuntur. Hæc autem turba magna plus pertinet ad actiuos, quia actiua vita magnis tribulationibus plena eſt. Propterea Marthæ a Domino, Lucæ 10. dictum eſt: Martha, F Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. Hæc autem turba pro eo innumerabilis dicta eſt, quia nemini nota, niſi illi, qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Hi ſunt ex omnibus gentibus etiam barbaris ad Chriſtum conuerſis: & tribubus gentium, & populis tribuum, & linguis populorum. In gentibus diuerſæ ſunt tribus, in tribus diuerſi populi, in populis diuerſæ ſunt linguę. Et de omnibus iſtis elicit Dominus electos ſuos ſtantes ante thronum, quantũ ad reuerentiam diuinæ maieſtatis. In conſpectu agni, quantum ad obſequium generalis Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti. Ami- G cti ſtolis albis, quo ad puritatis candorem: & palmæ in manibus eorũ, quo ad triumphalem honorem. Palmæ enim victoribus dantur: omnes hi clamabant voce magna, id eſt, feruido deſiderio dicẽtes, Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum & agno: quia oẽs hi ſuam ſalutem attribuunt ſummæ prouidentiæ Dei, & infinito merito innocentiſſimi agni Chriſti, quaſi ſub alio ſenſu affectualiter clament: Viuat, viuat, viuat Rex ęternus, & Dominus Ieſus Chriſtus in ſecula ſeculorum, Amen.

*Turba innumerabilis.*

H

ARTICVLVS SECVNDVS

*De prælio dato ad cœleſtem Hieruſalem, per milites Chriſti.*

COnſummato iã primo myſterio de Chriſti reſigna, vel monſtra: iam ad ſecundum myſterium, ſ. de eorũ pugna mentis oculos erigamus, de quorum victoria ſperandum eſt: quia ſicut Propheta ait, Dominus virtutẽ populo ſuo dabit. Circa quòd myſteriũ tria nouiter contẽplemur. Primo ciuitatis ꝑſcrutationẽ, ſecundo militũ ꝑparõnẽ, tertio pugnæ executionẽ.

A

### *Quòd vt milites Chriſti ad prælium animentur, eis ciuitatis ſupernæ diſpoſitio reuelatur. Cap. 1.*

PRimo contéplemur ciuitatis perſcrutationẽ, ſeu explorationẽ: quia ciuitas iſta ſancta, quæ expugnanda eſt, q̃ admiranda ſit, debet militibus reuelari, vt ad pugnam, & victoriã fortius animẽtur. Propterea aquilinus cõtemplator Euãgeliſta Ioãnes, ſcrutator & explorator huius ciuitatis, mittitur ab æterno Rege, quã cum cõtemplaret̃ fun- B datam in montibus ſuis, & mõtes in circuitu eius, reuerſus Regi, cõſiliarijs ac militib. ait: Vidi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ nouã deſcendentẽ de cœlo. Et ſubiungit: Et habebat murũ altũ, & magnũ, habentem portas duodecim. Et in portis angulos, ab oriente portæ tres, & ab aquilone portæ tres, & ab auſtro portæ tres, & ab occidente portæ tres. Quia tamen ſicut Propheta ait, Omnia Dei opera perficiunt̃ in fide: & ſine formata fide hæc minimè perfici pñt: ideo in his verbis Regi, cõſiliarijs, ac militię eius a Ioãne per ordinẽ de hac ciuitate triplex myſtica viſio reuelatur. In prima quidẽ reuelatur *Prima.* C eis fidei præmiũ, in ſecunda fidei meritum, in tertia fidei tranſitus. In prima quidem viſione reuelatur eis fidei præmiũ, quod eſt gloria ſempiterna, quæ finis eſt cunctorum operũ, quæ fiunt per formatã fidẽ. & de primo Ioã. ait: Vidi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalem nouã deſcendentẽ de cœlo a Deo paratã, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. In quibus breuibus verbis comprehendit totam futuram gloriam Beatorum, quo ad ſeptẽ eorũ principales dotes. Quarum, ſicut in pręcedentibus patet, tres primę pertinent ad animam, & quatuor ſequentes corpori correſpondent. Prima quæ ad animam pertinet, D eſt dilectio plena: & de hac dicit, Vidi ciuitatem. Ciuitas eſt quaſi ciuium vnitas dicta, quæ maximè per dilectionem fieri habet: quia ibi in Deo mira eſt vnitas Beatorum omnium, tanquàm ciuium illius admirabilis ciuitatis. Secunda eſt poſſeſſio certa: & de hac dicit, ſanctam. Sanctus enim idem eſt, ꝙ firmus: quia Beati omnes firmiter, & inſeparabiliter adhærent ſummo Deo. Tertia viſio aperta & clara per Hieruſalem denotata, quæ interpretatur viſio pacis, quia ibi Beati omnes ſemper Deum Regem pacificum cõtemplantur. Addantur aliæ quatuor dotes, quibus præmiabuntur corpora Beatorum. Prima eſt impaſſibilitas. & de E hac ſubiungit nouam: quia per remotionem vetuſtæ corruptionis, & paſſibilitatis Beatorũ corpora noua & impaſſibilia fiẽt. Secunda eſt agilitas, quæ per deſcendentem de cœlo clarè manifeſtatur. Tertia eſt ſubtilitas: de qua ſubiungit, a Deo paratam. Sicut enim res groſſitudinem habens parari dicitur, quando ſubtiliatur: ſic & corpus Beatorum a Deo parabitur, cum illud faciet tam ſubtile, quòd quaſi ſpirituale reddetur. Quarta vero eſt claritas, de qua manifeſtè ſubiungit, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Nam ſicut ornamentum formoſius reddit corpus: ſic & claritas beatorum F corpora decorabit. In ſecunda autem viſione reuelatur huic militiæ fidei meritum, *Secunda.* & omne meritum electorum perficitur, & gratificatur in fide, & merito Ieſu Chriſti. Et de hoc fidei merito Ioan. ait: Et habebat murum magnum & altum. Ad literam autem per magnum, intelligit latum & longum, ſeu totum circuitum eius. Quid ergo aliud per hunc murum, quàm meritum Chriſti conuenientius deſignatur? Per hoc enim illam ciuitatem ſanctam vndique circuncingit, protegit & defendit. De quo muro Eſa. 26. cap. ait: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator noſter ponetur in ea, murus G & antemurale. Hic autem murus magnus & altus merito nominatur, quia meritum Chriſti magnum eſt propter incomprehenſibilitatem diuinitatis, qua meritum Chriſti dilatatum eſt: Et altum, propter altitudinem humanitatis, qua tale meritum acquiſitum eſt. Vnde Hierem. 32. c. ait: Fortiſſime, magne, potens Dominus exercituũ nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu. Et in hoc tam magno, & alto merito omnia iſtorum merita, & in tanta magnitudine creſcunt & dilatantur, quòd infinito præmio æternæ glo- H riæ compenſantur. In tertia vero viſio- *Tertia.* ne reuelat Ioan. his militibus Chriſti fidei tranſitum, id eſt, vnde eſt ingreſſus, & tranſitus ad gloriam ſempiternam per futuram pugnam. Et de hoc ſubdit, habentem portas duodecim, & in portis angulos. Per duodecim enim portas duodecim articuli fidei deſignantur. Nam ſicut per portas ingredimur ciuitatem terrenam, ſic per articulos fidei ciuitatem ingredimur ſempiternam. Harum vero portarum duodecim anguli ſunt in quolibet articulo firmitas humilis, & occulta. In ſcripturis. n. ſacris ſæpe ſumitur angulus pro fortitudine.

Nam



A Nam in angulis domorum, in quibus parietes iunguntur, domus fortior conſiſtit: vnde & Chriſtus lapis angularis dictus eſt. Et ꝙ in caput anguli factus eſt, Iob quoq;. c. 1. dictum eſt, ꝙ ventus concuſſit quatuor angulos domus, vt dirueret eã. Ecce ꝙ firmitas fidei in angulis denotatur: quia in præſentis vitæ decurſu tanta ſemper erit firmitas fidei Chriſti, ꝙ nunquam deficiet fides articulorum, ſicut Lu. 22. c. ait, Ego rogaui prò te Petre vt non defi. fi. t. Ad hanc autẽ fidei firmitatẽ hortatur Apoſtolus Petrus. j. Pet. 5. cum ait: Aduerſarius veſter dia. tanquã leo ru. circuit quem deuo. cui reſi. for. B in fi. Qui autẽ ingreſſuri ſunt ꝑ has 12. portas, manifeſtat Ioannes, cũ ſubdit: Ab oriẽte portæ tres, ab aquilone portę tres, ab auſtro portæ tres, & ab occaſu portæ tres. Per orientem enim iuſti, qui fuerunt ab origine mundi, intelliguntur. Per aquilonem ſignificantur illi, qui ex gẽtilitate quõdam a bono frigidi ad calorẽ fidei ſunt conuerſi. Per auſtrum autem antiquos Iudæos, iuſtos in Saluatoris fide calentes cõuenienter intelligere poſſumus. Per occaſum vero illos, qui in fine ſæculi conuertentur. Ab oriente igitur, ab aquilone, ab auſtro & ab occaſu por- C tæ tres eſſe in ciuitate congruè deſignãtur: quia quicunque ex gentibus ante dictis intrant in ciuitatem ſupernam per fidem ſanctiſſimæ trinitatis in quatuor mundi partibus in 12. articulis prædicatam ingrediuntur. Hinc Apoſt. 11. c. ad Hebr. de hac fide intelligens ait, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Poteſt etiam non inconuenienter aliter dici. Primo. ſ. ꝙ tres portæ ſunt ab oriente ad aperiendum intelligentiam noſtram de tribus. Primo de creatione, ſecundo de redẽptione, tertio de regeneratione per ſacramentalem gratiam incarnati Chriſti. Hæc enim tria in orienti noſtro reperiũtur. Secundo enim ſunt tres portæ ab aqui- D lone ad aperiẽdum aquilonarem algorem per obſcuritatem atq; procellam tentationum hoſtilium & certaminum quoruncunque, quę principaliter ſunt a tribus. Primo ſunt a carne, ſecundo a mundo, tertio a diabolo: ſeu a concupiſcentia carnis, a concupiſcentia oculorum, & a ſuperbia vitæ: ſeu etiam ab errore, fauore, & terrore. Primo enim error ſeductorius impugnat veritatem & intelligentiam eius. Secundo autem fauor adulatorius & mundanus allicit & inficit voluntatem. Tertio vero terror comminatorius & malignus puſillanimitatem & fugam inducit & conſtantiam frangit. Vnde propriè primus eſt cõtra rationa- E lem, ſecundus contra concupiſcibilem, tertius vero contra iraſcibilem. Tertio quoq; ſunt tres portæ a meridie. ſ. ad aperiendum tria de Chriſto. *Tres portæ a meridie.* Primo ardentiſſimã charitatẽ, ſecundo eius incomprẽhẽſibilẽ claritatẽ, tertio eius iucundiſſimam fęlicitatẽ. Hęc enim tria meridionalia ſunt, q̃ ſpõſa à ſpõſo Cant. 1. inſtanter petit cũ ait: Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie? Quarto quoque ſunt tres portæ ab occaſu etiam ad aperiendum tria. Primo noſtræ pronitatis miſerabilem fragilitatem, ſecundo noſtrarum culparum horribilem deformitatem, F tertio pœnarum iudicialium ſibi debitarũ & communicatarum terribilem & intolerabilem infinitatem, ſeu æternitatem. Hæc quidem verè tria occidentalia ſunt. Hæ igitur ſunt portæ ciuitatis, quæ expugnanda & ſaccomandanda eſt.

### *Ordo & præparatio ad pugnam cœleſtis Hieruſalem. Cap. 2.*

SEcundo contemplemur militum præparationẽ ad pugnã. Poſtquam enim nota facta eſt Regi ac toti militiæ eius diſpoſitio ciuitatis, feſtiuè, ac feſtinè omnes G præparantur ad pugnam, pręcipiente Rege, vt verſus ciuitatem totus exercitus dirigatur. Difficillima tamen greſſu ipſa ciuitas eſt: nec quidẽ adiri poteſt, niſi duabus vijs, ſicut propheta ait, Vniuerſę viæ Dñi miſericordia & veritas: vtraq; tamen admodũ arcta eſt, quia arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniant eam, ſicut Matth. 7. dicitur. Differunt tamen, quia via veritatis ardua eſt, via aũt miſericordiæ plana, ſed prolixa. Illa fortium, hęc infirmorũ: Iſta recipit pauperes, debiles, cęcos, claudos, vulguſq; promiſcui ſexus, eorũ videlicet, qui faciunt amicos de mãmona iniquitatis, Lu. 16. quia beati miſericordes, qm̃ mi H ſericordiã conſequentur, Mat. 5. c. Per hanc igitur miſericordię viã tota huius exercitus munitio & oĩa fulcimenta & victualia, necnon cariagiũ eius, & cuncta illi neceſſaria dirigũtur: Alia aũt terribilis eſt vt caſtrorũ acies ordinata, Cant. 6. Solum eſt. n. virorũ fortiũ, & eorũ qui poſſunt ad bella procedere viam veritatis eligentes, vtpote viriliter vim facturi. Ambæ tñ viæ eius, vię pulchrę. Mouetur exercitus, & vnuſquiſque iuxta proprias vires & animi nobilitatem aggreditur iter ciuitatis magnæ. *Quõ Chriſti athletæ animãtur ad pñlium.* Ambæque ſumuntur viæ ad aſcenſum, animantur

omnes,

A omnes, mouentur caſtra, & viam veritatis eligit Rex æternus, ipſo atteſtãte, Io. 14. Ego ſum via, ve. & vi. Per hanc dirigit greſſus ſuos, quia oportut Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuã, Lu. 24. Ipſum ſequuntur omnes animoſi viri & milites eius electi. Reliqua vero multitudo per miſericordiæ viã dirigit iter ſuum. Tyrones igitur validi *in* comitatu æterni Regis per vallem lachrymarũ cum alacritate de virtute in virtutẽ aſcendunt, donec tandẽ apprehendentes verticem montis perueniunt vſq; ad ciuitatem munitã. Sed quia, vt dicitur Prouer. 24. Cum diſpoſitione initur bellum, B caſtramentantur oẽs de exercitu ſimul: collectaq; omni multitudine exercitus inchoant ciuitatis obſidionẽ: tenduntur papiliones, protectionis diuinæ: firmãtur vexilla, exẽplorũ ſanctorum & omnes acies equitantium & peditantium per ordinẽ diſtinguuntur. Ad orientẽ aduerſus primam portã ordinatur Iudas, aduerſus ſecundam Ruben, aduerſus tertiam Gaad, & oẽs cum exercitu ſuo. Ad aquilonem aduerſus primã portã ſtatuitur Aſſer: contra ſecundã Neptalim, contra tertiã Manaſſes, & quilibet cum exercitu ſuo. Ad auſtrũ vero Symeon opponitur primæ portæ, Leui ſecundæ, Iſachar tertiæ, & qui-C libet habet ſecum ſuum exercitum. Ad occaſum Zabulon opponitur primæ portæ, Ioſeph ſecundæ, Beniamin tertiæ, omneſq; milites eorum cum eis. Et ſic iure belli diſtinguitur omnis militum multitudo, omniſq; multitudo bellantium vndique circumcingit vrbem.

*De modo expugnandi, & ſaccomanandi ſupernam Hieruſalem.* Cap. 3.

*Ordo expugnandi cœleſtem Hieruſalem.*

TErtio contemplemur huius mirandæ pugnæ executionem. In primo igitur ciuitatis congreſſu pugnatores ciuiũ cõſtantiã iactu emollire nitunt. Propterea D primo approximant ad vrbẽ ipſi ſcutati, lectionibus ſupernorum: necnon & clypeati, collationibus cęleſtiũ theſaurorũ: ſtatimq; inhærent eis ancilliferi: qui per ſui cõtemptum, dum ſe operiunr infinitate culparũ, cęleſtibus gratijs appropinquãt. Secus iſtos baliſtarij ſubſequũtur, ipſi videlicet orãtes ac genuflexionibus baliſtas corporum ſuorum tendentes, & quandoq; brachijs in crucis modum extenſis, demum manibus iunctis & eleuatis in cęleſtes ciues ſagittas orationum efficacium emittentes. Sed & ipſi ſagittarij parati ad bellũ, interim aerẽ ignitis replent ſagittis deſideriorum ſanctorũ: Sunt quoq; & qui ardentes ſagittas emittũt ab imò ardentis cordis euulſas: Alij miſſilia ſpeculationum cęleſtium multiplicare non ceſſant. Conſtituuntur proinde ſubito ante ianuas vrbis baſtiæ multiplices cum falis meditationũ cęleſtium ſecretorum. Inde iaciunt ad ciuitatis męnia, & in ipſam ẽt ciuitatem fundibularij in oculorum fundis laudes lachrymarum. Omnis enim deuota lachryma, lapis eſt quidã de funda oculi in ciuitatẽ cęleſtem eiecta. Fundibularij quoq; iacere non ceſſant lapides gemituũ inenarrabilium. Spicularij etiã indefeſſe multipli-F cant ſpicula planctuum & pectorum tũſionum. Nec dubium in tanto telorum & tam acri certamine ac tanta violentia pugnatorũ, quin cęleſtes illæ Angelorum phalãges ſuſcipiant crebra miſerationum vulnera, in tantum vt paſſim ſauciata ſit Angelorũ caterua, ac multo magis Virgo Maria: vtpote medullitus affectibus pietatis confoſſa & cordialiter perforata, ita vt clamare cogatur, Vulnerata charitate ego ſum. Sed ſicut ab his validis pugnatoribus vulnerantur illi cęleſtes ciues: ſic & ipſi vulnerant ipſos vrbis expugnatores. Corde ſiquidẽ percuſſi ſunt illi, quos ipſe igneus amoris aculeus G mentem medullitus penetrat, affectumque tranſuerberat in tantũ, vt deſiderij ſui ęſtus cohibere vel diſſimulare omnino non poſſint. Tales denique vulnerati deſiderio ardent, feruent, affectu æſtuãt, anhelant, profundè ingemiſcunt, & longa ſuſpiria trahunt. Hæc tibi vulneratarũ animarum certa fiũt ſigna gemitus & ſuſpiria & vultus pallens atq; tabeſcens. Interea conſtituuntur bombardæ cordialium ardorũ atq; clamorum ex feruore ſpiritus emiſſorum, quę violento impulſu concutiunt atq; confringunt muros & alta męnia ciuitatis. Constructa etiã mãganorum. i. mentalium actionũ ciuitatis muros & męnia feriunt ingentes ſaxorum moles, & lapides lapidibus illidun-H tur, vt ex crebra ſaxorum colliſione ſecreta cęli myſteria reuelẽtur. Applicãtur interea ad murum machinæ operũ perfectorũ: & fortibus pugnatoribus interpoſitis aggrediuntur cominus propugnatores vrbis. Interea inſperata velocitate ſubito muris applicantur ſcalæ cęleſtiũ ſpeculationum, per quas veloci aſcenſu milites ſcandunt, ſe per viſibilia ad inuiſibilia rapiẽtes: aſtant quoque feruoribus importunis, audaci conatu ſubito ſcandunt muros, perſtrepunt milites clangẽtium & laudantiũ buccinarũ clamo-

reſq;



A reſq; feruorũ vociferantis exercitus ac dicentis, ſacco, ſacco, ſacco, totã ciuitatem in admirationẽ & ſtuporem adducũt. His deniq; in hunc modũ certãtibus & machinis & propugnaculis alijſq; mirabilibus armis & modis fortiſſimè dimicantibus, vulnerãt & vulnerantur inde reportantes vulnera pietatis. Iſtis igitur violentijs atq; violẽtibus ictibus franguntur & aperiuntur cęleſtis Hieruſalẽ muri. Iamq; conſpiciuntur q̃ intus ſunt vel fiunt: nec iſta ſufficiunt, ſed vallo humilitatis, quod ciuitati circũſtat repleto ſenſu propriæ vilitatis, confractiſque vallis corporaliũ rerũ admouentur ad mu-B rũ multitudines arietũ & intercurrente directa ratiocinatione validis argumentorum ictibus murorũ ſublimitas tandẽ hincinde diſſoluitur, męniaq; vrbis vario machinamentorũ impulſu vndiq; lacerantur. Et iam illa profunda altitudo diuinorũ myſteriorũ penetratur: fractoq; muro ibi ſpiſſo in figuris & ſtructo enigmatibus ſacris, tũc irruũt vndiq; fortes alta voce clamãtes, Viuat Ieſus, viuat Ieſus, viuat filius Dei Dñs Ieſus Chriſtus. Et perſcrutantes ſcrutinio irrũpũt audaciores & plateã ciuitatis intrantes penetralia diuini palatij ingrediuntur. Inter C quos fuerunt Paulus & Franciſcus, ibique audiunt archana verba, quę nõ licet homini loqui. 2. Cor. 12. Diuiduntur cæteri per plateas & vicos ſecretiora ædium penetrãtes: nihilq; indiſcuſſum in domibus relinquentes, intrant audaciores ad regẽ, ita vt lamentabiliter lætus dicat, quaſi rupto muro & aperta ianua irruerũt ſup me, Iob 30. Ingrediũtur tãdẽ in æterna gazophilacia cęleſtiũ theſaurorũ, in quibus abſcondita latet altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei. Rapit quiſq;, quod põt, ab alio rapitur ſermo ſapientiæ, ab alio ſermo ſcientiæ, ab alio fi-D des, ab alio gratia ſanitatum, ab alio operatio virtutum, ab alio prophetia, ab alio diſcretio ſpirituum, ab alio genera linguarũ, ab alio interpretatio ſermonum. 1. Corint. 11. Alius rapit abſtractiones, alius extaſim, alius raptus, alius reuelationes, alius viſiones. Ab iſto rapitur theſaurus ſapientiæ, ab illo theſaurus intellectus, ab alio theſaurus cõſilij, ab alio theſaurus fortitudinis, ab alio theſaurus pietatis, ab alio theſaurus timoris Dñi. In hũc igitur modum gazæ iſtæ chariſmatum ſpiritualium varia ſorte a diuerſis diripiuntur, vt conſtet, iuxta infallibilis veritatis verbum, quòd regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

ARTICVLVS TERTIVS. E

*De victorioſa ac triumphali pace acquiſita per milites Chriſti, & de benedictione quam reportant ad propria redeuntes.*

DVobus iã myſterijs circa ſaccomannum paradiſi, quæ fuerunt reſigna & pugna, iã viſis: ad tertiũ pertractandum deſcendamus, quod eſt de paradiſi victoria, de qua propheta ait, ſeu ſubiungit, Dñs benedicet populo ſuo in pace. Saccomannato itaq; cœleſti theſauro a virtutum F prædonibus omnes onuſti ſpolijs cum alacritate victores per viam aliam reuertũtur in regionem ſuam. Qui enim per ſemitam virtutis aſcenderunt, per miſericordiæ tramitem reuertũtur, vt ſint vniuerſæ viæ eorum miſericordia & veritas. Quòd. n. aſcẽderunt, opus fuit fortitudinis: ꝙ autem deſcendunt, opus eſt pietatis, iuxta illud Apoſt. 2. Corin. 5. Siue enim mẽte excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus nobis: charitas enim Chriſti vrget. amor Dei rapit eos ſurſum, amor ꝓximi trahit eos deorſum. Re-G deunt itaq; gaudentes, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Sicut Beniamin lupus rapax mane rapit prædam, veſpere diuidit eſcas, vt non potentibus ad bella procedere ſpolia diuidãtur. Et ſm Dauid decretũ. 1. Reg. 30. Æqua ſit portio euntium ad prælium, ſ. per vitam contẽplatiuam: & ad ſarcinas remanẽtium, ſ. per vitam actiuam. In reuerſione igitur totius exercitus omnibus inſimul cõgregatis Rex ęternus Dñs benedicet populo ſuo in pace. Ad hoc ſiquidem Dñs dat prius virtutem, H vt anima fortiter agendo pertingat ad pacem. Poterat enim ſine eorum induſtria Dñs militibus ſuis plenã pacẽ præſtare: Sed glorioſius reputat ſuos per triumphalẽ victoriã & gloriam ad pacis ſecuritatem perducere. Eſt enim pax iſta, quæ fit a ſpiritu & a Deo: ſed impetranda eſt per orationem humilem & deuotam, quia nec ſpiritus per vim eam obtinere poteſt, nec Deus eam ſine voluntario ſpiritus cõſenſu facere valet. Vt igitur inter vtrũq; pax iſta firmetur, neceſſe eſt ſpiritu diuinæ voluntati ſe omnino humiliter ſubiugare. Deũ nihilominus neceſſe eſt eius infirmitati miſericorditer condeſcendere & vtilius conſulere: nunquam Deo ſpiritus totum poteſt exoluere, quod debet. Cui tamen ſatis eſt, ſi hoc exhibet,

*Ad hoc vt pax acquiratur.*

quod

A quod poteſt, ſ. humilem voluntatis ſuæ cõſenſum, ſicut Apoc. 3. cap. Dñs ait: Ego ſto ad oſtium, ſcilicet voluntatis: & pulſo, ſcilicet per illuminationem: ſi quis audierit vocem meam & aperuerit mihi, intrabo ad eum, & cęnabo cum eo & ipſe mecum. Sed quænã eſt hæc benedictio, quæ datur a Rege, niſi quam Dominus dare ſuo populo cõſueuit? Propterea licẽtiãs Rex æternus omñes de ſuo exercitu, & ad ꝓpria eos remittens,
B benedicit eis dicens: Reuertimini ad propria benedicti patris mei: creſcite & multiplicamini & replete terram, Gen. 1. Bona ſanè benedictio multumq; expetenda, qua fit vt bona voluntas ſemper efficiatur ſeipſa maior; & virtutum numerus, de die in diem copioſior fiat, ſicut ſperabat qui ait, Multiplicabis in anima mea virtutem, ſcilicet per quam viuentium terra repletur. Reuerſus proinde de hoc bello beatus Frãciſcus,
C manibus & pedibus ac latere vulneratus, cum deſcendiſſet in ſacrum montem Aluernæ, & viderent eum Fratres totaliter vulneratum, interrogauerunt eum dicẽtes, Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuũ tuarum? Et reſpondit eis: Plagatus ſum in medio eorum, qui diligebant me. Zach. 13. c. Sed vt rei veritatem filij mei ſerioſius agnoſcatis, eam vulgari ſermone reſerabo vobis
D Ciuitatis autem ſupernæ commilitones ac triumphatores victorioſiſſimos cum benedictionis fructus reportatione Ieſus Chriſtus Dei filius benedictus ꝑ incrementa virtutum ciues illius conſtituendo perpetuos miſericordia ſua, qua ſecundum Paulum diues eſt, nos efficiat: Cui ſit honor, laus & perennis gloria, cũ Patre & Spiritu ſancto, per infinita ſæcula ſæcu. Amen.

## OPERIS CONCLVSIO.

E Longius euaſit hoc opus quàm volebam, quamq; putabam: ſed legentibus atq; prædicantibus, quibus non erit ingratum: minimè erit longum. Quibus vero longiores viderentur eſſe ſermones, aſſumant eorum quaſcunq; in prædicatione magis placuerint
F partes, cum quilibet articulus cuiuſcũque ſermonis communiter ad legẽdum & prædicandum formatam & ordinatam materiam præſtet. Immẽſas igitur gratias iam agamus ipſi ineffabili miſericordiæ, & dulcedini Saluatoris noſtri Ieſu, qui decurſis tãtis pelagis fęliciter perduxit ad portum. Orantes ac ſuppliciter poſtulantes, vt ſi aliquibus in locis aliter locuti ſumus, quàm ipſe velit, miſericorditer veniam largiatur. Si vero eſt qui piè corrigere velit,
G dum viuo in hac labili vita, corde, ore & opere, correctionẽ humiliter ſuſcipere paratus ſum. Si autem Domini Ieſu vocatio velox me ſubtraxerit ex hac luce, ſancta Romana ac vniuerſalis Eccleſia, cui vniuerſale magiſterium datum eſt, ſi quando & in hoc opere, aut in quocunque alio per me facto ſeu fiendo perſpexerit eſſe indigna: dignetur obſecro emendare. Aſſerens inſuper pleno
H corde, quòd quicquid in his, quæ præſenti libro ſcripſimus, ſenſimus ve minus bene, nobis veriſſimè imputamus: Si quid autem dignè, illius dono adſcribendum ſentimus, qui nec loco concluditur, nec tempore variatur immenſus. æternus, benedictus, benedicibilis ac benedicendus, per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

*Pia ꝓteſtatio Auctoris.*

*Finis huius Tomi de Chriſtiana Religione, D. Bernardini Senenſis pro tota Quadrageſima.*

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D XC.